


SELL 4  
EQUIP 6  
108


~~28.0.7~~


12/10

200-2-2



3  
30-84

2 400 40  MADE IN SPAIN



MAGNI  
HIPPOCRATIS  
COACA PRAESAGIA,  
OPVS PLANE DIVINVM, ET VERAE  
MEDICINAE TANQVAM  
THESAVRVS,

*Cum interpretatione & commentariis Iacobi Hollerij Stemp-  
pani, Medici celeberrimi, nunc primum Desiderij  
Iacotij Vandoperani Medici opera  
in lucem editis.*

Eiusdem Desiderij Iacotij Vandoperani Cōmentariorum ad idem  
opus, libri tredecim, tribus sectionibus distincti,

*In quibus symptomatum omnium, quae in aegris apparent, causa,  
vires, & significationes demonstrantur.*

Ad inuictissimum & Christianissimum Galliae & Poloniae  
Regem Henricum III.

*Index rerum ad calcem operis fecundissimus.*



IN VIRTUTE,

ET FORTUNA.

LVGDVN I,  
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.

M. D. / XXVI.

Cum privilegio Caes. Maest. & Christianiss. Galliarum Reg

*es del Sr. do Inquisidor medico y Regidor de cada una  
1620 any*





1072 40 P. 1072

Summa priuilegij Imperatorij.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris semper Augusti publico edicto cautum est Guilielmo Rouillio ciui & typographo Lugdunensi, & sancitum, ne quis cuiuscunque status, gradus, ordinis & conditionis, siue sit calcographus, vel bibliopola, siue alius quilibet, quacunq[ue] sacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, hæc Magni Hippocratis Coaca Præfati, cum interpretatione & Commentariis Iacobi Hollerij Stempiani Medici. Eiusdem Desiderij Iacotij Vandoperani Cōmentariorum, ad idem opus libri tredecim, tribus sectionibus distincti, nisi ipsius Guilielmi Rouillij aut heredum eius permisso, intra decennium eadem, aut alia minori forma excudat, aut excudenda curet, vendat ipse, aut cuiquam diuendenda mandet, aut denique excusa ab aliis intra eiusdem Maximiliani & Imperij fines vendenda importet, seu quouis modo distrahat manifestè vel occultè, vel quouis alio prætextu: alioqui sibi multam decem marcharum auri puri irrogatam sciat, quarum dimidia fisco Imperiali fraudis vindictæ, restiua verò pars ipsi Guilielmo Rouillio, aut eius heredibus, aut ab illis manularum habentibus, cedet, præter librorum amissionem, quos per se idem Rouillius, vel per suos, vbicunque locorum nactus fuerit, adiumento magistratus loci, et citra, propria auctoritate sibi vindicare, inque suam potestatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipsi edicto manu subscripsit, & sigillum apponi iussit Cæsaræa Maiestas, vt latius patet in ipso diplomate, dato Pragæ decimaquarta die mensis Iunij, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimoquinto.

Subsign. MAXIMILIANVS.  
Ad mandatum sacræ Cæs. Maiest. proprium.

A. Estenberger.

Extrait du priuilege du Roy de France & de Pologne.

AR grace & priuilege du Roy est permis à Guillaume Rouille libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer une fois ou plusieurs, ce present liure intitulé Magni Hippocratis Coaca Præfati, cum interpretatione & Cōmentariis Iacobi Hollerij Stempiani Medici. Eiusdem Desiderij Vandoperani Cōmentariorum, ad idem opus libri tredecim, tribus sectionibus distincti: lequel liure il a recouuré avec grans frais, mises & despeses: & pource essence de par ledict Seigneur, à tous autres libraires, imprimeurs, & personnes, de non imprimer, vendre, ny distribuer en ses pays, terres, & seigneuries, lez ce n'est par le consentement dudict Rouille: & ce iusques au temps & terme à compier du iour & date que sera paracheuee la premiere impression: sur peine arbitraire, & de confiscation des liures qu'ils auroyent imprimez. Et à fin qu'au pretendre ignorance du present priuilege, ledict Seigneur veut & entend, que celui estant mis au commencement dudict liure, serue pour toute notification, & plaisir, nonobstant oppositions & appellations quelconques, come plus à plein declaré par lesdictes lettres de priuilege, sur ce donnees à Lyon le vingtuniesme il cinq cens septantcinq, & de son regne le premier.

Loy, à vostre relation,  
Signé, MORE.  
Et sceelé du grand seau en cire iaune à simple queue.



DESIDERII IACOTII  
VANDOPERANI MEDICI IN  
COACA HIPPOCRATIS PRÆSAGIA  
PRÆFATIO TOTIVS OPERIS  
συνοψιν continens.



ORVM librorum, qui ab Hippocrate de præfagiendi ratione, & de medendi arte diuinitus scripti, diuina sorte nobis reseruati sunt, tria esse genera cum ex multis Galeni locis intelligi potest, tum res ipsa per se satis aperte testatur. Primum ordine ac dignitate συγγραμματα Græci dixerunt, in quo ἡ διδακτικὴ ἢ ἰατρικὴ θεωρία (ait Galenus) διὰ τῶν ἁγίων γένων, προχειρίζομεν ποτὲ καὶ τῶν κατὰ μέρος, ἐν ἡ παραδειγματῶν ἐκείνων πρὸς ἁρρηίδου τῶν μετενοήτων. Doctrina medicæ contemplationis per vniuersalia facta est, appositis interdum exempli causa, particularibus ad discentium iuuandam intelligentiam. In hoc genere Hippocrates λογικὴν κερσὴν προθεῖς, vt alibi idem Galenus loquitur, adhibito iudicio logico nō nisi ignota, vtilia & vera docet, perpetuòque signa cōgerit non solum καθόλου, sed etiam ὁμοειδῆ eiusdem speciei, interdum etiam ὁμογενῆ eiusdem generis. Signorum enim omnium alia genus affectus, de quo agitur ostendunt, aut prænuntiant: alia speciem ipsam, quæ propria illius dicuntur: nonnulla verò neque speciem. Prima dicuntur ὁμογενῆ, hoc est, non solum species, quæ conueniunt in eodem genere: sed quæ conueniunt in communi speciebus omnibus differentia, quæ genus constituit. Exempli causa, Si quis dixerit, sitim, linguam exustam, & vigilias turbulentas phrenitidis esse signa. Etenim neque sitis, neque lingua vsta verè phrenitica signa sunt, quòd neque indicent, neque efficiant phrenitidem: genus tamen, in quo affectio continetur, declarant, quæ calida est & sicca. Quoniam igitur phreniticam affectionem maximè siccam esse constat, quæcunque siccitatis signa in vicinis capiti partibus se produunt, aut quamlibet cum eo societatem habent symptomata, ea quoque delirium quodammodo præmonstrant. Eiusmodi autem signa, quia propria non sunt, in hoc legitimorum librorum genere rarius vsurpantur, nisi cum propria desunt, aut minus firma videntur. Tum enim ab Hippocrate, quasi in supplementum adducuntur, quòd vnumquodque genus suis speciebus familiare sit, profundèque ad earum præsentionem ac prædictionem conferat, si si-

3. Prorrhēt. 7. & 1. 13

Artificium Hippocratis.

gnorū, quæ sunt *ὁμογενῆ*, nonnulla apparuerint. Præterea pluribus eiusdem generis simul factis signis non solum species vel genus certius cognosci constat: sed etiā magnitudinem ipsius. Dicit enim quis, In delirio cum comate, lumborum, ceruicis & hypochondrij doloribus stillicidium sanguinis perniciosum: dolores quidem illarum partium cum symptomatis cerebri coniuncti genus affectionis ostendunt: coma verò delirio additum facit, vt iudicium medici nō amplius in coniectura veritati proxima versetur, sed penē in præsentia atque ante oculos magnitudinem affectionis in cerebro videat. Cū verò stillicidium sanguinis è naribus accesserit, non modo rara firmaque cognitio fuerit, sed scientifica & certa, quòd à morbo cerebri facultas superetur. Signa autem *ὁμοειδῆ* sunt, quæ vel partis alicuius affectiones declarant, vt supra thoracis, narium & palati excrementa, cerebri & membranarum eius: vel actiones læsæ vnius facultatis, vt delirium, & obliuio: vel quæ constituunt peculiarem aliquam speciem morbi, vt febris, lateris dolor, spirandi difficultas, tussis, pleuritidem. Proinde hæc etiam *ἴδια* propria dicuntur, quòd è duobus semper alterum habeant, aut vtrumque, vt vel perpetuo, vel solis conueniant. Nam quæ nec solis insunt, nec perpetuo, propria illorum esse nequeunt. Ex his itaque certissima sunt, quæ perpetuo & solis, vt cōcursus ille quatuor symptomatum, qui nulli ex omnibus morbis adest, præterquam pleuritidi, neque ab ea separatur. Proximè accedunt ad ea, quæ perpetuo quidem, non tamen solis conueniunt, vt vigiliæ phreniticis: aut solis, sed non perpetuo, vt in iisdem magna & rara spiratio. Sic enim proprietas definitur, quòd vel necessario sequatur formam, vt in homine ratio: vel non necessario quidem, in alio tamen esse non possit, vt architectū esse in eodem. Quæ vero signa his conditionibus non continentur, impropria & *ἑτερογενῆ* sunt Hippocrati, ex quibus in præceptis, *σύνθετος*, *ἐπιπλοκή*, aut *συνδρομή* concursus, vel implicatio artificiosa fieri non potest. Etenim si (vt in eodem exemplo maneam) in præfatio phrenitidis signa aliunde sumpta ponantur, quàm ab ipsa affectione, aut loco affecto, vt vrinæ, sudores, sputa, vomitiones, de ægro quidem num perniciosè habeat, aliquid admonebunt, phrenitica tamen signa non sunt, nec in hoc artificioso librorum genere cum alijs, quæ sunt *ὁμοειδῆ* καὶ *ἴδια* coaceruantur. Neque enim ex rei natura, neque experientia doceri potest ea omnibus phreniticis inesse vel perpetuò, vel solis. Tantum quispiam dicere queat, se hoc vel illud; vt vrinas nigras & sudores in quibusdam phreniticis obseruasse. Verùm ex his cerebri affectio cognosci per se non potest, quod in signis phreniticis requiritur. Vrinæ siquidem aliud vitium denunciant, quòque modo habeant succi tum arteriarum, tum venarum, cōmonent. Sudores vero neque satis declarant cerebri morbum, & aliarum

aliarū quarundam affectionum sunt notæ. Sic ergo in Prognostico, & Aphorif. quibus artificiosam tum *πρόγνωσιν*, tum *διάγνωσιν* per vniuersalia cōplectitur Hippocrates, aut seorsum ac separatim signorum singulorū vires exponit: aut eorum, quæ affectionem vnā indicant, cōcursum scribit, vt in ea facie, quam Hippocraticam vulgò dicunt, & in suppuratione, hyderis ac similibus. Inter hæc autē, quæ sunt *καθόλου* καὶ *ὁμοειδῆ*, nō nunquam particularia quædam inserit, ex quibus eorū, quæ incidere solent, experiētiam habeamus manifestiorem. Eiusmodi enim præceptorū generalium exempla esse debent, vt in illo Aphorif. Erysipelas foris intro cōuerit malum: intus verò foras existere bonum. Nam in vniuersum verū est, omnem affectū ex imis ac principibus partibus ad cutem transferri bonū esse, vt signū & causam: contrarium verò malum. Atque hæc de primo genere.

Alterū genus sequitur, artificiosum quidē vel maximè, vt prius: artificio tamē ac præceptis dissimile. Nā vt illic τὰ *καθόλου* καὶ *ὁμοειδῆ* vniuersalia & eiusdē speciei, aut quæ in vno morbo cōtingunt, tantū docet Hippoc. ita hīc κατὰ μέρος, *ὁμογενῆ*, *ὁμοειδῆ* καὶ *ἑτερογενῆ* permiscet. i. quæcunque in singulis ægris apparent, particularia, siue sint eiusdē speciei aut generis, siue heterogenea, vt in Epid. Causam scriptionis huius ita explicat Galenus, *ἐπεὶ δ' ὅτι ἀπόρησι τὰ καθόλου θεωρήματα μαθητῶν*, eis δ' διαγινώσκῃν ἐπιμέλειαν ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτὰ χωρὶς τῆς γυμνάσεως, διὰ τὸ γυμνασίου ἕνεκα, ἔγραψε τὰς ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν ἀρχαῖς ἐφ' ὧν ἔδεν παρέλπειν τῶν συμβάσεων αὐτοῖς. id est, Quoniā verò non satis est præcepta vniuersalia addiscere, vt & promptè in operibus absque exercitatione dignoscantur, ob id gratia exercitationis ægros in Epidemijs scripsit, in quibus nihil eorum quæ his contigerunt, est omissum. Qua autem ratione progrediatur, postea explicat hoc modo, In his ægris si quoquo pacto causæ procatarcticae indicare valeant, iudicat, recensens, si quis, verbi gratia, vel ex laboribus, vel exercitationibus intempestiuis, vel ebrietate ægrotare ceperit. Deinde quòd primo quidem die hæc circa ægrum contigerint: & secundo alia, & ita tertio & quarto, ac deinceps omnia, quæ facta sunt, explicat, his ostendens, qui ab ipso didicerunt τὰ καθόλου θεωρήματα præceptionem vniuersalem, eam esse consentaneam iis, quæ in ægris apparuerunt. Simul etiam interdum ducit ad exercitationem, vt in horum explicationibus ostendimus. Alio autem loco non omnia sigillatim in illis libris conscribi refert, quæ in ægris contigerunt, velut à Thucydide, qui idiotis etiam nota persequitur. At Hippocrates (inquit) pauca ex his, quæ ad ipsam affectionem pertinent, circa quam eger est periclitatus: multa verò alia ab idiotis quidem neglecta, artificiosam verò & exactam cognitionem exhibentia, & quæ etiam optimos medicos sepe latere possunt. Ille velox in interpretando, & nihil, quod non magnopere iuuet, scribendum sibi du-

3. Prophet. 7

2. De difficul respirat.

cens, videbitur tibi rursus propria mente emoueri, quando etiam quæ penitus non sunt facta agro, scribit: hoc ipsum insuper indicans, quòd non sint facta, cum tamen ex factis plurima relinquat, quia neque vulgaria, neque quæ quilibet medicus assequi queat hinc scripsit. Etenim Thucydides vt idiota idiotis scribit: Hippocrates verò vt artifex artificibus.

Tertium & postremum genus scriptum est non vt in lucem ederetur, sed vt esset tanquam monumentum ac cõmentarium in subsidium memoriæ. Qualia M. Tullius aduersaria nominat, quòd homines aduerterent, ne res aliqua eis excideret. Quicquid enim vel demonstratione, vel diligenti agrorum obseruatione singulis diebus consequutus erat Hippocrates, in pugillaribus annotare solebat, de cuius scripto Thessalus filius vir præclarissimus, quod memoria dignum visum est, excepit, ac in tabellis repositum, seorsumque exscriptum cõseruauit. Ferunt etiam in Co insula, vnde Coaci præfagij nomen deductum est, celeberrimum Aesculapij templum coli solitum, ex quo egri ex vniuersa Græcia adducti remedia somnarent, quæ si profuissent, parietibus templi inscriberentur, Coæ posteritati tanquam rudimenta futuræ artis. Sic enim Petus in epistola quadam ad Artaxersem Persarum regem, è paruis rebus & rudibus initiis ab Hippocrate medicinam excitatam scribit. Hoc scriptiois genus Galenus vocat *ὑπομνήμα*, quasi commentarium ad memoriam, & interdum *τὰ ἐκ τῆς μικρῆς πινακίδος*, libros ex parua tabella. *ὅς ὡς* (ait in Prorrh. Galenus) *καὶ Ἀρχεράτῃ προσηκείται, ὡς ἔφην, ὑπομνήματι ὃ πρόπον, καὶ μάλα ὁ δὲ τὸν ἑαυτὸν ὁ γράφων ἀναμνησκέτω ἐθέλει.* hoc est, Oratio, autem hæc (vt Archeatri) operi quidem vniuersè & artificiosè cõscripto non admodum conuenit, vt retuli, sed commentarium magis decet, & potissimum quando qui scribit, seipsum admonere voluerit. Alio autem loco docet Epid. librum secundum, quartum & sextum à quibusdam filio Hippocratis tribui: ab aliis Hippocrati ipsi & μηδὲ ὡς γράματά γε ἔδ' ὡς διαδοθῆναι τοῖς ἑλλήσι μέλλοντα, ἀλλ' ὑπομνήματα μάλλον εἶναι, non vt libros in lucem emittendos, neque vt Græcis inuulgandos, sed commentaria potius ad memoriam. Postea subiicit solum primum & tertium magni esse Hippocratis: alios à Thessalo scriptos: proinde inscribi *τὰ ἐκ τῆς μικρῆς πινακίδος* libros ex parua tabella, Thessali videlicet, qui omnia, quæ pater scripserat, simul coaceruare studio habuit, quo nihil deperiret. Sunt ergo *ὑπομνήματα*, qualia vnusquisque studiosorum ex authorum lectione, aut particulari obseruatione sibi conficit in memoriæ subsidiū, quomodo Plato scribit epistola septima, *ὑπομνήματων χάριν ταύτ' ἔγραψα*, memoriæ causa hæc scripsi. Sic Latini in monumenta dicunt à monendo. Hoc scribendi genus prioribus dissimile est artificio, præceptis, loquendi proprietate.

2. Proo. h. 13.

2. de difficult. respirat.

prietate. Neque enim *τὰ καθόλα, δημοσιῶν, ἴδια* complectitur, neque signorum vires generatim & vniuersè docet, aut concursus vnã affectionem indicantium, vt in primo genere: sed & *δημοσιῶν* & *ἐτερογενῶν* interdum coaceruat, non eodem tamen modo, quo in secundo genere. Siquidem non exponit quæ morbum antecesserint, quæve comitentur, aut singulis diebus superueniant. Sed ex quibusdam semel atque iterum obseruatis vniuersale interdum colligit, & indefinita plerūque relinquit. Præterea ex his, quæ sunt *ἀνομοιογενῶν, ἀθροίζεαι συνδρομῶν* syndromen congerit, multarumque affectionum implicatarum, id est, in quibus plures partes sunt affectæ, signa simul comprehendit. Potest enim idem æger, verbi gratia, in thorace tantum affici, aut etiam in thorace, pulmone & capite simul. Fieri etiam potest, vt adiungatur affectus aliquis ventris & hepatis. In Prognostico horum omnium signa seorsum considerantur, quibus definitis iubet Hippocrates in egris conferendas esse signorum vires inter se, inde vt intelligatur non solum quid singula significent, sed & ex quibus maius immineat periculum, & vtrum perniciosè æger habeat necne. In hoc autem scripti genere ea distinctione neglecta simul omnia sæpe confunduntur. Cuius rei exemplum sit in illa Prorrhæti sententia, *Qui inter initia Comatosi fiunt, cum capitis, lumborum, hypochondrij, & colli dolore, an ne phrenitici? Narium in his stillicidium perniciosum tum aliàs, tum si quarto cœperit die. Ventris valde rubens proluuius mala quidem in omnibus morbis: non minimè verò in prædictis. Prima siquidem hinc symptomata sunt δημοσιῶν, ac cerebrum grauissimè affici denunciant: postremum verò hepaticum est, ac diuersum ab aliis affectum ostendit. Indefinita etiam quandoque complectitur, vt in eo Aphorismo, Febres ex hypochondriorum doloribus, malignæ. Vt autem artificium ab illis exactè docendi generibus καθόλα, καὶ κατὰ μέρος, longè recedit, ita nec loquendi proprietates aut forma est eadem. Hinc enim Hippocrates Ionismos sibi familiares non retinet, linguæ nimirum veteris, priusquam Ias in colonias deduceretur, nec semper propriè loquitur. Hac ergo differentia libros tres sectionis prioris Prorrhæti contineri, & Coaci Præfagia Galenus docet Cõmentario ad historiam eius, qui in Dealcis horto iacebat, & initio Cõmentarij secundi ad tertium librum Epidem. Addit etiam, quæ in Coacis præfagiis docentur, ἀναμνησκόμενα τισὶ μὲν τῶν ἐν ἀφορισμοῖς εἰρημένων, ἢ προγνωστικῶν: τισὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς ἐπιδημίοις, commixta ex quibusdam quidem eorum, quæ in Aphorismis dicta sunt, vel Prognostico, aliis autem, quæ in Epidemiis, longè tamen, mea quidem sententia, diuiniore modo, quàm Galenus putat. Nam reuera in Prorrhætico pauca ex Prognosticis sumuntur: In Coacis verò & ex Prorrhætico, & ex Prognostico, & ex Epidemiis, ex omnibus denique Hippocratis*

3. Epid. cõment. 1. c. 2.

P R A E F A T I O.

Argumenti  
ordo Coac.  
Præf.

Hippocratis tum scriptis libris, tum pugillaribus tabellis & schediis quæcunque ad morborum omnium cognitionem & præfagia pertinent, huc translata sunt, & admirabili ordine comprehensa. Primum enim quæ comitari solent febrium ἑσβολὰς, & primos insultus accuratissimè exponit, qualia sunt rigor, horror, refrigeratio, sudor, & similia. Cùm autem singula in progressu morbi periodicè, aut symptomaticè, aut criticè incidere queant, omnium vires & præfagia demonstrat. Hinc de omni febrium genere agit, deque omnibus earum symptomatis & signis, quæ in ægris apparere consueverunt. Adiungit etiam criticorum dierum naturam, è quibus signa omnia stabilitatem accipiunt, criseôn item signa, effectus, genera, species, tempus. Quia autem, ne præfagium fallat, imprimis animaduertendum est diligenter, num morbus originè ducat ab externis causis, vt satietate, quòd signa, quæ causas externas habent, non eadem prænuncient cum his, quæ vi febris accedunt; deinde vtrum præcipuè pars vna in corpore afficiatur, an morbus sit in humoribus per conceptacula conditus. Tertiò per quam potissimùm facultatem periculum intendatur ægro: horum omniù signa ponit, exordio sumpto ab affectibus capitis, quos omnes generatim adducit. Post hæc præfagia docet in affectibus aurium, oculorum, narium, lingue, colli, œsophagi, gutturis, pulmonis, thoracis, hypochondriorum, lumborum, paulatim descendendo à capite ad pedes. Nam quòd à quibusdam hæc docendi ratio exagitur propter ταυτολογίαν, in diuisione morborum tolerari potest: in explicatione verò signorum & symptomatum, non modò non inepta, sed etiam necessaria est. Vt enim horum vna eademque species obfirmatos aliqua in parte humores consequitur, tum naturæ partis, tum humoris qualitati peculiaris: sic humorum μετέστροφες in vna eademque affectionis specie signa & symptomata edit multùm inter se dissimilia, quæ particularem explicationem necessariò requirunt. Inter hæc multa de hæmorrhagia & omni specie anginæ, ac de his, quæ ad Chirurgiam pertinent, includit, & præfagij gratia curationem aliquando, vt curationis causa præfagium instituit, quòd in Prognostico quoque obseruat, vbi de curatione vuulæ agitur. Hinc pulcherrimam & copiosissimam aggreditur tractationem de morbis mulierum: deinde de sputis, vomitu, vrinis, deiectionibus, in quibus omnibus nihil obseruari potest ad præfagium & morborum dignotionem vtile, quòd non multo hinc vberius explicatum reperiatur, quàm in aliis Hippocratis, aut aliorum Medicorum libris. Ac mihi quidem ea de re sæpius cogitanti, atque totam hanc materiam sub oculis subiicienti, nec minus ordinem ipsùm, hoc diuinum opus Hippocraticæ doctrinæ totiùsque Medicinæ thesaurum esse quendam à maioribus relictum visum est. In contrarium tantùm afferri potest, quòd Galenus reprehendit, in his

P R A E F A T I O.

his minùs artificiosè τὰ χαθόλας, ἰδίαι καὶ ὁμοειδή tractari. Verùm hæc leges minus curiosè obseruasse, qui primi artes inuenerunt, ex Aristotelis metaphysicis perspicuù est. Prisci enim illi viri omnibus rebus præcellentissimi methodos quidem docuere nos, quibus & inueniri res possunt, & inuentæ disponi: ipsi plerunque contempserunt. Nam dum cõmentarentur, rebus ipsis omnino addicti, cum maxima breuitate, & vt Galenus ipse scribit, animi quadã altitudine, vt quicque se suggerebat, apprehendebant atque reponebant, nec interdum ad reliqua properans festinansque animus, priora recalebat. Id ex eo etiam intelligi potest, quòd in primo illo genere artificiosè scripto multa interdum contra has leges ab Hippocrate peccantur. Intelligebant etiam positis principiis facilimè, quæ superessent, inueniri, atque artes propagari præceptorum atque operù similitudine, nec semper se ad popularium sensum demiserunt, quibuscũ multa nefas est cõmunicare, quæ suis tantùm relinquenda censuerunt. Quare si quem moueant in complicatione diuersorum signorum (pinæ non parùm sæpe nobis difficultate quidem summa, sed non iniucunda euellendæ, iis tam odoratas rosas obsepipi inueniet, vt nunquam pœniteat suscepti laboris. Totum verò opus tantò nobis pretiosius esse debet, quantò plura singularia alibi prætermissa continet, quantòque Hippocrati eiusque filiis ad omnem memoriam cõmendatius fuisse ex eo constat, quòd tam studiosè conseruatum, tamque admirabili ordine dispositum fuerit. Cùm enim, vt Galenus ipse scribit, fieri non possit, vt homo vnus conuenientè methodum, & singularia, quæ in ea sunt, omnia doceat, neque ideo ab Hippocrate in aliis libris singularia omnia auditurum te existima.

1. de Dieta in  
acutis.

His rationibus, vt ego conicio, adductus Hollerius vir magnus, & suæ, id est, Hippocraticæ artis ac doctrinæ peritissimus, viginti iam annis exactis, in tam admirandum opus diu ac multis lucubrationibus primus omnium cõmentari cœpit. Ac primùm quidem, vt fieri solet, breuibus scriptis posuit rudimentum: mox, vt erat in maxima breuitate, ingenio feracissimo, institutum opus atque inchoatum exædificare aggressus est, cùm immatura mors Academiæ luctuosa & acerba, omnibus literarum studiosis molesta & grauis, vitæ simul & laboribus finem imposuit. Multa itaque perturbata, & lituris deformata manserunt: multa imperfecta. In quibusdam rudibus tantùm lineæ descriptæ, & vt Aristoteles loquitur, ὡς τινος conspiciabantur, omnia tamen summa eruditione refertissima. Nos itaque cùm & illius præceptis atque institutis formati essemus, & à Senatore amplissimo, Consiliariòque Regio, Andrea Pastoreo vtraque exemplaria accepissemus, Doctoris nostri clarissima monumenta perire nolimus. Totum igitur opus digessimus, recensuimus, & propria manu excrisimus, quòd illius scripturam pauci cognitam

cognitam atque exploratam haberent. Ac ne opus minus perfectum aut nimium obscurum prodiret, summi huius viri exemplo nos etiam incitati longè quidem ac multum impari facultate, sed non dispari voluntate eandem viam sequimur. Vtriusque Hippocratis inquam & Hollerij scripta, quantum in nobis est, obscura illustramus, imperfecta augemus, indefinita distinguimus: in singulis signis, in quibus *ἢ ἔτι* Hippocrates docet, *ἢ δὲ* ex vno Galeno & Hippocrate explicare conamur. Neque enim ignoramus hæc vetetum coaceruatis sententiis plurimum amplificari potuisse, pluresque interdum causas signorum & symptomatum afferri, aut diuersas ab his quæ à nobis proferuntur. Verum de industria id à nobis factum non est sola ea spectantibus, quæ in agris & experimentis apparent, & ad præsagium conferunt. Itaque non vulgari illa disputandi ratione, & dialectica, sed vsu & experientia hæc diiudicanda proponimus. In experientia autem & diligentiam & scientiam requirimus. Potest enim quis obseruare, nec nosse. Alius nouit, sed negligentior est in obseruando. Ob idque ad scientiam adiungenda est varia frequensque inspectio. Primum igitur, ut cum Galeno loquar, omnia, quæ in singulis morbis hic docentur, exquisitè perdisco; deinde in operibus te exerce: tum demum num verè an falsò hæc scripta sint, iudica. Quanta fieri potuit breuitate vsi sumus in re difficili & obscura: puro item sermone, nec affectato, quòd in hac rerum multiplici varietate intelligeremus, quàm sit & inutilis & morosa, ne dicam odiosa, illa *λεγομενα*, vel potius *λεγομενα*. Ad hanc autem cõmentationem accessimus Philosophiæ primùm, deinde Hippocraticæ doctrinæ, linguæ græcæ, & medicinæ studio atque vsu aliquantulum instructi, non leuiter verò adiuti iudicio doctissimorum virorum, præsertim Francisci Valeriolæ viri publicæ vtilitatis amantissimi, cuius præclaras ingenij dotes, verè excelsas, planèque summo heroe dignas, singularem Philosophiæ ac Medicinæ cognitionem, vitæ integritatem, monumenta ingenij omnem supergressa laudem nemo satis laudare queat. Nihil aliud de me proferendum puto. Totius autem operis publicationem Andrea Pastoreo Senatori & Consiliario Regio, confectionem verò Hollerio deberi omnes existiment. Ille enim exemplarium copiam fecit: hic primus solum inaratum discidit, sementem fecit, verò ac seriò prætulit facem non solum nobis, sed etiam in eo genere doctrinam Hippocratis profitentibus. Si enim (ait Aristoteles) Timotheus non fuisset, multum melodiæ nequaquam haberemus. Si tamen Phrinis non extitisset, ne Timotheus quidem. Idem nobis in hoc genere de Hollerio dicendum. Nostra autem si minus integra & accuratè expolita reperiant studiosi, quod non dubitamus, hoc (cogor enim dicere) quorundam importunitati adscri-

bant,

bant, qua factum est, ut serius quidem quàm vellem, & ipsi sperabant, sed tamen ante tempus non satis ad lucem publicam instructa de manibus extorquerentur. Cum enim ex multis manu scriptis exemplaribus, quæ Andreas Pastoreus Senator pro sua in omnes studiosos beneuolentia & singulari liberalitate nobis in apertum emittenda tradidisset, libros de Morborum curatione, de Febribus, de Peste, & *ἄλλα τῶν* in lucem dedissemus, cogitamusque eodem tempore de Coacis euulgandis, Typographus, cui labores nostros candidè polliciti fueramus, rescripsit se Coacis præfagia typis non esse excussurum, nisi cum cæteris omnibus Hollerij operibus coniuncta: sic enim vendibilia omnia futura. Relictis itaque Coacis, in alia enixè incumbentem, quantum mihi in publico medendi munere licitum est, horrificum illud & nefarium omni imbutum odio bellum ab instituto aliquandiu abduxit. Ex quo cum Respub. malis oppressa ciuilibus iam extollere caput, & aliquando recreata se erigere inciperet, ad me amici scribunt cuiusdam studia ad vnguem facti, & ad maledicendum perquam appositi pronique hominis nostris conatibus obiici, ac de suppressis Coacis nescio quam maculam in nostro nomine infedissee. Mittunt etiam libros, quos dixi, tertia editione tam scèdè corruptos & quasi dilaniatos, ut in illis, de nostro & Christophori Burgenfis labore nihil restaret integrum. Miratus sum initio me, qui nihil aliud cogitarem, quàm de publica vtilitate studiosorum omnium, nec cuiusquam nomen vnquam sine honore attigissem, quo officio beneuolentiam vel improbissimorum hominum allicere solemus, eo ipso, in vnus quasi natura & genere disiuncti (cuius ego nomini parco) calumnias incurrisse, neque dicto, neque facto à nobis læsi, imò ne de facie quidem, aut nomine noti, ut animum ante haberit inimicum & inuidum, quàm intellexerit, cui haberet. Persuasisse autem multis, quæ vellet, non adeo mirabar, qui intelligerem in æmuli præsentis imperio maiorem esse vim, quàm in bonorum absentium patrociniò. Ego, studiose lector, quo nomine rem appellem, nescio. Eam (prætermissa alterius editionis iniuria, quam ferendo nouam inuitai) tantum proponam. Tu hanc suo nominis pondere pendito. Imprimis titulum ipsum commutat, detractò tum nostro, tum Burgenfis nomine huius laboris socij. Horum in locum suum magnificè exornatum substituit. Sequentè pagina effigiem suam, quasi Phydæ Minervam collocat. Tum, quod antea inauditum est, detracta præfatione, & nuncupatoria epistola, quæ Senatori amplissimo Andrea Pastoreo, à quo exemplar acceperamus, meritò dicata erat, non solum in alienam messem suam falcem immittit, sed fundum etiam ipsum alteri addicit. In quo nondum possum cogitare, quàm in se tantam virtutem esse, aut digni-

\*\*\*



ratem arbitratus sit, ut opus totum, quod Senator iure suum sibi vindicare potest, transducere ad se non dubitauerit, atque auferre à certissimo antiquissimoque patrono. Exercitationes enim illas suas (de quibus nihil nunc dicam) cuius dicare potuit: scetus alienos proprio possessori deuotos & consecratos neque potuit, neque debuit. Posthac ne in alieno fundo præter vestigia violatae fidei & religionis relinqueret, atque haud satis esse ratus in alienos labores irruere, nisi in famam etiam & nomen grassaretur, de nobis re satis neque prouisa, neque explorata, sed lubrica ac titubante, ut solet, lingua ita scribit: Scholia Desiderij Iacotij Vandoperani medici Arelatensis nomine hæcenus circumlata, quia *ἀπορραφίς* in Hollerij codicibus enotata reperi, nefas putauit, non ea legitimo Authori suo restituere. Nihil tamen Iacotij sedulitati detractum velim, qui aliena quidem, sed non sua, communi bono gratulaturus publicarit. Hæc est, lector studiose, laboris nostri merces, hoc honorarium, quod omnium primi Hollerij opera in paucorum thesauris delitescencia propriis sumptibus, nec paucis vigiliis tibi communicare ausi sumus: hic hermes noster, hæc utilitas atque gratia. At verò, vir præclarissime, tuo more sine arte, sine distinctione, sine vlla methodo rapsodiis hinc inde collectis opus infarcire poteram, ac tanquam fasciculos partim ex alieno fundo malè concinnatos, partim ineptos appingere, aut cursim ac frustulatum lectas ligare scopas. Verùm id neque feci, neque ab alio factum vnquam magnopere probaui. Itaque cum in exemplari Hollerij pauca quedam trunca, intercisa, sine ordine ad marginem annotata essent, qualia videlicet sibi soli vir ille non tam scripserat, quam veluti signis in memoriae subsidium designarat, ea etiam variè collecta, quasi sibyllæ folia conceptis verbis, ne quid immutare vderemur, studiosis impertire voluimus, atque ob eam causam singula, ut locus sese offerbat, scholiis inseruimus. Qua de re tum in ipso contextu passim, vbi authorem nominamus, tum in præfatione, quam iuuenili quadam impunitate & licentia hic fundi alieni direptor sustulit, admonemus diligenter. Sola autem illa sine dispositione & additamentis nostris edere neque potuimus, neque debuimus, utpote cum in id nullo modo essent scripta. Ridiculum enim est putare Hollerium in grauissimis studiis occupatissimum de scribendis scholiis, & leuissimis medicinæ rudimentis in suam praxim, quam vocant, vnquam cogitasse. Constituto itaque ordine, quo omnia, quæ notatu digna videbantur, complecteremur, singulorum morborum definitiones, causas, diuisiones aliquas, symptomata addidimus, totumque opus, qualecunque sit, breui absoluimus. Quinetiam, quod homo oculatissimus videre non potuit, remediorum epitomen quandam generalem in singulis morbis eodem ordine descripsimus, quo

in Ronde

in Rondeletij methodo longo post Hollerij mortem temporis interuallo scripta & edita continetur. Id enim de industria à nobis factum est, ut ea enumeratione quot remediorum genera, & quæ primo, quæ secundo loco præscribenda essent, tanquam in tabula rudiores haberent. Quamquam huius descriptionis postea nos puduit tumultuaria opera instituta, nec satis ad lucem publicam instructæ. Neque enim tum patria ob grauissimam pestem exclusi inter peregrinandum quicquam politius cõmentari potuimus, & tamen ista scribere coacti sumus ob eas causas, quas in præfatione exposueramus. Quocirca scholia hæc non Hollerij modò nomine, sed ne nostro quidem digna putamus, ut alia editione manifestum fiet. Quia verò hic criminis plagij publicè nos arcescit, cui publicè nõ respondere, hominis esset omnino dissoluti, præsertim cum passim dicitur se subscriptores habere & adstipulatores viros eruditos, nobis iniuitis quidem, sed importuna hac audacia atque iniuria expugnatissimè præclarum illud testimonium contra nos excutiendum est, in quo demonstrare cogor totidem mendacia, quot verba, contineri. Primum enim illud est, Scholia Desiderij Iacotij nomine circumferri, aut, quod ad amicum quendam scripsit, Iacotium se scholiorum authorem dicere. Nam primæ editionis inscriptio duorum opera opus nunc primum in publicum prodire scholiis illustratum docet: in secunda verò additum est ea ex Hollerio decerpta esse magna ex parte, quod tam sæpe publicè testatus sum. In eo verò quod subiicit se scholia *ἀπορραφίς* scripta in Hollerij codicibus reperisse, mihi primum illud velim respondeat: num propria Hollerij manu scripta repererit, quæ ex Rondeletij methodo in singula capita conceptis verbis translata sunt: num quæ de vermibus, vteri mola, fractura capitis, calculo, catalepsi, singultu, podagra, epilepsia ex recentiorum mente & experimentis, quæ Hollerius tum vita functus nosse non potuit, tot locis scribitur: num quæ minoribus characteribus cõtextui inserta: num quæ de nomine morbi, differentiis, causis Goræi definitionibus eo ipso tẽpore editis ad verbum explicata: Si quicquam horum *ἀπορραφίς* scriptum reperit in codicibus Hollerij, quos omnes cõtra hoc calumniatorum genus diligenter asseruandos curauit, quin in me tanquam plagiarium, aut etiam maius aliquid, statim animaduertatur, hic iam non deprecor. Sin autem nunquam Hollerium de his cogitasse, nec mortuum potuisse omnibus eruditis perspicuum est, non video quid ipse à studiosis omnibus, qui hanc petulantiam, quando seipsa ferre non potest, meritò non ferunt, tam manifesto ac turpi mendacio in alienis laboribus prostituto omni pudore deprehensus sibi expectandum arbitretur. Hæc enim vel detrahere, ut cætera debuit, cum nefas esse putabat *ἀπορραφίς* scripta legitimo suo authori non restituere, vel confiteri

\*\*\* 2

nostra opera esse scripta. Eo autem haud scio an quicquam impudentius excogitari possit, quod, quibus in locis scribebam a me aliquid Arelatę vel alibi obseruatum esse, ne qua laboris nostri vestigia superesse viderentur, pro eo passim reposuit a D. Valleriola id esse factum: & quod omnium maximę ridiculum est, Hollerium ab inferis excitat, qui scholia Luretię adhuc scribens, atque alienis incubans obseruationes Valleriolę suis inserat scriptis, diligentęque colligat, quę nos Arelatę in pugillaribus tabellis quotidie annotamus. Hęc ego cum eidem Valleriolę viro doctissimo indicassęm, quem per duodecim annos nostrę doctrine, quantulacunque sit, testem habuimus & auritum, & oculatum, ad hominis stoliditatem, ut est modestissimus, non potuit non ingemiscere. Eiusdem farine est, quod sequitur, aliena me pro meis edidisse. Quis enim non videt nos Hollerij opera e tenebris eruta in lucem dedisse, auxisse, disposuisse, ornasse, cuius laboris fructum, si quis esse potuit, præripere, & iniustus vindictis hic homo impudentissimus publicę sibi asserere ausus est? Quinetiam ab amicis sepe reprehensi sumus, quod non sine priuatę rei & fame iactura ab ornando Hollerio nusquam cessemus, præsertim cum multa alia sint, in quibus ingenij lumen ali-quod proferre, & si non primum, saltem non postremum locum tenere possimus inter eos, qui Medicinę studiosis publicę prodesse valent. Verum in hac operum Hollerij noua editione iniuriam fortasse homo sibi factam putat ob eam causam, quam plerique viri eruditi non ignorant, ad quam explicandam si me aliquando coegerit, tractabo hominę profectō durius, quā fortasse credat: quamquam in his etiam reprimam me, quoad fieri poterit, sicut in superioribus diu repressi. Tandem verō concludit nihil mihi detractū esse velle, vbi omnia detraxit: eodē nimirum artificio, quo vbi se versibus gręcis, latinis, gallicis, pictura, omni laudum genere exornandum curauit, tandem adiicit se nullius laudis participem fieri velle. Sed ne te in his nugis, lector studiose, diutius teneam, hominis intemperiem tantō æquiore animo fero, quantō viri docti, in quos similiter inuehitur, maiorem sibi laudem ducunt ab eo vituperari, cuius laudatio nemini potest esse laus. Nam cum iustam sibi laudem affingere non possit, fractis verecundię repagulis aliis detrahit, atque aliorum amoliri auctoritatē cogitur, ut suam retineat. Quoniam verō non omnino id assequi potest, ignauorum eorum ritum, non quidem pro veritate, sed pro consuetudine latrat, nec aliud præposteri sui ingenij præmiū nouit, quā odisse & lacerare optimum quemque, ac tanquam tētris quibusdam inuidię dentibus, ipsos dignitatis virtutisque flores infringere. Etenim quibus probis, quā petulanter, quā effreni lingua, illoto sermone, obscena loquacitate, inuisitata rabie Vuolphium virum clarissimum & de Re pub.

pub. literaria optimę meritum perfundit? Quā insolenter principibus Academię Parisiensis, vel potius vniuersi (quorum criminationem nec obscuram, nec vulgō ingratam esse intelligebat) quā arroganter, in quā, insultat, quod ab iis ad doctoratum vix tandem sit admissus? Quā impuris maledictis Medicos primi ordinis (sic enim vocat) insectatur, quod boni illi patres (vtoz verbis illius) dicere soleant, sese in refarciendis pragmatię iuniorum vitis occupari? Mox verō concludit, iuniores senioribus illis esse anteposendos, & iuuenum plerunque solertia dexteriore leuari. Proinde gloriatur se viginti quinque annos natum pragmatiam illam suam, in qua non tam ætate, quā vsu rerum medicęque exercitatione, tyronem se ostendit in Parisiensi Academia docere, & si diis placet, cum illa Hollerij conferre. Ego verō amicę & Christianę hominem hortor, diligentius ut discat eam imprimis prauitatis & insolentię causam esse, ignorationem sui: quā si quis cognita veritate discusserit, sciet quemadmodum sibi vita degenda sit. Cogitet hunc quasi gradum quendam atque aditum ad honorem sibi facere non debuisse, quod nulla vnquam laus in obtreptione posita sit, ex qua non nisi maledici & indocti nomen expectari potest. Viri enim eruditi ex aliorum reprehensione, aut calumnia inanem gloriolam haudquaquam aucupantur, nec per scelus ingenij fama quę sita laudem ingenui animi sibi eripi volunt. Proximę illud succurrat magnam medicinę partem esse modestiam, probitatem & humanitatem: miserimi verō ingenij, credere ita se demum euersurum, si eos, qui extant, depresserit, quā rationem grassandi ad famam nemo vnquam sapiens approbavit. Quinetiam tandem intelligat se amplissimo suo ordini, in quo docta, decora, & graua omnia præluere debent, maiorem facere iniuriam, quā iis, quos impudenter insectatur: imō verō ipsi Hollerio, cuius memoriam pię sanctęque coluisse videri vult, dum nefas esse putat puerilia quędam illi non attribuere: interea vero cum sanctissimis ipsius scriptis, qui nullius vnquam nomen sine honore attingit, consociare aut adiungere audet non solum rudimenta planę leuissima, nec scriptione, aut lectione cuiusquam satis digna, sed etiam nugas, contumelias, probra, maledicta. Etenim iam mihi videre videor viri clarissimi manes queri hoc scribendi genere, quod nemo sine stomacho & contemptu legere queat, auctoritatem suam tam miserę fœdari & immiui. Neque verō bis lacepsitus hæc adhuc respondissem, nisi ipse ita nostra patientia abuteretur, ut tertio cōminetur suarum musarum in nos fulmen, quasi nesciat neque in philosophia ac medicina suis illis musis esse locum, neque verbis (ait Iurisperitus) vbi rerū ad-sunt testimonia. Verba enim vrbanius ingenijs nihil aliud, quā verba sunt, & aduersus probrosas compellationes hoc vnum satis est,

P R A E F A T I O.

nihil esse neque facilius,quàm vt qui imputè viuunt,impurè etiam loquantur,neque difficilius,quàm vt infanis quisquam conuiciis fidem apud æquos iudices impetret. Proinde si eum lenitas huc impulerit,contemnem: si stultitiã,miseratione dignum:si odium, venia donandum censebo,nec posthac hominis iniurias scribendo faciam illustriores.Ab iis autem, quos se adstipulatores habere gloriatur,enixè peto,atque etiam oro, vt si quid habeant, ex quo res literaria aliquid adiumenti percipere possit (habere autem multa puto) id absquè contentione, sed humanè atque liberalitèr conferant in medium ad nostrorum studiorum incrementum. Nihil enim homini liberalitèr instituto potest esse beatius, quàm scire: discendum verò, vt sciamus. Ego verò nunc, *ὅπερ ἐν ὑμῶν ἐλαττος ἕβελ-  
οῖς προέλεο πράξαι, τὸ το καὶ αὐτὸς ἐποίησα.* Et quia Homerus & Galenus ita censent,

*Ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι, ὅτε τις προτέρως χαλεπήνῃ.* Interea nos tantò alacrius inde ad opus institutum redimus, quantò scimus maiori tum inuidiã, veteri morbo, tum contumeliã incrementem virtutem esse obnoxiam. Quapropter vnã

*Eurus Zephyrúsque ruant crebèrque procellis*

*Africus, & vastos tollant ad sidera fluctus,*

Hollerij tamen monumenta, quasi tempestate disiecta naufragia superis fauentibus colligemus, & quæ alioqui funditus erant peritura, seruabimus. Eodem labore nostros in Hippocratis reliqua opera cõmentarios maiore cura & vigiliis elaboratos, vel cum imperfectis Hollerij scriptis, vel seorsim & separatim studiosis cõmunicare conabimur. Hos enim tanquam præcoces fructus & immaturos nobis maleuolorum æstus præripuerunt, vt non modò hunc à nobis quasi perpoliendi quendam operis extremum laborem adhiberi quotidianis accusationibus non permiserint, sed ne conficiendi quidem & absoluendi. Tu, studiosè lector, candido animo, quo

certè damus, id, quicquid est, complectere, ac recorde

dare, nullum scribendi genus, docente Galeno,

morsum vitare, theoninúmque dentem vsquam effugere posse.

Vale.

T Y P O G R A

T Y P O G R A P H V S L E C T O R I S.



*D*esiderij Iacotij viri omni laude dignissimi cõmentarios in tertiam partem huius diuini operis non apposuimus, Lector studiosè, tum quòd in nimiam molem volumen excreseceret, tum quòd in illis de mensibus mulierũ, puerperiis, sudoribus, vrinis, & deiectionibus agens ita rem omnem explicet, vt in eo argumento nihil adhuc accuratius & ad mentem Hippocratis accommodatius scriptũ in lucem prodisse videatur. Ob idq; de consilio etiam virorum doctorum, ipsos seorsum & minore voluminis mole excudendos censuimus, quò commodius circumferri queant, & enchiridij vice gestari ab iis, qui primum medicina factitanda

sacris initiantur: quòd sine iis ñ *περὶ διαγνώσεως πραγμάτων*

absoluta esse nequeat. Idq; primo quoque die, Deo

iuuante, sumus facturi, modò hac neque


ingrata, neque inutilia tibi fuisse

se intellexerimus.

Bene vale.







# IACOBI HOLLE

RII STEMPANI, MEDICI

CELEBERRIMI COMMENTARII PRIMI

in Coaca Hippocratis Præfagia

Liber primus.



I.




Ἰσκι ρίγεος περὶ ψυχρὸιμοι, κεφαλαλγέες, τράχηλον ὀδυνώδεες, ἀφρώ-  
νοι, ἐφιδρόντες ἐπανενέγκαντες γνήσκων.



*VI ex rigore perfrigescunt, caput collumq, dolent, muti  
sunt, leuiter exudant, ij edito spiritu singultuoso moriuntur.*

IACOBI HOLLEBRII COMMENT.



Hæc oratio è particulari obseruatione scripta est. Quod enim semel aut rarius visum est. Authori, non vt vniuersale edidit, sed vt materiam futuram vniuersali. Suntque hæc symptomata ἐπιφορηῆ, nec sua natura inter se connexa. Rigor autem siue calore natio intrò coeunte, siue mordente materia per sensibilia corpora commota, siue denique calore copia oppresso creatur, malo quidem est, si inde æger perfrixerit. In acutis enim rigor fit cõcitata ad excretionem vitiosa materia natura. Ac ferè sudor sequitur, aut alia excretio vel abscessus, qui ægrum liberat. Quod si in ea contentione materia restitat, nec expurgatur, imbecillior natura ostenditur: sequiturque vel perfrigeratio, vel frigidus aliquis effectus, quæ omnia admodum lethalia sunt. Intemperiem enim grauem & abolitionem caloris insiti denunciant. Damnat igitur in Prorrhetico ἐκ ρίγεος κατὰ ψύχειας μὴ ἀναθερμαινομένης. Damnat quoque ἐκ ρίγεος νοδρώτητες λήθων ἀγνοίαν, omnia perfrigerationis symptomata: & in Aphorif. ἐκ πολυποσίας multa vini potione ρίγῃ, vnde copia calor extinguitur. A rigore ergo obseruandum in acutis non solum, sed intermittibus febribus, quia in acutis sequitur excretio laudabili euentu, si inde febris extinguitur, & æger habeat leuius, vel non sequitur: quod ægro iam debili lethale dixit Hippocrates. Adhæc alij à rigore recalescunt, & vt loquitur in Prorrh. ἀναθερμαίνονται: aliis ρίγῃ, quod ἀνεκδέρματον, vel δυσεκδέρματον appellant, quia à rigore vel non recalescunt, vel ægerrimè. Sed qui recalescunt, id quidem ambigunt. Nam vel ideo recalescere dicitur, quia cum medicus à rigore excretionem expectet, æger solito grauius febricitat, quod vitiosum est: vel excretionem mota calor non illaudabilis accedit, quod probandum est. In febribus intermittibus ἀνεκδέρματον ρίγῃ, hoc est, cui in breui succedit calor, materiam calidam, tenuemque ostendit, qualis bilis est, ac ferè rigor hic breuior, sed vehementior. ρίγῃ autem ἀνεκδέρματον & δυσεκδέρματον longius

A



6. Epid. com-  
ment. 3.  
2. Prorrh. 33.

in Prorrh.

8. Prorrh. 41.

2. de diet. in  
genit.

rum,quam natura excludere tentat. Non enim vno modo fit rigor, qui caloris natu-  
riui est affectus, sed ab vlcere vstione, sectione, & a vasis, vt Hippocrates & Gale-  
nus docent. Dicitur etiam & ἐπιφαινόμενον. Nam (ait Galenus) si vel tertio vel  
quarto die incidit, periodicus est, id est, febrium intermittentium peculiare sym-  
ptoma. In morbis vero ἐπιφαινόμενον postea apprensus si crifim non attulerit, de-  
terrimum existit signum. Est enim accessio, quæ non fit vi naturæ superantis, sed  
adaucti morbi & maligni. Etenim τὸ ἐπι significat apparere, quod non erat. Sym-  
ptomaticus ergo rigor primo morbi die in febre continua apparere potest à cru-  
dis aut prauis & acribus humoribus in ventriculo signo nec bono, nec malo ad-  
modum. Superueniens autem primo morbi tempore vel secundo, vel tertio aut  
phlegmonem suppuratam denunciat, aut crifim frustra tentatam, éstque iudicato-  
rium non iudicans, vel lethale, vel, si inde remissius æger habeat, difficilis iudicij.  
Neque verò vt signum prauum damnatur ab Hippocrate: sed etiam vt causa. No-  
cet enim quatuor modis. Vehementi concussione corpus infirmum facit: perfri-  
geratione, quæ est symptoma languentis caloris natiui, actiones tum corporis tum  
animi labefactat: materiæ intro recurfu & in nobiles partes translatione varia &  
pernitiosa symptomata inuehit: denique nouo seruore concepto febrem auget. Hip-  
pocrates autem interdum primam affectionem exprimit, vt in eo aphorismo, Si  
rigor incidit febre non deficiente ægro iam debili existente, lethale. Interdum  
secundam, vt, Ex rigore vocis interceptiones non recalescentes, malum. Nonnun-  
quam etiam plures simul, aut omnes, vt, In oculorum peruersione cum febre &  
lalsitudine rigor perniciosus est: & Aestuosi rigores quadamtenus perniciosissimi  
mans quoque cum sudore facies in his mala, posteriorumque refrigeratio conuul-  
sionem accerfit. De his omnibus agitur vsque ad trigessimum quartum aphorif-  
mum libri huius. Qui itaque hoc modo rigent, in hæc symptomata incurrunt, quo-  
rum alia materiæ translationem in caput testantur, vt capitis & colli dolor: alia ca-  
loris natiui in pugna extinctionem, aut suffocationem, vt perfrigeratio, vel totius  
corporis, vel extimarum partium, & vocis priuatio: alia vtrunque, vt leuis exuda-  
tio aut toto corpore manans, aut è capite tantum ac thorace. Singulorum autem  
vires sic habent in vniuersum. Dolor capitis sequi solet membranarum & vasorū  
cerebri distentionem, aut morsum, aut intemperiem, aut quædam horum, aut om-  
nia simul. τραχὺς πόνος, dolor cervicis vel fit in partibus externis, quæ vertebri-  
circumpositæ sunt, qui prauus non est: vel propter affectum cerebrum, aut spina-  
lem medullam, aut ipsas cerebri membranas, vt hoc loco. Atque hic perpetuò  
periculum aliquod minatur per Aphorismū illum Prorrhitici. Cervicis dolor ma-  
lus quidem in febre omni, sed pessimus, quibus infania speratur. ἀφωνία sequitur  
oppresso neruorum principio, & intercepta materia vocali (quæ est exufflatio)  
per extinctionem aut suffocationem caloris natiui. Interdum etiam fit conuulsis  
aut resolutis musculis intercostalibus: nonnunquam etiam interclusis, aut refrigera-  
tis vocalibus instrumentis, aut neruo recurrente affecto. Cum igitur forma in tem-  
peramento fit agens: calor natiuus siue spiritus instrumentum, quod mouet & mo-  
uetur: effectus actio ipsa, vt vox: mutato temperamento à perfrigeratione, quæ ri-  
gori succedit, & instrumento resoluta, cerebro denique oppresso per materiæ trans-  
lationem, nihil mirum est ægrum nec loqui posse, nec vocem mittere. ἐξέσθωσις  
vel sudorem significat circa thoracem tantum & caput apparentem, vel exudatio-  
nem in toto corpore, quæ pauca est, nec quicquam confert. Quorum vtrunque  
prauum est, sed deterius, quod in superis fit partibus, quia vbi sudor, ibi morbus.  
Causa est vel copia in sudantibus partibus, vel facultatis retentricis imbecillitas,  
quæ humorem alimentarium è partibus solidis effluere sinit. Interdum fit per ex-  
pressionem, vt Paulus scribit, & spirituum agitationem, vt in dolore, metu, conuul-  
sione frigida hæc exudatio in febre acuta præsentem syncopem denunciat, & mor-  
tem, in mitiore morbi longitudinem, modò ne fiat onerato aut vellicato ventri-  
culo à cibo intempestiuè exhibito. Virtus enim languens inedia, ac repentè valido  
cibo, vt frumentaceo oppressa horum ferè omnium causa esse potest, quod in præ-  
sagiendo diligenter distinguendum est: ac certè ad prædicendam mortem suffi-  
ciet

cere potuit ex rigore perfrigeratio cum vocis priuatione, & capitis dolore. Verum  
mortis etiam modum expræsit hac voce ἐπαινεύωντες, quasi diceret, postquam  
se recollecterint, aut restitui visi fuerint in falsa declinatione. Nam langorem calo-  
ris natiui extinctionemque talis perfrigeratio indicat, ἀφωνία, mortem in propin-  
quo. Paulò post natura extremum conatum proferente quo ægri restitui videntur,  
intereunt. Nonnulli enim spiritibus dissipatis per marasmm, quem Galenus  
περιφροσύνη reitorridum appellat, sensim moriuntur, vt Hermocrates apud Hippo-  
cratem de morbis popularibus. Alij subito actionum ad vitam necessariorum in-  
terceptione, in qua varij naturæ emorientis conatus apparent. Sit igitur in his om-  
nibus Aphorismus de rigore, rigor ipse tanquam opifex: frigus & μετὰ σπασίς tan-  
quam opera: cætera symptomata opus ipsum. Mors vel repentina in ipsa crisi: vel  
nò multo post in deterius facta mutatione. Hi enim duo sunt mortis modi ex mala  
crisi: alij duo sine crisi, de quibus Galen. 3. de crisi.

I I.

Αἰ μὲν καὶ ἀφώνιος δυσφορίας, καὶ κίσηται.

Quæ cum refrigeratione anxietates incidunt, pessima.

Κατὰ φύσιν, vt περίλυτον vsurpat Hippocrates de manifesta refrigeratione,  
qualis hyeme esse solet, & in itis accessionum febrium intermittentium. Iam  
verò inter signa, quæ maximè lethalia sunt, hoc est, si & æger frigeat, & admodum  
anxiè se gerat. δυσφορίαν vocat, hoc est, quod in Prognostico scribit, ἀσπασίως  
φέρειν τὴν νόσον. Sed è peculiari symptomate sic appellat, cum vehementia morbi  
& casuum, qui morbum comitantur, in varias figuras decubitus æger transforma-  
tur, nec vllò consistit loco, sed variè se iactat, mouet, rapit modò sese attollens, mo-  
dò sese deturbans, modò in latus alterum, modò in ventrem & dorsum sese pro-  
uoluens, nec vllum locum vel vllam figuram, vllam formam decubitus nanciscens  
vbi acquiescat. ἐπιπασμόν inde vocari scribit Gale. Hippocrates βληρισμόν, in Si-  
leno: ἀλυσμόν in Prognostico: ἄσπασιν aliquando in Epidemiis ἀπείλαι: quibusdam  
quoque ἀλός, ἀλυσίς & ἀλυσίς nominatur. In libro de ratione victus in morbis  
comment. 2. ἄσπασιν ἐπιπασμόν interpretatur τὸ σάμαλον ἀσπασίως καὶ δυσφαιερδύ-  
τον ἢ τὴν κατακλίσει καὶ μεταβάλλοντον ἑαυτὸν. Id autem fieri copia materiæ  
ventriculū grauantæ, vel aliquando ab inedia, vel morbo, iis quæ sunt circa ven-  
trem, seruido illic & commoto humore lancinante. Et in eodem opere ἐπιπασμόν  
καὶ δυσφορίαν videtur permiscere. Galenus ἐπιπασμόν interpretatur ἄσπασιν καὶ  
δυσφορίαν ἔχεισι. Et ἀσπασίως febres interpretatur, ἢ οἷς οἱ καίμοντες ἀσπασίως καὶ  
ἀγνώστως χροσι: & δυσφορίαν consequens esse febre dicit, quam μόνιμον & καυσάδην  
appellat, quia certase de firmatam materiam habet, & æstuosa est. Aliquando se-  
quitur καίωσιν vitium stomachi, vbi Hippocrates huiusmodi febres ἀσπασίως cum  
extremis frigidis vehementer metuit, egerèque magna custodia scribit, in quibus  
vt virtus magis magisque deuincitur, ita inualefcit extremorum frigus. Hoc enim  
certissimum indicium est pereuntis naturæ. Est autem δυσφορία signum malum,  
quia ea, quæ dicta sunt, indicat: & causa mala, quia virtutem excoluit, & coctionem  
materiæ prohibet. Aliquando ἀσπασίως videtur appellare, quibus læso ventriculo  
nausea est, & assidua vomendi cupiditas, ἐμετικὰς appellant, ἀλυσίον autem ver-  
bum ἢ ἀλυσίον δυσφορίαν, in anxietate moleste iactari, quod tamen verbum etiam  
lætari significat, sed ita quidam aspirant & ἀλυσίον dicunt. Quidam Atticè vtroque  
significato ἀλυσίον aspirant: nonnulli tenui nota designant. Pluribus autem hæc, quia  
videatur Galenus ἀλυσμόν, ἄσπασιν, δυσφορίαν, ἐπιπασμόν idem interpretari, & in  
Exegefi vocum Hippocratis ἀλυσίως interpretatur ἀπείρειται, ἐπιπασίως. Hippocra-  
tes videtur distinguere quædam ex his in historia Adolescentuli 3. Epid. Tertio  
(inquit) die δύσφορον, ἀσπασίως, πολὺν βληρισμόν, ἀπείλαι. Quæ si eadem sunt, pa-

rūm deceat *ἰλισημίον* Hippocratem. *ἄνοσος* ergo ad concursum acciden-  
tium, dolores partium corporis, æstum, vigilias, sitim, aliāque id genus, quæ effi-  
ciunt, vt difficilius morbum ferat. Nam ex contrariis *ἄνοσος* est. *ἄνοσος* ad affe-  
ctionem medij corporis, oris ventriculi, & earum venarum quæ sunt in hypocho-  
ndriis. Vnde *ἄνοσος* aliquando *βλησιμὸς* fit, cum æger impatientia morbi cui-  
brat corpus, vel ad periculosum quendam affectum referri potest, cum membra,  
manus præcipuè subsultant, celeriter reuelluntur, & qui in eis tendines manifestè  
vibrant. *ἄνοσος* ad passionem animi, quia dubitat æger, in quam figuram corporis  
atque decubitus sese commutat. Sic adolescens septimo obiit, & in Dromæde vxore  
*ἄνοσος* (inquit) *καὶ ἐλῶσε*, cibus abhorrens, & anxia sexto conuulsione obiit.  
*ἄνοσος γλώσσαι* dixit hic Author, quia videlicet abhorret à cibus. Minus formida-  
bilis *ἄνοσος*, si inconstantia & consuetudine ægri, si vehementia & vigore fe-  
bris, si perturbatione critica, si delirio, si dolore nimium cruciante, si denique alia  
de causa, quàm imbecillitate virium, quæ morbum non ferat, aut æstu hypocho-  
ndriorum acri illic humore concitato, aut magno vitio stomachi contingat, aut ery-  
sipelate, quod medium viscus exurat. In Charade septimo Epid. *ἄσι πῆρι τῆν καρ-  
δίαν*: & paulò post, *ἄσι πῆρι καὶ ἄλυστος*: ac deinde *ῥίπασμος πολὺς καὶ ὑπὸ τῶν  
σπείων, καὶ ὑπὸ τῶν ἀρτηριῶν μεταρρίπασμα ἐστὶν ἐν τῷ ἄνθρωπῳ ἀπονεύειν διωκτὸς ἢ μὴ, ταπ-  
νὸν ἄνοσος*, quod ferè moriantur.

DESID. IACOTII COMMENT.

2. Prorrh. 44.

**A** *ἄνοσος* Galenus in Prorrhethico vocat anxios, qui nullam decubitus figu-  
ram facillè sustinent, & Comment. I. in lib. de humoribus, Anxitudinem ab  
Hippocrate dici scribit, quam plerique tædium sui nominant. Aiunt enim eos æ-  
gros anxios esse, qui decubitum ferre non possunt, sed figuram mutant, quia  
præfens eis semper molesta sit. Ea, vt rigor, duplex, critica, quæ in perturbatione  
fit antecedente repentinam motionem. Iactantur enim ægri, sese erigunt, delirant,  
& exarsuant grauius solito crisi imminente nullo periculo, si inde excretio aut ab-  
scissus consequatur: de qua sic scribit in Prorrhethico, Ex inquietatione rigor iudi-  
catorius si fiat, morbum soluit, superuenientibus sudoribus, vel vomitionibus com-  
modis, vel aluo subducta. Altera symptomatica, eaque iterum duplex. Nam inter-  
dum os ventriculi à prauis mordetur humoribus, ait Galenus, & alio loco. his eue-  
nire solet potissimum, quibus in ore ventriculi propria quædam molesta humoris  
qualitas continetur, qui humor neque multus sit, neque in ventriculi spatio inua-  
let, sed in eius tunicis sit immerfus. Huius proprium signum, quo ab aliis differen-  
tiis distinguitur, nausea est *ἀνέμετος* sine vomitu. Sunt enim (authore Galeno)  
perpetuò *ναυτιώδεις* cum nausea. Causa interdum est intempestiuè exhibitus ci-  
bus, de qua Hippocr. libro secundo de victus ratione in acutis. Hæc ad *διάνοσιον*  
potius pertinet, quàm ad Prognosim, nec valde mala est, sicuti nec ea inquietatio,  
quæ apparet in vigore accessionum. Non enim perseverat neque vi adacti morbi  
commouetur, sed vomitu aut deiectione conquiescit, licet cum perfrigeratione sit  
coniuncta. Nam interdum (ait Galenus) corporis extrema, quæ sunt manus &  
pedes, promptè perfrigerantur cum anxietate & inquietatione, non ob morbi ma-  
lignitatem, sed ob malè affectum ventriculi os ex intempestiuâ victus ratione ob  
longam inediām, quæ ventrem humoribus replet acribus ac mordentibus, vel  
propter cibum intempestiuè exhibitum, quo grauatur ventriculus. Posterior perni-  
tiosissima est, de qua accipiendus est hic Aphorismus. Excitatur enim vi & mali-  
gnitate febris vel ab acri malignaque materia, quæ turget æstu, ac feruet circa  
præcordia, vel ab inflammatione insigni alicuius visceris, aut erysipelate, vnde fe-  
bris *ἄνοσος*: vel ab infirmitate virium, quæ corporis onus, aut vim morbi am-  
plius ferre non possunt. In quibus omnibus perfrigescit corpus dupliciter: calore  
cum sanguine ab extimis partibus ad interiores contracto tanquam à cucurbitula,  
vt in magnis inflammationibus internis: aut insito in extimis partibus iam resolu-  
to, vt in moribundis. Morbi itaque maligni & pestilentis inditium est certissimū,  
præsertim cum refrigeratione. Extrema enim frigere ab initio, aut per incrementa  
morbi

2. Prorrh.

2. Prorrh. 44.  
in libro de  
humor.

Ibidem 2.  
de diæta. in 4.  
cutis 4.

Ibidem.

4. de diæta in  
cutis.

morbi magnæ viscerum phlegmones (ait Galenus) nota est, quæ ex crasis succis  
orta sit. Quod si vehemens frigus fuerit, virtutem valde imbecillam esse iam tibi  
coniectura est. Propterea Hippocrates ita languentes scribit 4. de diæta in acutis,  
absolutissima tum diligentia, tum custodia indigere, nec quicquam tangere debe-  
re, præter oximel aquosum, donec se malum remiserit, & vrinæ concoquantur.  
Aestuante autem febre totòque corpore accenso nudare pedes ac manus, mem-  
bræque inæqualiter proicere, familiare est febri ardenti: at corpus non admodum  
calere pro ratione febris, membræque frigida aut tepida nudare, perinde ac si in-  
cendio conflagrarent, malignitatis signum est. Sic morti proximos videre licet,  
qui membra nudent, tametsi instar gelu frigeant, cum sudore tenui, frigido, sæpe  
etiam viscido. Ad hanc turbulentam & inquietam ægri agitationem, pertinere vi-  
detur, quod quidam frequenter assurgere volunt citra occasionem & lectū com-  
mutare delirij & exitij certo signo. Quæ consuetudine ægri, inconstantia, teneri-  
tate, peculiari natura vt puerorum, qui vix vlllo stare loco possunt, dolore acer-  
biore incidit, minus formidabilis. His igitur distinctionibus opus est ad præsa-  
gij certitudinem.

III.

Κατάψυξις καὶ σκληροσμός, ὀλέθριον.

Perfrigeratio cum duritie, lethale.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Σ** κληροσμός, σκληροσμός, σκληροσμός eodem significatu ab Hippocrate scribun-  
tur. Interpretatur Galenus in Exegefti vocum *σκληροσμός, σκληροσμός συμπτώ-  
σει, & σπρά, κατὰ σκληροσμόν*, quæ videlicet exaruerunt, & iam exucca omnino &  
scabra sunt. Atque inter signa maximè lethalia, hoc est, idque in fronte damnauit  
Hippocr. in Prognost. In Epid. verò in historia, qua Dealcis vxoris morbum de-  
scribit, *δέρμα τῶν πῆρι τῶν καρφαλέων*, cutis aridæ circumtensio. Mortua hæc vi-  
gesimo primo. Adolescenti similiter in Melibœa *δέρμα καρφαλέων, καὶ πῆρι τῶν  
καρφαλέων*. Is obiit vigesimo quarto. *καρφαλέων* autem dicit *κατὰ ψυγῶν*, quod hoc loco  
*σκληροσμός* appellat. Quamquæ *σκληροσμός* tubercula quædam dura vocari à Græ-  
cis non ignoramus, & quos *σπυγγῆς* dicunt, appellari aliquando *σκληροσμοσύναι*. Iam  
verò *σκληροσμός* à resiccatione est corporis: resiccatio ab æstu & vacuatione. Va-  
cuatio alia conspicua, vt alui fluor, sudor aliāque id genus: alia sensum fugit, fitque  
partim vigiliis & dolore vehementi, partim commotione animi & corporis. Sed  
quod ad exitium maximè pertinet, pestilenti quadam natura febrilium, quæ *σπι-  
τακτικοὶ* & *σπυγγητικοὶ* à Græcis nominantur, in quibus materia tenuis, acris &  
feruida, & calor igneus medio corpore furens frugi succum corporis eliquat, & in  
halitum disperdit. Ea ergo colliquatione ita resoluitur corpus, vt & facies illa ca-  
daverosa sæpe euadat, & squalescat scabrescatque corpus, & emarcescat aliquando  
similiter marcori, quem *μαρσμοσύναι πῆρι φρυγῶν* retorridum appellant.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**dem legitur in Prorrhethico: In quem locum Galenus scribit obdurescere cor-  
pus duobus modis: vehementi refrigeratione & ita violenta, vt totum omnino  
perfrigeretur, quod est extinctionis signum: deinde valida resiccatione. Quod si in  
solis accessionibus id fiat, moderatius malum significari: si diutius permaneat, ma-  
ius: si verò perpetuò, mortem esse pro foribus. Verùm cum perfrigeratio corporis,  
aut sit formæ priuatio, vt in moribundis: aut caloris absentia, vt in rigore periodi-  
co, vel critico: aut positio, id est, qualitas ipsa, præfens calori contraria, quæ vim agen-  
di habet, nec magis est caloris priuatio, quàm calor frigoris, vt Aristoteles docet:  
neque duritiæ modum, neque huius perfrigerationis indicat. Hippocrates inter-  
dum concretionem id fieri ostendit non exiccatione, vt in apoplexia per venarū in-  
terceptionem à copia sanguinis intercipientem penetrationem spiritus animalis ad  
A 4

2. Prorrh. 45

2. De ortu  
interim.

4. de diata  
in acut 23.

In Prog.

Comment. 3 in  
6. Epid.

6. Epid.

3. Epid.

cerebrum. In hac enim coalescit concrefcitque, vt in mortuo corpore, sanguis, & narius calor ob multitudinem & copiam suffocationi quidpiam simile patitur, atque in extinctionis agitur periculum, vt Galenus scribit. Non dissimili ratione quarundam accessionum principio obdurefcit corpus, sed leuius, & minore periculo. Si diutius tamen perseueret, duritas exitium denuntiat, quomodo in quartanarum febrium accessibus interdum senes moriuntur ob caloris inopiam, & corporis densitatem ac frigiditatem. Frigus enim indurat aut exprimendo tenue humidum quod inest, vt in luto: aut cogendo, quod crassius est, vt in glacie. At in morbis acutis & febribus ardentibus aut colliquantibus aliter fit durities cum perfrigeratur: cuius authores duo sunt, resiccatio & tensio. Calor enim febrilis attenuando, resoluendo & vrendo exiccatur, & indurat. Vsta enim duriora. Item euacuatio conspicua, & latens colliquatio, modò peruenerit vsque ad humidum primigenum partium solidarum, cuius signum est tensio. Ob idque Hippocrates duritiem cutis circa frontem addidit *πρὸς τὴν ἀμύμον καὶ καρφαλέον*, vt intelligamus non solum cutem corporis, ac præsertim frontis duram esse oportere, sed etiam tensam, aridam & scabram. Nam cum resiccatione fiat durities, resiccatio autem, aut euacuatione, aut resolutione & consumptione humidi, vtrumque humidum & alimentarium in humoribus, & solidarum partium primigenum, quod *γόνιμον* vocant, consumi necesse est, vt cutis dura & tensa appareat. Atque hæc duo humida non tam reipsa, quam ratione & gradu differunt, quia primigenium in solidis formæ speciē tenet, alimentarium materiæ. Trahunt enim partes solidæ alimentarium è venis, vt ex eo assimilato & vnito foueant sibi suum humidum primigenum. Vnde fit, vt cum siccat corpus à calore & sine concretionē, vt in validis exercitiis; sole feruenti, inedia, febre ardente & colliquante, aut vacuatione manifesta, primùm alimentarius humor ex sanguine & spiritu dissipetur, quia exhalant facilius partes aeræ & tenuiores, deinde etiam primigenius. Priore modo laxatur cutis, vt Galenus scribit, & subidet in spatia inanita ac flaccescit: posteriore tenditur omnino resiccata & contrahitur, vt corium ad ignem, aut lignum exiccata medulla torquetur. Cum enim in hiatus diductæ cutis nihil succedat absumpto humido, quo partes cohercebant, contrahuntur, quomodo plantæ primùm flaccescunt exhausto succo à calore, aut corrupto à frigore, deinde exarescunt. Quod Hippocrates breuissimè docuit hoc modo, Extenuatio, omnis cutem elaxat, deinde circumtendit: recreatio contraria: corporis labentis rugositas: recreati extensio. Quòd autem hanc duritiem cum tensione sequatur perfrigeratio, eaque lethalis, manifestum est. Nam in humido primigenio est humor tanquam materia, anima tanquam forma, & calor tanquam instrumentum, ob idque Galenus tribuit coctionem partibus solidis. Hoc igitur tanquam fundamento subducto & subiecto calorē insitum extinguere necesse est, cui succedit perfrigeratio per priuationem formæ, quæ restitui nō potest. Quod exprimeret videtur vox *κατὰ ψύξιν*, qua est vsus, vt antè, *πρὸς ψύξιν*. Nam *πρὸς* significat descensum & penetrationē in profundum. Cum ergo in acutis mollior cutis & laxior apparet, postea verò tenditur, & arefcit cum pallore defectu sanguinis, & frigore resolutio calore, idque perseuerat, colliquationis & mortis proxima certissimum signum est, cui si calor coniunctus sit, is oritur à feruore humorum putrentium, non à calore proprio ipsius partis tensæ & duræ. Verus itaque Aphorismus est tum in hac duritie, tum in ea quæ fit per concretionem: quanquã de hac potius quam de illa agi continuatio Aphorismorum ostendit, in quibus omnibus symptomata completi videtur, quæ perfrigerationem symptomaticã sequuntur, qualis est ab irrito & frustra moto rigore.

III.

Ex κατὰ ψύξιν φόβος καὶ ἀθυμία ἀλογος ἐς πάσασιν ἀποστελεδότη.

Ex perfrigeratione pavor & desperatio præter occasionem, in conuulsionem desinit.

Metum & tristitiam animique deiectionem atque desperationem, quam hic *ἀθυμίαν*, in Aphorif. & Epid. *ἀθυμίαν* vocauit Hippocrates, in Aphorif. signa non conuulsionis, sed melancholiæ morbi, in Epidemiis exitij posuit. Nam in statu & tépestate Aquilonia i. Epid. inter signa lethalia φόβος (inquit) *ἀθυμίας*, ἀθυμία κατὰ ψύξιν. Sed hæc in morbis periculosiora, vbi cōfidens & fortis animum despondet, & qui natura hilari animum tristitia & mœrore contrahit. Id fit exusto sanguine crassiore & flaua bile: quanquam & in materia melancholica contrahitur qualitas quædam ineffabilis, quæ miris spectris animum perturbat, siue ea cerebri substantiæ imbibatur, siue in venas repat, aut fumos emittat, qui velut tenebris offusus animam terreat. Itaque si quem vidit ab his signis conuulsum ægrum, id certè & principium neruorum violasse oportuit acrimonia mordente, aut aliunde conuulsionem motam, quod verisimilius est. In Euryanactis filia *ἀθυμίας*, ἀνελευσίως, ἀκρῆ ψυχῆ annotantur: mortua quidem illa. Delirij etiam melancholici meminit. σιγῶν (inquit) ἐδὲν δειλέγεθ. Item *ἄκρως*, & *πάλι πολλὰ πηλὴρα*. Tacurnitas enim comes melancholici delirij, vt *ἀθυμία*. Nam in historia mulieris Thasiæ sub finem *ἀθυμίας*, inquit, *τὰ πρὸς τὴν γυναικὴ μελαγχολικά*. Videndum tamen vt ne metu, tristitia, conuulsionibus in ægro visis certum exitium denunties. Fieri enim potest, vt non tam vi morbi, quam suppressæ vacuationis, aut externæ causæ id contingat. Quod accidit mulieri cuius morbum describit 3. Epid. cui statim prima nocte φόβος, λόγος πολλοί, ἀθυμία, πάσασιν πολλοί. In fine historia *ἔρα μελαίνα λεπτὰ πρὸς κέσιν γυναικῶν πολλὰ κατὰ ψύξιν* muliebria multa descenderunt. Laborauit hæc mulier acutissimè, quæ tertia die sudoribus & purgationibus muliebribus seruata fuit è tristitia & suppressis mensibus magis, quam vi morbi, cum tamen adessent metus, tristitia, conuulsio, vrina nigra, quæ alioqui lethalia ponuntur. Hæc obiter, ne prius prælagias, quam de causâ mali iustam quæstionem habueris.

Comment 2 3.

Comment. 3.

DESID. IACOBI COMMENT.

Cum in febre multis modis obrigeat corpus: contractione caloris influentis ad interiora, vt in initis accessionum, & in perturbatione critica: oppresione ab humore frigido, aut intemperie à simplici qualitate, & remissione caloris natiui per extinctionem & *νέκρωσιν* in partibus solidis: primus modus ambigit: secundus prauus: tertius planè lethalis est. Hic autem distinguitur à prioribus, quia accidit affecto iam morbo, & morte imminente, aut prægressa aliqua graui causâ & vacuatione. Illi verò statim ab initio, aut non multo post incipere solent. Deinde quia in caloris natiui extinctione totum ferè corpus perfrigeratur cum pulsu languido & paruo: ab oppresione verò & caloris ad interiora recursum extimè tantùm partes cum pulsu inæquali ac depresso. Si itaque cōstaret ipsa perfrigerationis differentia, multò certius institueretur prælagium. Verùm quia in vniuersum pronuntiat est sententia, indiget distinctionis, vt exitus antè prouideatur. Tribus itaque modis ex symptomatica perfrigeratione demissio animi ac desperatio sine causâ sequi posse videntur. Vno quia perfrigerati spiritus crassescunt & obscurantur. quapropter redduntur inepti ad *ἀνοσίαν*, ac torpent in corde immoti, nec vt in ira aut spe (quæ *ἐπὶ φόβου καὶ πρὸς ἀθυμίας* opponuntur) diffundi possunt, dilatari aut produci. Veteres enim φόβου καὶ ἀθυμίας posuerunt *ὅτι ἐπὶ ἀλόγῳ* animæ, quo fit vt Aristoteles neget φόβου genus esse verecundiæ, quia ille fit *ὅτι ἐπὶ θυμοειδῆ*, hæc *ὅτι ἐπὶ λογιστικῷ*. Qua ratione spirituum vitalium, & vniuersi corporis intemperiam frigidam significant metus & desperatio. Altero per translationem sanguinis melancholici in cerebrum, cuius anima recipit impresionem per spiritus, qui tales efficiuntur, qualis humor ille est. Itaque cum representantur imaginationi, quia sunt attri, metum, tristitiam & desperationem afferunt, quæ sunt propria melancholiæ symptomata: interdum etiam sine translatione substantia cerebri eo humore imbutur, aut fumum atrum ex toto corpore excipit. Verùm in febre perfrigeratio superueniens, quæ metum & desperationem secum adducit, impetum humoris melancholici

4. Top.



melancholici ad superiora factum denunciat, praesertim initio morbi aut incremento & suppressa solenni aliqua vacatione ut haemorrhoidibus, aut mensibus, cuius exemplum est in mulieris historia, quam refert Hollerius. Tertius modus est, quando post vehementem phrenitidem ex bilis flauae aduisione, aut sanguinis melancholici imprimitur in cerebri substantia intemperies hectica, quae silentem ecstasim facit cum tacurnitate, & leui palpo ac motu manuum: de qua dicitur postea copiose. Ab omnibus itaque his perfrigerationis modis conuulsio expectari potest, sed non eadem certitudine exitus, Nam melancholica ecstasis finitur tremore & conuulsione resiccatis neruis ab incendio: & in perfrigerationem definit: quia paulatim calor extinguitur, vnde releuari aeger non potest. In translatione autem aut feruore humoris melancholici in cerebro facilis est μετασπασίς, successio, aut diffusio eius humoris à substantia cerebri ad neruofas partes, in quibus ob crassitiam conuulsionem facit à plenitudine, aut in ventriculos, vbi epilepsiam, ut Hippocrates docet in Aphorismis, & 6. Epid. scribit atrabilarios epilepticos fieri & contra. Non tamen necessarium, nec magna ex parte id accidit. Nam liberantur sepe excretionem aliqua, ut mulier cuius meminit Hollerius, & per Aphorismum, Insanientibus varices, aut haemorrhoides, superuenientes, insaniam solutio. Si vero non liberentur, aliud effundi, aut transferri humor potest, quam in neruos per Aphorismum, In morbis melancholicis, ad has partes sunt decubitus periculosi: aut enim apoplexiam corporis, aut conuulsionem, aut furorem, aut caecitatem significant. Quod autem etiam perfrigeratio, quae spiritus extinguit aut obscurat, & crassos facit, conuulsionem quoque accersat, docet Hippocr. paulò post, vbi frigus dicitur scribit esse παραμώδεις conuulsificum.

6. aphorif. 21.

6. aphorif. 56.

V.

Αἰ ἐκ κρυψύειος ἔρων ἀπολήψεις, κακίστον.

Ex perfrigeratione intercepta vrina, pessimum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Contingit aliquando in iudiciis morborum, quibus signa salutaria adfuerunt, vt ante refrigerationem & rigorem, in ipso quoque rigore & frigore vrina simul cum alio supprimatur, vnde non κακίστον, pessimum, sed βέλτιστον optimum potius praesagium est. Ab iis enim excretio critica & salus aegri enuntianda est. Monet ergo Hippocr. 6. Epid. πῶς δίγνος ἐπιχέσις τῆν ἔρων, ἢ ἐκ κρυψύειος considerandas. Quod enim ἀπόληψιν ἐπιχέσις dicat, manifestum est. Contingunt autem vrinae retentiones in acutis emortuo calore vesicae, & perfrigerato neruo, qui in vesicam distribuitur. Itaque pereunte sensu & virtute illa, quam ἐκκεῖναι ab excernendo vocant, vrina retinetur, in iis praesertim, in quibus vesica eiusmodi est, vt facillè frigore, & quavis iniuria violetur. Scribitur haec sententia in Prorrhethico.

2. Prorrh. 16.

DESID. IACOTII COMMENT.

In omnibus signis, de quibus toto hoc admirando opere agitur, duo perpetuo nobis tanquam ob oculos proponenda sunt, ne fallamur in praesagiendo. De his autem tanquam necessariis cautionibus hic locus postulat, vt admoneamus. Primum est, quaecunque signa offeruntur, si causam externam habeant, aut internam quidem, sed quae in partis alicuius vitio posita sit, nec à febre pendeat, ad praesagium parum aut nihil conferre in febre acuta & essentiali, Cuius praecipuum exemplum est apud Hippocratem de Ictero à scyrho hepatis, haemorrhagia vitio lienis; aut narium irritatione & similibus: apud Galenum de lassitudine, febre, capitis dolore, lumborum, hypochondrij, ceruicis ab aestu, motu & sole. Alterum si vi febris symptomata incidisse constet, vel natura crissim tentante fieri, vel adaucta morbi malignitate. Quae autem repente eueniunt, nec ante apparuerunt, perturbationis criticae suspicionem afferunt, nec firmam aut stabilem causam habent. Sic iactatio aegri & anxietudo cum frigore lethalis dicitur. Vitio tamen ventriculi, aut perturbatione

4. de dieta in acutis. Initio Prorrh.

ditione critica circa statum cum salutaribus signis non est metuenda. Idem iudicium de vrinae suppressione. Nam & in febre & sine febre retinetur vitio partium à quibus manat, aut obstructione meatuum per quos fertur, vt veretrum, si vesica vacua sit, & meatus vrinarij, si plena. In febre etiam acuta circa statum in perturbatione critica & paulò ante rigorem criticum cohibetur tum alius, tum vrina, aut exigua quantitate redditur sine periculo. Has causas remouet Hippocrates per dictionem ἐκ κρυψύειος, quasi diceret vi febris acutae & perfrigerationis ipsius symptomaticae, non autem quia incendio absumatur ferum, aut non trahatur ob renum infirmitatem: aut non exeat propter obstructionem à calculo, grumo, caruncula, pituita & similibus: aut sursum refluat contracto intus calore, & motionem criticam aggrediente, quo tempore aegri perfrigerantur sine periculo manifesto. In febre autem acuta à calidiore materia perfrigeratio ἐπιφανεστένη, quae causam habet stabilem & febrilem malignitatem, vel magnitudinem inflammationis internae, vel caloris insiti resolutionem & extinctionem à febrili denuntiat. Hanc noxam prima ferè omnium percipit vesica ob lapsum proportionalem. Nam & frigida est suapte natura ac membranosa, & à caloris fonte remota. Eius itaque exiguum calorem à frigore facillè extingui par est, siue externum sit (constat enim multos per ingentia frigora amisisse etiam veretrum) siue internum, quod calori febrili succedit per resolutionem aut extinctionem insiti. Est ergo in patiente vesica duplex dispositio & aptitudo: in agente duplex vis. Nam calor febrilis opus inchoat: refrigeratio perficit, quae succedit. Calor enim & consumit & consumitur substracto humido, quod est caloris subiectum ac fundamentum. Modus autem effectiois sic habet. Functio vrinae excernendae animali facultate perficitur oriantem & consentiente musculo sphinctere, & naturali ipsius vesicae, quae per neruum sensificum, quem habet, percipit irritationem à morfu, mole & pondere vrinae. Ea percepta colligit sese, ac contrahit per fibras ad excretionem, cui musculus consentiens laxatur. Non igitur excernit per refrigerationem, vel quia neruus sensificus amplius non sentit extincto calore: vel quia vesica sese colligere nequit emortua facultate excretrice, quemadmodum cum diutius plena manet, vix & aliquando nunquam contrahi potest. In phreneticis supprimitur, aut praeter voluntatem effluit alia ratione, vt alibi docemus: quia distracto spiritu impressio causae dolorificae non representatur imaginationi: aut memoria, vel iudicium, vel vtrunque laeditur. Constat autem haec fieri debere vesica plena, quod in ea sit causa suppressionis, non in superioribus partibus. Ob idque admouenda manus perinaeo, in quo circumscriptus tumor confirmat praesagium, sicuti absentia impedimenti in meatu vrinario. Hac itaque ratione perfrigeratio in acutis cum suppressione vrinae coniuncta signum est certissimum exitij proximi. Iam enim à morte expugnatur illa pars, non multò post arcem vitae oppressura.

VI.

Μετὰ δίγνος ἀγνοία, κακόν: κακόν δὲ καὶ λήθη.

Cum rigore non agnoscere familiares, malum: malum quoque obliuio.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Haec sententia legitur in Prorrhethicis, vbi alij μετὰ δίγμος, alij μετὰ δίγνος, non multum dissidente sententia. Vtrunque ergo fit, non agnoscere familiares & obliuisci perfrigerato cerebro & calore iam propè extincto.

2. Prorrh. 30

DESID. IACOTII COMMENT.

Eadem ratione, qua primo Aphorismo, docet de rigore symptomatico iudicandum ex consequentibus symptomatis. Magis itaque probatur, si dixeris, Post rigorem, quam si, cum rigore. Est enim rigor terminus ἄτην μνήμης. Cum ergo in

2. Prorrh. 30

go in rigore calor nativus pugna succumbit, & à symptomatica perfrigeratione vincitur, cerebrum quidem tum per se facile refrigeratur, calore proprio & insito resolutum, tum & corporis totius interperici consentit, unde ipsius actiones laeduntur memoria imprimis & imaginatio. Itaque si interrogas, neque familiares agnoscunt aegri, neque quid fecerint referre possunt, quia non recordantur, ut Galenus scribit in hanc sententiam. Quasi verò quod Plato scripsit in Timæo primum corpus ipsum, deinde animam vino calefieri: ita ab eo frigore primum corpus, deinde anima perfrigeretur. Videtur autem id contrario modo fieri, quo in rigore critico aut periodico. Ut enim à rigore illo corpus magis incalescit, quam ante rigorem tribus de causis: collectione caloris ad interiora, eruptione foras confertim facta, & motu ac conflictu vehementi: ita si non redeat calor aut perfrigeretur, cerebrum quoque, ut antè dictum est de vesica, frigescit: dissipantur spiritus aut suffocantur, & calor influens privatur motu proprio. Non habet igitur cor spiritus, quos suppeditet facultati animali. Sed horum loco multi vapores craffi ex violenta irruptione & repulsionem excitati impediunt intellectus reflexionem super species servatas, aut oblatas. Illinc ἀγνοία, hinc λήθη. Est enim ἀγνοία privatio, vel interceptio vis animæ communis, quæ per reflexionem perpendit atque recognoscit speciem rei præsentis & obiectæ. λήθη verò, id est, obliuio, illius, quæ retinet rerum imagines & notiones vniuersales. Ob idque illi neque agnoscunt, neque distinguunt præsentia: hi præteritorum non meminerunt. Deterius malum, si vtraque facultas læsa sit, quam si altera tantum. Sic in Apollonio in Epid., omnium obliuio à rigore & frigore ab initio: vigesimo quarto meliusculè habere visus est, & parùm mente valuit, manentibus tamen signis lethaliibus. Trigesimo quarto obit. Idem accidit in calido & sicco cerebro phreniticorum propter spirituum mobilitatem & exhalationum acrimoniam distracto animo. Verùm ad se redeunt remotis impedimentis. At cerebrum hoc modo refrigeratum vix aut nunquam restitui potest. Est enim intemperies frigida, quæ calidæ succedit, immedicabilis, ut Galenus docet in historiam Hermodocri. Non igitur hoc simpliciter malum, sed lethale. Manifestum autem est, fieri etiam hæc posse leuiter perturbata mente, & in perturbatione critica, quæ semper excipienda esse docuimus in Aphorif. superiorem.

VII.

Τὰ κωματώδεα ῥίγητα ὑπολέθρα, καὶ τὸ φλογώδες ἐν προσώπῳ μετ' ἰδρώ-  
τος ἐν τρεῖσι καὶ ἑξήκοντες ἐπὶ τετράσι ψύξις τῶν ὀπίσθεν σπασμὸν ἐπιτελεῖται,  
καὶ ὅλας ἡ ψύξις τῶν ὀπίσθεν σπασμῶδες.

*Rigores, quibus multa in somnum inclinatio iuncta est, utcumque lethales sunt. Quod si in iis facies flamma modo exardescit, cum sudore malignum est: iisdemq; posteriorum refrigeratio conuulsionem accersit. Atque omnino posteriorum refrigeratio cōuulsifica est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

2. Prorrh. 33

Ambigua lectio. Alij enim κωματώδεα, alij κωματώδηα legunt. Vtrunque tamen exitiosum. Ac rigor quidem multis statim initio morbi fit nullo præfatio bono vel malo. Incidit aliquando in tertium diem aut quartum, nondum cocto morbo, quod vitiosum est. Omnis enim naturæ motus excernentis priusquam morbus sit maturus, inutilis est. Sub crifim aliquando, quem si excretio sequitur, admodum salutare est: si non sequitur, metuendum. Scriptum enim ab Hippocrate τὸ κείσιν μὴ κρινόντα τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκειτα. Ac rigor quidem, ut idem scribit, ardores soluit, qua ratione inde concitatus humor sudoribus, vomitionibus & aliis excretionibus vacuatur. Si enim in ardore rigor est, neque sequitur excretio, inter κείσιν μὴ κρινόντα numeratur. Quomodo & φλογώδες ἢ ἐπὶ προσώπῳ

ἐπὶ προσώπῳ μετ' ἰδρώτος. Solet enim sudantibus sic erubescere facies, ut ignea videatur. Id enim quod φλογώδες dicit, in pueris maximè, qui vehementi motu caluerunt, in sudantibus criticè, in vigore quarundam accessionum, in phreniticis quoque sæpè numero conspicitur. Si ergo & flammeo vultu exudat aeger, & nihil conferat ea vacuatio, vel lethale, vel difficile iudicium enuntiandum est. ὑπολέθρα, vel, ut in Prorrheticis ἐπὶ τὴν ἄλθρα, δύσκειτα verò dicere consuevit, quæ periculosè, & intercidentibus grauioribus casibus tardius quoque dissoluntur. ἐπὶ τρεῖσι. Venæ in anteriores partes corporis, nerui in posteriores feruntur magis. Itaque calidiores illæ, hæc natura frigidiores. Atqui natura frigidiora corpora celerius frigore sequuntur. Posteriores itaque partes frigore lancinantur atque conuelluntur. Quæ velantur, videntur redundare, nec leguntur in Prorrheticis.

DESID. IACOTII COMMENT.

Nomina huiusmodi κωματώδες, φλογώδες, κωματώδηα, σπασμώδες, duplicem vim habent apud Hippocratem. Nam & affectionis ipsius ideam præ se ferunt, & potentiam ad effectum interdum actiuam, ut Philosophi loquuntur, interdum passiuam, ut hoc Aphorifmo quilibet obseruare potest. Sic σπασμώδες & conuulsionis modum atque affectum significat, & quod conuulsionem facere potest, cui interdum addit τὸ τι, ut significet aliquando, non semper. Est itaque rigor κωματώδης, vel à quo vehementior æstus incandescit, ut cum ignis, qui latuit prius, latius atque violentius grassatur: vel qui superuenit ἐπὶ κείματι, id est, febri ardenti, quæ ab incendio sic nominatur ab Hippocrate, quia ὑπερβολὴ καὶ πῦρ ἐπὶ πῦρ, ut loquitur Aristoteles. Nam qui post tertium aut quartum diem incidit rigor, nec iudicationem affert, æstuosus est, tum iterato humorum putrentium feruore, tum nouis in capite apparentibus symptomatis cum æstu & incendio in facie cōspicuo. Potest quoque rigor ille symptomaticus & ἐπιφανιόμηνος esse κωματώδης à cōmota quidem materia & exhalante in caput, nō vacuata. Nā in eo, qui per rigorem fit, conflictu agitantur omnia quæ sunt in corpore, concutiuntur ac effervescunt, fitque calor ipse vaporosus. Itaque cum ex profundo reuertitur, acerrimum humorum quid effundit, unde sudor. Si igitur ad extimas vsque partes expandi non possit præ imbecillitate aut oppresione à materiæ contumacia vel copia, neque expedite propellit ea, quæ molestiam inferunt, neque perfectè respirat, sed sursum in caput elatus materiam eò conuertit, unde exaruant aegri, & copia vaporum interdum soporantur, ac leuiter exudant flammeo vultu, signa omnia non exclusæ, sed translatae illuc materiæ cum multo calore vaporoso. Sudor enim ille paucus, vel potius maior quem ἐπιφωσιν vocant, oppresione aut resolutione potius è partibus solidis exprimitur, quam vi naturæ excernentis, aut materiæ morbificæ portio tantum quædam tenuior est, quæ soluendo morbo satis esse nequit ob paucitatem. Vtrinque ergo metus est, & à morbi malignitate, quæ calorem in conflictu superauit, & à nobilitate partis, in quam materia decubuit. Hoc igitur significat Aphorifmus, quod cum indicatoriorum non iudicantium, tum signorum, tum caussarum quædam lethalia sint, & quædam difficilis iudicij, si quod aliud signum lethale accesserit, mors erit in propinquo: sin cætera salubria, difficilis & diuturnus morbus futurus est. Non enim prorsus adhuc lethale, sed ὑπολέθριον & κείσιν inter dubiam spem & certum metum, ut Celsus loquitur. Quò autem plura symptomata periculosa coeunt, eò certior exitij prænotio: quò plura salubria, salutis. Flamman cum sudore facies, translatae illuc materiæ & sanguinis feruentis indicium est, perfrigeratio rigoris irriti & frustra à natura tentati, ut dictum est in primum Aphorifmum huius. Ex his autem refrigeratis posterioribus partibus conuulsionem non absque ratione expectabis, quoniā & partes neruose sint, & frigus conuulsionem pariat. Propterea rectè subiicit, quod tamen in Prorrhethico prætermisum est, Partium posteriorum frigus omnino conuulsificum esse. Adest enim & efficientis causæ actio efficax, & suscipiētis dispositio atque opportunitas, id est, quod Philosophi aiunt, potentia passiuæ in subiecto, & actiuæ in forma. Frigus enim cogit, densat & xalperat neruofas partes, ut in frigore quoties horrefci-

Galenus in 33. sectione 2. Prorrh.

B

mus, inæqualitas excitatur in cute expressio inrorum humido, quod est caloris ve-  
hiculum, & disitis in superficie partibus. Vt res frigus & mordax veteres dixere. Par-  
tes igitur posticæ aut vellicatæ ac lancinatæ cõuellantur à frigore, aut densatæ re-  
plentur prohibita effluuij transpiratione. Vehementius autẽ obrigent, quia frigidæ  
neruofæ, & venis atque arteriis destitutæ quæ in anteriores partes feruntur magis. Sic  
in Aphorif. scribit, Quibus tumores in vlceribus euanescent repete, id est *ἢ μετὰ  
εὐσιν* sine resolutione aut manifesta vacuatione, his in posteriores partes raptâ ma-  
teria conuulsiones & distensiones fieri: in anteriores insaniam, costarum dolores a-  
cutos, vel empyema, vel dysenteriam, si tumores rubri fuerint.

aphorif. 65.

VIII.

*Αἱ ἐκ νῶτος φρίγῃ πικνυαὶ, καὶ ὀξείως μετεπίπληται, δυσφοροί, ἔργα γὰρ  
ἀπὸ λυφῆ καὶ ἐπωδίων σημαίνουσι τὸ ἐφιδρῆν τῆς τοιοῦ κλίμας.*

*Horrores è dorso sapius incidentes, celeriterq; permutati, diffici-  
les sunt. Etenim vrinæ suppressionem & laboriosum morbum signa  
ficant. Atque iis tenuis sudor abortus pessimus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A** Pud Hippocratem *φρίγῃ, πικνυαί, φεικῆ* interdum eadem ratione vsur-  
pantur, vt 6. Epid. *φρίγῃ* cum dixisset incipere magis à posterioribus parti-  
bus, paulò post in eadem sententia, *φεικῆσι*, inquit, *τὰ ἔξω μαλὸν, ἢ τὰ ἐνδοῦ τα  
σώματος*. Hæc omnia autem rigor, frigus, horror celerius fatigant partes poste-  
riores corporis, & magis vbi articuli sunt, lumbos & qua parte ceruix in dorsum  
definit. Articuli enim cum admodum neruacei sint, membranæ & exangues, à fri-  
gore celerius patiuntur. Itaque vbi à lumbis concussio quædam fit frequẽs & hor-  
ror, & commota materia, vagaque *δυσφορίαν* facit, siquidem cum in lumbos ir-  
ruit, & illic inflammationem facit, membranas vicinæque corpora ac neruos, qui  
ad vesicam pertinent, pati est necesse, ac inde vrinâ suppressi, quam *ἔργα ἀπὸ λυφῆ*  
appellat. Ac inflammato articulo ac vrinâ retenta dolores fieri par est, propterea  
*ἐπωδίων* addit. *τὸ ἐφιδρῆν*. Quid hac voce *ἐφιδρῆν* intelligat Hippocrates, prius  
est dictum. Ac constat, quòd plura coeant signa lethalia, eò grauius agi cum agro.  
Non autem additur hic finis in Prorrheticis.

DESID. IACOTII COMMENT.

aphorif. 43.

Galenus in 1.  
6. Epid.

**S**cripta est eadem sententia sectione secunda prioris Prorrheticæ, in qua fre-  
quentibus ex dorso horribus, in quibus ægri celeriter recalescunt, duo tri-  
buere videtur, primùm quia sunt *δυσφοροί* cum inquietatione & anxitudine egro-  
rum: deinde quia denuntiant *ἀπὸ λυφῆ*, id est, *ἐπίχρῃ* suppressionem vrinæ cum  
dolore. Satius tamen putat Galenus ex his omnibus vrinæ retentionem significari.  
Nam huiusmodi horrores crebri causam habent phlegmonem in parte, è qua  
principium horrescendi ducitur. Vt enim antè docuimus rigorem symptomaticũ  
duplicem esse, partis phlegmone obsessæ proprium, & cacochymicæ vasorum, idem  
de horrore, qui est paruus rigor, sentiendum. Propterea adiecit *ἐκ νῶτος*, ex dorso,  
quia dorsum sit non solùm terminus *ἐπὶ κίνησις* in horrore, sed etiam *θεῖν*, caus-  
sa efficiens. Nam *τὸ ἐκ* & motus principium, & causam efficientem, & materiam  
designat. Galenus interpretatur circa lumbos, atque inde colligit in spinali medul-  
la, vel his, quæ circa ipsam sunt, membranæ, vel in vtriusque inflammationem subesse,  
in cuius sympathiam adducta vesica in vrinæ suppressionem incurrat cum dolore.  
In his horribus duo notat Hippocrates frequentiam & celeritatem. *ὀξείως* enim  
adverbium est celeritatis, & Galenus *ὀξείως πυρετός* ab Hippocrate dici scribit  
ob caliditatem celeriter manui occurrentem & velocem eius motum cum vehe-  
mentia

mentia symptomatum & periculo coniunctum. Celeritas spectatur ex eò vel quòd  
celeriter ab horrore incalescat æger, vel quòd horror vagus sit & celeriter locum  
permutet propter consensum cum multis partibus. Fit autem aliquid celerius, quia  
minus operosum, aut quia præcipitatur, neque sine conatu. Horrores ergo crebri  
facilitatem quidem motionis celeritate ostendunt: frequentia verò ac repetitione  
difficultatem rei amouendæ. Qualis est non materia mobilis, quæ facile difficitur  
aut transfertur, sed inflammatio interna & firma. Fit enim ille horror vel intercisa  
dispersione ac collectione spirituum, quando videlicet spiritus sese retrahunt in-  
rorum ad locum inflammatum cum sanguinis partibus liquidioribus. Agitur  
enim spiritus & noxia refugit, tanquam animal, authore Aristotele: vel cum vapo-  
res ex inflammatione, aut ex suppuratione acres ichores vellicant membranas, quæ  
exquisito sensu præditæ sunt. Horror igitur frequens ac celer è dorso, tanquam  
caussa efficiens (nam & à dorso aut lumbis tanquam principio motionis rigor  
omnis fieri dicitur) phlegmonem significat in his partibus, quæ dorso continen-  
tur. Atque idem iudicandum de cæteris partibus, vt ex particulari vniuersale in-  
telligatur. Sunt autem hi horrores *δυσφοροί* inquieti & anxij, tum ob violentam  
caloris natiui agitationem, tum ob inflammationem & æstum. In omni enim in-  
flammatione interna fieri solet inquietatio & anxietas, de qua superius diximus.  
Particulatim verò ex dorso suppressionem vrinæ cum dolore prænunciant, & pe-  
riculosum morbi exitum, vel communicata inflammatione vesicæ, aut contractio-  
ne, aut compressione nerui ac musculi claudentis vesicam, qui laxari non potest, vt  
in luxatione interiore vertebrarum, Comment. 3. de articulis, & 6. de locis affectis:  
vel si vesica vacua sit conuersione feri & materiæ ad superiora: interdum peculiari  
renum & lumborum vitio. Quòd si sequatur ephidrosis, leuis exudatio in capite  
& thorace, aut toto corpore, suppurationis nota est, aut doloris qui contrahit &  
premit, aut extinctionis caloris natiui. Sic Hippocrates scribit in Prognostico, sup-  
puratos cognosci si febris detineat nec cesset, noctu grauior, cum rigore sympto-  
matico sæpe recrudescente & sudoribus multis. Nam materia quæ vritur à calore  
immodico, aut potius quæ non coquitur, putret & febris causa est: pus vellicans  
partes sensibiles horrores aut rigoris, sudor infirmitatis & resolutionis partium so-  
lidarum & causa & signum.

IX.

*Φρίγῃ ἐν σιωχέῃ, τὸ σώματος ἀδυνείως ἦδη ἔοντος, θανάσιμον.*

*Rigores in continua febre, corpore iam debili, lethale est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

4. aphor. 46

**Q**uod in Aphorismis *πυρετός μὴ στελεπόνει*, hic *ἐν σιωχέῃ* dixit, & for-  
tasse quòd *φρίγῃ* illic *ἐπιπέτη*, quia subinde redeat, plurali numero *φρίγῃ*  
fortasse dixit. Addit autem *ἐν σιωχέῃ*, quia in febre intermittente rigor suis pe-  
riodis redire consuevit nullo periculo. In continua initio quidem sæpenumero, &  
aliquando imminente iudicio. Itaque quæcunque prænuntiant crism, quæ signa  
critica dicuntur, quæque rationem causæ habet excretiones, abscessus maturatio-  
nes, siquidem nihil efficiunt, ad illa quidem signa si excretio, abscessus maturatio  
non sequitur: si ad hæc solutio morbi aut remissio non succedit, omnia in malis  
censenda sunt. Rigor vim habet signi critici, prænuntiatque excretionem. Seque-  
tur ergo hæc, vel subsistet. Illud imbecillum dissoluet, qui concussionem illam, quæ  
rigor intulit & vacuationem confectis iam viribus non perferat. Si subsistet, mate-  
ria naturam opprimet, & inualescens febris dissoluet ægrum. Itaque rectè addi-  
tum, *τὸ σώματος ἀδυνείως ἦδη ἔοντος*.

DESID. IACOTII COMMENT.

**R**igorem antè damnavit, quem nulla sequitur excretio, siue ea restiterit ob ma-  
teriam minus obsequiosam, siue ob facultatis ipsius infirmitatem. Hic verò



in vniuersum omnem rigorem lethalem scribit, qui in febrem continuam frequenter incidit, addita duplici conditione, si morbi diurnitate, aut vehementia, aut vtraque vires iam fractae sint, & si non remittatur febris. Demonstratio potest esse huiusmodi. Imbecillitas alia *επιλωσ* simpliciter & sine comparatione, cum natura suo calore & spiritu defecta languet, aut iam aliqua ex facultatibus expugnata est. alia *πρὸς τι*, vt ad materiam comparetur. Haec resistit, & materiae excretionem, aut translationem molitur, aut per vices excludit. facultas enim fortis (vt scribit Galenus) omnia contemnit. Illa minimis etiam succumbit, nec cuiquam iniuria aut motui violento resistere potest. Vt enim in facultatis robore duo requiruntur, vt intus operari queat, & sese ab externis impressionibus tueri: ita in infirmitate, quae est *επιλωσ*, duplex est causa: vna, quia cum sit in principij ratione, laesa neque officium probe facit, & eius offensione caetera laeduntur, altera quod tueri se nequit ab incommodis & violenter incidentibus. Huiusmodi itaque imbecillitas neque rigoris frequentiam, neque corporis totius concussionem, neque pugnam perferet, multo minus excretionem aut abscissum. Sive ergo sequatur excretio etiam die critico, siue non sequatur, rigor ille lethalis est, praesertim frequens: quia frequens impressio & diuturna magis efficax. Idque vt causa & signum. Nam ostendit naturam quidem saepius aggredi ad exclusionem materiae, sed in opere succumbere, & materiam intro referri, pertinereque ad Aphorismum, iudicatorium non iudicans. Causa vero lethalis est, quia concussionem, & excretionem vires infirmas exoluit. Nam sequens excretio spiritus dissipat: retenta opprimit naturam ex conflictu ferè resolutam. Sic ergo non solum ex consequentibus, vt antè, de rigore pernitioso in continuis iudicamus, sed etiam ex antecedentibus & coniunctis signis praesagimus tribus modis. Vno, si qua vehemens intemperies in medio corpore appareat per Aphorismum illum Prorrhethici, Si intercepta aluus parua, nigra, velut caprarum stercora, ad necessitatem demiserit, per nares eruptio fiat, malum. Nam (ait Galenus) axioma medicum est, Bilis vacationem multam tanquam turbationem vehementem, atque multis in morbis commodè fientem non sustinent resiccati, neque rigorem, neque alui excretionem, neque sudores, neque parotidas insignes, vel quampiam materiam aliam ex aliqua parte ad aliam transeuntem. Ita enim eos, qui in Epidemiis facti sunt, abscessus inculamus, vel minores, vt dixi, tanquam nihil iuuantes, vel maiores tanquam sustineri nequeant. Hinc existit quaestio illa, an cocta materia aeger interire queat, & an verum sit, quod Hippocrates scribit, Peritium indicationem esse & excretionem simul, de qua postea. Verum certè est intempestiua purgatione, aut victus ratione, aut medicamentorum vsu saepe egros interire in motione critica, in quibus calor abutitur opera sua cum materia coquenda, aut expellenda est. Interdum etiam agitatione vehementi aut excretionem spiritus dissipari, cum infirmos videre liceat, sola commotione corporis, dum surgunt, vel lecto extolluntur, saepe expirare. Alter modus est, si rigor oriatur cum cruditate signis, aut malignitatis, vt si phreniticus cum alba deiectione rigeat. Manifestum enim est criticum rigorem esse non posse. Nam alba deiectio cruditatis signum est, aut translationis biliosi humoris ad cerebrum, vel connexam hepatis inflammati partem per aphorismum 13. prioris Prorrhethici, & generale illud theorema medicum, Crisim nunquam bene fieri cum prauis signis & crudis. Tertius, si in partes vitales & principes acceptum sit incommodum, vt iam natura fatiscere incipiat per hunc Aphorismum.

1. Prorrh. 6.

6. Epid.

X.

Οἱ πυκνὰ ἐφιδρῶντες καὶ ἐπιρριγόντες ἀλέθειον, καὶ ἐπὶ τῆσι τελευτήσῃσι ἀναφαίνοντα ἐμώσημα ἔχοντες, καὶ κοιλίας τραχεύουσας.

Qui subinde exudant, rigentque, lethale, ac sub finem morbi suppurationem habere deprehenduntur, aluosque perturbatas.

IACOBI

Omnem *ἐπιλωσιν* & sudatiunculam malam, sse antea dictum, quia oppressam copia naturam, vel imbecillitatem virium indicat. Atque quae subinde mouetur *ἐπιλωσιν* inutilem conatum naturae enuntiat, quomodo qui ex onere graui procidit, dum incumbens pondus conatur reicere, & in id vtunque exurgens statim recidit, imbecillior factus grauius opprimitur. Ita natura copia materiae adobruta, dum aliquid conatur, paucū quid ac tenue diffluit, sed statim concidens debilior fit. Hoc ostendit, quod scribit, *ἐπιρριγόντες*, hoc est, subinde rigentes, quia sic natura saepius quidem, sed frustra grauantem materiam amolitur. Rigor enim fit materia in corpus a natura excitata, sed & mouet quidem, sed nihil, quod sit laudabile, promouet. *ἀλιτερον* ergo illud est. Atque hic aeger copia laborasse, & imbecillitate virium videri possit. Imbecillitate quidem, vt ad materiam comparetur. Nam *ἀδένια* aliquando simpliciter dicitur, cum natura suo calore & spiritu defecta languet, quae imbecillitas grauisima est: aliquando vt ad materiam, quam euincat, comparetur, quomodo Milonem quis imbecillum dicat, vbi sub grauiore pondere conciderit. Nonnunquam vtunque coit summa desperatione: *ὡς ἂν τῆσι τελευτήσῃ* mors Hippocrati saepe dicitur, vt *τέλευται* mori, & *τελεῖν ἀναλισκόμεν* delere & consumere. In qua significatione videtur nunc vocem *τελευτήσῃ* accipere. Quid enim aliud ea, quam mortem denuncient?

*ἀναφαίνονται*. Inter signa suppurationis rigor est, qui puris acrimonia commouetur, dum inde vicina corpora vellicantur. Id quod subinde accidere potest, itaque subinde rigere atque inhorrescere. Similiter & frequens sudor virium imbecillitate commouetur. Scribit enim in Prognosticis, dum describit signa purulentorum, *πολλοὶ ἰσώδες*, multi quidem, quia semel multus & copiosus sudor effluit, vt in crisis. Dicuntur & multi, quia etiam si non copiose quidem vno die sudent, multis tamen deinceps diebus id fit, vt aegri ferè perpetuò desudent, vt in febribus, quae inde *ἰσώδεις* dicuntur ab Hippocrate & hoc loco. Aliquando vtunque contingit, vt fortasse in febribus, quae *ἐχέαιρα ὕγρα*, extremè humidæ, qualis est *τοφώδης* & *ελώδης* in bello contra Lycum. At *ἐμπύημα* dici de pure, praecipue quod in medium thoracem effusum est, constat multis locis Hippocratis, καὶ κοιλίας τραχεύουσας, quia conuersa eò materia mordicat intestina, & dolorè facit.

6. Epid.

DESID. IACOTII COMMENT.

Τὸ πυκνὰ frequentiam significat non densitatem: ὃ ἂν verò mutuam successione rigoris in distione *ἐπιρριγόντες*, vt horror siue rigor & *ἐπιλωσιν* leuis exudatio sese mutuò excipiant, statque frequens vtriusque successio. Hoc autem duobus tantum modis fieri posse videtur in febre acuta & continua: Periodicè si frequenter iteratus rigor certo circuitu redeat, vt in febribus horrificis & semitertianis, in quibus fit rigor, vel horroris ingeminatio aut reduplicatio propter intermittentem, quae continuæ iuncta est, & crudum succum bili acri permixtum. Quo pacto verus Aphorismus esse non potest. Nam neque prorsus id lethale est, nisi alia pernitiola signa iuncta sint, neque suppurationem significat. Alter modus superest, vt horror sit symptomaticus non a cacochymia vaporum irritata, aut oppressa natura, sed a suppuratione. De quo rigore sic scribit Hippocrates, quem citat Hollerius, Considerare autem oportet principium suppurationis fore ratiocinantes, a prima die, qua homo febricitauit, si quando primum rigor ipsumprehendit, & si dixerit in parte, quae dolore vexabatur, pro dolore ipsam grauari pondere. Haec enim in principis sunt suppurationum. In quem locum Galenus scribit rigorem fieri ac febrem, quoties phlegmone, quae partem aliquam principem obfidet, nec discutitur adhibitis remediis, in suppurationem mutatur, idque ob puris generati acrimoniam membranas & corpora circumposita vellicantis, haud secus atque cum medicamenta acriora malignis vlceribus, aut putridis admoventur. Cuiusmodi rigor febris symptoma non est, sed cum febre incidit, vehementiore scilicet, quam esset antea. Pondus autem doloris loco sentitur, quia humor, qui antea per totam inflammationem dispersus erat in multas & exiguas partes, in vacuum

2. Prog. 58

aliquem locum colligitur. In horrois ergo & sudoris vicissitudine periodica si valida quidem natura fuerit in continuanda coctione, minus tamen valeat quoad humoris morbifici copiam vniuersam, opus differt, atque partitur, vt operam successione totam possit conficere paulatim coquendo, & paulatim excernendo. Sicque ægri subinde rigent, exudantque periculoso, nec tamen lethali signo. In suppuratione interna id lethale est ob causæ magnitudinem & virium infirmitatem. Distinguntur autem, quod in febribus horrificis sudationes pauca sint initio propter cruditatem: in suppuratione verò præsertim ex qua ægri intabescunt, sudores multi, quia natura resoluitur, & vt ait Galenus, alimentum diductum discutitur ob virium imbecillitatem. Subiicit ergo *ἀναφαίνονται ἐμπύημα ἔχοντες*, ad extremum suppurationem habere deprehenduntur, nimirum quia *ἐμπύημα* Purulentos Galenus scribit appellari, quicumque pus habent intus in corpore, siue adhuc contineatur in parte phlegmone obsecra, siue post eruptionem. Horroris autem & sudoris vicissitudo sanie adhuc in parte contineri ostendit & suppurationem incipere. Tandem verò reperiuntur purulenti facta puris secessione & eruptione, tumque doloris loco pondus sentitur. Quæ affectio si in thorace, aut pulmone focum habeat, verè suppurati dicuntur, tussisque sine excreatione irritat ob puris ipsius lentorem ac crassitudinem: membranæ pulmonis densitatem: & virium debilitatem. Ex suppuratis denique, nisi suffocentur, tabidi euadunt. Verum non desinit partem affectam, quia præceptum generale est. Vñ tamè est verbo *ἀναφαίνονται*, in quo *ἀνα* consignificare videtur ad superiora. Habet enim aliquid cognationis cum *ἀνω*. Hippocrates autem docet in Prognostico tumores, qui sunt in ventre circa vmbilicum & in hypogastrio, minus in abscessus transire, quàm qui fiunt in hypochondriis, quod hæ partes inferioribus sint calidiores: peraræ verò, qui sunt sub vmbilico ob caloris pernuriam & materiæ contumaciam, quanquam hic quoque vidimus suppuratos. Ad extremum verò incipiente caloris natiui extinctione, pedum tumor & alui perturbatæ apparent ob facultatis retenticiis resolutionem, totius corporis malam colliquationem & mordicationem à refudante sanie. Sic *ἔργα παραχρῆμα* vocat postea, à perturbatione, mordicatione, & dolore. Cõfirmatur præfagium ab Hippocrate sexto Epid. Quibus suppurationibus vmbilicus terminus est, suppuraturis his alui perturbantur. & in aphorismis, Quibus per tabem capilli defluunt, iis fluxione alui superueniente in propinquo mors, & paulò post, Si tabe detento profluuium alui superueniat, lethale.

6. Epid. comment. 2. 24.  
5. aphorif. 12.  
15

XI.

*Τὰ ἐκ νώτου ῥίγητα δυσφορώτερα. ὅς δ' ἀν' ἑπτὰ καὶ δεκάτῃ ῥιγῶσιν, τετάρτῃ, καὶ εἰκοστῇ ἐπιβήρυγοι, δύσκολον.*

*Rigores è dorso difficiliores. Quòd si qui decimosextimo riguit, vicesimoquarto insuper rigeat, difficile est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Observatio particularis est. Et cum ex dorso rigores ferè fiant, mirum quòd dicat, *ἐκ νώτου ῥίγητα δυσφορώτερα*. Quod subdit, qui riguit 17. & iterum, 24. riguit *δύσκολον*, parùm conuenit rationi dierum criticorum. Si quis enim à recidua riguit decimosextimo, nec tum quidem perfecte liberatus est, reciduiam potius 20. aut 21. quàm 24. expectabit. Cum enim in diebus criticis summa vis inest septenariis & quartanariis, perit tamen vis quartanariorum post vigesimum, tumque septenariorum virtus incipit languescere. Itaque vigesimoquarto minima vis inest: maior vigesimosextimo & trigesimoquarto atque quadragesimo. *Δύσκολον* autem dicit, vt voluerit interpretes Hippocratis, *ὅτι ἴσως ἔσθ' ἀκωνίδια λέλειπται ἢ μὲν ἀλέθεια γρηῶς*, quæ difficilia quidem, cæterum periculo vacant, nec sunt lethalia, & vbi *δύσκολον* scribit, addit aliquando *ἢ μὲν ἀλέθεια*. Aliquando *ἔχει τὴν δύσκολον*, vbi periculum imminet, & difficultas morbi.

DESID

DESID. IACOTII COMMENT.

Trumque verum est & posteriores partes, quia frigidiores, in perfrigeratione à rigore prius affici, cum qualitas prius immutet imbecilliora ac similia: & difficiliores iisdem in partibus rigores esse, tum ob exquisitissimum sensum nervosarum partium, tum quia fortius immutantur ob mutuum ex similitudine obsequium, & ob propinquitatem. Qualitas enim omnis per se & prius & fortius afficit propinquiora, & magis similia. In partibus ergo frigidis prius percipitur refrigeratio, & in iisdem maior offensio, quia agens validius, subiectum paratius, aptius ad motum, sensus acrior. Aliud autem est principium temporis in motu, aliud impressionis à re sensifica in parte, quæ summam celeremque vim habet ad recipendam rei sensificæ impressionem. Est enim ab extremitatibus, vt nasi, frigus incipere videatur, prius tamen lumbos cruciat, & partes, quæ dorfi ambitu continentur. Vt autem paucis, & in vniuersum dicam, cum præpositio *ἢ* interdum nota sit termini, vnde fit motus: interdum causam efficientem, & materiam, vel locum designet, quod admonuimus antea, omnibus modis rigores ex dorso sunt difficiliores. Primum ratione principij motus & sensationis. Nam facilius perfrigerantur partes posteriores, & promptius frigus sentiunt, vt Hippocrates docet hoc Aphorismo, Rigores incipiunt mulieribus ex lumbis magis, & per dorsum perueniunt in caput. Sed & viris parte corporis posteriore magis, quàm anteriore, veluti ex femoribus & cubitu. Indicio est cutis raritas, quam ipsam pilus ostendit. Secundo ratione causæ efficientis. Quia cum rigor ortum habet à parte affecta, quæ illius causa existit, vt Galenus scribit in eum locum, si à dorso incipere dicatur, quia in dorso sit causa, ex eo rigore antè docuit significationem fieri phlegmones in spinali medulla aut membranis ipsius, ex qua sequitur periculosa vrinæ retentio. Tertio ratione loci. Nam vt in Aphorismis Galenus docet, è dorso incipiens rigor excurrit in caput nervorum principium celerrimè per spinalem medullam facta affectus communicatione, quòdoquidem & ipsa non secus ac cerebrum frigida est natura, & propter substantiæ mollitudinem similiter obnoxia. Adde quòd per ea loca fit materiæ in caput translatio. Atque ob has causas veteres in febrium curatione maximam harum partium rationem habendam cõsuerunt. Propterea ex sententia Herodoti sic scribit Aetius. Necessè est autem omnino affectam esse in omnibus spinalem medullam. Quapropter tota spina contegenda est, & affectæ partes lanis sycionio aut potius gleucino imbutis, aut cerato liquidiore ex aliquo talium parato, aut ex oleo rutaceo &c. Rursus nec præter rationem subiicit si quis, 17. riguit, rursus, 24. rigeat, difficile id fore. Siue enim de solis dorfi affecti rigoribus intelligat, siue de omnibus, præter naturam dierum criticorum & imparium, & viribus iam affectis rigorem incidere pessimum est, nec rigorem solùm, sed omnem exacerbationem & omnem criticam motionem. Est enim axioma medicum ab Hippocrate multis locis positum, Quæcunque non fiunt in diebus iudicatoriis (à quibus vigesimumquartum eximit) laborem significare, & morbi longitudinem & reciduiam. Quamquam enim is dies interdum criticus annotatur in Epid. vt in Nicodemo, qui 24. iudicatus est: & in adolescente, qui inde periit. Verumtamen in illo & ordo parium & antecedentium concursus crifim confirmarunt. Nam quantum ad genus iudicationis, in bonis nunquam is dies numeratur. Causa est huiusmodi: Cum mutatur naturæ ordo, status, & motus ab imparibus ad pares in acutis, ita vt exacerbationes, quæ imparibus fieri debuerunt, iam paribus moueantur, dupliciter id fieri potest, aut ratione caloris natiui & naturæ pugnam repetentis & coctionem aggredientis (quomodo dicimus, cum pus conficitur dolores & febres fieri) aut ratione putredinis nihil amplius agente calore, vt in Gangrana, cum victo & extincto calore natiuo pars corrumpitur. Si priore modo rigor, qui 17. factus est, 24. redeat, periculosa est morborum complicatio, aut natura oppressa vel irritata cogitur anticipare diebus paribus, quod in acutis lethale esse, in mitioribus longitudinem morbi significare docebit Hippocrates postea. Est igitur id *δύσκολον*, inter dubiam spem, & certum metum: vel, vt Galenus interpretatur in Prothetico, quod periculum minatur, spem tamen non adimit. Si posteriore modo id fiat, non quia

5. aphorif. 69.  
6. Epid.

6. Epid.

5. aphorif. 69.

B 4

natura agitet materiam, sed quia putredo antè euaporata in reliquiis humorum iterum ferueat sine ordine dierum criticorum, quem natura rectè constituta in suo motu seruat perpetuò: eiusdem naturæ victæ & caloris natui extincti significatio fit. Quod Galenus in historia Hermocratis obseruat. Nam cum decimosextimo reuersus esset morbus, vigesimo sine febre visus est absque crisi: quia natura omnino prostrata nihil amplius agebat, vnde febris remitti visa est eo die, quo debuit exacerbari. Circa vigesimum & quartum diem incaluit non ex conflictu naturæ & morbi, sed redeuntè humorum reliquorum feruore & putredine, cuius calor exhalauerat. Hoc autem non solum δύσκολον difficile, sed etiam valde lethale.

## XII.

Οἱ φεικώδεις κεφαλαλγμοὶ ἐφιδρῶντες κακοὶδεις.

*Qui sapius inhorrescunt, capite dolent, & subinde sudant, maligne habent.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

EX obseruatione quoque hoc est. Si quis enim sapius inhorrescat, & capitis dolore teneatur, præterea desudet κεικώδεις malignum id est. κεικώδεια in morbis ex iis, quæ ἐπιγνώμωνα intelliguntur, quæ videlicet morbo propria non sunt, sed aduentitia. In acutis enim inhorrescere sapius rarum est. Dolere capite, frequens ἐφιδρῶσις ambigua est.

DESID. IACOTII COMMENT.

TRia febrium genera notantur ab Hippocrate, in quibus horror inconstans, inæqualis, & subinde recurrens apparet, semitertianarum: earum quæ tertianæ febris naturam referunt, τριπαιφύεις dicuntur: & erraticarum: quales Autumnino sæpe conspiciuntur. Semitertianæ ἡμιτριπαιφύεις ex pituitosa continua & biliosa tertiana constant, cum accessione & horrore ingeminatione secundo die. τριπαιφύεις leuem habent remissionem die posteriore, ex qua mox violentius recrudescunt. Nam flaua bilis febrem celerius accendit, quia celerius putrescit, & mouetur. Vbi autem quiescere cœperit, crudus humor ac frigidior tum corrumpitur tum putrescit, vnde recrudescit febris ex facta veluti reque in diminutione. Deterior autem priore talis efficitur accessio, quod vires iam priore fatigatas offendat. Primo ergo Epid. per φεικώδεις semitertianas intelligit. Exercebant inquit plurimi tabidorum horridæ febres, continuæ, acutæ, in totum quidem non intermittentes, sed modus erat tertianus, vno die leuiiores, altero verò superexarcebantes, atque in summa ad acutius increscentes. Sudores autem perpetui erant, sed non per totum corpus: frigiditas extremorum multa, vixque recalescebant. Vbi Galen. φεικώδεις ab Hippocrate nominari scribit horrores, vel inæqualitates, quæ plurimam partem incrementi accessions tenebant. Non enim eos, qui in principio accessions fiunt, horrores ita appellauit, sed in quibus per plurimam totius accessions partem horrore extendatur symptoma. Agitur ergo hoc Aphorismo de Periodico rigore, vel horrore, vt ante de symptomatico partis, aut morbi. Hoc genus febrium cum toto genere malignum sit & acutum, si grauium symptomatum accessione augeatur, periculum mortis affert. Malignitatis autem signa sunt Cephalalgia, & ἐφιδρῶσις, ab oppressione cerebri, vel infirmitate facultatis animalis, vel vtroque. Neque enim capitis dolor cum leui sudatione criticus esse potest, neque periodicus est ille mador. Mulier, quæ decumbebat in mendacium foro tertio Epidemion cum bis in vndecimo riguisset, & semel in decimotertio, die sequenti obiit, Virgo in Larissa perpetuò φεικώδεις horrida fuisse scribitur, quæ tamen sexto liberata est. Quod tanquam nouum & valde rarum annotant Hippocrates & Galenus, causamque referunt in muliebrem purgationem, & quod nulla esset phlegmone partis, neque malignæ materiæ copia. Quo etiam factum est, vt præter rationem dierum criticorum sexto liberata sit.

Galenus in 1. epid.

## XIII.

Οἱ φεικώδεις ἐφιδρῶντες πολλῶν, δύσκολοι.

*Qui sapius inhorrescunt, multumque sudant, agrè sanescunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

EX his, quæ antè notata sunt, de repetentibus horribus & rigoribus de sudationiunculis non solum δύσκολον, sed periculosum pronuntiandum est. Addit πολλῶν, qua voce sapius redeuntem ἐφιδρῶσις significat. Vidit igitur, qui sapius inhorresceret, sapius desudaret, difficilius perduratum. In quo verisimile est magnam vim crudæ materiæ paulatim euectam viribus quidem robustis & tamen imbecillis, quia copia premeretur, vnde euasit æger. Id enim sapius videre licet in febribus quibusdam quæ & autumnino appetente in hyemem, & vere in æstatem procedent.

DESID. IACOTII COMMENT.

DIstinguendum vt supra, an periodicus, criticus, symptomaticus sit horror. In horrida febre à bilioso & pituitoso humore ortum habet, reditque certo circuitu. In causos interdum incidit, quando ægri prauorum humorum copia redundant, dum repente & plurimum incallescunt, itémque in suppuratione interna, & motione critica. Verum Galenus obseruat φεικώδεις non dici ab Hippocrate de eo horrore qui fit accessionum aut febrium acutarum primo statim ingressu densata cute & citato motu acrium & calidorum excrementorum per corporis superficiem ab æstu, sole, motu & similibus, quem sæpe curari scribit exhibito pane vino intincto: sed de eo, in quo à centro corporis ad habitum naturæ humorem biliosum excludere nititur, aut calor natuius vellicatis ab acrimonia puris membranæ agitur. Verum τῶν πολλῶν μάλιστα πρόσθετος ἔνοσις, ait Gale. in Aphorif. illum Prorrhethici, Sudor multus si cum febribus acutis fiat, malus. Eò igitur mens conuertenda nimium ad dictionem πολλῶν, quæ vim prælagij continet, & quæ significat vel continuationem sudoris, quasi audiendum sit ἕξις, vel copiam & multitudinem, vel vtrumque, quod verius est. Frequens itaque & multus sudor difficilis est in vniuersum, vt causa & signum. Causa quidem, quia vires copia & frequentia resoluit signum verò, quia copiosa est materia, humor cōtumax, facultas oppressa. In Aphorif. docet Hippoc. sudorem multum frigidum aut calidum assiduè fluentem, id est, per omnia morbi tempora sine delectu dierum criticorum, frigidum quidem difficilius morbi, calidum mitioris indicium esse. In eo tenuitas vel copiam tenuis & humidæ materiæ significat, quæ vt concoquatur, robusta eget natura, vel resolutionem tenuioris portiois è crassa: vel naturæ infirmitatem. At in acutis ita iudicandum. Moderatum sudorem, vnde æger non liberetur quidem, sed minus febricitans, diuturnitatis esse signum non exitij. Verum vbi aut multus & assiduus sudor manet, aut à sudore æger delirat, vel deterius habet, periculum mortis subest. Nam multus sudor qui febrem non soluit, virium dissolutionem in propinquo esse denuntiat: is verò, è quo symptomata augentur, materiæ translationem. Damnat ergo sudorum multitudinem ob hanc causam. Nam quod immoderata excretionem vacuatur, duplici de causa resoluitur: vna quasi formali & interna, quia cum profuso humore multum caloris & spirituum exhalat: altera accidentaria in situ partium, qui fit laxior, & superueniente frigore densior. Boni autem sudoris notæ sunt, si die critico, si calidus, si toto corpore maneat, si æger habet inde melius: de quibus postea.

Comment. 3. in 1. Epid. aph. 5. &amp; cōmen 3. in 6. aphor. 26.

2. Prorrh. 23.

## XIIII.

Τὰ πολλὰ βήγεια νωθρόδεια, κακοὶδεια.

*Rigores multi torporem inferentes, maligni.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Πολλὰ βήγεια vehementia longaque audienda sunt, qualia in febribus, quas multus humor crudus medio corpore conclusus excitat, venis quoque & cerebro

rebroy eadem materia infarctis: hinc ergo magna vis crassi frigidique fumi, vbi febrilem ignem concepit materia, in cerebrum exhalat, atque hinc praeligantur sensus, vt & somniculosi, stupidi & immoti maneant, atque interdum suffocato calore (quomodo ignis iniectis multis lignis) extinguantur. Vidi in quartana, cui per accessiones id fiebat, ac tandem cum neque preceptis medicorum obtemperaret æger, vna accessione raptus est. Scriptum eadem sententia ab Authore in Prothetico, *αι εκ ριγης νοσφοτητες, ε πανδ παρ ουδισιν*. Ergo illa segnities torporque fit eadem ratione, quæ antè scripta est, vel immodicè refrigerato cerebro, tum quia calore natiuo, qui per rigores ad medium corporis concurrit, destituitur, tum quia frigidus vapor percillitur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**N**οσφοτης segnities, ignaui, exolutio totius corporis cum infirmitate facultatis animalis fit madefacto, perfrigerato, aut resolutio neruorum principio. Madefit à frigidis, crasis & ad motum ineptis humoribus in principio morborum. Perfrigeratur circa incrementum febris interdum narcoticorum vsu: interdum contracto ad interiora sanguine & spiritu in malignis interiorum partium inflammationibus: aut colliquata & effusa pituita in cerebro à calore febrili. Calidum enim aperiendo poros educit spiritum, & vnà trahit humorem, aut spiritum acrium subitio atque admixtione humores crassos attenuat, vt in Phrenitide, cui coniungitur Lethargus, vnde fit exolutio, colliquatio & laxatio totius corporis. Resoluitur autem in fine acutorum, cum calor natiuus languescit & extinguitur. Nam igneus calor tandem refrigerat, tum quia spiritus vitales resoluit, tum quia humidum partium solidarum educit, atque ideo calorem insitum extinguit. Ob idque Galenus scribit *νοσφοτητα* segnitiem commune esse symptoma eorum omnium, qui moriuntur propter dissipationem spirituum & extinctionem virtutis. Quæ affectio distinguitur à prioribus, quod in ea sint pulsus tum languidissimi, tum tardi, tum rari & parui, vt Galenus docet in historiam Hermocratis. Si itaque post rigorem hoc symptoma appareat, ex eo perfrigeratum vehementer fuisse corpus vniuersum significatur, cuius intemperie cerebrum coarctatur, vnde non solum facultas motrix læditur, sed etiam ratio ipsa & mens, per Aphorismum illum Prothetici, Ex rigore desidia, non valde apud se existunt. Modus autem huius perfrigerationis est, quia spiritus primùm vitales, deinde animales violenta agitatione resoluntur, & interdò contracti suffocantur: frigus verò è dorso per spinalem medullam in caput excurrit, vt ante docuimus, & cerebrum frigidum in sympathiam trahit, quod lethale est. Minus periculosum, si vapores in cerebrum effusi commota materia febrili excitentur, vt in eo rigore, quem *νοσφοτητα* & *αδυναμία* vocant, & cum cerebrum vaporum consuetudine imbecillius est, qui à multa materia frigida commouentur. Cui si accedat destillatio plenior cerebro, suffocationis periculum imminet aut soporosi alicuius affectus. Est enim humiditas putredinis, grauedinis & hebetudinis mater. Alia ratio est in calidis & siccis morbis, vt febribus ardētibus.

1. Proth. 13.

XV.

*Οισιν εκταλοισι ριγες γινονται, δυσχελετον.*

*Quibus sexto die rigores fiunt, iis morbus agre iudicatur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**ic de rigore critico in febribus continuis, qui imparibus mouetur magis, sed precipuè septimo. Sexto verò si mouetur, anticipans crisis est, & à morbo concitatus motus velut ex insidiis nondum paratam naturam certamini celeritate occupans. Omnis ergo anticipans crisis *δυσχελετος*, & sexto diei vis tyrannidis, vt septimo regis, ex obseruatione crisis attributa est, quia quæcunque ferè incidunt in eum diem, siquidem specie salutaria sunt, nec prosperum exitum habent: quæ verò

verò lethalia, firmum sui presagium edunt: contra septimo. Nam quæ septimo salutaria apparent, firma sunt, & quæ lethalia stabiliora quoque sunt. Illud ergo *δυσχελετος* dixit, hoc est, *δυσχελετος*, quia non soluit morbum, sed affert ægro exitum: aut si spes aliqua inde ostenditur, admodum lubrica est. Nam vel recidua periculosa, vel certè non nisi grauibus malis conflatus æger liberatur. Hæc autem sententia scripta est in Aphorismis. Celsus ita expressit. A sexto die cœpisse inhorrescere, malum. Ac breuiter rigor salutaris est, quem prænuñciauit die iudice concoctio, & qui die impari & critico excitatus criticam excretionem mouit, vnde soluta omnia, vel certè remissa, & vires non labefactatæ, sed excitatæ videantur.

Aphor. 29.4

DESID. IACOTII COMMENT.

**A**ddidit in Aphorismis *η τοισι πυρετοισι*, in febribus. Intelligendum autem est non de intermittentibus, vel compositis aut complicatis, quanquam hoc quoque difficile est, sed de continuis & acutis, in quibus sextus dies Tyranni instar aut morte mulctat ægrum, aut grauisimo supplicio cruciatum in extremo spiritu vix absoluit. Causa est, quia cum natura dominatur humoribus, qui morbum committunt, crism nunquam aggreditur, nisi materia cocta, cuius signa diebus iudicibus exhibuit, & die conuenienti, vt impari. Anticipatio ergo die pari nota est motus materia, quæ vel copia, vel venenata, ac maligna quadam qualitate naturam diuinam, sibi similem, suis temporibus mouentem, ante tempus irritat ad certamen periculoso euentu, siue is motus frustra cieatur, siue sequatur excretio. Nam bonæ ac tutæ crisis tria signa sunt, coctio, dies conueniens, & *δυσχελετος* alleuatio per excretionem materia morbificæ. Quod si dies non conueniat, vt si sexto die rigor moueatur, tum causæ critica, tum signa ipsa sunt, vel *δυσχελετος*, id est, vt interpretatur Galenus, *κακώκετα*, quia ad perniciem ægri iudicant, vel *δυσχελετος* parum firma & incerta, quia vel reuertitur febris, vel in longum protrahitur, nec nisi cum grauisimis symptomatis absoluitur febris. Is itaque rigor ostendit naturam egredi ex ordine suo vi materia, quæ naturæ leges prætergressa, ac sauiens, vel malignitate interficit, vel copia recidiam minatur, & intempestiuo motu, grauibusque casibus vires labefactat. Vt enim diebus criticis, quæ mali speciem præ se ferunt, laudantur, quia vi & naturæ lege sunt materiam agitantis, ita signa critica, aut causæ, quæ in dies non criticos incidunt, valde perniciosa esse solent. Nam motu materia naturam prouocantis eueniunt. Quod si in criticos dies inciderint, neque tamen soluant, aut mortem, aut morbi longitudinem denuntiant. Si non inciderint, Galenus scribit, factus esse naturam nihil moliri, quàm frustra. Quod tamen non semper verum est. Nam interdum nihil molitur, quia extinguitur, vt in Hermocrate. Huius Aphorismi exempla multa sunt in Epidemiis. Dromedæ vxor cum sexto superriguisset, eodem die interiit. Hermocrates sexto die morbo regio correpta, 27. obiit. Filia Euryanactis iudicata in sexto, perit 17. Vxor Melidæ, virgo in Abderis, & altera in Larissa omnes horrore sexto die correptæ sunt & liberatæ, sed aut cum difficillimis symptomatis, aut post multum tempus, aut quia excretio insignis consequuta, vt mensum profluuum.

4. Aphor. 29.

1. Proth. 13.

XVI.

*Ουδισι φριγη πυρεται υγιαλινσιν, ετοι εξ αιματος ρεσιος εκτωλοισινται.*

*Quibus etiam dum sanis horrores sapius incidunt, ij ex profluuiio sanguinis purulenti fiunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**n sanis horror frequens morbum prænuñciat. Materia enim acris, vel vapor corporis habitu inclusus, & crudis humoribus permixtus, & vel externa causa, vt sole, aspersione calida, vel frigida, vel multo magis sponte, & interna agitatione commota

commota horrorem mouet. Quod si & sanguinis fluor sequitur, id certè sit vel copia vaporum sanguinem agitante, vel qualitate irritante. Quod autem scribit, *ἐπιπυρίκωνται*, parum conuenit rationi. Neque enim horroris materia cruda videlicet, sed calore aliquo commota, per hæmorrhagiam vacuari solet. Deinde si fluor sanguinis fit, id omnino contra suppurationem remedio est. Itaque in metu suppurationis nullum præstantius auxilium, quàm vel semel largius, vel sæpius detractus sanguis. Itaque parum conuenit hæc sententia doctrinæ Hippocratis.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**orrores tum in sanis, tum in ægris, tum in conualescentibus fiunt vel agitatione caloris influentis & materiæ calidæ aut crudæ citiore motu, aut diffusionem in habitum corporis: vel in purulentis materia acri vellicante membranas. Quibus itaque sanguis fluxit, si deinde rigor frequens incidat, is pus alicubi collectum denuntiat vel relicto sanguine putrescente, vel facta inflammatione. Quod in his, qui vulnus in partibus interioribus acceperunt, sæpe videre licet. Non tamen sequitur, Quibuscunque sanis frequentes horrores fiunt, eos purulentos fieri à fluxione sanguinis, ne si quidem verè suppuratos intelligas collecto pure in thorace. Nam non solum ab hæmorrhagia ex ruptione venæ ut in adolescentibus & iuuenibus, sed etiam à destillatione è cerebro, & à pleuritide, aut peripneumonia fiunt suppurati. Vel igitur *ἢ ἐξ* nota est motus & migrationis ab hæmorrhagia in suppurationem, quemadmodum in dictione *ἐπιπυρίκωνται ἢ ἐκ*, & finem alterationis, & locum vnde, con significat: vel *ἐξ ἀματῶ ἔνθεν* dixit non in verè sanis, sed his qui melius habent ab hæmorrhagia narium, aut pro hæmorrhagia infrequentes horrores incurrunt, quasi *ἢ ἀματῶ ἔνθεν*. Priore modo sensus erit, horrores frequentes in sanis indicia esse suppurationis, antegressa aliqua sanguinis fluxione (quanquam *ἀματῶ ἔνθεν* de ea, quæ fit è naribus dici solet) ut si quis sanguinem excreuerit vomitu, tussi, sputo, aut è naribus: deinde sæpius rigeat, in eo suppurationem fieri certum sit, ut cum scribit in Aphorismis, à sanguinis sputo, puris sputum: & in primo de morbis, Ex defluxione pituitæ cum leui calore & horrore suppurationem fieri in pulmone, & sanguinis reiectionem, quia alsiduo falsi humoris attritu & morsu venæ eroduntur, & vapor acris, aut sanies partes sensiles vellicat. Quod si nulla antecesserit, aut comitetur sanguinis excretio, ex illo frequenti horrore cruditatis potius significatio fit in sanis, quàm suppurationis. Indicat enim commoueri alicubi, aut fluere & incallescere vehementer humorem frigidum, aut calidum & acrem, aut vaporem. Sic Hippocrates in concubitu quosdam crepitum emittere scribit, ut Arcefilanum: quosdam horridos fieri, & rugosos, quia, ut ibidem scribit Galenus, omnes qui succorum malitia sunt referti, si subito incallescant, horridi fiunt: & in Aphorismum 56. lib. 7. horrorem annotat ex prauis humoribus per cutem motis, qui potu vini meracioris curatur, & in libello de Prænotione, Regi horridam motionem factam scribit, quam cum alij medici febrilem accessionem putarent, ex pulsu à frigida pituita & incocta, quæ in ventriculo continebatur, fieri coniecit, eamque lana nardino vnguento imbuta, & ventriculo admota, necnon calfactione pedum, & vino Sabino insperfo pipere epoto curauit. In libro quoque de symptomatum causis horrorem ex lassitudine fieri docet commotis flatuosis & halituosis excrementis, ac partes neruofas mordicantibus. Nam & sol, & balneum, & exercitatio excrementa, quæ prius quieuerant, calfaciendo ac in spiritum vertendo ad motum excitant, quemadmodum & ex animi affectibus ira. Sic itaque in sanis mouetur rigor, de quo etiam copiose Galenus scribit in Methodo medendi.

6. Epid.

Lib. 2.

Quod si posterior interpretatio magis placeat, è Prognostico repetenda est, ubi Hippocrates docet inflammationes interiorum partium, ut iecoris, lethales esse, nisi vel *ἀματῶ ἔνθεν*, id est, sanguinis è naribus copiosum profluuium intra primam periodum: vel illius loco post vigesimū diem suppuratio oborta ægrum liberet, cuius signū certissimū est frequens horror. Verum huic interpretationi repugnare videntur & vsitata significatio præpositionis *ἢ ἐξ*, & dictio illa *ὀγκάνουσι*. Non enim aut sani sunt, aut conualescunt ægri, in quibus huiusmodi tumores abeunt in suppur

in suppurationem, quanquam interdum inde liberantur. Nam concepto pure febris perseverat, nisi totum expurgetur breui, & ipse tumor nihil omnino subsidens suo loco pari mole apparet, & in effusione puris ac ruptione vomicæ periculum est præcipuus lapsus omnium virium.

XVII.

Τὸ φρικώδες καὶ τὸ δύσπνευστον ἐν τοῖσι πῶσι σημαίνει φθνάδια.

*Frequens horror & difficultas spiritus in doloribus, tabis inditia sunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**uomodo febres *φρικώδεις* appellantur, non in quibus initio accessionis horror est (etenim *ἴδιον καὶ παθογνωμόνιον* signum horror est) sed ut *ἐπιπυρίκωνται* subinde sparsimque incidens horror: ita in ægris *φρικώδεις* audiatur, qui videlicet *συμπρωματικῶς* inhorrescunt. Horror ergo & difficultas spirandi signa quædam sunt suppurationis notata ab Hippocrate, & inde tabes aliquando, quia videlicet suppurationem ferè comitantur. Neque tamen si hæc ponuntur, aut necessariè, aut magna ex parte sequetur suppuratio. *πῶσι* autem, ex consuetudine Hippocratis, *ὀδύνας, ἢ γυνάσια, ἢ βλάβας* audire oportet. Ac ut dolores graues intelligas & offensiones corporis, quæ nisi deliret æger, dolorem pariant, melius est. Ergo in doloribus thoracis & inflammationibus, quas sequitur suppuratio, siquidem à suppuratione horror frequens acrimonia puris moueatur, & inde concitatis fumis, & materia non satis repurgetur imbecillitate virium, tabem denuntiant. Si enim magna copia est, & vires languidæ, prius suffocantur ægri, quàm intabescant.

DESID. IACOTII COMMENT.

**T**ὸ φρικώδες frequentem horrorem diximus antea cruditatis signum esse in sanis, aut cacochymia: in febribus, motus morbi, aut suppurationis in ea parte, vnde excitatur. Pars autem illa, quæ est focus materiæ mouentis rigorem, distinguitur per symptomata, quæ illius propria sunt. Si ergo ad eum horrorem accedat difficultas spirandi in laboribus, id est, in morbo laborioso, qualis est febris assidua noctu increscens aucto calore à suppressione excrementorum, cum sudoribus multis, & tussendi cupiditate irrita, ac dolore & æstu circa thoracem, suppurationem factam colligere licet, vel primario affectu in pulmonibus, ut ab acri fluxione erosa vena, aut rupta: vel secundario à thorace, ut in pleuritide non expurgata, aut in peripneumonia. Sunt enim hæc pathognomonica & epiphænomena signa suppurationis thoracis atque pulmonum. Vellicantur enim membranae harum partium acrimonia puris, vnde horror: & bronchia pulmonis opplentur pure effuso aut viæ spiritales intercipiuntur, vnde spiritus difficultas, de qua sic Hippocrates in Prognostico, Huiusmodi signis omnes suppuratos dignoscere conuenit. Primum quidem, si febris non dimiserit, sed interdum tenuiter afficiat, noctu verò plus: & plurimi superueniunt sudores, atque tussendi cupiditas inest, & nihil screant effatu dignum. Oculi sunt caui: malæ verò rubent, vngues manuum incuruantur, digiti incallescunt, & potissimum summi, in pedibus sunt œdemata, cibos non appetunt, & phlyctenæ per corpus erumpunt. Quæcunque igitur ex suppurationibus prorogantur, talia signa habent, & eis maximè credere oportet. Quæcunque verò recentes sunt, per hæc innotescent, si quid apparuerit eorum, quæ in principio fiunt, sinunt autem, & si difficiliter spirauerit homo. Hactenus Hippocrates. Quo in loco obseruandum, alia signa esse suppurationis collectæ, ut frequentem horrorem vel rigorem, de quo antè loquutus erat: alia effusæ in partes inanes thoracis: alia tabis inde consequentis. Nam dolores, horrores, & spirandi difficultas, tum collectionem puris,

2. Progn. 60



tum effusionem rupta vomica significant. Horum autem est consequens tabes, sed antecedunt, comitantur & sequuntur alia ipsius signa propria. Antecedentia sunt aucta spirandi difficultas & tussis irrita. Hæc enim ortum habet à puris ipsius lentore ac crassitudine, membranarum densitate, & infirmitate facultatis. Illa verò à bronchiorum pulmonis obstructione: materiæ contumacia, quæ pulmones opprimit, & pulmonis ipsius infirmitate. Inde enim fit, ut neque motum thoracis sequatur, & exæstians continuò noua excrementa colligat, tum à capite, tum ab arteria venosa, tum à partibus vicinis. Cùm itaque huiusmodi symptomata perseverant, causæ sunt & signa tabis, quæ expectanda est post quadragesimum diem à ruptione vomicæ. Nam nisi intra eum circuitum materia suppurata expectoretur, aut moritur æger præfocatus intercepta respiratione, aut in tabem insanabilem incidit corruptis pulmonibus vitio materiæ suppressæ, & consumpto humido primigenio partium solidarum à diuturna febre, per Aphorismum, Qui ex pleuritide empyi sunt, si à ruptione empyematis intra dies quadraginta repurgentur, liberantur: alioqui transeunt in tabem. Ex colliuatione autem, caloris nativi extinctione, & puris diffusionem sequuntur alia signa, quæ comitantur tabem, ut vngues adunci, oculi cani & similia. Tandem pedibus intumescuntibus, & alui profluuium superueniente moriuntur. Hoc igitur modo tum suppurationis, tum ipsius tabis signa ex Hippocrate distinguenda sunt, de quibus alibi copiosius.

5. Aphorif. 15.

### XVIII.

Ἐν ἐμπύηματι πνεύμονος, καὶ κατὰ κλαίωνα ἐνίοτε ἀλγύματα, καὶ κλίδα, καὶ τὸ ὑπορήγχεϊν ἀσώδεια, σημαίνει πύελος πλῆθος ἐν τῷ πνεύμονι.

*Ex pulmonis suppuratione dolores circa ventrè & clauiculam, stertor quoque anxius multitudinè puris in pulmonibus ostendunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**Otat quæ aliquando contingunt pulmonibus vomicosis. Nam præ copia puris pulmo grauior detrahitur, vnâque & membranæ, quæ thoracem diuidit, & articulationi clauicularum cohærent magis. Hinc dolor ad clauiculas quomodo & pleuriticis, vbi inflammatio superior est, & peripneumoniacis. Venter autem cùm superior dicatur, & inferior, de inferiore audire oportet. Solet enim multis purulentis aluus turbari, hoc est, mordicari, & vtcunq; fluere, quod ἀλγύματα nomine hîc includit. Id autem vel vitioso succo è capite in ventrem decurrente, vel etiam parte materiæ purulentæ & vitiosæ è thorace translata in ventrem, καὶ τὸ ὑπορήγχεϊν ἀσώδεια. Vbi ἀνακαθάρσις repurgatio sputi vel puris necessaria est, parum tutum est, si nihil, vel minus quàm conueniat expurgatur. Ex quo ob nimiam plenitudinem feruor est in gutture. Præsagium autem inde lethale est, multo magis quia ἀσώδεις æger est, & æstuate thorace acrimonia & putrilagine puris: inde quoque commotis partibus, quæ sensu prædita sunt. ἤνεργον dixit communius, ut etiam ad pus extendatur, ὅτι τῶν πνεύμονι, ut etiam ad guttur & arteriam asperam. Dixit enim in Prognostico, malum esse in morbis thoracis ἢν δὲ μηδὲν ἀνακαθαίρηται, μήτε πρὸς τὸ πνεύμονι, ἀλλὰ πλήρης ἐὼν ζῆν ὅτι τῶν φάρυγγι. Ac stertor quomodo moueatur, alio loco exponemus sermone de sputis.

DESID. IACOTII COMMENT.

**S**uppuratio continetur in thorace sæpius ex pleuritidis successione: in pulmone verò interdum ab vlcere, sæpissimè in acutis ex successione peripneumoniacæ. Est autem peripneumonia phlegmone pulmonis vel primaria nullo præcedente affectu: vel quæ aliis morbis succedit destillationi à cerebro, anginæ; asthmari, pleuritidi. Ante suppurationem tanta spirandi difficultas, & angustia premit, ut suffocari laborantes videantur, ac recti federe conentur, quem affectum Orthopnceam

pnceam vocant. In pulmone enim inflammato bronchia angustius coguntur, quàm in pleuritide, & in supino decubitu anteriores thoracis partes confidentes pulmone arctant, & continentem aëris attractionem impediunt. Nullus tamen ad est doloris sensus, nisi grauitatis, quia pulmo sensus est expers. Membranæ autem interficientes à pleniore pulmone depressæ dolorem grauantem faciunt extremis potissimum partibus, quibus alligantur, quia maior ibi tensio, ut ad os pectorale & spinam. Expuunt semper aliquid ob laxitatem partis affectæ, à qua semper aliquid refundat, sentiuntque calidam expirationem qua partim plurimum efflando, partim multum aërem frigidum attrahendo alleuari se putant. Acuta comitatur febris cum rubore insigni ambarum maxillarum ex fuligine sanguinis putrentis. Celerius perire & senes inde moriuntur, quia infirma habent latera, fuliginis maiorem vim, angustiam meatus, & materiam crassiore. Ab omni alia inflammatione morte periclitantur magis iuniores symptomatum vehementia & febre. Periculossima, quæ morbo acuto succedit, ut pleuritidi fractis iam viribus. Qui verò euadunt, vel expectoratione, vel abscessu suppurabili ponè aures, aut imis partibus, ut in crure, aut abscessus loco purulenta & acri alui fluxione, vel vrina crassa & multa cum copiosa hypostasi liberantur. Alioqui profluuium alui in declinatione aut statu ferè semper lethale est, præsertim si diutius perseueret, cum neque quicquam de materia cõiuncta educat, & vires iam fractas prosterнат. In principio aut incrementò prodesse potest, modò ne diutius perseueret materiæ antecedentis expurgatione, ut in pleuritide. Hæc itaque apparent in pulmone plegmone obfesso. Quòd si his modis ægri non curantur, neque suffocantur, fit pulmonis suppuratio, cuius signa hoc Aphorismos comprehenduntur, quæ & puris collectionem, & eius copiã denuntiant. Dolores, inquit, ad ventrem aliquando, & iugulum, nimirum cùm tanta materiæ copia subest, ut tum in ventrem tum in superiores partes redundet, & membranas distendat, quæ illis partibus alligatæ sunt, modò ne violenta thoracis concussione in tussiendo potius doleant, (ut sæpe cõtingit) quàm materiæ vitio. Dolor autem ibi maior apparet ob maiorem tensionem, quemadmodum in pleuritide maximus est ob eandem causam: in pulmone ferè nullus ob laxitatem quæ tensioni cedit. Quo ferè modo vesica lesa dolor percipitur in glâde, & in peritonæo qua parte magis tensum est. Nam membranæ omnes vbi maximè tenduntur, magis dolent, si alia tensionis causa superuenierit. Quòd si grauitas sentiat, multitudinis nota est, & humoris ibi aceruat. Nam tensio in sola affectus participatione fieri consuevit. καὶ τὸ ὑπορήγχεϊν. Stertor accidit, quando tâta puris copia colligitur per incendiũ attracto continenter humore è cerebro, & sanguine è corde per venam arteriosam, ut pulmo plenus vndique, nec se expurgare potens ob infirmitatem facultatis, bronchiorum & totius substantiæ obstructionem & materiæ lentorem, feruat in gutture cum stertore, agitante materiam spiritu, & angustia viarum prohibente concursum liberum ingredientis aëris, & exeuntis fuliginis. Quare stertor non tam materiæ plenitudinem, quàm feruorem indicat in gutture. Omnibus enim feruor fit cùm motu. Nam materia infarcta & exæstians agitur à multo vapore & calore, partibusque quibusdam attenuatis crescit ac turget. Non tamen stertori soli fidendum est in præsagienda puris copia. Nam interdum excitatur in destillatione humoris è cerebro in asperam arteriam, siue empyemate in pulmone, & in colliuatione ac difficultate spirandi, ut oregmone in moribundis. Neque stertor suppuratum pulmonem cum multitudine puris semper sequitur. Vidimus mulierem Arelatæ, quæ quibusdam ante mortem annis vomitu solebat per intervalla reicere magnam puris copiam cum defectione animi, vocis priuatione, & grauibis aliis symptomatis, quibus leuabatur à vomitu. Mortua & dissecta vomica ingens in pulmone reperta est, cùm tamen stertor non apparuisset. Non enim fit, nisi in bronchiis aëris conceptaculis materia feruat. Subiicit deinde anxietatem quæ fit oppressis viribus & fatiscente natura: vel respirationis vsu intercepto: vel æstuate thorace, & acrimonia puris commotis partibus, quæ sensu prædita sunt: vel denique destillatione è capite, quæ in ventriculum fertur, & illius officium mordicat.

Οἱ φρενῶδες, ἀσώδες, κοπιῶδες, δσφιαλγές, κοιλίας κσθυραίνοντες.

*Inhorrescentes, anxij, lassitudine pressi, lumbis dolentes, in profluuium alui incidunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Quomodo φρενῶδες & ἀσώδες appelleretur prius expositum est. κσπιῶδες autem dicuntur à lassitudine, quæ κσπιῶ dicitur, quia videlicet graue pigritumque corpus si commouetur, sentiat æger vel tensionem molestatam, vel perinde ac si multis partibus compungeretur, aut configeretur corpus, aut inflammaretur, aut denique quasi contracta ossa. Atque ea lassitudo sæpe nascitur longis multisque laboribus iter facientibus, aut vehementius exercentibus corpus. Sic enim concalfacti articuli, & siccitate debiliores facti non sustinent molem corporis. Itaque graue esse necesse est, & tenuia quædam excrementa in corpus disperguntur, vnde & molestus sensus ἀνίασσωαίθσσις. Aliquando nullo antegresso motu, aut non multo lassitudines fiunt spontaneæ, de quibus Hippocrates in Aphorismis κσπιῶ αὐτῶματα φρενῶσι νόσος. Sequuntur enim febres, quæ inde κσπιῶδες ab eodem appellantur, quarum duplex genus est vt duplex κσπιῶς, à causâ externa & sine manifesta. Duplex quoque è materiæ differentia, quia biliosus & tenuis humor spargitur in corpus, vel crudus. Vtrunque experientia constat, vt & tertium genus, quod vtranque materiam habet, periculosum admodum. Hic ergo quod scribit, φρενῶδες, ostendit febre laborasse ægrum, quem velut exemplum ponit, cui materia erat permixta bile & pituita. Hinc enim horrorem & ἀσῶ anxietatem & incontinentiam corporis aliquando nasci copia oppresso corpore. Copia quidem, cui aliquis humor irritans actisque fit intermixtus. δσφιαλγές autem dicitur, quia ea parte lassitudo magis vrget, id quod ferè videas in febribus. Alui verò κσθυραίνονται. Dicit autem κσθυραίνονται κσθυραίνονται Galeno interprete, vt & in Protrh. κσθυραίνονται ἀσῶς κσθυραίνονται πολλά, cum multa semel confertimque excreuerit. Is autem fit vel victrice natura criticè multitudinem per aluum excludente, vel quod malum est, labefactatis viribus, quæ retinent.

DESID. IACOTII COMMENT.

DVplex hoc loco difficultas. Vna, de quo horrore agatur, an eo qui suppurationem denuntiat, vt cōtinuatio cum superiore ostendere videtur: an qui in ventriculo cruditate aut cacochymiam, quod ex anxietate conici potest: an denique de eo qui criticus est. Altera, possitne ex his symptomatis aliquid significari homogeneū & καθόλως. vtriusque eadem solutio. Nam cum & diuersos affectus, & varias partes affectas significant horror, anxietas, lassitudo, lumborū dolor, aluus humida, neque eiusdē generis, neque eiusdem speciei esse possunt, nisi quatenus ostendunt perturbationem criticam, ex qua sequitur alui profluuium. Huius autē criseos nulla ferè propria signa sunt, nisi per negationē, vt Gale. docet de crisi. Si itaque vomitus, hæmorrhagiæ & sudoris signa absint, ab horrore critico spes est profluuij alui: item si toto morbi tempore aluus profusa fuerit, quia eò humores inclinant. Quanquam hoc sæpius fallit. Vidimus enim his diebus nobilem, cui quinque diebus continuis primū æruginosæ bilis, deinde flauæ magna copia excreta est tum per vomitum, tum per deiectionem cum motu cōuulsio & dentium stridore in acuta febre, qui tamen septimo iudicatus est per sudorem copiosum. Postea docēbit Hippocrates murmur intestinorum cum lumborum dolore magnam vim habere ad hoc præfagium. Hic tantū meminit doloris in lumbis. Huius ergo Aphorismi ratio constare sic videtur. In febre absque phlegmone & horrores & rigores sūt ex cacochymia vasorum, vt venæ cauæ & arteriæ magnæ, quæ lumbis & dorso incumbunt,

incumbunt, quoties humor inde transfertur in partes sensibiles, quas suo motu in modum conuulsionis cuiusdam vellicat. Quandiu enim quiescit, horror non fit. Itaque hic horror & symptoma est, & signum motus atque delationis humorum. In illo autem motu non solum vnde, sed quò, & quā humorum inclinatio fiat, ad speciem crisis præfagiendam obseruare oportet. Nam quò natura & humores inclinant, eò crises fieri Galenus demonstrat tertio de Crisi. Si itaque frustra & sine excretionē hic horror fiat, materia agitata nec exclusa in caput rapi solet, vnde conuulsio, phrenitis & similia pro natura materiæ, & partium, quas afficit, commouentur. Sin excludatur, sudor, vomitus, aut profluuium alui sequitur pro inclinatione humoris & naturæ motu. Hanc autem in aluum ferri ostendunt in lumbis & partibus diaphragmate inferioribus dolor & grauitas per Aphorismum vigesimum libri quarti, in quo scribit tormina, genuum grauitatem & lumborum dolorem significare, opus esse purgatione per inferiora, quòd eò sponte humores inclinant. Fit enim is dolor, materia conuoluta ad crassâ intestina, & μεσocolον, quod crassâ intestinis continuum existens in vnam quandam earum, quæ in lumbis sunt, pertingit vertebrarum, vt Galenus scribit. Cū autem lumborum nomine partes inclinatæ intelligantur vt nerui & muscoli lumbares, spinalis medulla cum suis membranis, renes ipsi, qui in febre primi ferè ac multum incalescunt ob viciniam venæ cauæ & arteriæ, multaque pinguedine obducti calorē febrilem augent & conseruat adiuuante decubitu in dorsum: præterea vena ipsa magna & arteria, itēque vasa spermatica, & vasa renuum, vesicæ, vteri, hæmorrhoidum, & μεσocolον atque intestina crassa: in his omnibus dolores ab intemperie, inflammatione, aut materia, lumborum nomine Hippocrates passim complectitur. Quòd fit, vt ex lumborum dolore & mensium, & hæmorrhoidum & profluuij alui, & translationis materiæ ad superiora præfagia reperat. Quæ vt intelligantur distinctione opus est & materiæ & partis affectæ, vt hoc loco. Indicat enim materiæ per intestina agitata grauitatem, acrimoniam & motum, cui quia flatulentus spiritus simul excitatur, murmur coniungi solent cum borborigmo, vt postea docebit. Lassitudo autem & anxietas signa sunt perturbationis criticæ & naturæ oppressæ. Est autem lassitudinis symptoma vlcerosus, vel tenuius, vel phlegmonosus sensus. Causa verò vnde ea nascitur, affectus lassitudinis est, qui si multo & vehemēti corporis motu oboritur, proprium habet articularum calorē cum siccitate coniunctū, quo resiccantur partes similes, & spatiola replentur colliquatis tenuibus excrementis. Si verò nec multo nec vehemēti motu excitetur, spontanea lassitudo dicitur morborū vel præsentium vel futurorum certissimum signum. Est enim tenuia lassitudo plethoræ soboles: vlcerosa cacochymia: phlegmonodes vtriusque. Cū verò simul & horrent ægri, & vbi, vel minimum mouentur, aut si ne moueantur quidem, quasi pungi se, aut tendi, aut ossa dolere conqueruntur, non flatuosa, aut halituosa excrementa in causâ esse existimandum est, sed motum humorum per sensibilia corpora. Anxietudo verò iuncta indicat tantam esse materiæ vel quantitate, vel qualitate, vel vtraque peccantis copiam cum virtutis imbecillitate, vt & viscera ipsa opprimat, & in partes inter musculos & articulos ipsos redundet. His itaque conuersis ad intestina non sine causâ alui humectantur.

XX.

Τὰ ἐπιβριγόντα ἐς νύκτα μάλλον τὰ παραξυδόμενα, ἀρσενικὰ φλεγμονώδη.

*Quibus rigor in noctem incidit, tumq; afflictiuntur magis, & sine somno agunt, multum exastuant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc in febribus, quæ mixtam materiam habent bilem & pituitam: bilem quidem, quæ interdū moueatur: pituitam, quæ in noctem & tardius putreat,

C 3

k. 23.

atque incalescat. Constat autem experientia, & Hippocrates scripsit pituitam magis commoueri noctu. Vnde aliquando in Epidemiis *νυκτερινὸν πυρετὸν* appellat Hippocrates. Itaque cum ve- at diurna febre, quæ *ἡμερῶδες* ab eodem dicitur, redit noua accessio cum rigore commota noua materia, quæ à priore incaluit, & putrilaginem traxit. Iusta ergo ratione priore febre delatati, posteriore oppressi grauius affligantur, & vigilant, incendio videlicet per incrementum & vigorem febris vrgente noctu. *φλεγματώδεια*, quasi dicas incendiōsa, quomodo ligna quædam viridia semel concepto igne maiorem calorem exhalant, ita putredo in crassa viscidâ, que pituita vehementer exæstuat. Ac *φλέγμα*, *φλόγωσιμ* dici interdum ab Hippocrate ex secundo Prog. manifestum est, & Galenus in Expositione vocum Hippo. *φλέγμα*, inquit, ἔ μόνον τὸν χυμὸν τῶτον τὸν λευκὸν καὶ ψυχρὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν φλόγωσιμ δηλοῖ.

DESID. IACOTII COMMENT.

**E**Adem sententia legitur tertio cōmentario prioris Prorrhethici non in duos diuisa aphorismos, sed in vnum conclusa à Galeno. Quod miror ab Hollerio prætermisum, præsertim cum locus hic corruptus inde restitui potuerit. *Νό* enim *φλεγματώδεια* ibi legitur, sed hoc modo, *τὰ ἐπιβριγώματα καὶ ἐς νύκτα μάλλον τὴν παροξυσμώδη, ἀγρυπνία, φλεβοδονώδεια ὄντα ἢ τῆς ὑπνοῦ, σὺν ὅτῃ ἔρα ὑφ' ἐαυτοῦ χαλῶντα, ἐς πάσας ἀφελδύτῃ κομματώδεις.* Id est, Superuenientes rigores, & nocte magis quodammodo exacerbantes cum vigiliis & venarum agitationibus in somnis, atque vrinas præter arbitrium excernentes in comatosas aliquando finiuntur conuulsiones. Vbi Galenus notat *φλεβοδονώδεια* nouum & auribus peregrinum vocabulum significare *φλέβας δυναμίας* venas, id est, arterias agitas & quasi vibratas, subiungitque quosdam scripsisse, *φλεβοδωδεια*, vel potius, vt habetur apud eundem aliquantò post, *φλεβοδονώδεια*, id est, *τὰς τεναγμίας φλέβας* venas tensas. Erotianus illi potius, quàm huic scripturæ assentiri videtur, cum locum citat, è quo hic possit facillè intelligi & explicari. Sic enim habet, *τὰ οὐκ ἠνόμενα ῥίγητα μεθ' ἡμέραν καὶ κατὰ νύκτα ἐπιπαροξυσμώδη ἀγρυπνίῳ ποιεῖ, καὶ τὰς φλέβας δυνεί, καὶ τενάσσει, καὶ πυκνότερον καὶ σφοδρότερον τὸ κίνημα ποιεῖ.* Vbi per venas arterias significari addit, & à Democrito appellatum arteriarum motum *φλεβοπνία*, *λίαν*. Quasi diceret rigores, qui interdum cientur, & circa noctem exacerbantur, vt in febribus ex pituita & bile mistis, mota interdum bile, pituita magis noctu (vnde *νυκτερινὸς πυρετός*) afferre vigiliis ob motum humoris laboriosum, qui alteri diurno succedit febris iam ægris, & ob exhalationes biliosas & acres, quæ calcaciunt, vellicant, siccântque cerebrum, sicuti calidæ & humidæ coma mouere solent: arteriæ quoque in his, vt iugulares in collo superficialiæ & in temporibus vibrari conspiciuntur pulsatione frequenti & magna ob multum calorem & incendium ex suppressione excrementorum, quæ fit nocturno frigore: & aucto vsu non solum *ἀσπυνοῦς*, sed etiam *σπυνοῦς*. Aut etiam venæ distenduntur, vt in vehementibus capitis doloribus ab oppressionem vel inflammatione. Aut conturbantur venæ, id est, sanguis in venis conclusus feruet, vt mustum, bile multo humori crudo permista, vnde vrinæ subiugalium, & pessimum febris genus, in quo bilis fermentat pituitam, vt Galenus docet in Epid. Quinetiam interdum accidit, vt ex vigiliis comatosi fiant, aut resoluta bile & acri euaporatione, quæ vigiliarum causa erat, manente verò vel bilem superante pituitoso humore qui humectat, ac diluit cerebrum: aut resoluta calore nativo à febrili & inde perfrigerato cerebro, quod lethale est. Aliquando verò fit, vt vrinam sub se elaxent, quod fit duobus modis: aut mente læsa, & iudicio deprauato, vt in phreniticis: aut resoluta sphinctere musculo, qui contrahendo claudit vesicam. Interdum etiam acrimonia vrinæ vesicæ excreticem irritante, vt in senibus quibusdam. Postremò etiam conuellantur repletis ac tensis neruosis partibus, aut vellicatis ex rapta in cerebrum materia. Quemadmodum ab ea perturbatione, quæ fit in venis, & quam vrinæ subiugalium ostendunt, conuulsio sepe fit aut capitis dolor. Nihil enim mirum (ait Galenus) principio neruorum grauitè affecto, quod vigilæ, nugæ, & vrina

vrinarum inuoluntaria excretio denuntiant, primùm phrenitim fieri, deinde coma, postremò etiam conuulsionem & vocis priuationem, & quoduis aliud tale symptoma. Atque hæc est huius aphorismi explicatio ex sententia Galeni & Erotiani. Suspicio tamen magna est loco huius vocis *φλεβοδονώδεια*, aut *φλεβοτονώδεια* legendum *φλεδονώδεια*. Nam apud Hesychium scribitur *φλέδων*, *φλυαρία*, ἢ ὁ ἀλαζών, *δύδης*. Item, *φλεδονώδης*, *φλύαρος*, *λυγρόδης*. Præterea *φλεδονῶ*, *ἀναδιγνῆ*, *φλυαρεῖ*, καὶ *φλεδονεῖ* ἔδωκε τὰ αὐτὰ ἔξ τῶ φλέω καὶ φλύω, siue φλύσω. A Galeno quoque in Exegefi vocū Hippocratis *φλεδονώδεια*, *φλύαρον*, *φλεδόνες*, καὶ αἱ *φλυαρεῖαι*, vt significantur per *φλεδονώδεια* nugæ, ineptiæ, fatuitas, quæ sunt delirij signa. In dictione quoque *ἐπιβριγώματα*, τὸ *ἰπλ* consignificare potest non repetitionem rigoris periodici sub noctem per *ἀναδίπλωσιμ*, sed in febre ardente & continua superuenientem rigorem symptomaticum, ex quo fiat humoris translatio in cerebrum loco excretionis, vt in primum Aphorismum huius dictum est. Nam rigor symptomaticus, à quo non redit calor, perfrigerat vniuersum corpus, & extinctionem caloris nativi significat. A quo verò redit, sed sine excretionem, materiæ translationem affert in cerebrum, vnde hæc omnia symptomata ortum habere possunt. Verbum *χαλῶν* duo significat: & inuoluntariam excretionem, & remissionem aliquam morbi, qui tamen accessione repetit. Sequitur altera aphorismi pars ex Hollerio.

## Altera pars superioris Aphorismi.

*Ἐν τοῖσιν ὑπνοῖσιν ἐστὶν ὅτε ἔρρον ὑπ' ἐωυτῆς χαλῶνται, φλεβοδωδωδεια ἐς ἀσπυνοῦν ἀποτελεσθῆ.*

*Aliquando fit in somnis, vt vrinam sub se elaxent, perturbentur venæ, & res abeat in conuulsionem.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**Iuisa admodum hæc oratio & obscura. Est (inquit) cum in somnis vrinam sub se eiiciunt. Perturbatio venarum in conuulsionem definit. Si hæc oratio priori connexa est, hoc vult, Si à vigiliis somnus succedit, fit aliquando vt vrinam in lectum sub se meiant, resolutio videlicet musculo, qui vesicam claudit. Nam in eiusmodi morbis facilis est resolutio laxato genere neruoso à multa pituita. At venarum perturbatio familiaris est morbis, qui bilem multo humori crudo permistam habent, vnde vrinæ *σπογγίων*, capitis dolor & conuulsio in huiusmodi febribus contingunt. *φλεβοδωδωδεια* ergo dicit, cum calor acris & igneus similiter perturbat venas, hoc est, sanguinem inclusum venis, quomodo in musto fit. Ab ea perturbatione, quam vrinæ subiugalium commonstrant, sequi conuulsionem testis est Hippocrates.

XXI.

*Τὰ συνεχῆ ῥίγητα ἐν ὄξει, πονηρόν.*

*Continui rigores in acutis, prauum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**O**ΞΕΙΣ, καὶ αἱ αἰ, acuti, celeres morbi dicuntur magni atque vehementes, qui ad vigorem suum celerrimè properant, transcurrentque sua tempora, quæ vniuersalia dicuntur. Itaque in his continuus rigor continuum conatum, sed inanem naturæ ostendit, quæ cum moueat materiam febrilem, mouet quidem, vt antè dictum est, sed nihil promouet.

C 4



**P**Er τὰ σιωχέα βίγια haudquaquam significantur rigoris verè continui, sed frequentes. Continui enim esse non possunt, si ne se contingunt quidem, cum partium continui extrema sint vnum. Sunt itaque potius συχνά, quam σιωχέα. Vilitatus tamen est loquendi modus Hippocrati, ut σιωχέως intelligatur de ipsis vicibus, ne vices intermittantur: frequentes autem rigores periodici fiunt in complicatis febribus & semitertianis: Symptomati verò vel in suppuratione interna, vel frustra tentata crisi. Sunt autem perniciosi quatuor modis, vt dictum est, perfrigeratione & extinctione caloris natiui, si à rigore calor non redeat: translatione materiae, quam Galenus vocat μετασίσιω, quia humores, qui stabant alicubi, in nobiles partes transferuntur, siquidem redeat calor, sed sine excretionem: concussione vehementi, quae vires profternit: & nouorum symptomatum accessione, praesertim in capite, quae sua vehementia interdum celeriter aegros opprimunt.

X XII.

Αἰσὴ βίγος μὲν κεφαλαλγῆς οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἐκ τῆς αἵματός τε ἔρα ἐν τῆσιν αἰματώδεσιν.

*E rigore cum capitis dolore exolutiones lethales sunt. Urina in his cruenta praua.*

**E**κλύσεις vitalis spiritus dissolutionem sequuntur. Itaque profluente sanguine, non suppresso fiunt ἐκλύσεις. Sunt qui ἐκλύσεις leuiores animi deliqua appellant, vt à syncope distinguant. Dissentaneum autem, quod scribit de vrinis cruentis. Nam vt illa accidant, non necessariò aut saepe eiusmodi fient vrinae. Sunt autem αἵματώδεις ἔρα, vel quae ἐπερὸν impenfè rubra, vel quae aliquid cruoris intermissum habeant, vt in calculosis attritu ab anguloso lapide, vel laxioribus rarioribusque venis sanguinem in renem desudantibus.

**A**Etius libro quinto λεπιδυμίαν & ἐκλύσιω confundit: Hippocrates distinxit acuratus, vt in illo Aphorismo, à tuberculi introrsum eruptione exolutio, vomitio, & animi defectio fit, vbi Galenus ἐκλύσιω interpretatur debilitationem virium à dissipatione spiritus vitalis, quae fit simul cum immoderata excretionem: & in Prorrhethico, τὸ ἐκλύσει τὰς ἀμέτροις ἐκρύσει τὸ αἷμα, ἢ τὰς ἐπιχέσει ἐπετοι. id est, exolutio immoderatas excretiones non retentiones sequitur, quomodo secundo Epid. πολλὰ αἵματ' ἐκλύσει φλογέειν sanguine multo fluente exolui. Generalius tamen interdum pro summa virium infirmitate vsurpatur, id est, non quae fit per virium oppressionem, sed cum virtus nec suo officio satis esse, nec causae externae resistere potest, vel resolutis spiritibus à diuturnitate morbi, aut symptomatum magnitudine, vt in dolore & vigiliis, quae non minus vires deiciunt, quam sensibiles euacuationes: vel immoderata vacuatione, vt sanguinis: vel venenata quadam qualitate, vt in morbis pestilentibus. Nam Galenus in Prorrhethico μετ' ἐκλύσεως idem significare scribit, quod πλεξάδιω ἀποσύντασι, in qua dictione annotat, praepositionem ἐξ, consignificare magnitudinem quandam in virtutis infirmitate. Continentur autem sententia haec sub generali axiomate, Magnas & vehementes omnes affectiones in summo virium langore lethales esse, vt delirium, peripneumoniam, pleuritim, anginam: ergo & capitis dolorem à rigore symptomati cum exolutione inuectum. Ratio à minori ad maius. Nam si vel robustissimi in his saepe moriuntur: multò magis infirmi & languidi. Hoc autem axioma rursus in aliud generalius resoluitur, Virtutem, quae non sufficiat ad actum vitae, multò minus sufficere externis iniuriis propulsandis. Vt enim in facultatis robore duo principia sunt, ita in imbecillitate. Vires itaque exolutae neque materiam morbificam vincere possunt, neque ferre symptomatum vehementiam, neque

7. aphorif. 8  
3. Prorrh. 39.

3. Prorrh. 4.  
ex commen. 1.  
aphorif. 8.

neque criticam excretionem, vel perturbationem. Est autem notanda loquutio ἐκ βίγος ἐκλύσεις. Ita enim scribit, quia vult exolutionis & cephalalgiae rigorem esse & causam, & signum, quemadmodum in Prorrhethico aphoniam ex dolore capitis dixit eam, quae fit affecto cerebro ad distinctionem aliarum causarum. Neque ergo vi febris, neque alia causa capitis dolor & exolutio inciderint, quam vi rigoris symptomati. Vtrumque autem symptoma coniunxit, quia duplex illius rigoris est effectus. Nam perfrigeratione & vehementi concussione spiritus vitales exoluit & calorem natiuum, qui succubuit pugnae: translatione verò materiae ad caput, cephalalgiae causa est. Rursus hic effectus est etiam causa. Nihil enim aequè vires deicit, atque dolor. Sicque haec simul iuncta duobus modis lethalia sunt. Ex quibus etiam constat eum dolorem firmum esse oportere, non momentaneum, aut à leui causa, vt carbonum igne, vini potione, pariete recens calce illito & similibus. Quam distinctionem Galenus obseruat in delirio. Eiusdem enim sententiae sunt hi Aphorismi Prorrhethici, Praelanguentium desipientiae pessima. Et, Quae cum exolutione fiunt aphoniae, valde mala. Alio loco, Quae cum exolutione fiunt & catarcha, aphoniae, perniciosae sunt. Quod autem subiicit, αἵματώδεις ἔρα cruentas, vrinas in his prauas esse, signum heterogencum est, quòdque alterius facultatis, quam vitalis & animalis offensionem significat, neque eo opus est ad mortis praenotionem. Vel igitur per se & separatim legi debet, quasi sit alius effectus rigoris symptomati, vt illud, ὃ τῶσιν, referatur ad eos, qui symptomatiè riguerunt, non ad alia symptomata: vel tantam huius perniciosi rigoris vim esse ostendit, vt omnes principes facultates, quae sunt vitae praesidia, expugnet. Quantò autem plures partes & facultates affectae sunt, tantò mors propinquior. Est autem αἵματώδεις ἔρον vrina, vel quae reuera cruorem habet admixtum, vel ob colorem ἐπερὸν, rubentem. Haec non ita crassa est, sitque à sanguine calefacto, & in bilem rubram, quae est sanguinis serum, degenerante, vt in febribus synochis, nec aliud malum, praeter morbi diuturnitatem significat, cum sanguis omnium humorum sit mitissimus, modò ne quodammodo rubeat permixtione bilis crassae & multae, vt in auruginosis. Illa verò cruore admisto crassior, sequitur saepius affectos renes, vt in nephriticis. In quibus attritu angulosi calculi, aut laxioribus rarioribusque venarum osculis sanguis in renem desudat: interdum hepatis & renum resolutionem, qua fit, vt familiarum humorem non amplius contineant. Vidimus certè aliquando in grauioribus morbis capitis, vt apoplexia & concussione cruentam vrinam & vinosam certissimo imminentis mortis signo, de quibus omnibus dictum est in librum huius Operis de vrinis, quem ante hunc exposuimus. Galenus scribit praerubram, aut cruentam vrinam eodem modo fieri affectis renibus, quo rubentem ventris proluuiem affecto iccore.

1. Prorrh. 8.  
2. 4. item 3. ea  
iusdem 4.

1. Prorrh. 31.

X XIII.

Ρίγος ὀπίσθιον ὀφθονώδες κτελεσεί.

*Rigor conuulsionem in posteriora inferens, interficit.*

**R**igorem antea dixit maximè fieri à posteriore parte. Si ergo illic materia resistit, qua parte nerui sunt, qui caput spinamque reflectit, à copia ὀπίσθιον ὀφθονώδες nascitur, aut si non à copia, à qualitate acris putrisue materiae. Quod cum accidit, imbecillitas naturae excernentis & partium neruosarum ostenditur, vnde suborta iniuria, hoc est, Conuulsio mortem non abs re inuehit.

**I**N rigore symptomati, quem nullam, aut morbo impar sequitur excretio, materiam morbi intrò recurrere, & calorem natiuum saepius exolui superiore Aphorismo dictum est. Duobus itaque modis opisthotonon, id est, neruorum distentionem,

nem, & cervicis convulsionem ( in qua præter voluntatem caput scapulis annectitur ) inferre potest. Vno per refrigerationem, præsertim si rigor fuerit *δυσκίνησις*, aut *ἀσκηματίας*, à quo vel agrè, vel nullo modo redeat calor. Nam frigus non quodlibet, sed in excessu, cum induit sese in nervosas partes, id est, nervos, tendines, & ligamenta, quæ dorsii regionem & cervicis magna ex parte constituunt, primum quidem inæqualitatem excitat in cute repulso introrsum & humido & calore: deinde siccatur exprimendo quod tenue est, cogit, densat & indurat. Cogendo autem sinus interiores & poros, prohibet distensionem & effluuium, atque alimentum subitionem. Sic rigida manent partes ac duræ, aut replentur. Altero modo *ἡ μεταστροφή*, per translationem materiæ morbificæ in cervicalem medullam & caput, unde nervosæ partes aut vellicantur, aut implentur & contrahuntur, ut vertebrae intrò ferri sæpe videre liceat. Ardore quoque febrili idem accidit, sed alio modo. Siccantur enim & contrahuntur, quia calor igneus eximit humidum, quo sinus interiores opplentur. Vtraque distensio lethalis est, sed hæc magis. Interficat autem opisthotonos magnitudine causæ dolore & interceptione respirationis, cuius idem finis est, & vitæ.

XXIII.

*Τὰ φρενῶσθμῶν καὶ ἀνιδρώσθμῶν κελσιμῶσ, ἐς ὃ τὴν αὐτοῦ φρενῶσθμῶν παρὰ λόγῶσ μὴ ἀγρυπνεῖν, μήτε ἀσκηματίας αἰμαρῶσ γήσθιν οἶμα.*

*Qui inhorruit nec sudavit criticè, postridie circa iudicium vero horruit citra rationem, nec vigilavit neque concoxit, hinc hæmorrhagiam puto expectandam.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N acutis inhorrescere, & rigere sine sudore aut alia excretionem critica, inutile est: multò magis cum iudicium morbi appetit, quo tempore omnes vires natura contendit, ut materiam morbi vel excludat vel coquat, vel denique transferat è nobiliori parte in ignobiliorem. Inanis ergo ille conatus naturæ vim morbi & imbecillitatem naturæ ostendit. *ἡ ἀσκηματίας* autem sæpe usurpatur in crisis ab Hippocrate pro *ἀσκηματίας*, ut in iudicio omnia siue ea quæ accidunt, mala sint, siue bona, si tamen prius non fuerint iudicata, aut non iuncta manifesta causa, ea dicamus *ἡ ἀσκηματίας* accidisse. Quod autem dicit *μὴ ἀγρυπνεῖν*, nihil iudicat hæmorrhagiâ. Nam & vigilibus hæmorrhagiæ fiunt in acutis. *ἡ ἀσκηματίας* verò *κατὰ χριστιανῶσ* dixit de ægro, cum de materia *πέπτησις* & *πέπτησις* dicatur. At si nec materia cocta est, statim sequitur hæmorrhagia. Potest enim alia excretionem vel abscessu morbus dissolui.

DESID. IACOTII COMMENT.

**A**Vthor Prorrheticus sic habet, Qui ab horrore simul criticè sudarunt, postridie verò, ubi inhorruerunt, præter rationem vigilent, hos sanguinis eruptionem incurfuros puto. Vbi *ἡ ἀσκηματίας* refertur ad *ἀγρυπνεῖν*. Galenus prædictionem reprehendit, quòd ea contineat, quæ neque assidue, neque magna ex parte eveniant. Leges enim à Philosophis statuuntur in natura ex iis, quæ vel sunt semper, vel maxima ex parte, vel maiore. Probabilior tamen lectio Prorrheticæ: in qua explicanda etsi non magnopere laborandû puto, tum quòd ea inquisitio, quæ non nisi coniectura niti potest, laboriosa magis quàm utilis futura est: tum quòd præfagium Author ipse verbo *οἶμαι* adiecto infirmum ostendit, videtur tamen nescio quid tale voluisse. Si ab horrore critico æger sudarit, postridie verò iterum horruerit, imperfectam crism antecessisse per sudorem. Ea autem imperfectarum crism natura est, ut in augmento fiant ac deficient, nec tute sint, si inde æger servari debeat: sin moriturus, aut repente interficiat, aut omnia symptomata augeant. Qui igitur postridie horruerunt iterato naturæ certamine, si præter rationem vigilent,

gilent, alia excretionem opus habent, qua quòd reliquum est, excludatur. Eam autem futuram per hæmorrhagiam vigiliæ cum cæteris hæmorrhagiæ signis coniunctæ ostendere possunt, sanguine bilioso cum multo calore in cerebrum raptò in illa agitatione critica, & vigilias afferente. Ac certè rarò fit, ut in nostris ægris una crisi morbus finiatur, nisi quòd relinquitur, artificio medici expurgetur. Pluribus enim crisis ac diversis, ut sudore, hæmorrhagia, alui fluxione sæpius est opus pro materiæ inæqualitate, febris foco, & habitu ægri, præsertim cum materia minus obsequiosa est, meatuum adest obstructio, & ægri vires infirmæ, quas sæpe in tempestiva victus ratione, aut assidentium aut ipsius medici importuna sollicitudine deiciunt, ac vel præripiunt crism, vel intercipiunt, vel differunt. De signis hæmorrhagiæ dicitur postea copiosè. Non absimile est, quòd Galenus scribit in Prorrh. Cum sudore desistere visæ affectiones, rursumque revertentes, & rursum ignescentes, atque iterum sudoribus solui visæ, veram certamque habent solutionem, ubi superriguerit.

Prorrh. 13.

XXV.

*Τὰ μὲν ῥίγος ἐπισημασθμῶσ, ἀσκηματίας, ἡ ἀσκηματίας ἀλλῶσ τε καὶ προσκαρῶσ ἐλπίσ ὅ ἐπὶ τῶσσι καὶ τὰ παρὰ τὰ ὄσ.*

*Intercepta cum rigore urina, prava & convulsionem invehunt, tum aliàs, tum si antea sopor inuasit. Expectari verò potest, ut in his abscessus ad aures fiant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**Nterceptio urinae aut potius intermissio sæpe fit in crisis aliò conuersa materia, & ubi à rigore critico aliud genus vacuationis expectatur. Fit hoc quoque grauiore casu, cum malignitate morbi vitium in partem nobilem rapitur. Id autem fit plurimum in caput venis amplis multisq; adaperum reliquo corpori, quòd in hoc ægro contigit. *ἡ ἀσκηματίας* enim, quæ invehunt convulsionem læso nervorum principio, & quòd addit *προκαρῶσθμῶσ*, prius graui somno occupato ægro. Atque omnino malum est atque adeò perniciosum in morbis materiam relictis partibus inferioribus sursum rapi. Nam si pulmonem appetat, suffocatio: si caput, phrenitis, mania, melancholia & soporosi affectus, ut est natura materiæ, consequi solent. Hic ergo sopor antecedens (quòd voce *προκαρῶσθμῶσ*, intelligit) magnam vim frigida crudæque materiæ collectam in cerebro indicat, à qua fortasse resolutio spinæ & vesicæ urinam cohibet. Est autem *καρῶσ* somnus longior ac profundior, à quo agrè excitatur æger. Quòd autem adicit, expectandos in his circa aures abscessus, inter signa horum abscessuum nõ solum urinae suppressio, sed grauitas capitis & sopor annotari debent. Id enim ferè cõtingere certum est. Soler autem aliquando ita loqui *τὰ παρὰ τὰ ὄσ*, non addens *διδήματα*, *καρῶσθμῶσ*, *ἐπὶ καρῶσθμῶσ* aut aliquid tale. Quid autem ab iis abscessibus sperandum sit, alio loco exponemus.

DESID. IACOTII COMMENT.

**V**Rina cum rigore suppressæ intelligendæ sunt, quæ vi rigoris symptomati intercipiuntur, siue vesica plena sit emortua excretrice, siue vacua materiæ ad superiora refluxu. Illud enim per refrigerationem & caloris nativi inde langorem sequitur: hoc verò materiæ *μεταστροφή*, qui duo sunt rigoris symptomati in acutis præcipui effectus, ut antè sæpius dictum est. Ad hunc itaque locum non pertinet retentio urinae critica, neque ea, quæ in obstructione meatus vrinarij, aut superiorum partium vitio causam habet, ut renum, vel vterum. Demonstratio autem perniciosi huius symptomati ita fieri potest. Aut rigor ille symptoma est inflammatio interioris, ut spinalis medullæ, vel membranarum eius, cum frequens ac celer incipit à lumbis, ut antè docuit: aut cacochymia vaforum, quam natura à centro ad corporis habitum excludere nititur. Priore modo laboriosa ac difficilis est, ostenditque vesicam in consensum trahi, & membranas, vicinæque corpora ac nervos qui ad

Alph. 3. huius.

qui ad vesicam pertinent , grauiter affici. Posteriore alterum è duobus aut vtrumque denuntiat, nimirum vel μετέσεισι, vt dixi : vel, quod prorsus lethale est, resolutum, aut potius extinctum calorem vesicæ aut nerui sensifici tum ab eo, qui præter naturam est, tum ab ei succedente perfrigeratione ob distantiam à caloris fonte & lapsum proportionalem, vt docuit Aphorismo quinto huius. Distinctio rationis ex naturæ œconomia intelligitur in partibus excretioni vrinæ dicatis. Composita enim est functio ex facultate naturali ipsius vesicæ, & animali musculorum, qui sunt in abdomine, præsertim mediorum, & ipsius sphincteris. Illi enim comprimendo excretionem iuuant cum vrina pauca est, aut vi exprimenda : hic verò obedit, laxatur, & otiatur. Est enim contractio sphincteris propria actio. Neruus autem à sexta coniugatione dispersus in vesicam impertit vim sentiendi irritationem, quæ fit à pondere, mole, & morfu ipsius vrinæ. Vesica verò sese colligendo irritantem vrinam transuersis fibris exprimit naturali facultate, dum musculus obliquus fibris vesicæ ceruicem claudens cessat ab officio & quiescit. Quòd si resistet vrina, musculi abdominis imperante voluntate compressionem iuuant. Meatus vrinarius vrinæ præbet exitum: renes per vreteras materiam, quam vesica excipit. Suppressionis ergo vrinæ causa, si vesica plena & cum tumore circumscripto tangenti appareat, vel in meatu vrinario quaerenda est: vel in facultate naturali & sensifica corporis vesicæ: vel in musculo sphinctere: interdum etiam, vt in phreniticis, in deprauatione mentis, quæ immutationem sensorij factam ab obiecto non percipit. Meatus vrinarius retinet vrinam tumens, obstructus, clausus à grumo post sanguinis mictum, calculo, caruncula, crasis humoribus, vel crasso pure. Vesica verò refrigerata aut nimium distenta diuulsis fibris, aut inflammata sese colligere nequit. Neruus verò sensificus torpens calore resolutio facit, vt æger non sentiat vesicam impleri. At sphincter si resoluitur, vt contrahere se nequeat, non cohibet vrinam, sed inuoluntariè finit effluere. Si verò ex compressione inflammetur, vt in vertebris intrò luxatis, aut partium circumpositarum inflammatione, vt intestini recti & vteri, laxari non potest, atque ita vrinam supprimit. Conuelli posse neruum à lumbis & osse sacro ad vesicæ ceruicem & sphincterem pertinentem negant ob continuum humoris affluxum. Quòd si vesica vacua appareat, renibus, vretetibus, aut translationi materiæ causa est ascribenda. Sic ergo in acutis ex suppressione vrinæ præfagia institui debent, vt in vesica plena & meatu vrinario libero certissimum sit emortuæ facultatis & mortis imminentis signum, aut partis ipsius inflammatae si dolor adfit, aut mentis perturbatae in phreniticis, qui interdum non minguunt nisi admoniti, interdum vrinam sine voluntate reddunt. Eadem vesica vacua vel aliò conuertitur materia, vt in fluxione alui : vel transfertur in crisi, aut rigore symptomatice, vel renes affecti sunt. Humor translatio cognoscitur, dum fit per motum humorum, qui antè obfirmati erant in aliqua parte, & per rigorem superuenientem: facta autem per symptomata ipsius partis propria, in quam translatio facta est, vt Galenus diuinitus docet in Prorrhethico. Addit ergo Hippocrates ab hac suppressione vrinæ conuulsionē inuehi, rapta in musculosum genus & neruorum principum materia. Confirmat iudicium sopor ab oppresione cerebri à materia crassa, aut perfrigeratione, & concidente robore spiritus animalis post frustra abortum rigorem. Humor autem, qui huius mali causa est, si non ita crassus fuerit, in neruos penetrat & conuulsionem efficit. Quid ergo factura esset humoris in caput translatio (ait Galenus) certò dicere non licebat, priusquàm aliquod aliud signum appareret vel cataphoræ, vel delirij, vel conuulsionis: nempe & id fieri potest. Potest quoque & natura morbo robustior inuenta sanguinis per nares eruptionem moliri, vel parotidas fuscitare. Atque id est, quod subiicit, cognito hoc humorū impetu ad caput, tum ex rigore, tum ex vrinæ interceptione, tum ex symptomatis in capite apparentibus, vel conuulsionē secuturā, vel parotidas, si materia multa & crassa, aut caliginosa in auriū glandulas victricem natura reponatur, quarū signa sunt morbi diurnitas & securitas, impetus materiæ sursum præsertim crassioris cum calore tamē, quo sursum efferatur, ceruicis & capitis grauitas ac dolor, coma, surditas, & similia, de quibus postea. In Prorrheth. addit vocē dubitantis ἄρα.

3. Prorrh. 8.

Ibidem.

Τριταοφύεα ρίγεια ἢ ἐν μέσῳ παροξυώδημα πυρετῶ ἀτάκτω, πᾶνυ κρηκοίεα. τ' ἀνάπτια δὲ παροξυώδημα τῶν πᾶντων τῶν μὲν ρίγεις καὶ πυρετῆ ὀλέθρον.

*Rigores, qui ad rigorem tertianæ accedunt, siquidem in medio exacerbantur, febre quidem nullum ordinem retinente, admodum maligni sunt. At qui contrario modo inuadunt, conuulsione accedente una cum rigore & febre lethale.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Τριταοφύεα ρίγεια dici verisimile est de his febribus, quæ τριταοφύεες ab Hippocrate dicuntur in Epidemiis. Sunt autem mediæ inter periculosas semitertianas, quæ continuæ sunt, & tertianas intermittentes. Neque enim citra periculum est, & breue habet interuallum, quod in febribus διάλυμα vocant. Quales autem sunt eiusmodi τριταοφύεες, Hippocrates declarat secunda tempestate primi Epidemion. Familiares autem hæc Autumno, longæ ac pertinaces. Scribit ergo ἢ ἢ μέσῳ παροξυώδημα, hoc est, quod in Epid. μικρὰ διακρίνοντες καὶ παχὺ πάλιν ἐπιγίγινται. λιαιότερος παροξυώδημοι leuiter remittentes, ac celeriter rursus ex remissione vehementius inuadentes. Id quod efficit cruda materia frigidâque bili admixta. hæc enim celerius putrescens, celerius mouet: illa tardius, neque semel, sed paulatim computrescit & commouetur. ἀτάκτω, hoc est, quod dicit in Epidemiis, ρίγεια δὲ πᾶσι ἀτάκτως, καὶ πεπλομηδίας ἐγένετο, hoc est, aliquando inuadebat accessio, & exacerbatio cum rigore, citra rigorem aliquando: & rigor modò rarior, modò frequentior, nunc violentior, nunc leuior. Reliqua, quæ ad naturam harum febrium pertinent, inuenies scripta secunda tempestate primi Epidim. πᾶνυ ἀιέθρια malignarum febrium natura, vt antè dictum est, ex iis, quæ ἐπιγινώδημα ex sudoribus & excretionibus quæ nihil conferant, vigiliis, frigiditate extremarum partium, & cum specie remissionis maiore vi redeunt, & iam priore accessione accitas vires, quasi iterata pugna rursus violentius inuadunt, aliisque scriptis in lib. Epidemiorum. τὰ νῦν τια δὲ. hoc est, Qui in accessionibus conuelluntur, vt conuulsio comes sit febris, quod admodum lethale est. Alioqui si accessio fiat contrario modo eorum, qui conuelluntur, resolutio intelligi potest. Conuulsio enim tensio est, resolutio, laxatio neruorum partium.

DESID. IACOTII COMMENT.

Ὅ μὲν ἰπποκράτης ἰων (ait Erotianus) τριταοφύεας φησὶ λέγεσθαι ἀπὸ τριταίος, ἀφρονίας χάρι. φιλονίκης δὲ ὁ σικελὸς ἀπὸ τῆ σιωχέας ἀρρονομίας ἐμφαινόντας. τὸ δὲ ἀρρονομίας ἐπισημαίνου ἢ ἀλικρινέας γινώσκους τῆς ἀγαλένειας ἰδιου οὐδ' ἔχοντα ἀλλὰ ἄλλο μὲν ἀπὸ ἀρρονομίας ἐπισημαίνοντα, μὴ ἔχοντα δὲ ἀλικρινέας τὸ μεταξὺ διάλυμα ὅπως ἀνόμασθαι. ἐπειδὴ πολλὰ ὁμοίωτα πρὸς τὸν τριταίου ἔχουσιν, εἰσὶ δὲ αἱ λεγόμεναι μικροὶ ἡμπεριταίοι. Quia verò in obscuris dietionibus, tutius est, vt Galenus scribit tertio Prorrhethicorum primo, vocem eam ita intelligere, vt vsus est Hippocrates, per τριταοφύεα ρίγεια rigores periodicos accipere oportet, quomodo explicat Iacobus Hollerius. Sunt autem è genere tertianarum febrium, quarum alix intermittunt, vt tertianæ exquisitæ cum accessione duodecim horarum ad summum, mediæ horarum circiter quindecim: & extensæ, Græcis παρεπιτεταμίαι, quæ extenduntur ad viginti, aut vigintiquatuor horas. Alix sine intermissione, cum rigore tamen (prætermitto tertianam continuam) vel potius cum horrore, qui est paruus rigor, medius inter rigo-

rem & frigus, quia bilis acrimonia, quæ rigorem facit, à succo pituitoso mixto retunditur. Hatum duo sunt genera. *ἡμιτεριανῶν*, semitertianæ ex continua, quotidiana & tertiana intermittente mistis, & variis locis, variòque motu putrescentibus pituita & bile, cum accessione & horroris, ingeminatione secundo die, aut longioribus interuallis per *ἀπὸ δὲ πλῶσις* reduplicationem, aut breuioribus per *ἀνωμαλίαν*, id est, inæqualem incrementi motum. Aliæ *τριημιόφνης*, quæ & ipsæ continuæ sunt, leuem tamen habent remissionem die posteriore, ex qua mox violentius recrudescunt in tertianæ modum, cum horrore, vel sine horrore. Hæ neque sunt continuæ tertianæ, quia leuem habent remissionem, & interdum cum horrore exacerbationem, neque semitertianæ, quòd neque habeant reduplicationem horroris, neque accessionem secundo die: neque extensæ tertianæ, quia non desinunt ad integritatem, sed vna tertio die fit accessio, & postero die remittitur. Ortum habent à crudis, pituitosisque succis putrescentibus, admixta his flava bile, vnde rigores erratici non in singulis accessionibus, sed interdum: & parui, id est, horrores, qui non perpetuò cum accessionibus inuadunt ex variorum succorum putredine & motu. Nam bilis quidem calidior febrem acutam celeriter accendit, quia celerius putrescit & mouetur. Interea crudus humor & frigidior, tum corrumpitur, tum putrescit. Vnde fit, vt remissa bilis putredine & motu recrudescat febris ex facta veluti requie & remissione, altera accensa materia: qua putrescente, quæ prior inuasit, iterum recrudescit. Ita succedit deterior priore accessio, quòd vires iam priore fractas offendat, nec vllum reficiendis viribus tempus naturæ relinquatur. Ob idque hoc genus febrium malignum est, acutum & lethale. Nam parùm remitti, & celeriter ex remissione violentius inuadere, maligni morbi inditium est. Hi igitur rigores valde maligni sunt, vt causæ & signa. Causæ quidem, quia licet sint periodici erratico modo, eosdem tamen effectus habent, quos & symptomatici. Nam neque febres finiunt, & vires celeriter prosternunt, siue sequatur excretio, siue non sequatur, deinde periculum afferunt *τῆς μεταστροφῆς*. Tertio conuulsionis. Nam nervosas partes duriores effectas (vt Galenus scribit) refrigeratio cogit ac replet difflatione prohibita. Denique calorem natiuum & spiritus vitales, tum concussione & violenta motione, tum efferatæ materiæ occurfu, vel resoluunt, vel opprimunt & suffocant. Signa verò sunt maligni morbi, tum specie & propria natura ob variorum succorum putredinem, & propriorum symptomatum vehementiam, tum grauiorum casuum accessione, vt sudorum qui naturam resoluunt: excretionum, quæ nihil conferunt: vigiliarum, quæ vires deiciunt, & similia, de quibus agit Hippocrates in lib. Epidemiorum. Cum autem in cæteris febribus malignitas spectetur ex signis, quæ *ὑπὸ γινώσκοντα* & *ἐπιφανεστέοντα* dicuntur, in his non solum ex his, sed etiam ex pathognomonicis colligitur, quale est ab intermissione leui crudelius recrudescere. Cætera malignam humorum putredinem, aut internam inflammationem, aut principis alicuius partis grauem affectum, & morbi victoriam sequuntur. Quòd autem subiicitur, *τὰ νάντια δὲ παροξυνώδεια*, ad aliam sententiam pertinere videtur, vt contrarietas illa non referatur ad aliud febris genus oppositum, sed vel *τὰ νάντια ἢ πάντων*, contrario modo eorum, qui conuelluntur: vel (quod magis consentaneum est) contrà quæ exacerbantur, id est, non periodicè, sed symptomaticè accedente conuulsione cum rigore & febre lethale. Quod tamen eget distinctione, si conuulsio vi rigoris symptomatici fiat. Nam in quotidianas quædam & nocturnas rigor & conuulsio incidere possunt signo per se non lethali, præsertim in pueris, statu humido frigido & boreali. Comment. 2. in 1. Epid.

XXVII.

*Αἱ ἐν ῥίγεις ἀφωνίαι πρόμα λόνται, καὶ τὰς ἐπιρρηγίοντας προμάδεα γινώσκοντα κείνται.*

Mutitates

*Mutitates ex rigore tremor soluit. Et subinde rigentes tremores subsequuti indicant.*

**A**bsurda hæc oratio ferè similis ei, quam inferuerunt Aphorismis, Ardentem febrem solui tremore & delirio, aut tremorem delirio. Verbum enim *λύειν* vsurpatur, vbi omnino soluitur morbus, non in alium, vel similiter periculosum, vel periculosiorem transmutatur: *ἀπόσειν ἢ μεδέσειν* appellant. Ponamus ergo acutam febrem, in qua rigor moueatur. Rigor ostendit naturam excludere materiam morbi è venis & arteriis, à qua naturæ commotione critica excretio salutaris expectari possit. Verùm loco excretionis materia sursum versa in caput, *ἀφωνίαν* facit. Fac igitur, vt materia cerebro excussa in nervos spargatur, aut fusa in cerebrum nervosa lædat, vnde animata virtute pressa, & instrumentis, hoc est, nervis tremor oriatur. Ita fortasse *ἀφωνία* desinat: sed improprie dictum *λύονται*, cum ea vox aliter solet vsurpari ab Hippocrate. Siue igitur tremor intemperie partium neruofarum, vt in senibus & ebriosis hominibus, siue grauata virtute & imbecilla, siue animi affectu & perturbatione (quod hic parùm verisimiliter) tremor inquam, moueatur, non fit verisimile inde *ἀφωνίαν* solui, nisi quis dicat desinente malo vno, sed in aliud transeunte, *λύειν* dici. Eadem ratio eius, quod sequitur, *καὶ ὅς ἐπιρρηγίοντας*. Nam verbo *κείνται* abutitur: neque frequentem rigorem tremore solui, aut iudicari verisimile. Nam quid accedit melioris conditionis agro, si cum subinde rigeat, virtus inde succedat imbecillior, aut nerui intemperiam trahant. Inde enim tremor.

**C**ausa vocis efficiens & prima, facultas est animalis & motrix in cerebro: instrumentum totus larynx ex tribus cartilaginibus cum suis musculis, & nervis moderatè aperientibus, & committentibus glottida siue rimulam, adiunctis nervis recurrentibus, materia proxima exsufflatio, id est, multi spiritus extra animal per guttur affatim facta emissio, materiæ apparatus, & motus ab intercostalibus musculis, & nervis à spinali medulla sub ceruice, qui vehementius contrahendo thoracem, affatim spiritum foras excludunt. Materia remota exspiratio, quæ quiescentibus intercostalibus fit ab aliis musculis contrahentibus thoracem, vt sex superius nervos habentibus in ceruice, & à septo transverso, quibus fit, vt amissa voce respiret interdum animal. Via, per quam effertur exsufflatio, aspera arteria cum glottide, cui supereminet epyglottis. Vocis ergo priuatio, quàm *ἀφωνίαν* vocat, cum sola adest sine aliarum actionum læsione, vt sensuum & motus voluntarij, causam habet in propriis vocis instrumentis, vt si muscoli claudentes & aperientes laryngem immobiles sint, aut nerui recurrentes vel abscindantur, vel nimium refrigerentur, aut intercipiatur rimula à tumore vel angustia. Quando verò simul dolor vehemens capitis adest, aut motus ac sensus læsi sunt, in cerebro causa querenda est. Ea autem est interdum à resolutione facultatis, & extinctione caloris, vt in moribundis: interdum ab oppresse humorum & obstructione, qui prohibent exitum spiritus animalis ad partes inferiores, vel primas partes spinalis medullæ occupant, vt in apoplexia, caro, morbo comitiali: interdum verò à paralyfi, aut conuulsione, aut siccitate neruorum & musculorum intercostalium. Quòd si neque thorax, neque cerebrum laborent, intercepta est exsufflatio, vel ob spirituum paucitatem & resolutionem, aut retractionem, vt in syncope, metu, strangulatione vteri: vel ob venarum interceptionem denegato motu vitalis spiritus, vt in apoplexia illa, quæ subito sanis euenit cum faciei rubore, oculorum constantia, manuum porrectione, dentium stridore, refrigeratione extremorum, quam venæ sectio soluit, vt docet Hippocrates. Si ergo aponia incidat à rigore symptomatico (modò absit suppuratio interior) neruorum principium affectum esse coniciendum. Quod

4. de diæta, in acutis.

cum duobus modis rigor faciat, perfrigeratione, quando non redit calor, & materia translatione: priore quidem modo aponia nunquam soluitur tremore. Nam in illa aponia siue tremant, siue non tremant, aegri moriuntur, per Aphorismum primum huius libri. Cum autem materia per rigorem mota, nec exclusa sursum vertitur, si pulmonem & thoracem appetat, suffocationem, & affectus musculis intercostalibus exsufflationis interceptionem afferre potest. Si vero cerebrum, motus & sensus priuationem. In qua aponia color faciei non ita mutatur, ut in syncope, neque aegri iacent, ut mortui cum pulsu paruo languido, aut nullo, ut in morientibus, sed facultates cerebri oppressa & lesa apparent. Haec tremore solui potest per transpositionem materiae a cerebro, aut ab instrumentis vocis ad partes nervosas, quemadmodum manuum tremor, & oris distortio in Pythione facta sunt septimo non crescente circa cerebrum malitia, sed humoribus ad inferas partes migrantibus. Cum enim humores de vasis in partes sensiles excluduntur, & rigorem afferunt, si in nervos transeant, tremorem aut convulsionem mouent, quia partes motu & copia grauatae, sub ea continere se non possunt, sed vel acrimonia vellicatae excitantur ad expulsionem, & conuelluantur vel tremunt, interdum etiam sese oppresseione expediunt. Neque enim tremores huiusmodi & conuulsiones lethales sunt vigente natura, & materia pauca, ac facile mobili. Quomodo Hippocrates scribit, conuulsiones multis in febribus contigisse innoxias in frigido & humido statu primo Epidemion. Verum cum nouorum symptomatum accessio huiusmodi fieri possit, ποτὲ μὲν ἐστὶ μεθίσταται αὐτὸν λυποῦντας χυμῶς, ποτὲ δὲ ἐστὶ μελλέειν, ποτὲ δὲ ἐστὶ πλέονας ἐπιλαμβάνειν τύπος, primò tantummodo soluitur aponia: duobus aliis manet cum tremore & necat. Eodem modo in Aphorismis scribitur febres tremore, & tremorem delirio solui eadem materiae transpositione. Tremorem tamen delirium ferè excipit ad mortem, sicuti tremor aponiam. Proinde annotat Galenus improprie λέγειν dici. Nam morbus proprie soluitur, cum aut in sanitatem permutatur, aut in morbum mitiorem, ac minus periculosum transit. Hic verò permutationem significat, ut cum dicitur λυθεῖσα ἢ νόσος αὐτὴ νόσος, & λύσις in voce ἀλύσις. Sunt qui tremoris nomine rigoris partem intelligant, & motum a valida facultate, quo illa magno impetu excutere nititur, quod nocet, ut materiam morbificam, aut vaporem quendam stimulantem ac pungentem nervos. Verum hoc modo cum rigore, aut conuulsione confunditur. Quanquam hac ratione interdum morbum solui constat, ut conuulsione paralyticam in Prorrhethico, & quartana morbum comitalem sexto Epidemion. Sed in obscuris dictionibus (ait Galenus) securius existimauerim vocem eam ita intelligendam, ut vsus est Hippocrates. Omnis autem tremor continentem habet causam infirmitatem virium. Verum cum vires in spiritu, humore & solidis partibus contineantur, interdum spirituum dissipatione, aut collectione tremor fit, ut in affectibus animi: interdum humorum & spirituum resolutione, aut vacuatione, ut in fame, lassitudine, vigiliis, curis, immoderata Venere: in acutis verò saepius vel oppresseione a materia, ut hoc loco: vel vehementi solidarum partium intemperie, ut siccitate in phreniticis, quod lethale est. Quae omnia Galenus copiose explicat in historiam Pythionis. Eadem est ratio eius, quod subiicit, Crebros rigores tremore iudicari. Abutitur enim verbo κελνεῖν, aut nomine τρομφ.

3. Prorrh. 26. 1.

Comment. I. in 3. Epid.

XXVIII.

Οἱ ἐκ ρίγος μὲν κεφαλαλγίης ἐκλυθῆναι σφαιεροί.

Qui ex rigore cum capitis dolore exoluntur, in dubium vita & incurruunt.

Iam

Iam saepe dictum, quòd plura mala coeunt, eò grauius periclitari aegrum. Si itaque a rigore & capitis dolore etiam accedet exolutio, non immeritò dubitanda aegri vita est. A rigore enim salus expectata fallit, & iis grauius malum accersit.

DESID. IACOTII COMMENT.

Vide commentarium ad Aphorismum 22. libri huius.

XXIX.

Τὸ αἱματώδες ἔρον τέτοιαι, κελνόν.

Cruenta urina iis mala.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Et hoc quoque malum superueniens periculum auget.

XXX.

Οἷσι ρίγος, ἔρως ἀπόστασις.

Quibus rigor, iis urina subsistit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Alsum est. Particulare enim est, cum quo confici non possit vniuersale. Id in crifibus, dum rigent, accidit.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hic quoque Aphorismus superius explicatus est. Sic scribitur sexto Epidemion: Ante rigorem vrinarum retentiones si ex commodis processerint, consideranda. Atque si venter percurrerit, & somni adfuerint: considerandus quoque & febris modus, & quae ex laboribus sunt. Quo loco rigoris critici signa complexus est, inter quae principatum obtinet vrinarum retentio, ferosis humoribus aliò conuersis ad excretionem per sudorem, aut deiectionem. Seri enim triplex est vacuatio: per sudorem, vrinam & ventrem. Primùm ergo ne praesagium fallat, considerandus febris modus praecipue quidem ex his, quae in corpore redundant: deinde verò ad confirmationem ex causis externis, an febris calida sit, biliosa & ardens, qualis ex lassitudine oriri solet: deinde an salutaria signa appareant, & crisis propè futura sit. Nam si tum vrinæ subsistant, necessariò futurus est rigor cum sudore, multò magis si dies criticus adsit, & nox molestior antecesserit, quanquam interdum cum somnis bonis nox quieta antecedit crifim, sed rarò. Adhac si & inquietatio, & pulsus citatior, & ventris aestus, & extremorum quaedam perfrigeratio cum leui suppressione vrinæ appareant, iamiam necessariò aderit rigor, modò ne fluxione ventris vrinæ materia praecripiatur. Quòd autem etiam quibus rigor accidit symptomaticus ab inflammatione spinæ, aut cum aliqua conuulsione, is vrina subsistat, dictum est antea, & in Prorrhethico scribitur, Vrinæ retentio, quibus rigores, & ex his conuulsiones.

Comment. I. in 6. Epid.

3. Prorrh. 17.

XXXI.

Σπασμὸς ἐν αὐρετῶν, χεῖρῶν καὶ ποδῶν πόνος κελνήτης, κελνήτης δὲ καὶ ἐν μύρῃ ὀρμη ἀλγημένος. ἀλλ' ἔδε γυνάτων πόνος, κρήγυον. ἀτὰρ καὶ γαστροκνημιῶν πόνος, κελνήτης, καὶ γνώμης παραφοραί, ἀλλως τε καὶ οὖρον ἦν διωρηθῆν.

D 3



Convulsio in febre, manuum pedumque dolor maligna sunt. Malignus quoque doloris impetus e femore. Sed nec genuum dolor bonus. Ac e surarum dolor malignus est, e mentem emouet, tum alias, tum si vrina sublimamentum eleuent.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Convulsio quam febris excitat, maligna est, & lethalis presertim si febris ardens est, & siccato nervoso genere malum commouetur. Quod si pedes manumque laborant, nondum id κακοήδης. Id enim ferè accidit in febribus, quæ antea κοπώδεις exponebantur. Observauit quoque in vno agro e femore progressum malum superiores partes occupasse. Id autem materia, quæ vel nervis insidebat, vel includebatur venis sursum translata. Itaque cum omnis materia vitiosæ commutatio ab ignobiliore parte ad nobiliorem, ab inferiore ad superiorem maligna sit, non abs te κακοήδης scripsit. Sequitur, εἰ δὲ γούνατων πόνος κρήγυρον, neque genuum dolor vitilis est, quod certè citra controuersiam cuius esse potest, nisi id critico abscessu fiat, vnde grauior morbus dissoluatur. Sic enim vitilis esse potest. Nec γαστρονομίω πόνος maligni sunt, nisi inde recurrente materia. Quod indicat sequens oratio καὶ γνάμνυς ὀξεία φοροί, γνάμνυ δάνοιον appellans vim iudicandi discernendique. Sic enim e furis in caput translatum vitium vim iudicandi transuersam agit. Addit quoque ἀλλὰς τε καὶ ἔρον ἢ γέωρηθῆν, si in vrina sublimamentum appareat. Id enim quibusdam delirantibus accidit, vt suspensa quædam nubes diuisa & malè colorata in media vrina pendeat. Quid autem γέωρημα in fermone de vrinis plenius exponemus.

DESID. IACOTII COMMENT.

Materia motus & μεταστροφῆς (cuius imprimis ratio habenda est in acutis, quod inde ferè ægri intereant, aut liberentur) tribus modis cognoscitur: dum adhuc sit, quia humores, qui alicubi stabant, in motu esse conuicimus, vt ex rigore superueniente, horrore, perfrigeratione: cum facta est ex symptomatis accidentibus parti, in quam decubuit, vt ex conuulsione, delirio, cataphora. Tertio ex occultatione repentina doloris & sine causa, cui noua in alia parte & graua symptomata succedunt. De duobus primis dictū est hætenus. Tertium explicatur hoc Aphorif. Hinc aliud argumentū de febribus. Primum ergo scribit conuulsionem in febre, manuum pedumque dolorem maligna, id est, vel conuulsionem per se, vel conuulsionem cum manuum & pedum dolore coniunctā: vel à manuum & pedum dolore. His enim tribus modis vera est sententia, quam sigillatim exponemus. Est ergo conuulsio Hippocr. neruofarum partium, quæ motu voluntario mouentur, ad suum principium inuoluntaria & præter naturam contractio, siue sit adhuc γῆ τῶ γίνεσθαι, in fieri, vt conuulsionis motus ex morfu neruofarum partium agente natura, & noxam excutiente: siue in facto esse, vt distentio à solo morbo, id est, siccitate, aut humiditate. Ea superuenit febrim interdum siccato inæqualiter nervoso genere, vt per incendium febris, aut immoderatam euacuationem deficiente humida substantia & neruis perfrigeratis: interdum à repletionem suppressa materia morbifica quæ vel copia & crassitie neruos infirmos distendit (tenuis enim humiditas eorum substantiam potius emollit) vel acrimonia, aut qualitate manifesta, aut occulta eisdem vellicat. Quæ fit per incendium resiccatis neruis (in febre hæctica non ita resiccantur ob accidentariam humiditatē & malam colliquationem, vt scribit Hippocrates) semper lethalis est, vt causa, & signum. Nam formæ partium solidarum priuatio quædam est, & ἀδυνάθει πάθος σπασμὸς, vt scribit Galenus, doloris plena est affectio. In hac dolore grauissimi toto corpore & omnibus articulis oboriuntur in moribundis, neruis (ait Galenus aphorif. 66. lib. 4.) igneo calore exiccatis & tenfis, aut visceribus nobilibus inflammationis & siccitatis vehementia dolentibus per membranas & corpora neruacea, quibus alligantur. Vulgus venas mori putat. Phreniti

2. Prorrh. 20

Phrenitis sæpius impedit sensationem. In conuulsione autem, quæ fit repente perfrigeratis neruis vt in hæmorrhagia, æger superesse potest: sicuti in ea, quæ ortum habet à repletionem, & materia motu si materia pauca sit, vt in pueris, qui ob neruorum infirmitatem conuulsionibus facillè corripuntur: si vires valeant & materia transferatur. Atque ob id scribit Hippocrates satius esse febrem superuenire conuulsioni, quam conuulsionem febri: & in Epidemiis, conuulsiones in febribus interdum innoxias: Tertio etiam comm. Prorrheticis conuulsione interdum solui humorum à lumbis in caput translationem, & inde ortam paraplegiam, quia motus in conuulsione naturali vehementior est. Ex quibus intelligitur conuulsionem absolute lethalem non esse in febre, ob idque scripsit κακοήδης, id est, vt Galenus definit, periculum semper minatur, spem salutis non adimit. Quibus etiam conuulsiones incidunt per consensum vt affecto vtero in hysterice minus periculosa, & ventriculo vellicato acrimonia medicamenti, aut æruginosa bilis, si eam vomitu aut deiectione excludant per Aphorif. 1. lib. 5. & 27. comm. 3. Prorrhetic. In febre autem, in qua bilis fermentat pituitam, & venæ perturbantur (quod vrinæ subiugalia ostendunt) conuulsiones lethales sunt, vt in Philini vxore. In Erasino in acutissima febre notat Hippocrates multas conuulsiones, vnde obiit. In phrenetico secundo conuulsiones, quarto obiit. Philisti in acutissima febre 4. conuulsiones: 5. mors. At mulier grauida à conuulsione liberata est & febre acuta. Chætion quoque inde euasit, & Austera mulier sudore & muliebrium purgatione.

Manuum autem ac pedum labores. Primum distinguendum num ab externa aliqua causa fiant, vt oblatione inter dormiendum laborioso decubitu, frigore externo, vt Galenus admonet in historiam Calui in Larissa. Inde enim nulla vis præfagij. Deinde an à lassitudine tum spontanea, tum alia. Ex qua morbum præsentem, aut futurum aut abscessum ad articulos colligere docet Hippocrates in Aphorif. nisi per σύμπεφυκῆ καὶ τῶ δὲ ἔρον ἐκκρίσειν materia abscessus subtrahatur. Atque hoc malignum non est. Tertio an à conuulsione, vt resiccatis neruis, quod lethale est: aut in hyperbolica figura per contractionem articulorum & contractionem, quam κατὰ λασιον Hippocr. vocat, quod est conuulsionis & delirij signū. Quarto an à materia decubitu. Hoc fit dupliciter, criticè & cum salutaribus signis, quando materia febrilis relictis partibus interioribus abscedit in manus & pedes, & caloris natui interceptione nigrorè interdum inducit, vnde mortis periculum nullum præter corruptionem & siderationem partis, vt Hippocr. scribit in Prognostico. Altero modo symptomaticè à copia & malignitate materia, cuius putredo in eas partes diffunditur manente foco in corpore, quod malignum est. Nam si intrò materia recurrit, cerebro delirium grauiusque symptomata affert: si non recurrit, tota in parte non potest excipi. Ex quibus intelligitur hos dolores à conuulsione lethales esse: à materia decubitu symptomatico malignos. Ab aliis causis conferre ad diagnosis potius quam ad prognosim. Idem iudicium de doloris impetu e femore. Id est, εἰρημὴ ἐκ μέρους quomodo Galenus loquitur ἢ φῶσις ὀρμησι ὑπὸ τῶ ἀπέσσειν natura excitata ad abscessum, quem non perficit, per palindromen sunt materiam intrò referri. Itaque dolor femoris quiescit. Nimirum sine excretionem, aut artificio medici recurrente intrò materia, cuius translatione in nobiliores partes noua symptomata eaque graua accedunt, vt in Caluo in Larissa, cui femur dextrum derrepente doluit cum febre acuta: secundo die femoris quidem dolores remiserunt, febris verò aucta est cum vigiliis. Tertio accessit delirium: quarto periit acutissimè. Contrà Heropyto femoris dolor profuit abscedente ad inferiores partes materia, cuius signa sunt, si inde alleuetur æger, febris remittatur, & symptomata præsertim in capite quiescant. In his itaque doloribus imarum partium, vbi distinctione, quam docuimus, adhibita per materia decubitum eos fieri intelleximus, duo præcepta tradunt Hippocrates & Galenus, quæ tanquam ob oculos ponenda sunt in præfagiendo. Vnum, vel transmitti humores, vel diuidi, vel increfcete morbi malignitate plures locos occupare. Quæ tria his verbis Galenus expressit in Prorrhético μεδίσταται: μελεξεσαι: πλάνας ἀδὲ λαμβανειν τόπος. Postremū significat materia copiam & malignitatem. Secundum multas partes simul affici. Pri-

Aphorif. 26

1. Prorrh. 24

1. Epid.

1. Aphorif. 6. Epid.

3. Prorrh. 25

3. Prorrh. 5.

mum aut criticum, aut symptomaticum humorum motum. In hoc autem motu alterum præceptum est, Quotiescunque dolores sine manifesta causa quiescunt, cum nouorum symptomatum accessione, præsertim in capite, vt vigiliarum, soporis aut febris intensioris, vel mentem læsam esse, vel factam esse humorum translationem à parte, quæ dolebat, ad interiores & nobiliores, cum periculo mortis, nisi natura robustior aliqua insigni excretionem aut abscessu se expediat. Atque hoc modo manuum, pedum, femoris, genuum dolores maligni sunt. Quod significat per doloris impetum è femore. Particularim autem genuum dolores etiam sine materia ad interiora refluxu per se maligni sunt ob doloris vehementiam, quæ celeriter vires deicit, & naturam partis affectæ frigidæ ac nervosæ, quæ abscedentem materiam nec totam excipere potest nec exceptâ coquere, nec coelâ cõmodè excludere. In sura autem posteriore & carnosa tibiæ parte interdum dolores sunt contractione musculorû propriorum à flatu, aut frigore, aut immoderata vacuatione, vt in cholera morbo, interdum à materiæ decubitu, qui mentem emouent, si materia intrò recurrenstransferatur in cerebrum. Potest tamen in aliam partem capite inferiorem cursum inflectere, quæ per succedentia symptomata dignoscitur. Propterea subiicit *άλως τε καὶ ἄρον ἢ γέωρηθῆναι*, id est, *ἀνατάσσειν ἢ τοῖς ἐπιχωρήμασι* cum vrina sine crassamento subsidente crassiora quædam cõtinet per totam substantiam, quæ sublimè petere videntur. Hoc enim primo & per se significat perturbationem in venis cum multo calore præter naturam & flatuoso spiritu ab humoribus crudis, per accidens verò delirium, & humorum in cerebrum impetum. Quæ de re in lib. de vrinis. Sic ergo ex doloribus extimarum partium *παλιμφοῖσι, μετὰ πύσσει*, aut prauus abscessus metuenda sunt.

1. Prorrh. 31

XXXII.

*Οἱ ἐξ ὑποχονδρίων ἀλγύματός τῶν περὶ τοῖσι, κακίητες, τὸ καρῶδες ἐπὶ τέτοιαι, κακίητον.*

*Febres ex hypochondriorum doloribus malignæ: multus sopor in his pessimus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**Aec sententia ab Authore Prorrheticæ scripta ad versiculum vsque τὸ καρῶδες, & vtcunque notata in prognostico, vbi lege annotata cum distinctione. Est autem *καρῶδες* in genere somnus profundus, longus, è quo ægerimè excitatur æger. Sed hic somnus quandoque naturalis est, quia criticus, aut prius longa vigilia defensis viribus. Contingit enim aliquando in morbis à vigiliis multis longum somnum succedere & profundum, qui ad diem integrum extendatur, vnde excitati ægri multò melius habeant, quem somnum criticum appellare licet, eiusque meminit Hippocrates in Coacis. Ebriis quoque tempestiuè solutus eiusmodi somnus auxilio est. A pituita quoque refrigerato humectatòque cerebro *καρῶδες* fit. Inest & quibusdam morbis maligna quædam qualitas, vt pestilenti morbo, cui & carbunculus & bubo coniungitur, in quibus eiusmodi somnus initio contingit, vt qualitas quædam maligna causa esse videatur potius, quàm materia. Quod contingit aliquando ferarum venenatarum morsu. Hic ergo *καρῶδες*, quod *κακίητον* dicit, morbosum esse oportet, quod vel ad refrigerationem humectationemque modicam cerebri, vel pestilentem qualitatem referre conuenit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**E febribus deinceps agitur earumque symptomatis, & signis, quæ vi aduerti morbi eueniunt, etiam sine perturbatione critica, & ἐπιφανόμενα aut ἐπιγιγνώσκοντα dicuntur, ex quibus de vita, aut morte, de crisi aut acrisia præfagia instituuntur. Sunt autem harum febrium duo genera. Quædam ab inflammatione interna, quas veteres symptomaticas dixerunt, quanquam & ipsæ morbi sint, & propriam

crisim

crisim habeant. Aliæ sine partis inflammatione febres essentielles, aut primariæ aut primigeniæ vulgò dictæ à putrescentibus in venis humoribus, vt Galenus docet. Ab illis incipit, quæ sedem habent, & quem vulgò focum nominant, in hypochondriis. Hypochondriorum autem nomine Hippocrates non eam abdominis partem intelligit, quæ nothis costis & ilibus continetur, sed viscera nobilia sub illis partibus inclusa, iecur, lienem, ventriculum, peritonæum, diaphragma, vt Galenus docet. In his per febres acutas affectus dignoscuntur ex tumore, aut tensione sine tumore. Tensio ad interiora & sursum reuulsio, modò non sit critica, diaphragmatis phlegmonem, aut membranæ costas succingentis, aut principij eorum neruorum, qui à ceruice in diaphragma medium quasi triangulo inferuntur, immoderatam ab inflammatione resiccationem, & inde hypochondriorum reuulsionem denūtiat. Tumor verò coacæruata circumscriptione definitus & positu ac figura à musculorum tumoribus distinctus sine duritie & grauitate indicat flatum: cum grauitatis sensu obstructionem, quam crassi & viscosi humores in extremis partibus ramorum venæ portæ efficiunt: cum duritie magna, schyrrum: cum duritie & dolore recens ortus inflammationem. Hippocrates in Prognostico vocat *σκληρὸν καὶ ἐπώδυον* durum ac dolentem, hoc loco *ἀλγύμα*. Nam doloris harum partium nomine inflammationem perpetuò fetè intelligit in præfagiis. Febres itaque ab harum partium inflammatione malignas esse vult, quia dubiam spem afferunt cum certo metu ob præstantiam partis affectæ, causæ magnitudinem, symptomatum vehementiam, & materiæ corruptionem. Adde quòd vno viscere phlegmone obfesso vicina coaffici necesse est. In aliis febribus malignitas pendet à materia. Hæc verò ab aère, peccato vitæ, peculiari corporis vitio, obstructione, in qua diutius cohibita crassior euadit, & venenatam putredinem concipit. Ex quo intelligitur Galenum in huius loci interpretatione eam modestiam non seruasse quam alibi requirit in veterum sententiis explicandis, vt eas amicè magis definiamus, quàm morosè reprehendamus. Reprehendit enim, quia duplici distinctione eget. Prior est, non in omnibus hypochondrij partibus febres malignas esse, sed in diaphragmate tantum, ventriculo & iecore. In Prognostico addit in liene & peritonæo. In musculus autem nullum subesse periculum nisi rarè ob virium infirmitatem, aut magnitudinem inflammationis, aut errata medici, vel ægri. Posterior, ne in illis quidem visceribus febres semper esse malignas, sed acutas tantum, idque non semper, nisi magna fuerit phlegmone. Et alio loco scribit, dicendum potius fuisse, febres ex cerebro affecto malignas, aut ex cerebri membranis, aut ex pulmone, & multò magis ex corde: aut distinctionem fuisse adhibendam de parte inflammata, & inflammationis magnitudine. Quasi verò vlla in vniuersa Hippocratis medicina reperitur tam generalis sententia, quæ distinctione nõ habeat opus, in cuius demonstratione versatur vera & recta interpretandi ratio. Quod autem subiicit multum soporem, è quo videlicet difficilè excitantur ægri, distinctione etiam, vt cætera, opus habet. Potest enim translationis criticæ signum esse vt parotidum aut hæmorrhagiæ, siquidem huiusmodi febres intra primum circuitum præsertim in iuuenibus hæmorrhagia solui solent, & post vigesimum diem suppuratione. Est & somnus quidem criticus, de quo postea, vbi de caro exactius. Intelligit ergo de eo, qui incidit aut contracto ad centrum calore ob magnitudinem inflammationis totius ad se sanguinem & spiritum instar cucurbitule trahentis: aut materia cruda viscerum calore sursum lata: aut infirmitate facultatis animalis & caloris natiui resolutione à febrili. Nec solum is sopor, malignus est vt signum, sed etiam vt causa. Nocet enim somnus etiam moderatus, si quæ subit viscerum inflammatio, quia humorum ad interiora fluxionem auget spiritu & sanguine intrò reuocato, cui fluxioni vigilia

7. aphorif. 42

1. Progn. 26. & 28. & 4. aphor. 64. & 1. Epid.

2. Prorrh. 21. & 2. de sympto. causis.

Comment. 2. in 3. Epid.

2. aphor. 1.

XXXIII.

*Οἱ μὴ διαλείποντες ἐφιδρῦντες πυκνὰ μὲν ὑποχονδρίε ἐντάσεις, ὡς ἐπὶ το*

ἐπιπολλὸν κρηκοίηες, καὶ τὰ ἐς ἀκρωμίων καὶ κληῖδα σπείζοντα ἀλγύματα, ἐν τῆσιν αὐτῶν.

Quibus non intermittit febris, & frequens desudatio cum hypochondrij tensione, ut plurimum malignus morbus est. Et qui dolores pertinaciores invadunt, & summum humerum & claviculam, in iis pravi sunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

PARUM conuenienter quæ morbi sunt, ægro: & contrà Author aliquando tribuit. μὴ διαλείποντες igitur dicit, qui continua nec intermittente tenentur febre. ἐπιδρῶντες πύκνα vt in superioribus locis, in quibus quid ἐπιδρῶσις, quibus moueatur causis, quid denuntiet, copiosè dictum est, sicuti & de hypochondrij tensione in Prognosticis. Dicitur autem morbus, vt plurimum malignus, quod nisi beneficio naturæ & magna medici solertia feruentur, omnino deplorandi sint. Cæterùm in magnis inflammationibus hepatis consortio magnæ venæ, & aliquando colligatione cum vicinis partibus præsertim diaphragmate & inde membranæ thoracis, quæ continuæ ad ἀκρωμίων summum humerum & claviculas pertinent, dolores fiunt. ἀκρωμίων dicit, quod scapulam cum humero connectit & articulum confirmat. Dolor autem ad clauas & summum humerum multò magis è diaphragmate & latere & membranæ thoracis & pulmone inflammatis oritur. σπείζοντα dixit confirmata & pertinacia, quomodo alio loco ἐς ἐπίσπυρ σπείζει, in abscessum firmantur. ἀλγύματα verò etiam si sæpe ἀπὸ τῆ νοσήματι & ἀλγύμ νοσήμ dicatur Hippocrati, hîc tamen pro dolore videtur accipienda ea vox: fixos itaque dolores & permanentes atque continuos σπείζοντα ἀλγύματα dicit πονηρά; tum quia magnitudinem inflammationis ostendunt, tum quia vires deiciunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

Επιδρῶσις πύκνα frequens sudatiuncula vtrumque significat sudores circa thoracem & caput tantum apparentes, & eos, qui toto corpore manant, sed pauci sunt, nec quicquam conferunt. Vtrumque autem horum prauum est: deterius tamen, quod in superis sit partibus. Nam cum omnis huiusmodi inutilis exudatio vel copiam in partibus sudantibus denuntiet, vel facultatis retentricis imbecillitatem, ambo in locis capitis & thoracis deteriora sunt signa, quam in aliis partibus. Itaque si de his intelligit, tripliciter huiusmodi sudores pravi sunt frequentia, quæ vires resoluit: paucitate, quæ critica esse non potest: & partium affectarum dignitate: quia vbi sudor, ibi morbus. Causa etiam addit ad malignitatem. Nam si humor alimentarius diductus, vt scribit Galenus in Prognostico, è partibus solidis discutitur, & resoluitur, frigidus quidem mortem, aut præsentem syncopem indicat exoluto spiritu & humorè tenuem rapiente: calidus verò paulò post futuram denūtiat. Sin verò tenuior tantum portio est materiæ morbificæ, spectat ad Aphorif. iudicatorium non iudicans aut lethale aut difficilis iudicij. Erunt igitur hi sudores lethales, si non modò nihil conferant, sed etiam symptomata graui augeant, vt si ab his sudoribus augeatur febris cum pravis vrinis, perfrigeratione aut totius corporis, aut extremarum partium, quæ calefieri non possint, in exhausta siti, æstu circa hypochondria, inquietatione, vigiliis & similibus. Sin verò non augetur quidem æger symptomatis, veruntamen febris non desinit, diurnus morbus & periculosus futurus est. Nam totius materiæ morbificæ quantitas non excluditur, nisi vel cõtinua cumuletur, vel discreta frequentetur. Proinde Gale. generale præceptum facit, non solum paucos sudores, sed etiam omnes excretiones aut abscessus morbo minores praua esse, siue sanguis per nares excernatur, siue deorsum per ventrem, siue per vomitus, aut sudores, aut yterum, aut similia. Paucitas enim ostendit ea, quæ excernuntur

2. Proth. 47.

cernuntur vel ferri non posse ob copiam, atque ob id à partibus affectis diffuere: vel moueri quidem à natura, non tamen tota excerni ob eiusdem infirmitatem. Et alio loco scribit huiusmodi signa omnium deterrima esse, vt cum tubercula vel pustulæ intrò recurrunt. Sudores quoque qui cœperunt quidem, sed protinus cessant, & deiectiones, & hæmorrhagiæ, & menses. Satius enim esse, si natura nihil molitur (modò ne propter extinctionem quiescat, sed quia cõstioni intenta est) quam si malignitate materiæ irritata excretionem frustra aggrediatur. Verùm in his paucis excretionibus distinctione opus est. Nam aliæ sunt excrementa materiæ antecedentis in principio morbi, vt profluuium alui in principio pleuritidis interdum prodest ad materiæ antecedentis reuulsionem, & Paulus initio continuarum momitum excitandum iubet, si pauca vomat æger, aut deiectionem alui si eò humores ferantur, non tamen irritadam naturam. Quod ex Galeno sumpsit in Prothetico. Aliæ verò sunt excrementa quædam tenuia partis alicuius affectæ, vt ichor in vlceribus, nausea cum paucò vomitu resudante fero è copia in venis in ventriculo, aut ab inflammatione, vt tenuia sputa in principio pleuritidis. Tertio quædam sunt colliquamenta aut viles humores à partibus resolutis, vt hæmorrhagiæ grauius affecto splene, profluuium alui in tabe, vrina cruenta affectis renibus, aut rubens proluuius in infirmitate iccoris. Quartum genus est eorum, quæ ante cõstitutionem à materia morbifica secernuntur, & quæ eò deteriora sunt, quò longius absunt à statu, de quibus hîc Hippocrates loquitur sumpto particulari exemplo sudorum inutilium. Ad malignitatem itaque febris continuæ iudicandam sufficiebat τὸ ἐπιδρῶσις meminisse. Addidit tamen gradū & partem affectam, Cū tensione hypochondrij, id est, dextri. Scribit enim Galen. in historiam Hermocratis, quoties sine additione hypochondrium in singulari legitur apud Hippocratem, dextrum intelligi debere propter excellentiam qua alteri præstat. Verùm non definit tensionis modum. Nam si ea cum tumore fuerit & dolore, iccur inflammatione obfessum indicat: si sine tumore intrò hypochondrium trahitur, diaphragma aut membranam succingentem, aut phrenitidem vehementem. Vbicunque autem sit, febris continua & acuta, illius symptoma est: ἐπιδρῶσις malignitatis signum: dolor ad iugulum & pertinax magnitudinis inflammationis & tensionis membranæ à ficitate & copia materiæ. Duo enim signa præcipua sunt magnarum inflammationum iccoris, tumor hypochondrij cum dolore & calore, & extensio doloris ad iugulum. Nam iccur intra omnes musculos sub peritonæo positum, ac tribus contentum musculis recto, transuerso, obliquo descendente tactu deprehendi non potest, nisi vel magna sit inflammatio, vel musculi abdominis maximè extenuati. Præterea non nisi in magnis inflammationibus gibbæ partis dolor extenditur ad iugulum & nothas costas per consensum membranæ succingentis & earum, per quas in quibusdam iccur ad costas coniungitur. Tensio autem fit, quia totum hypochondrium retrahitur, vt scribit Galenus de locis affectis.

1. Proth. 1.

3. Proth. 48.

XXXIII.

Οἱ τελευταίους ἀσώδεις πυρετοὶ, κρηκοίηες.

Quæ tertiana modum febres referunt & anxie sunt, malignæ.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

SI memineras eorum, quæ prius scripta sunt, quæ dicuntur τριταίφνες & ἀσώδεις πυρετοὶ, satis intellexeris, neque longiore interpretatione opus est, nisi quis fortasse τριταίφνας dici ab Authore putet, quæ cum remissionem quidem aliquam habeant, nullam intermissionem, tertio quoque die tertianarum more ingrauescunt, quod plurimis febribus contingit. Atque in iis, quæ ἀσώδεις dicuntur, sæpe intenduntur hypochondria & extrema frigent graui inflammatione viscera occupante, vnde ferè δυσφορία quæ ἀσπ dicitur, & inde ἀσώδεις febres. Id quod Author postremæ

postremæ



postremæ partis περί διαιτηγῶν ἢ ὄξεων annotauit. κακῶδεις ergo sunt, quibus ea accidunt. Nam antè κακῶδεις definiuimus malignis eiusmodi casibus, quæ ἰατρικῶς ἀποκαλεῖται appellat, quæ videlicet maligna malignis superueniunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

Non solum τριπλοφύεις febres, quæ tertianæ modum referunt ex bilis & pituitæ vicissim facta putredine & motu per Aphorismū 26. huius: sed omnes in vniuersum febres acutæ malignæ sunt, si anxietudo & inquietatio coniungatur, modò ne fluxa sit, ac tantùm ad tempus, vt in perturbatione critica, affectu ventriculi cum nausea, mollitia ægri, aut æstu febrili ad extimas vsque partes peruadente, vt dictum est in Aphorif. 2. huius. Tantò autem deterior est illa anxietudo, quantò extremorum, aut totius corporis perfrigeratio maior coniuncta est. Possunt etiam fortasse & febres continuæ intelligi, quæ in Aphorismis fortiores tertio quoque die recrudescunt ab inflammatione, vel maligna humoris biliosi corruptione in maioribus venis & arteriis. His enim coniungitur stomachi dolor, vigiliæ, delirium, anxietudo sine horrore periodico. Sunt autem τριπλοφύεις malignæ, quia neque naturæ quies datur, neque alendi occasio. In Aphorismis & 6. Epid. κακοίδεις, ἐποικιλῶναι & πᾶντες κακοί dicuntur.

XXXV.

Αἰ ἐν πυρετῷ ἀναυδία, κακόν.

*Sermonis defectio in febre mala est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Αναυδία ἢ ἀλέγεσθαι ἀναυδίατῶ Hippocrati, hoc est, impotens sermonis, de quo primo Aphorif. ἀναυδίας in Prorrheticis sunt, qui ἀλογως interpretantur. ἀλόγῳ enim Græcis non sola ratio, sed & sermo & oratio dicitur. ἀναυδία autem veteribus φωνῆν quanquam postea distinxerunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

Ἐφῶντα vocis priuationem significat, sic ἀναυδία sermonis. Veteres enim πῶν ἀναυδία sermonem & solam hominis vocem articulata dixerunt, quæ neque vox, neque sonus, vt flentis, clamantis, sibilantis, tusientis comprehenditur. Hic enim ἀφῶντῶ non est, sed ἀναυδίατῶ. Sic Hippocrates in historia Pythionis cum ἀναυδίατῶ scripsisset, statim subiicit ἔφῶντῶ, quod vitium priore deterius est. Homerus quoque equum Achillis humana voce & articulata loquutum fingens ita scribit, ἀναυδίατῶ ( γὰρ φησὶν ) ἔθνεος θεὰ λυκώλεντῶ ἦρμ. Id est, loquentem ( ait enim ) fecit dea vlnis albis Iuno. Vox ergo sermoni materia est, sicuti exsufflatio voci, & exsufflationi exspiratio. Inter vocem autem & sermonem medijs soni sunt, vt in sibilando, lugendo, tusiendo. Neque sermo munus est vocalium instrumentorum, de quo dictum est antè, sed eorum, quæ sermoni à natura deputata sunt, imprimis quidem linguæ, quæ articulata vocem distinguit, deinde eorum quæ adiuuant: qualia sunt dentes, labra, narium foramina, palatum, gurgulio, symmetrum linguæ ipsius vinculum. Ex quibus intelligitur voce manente si fari æger nequeat, linguæ resolutionem significari: si verò vox quoque pereat, in causâ erit materiæ vocalis inopia, aut musculorū intercostalium resolutio, vel conuulsio, aut facultatis animalis interceptio aut defectio virium. In acutis sæpius fit extincto calore natiuo, vel resolutio à febrili in partibus vocalibus, vt in Pythione, quia inde exsufflandi potestas intercepta, nonnunquam etiam resolutis nervis à septima neruorum cōiugatione circa spinalis medullæ initium, qui ad musculos linguæ perueniunt. Illic vox simul cum sermone læditur, hic solus sermo articulatus. Tertiam causam explicabimus libro sequente à deprauata voluntate, & melancholia, vt in melancholica ecstasi, quæ σιγῆτῶ silens dicitur, in qua æger non loquitur, & loqui potest. In vniuersum verò imbecillitas facultatis animalis: materiæ vocalis interceptio: linguæ resolutio

resolutio, & deprauata voluntas silentij sunt causæ. Quocumque autem modo fiat signum pessimum est, & interdum pro causæ magnitudine ac difficultate lethale.

XXXVI.

Οἱ κοπιώδεις, ἀχλυώδεις, ἀγρυπνοί, κοματώδεις, ἐφιδρῶντες, ἀναθερμαινόμενοι κακόν.

*Delassati, caliginosi, peruigiles, in somnum inclinati, desudantes, recalescentes, malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Concurfus est sed confusus ἢ ἐπιγνομιλῶν, quæ in aliquo ægro annotauit. Neque repugnat quod deinceps scribit ἀγρυπνοί κοματώδεις, cum eo modo accidat, quo phrenitis in lethargum transmutatur: κοπιώδεις autem quos appellet, non ita manifestum: ἀχλὺς enim & ἀχλὺς aëris est perturbatio, quam θάλασσι dicunt, aut δμίχλω. At quia spiritus internus naturam trahit aëris externi, & vt ille est impurus, nebulosus, caliginosus, perturbatus: ita vbi sese in corpus insinuat, talem spiritum reddit qualis est. Aut fortasse ἀχλυώδεις ad oculum referre oportet, quomodo in Prorrheticis dixit ὄμμα ἀχλυώδεις κακόν, oculus perturbatus & obscurus malus. Nam in oculo, qui ἀχλυώδεις est, spectantibus impurum apparet, & quasi maculosum, quod in plerisque perspicuum & nitens videtur, & æger sentit se quasi per offusam caliginem res intueri. Itaque puriore illo spiritu fuso in oculum, purioribus quoque humoribus iam perturbatis aut dissipatis mens languet, & hebes est oculi acies. Sic in moribundis sæpe apparet, & in mortuis animalibus. κῶμα autem dicitur procliuus in somnum, καταφοράν appellant. Est autem cum reuera profundo somno dormiunt, idque κάρῶ est. Aliquando breuibibus quibusdam somnis, sed interceptis tenentur: nonnunquam vigilant quidem, cæterum commissis palpebris in silentio iacent similes dormientibus. Ac breuiter κῶμα Hippocrati κατάφορα est. Sic enim initio Prorrheticis, & in Exegefi vocum Hippocratis Galenus interpretatur. Sed aliud κῶμα ἐν ἰανώδεις, vt appellat Hippocrates tertio Epidem. Est & profundus somnus agræque excitabilis κάρῶ. Est & cum tenuis quidem somni cum vigiliis, & parùm dormiunt ægri κοματώδεις, quomodo in Sileno primo Epidem. ὕπνοι λεπτοί κοματώδεις, & in Hermocrate κατακοιμάτο κοματώδεις, & tertio statu tertij κοματώδεις ἐπὶ πολὺ καὶ πάλιν ἀγρυπνοί. Itaque soporosum κῶμα efficit, multa pituita frigida cerebro collecta, quæ communem sensum occupat. Quod verò ἐν ἰανώδεις & vigilans κῶμα dicitur, imbecillitas virtutis & extinctio caloris natiui, vt iam inde perfrigeretur cerebrum. Tertium genus, in quo modò dormitant, modò vigilant etiam clausis palpebris, humiditas quædam collecta cerebro parte aliqua putris & inde acris. In hoc ægro videtur fuisse, aut hoc tertium genus, aut secundum. Nam ἀχλυώδεις νέκρωσιν ostendit, & similiter quod sequitur, ἐφιδρῶντες. Ac rursus ἀναθερμαινόμενοι subesse materiam aliquam, quæ putrescat, & ἐφιδρωσις humiditatis esse potest, quæ in cerebro contineatur. κοπιώδεις ambigit. Nam si ea lassitudo spontanea cum capitis, lumborum & cervicis dolore præcipue est, atque inde delirium, deinde fracta virtute κῶμα ἐν ἰανώδεις. Si à materia cruda, quæ plurima ferè colligitur in cerebro, κῶμα tertij generis, vt in muliere, quæ abortiuit, & inde perit. Statim initio κοματώδεις ( inquit ) καὶ πάλιν ἀγρυπνοί, obiit phrenitica. Ac quod κῶμα βαδύ, ad κατάφω dictam ab Archigene & Philippo accedit magis ( aut etiam ad κάρῶ ) Quod verò ἀγρυπνοί, iam phrenitidis est particeps. Contingit aliquando, vt in ardente febre calor euolat sursum in caput crudos, frigidus, & crassos humores, vnde κοματώδεις φρενίτμοι, vt statu Epidemiorum tertio. Nimiū quoque refrigerato capite nephriticorum phrenitis in lethargum transit. Quod autem subiicit recalescere malum, antea diximus ἀναθερμαινόμενος dici, vel qui ex

E

perfrigeratione recalescunt, vel cum remissa febris & speciem ostendens solutio- nis, rursus incadescit, quomodo hoc loco intelligendum. Neque enim malum est re- calefcere à perfrigeratione, sed contra non recalescere perniciosum, vt in Philisco ἀκρεα πῶτος ἔχει, καὶ ἐκ τῆς ἐπαναθερμάνουμένης. Hoc idem in Sileno annota- uit, & aliis qui omnes obierunt. Sic enim extinctio caloris natiui, & victoria aduen- titiæ frigiditatis iudicatur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Aphorism. 31.

**D**ocuit paulò antè in extimarum partium laboribus metuendam esse palin- dromen, metastasim, aut prauum abscessum: hinc de lasitudine totius corpo- ris, & inde febre agitur, in qua periculosa est αἷω ῥόπη humorum ad superiores par- tes inclinatio & motus, cuius ponit τὰ γνωρίσματα & signa. In toto ergo corpore, lasitudo cum capitis, lumborum & ceruicis dolore spontanea, oppressiorem indi- cat naturæ à plethoricis causis, vel à cacochymia pituitosa, aut biliosa, aut vtra- que: ex qua fit, vt si vel leuiter moueatur æger, dolorem sentiat tenfium, vel vlcerosum, vel ex vtroque mixtum phlegmonodem motis humoribus per sensi- bilia corpora, vt antè exposuimus. Hinc febres κοπιώδεις biliosissimæ ab exter- na causâ fractis viribus, vt immoderato exercitio in solis æstu, vel ab interna ca- cochymia acutæ ac difficiles. In ea autem interdum crudus crassusque succus, qui copia, crassitie & frigiditate coctioni resistit, febrem parit laboriosam: interdum sanguis vitiosus, aut biliosus, & crudus simul mixtus. Harum februm, vt antè ea- rum, quæ ex hypochondriis nascuntur, malignam vim, materiam, & materiæ mo- tum duobus Aphorismis complectitur. In quibus primùm ea adhibeatur distin- ctio, quam Galenus ponit initio Prorrhæti, In febribus laboriosis cum dolore ca- pitis, lumborum, hypochondrij, ceruicis ab externa causâ, vt motu, itinere, sole, æstu nihil, quod ad præfagium conferat, & certum sit, sumi posse. Verùm si absque causâ externa lasitudo & dolor dictas partes prehenderit, inde tum diagnosi, tum prognosis certa instituitur. Diagnôsis quidem à sensu vel vlceris, vel tensiõis, vel phlegmones. Prognosis verò ab his symptomatis, quæ ostendunt humorum mo- tum atque impetum in has vel illas partes. Nam materiæ redundans copia in ple- thora aut cacochymia diffluit, & in multas partes vel debiles, vel vicinas, vel no- biles quasi erumpit, vbi calore febrili turgens minus reprimi potest. Periculosissi- mus autem impetus sursum, & in caput, cuius signa sunt, caligo & impuritas in ocu- lis, vigiliæ cum sopore, paucus sudor capitis & thoracis sine perturbatione critica, & sine febris remissione. Primum symptoma αὐτὸ τίθεται γνωρίσματα αἷω ῥόπη, vt Galenus loquitur, vergentis ad superas partes humoris signum constituitur: se- cundum ostendit naturam humoris, tum calidam, tum humidam: tertium oppres- sionem naturæ, copiam humoris, & partem quæ eius affluxu incipit affici: quartum symptomatica esse omnia, & praua, non critica. Atque hæc est vniuersalis demon- stratio totius Aphorismi. Particularis explicatio singulorum symptomatum ex Hol- lerio repetenda, breuissimè sic habet. ἀγλυώδεις vel de statu totius corporis, vt vox indicare videtur. ἀγλυὼ enim aëris θόλων turbulentum quendam statum mediū crassitie inter nubem & nebulam Græci dicunt. Aëris autem externi naturam hu- mores & spiritus corporis induunt, vt Galenus scribit in primum Epid. Vel de solo oculo, vt Aphorif. 1. sectio. 2. Prorrh. Hebetatus oculus malum, & concretus, im- mobilisque & tenebrosus si fuerit, malum. Quod maximè cõuenit huic loco. Signi- ficat ergo impuritatem humoris in pupilla ab ascendente humore & vaporū diffu- sione. Nam cum humores oculi cū tunicis lucidi in sanitate appareat, tum eger ipse tanquàm per suffusionē interiecta nube videre sibi videtur, & medicus facillè obser- uat nitore illum purum & pellucidum splendorem oculorū caligine obducta mar- cescere, vt in ἀμβλωπίᾳ oculorū hebetudine, quam Hippocr. hæmorrhagiæ signū facit in morbo cõuenienti. Aliud est ἀμύρωσις lucis impedimentū, siue obscurus vi- sus signū imbecillis facultatis animalis, in quo obscure tantum vident ægri, vt senes, sine apparatus turbulentiæ caliginis in oculo. Causâ est euaporatio in cerebrū crassa & nebulosa à febrili incendio, & humorū translatione, interdum νικρωσις ἀγρυ- πνοι

Aphorif. 19.

πνοι κοπιώδεις. Cum vigiliis & sopore. Vtrunque enim coniunxit more vete- rum medicorum, qui κῶμα dicunt non profundum somnum, sed dormiendi de- siderium quoddam præter naturam, vel potius κατάφορυ & delationem siue in- clinationem in somnum, quam interdum somnus profundus sequitur, interdum le- uior & intercifus: nonnunquam vigilia. Hinc tres comatis differentia, Ἐ δὲ κοπιώ- δεις, ἀγρυπνοι, profundum, somniculosum, & vigilans. Profundum idem cum ca- ro, occupatio sensuum exteriorum impedita aut sublata delatione spiritū ani- malium, vt in apoplexia, nisi quia facillè respirat æger. In qua si anterior tantum ce- rebri pars afficitur, non sentiunt ægri, nisi obtuse manente quodam mou: si poste- rior, etiam puncti vix mouentur, nec excitantur somno. Causâ externæ compres- sio temporalium musculorum, aut ventriculorum à tenui membrana aut caluaria compressa ictu, casu & similibus. Internæ multus humor præsertim frigidus & cru- dus diluens cerebrum, multus vapor humidus vtilis, vt in ebriis: refrigeratio per ab- sentiam caloris influentis cum multa euaporatione, vt iniitiis prauarū quarundam accessionum, aut per præsentiam qualitatis frigidæ, vt in vsu narcoticorum, aut per priuationem caloris natiui & insiti, quæ succedit calidæ intemperiei. Quæ causâ planè lethalis est in acutis & ardentibus febribus: minus lethalis si ab incendio liquata pituita, aut sursum cruda materia eiecta fiat. Ab hac etiam causâ fit ἀγρυ- πνοι κῶμα vigilans somnus, vel potius impotentia vigilandi, in qua ægri præ infir- mitate palpebras attollere non possunt resoluta animali facultate & extincto ca- lore natiuo, atque ita morti proximi commissis palpebris dormientium instar ia- cent prostrati cum pulsu paruo & languido. Medium est tanquam inter duo extre- ma κῶμα κοπιώδεις, in quo eger μικρὸν κοιμάσθης, ἄνοι λέπτοι κοιμάσθεις dor- mitionem dicere possumus à somniculorum frequentia. Vigiliæ laboriosas in- terdum vocat Galenus. Nequeunt ægri vigilantium munia obire, atque palpebras claudere cupiunt, ac se dormituros sperant, mox somno excutiuntur. In primo morbi ingressu antequàm sanguis missus sit, id fieri solet à sanguinis copia, cui bi- lis mista est, tum acris, tum mordax. Nam copia grauat cerebri facultatem: bilis ir- rita & somnum arceat. At si quarto die hæc fieri cõeperint, quo tempore sanguis de- tractus est, & mitificatus, signum est bilem & pituitam in cerebrum inuasisse, aut crudum humorem putrescere, & acris quibusdam partibus attenuatis crassio- res liquari. In qua mixtione & inæqualitate materiæ si bilis superet, euadunt phre- nitici: si pituita lethargici, si vtrumque ad finem maneat, fit τυφομανία. De hac po- strema differentia locus hic intelligitur. Rapta ergo in cerebrum materia acris, hu- mida & copiosa ἐπιθρόντες leuiter sudant aut in capite & thorace, aut toto cor- pore: sed sudor hic inutilis & paucus est à copia humiditatis, & naturæ oppresione, vel quod lethale est, à resolutione. Proinde ab eo sudore ἀναθερμάνουμένοι recala-lescunt, non quia calor natiuus redeat à perfrigeratione critica, quod bonum est: sed quia putredo & humorum feruor recrudescat superata natura, aut materiæ portione relicta. Illud lethale est, hoc difficilis iudicij. Naturam autem superatam intelligimus, si coma fiat ab extinctiõne, & phrenitidi superueniat, pulsusque par- uus & languidus appareat. Si hæc absint, sudor ille est indicatorius non iudicans cum prauis signis, & materiæ impetu in cerebrum. Quod nõ solum malum est, sed sæpius lethale. Nam illa oppressio cerebri non nisi naturæ validæ beneficio, tempo- ris diuturnitate, & medici solertia superari potest.

Initio tenij Prorrh.

Initio Prorrh.

XXXVII.

Οἱ κοπιώδεις μὲν φέλικος ἐφιδρώσαντες κελσίμωσι, ἀναθερμάνουόντες δὲ ὄξει, κακόν: ἄλλως τε, κ' ἢν αἷμα ἐπιτάζωσι περὶ ταύτης.

Lasitudine fracti cum horrore, cum exudauerint iudicij modo, & recaluerint celeriter, malum, tum aliàs, tum si eo tempore san- guis è naribus stillauerit.

**H**ic concurfus est accidentium in febre ardente & maligna, sed quæ necessaria non sunt. Atque lassitudinis sensus satis familiaris febribus acutis, horror spuris ardentibus, & *δυσφορίας* malignis. Celeriter verò recalescere recrudescente febre malignum est, ut stillare sanguinem è naribus. Omnia verò antea satis exposita sunt, nisi quod scribit *ἐπισπέρωσι*. Sanguis erumpit, stillat, paulatim & interuallis fluit. Ac sanguinem erumpere aliquando salutare, sæpe etiam lethale est. Salutare, siquidem hæc habet, quæ scripsit Hippocrates primo Epidem. Erant autem, inquit, affectiones hæ in febribus ardentibus. Quibus bene & largiter è naribus profluxit sanguis (*αἰμορρῆσαι καλῶς καὶ διαλείως* in Græco est) ob id illi maximè seruati sunt, neminemque noui ea tempestate, siquidem bene profluxisset sanguis, periisse. Siquidem Philisco, Epaminoni, & Sileno quarto & quinto die è naribus sanguis stillauit parùm, & obierunt, *σμηκρὸν ἀπὸ τῶν ἐπιφθῶν* ait Hippocra. καλῶς ergo dicit & διαλείως. καλῶς quidem si die critico, & iam antegressis coelionis signis: διαλείως si inde deliria conquiescunt, sitis, æstus, febris denique extinguuntur, quia si paucus, defecta aut mala crisis est. Quanquam aliquando coulsque profluuium crescit, ut vires inde labefactentur. Modus eo definitur, quia inde soluitur morbus, nec recidiua consequitur. Stillatio verò sanguinis omnino damnata ab Hippocrate, quia sic intelligitur malignitas morbi, & virium naturæ infirmitas. Omnis enim cœpta excretio statim desinens, omnia tubercula, exanthemata, pustulæ foras excitatæ, quæ statim euanescent, idem significant, atque ita periculum inde nuntiatur. Sic annotatum ab Hippocrate & Galeno quarto & quinto admodum periculosum hoc accidens, quod initio quoque Prorrheticis dixit, & in Philisco primo Epidem. addit *ἀκρῆτον* nigrum intelligens admodum. Nam si rubeus stillat, non ita damnandum est. Est ergo *ἀκρῆτον αἷμα κακώτερον* malè permixtum & temperatum, sed maximè qui sanguis crassior & nigrior est κακώτερον dici debet. Hoc ergo efficit ut stillat sanguis. Magna ex parte imbecillitas naturæ efficit coentem, aliquando & crassities sanguinis & astrictio partium per quas effluit, idque magis periculosum in morbis, qui æstate & autumno fiunt, tum quia eiusmodi temporibus maligniores morbi, tum quia fluxilem sanguinem esse oporteat permixtum multæ bili. Tertia autem forma excretionis sanguinis per nares mediam conditionem retinet. Nam quod ad periculum atinet, ambigit. Metoni ergo quarto die omnibus ingrauescentibus *ἐξ ἑνὸς ἀπὸ τῶν ἐπιφθῶν αἷμα δις ὀλίγον*, effluxit è naribus sanguis bis paulatim. Quinto *ἐξ ἑνὸς λαύρον ἐξ ἀριστερῶν ἀκρῆτον*. Addit in fine *ἡμορρῆσαι πολλὰ καὶ μετὰ κρίσιν*, unde *τὸ πῶς δὲ καὶ ἰσπερὶ τῶν* nulla recidiua fuit. Quarto ergo cum fluxisset sanguis non pro ratione, quinto profluxit largiter. At quod erat reliquum, paulatim expurgatum est post iudicium per hæmorrhagiam & sudores. Ei verò, qui in Dealcis horto decumbebat *ἀδύτην ἐξ ἀριστερῶν ὀλίγον ἀκρῆτον ἐξ ἑνὸς αἷμα*. Et rursus *τετάρτη ἐξ ἀριστερῶν ὀλίγον ἀκρῆτον ἐξ ἑνὸς*. Atque hic non sine graui periculo quadragesimo liberatus est. Atque ut in summa colligam, stillatio nigri sanguinis præsertim quarto & quinto admodum lethalis est. Larga profusio sanguinis, siquidem ea ratione quæ præscripta est, salutaris. addit Hippocrates *κατ' ἴξιν*, visus voce Ionica. ἴξις enim Ionibus *ἰσχυρία* est, teste Corynthis, ut hepate inflammato è dextra nares: liene è sinistra: latere dextro è dextra. Familiaris febribus ardentibus ea hæmorrhagia, & internis inflammationibus præterquam pulmonis. Vidimus quidem hæmorrhagias, quæ vix etiam adhibitis auxiliis cohiberentur parùm salutare etiam die critico, à quibus neque febris remittebatur, neque delirium conquiescebat. Itaque & quæ antedicta sunt, animaduertenda, & animi morborumque natura exemplo Hippocratis, & præceptis prius annotanda, quàm vel salutarem, vel inutilem hæmorrhagiam præfagias. Vidi die pari motas hæmorrhagias, à quibus cõualuerunt ægri, sed sæpius redeunte morbo, & subinde recurrentibus periculosis symptomatibus.

**H**oc Aphorismo complectitur alia symptomata ἐπιγινώσκοντα, ex quibus febris eius malignitas intelligatur, quæ *κατὰ τὴν φύσιν* dicitur, cum spontanea lassitudine. Ut autem quæ superiore Aphorismo posita sunt, bilem pituitæ mistam à corporis habitu in caput redundare præ copia, aut eò recurrere præ imbecillitate naturæ & humoris malignitate indicant: ita hæc conatum naturæ oppressæ, & crissim molientis modò per sudorè, modò per sanguinis profluuium ostendunt, quæ quidem excretio sequitur, sed pauca, nec proinde critica. Non enim in paucitate excretionis & primordio, naturæ validæ indicium vllum est: sed in perfectione & copia, ut antè docuimus. Nam pauca excernit, vel quia copiam aut malignitatem ferre non potest, ut ineunte morbo, vel quia per se infirma est, & in opere deicitur. *πρόσθρον δὲ τὸ κακὸν δὲ τὸ γένος τῶν τοῦτων συμπτῶν* ait Galenus. Talium signorum genus pessimum esse perspicuum est, naturamque nihil excernere satius esset, quàm incepto operi succumbere, ut eodem loco scribit. Quod intelligendum est, cum coctione molitur. Nam victa natura quiescit lethali signo, febrisque remittitur, nec pugna fit extincto calore nativo in moribundis, ut Galenus docet in historiam Hermocratis. Cur autem securitas maior sit in febribus, in quibus natura nihil excernit, quàm in quibus pauca & inutilia, triplex ratio est. Vna, quia in cessatione naturæ actionem quandam coctionis concitamus, quæ paulatim fit. Altera, quia inde intelligimus materiæ morbificæ vim mitiorem, quæ nec sua copia, nec maligna corruptione naturam irritat ad excretionem ante tempus. Tertia, quia abest suspitio translationis materiæ in nobiliores partes, quæ frustra tentata crisi fieri solet. Hæc igitur pauca excretio malignitatis signum est, pertinetque ad axioma illud medicum, Iudicatoria non iudicantia vel lethalia sunt, si inde æger deterius habeat: vel difficilis iudicij, si tantum nihil iuuent. Ex quibus intelligitur per horrorem hoc loco, neque eum accipiendum esse, qui statim ineunte morbo incidit, ut in quibusdam causis spuris ex quo nihil certi præfagiri potest: neque quo vexari solent, qui cacochymia laborant, cum vehementius incaluerint, ut in quibusdam à Venere notat Hippocrates: neque periodicum in semitertianis (quanquam hic etiam pessimum est) sed criticum non iudicantem, aut symptomaticum motus morbi, quem madoi sequitur, ut rigorem copiosus sudor. Id enim significat vox *κατὰ τὴν φύσιν*, non autem vtiliter, ut quidam interpretantur. Nam *κατὰ τὴν φύσιν* ad imperfectam etiam crissim extenditur. Propterea subiicit, recalescunt *ὅτι δὲ*, id est, celeriter, vel ut in acutis fieri solet. Hinc metus duplex: ab infirmitate naturæ, quæ in opere deiecta est, & à translatione materiæ in nobiles partes, ut diaphragma & caput. Deterius malum, si horror ille vomicosum & grauiter affectum viscus aliquod sequatur. Quòd si crisis tantum sit imperfecta cum salutaribus signis, paulatim & multis certaminibus natura vix se expediet, ut in Metone in Epid. & eo, qui in Dealcis horto decumbebat. Nam huiusmodi crisis diuturnitatem morbi denuntiat, quæ per accidens sæpe fit lethalis dupliciter. Vel quia qualitatum diuturna impressione magis alterat, & tandem corrumpit temperamentum: vel quia errata adducit assidentium, ægri, aut medici. Omne enim malum cunctando fit deterius. Augetur periculum si ab his stillicidium sanguinis appareat. Nam præterquam quod per se prauum est, quia paucum, & irriti naturæ conatus signum, ostendit ab horrore turbulenti in corpore motum factum esse, quem cum natura ad excretionem incitata moderari non potuerit, trãlatio materiæ in caput sequuta est, ubi sanguis multo calore turgens & agitatus venas aperit, quæ ad nares pertinent, & parùm stillat deiecta nec promouente natura: atque ob id addidit *πρὸς τὰ ἄνω*. Duplex itaque signum est. Excitatur etiam interdum stillicidium sanguinis, aut etiam liberale profluuium affectis visceribus, ut hepate & liene. Sed Hippocrates hæc intelligit, quæ vi febris mouentur. Scribit Galenus interdum à rigore moderato (qualis est horror) non solum sudores, aut vomitus biliosos, aut deiectiones criticæ fieri, sed etiam hæmorrhagiam. Verùm liberalem esse oportet, & morbum inde leuari. Omne autem stillicidium primum est per se, quia vel oppressionem naturæ, vel resolutionem denuntiat, nisi sit prænuncium alterius hæmorrhagiæ, ut alibi docet Hippo-

*Jo*

*Jo*

*Jo*

*in 6. Epidem. comment. 3.*

*3. Prorrh. 56*

crates. Quod si sanguis, qui stillat, crassus sit & niger ac die critico aut iudice moveatur, aut cum pravis cerebri symptomatis coniungatur, mors erit in propinquo. De differentiis hæmorrhagiæ dicetur alibi commodius.

## XXXVIII.

Ἰκτερόδεις καὶ ζεκοροές, γνήσιοι: λευκὸν διαχώρημα πρὸς τὸν οὐρῶν.

*Regio morbo admodum fœdati moriuntur, & his alba deiectio procedit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**κτερόδεις, qui regio morbo laborant & inde malè colorantur. Ac verisimile hanc orationi priori connexam, ut sit concursus multorum, quæ in vno ægro annotavit. Ac verisimile est ægrum illum corrupto fuisse altero viscere hepate vel liene. Nam hæc omnia, lassitudo, horror frequens, sudatio levis, sæpius & inæqualiter recalescere, stillatio è naribus, fœdus color, familiaria sunt vomitibus & gravius affectis eiusmodi visceribus. λευκὸν δὲ διαχώρημα morbum regium sequitur, interceptis viis, qua bilis in intestinum decurrat, à qua excrementa fuluo colorantur. Ea enim in cutem refunditur, & per urinas defluit. Sunt autem ea excrementa vel manifestè alba, vel minus colorata ruffo, quàm naturæ conueniat.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**æc sententia & per se vera est in acutis, & καὶ δὲ vniuersalis. Itaque rectius separatur ab antecedente, & dictio illa, πρὸς τὸν οὐρῶν, explicatur ut diximus. Quanquam ita intelligi potest, ut sit accessio mali ex translatione materiæ & crisi frustra tentata, cuius prognosim & diagnosim exposuimus. Cùm autem multis de causis morbus regius fieri possit, corrupto in venis sanguine citra hepatis affectum, ut à veneno, cathartics non purgantibus, quæ, ut quibusdam placet, vel humorem purgandum alunt, vel deleteria inficiunt qualitate: aut ab intemperie iccoris & venosi generis calidiore: quia tamen hæc & citra febrem, & rarò contingunt, Hippocrates semper ferè icteri flauii nomine (viridis enim & nigri alia ratio est) symptomaticum intelligit aut criticum. Symptomaticum dico, qui partis affectæ symptoma est ut iccoris plegmone aut schyrrro obfessi, aut obstructionis canaliculi fellis, quo bilis in suam vesiculâ deducitur, vel illius quo in intestina reicitur, in quo bile in venas regurgitante fæces candidæ totusque sanguis luteus apparet. Criticus verò duplex est, salutaris, qui septimo die aut post septimum diebus criticis incidit antegressis coctionis signis, in quo excrementa tum alui tum urinae pura sunt, & mediocriter bile tincta, ex quibus partes interiores sanas iudicamus, præsertim si nulla durities in hypochondrio appareat. Alter est criticus non iudicans à motu maligni morbi, quem etiam symptomaticum dicere possumus, quia febris symptomatico motu præuertit crism. Hic sæpius ante septimum incidit, quo tempore flaua bilis non admodum tenuis, ut quæ in sudorem abire nequeat, perfectè cocta esse non potest, ac proinde coniuncta habet tum cruditatis tum malignitatis signa. Monet ergo Hippocrates quarto de victus ratione in acutis alia esse febris ipsius, alia partis affectæ accidentia, quæ fallere possunt, ut si icterus ante septimum appareat non vi febris anteuertentis crism, sed obstructionis alicuius efficientia, aut schyrrri, aut phlegmonis. Ex quibus intelligitur icteri prauis & symptomatici quatuor esse causas, motum morbi materia adhuc cruda: phlegmonem iccoris, schyrrum & obstructionem. Omnes autem lethales sunt præter obstructionem simplicem, cuius causa interdum facillè amouetur. Si tamè duo hæc signa iuncta sint κατὰ κράτος & λευκὸν διαχώρημα, quæ hoc Aphorismo continentur, æger vix euadit. Est autem κατὰ κράτος non color, sed coloris affectus, quem plenum & saturatum

ratum dicere possumus. Est enim contrarius diluto & remisso, qui non implet visum. Quemadmodum vinum dilutum, & vestes elotæ coloris aliquid deponunt. Sic ἰκτερόδεις κατὰ κράτος dicuntur icterici multa bile valde flaua & meraca suffusi. Interdum etiam κατὰ κράτος auget significationem dictionis, cui iungitur, ut septimo Epid. βίη κατὰ κράτος tulsis vehemens, & ad extremum adducta, & κατὰ κράτος δὲ ἄλλο alio loco dixit, id est, situm inexplebilem. Suffusio itaque meracæ & multæ bilis per corporis habitum, multitudine quidem ostendit continuam illius generationem, & causæ bilis excretionem per intestina intercipientis magnitudinem ac contumaciam: colore verò syncero eiusdem corruptionem, aut adustionem. Omne enim syncerum prauum est. Deiectio verò alba bilis absentiam denuntiat, qua excrementa alui colorantur. Adest autem bilis tribus de causis, ut Galenus docet in Prorrh. vel quia igneo calore feruens in cerebrum rapitur, ut in quibusdam phreniticis, quod planè lethale est: vel quia connexa hepatis pars ardens & inflammata sanguinem vnà cùm bile ad se trahit instar cucurbitulæ: vel denique quia meatus obstructi sunt, per quos bilis in intestina reicitur ab humore crasso, schyrrro, aut phlegmone. Sunt & aliæ causæ deiectionis albæ, sed per accidens, ut alimenta ingesta, quæ suo colore fæces tingunt, & colliquatio recentis pinguedinis, quæ lentore, paucitate, & fœtore facillè distinguitur ab aliis, de quibus copiosè egimus in librum huius operis duodecimum de fœcibus. Qui ergo ita affecti sunt, moriuntur propter causæ magnitudinem, humorum & temperamenti totius corporis corruptionem, & nobilium viscerum affectum ac sympathiam. An autem phlegmone, schyrrus, obstructio, motus morbi symptomaticus causa sit ex febris absentia, aut presentia: hypochondriorum dolore cum tensione, aut duritie sine dolore, aut grauitate, & propriis febris ipsius symptomatis facillè distinguitur. Criticus enim icterus esse non potest cum excrementis alui candidis, & colore bilis flauæ ac synceræ. Pro varietate causæ instituendum præfagium. Nam in sola obstructione, ut dixi, minus periculi. Scyrrus præsertim obfirmatus non curatur: phlegmone hepatis ingens valde lethalis, nisi intra primum circuitum hæmorrhagia, aut post vigesimum diem suppuratione liberetur æger mortis periculo. Icterus ante septimum à symptomatico morbi motu interficit, nisi, quod rarò contingit, hæmorrhagia, aut urinae & alui profluuium succedens naturam victam exoneret. Quod Heraclidæ contigisse scribit Hippocrates.

I. Epid. hist. 3. uniuersali.

## XXXIX.

Οἱ πεπταμορφῶες πλεθωδῶες ἐς ἄρτίας μεταπεσόντες δύσκολοι.

*Quæcumque febres naturam tertiana referunt & sunt erraticæ, siquidem in accessiones paribus diebus degenerent, difficiles sunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Π**λεθωδῶες erraticæ febres omnem rationem formæ & circuitus februm perturbant, ut modò tertio quoque die, modò tardius aut breuius inuadant. Varia enim & multiplex materia constant. Eiusmodi febres sæpius videre licet æstate in Autumnum inclinante, quæ tertianæ naturam primum referant, in erraticas mutari, quæ postremò in longas atque difficiles quartanas transeant.

DESID. IACOTII COMMENT.

**F**ebres πριτωμορφῶες & semitertianæ, unde ortum habeant, dictum est antea. Sunt autem & continuæ, & acutæ, & malignæ, tum specie ac propria natura, tum grauium symptomatum accessione. Continuæ quidem, quia ex bilis & pituitæ vicissim facta putredine constant, ac dum prior febris remittitur, posterior recrudescit, ut naturæ nihil quietis relinquatur. Acutæ verò ob bilem calidiorem: malignæ denique, quòd, ut ait Galenus, parum remitti, & ex leui remissione cele-

I. Epid.

riter vehementius exacerbari maligni morbi sit indicium. Ad eam autē malignitatem fit accessio pro ratione partis affecta, qualitate materiae, & vario illius motu, variāque corruptione. Hanc accessionem per symptomata ἐπιφανόμενα, quae diuersis Aphorif. huius operis scribuntur, docet Hippoc. qualia sunt, sudor es non iudicantes, ventriculi affectus, lethargus, vigiliae, rigores symptomati, quorū irritō motu in nobiles partes materia transfertur, concussione corpus fit infirmum, frigore calor natiuus extinguitur, aut prohibita diffatione nerui replentur ac conuellantur. Huiusmodi est, quod hic de erratico earum motu, & accessionū in dies pares mutatione scribitur. Si enim & erraticae fuerint, aut in erraticas desinant, ac paribus diebus accessiones cum horrore habuerint, quae antē imparibus ciebatū, longiores ac difficiliōres euadunt. Demonstrationem, vt solemus, a rei natura explicabimus. Dicuntur πλανώδεις febres, quae εὖ ἐπὶ μέρῳ ἡρόευσμός ἀπείριστος ἐχέσιν, sine ordine ac typo particulares accessiones habent, vel, vt alio loco πεπλανώδεις, ἅπαρ ἔστιν αὐτὸ ἐπὶ περίοδῳ τάξεως, ὡς ποτε μὲν ἐστὼς ἐπὶ νύκτι, ἔπειτα ἡμέρας περιέξει, ποτὲ ἢ ἡμέρας πέντε ἢ ἑκτὸς, erraticē detinet: quod est, sine vllō circuitus ordine, vt verbi gratia, si interdum quidem tertio, vel quarto aeger febricitet, interdum quinto vel sexto, idque sine vlla complicatione circuituū, quae ignorata interdum speciem febris erraticae repraesentat. Huius erratici motus causam Galenus refert ad diuersorum succorum putredinem & collectionem. Vt enim diuersi sunt & varij, ita diuersas habent, & varias putredinis differentias. Colliguntur autem & in variis partibus, & varij ob errorem in victu, qui vel alium humorem generat, vel similem fouet, aut ob inconstantem & inaequalem aëris constitutionem, vt autumnō. Mouentur autem secundum peculiarem naturam, quam singuli humores habent, vt bilis imparibus, melancholicus humor paribus, pituita singulis diebus, & vt volunt, pituita a media nocte ad sextam matutinam: a sexta ad meridiem sanguis: a meridiē ad sextam bilis: hinc ad mediam noctem melancholicus humor, quanquam in materia Philosophi negant ordinatum motū. Interdum idem Galenus scribit hunc erraticum motum fieri ab humoris mutatione in aliam speciem, & ab atra bile, id est, humore crassiore, qui inaequaliter putrescit, & hac parte putris commouetur, illa sine putredine immotus manet. Ex quibus licet erraticarum febrium genera duo constituere. Vnum earum, quae ex congerie succorum diuersi generis in corpore putrentium ortum habent: alterum earum, quae aliis succedunt, vt continuis ardentibus, aut semitertianis. Vtroque modo Aphorifinus verus est. τριτημορβείες enim & semitertianae incertae sunt, ac modo anticipant modō tardāt, tum ob variorum humorum putredinem: tum ob mutationem humoris in febris diuturnitate. Quod enim tenuius est, primis accessionibus discutitur: crassamentū relinquitur atrae bilis naturam induens: in quo putredo si accēdatur, febris erraticā in quartanā degenerat. Idque praesertim fit autumnō, qui & huiusmodi humorē procreare solet, & aetate acceruatū, primisque erraticis accessionibus quasi incineratū cogit intrō ac suppressit. Cōstat itaque vtroque modo semiterianas, & plurimas febres, quae autumnō vigent, primū in erraticas, deinde in longas ac difficiles quartanas mutari, aut in accessiones paribus diebus degenerare, quod vel mortis in acutis & perniciosis morbis: vel diuturnitatis in mitioribus signum esse postea docebitur. Si itaque priore modo erraticae fuerint, dupliciter id malum est ac difficile. Primū quia diuersa in diuersis succis putredo significatur. Igitur opus coctionis operosius, quae succorum aequationem molitur. Deinde quia naturae vis labefactatur. Cū enim imparibus mouere soleat, si ad pares recidat exacerbatio, praecipitantis iam & debilitatae naturae argumentum est. Perturbat enim naturae ordinem materia morbi vel copia, vel praua qualitate, vt diuina illa vis, quae ordine omnia facit, anticipare cogatur, nec amplius eodem temporis tractu eodēque circuitu excrementa aggredi & expellere possit. Intempestiui ergo sunt parium dierum motus & ἀνομοιοί, quia ἀκαρσοί. Est enim axioma physicum, omne intempestiuum praeter naturam esse, quia καρσόν naturae partem faciunt. Ob idque Hippocrates lethales esse scribit febres acutas, aut difficilis iudicij, quae diebus paribus exacerbationes habent, quod natura nec tempore nec

Comment. 3. in 1. Epid. & in Histor. Cleona Studis.

loco moueat, sed irritata ordinem perturbat. Cuius axiomatis demonstrationem habemus ὅτι, ab experientia, communi omnium consensu, & diligenti medicorum obseruatione. δὲ πῶς nondum planē explicatum est, nisi quod natura dei quaedam potestas est in secundis causis, quibus ipse certas constituit praescriptiones cū in aliis omnibus, tum in motu & quiete. Nam quod Galenus secundo de diebus criticis scribit, & Hippocrates de morbis probabile tantū est. Quod a neotericis affertur, ridiculum. Si verō posteriore modo erraticae fiant, deinde in quartanas degenerent, quā sit hoc difficile futurum ex natura quartanae febris intelligitur, quae autumnō incipit, & fractis ex diuturnitate morbi viribus succedit. Licet autem erraticae febres incertos motus habeant, in his tamen quaedam obseruari posse, quae ad dies criticos pertineant, sicuti in quartanis Galenus scribit, quemadmodum interdum in acutis nullis dierum parium aut imparium ordo notari potest ex euentu quodam, vt in Euryanactis filia, quia tabida erat natura. Ἄνομοιοί autem dixisse videtur, nō quia paruum malum sit in ea mutatione, quam in paruis vox illa vsurpari confueuerit, vt Galenus scribit, sed quia difficile & penē lethale.

3. Epid.

3. Protrh. 48.



HIPPOCRATIS COACORVM PRAESAGIORVM  
LIBER SECVNDVS, IACOBO HOLLERIO INTERPRETE.

I.

Οἱ ἐν κρισιμοῖσι ἀλυσμοὶ ἀνιδρῖντες πρὸς ψυχρόμυροι καὶ ἀπαντες οἱ ἀνεὶδ ἰδρῶτος πρὸς ψυχρόμυροι ἀκρίτως, κακόν.

Qui criticis diebus anxie habent, neque sudant perfrigerati, atque omnino sine sudore perfrigerati citra iudicium male habent.

IACOBI HOLLERII COMMENT.



Riticos ferē intelligit Hippocrates dies impares, 3. 5. 7. 9. 11. 13. & qui deinceps insequuntur, in quibus maxima vis septenarius ante vigesimum. Nam post vigesimum languescit vis septenariorum, perit autem quadragesimo. Quaternariis autem sua vis inest designandi, quae septenariis eueniant. Si igitur die critico anxietas, quam ἀλυσμός vocat, commouetur, nihil dum intelligas de euentu, nisi & quae antecefferint, & alia, quae in praesentia sese offerunt, ad praesagium adhibeas.

Potest enim, id quod saepe fit, ἀλυσμός esse in signis criticis, quae ferē cocunt in eam perturbationem, quae παραχρῆ κατῆκη appellatur. Plurima enim specie quidem lethalia eo tempore commouentur, quo acerrimum naturae & morbi certamen confertur. Itaque si die iudice signa omnino salutaria fuerint edita, & in crisi morbi ἀλυσμός agrum exagitat, salus in breui expectanda est. Nam vel sudabit aeger, vel vomet, vel profundet sanguinem e naribus. Alioqui aliud genus excretionis vel abscessus insequetur, vnde solutio morbi. Contra verō si ἀνιδρῖντες sine sudore perfrigerantur, nihilque excretionis criticae mouearur, si nulla aut pauca antecefferint signa salutaria, mala verō multa, aut pauca quidem sed firma, grauis exitus morbi denuntiandus est, quia videlicet temerarij motus in morbis, qui non fuerunt praenuntiati, & decretoria, quae non decernunt, mala. Propterea subdit, καὶ ἂν παντα



de &c. per πρῶτον ἀνομιλίαν θινέοντας intelligens. In rigore enim frigus mouetur: rigor autem inter κρείσμα decretoria numeratur, à quo quia ferè sudor sequitur, propterea ἐν ἰσθμῷ scribit, quanquam notato vno genere excretionis criticæ reliqua intelligere conueniat.

DESID. IACOTII VANDOPERANI  
COMMENT. IN COACA PRÆSAGIA  
HIPPOCRATIS, LIBER II.



Inguis diebus, imò verò quolibet ferè temporis momento diligens Medicus ad præfagium obseruare debet in acutis excrementorum copiam, qualitatem, excretionis modum ac tempus: symptomatum quoque vim atque naturam non solum eorum, quæ ἰδία & παθολογικὰ dicuntur, verum & quæ ἐπιφανόμενα vi adaucti morbi superueniunt: præterea varios naturæ & materiæ motus, μεταπτώσεις mutationes insignes, aut in quibus vno cedente vitio alterum succedit aut μεταπτώσεις humorum, & comparatas inter se periodos. Hæc tamen omnia, quia ἐστὶ (ait Galenus) κατὰ τινὰς τῶν ἐπιδηλοῦν ἢ κρείσμων ἡμερῶν συμβαίνει τὸ ταῖστων, βεβαιώτερον ἐξέσι πρὸς ἀνάλωσαι, & alio loco, τὸ ἢ τῆς κρείσμων ἡμερῶν τὰ φαινόμενα πάντα, πιστότερον ἢ ἄλλων ἐστίν. Quæcunque diebus criticis aut indicibus sunt, certiora sunt, & maiorem faciunt fidem quàm aliis: idcirco dies critici atque indices, signa critica & causæ criticæ maiore solertia & accuratior obseruatione opus habent, vt intelligamus, quid adferant & quid natura moliat, quæ tum sese colligere, & contra vim morbi vires omnes exerere solet. Nam si tum quiescit, vel languens collabatur, vel adhuc in coctionem incumbit, cuius signa aliqua certissima profert. Sin materiam aggreditur, vel pugna succumbit, vel superat, vel imperfectam crifim molitur. Ex quocunque igitur signo significatio fit salutis, aut exitij: boni vel mali, eà multò certior est in iplo certaminis tempore, quàm alio: ac proinde medicus eruditus & pauca signa hac ratione firmissima multis aliis anteponit, & diligenter prouidet, ne intempestatiua victus ratione, aut animi perturbatione, aut noxiõ medicamentorum vsu naturæ motus vel obscuretur ad præfagium, vel intercipiatur ad crifim. Docet ergo hoc Aphorismo cùm alia omnia signa, tum verò maximè critica, qualia sunt anxitudo & perfrigeratio, interdum bona, interdum mala esse, id est, vel lethalia, vel difficilis iudicij in diebus criticis, quando videlicet non iudicant, idque multò certius quàm si in alia tempora inciderent. Dictum enim est superiore libro ἀλυσμῶν ἰαχτάσην & inquietationem ægri, modò absit nausea & grauitas aut morsus ventriculi, maligni morbi signum esse, & ( si cum remisso partium eximiarum calore coniungatur, aut etiam cum frigore ) prorsus lethalis, quia ex eo significatur, vel summa naturæ infirmitas morbum non sustentis: vel ingens viscerum nobilium inflammatio, aut incendium acris & maligni humoris, qui in venis circa præcordia exæstuat. Sine his tamen die critico incidere solet in agitatione illa, quam σέλορ καὶ παραχλῆν vocant, perturbationem, quæ motionem criticam antecedit, cùm videlicet natura mouet humorem ad excretionem. Iactantur enim ægri, perfrigerantur calore ad interiora contracto, & grauissimis afflicti sunt symptomatis, de quibus ita iudicandum præcipit. Vel sine sudore id fit, id est, sine excretionem critica ( sic enim solet Hippocrates sæpe in particulari, quod commune est, notare ) vel cùm aliqua excretionem. Priore modo duplex malum. Nam anxitudo & perfrigeratio per se signa perniciosissima sunt: die verò critico perniciosissima. Sic enim inflammationem internam, aut caloris natiui inopiam ostendunt: & naturam à morbo superari. Posteriore modo distinctione opus est. Nam si illa excretio præmonstrata fuerit die indice per signa coctionis, & die critico per signa propria speciei crifis, naturæque vigeat & crudiratis signa absint liberatur æger. Sin pauca & in incremento morbi exeant, nec ante significata, aut moritur aut difficili morbo implicatur. Vtrum autem fuerit, tum ex adiunctis, tum ex consequentibus iudicabis. Etenim cùm ab excretionem deterius habet æger, aut praua signa, vt vrinæ & excrementa

3. Protrh. 55.  
et 2. 27

crementa nigra coniunguntur, interdum repentè suffocatur: nonnunquam translatio materia facta, aut caloris extinctione incipiente paulò post moritur. Sin excretio symptomata neque auxit, neque insigniter remittit, visque morbi manet eadem, aut paulò minor, diuturnus morbus futurus est, & periculosus. Ob idque Galenus scribit ἀνίσθησις sine sudore, nō rectè addi ad dictionem ἀλυσμοί, quia non sequitur, Si anxitudo sine sudore mala fit, anxitudinem cum sudore bonam esse, aut minus malam. Nam hæc interdum priore deterior est, & in moribundis apparet. Quod ex distinctione à nobis posita perspicuū est. Idem iudicium de perfrigeratione sine sudore, aut cum sudore pauco vel prauo. Dictum enim est superiore libro eam fieri sublato humido, quod est radix caloris, vt in hecticis: extinctione caloris natiui & resolutione à febrili, vt in moribundis: caloris influentis absentia, vt in initii accessionum, in perturbatione critica, & inflammatione interna: denique vel oppressionem ab humore frigido, vel à simplici qualitate. Qui itaq; sine sudore aut alia excretionem perfrigerantur in calida & vrente febre, aut phlegmone interiorè & magna laborant, aut extinguuntur. Qui verò cum sudore iudicantur, aut moriuntur, aut in longius producitur morbus. Eadem ratio rigoris, horris & signorum omnium criticorum. Propterea ita scribitur hic Aphorismus in Protrheto, Quæ in iudicatoriis diebus cū proiectu & inquietatione, & absque sudore perfrictiones sunt, malæ existunt. Atque ex his superuenientes rigores mali. De diebus criticis lege Hollerium comm. 2. ad hunc locum.

2. Protrh. 27.

II.

Καὶ οἱ ἐπιβήρυγαστρῆτες ἐν τῆτων, ἐμείσθρτες ἀκρητῆ, ἀσώδες, τρομώδες ἐν αὐρετῶν κελόν. καὶ φῶν ὃ ἐν βίγρεος.

Et qui ex iis in super riguerunt, vomuerunt meraca, anxij tremuli in febre, in malo sunt, & vox à rigore.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Επιβήρυγαστρῆτες vocat in febribus acutis, quibus nec opinatus rigor accidit. Itaque si in proxima coitione signorum etiam aliquis riguerit, & vomuerit meraca, anxius tremulus, in febre malum. Ac vomere à rigore non omnino malum. Vomere meraca malum est. Omnis enim sincera meraque excretio mala est. Atque ἀκρητὸν αἷμα sanguinem meracum quomodo vocet Hippocrates, paulò antè expositum. Vomitus autem syncerus, sincera quoque deiectio de bile ferè dicitur, non omni quidem, sed flaua. Porracea enim & æruginosa excrementa non solet Hippocrates ἀκρητὰ dicere, sed bilem flauam, quæ serosæ materiæ permixta non fit. Natura enim constante flaua bilis aquea humiditate temperatur, qua dissoluta bilis coloratior crassior, acriorque relinquitur. Idque fieri consuevit, vbi ardore febris aqueum illud resoluitur temperatura bilis acrioris. Itaque interpretes Hippocratis ἀκρητὸν non solum ἀμικτὸν exponunt, sed χολώδες, aut ἀκρητὸν, ἀμικτὸν ὑγροστικῶν ὑδατῶδεις. At sanguinis quidem sincera excretio non adeo damnatur à Medicis, modò sincera dicatur, quæ purum, rubetem floridumque sanguinem habeat. Sanguis autem niger deterior est. Et in Prog. sputa damnat sincera nigra. Quia autem bilis synceræ vomitio magnum incendium ostendit in partibus quæ sunt circa ventrem, vbi focus febris est & materia exurit, nihil mirum, si inde ἀσπῆ moueatur, τρομώδες imbecillitate partium neruofarum. Constat enim experientia bilem puriorem ad hypochondria contentam, si vel vapores efferat in caput, vel irriter corpora neruacea, non tremorem solum, sed vel conuulsionem, vel resolutionem adferre posse. καὶ φῶν δὲ &c. ἀφωνία potius legendum. Nam malum esse non potest vox à rigore.

DESID. IACOTII COMMENT.

Huius Aphorismi artificium est huiusmodi. Signis criticis die critico apparentibus vel sequitur crifis, vel acrisia. Hæc duplex. Nam vel non iudicatur morbus,

morbus, quia nulla fit excretio: vel iudicatur, sed malè aut imperfectè de priorè dictum est superiore Aphorismo: posterius hic explicatur. In hoc enim excretio sequitur, sed prava. Vel igitur æger interit, vel protrahitur morbus. Vtrum sit, tum ex adiunctis, tum ex consequentibus cognosci diximus, atque hoc docet. Excretionem expressit per vomitum à rigore: acrisiam per meracum, quod est adiunctum: periculis per consequentia, tremorem & anxietatem. Ira in particulari notat vniuersale, & in præfagiendo veluti arcanum quoddam. Siquis itaque ex his, id est, ex proxima syndrome signorum criticorum nec opinatò die critico riguerit ( id enim significat ἐπιρρηγώσωτες, in quo δὲ ἐπι nota est superuenientis rigoris ) παραχλῶ perturbationem in corpore factam intelligimus, quæ ἐπεγείρει τὴν φύσιν ἐκκρίνει δὲ λυποῦν, vt scribit Galenus, id est, naturam ad excernendum irritat, quod nocet. Magna igitur ex parte sudores, nonnunquam vomitus biliosorum aut deiectiones ex rigore sunt: interdum etiam hæmorrhagia, cum moderatus rigor fuerit. Ponamus autem vomitum factum, sed bilis flauæ & synceræ cum prauis signis. Hic criticus esse non potest, primùm quia mera & sincera bilis reiecta est. Humor autem syncerus non solum est ὠμὸς crudus, qualis coquendo mitescere potest, & est in ea specie qualitatis, quam potest amittere: sed etiam ἐπέκωστος incoctilis, qui excludit & actum coctionis & potestatem. Deinde quia ab illa excretionem augentur symptomata, tremorque & anxietas pro alleuatione accedunt. Duplici tamen distinctione eget sententia. Prior est, ne vomitus ille sit καθαροῖς purgatio humoris morbifici & corrupti vt in declinatione morbi. Nam quæ excernuntur criticè, interdum, ait Galen. τὴν ἀρχὴν μὲν ἰσχυροῦ ἀπὸ τῶν ἀκράτων ἐνίοτε, τελευταῖοι δὲ εἰς ἄστροπε δισχυρήματα expurgant corpus, & principium quidem à synceris habent, sed desinunt in benignas, mitesque deiectiones. Cuius purgationis signum est ἀφοσίω ferendi facilitas, & alleuatio morbi. Posterior est, ne tremor ille & anxietas à nausea & acrimonia humoris ventriculorum vellicantis ortū habeant, vt in eo, quem refert Galen. æruginosam bilem vomuisse, atque inter vomendum toto corpore conuulsum, cuius purgatione finita cessarūt & febris & conuulsio. Vt autem hæc exciperet Hippocr. addit ὅτι πυρετῶν in febre, non quia superrigeant in febre ( hoc enim perspicuū erat ) sed quia post vomitionē meracā tremāt in febre, quasi diceret manente febre & superueniente tremore: quorū illud ostendit nō esse purgationem criticam: hoc verò naturam à symptomatico rigore infirmā & superatam. Est autem ἀκριτοῦ Hippocr. humor omnis mitionis expers, vel omne excrementum feruidum & crudum, quod suo sero dilutum non est, cuius generatio, vel partis alicuius vitio facta est, vel feruore & incendio febrili exhausta aquosa & ferosa parte. Interdum etiam simplicem & impermixtam substantiam ita appellat, vt pallidam bilem, purum rubentem & floridum sanguinem, sed rarissimè. Nam in Philisco, & passim alibi Galenus ἀκριτοῦ αἷμα sanguinem malè permixtum interpretatur κακῶς κρατοῦ, crassum, nigrum, & proprii seri expertem. Quia autem bilis inter omnes humores maximè aqua humiditate diluitur, cum cocta est, & naturalis, ac prima ferè accenditur in febre, generaturque ex reliquis humoribus per incendium, idcirco Galenus per ἀκριτα biliosa meraca interpretatur. In Aphorismum tamen sextum libri septimi deiectiones ἀκριτοῦ vocat, biliosas, atrabiliarias, portaceas, æruginosas. Est ergo vomitio meraca omnis mitionis expers & symptomatica vel partis alicuius labefactatæ, vt hepatis, ventriculi, lienis: vel febris ardentis, cuius incēdio absumitur serum, quo pacto nunquam critica esse potest, cum moderati caloris & concoquentis nullam notā referat, sed feruidi & lignei. Ob idque Hippocrates in Prognostico eum tantum vomitum laudat, qui ex pituita & bile permixtus sit, nec admodum crassus exhausto sero, nec paucus aut copiosus & frequens, nec subputridus & fœdi odoris, nec liuidus, niger, aut his omnibus coloribus variegatus. Anxietas adiuncta cum fastidio & nausea ostendit ventriculorum affici: cum viscerum æstu, incendium denuntiat in partibus circa ventrem, vbi focus febris latet, & materia exurit. Hæc anxietas cum vomitu in febre, & sine crisi non solum prava est, vt signum: sed etiam vt causa. Nam quatenus ( ait Galenus ) humoris malignitatem & contumaciam ad excretionem in ventriculi orificio continer

3. Prorrh. 18.

5. Aphorif. 1.

3. Prorrh. 25.

tineri ostendit, & in hepate generari, eatenus signum prauum est. Quod verò continua laceratione ac vellicatione ventrem afficiat grauetque, ob id rursus causa erit phlegmones quidem nondum existentis tanquam modò futura: eius vero, quæ iam adest, tanquam incrementum susceptura. In inflammatione quidem hepatis hæc omnia apparent, rigor symptomaticus, cum in supurationem mutatur: vomitus primùm bilis flauæ, deinde vitellinæ, postremò æruginosæ: anxietas tum ab oppresseione & estu, tum à ventriculi nausea, tum tenues humiditates ex inflammatione ad interiorē eius capacitatem decumbunt, collectæque in eo loco orificium ipsius vellicant. Tremor autem fit ab intemperie solidarum partium aut oppresseione: spirituum collectione & immoderata vacuatione tum latente tum conspicua, quibus modis facultas motrix infirmatur, cuius infirmitas tanquam causa continens est tremoris: à rigore ergo si fiat, causam habet vel materię translationem in neruorum principium, vel caloris natui extinctionem & facultatis resolutionem. Vtrumque lethale est, sed hoc magis. Eodem modo fit ἀφωσία vocis priuatio, de qua superius egimus copiosè. Loco itaque τῆ φωνῆς legendū est ἀφωσία.

III.

Τὰ δὲ ἐκ ῥιγῶν μικροῖσι ἰδρῶσι παρὰ τὸν χροῶν χροῶν.

Qui ex rigoribus paruis sudoribus refrigescunt, malum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Ex ῥιγῶν legendum puto. Ac iam antè expositum à rigore malam esse refrigerationem. Quod si paucus sudor & tenuis coniungitur, multò id est deterior. ἐπιδρωσι enim omnino mala est, in qua tenuis & paucus sudor includitur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Rursus ex consequentibus docet iudicatoria, quæ non iudicant, vel lethalia esse, vel difficilis iudicij. Cum autem ex iudicatoriis alia tantum signa sint, vt rigor: alia signa & causa, vt excretio, in vtrisque vera est sententia, sicuti & in excretionē pauca, quæ critica esse non potest. A rigore ergo vtili & critico celeriter redit calor, & vnà cum calore excretio: à symptomatico contra neque redit calor, neque mouetur excretio, aut ea est morbo impar, & vt loquitur Galenus, ἐκ εἴδους τῆ παρὸν βολῆς τῆ νοσηματος. hinc sudores parui, qui tenuis humiditatis copiam significant, aut retentis facultatis imbecillitatem cum partium solidarum resolutione & raritate. Sudor enim (ait Galenus) qui in criticum diem incidit, multus si non sit, potest & propter virium imbecillitatem, & corporis raritatem accidere. Perfrigerationem Galenus interpretatur, in qua ægri vix calefieri possunt; siue sit in toto corpore, siue in extremis tantum partibus, ostenditque calorem natuum ab ea, quæ in rigore facta est, perfrigeratione fuisse superatum. Dupliciter autem à rigore perfrigerantur ægri. Aut enim calor neque natiuus neque febrilis redit, vt in moribundis, in quibus planè extinctus est: aut natiuus ferè resolutus febrilis feruor ex humore iterum putrescente, vel interna inflammatione corpus inuadit, quem æstuosum rigorem dixit primo libro. Prius magis lethale est. Cum itaque rigor sit tanquam causa faciens perturbationem in corpore, vt Galenus loquitur: effectus verò rigoris duo sint præcipui, materię translatio & caloris extinctio, nulla addidit symptomata, ex quibus translationem factam in partem aliquam iudicari possit. Vtrumvis tamen fuerit, nō solum hoc malum est, sed etiam lethale. Nam cum iudicatoria non modò nihil iuuant, sed etiam lædunt, lethalia sunt. Læsisse autem & morbum inde auctum ostendit perfrigeratio, quæ consequuta est, vt Galenus docet in Prorrhethico. Videtur autem ad distinctionem μικροῖσι, ξαυῶ, ὅτι, ἀπὸ aut aliquid tale adiciendum. Nonnulli etiam legunt ἐκ ῥιγῶν pro ἐκ ῥιγῶν, γ, pro v, facili lapsu à Typographis, posito. Quasi diceret, A profluuiio sanguinis è naribus paucus su-

4. Aphor.

3. Prorrh. 34.

3. Prorrh. 34.

Quibus deiectio biliosa est, circa pectus mordicatio & amaror, malum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Sive vna, siue duplex sit sententia, parum refert. Ac prima quidem exposita. Altera est in biliosis deiectionibus sentiri morsum & amarorem malum esse. ...

DESID. IACOTII COMMENT.

Utraque sententia vera est, & καθόλου: subiectum quoque, de quo agitur, diversum. Proinde rectius separantur. Galenus scribit eandem esse urinae & sudoris tum materiam, tum generationis modum. ...

de Medic. simplic. facult. lib. 10.

4 Aph. 41.

4 Aph. 42.

4 Aph. 37. & 56.

In Prog.

3 Prorrh. 33.

dor cum perfrigeratione malum. Cuius sententiae eadem est ratio generalis, quam diximus. Est enim iudicium non iudicans cum pravis symptomatis tum adiunctis, tum consequentibus. Ergo lethale. Præterea non solum id fit in critica, aut symptomata hæmorrhagia, verum etiam in naturali, vid est, in quam sani incidunt, ubi concumbere vel hircire incipiunt, ut scribit Hippocrates, propter sanguinis copiam & feruorem. ...

6. Epid.

IIII.

Οἱ ἐφιδρῖντες ἀγρυπνοὶ ἀναθερμαζόμενοι, κηκόν.

Exudantes, vigiles, recalescentes, malum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

ET hoc antea expositum.

DESID. IACOTII COMMENT.

Non solum à rigore perfrigerari malum est, ut superiore Aphorismo docuit, sed etiam recalescere. Sic in Prorrhethico cum dixisset, Ex rigore refrigerationes, quæ non recalescunt, malæ, statim subiicit, Si ex perfrictione sudantes recalescant, malum: ex his quoque laterum æstus cum dolore, & rigor superueniens, malus. Vbi Galenus docet ἀναθερμαζόμενος ambiguè dici de calore naturali redeunte post refrigerationem, quod salutare est ( nisi enim rediret, absoluta caloris naturæ extinctio inde significaretur ) & de febre recrudescente post remissionem aliquam & sudorem, quod imperfectæ crisis & maligni morbi signum est. ...

2. Prorrh. 31. 32.

Comment. 2. in 6. Epid.

V.

Οἱ ἐφιδρῖντες ἐν πυρετῷ κηκοήγεις.

Desudantes in febre malignè habent.

Οἱσι χολώδεις διαχωρήσιος ἐκείνης, περὶ τῆς διήξεως καὶ πυρετῆος, κηκόν.

Quibus

Alterius Aphorismi interpretatio eiusdem Iacotij.

3. de uictus ratione in acut.

4. Aphor. 65.

**E**T in febre, & absque febre, deiectiones biliosæ ortum habent tum à bilioso alimento, tum à calido hepate & venoso genere exurente sanguinem, unde coaceruatur bilis, quæ interdum in ventriculum, cum imbecillus fuerit (vt ex potu vini meracioris, aut aliâ de causâ) confluit: interdum in intestina, cum ventriculus firmus est, & suo robore aliena excrementa facillè aliò regerit. Quòd si tum in ventriculum, tum in intestina æqualiter confluat, tantò deterius est, quantò & biliosæ materiæ copia maior significatur, & plures partes simul afficiuntur, præsertim si inde orificium ventriculi mordeatur, & os amarefcatur. Tum enim significatur à putrefacta bile & eius vaporibus per continuitatem membranæ interioris amarorem ad os vsque perferri. In febribus autem ardentibus & acutis biliosa deiectio, quæ critica non est, nec corpus expurgat, inflammatis hypochondriis, aut exæstuantibus incendio febrili generatur. Sic Galenus ex Hippocrate duplicem biliosæ deiectionis naturam agnoscit, de qua dictum est in librum de fæcibus. Biliosa enim (ait Hippocrates) alius deiecit interdum quidem bona: sed interdum, quàm decet, redundantiora, spumantioraque. Atque his, quibus tumefacta sunt viscera, contingit. Galenus bona appellari scribit, suo sero diluta, non meraca, aut abunde biliosa. Mala verò, quæ valde syncera sunt à bile flaua, aut vitellina, præsertim si expumant non permissione flatus aut agitatione, sed à calore igneo feruorem quandam in illis excitante. Huiusmodi enim excrementa colliquantem febrem, aut pestilentem, aut quæ ad tabem perducatur, denuntiant, & causum malignum ab inflammatione interna, aut erysipelate cum infirmitate hepaticæ facultatis. Hæc itaque mala sunt causæ magnitudine, perenni generatione, exitu, & retentione. Exeuntia enim augent incendium, tantum abest, vt extinguant: anxitudinem cum fastidio pariunt, & sedem ac intestina exulcerant. Hippocrates *φυσματώδεια* vocat, & *ἐλκώδεια καὶ γήτρης καὶ ἔλκους*. Retenta verò acerbissimos dolores creant, de quibus copiosè dictum est in librum de fæcibus. Quòd si flaua bilis ab hepate affluens, æstu fluctuet in tunicis ventriculi, neque liberum habeat exitum, illic vehemens æstus percipitur, & *καρδιόγυμνος* cordis morsus vellicato orificio ventriculi, quem hîc dicere videtur *τῶν σπῆτος δάξιν* mordicationem circa pectus. Est enim *σπῆτος* ambigua vox, vt docetur alio loco. Potest etiam bilis illa *παλμῶν*, id est, verum cordiognon, crebram & celerem cordis motionem palpitationi similem asserre inflammato & æstuante corde, quod lethale est, vt Galenus docet in similem Aphorismum, In febribus circa ventriculum vehemens æstus & cordis morsus, malum. Biliosa ergo deiectio ineunte morbo indicat biliosiorum affectum ac interdum lethalem: in declinatione expurgat corpus & critica est. Cum neque desinit, & in synceram ac spumofam mutatur, exacerbat morbum per Aphorif. 15. sect. secundæ Prorrhethici.

VI.

*Ἐν πυρετοῖσι καλῆς ἐμφυσώσεως, πνεῦμα μὴ διεκταῖστον κενόν.*  
*In febribus flatulentus venter malo est, si quidem inclusus flatus non excidit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**Piritus inclusus quas inuolat humano corpori iniurias, satis apertèque ostendit Hippocrates *τῶν φυσῶν*, & qui inde colico malo cruciantur, testari possunt. *ἐμφύσημα* appellari solet, vbi incluso flatu locus extuberat. *φύσαν* autem *πνεῦμα* appellari hoc loco constat voce ambigua, vt postea pluribus dicetur. Cæterum eiusmodi spiritus crassior inclusus perfrigeratas eas partes, & imbecillitatem naturæ ostendit. Vbi enim calor incalescit, statim tenuatur flatus, &

tenuatus

tenuatus discutitur. Quomodo enim humorū, ita spirituum sua cruditas, sua quoque maturatio est.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Φ**ύσαν & πνεῦμα flatum & spiritum Hippocrates passim pro eodem usurpat: Aristoteles distinguit accuratius. Est enim spiritus sanguinis purior pars aut calor, qui suas sedes habet in humido tenui, eius partis pars, cui coheret, aliud ab ipsa specie, quantitate vnum, corporis & animæ copula quædam, author naturalis constitutionis, operum animæ instrumentum. Habet autem suos affectus præter naturam, resolutionem, extinctionem, alterationem, corruptionem, ablationem, caliginem, agitationem, torporem, stipationem, de quibus omnibus agitur in hoc opere. flatus verò est humor attenuatus à paruo calore, quem discutere non potuit. Calorem paruum dico vel imbecillum per se, vel oppressum, vt comparetur ad materiam. Nam non aliter calor imbecillus premitur pauca materia, quàm robustus valensque multa. Ac per se quidem imbecillus est dupliciter. Nam cum sit in mediocritate, corrumpitur tum à contrario specie, vt frigore: tum à simili sed in excessu, vt calore febrili. Opprimitur verò & ab alimento, & à frigidis, aut crassis humoribus. Hinc efficitur flatus generationem tribus modis fieri: ab alimento flatulento: à crassis aut frigidis & aquosis humoribus: & ab intemperie frigida: aut quæ adhuc sit, & restitui potest, aut quæ facta est, quam Galenus hæticam vocat, qualis in hydrope sicco, qui acuto morbo succedit per resolutionem caloris insiti à febrili, & consumptionem humidæ primigeniæ. Ita fit, vt naturalis calor in alimento quasi aliud agens flatus excitet: igneus & febrilis in materia crassa, aut aquosa. Is autem qui spirituum inopia, aut qualitate frigida paucus est tum in febre, tum extra febrem ex omni humido, in quod quadamtenus agere potest, flatus commouet. De his ita instituit præsagium. Ab alimento & humoribus, si liberè erumpant, parum noxæ afferunt. Retenti cum excrementis plurimum nocent. Nam frustra tentata à superiore parte contractione natura retrocedit & contrario motu ab inferioris excrementa, bilem, & flatus sursum propellit, unde cephalalgia, vertigo, & similes affectus sequuntur, sæpe etiam spirandi difficultas ab oppressione diaphragmatis. Exclusio verò libera ostendit calorem vegetum, materiam obsequiosam, & meatus liberos. Retentio itaque praua est, vt causa & signum. Causa quidem tum superiorum symptomatum per recursum ad superiora, tum aliorum multorum in ventre, qualia sunt dolor à tensione, & intemperie: tormina ab acri humore cum flatulento spiritu coniuncto & intercluso: dolores circa vmbilicum propter anfractus tenuis intestini sensus vegetioris: circa lumbos propter cæcum & colum, neruaceaque corpora, quibus colum & renes inter se: renes verò lumbis alligantur. Concalescens etiam materia crescit & quasi fermentatur. Vapor autem exhalans partim sursum recurrit, partim agitur in se per anfractus intestinorum reciprocatur. Attenuat ergo partes alias item crassiusculas calor, atque ita dilatat & inflat ventrem, dum, vt Hippocrates loquitur, *πνευματώδεια*, id est, vt ita dicam, humor spirituat, unde *φυσώδεις*, *πνευματώδεις* & *πνευματοδέντες* ægri dicuntur Hippocrati de diata in morbis acutis & in Prorrhethico, vbi *φυσώδεις* fieri scribit ab humoribus substantia aquosis, & flatulento spiritu, non autem à bile. Illic verò duplicem facit inflationem, collecto in quibusdam cavitatibus sensui expositis flatuloso spiritu, aut per totam carnem & musculos minutatim disseminato. Hi ergo sunt effectus flatulenti spiritus in ventre interclusi & retenti. Signum verò est stipationis meatum, materiæ indomitæ ac flatuosæ, imbecillitatis excreticis, aut, quod lethale est, resoluti caloris natiui in intestinis & mesenterio. Quare si ab humore tantum oriuntur, aut à refrigeratione minimè fixa & confirmata, aut ab obstructione meatum, liberantur ægri ænemate, purgatione, fotu, balneo & similibus. Sin ab intemperie hætica intestinorum, quæ flatuum generationem continenter molitur, & genitis exitum intercipit ob infirmitatem, in hydrope moriuntur per Aphorismum, Quibus tormina adsunt, & circa vmbilicum cruciatus & lumborum dolor, qui neque medicamentis neque aliter soluantur, in siccam hydropem firmatur. Scirrhus quoque, aut cancer, aut abscessus in intestinis huius mali causa

4. de diet. in acut. 3. Prorrh. 6

4. Aphor. 11

esse potest. Quod non solum κικδν, sed etiam lethale causâ difficultate, & symptomatum vehementia. Fiunt etiam flatuosi spiritus à bile feruente, præsertim in venis, vnde tamen ventris tumor oriri non potest, sed aurium tinnitus, oculorum caligo & similia. Nam crassos & contumaces spiritus esse oportet qui tumorem faciant.

VII.

Κοπιώδεις, λιγυρόδεις, κατόχοι, κικδν.

Lassati, singultuosi, stupore occupati, malum.

Lassitudinis sensum ferè comitari febrem ardentem, & quæ acuta ex multa materia cruda accenditur, iam antè dictum est. λιγυρόδεις autem seu singultuosi fiunt repleto aliquando ventriculo & oppresso, vel qualitate commotso eius orificio. Ita ebris, pueris gulosis, & aliis etiam sine febre excitatur, vt Aristophani in conuiuio Platonis. Febricitantibus autem id accidere potest, vitio in eam partem collecto. Ferè tamen inflammatione graui hepatis id accidit. Propterea scriptum ab Hippocrate in Aphorif. In inflammatione hepatis singultus malum. Celsus autem hoc modo. Frequens singultus præter consuetudinem continuus iecur inflammatum significat. Id quod sæpius licuit experiri, quemadmodum & quibus intestinum nimium prolapsum est reuulso intestino. In febribus singultus ferè lethalis commouetur à vomitione, ab ileo & inflammatis intestinis. Hoc enim accidit malo præfagio, siue id fiat reuulsa interiore tunica ventriculi, siue ichoribus, aut bile refluente in stomachum, quod in hepatis inflammationibus fieri par est. Quamquam consortio tenuium neruorum, qui ab hepate ad stomachum pertinent, videtur attribuisse Hippocr. i. Epid. & Galen. At materia, quæ aliunde regurgitat in ventriculum, irritat quidem aliquando, nonnunquam vel inflammatione gignit, vel erysipelas. Fluitat aliquando, nonnunquam corpori stomachi imbibita est. A singultu Hippocrati πυρετός λιγυρός, in qua eiusmodi casus ferè cõtinuatus est, & vnà cum febre remittitur atque increfcit λυγρός, λυγρός & λυγρός dicitur ασπιδωδης κένσις σμήχης. κατόχοι Archigenes & Philippus medici vicinum posuerunt sopori, quod κικδν βαθόν profundum somnum & grauem vertunt. Differt tamen κατόχοι à sopore graui, quod hîc clausi sunt oculi resolutis ferè immodica humiditate partibus, quæ affecto cerebro consentiunt. In catochis tensi, fixi & aperti manent oculi. Vtrisque commune est, quod nullis artibus excitari possint. In comate subtumida facies pallet. In catochæ ferè similis sanæ, nisi quod color is, quem αιδηρόν floridum & βερυθρόν admodum rubetem dicunt. Vidi aliquot ægros simpliciter catochæ captos. Vidi & quibus modò aperti tensique essent oculi, modò graues, clausi cum stertore & difficili spiritu. Vidi qui comate, epilepsia, conuulsione, & catochæ mutatis vicibus teneretur. Simplex virum robustum rapuit. Ac neminem vidi præter vnum eo malo liberari. κατάληψις alij appellant, quidam etiam αφωνίαν. Alij per τὴν φλεβὴν καὶ πνευματικῶν ἀπόληψιν κατόχοι & κατάληψιν intelligi volunt, idque fieri melancholico sanguine crassiore incluso venis vias spiritus interceptiente. Nos in anatomia eorum, qui catochæ periissent, maiores venas, quæ recta decurrunt à posteriore capite ad sinciput plenas concocto crassoque sanguine vidimus, & posterius cerebrum serosa materia occupatum. Atque reuera in hoc malo posteriora affici magis, veteres medici putauerunt. Galenus meminit cuiusdam condiscipuli, qui ex hoc, sed leui malo, vt scribit, euasit. Nam in omni genere morbi hic grauior, ille leuior est. κατόχοι sunt, qui in Prorrh. interpretantur firma stabiliâque vitia, qualis reuera κατόχοι est. κικδν ergo melius, quam κικδν dicitur. Hippocrates in lib. Sent. & Diocles in Prog. αφωνίαν, Praxagoras καθόδου, Antigenes Cleophantis αιδησίαν, Asclepiades catalepsim, Philippus catochen, alij cum lethargo miscuerunt.

in Prorrh.

in Prorrh.

Hæc symptomata & variis de causis fiunt, & in variis partibus, nec alia aliorum consequentia esse videntur. Itaque inter ἐπιεργασίην annumerari debent. Singultus enim orificij ventriculi veluti conuulsus quidam motus est, quo expellere conatur, quod sibi molestum est. Lassitudo verò totius corporis, aut extremarum partium est affectus ἐκ κόπῳ, vnde febres κοπιώδεις, de quibus antea: catochæ verò ipsius cerebri. Certum autem est, quod plures partes & facultates læsæ fuerint, eò in maiore periculo ægros versari. Cum itaque ex signis quædam morbi naturam, alia malignitatem ostendant: alia ægrum perniciosè aut contrà, habere denuntient, hæc in postremo genere continentur, collecta ex obseruatione particulari in ægro aliquo, nec ad vllum genus artificiosè reuocata, vt in præceptis fieri debet. Nam qui hoc modo, quæ in singulis ægris apparent, scribere aggressus fuerit, in infinitum opus producet. Tentabimus tamen, num generale quid ex his possit elici. Febres laboriosas ἐκ κόπῳ fieri constat, id est, ex lassitudinibus vel propter infueram exercitationem à cacochymia, in qua si quis etiam parum moueatur, tenfius sit sensus, vel vlcerosus. In febribus autem acutis præfagiendum periculum ex causæ magnitudine, aut symptomatum vehementia, aut virium infirmitate, prout febris hoc vel illo magis vrget. Ea autem sunt in febre laboriosa materic copia, quæ in vicinis aut debiles, aut nobiles partes diffunditur ac redundat à corporis habitu, si febris maligna sit: deinde virium infirmitas, quæ in vtroque genere magna est. In priore enim ob vehementem motum vires resolutæ sunt: in lassitudine spontanea oppressæ à copia & cacochymia. Ab his itaque duobus imprimis metuendum. Quare quæ symptomata superueniunt, si alterutrum horum, aut vtrumque vel faciant, vel augeant, vel ostendant, ea magis lethalia sunt, quam in aliis febribus. Talis autem est singultus in febre laboriosa. Nam siue fiat à cibo & potu intempestiue sumpto, siue à resudatione tenuis & biliosi feri è cacochymia vasorum in ventriculum: siue ab inflammatione, vt hepatis, aut insigni vacuatione & resiccatione, à nimio motu, causam febris laboriosæ auget, auctam ostendit, & vires iam infirmas laboriosa concussione planè prosternit. Nam quomodocunque singultus fiat, magis periculosus est in deiectione virium, vt in senibus, quam in aliis. Perinde est igitur ac si diceret, Singultum in febribus cum infirmitate virium coniunctis qualis est laboriosa, malum esse, vel potius lethalem, siue spectes causæ ipsius singultus magnitudinè, siue symptomatis vehementia. Nam hæc sola satis est ad interficiendum ob violentam concussione quæ auget id, vnde maxime nobis metuendum erat. Siquidem ægrum somno, & naturam quiete priuat, quæ lassitudinis remedia esse solent, in qua solius cibi aut potus intempestius vsus lethalis est accedente ad oppressionem aut deiectione virium nouo onere, nouaque oppressionem, & inde cruditate. Ostendit enim Galenus in historia Philistis ex potu interdum ita magnum & validum affectum fieri, cuius apparatus antecesserat, vt breui hominem rapiat, & in historia hominis illius, qui cum incalisset, cenatus est, bibitque liberalius, vnde primo mortem esse sequutam, licet exigua ab initio febris esset, & parua ob temerè, & citra occasionem exhibitum cibum, præsertim liberaliorem. Si itaque ab hac causâ, quæ omnium minimè periculosa est, singultus lethalis est in febre laboriosa, quanto magis si à materiæ ad interiora confluxione, aut inflammatione in hepate, ventriculi aut intestinis, aut immoderata vacuatione & siccitate? Quod si veterum more catocha interpretaris, artificium magis patebit, nempe non quæ Catochen vocatam inferant, sed quæ illi dicebant, τὰ βεβαίως ἰδουμένα καὶ οἷον κατεχόμενα νοσήματα καλεῖσθαι κατόχοι, morbos stables firmosque, & veluti hærentes appellatos esse nosmata, catocha, vt λιγυρόδεις κατόχοι dicantur, in quibus singultus continuat firmusque est, & veluti hærens, non momentaneus & à leui causâ, vt flatu bis aut semel excitatus. Sic Galenus cum singultum ab inanitione immedicabilem dixisset, à repletionem interdum facile solui scribit aut secantibus & abstergentibus, quæ sunt infarcta, aut vomitu acris & rodentis humoris, qui singultum mouebat, haud secus atque piper ingestum. A quo

Comment. 3. in 1. Epid.

4. de dietâ in acutis. 69.



singultu facile sanabili febris non dicuntur singultuosa. Interdum verò singultus perimant diutius, vel etiam per totum morbum simul cum febre ingrauescit, nec remittit quicquam, quomodo verè singultuosa febris appellatur. Quam Hippocr. sanari vult per sudores iudicatorios, somnosque æquales & vacuatas vrinas, tum crassas, tum acres, aut in abscessum firmari, qua ratione quoque laboriosa febris soluitur. Si verò Catochen vocatam accipere placuerit, nihil habet commune cum singultu sed est accessio grauis mali ad graue malum, & alterius facultatis oppressio: cum febre verò laboriosa ostendit ex defatigatione & exercitatione liquatos in cerebro humores, deinde intercepto spiritu animali, aut vitali concretos in maioribus venis à posteriore capite ad synciput, aut si lassitudo sit spontanea, copiam in caput redundare, quæ venarum interceptionem fecerit. His enim duobus modis sanguinem concretescere Hippocrates docet quarto de diæta in acutis. Hanc autem concretionem in venis continentem causam putamus catoches, tum quia ex anatomia id patet, vt docet Hollerius, tum quia id symptomata testantur, cum in catoche facies sanæ similis appareat, oculi tensi atque aperti, ac totum corpus ligni instar rigidum & erectum, aut eodem statu manens, quo deprehensum est. Superiore anno cum D. Valleriola viro doctissimo & humanissimo, pauperem vidimus senem, exuccum & extenuatum hoc malo raptum, qui mensæ accumbebat apertis oculis, erecto ac firmo corpore, manu dapibus admota, vt viuere & prandere mortuus videretur, & ita rigidus, vt collum à me torqueri vix potuerit. Ex quo patet posse quidem, non tamen semper fieri à copia sanguinis, quod Aëtius voluisse videtur. Sed de his alio loco. Nec verò repugnat, quod Galenus catochen à siccitate fieri scribit. Nam siccitas per se causa efficiens non est, sed fit à frigore densato humido, aut à calore resoluta eiusdem tenuiore parte, aut à concretionem per plenitudinem, vel caloris liquantis absentiam. Cum igitur causæ laboriosarum febrium, ita affectæ fuerint, vt cerebrum & ventriculum hoc modo coafficiant, vult Hippocrates, earum vim ad extremum mali gradum peruenisse. Vbi etiam obseruandum causas externas conferre ad præsagium, quatenus iuuant diagnosim, & sunt occasiones, per quas apparatus ad morbum in corpore antecedens in actum educitur vel augetur. Quomodo intelligendum est, quod Galenus scribit initio Prorrhæti, In febribus laboriosis à causa externa capitis dolorem & similia, nullam habere vim in præsagiendo, nimirum si sola sint sine affectione antecedente in corpore. Præterea & illud, In febribus laboriosis cruditates in ventre potissimum subesse, & in venis ab humorum multitudine & virium infirmitate: in toto verò corporis habitu bilem contineri propter labores. Ab his fieri sympathiam cerebri, ventriculi & hepatis. Singultum verò esse & causam, & signum pessimum, tum per se, tum in his. Docet quoque Hippocrates in plenitudine magna, copia venas oppleri, & prohibita transpiratione sanguinem corrumpi. Illinc spirituum interceptio, & sanguinis concretio, vt in catoche: hinc acris fluxio, dolor, intestinorum morsus, & ventriculi, vt in singultu.

4. de diæta in acutis.

VIII.

Ἐκ νότου πυκνήσι καὶ λεπτήσι φελκυσιν ἐφιδρῶντες, διαφοροί.

Qui frequentibus à dorso, leuibisque horroribus desudant, difficili morbo laborant.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Qua ratione à dorso magis rigor, horror, frigus moueantur, iam antea expositum. Frequentes autem horrores & paruos ex pauca quidem, sed sepius eò concurrente materia fieri par est. ἐπιφωσιν virium imbecillitate contingere verisimile est, vt in hoc quoque concursu δισφορέων. Nam nõ aliter imbecilla virtus premitur pauca materia, quam robusta valensque multa. Vtrinque ergo δισφορέα.

DESID.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hinc Aphorismum exposuimus libro I. In Prorrhætico ita scribitur. Ex dorso frequentes horrores celeriter in aliam transeuntes conditionem, implacideque, vrinae interceptionem cum dolore indicant. Galenus vult ex his omnibus vrinae suppressionem significari. Ex quo perspicuum est, sequentem Aphorismum huius esse alteram partem. Horror autem ille symptoma est phlegmonis iuxta lumbos in rachite, vel eius membranarum, vel vtriusque, cuius participatione vrina interceptitur cum dolore. Potest quoque huiusmodi horror, qui semitertianarum periodicus non sit, in aliis partibus suppurationis esse nota: sed ab illis non à dorso incipit, licet in dorso sit molestior. Est autem frequens ac celer subita & inæquali caloris contractione, & materiae suppuratae aut vaporis partes sensibiles vellicantis acrimonia. Sed de his omnibus satis copiose dictum est antea, sicuti & de leui sudatione, quam ἐπιφωσιν vocat, & de anxitudine. Illa fit naturæ oppressionem, partium solidarum resolutione, spirituum agitatione & expressione: hæc vitio ventriculi cum nausea: incendio in visceribus concepto, & naturæ infirmitate siue nausea. Ab hoc symptomate, cum paulò grauius fuerit, febres dicuntur ἀσώδεις, in quibus egri ἀσώδιστα, id est, grauius afficiuntur, & implacide habent. Difficile autem ferre (ait Galenus) consequitur interdum quidem fortem febrem æstuosamque: sæpius quoque & stomachi malitiam.

Aphorif. 8. 9. 10. & 11. 2. Prorrh. 43.

4. de diæta in acutis. 47.

IX.

Οὐρὰ ἀποδληψίς ἐπόδων σημαίνει καὶ τὸ ἐφιδρῶν τῆσδε κακόν.

Vrina intercepta dolorem significat: de sudare iis malum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

ET hoc quoque prius satis expositum. Id autem magis fiet inflammata vesica, & inde vrina intercepta. Inflammatione enim in gangranam abeunte tenuis sudor moueri solet, à quo mors in breui expectanda est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Cum superiore coniungi debet, vt ex Galeno docuimus. De interceptione vrinae tum communicata inflammatione rachitis, tum ab aliis causis dictum est libro primo, nec repetitione est opus. ἐπόδων inflammationem significat, sicuti dolor ἰσχυρῶς, id est, σφαιχρῶς δυσλῦτος firmatus, & qui ægrè auferris potest cum febre acuta phlegmones nota est in ea parte, cui inest, vt in latere, vesica, hypochondrio sæpe in Prognostico & Prorrhæticis. Potest etiam aphorif. generalius sumi, vt ex suppressione vrinae colligamus dolorem, vt nephritum, calculum, aut obstructionem in meatu urinario, aut conuulsionem affecta vesica, si dolor capitis adfit, aut vrinae stillicidium, aut partium circumpositarum inflammationem, vt podicis, intestini recti, vteri, de quibus in lib. de vrinis agitur.

X.

Τὸ παρ' ἑγὼς ποιεῖται τι, οἷον προθυμέαθαι τι ἀρότερον μὴ εἰθισμένον ἢ τῶν ἀσθενῶν, πονηρὸν καὶ πλυσίον παρακοσῆς.

Facere quid præter consuetudinem velut instituere, velleque ea qua prius non consueueras, aut contrarium iis, qua fuerant consuetata, malum est proximum dementiae.

Tanta vis est consuetudinis in morbis, vt quæ alioqui mala sint, si tamen pro consuetudine fiant, mala non sint. Dormire in ventrem, hiantem ore, apertis oculis, stridere dentibus, manum admouere ori & naribus, iactare corpus, omnia mala

mala sunt, quæ si ægro per integram valetudinem consueta sunt, nihil adferunt ad prælagium. Sic hominem loquacem, taciturnum fieri, aut contra moderatum, ferocem & iracundum mutata consuetudine malum est. Sunt alia plurima notata in Prognosticis & Prorrheticis, quibus sermo hic confirmari possit, & in locis prælagij notatur in Epidemiis, quo loco compendiosè perstringit Hippocrates vnde prælagia deducantur. ἢ τὸ ναυτιοῦ, hoc est, non facere quod consuevit, vt qui liberorum aspectu delectabatur, aut qui de re familiari sollicitus erat, omnia negligit & similia. πλυσίου ὄραση quia sic interceptum, aut perturbatum iudicium intelligas. Est autem ὄραση delirium, quod vigore febris commouetur, quod & ὄραση & ὄραση προήσαι & ὄραση ἔχουαι solet appellare, vt à Phrenitide perpetuo delirio distinguatur & insania, quæ ἀγρία δρασάδης, μανιάδης.

DESID. IACOTII COMMENT.

**N**aturam duplicem Hippocrates constituit, communem omnibus qua homo à cæteris animantibus distinguitur, & cuiusque propriam, quæ indiuiduum ab indiuiduo distinguit corporis lineamentis, moribus tum insitis à natura, tum consuetudine & doctrina comparatis, gestu corporis, vocis ac sermonis energia, & sensuum iudicio. Ex viraque prælagium captandum docet primo Epid. ἐν τῇ κοίτης φύσει ἀπαύτων καὶ ἰδύς ἐκείνης, ex communi omnium natura, & cuiusque propria. Et in Prognostico in signorum omnium obseruatione ægrum cum seipso comparandum iubet. Nam axioma generale est, Quæ naturæ simillima, maximè salutaria; dissimilia maximè lethalia. Ad hanc naturam propriam pertinet consuetudo. Abit enim in naturam, vt ipsemet docet de aëre, locis & aquis, & Aristo. 2. Metaph. μέγα μὲν τοῦ εἶδος ἐστὶν ἐκείνης: φύσις γὰρ ἡδὴ γίνεται: & 2. Eth. εἶδος fit in tempore ἡδὺς ac tandem natura Heraclitus verd ἡδὺς ἀνθρώπων δαίμων. Hoc igitur in vniuersum spectat Aphorismus, vt propriam naturam & consuetudinem ægri consideremus, cuius mutatio multum & repente facta periculosissima est, vt signum & causam. Quorum symptomatum & malorum causa sit mutatio repentina in motu, cibo, somno, vigilia, cubitu, otio, negotio, docet Hippo. de diæta in acutis: & Galenus de sanitate tuenda prohibet à mala consuetudine discedere si non obfit. In Aphorismis, Imbecilliores multo melius facere & pati, quam robustiores, si sint afflicti. Consuetudo enim valida res est, atque etiam violenta, vt pote quæ sepe numero vim naturæ inferat. Non igitur sine periculo mutari potest. Hic consideratur vt signum eadem ratione. Nam si mutatio periculum denuntiat: mutata iam euenisse ostendit, nec sine graui causa & valida naturam propriam in corpore, mores in animo mutari, magnamque morbi vim esse oportere, qui hominem alium à seipso fecerit. Si quis itaque suapte natura compositus & modestus durè aliquid, aut immodèste, aut crudeliter loquatur, faciat, vel respondeat, morbi periculosi signum est, & phrenitidis aut iam præsentis, aut paulò post futuræ. Iam enim simul cum corpore læsa mēs significatur. Signa autem pathognomonica affectus alicuius incipientis, prognostica sunt perfecti & absoluti, vt Galenus tribus locis docet in Prorrhético de phrenitide agens. Sic Hippocrates in Prorrhético, Ex composito modestoque homine ferox responsio mala. At contra, in feroci & proteruo modesta & composita responsio, cataphoræ, vel lethargi metum affert. Idem iudicium de mutatione consilij, instituti, delectationis, & morum dissimilitudine quam voce παρ' εἶδος expressit. In vniuersum autem phrenitici, antequam videantur esse, à perito medico deprehenduntur duobus signorum generibus, quæ multa particularia continent variis locis ab Hippocrate posita. Prius est, ἀπασῶν ἢ προαρετικῶν ἐνεργειῶν ἀλόγως πλεονάζουσαν ἢ ἐλλειπύουσαν τὰ ὅσα ἐν τοῖς φρενιτικαῖς συμπτῶσι. Voluntaria omnis actio præter rationem vel exuperans, vel deficiens, & in qua decorum non seruatur, inter phrenitica signa numeratur. Spectantur autem huiusmodi actiones aut motus in manu, crure, capite, spina, sermone, voce, respiratione. Si quis itaque manus, indecorè moueat, crura in lecto admodum contrahat, aut prouiciat, aut in ventrem iaceat præter consuetudinem & sine conuulsione, vel dolore in ventre, id phreniticum est. Hippocrati dicitur in Prognostico

2. Prorrh. 9.

1. Prorrh. 6.

αποπος

ἄποσ· κατάκλις inhonesta & absurda cōpositio corporis in lecto. Si quis item frequenter sputet sine necessitate, manus, aut crus dimoueat præter rationem, aut surgere indecorè, aut lectum commutare velit, aut magnum & rauid spiret, aut totus à seipso mutatus in moribus videatur, aut turpia loquatur, mens læsa est. Hæc duo Hippocra. dixit παρ' εἶδος, & ἀγρομυθίῳ ἰχθυῶς, & τοῖσ' ἑὸν' quarto Epid. & in Prorrhético, mores mutare & turpia ac obicæna loqui præter cōsuetudinem. Alterum genus est ἀναδησία sensus vacuitas in animo. Est enim duplex, vna in corpore à resolutione, in qua compuncti ægri non sentiunt integra mente, altera in animo non adueitente species impressionum, neque doloris aut morbi vim in corpore percipiente, licet æger punctus sentiat, de qua vniuersale etiam theorema veteres medici posuerunt, in quo duplex modus huius erroris in sensu continetur, ἢ ἢν αἰδὴν ἢν αἰδὴν ἀνομιῶν, καὶ τοῖσ' ἑὸν' οὐδ' ἄν' ἰσχυρῶν γιγνομέων παλάμης, ἢ ἢν μὴ αἰδὴν αἰδὴν εἶδα δὴ καὶ ὡς τας, vel quia quæ sub sensum cadunt, non sentiunt, quanquam cum dolore sæpe fiant: vel quia, quæ sub sensum non cadunt, sentire videantur. De quo Hippocrates, Qui parte aliqua dolentes, dolorem non sentiunt, us mens ægrotat. Sic multos videre licet morbo lethali teneri, qui si interrogentur, se nihil doloris sentire aiunt, & bene valere putant, sine vlla verborum obicænitæ, argumento manifesto læsæ mentis. Huc referri debet vigilia παραχρῆδης turbulenta, cum per visiones (ait Galenus) vel exclamant, vel exiliunt ægri, & vix familiares agnoscunt. Nempe propria hæc est phreniticorum. Sub his itaque duobus generibus infinita penè alia phrenitidis incipientis signa particularia continentur, de quibus multis locis agitur in hoc opere.

3. Prorrh. 16

XI.

Τὰ ἐν πονηροῖσι σημεῖοις, καφίζοντα καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἐνιδδόντα, δύσκολα.

*Qui in signis prauis leuius habent, quiq; in bonis non agunt, melius, difficili morbo laborant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**C**onsonat huic sententiæ, quod in Prorrheticis scribitur, τὰ ἐλθέτω ἀσήμεος φρασῶν ἡσάντα δαύατον σημεῖνα, hoc est, pernitiosa sine signis leuantia mortem significant. Et quod in Aphorismis, τοῖσι μὴ ἦν λόγον κωλύουσι δ' εἰ πιστεύει, εἰ δὲ φοβείσθαι λίλυ τὰ μυχθῆρα γινόμενα ὄραση & τὰ γὰ; πολλὰ ἢν τοῖσ' τῶν ὄρα ἀβέβαια. Et in fine Prorrh. ταῖς ἐπὶ ὄρα παρ' εἶδος ἀκρίτως ἢν μωλιωθῆντα φλαύρον, hoc est, Dolores circa aures, qui sine signis iudicialibus paulatim dissoluuntur, mali. Galenus verius dictum si εἰ ἀφνης, aut aliquid, quod derepente euanuisse significet. Sic & aliis locis hoc idem inculcat Hippocrates. ολέθρια ergo vel de ægris pernitiose habentibus, quod sæpe inuenias in hoc opere, & in Prorrh. vel de morbis & accidentibus dixit. ἀσήμεος autem, quod in Aphorism. ὄραση & ἀκρίτως est hoc loco è signis pernitiosis leuius habere, & è bonis non habere commodius. Itaque Hermocrati 3. Epid. in febre ardente & hepatis inflammatione morbo lethali, vnde vigesimo septimo robustus iuuenis mortuus est, cum superioribus diebus grauitè habere, vnde decimo omnia leuiora visa sunt, sed ἀσήμεος. Nulla enim excretionè iudiciali mota leuius habere visus est Ideo paulò post κώμα & alia proriata sunt. 14 absque febre dormiuit, mente constitit, verum ἀκρίτως. Scribit enim Hippocrates in descriptione decimi quarti non sudasse. Propterea decimo septimo reuerfa febris & alia. Rursus vigesimo iudicatus sine febre non sudauit. Vigesimo quarto omnia irritata vigesimo septimo obiit. Alia historia in Prorrh. & Epid. quas experientia quotidiana corroborat. Itaque siquidem febris, deliria & alia subblata videantur, quia tamen neque vacuatione critica, neque coctione; abscessu, aut μεταπήσει in leuiorem morbum, omnino suspecta esse debet morbi remissio

2. Aphorif. 24. 28

missio. Hoc enim *πρὸ λόγου, & ἀσπίμω, & ἀκρίτως*. At si antegressis signis coctionis & aliis salutaribus die critico perturbatio moueatur & acerbis illucatus eius perturbationis, non oportet deterreri. Neque enim morbi vis ita fuit, ut inde ea excitentur. Et si qui antea sitiebat vehementer, iam non sitit nulla praeunte vacuatione vel abcessu, vel remediis artis, *πρὸ λόγου* id fit, multo magis si lingua scabra est, si urinae mala. Delirij enim signum est, unde *φρενητικοὶ βραχύποδοι*. Ac rursus si sudor multus, aut haemorrhagia moueatur, neque inde remittit febris & eius symptomata, multo magis si die critico id fiat, *κρίσιμα* enim *μὴ κρίνοισα* mala. Abscessus quoque, ut parotides, si repente euanescent, *πρὸ λόγου* euanuisse dicuntur, si nulla tum mota excretionem, materia videlicet aliò deportata & inde vacuata euenerint. Alia multa, quae ad rem pertinent, inuenias in historiis Epid. & Prorrh.

DESID. IACOTII COMMENT.

3. Prorrh. 17

**Q**uia preclara est, & vtilissima huius Aphorismi sententia, primum *δπ*, deinde *δπ* persequemur. Duplex est conclusio: idem tamen vtriusque sensus, hoc modo: Si aeger leuius habere videatur manentibus prauis signis, vel, ut Hippocrates addit in Prorrhethico, pernitiolis, non est fidendum. Nam si quae manent signa in falso credita morbi remissione, tantum praua fuerint, reuertetur morbus, non tamen interficiet: si vero pernitiola, pro maiore aut minore malignitate, quam praemonstrant, vel interficiet, vel non sine periculo & insigni excretionem absoluet aegrum. Altera est, si qua bona signa inciderint: ut urinae meliores, sitis, delirij, aut iactationis remissio, haemorrhagia, sudor, expectoratio iusta in morbis pulmonis & thoracis, neque hinc aeger melius habeat, morbus difficilis est & periculosus. Idem scribitur locus citatis ab Hollerio ex Prorrhethico. In Aphorismis generalibus. Non, siquid in morbis acutis fiat praeter rationem leuius, fidere oportet, nec turbari, si quid temere grauius acciderit. Istius modi enim multa sunt incerta, nec durare diu, aut perflere solent. Quasi diceret, neque bonis signis credendum esse, si *ἀσπίμω, πρὸ λόγου, vel ἀκρίτως* inciderint, id est, sine signis coctionis, & sine crisi consentanea (nimirum idem quod hoc loco significans: cum signis prauis morbum leuari, & cum salutaribus nihil remitti) neque vereri oportere, quae praua & grauiua apparent imperitae multitudini, ut quae in perturbatione critica materiae motu, vapore, & acrimoniae incidunt, natura ad excretionem illius properante, qualia causam firmam & stabilem non habet. Galenus in Prorrh. exemplis rem illustrat. Adolescens in febre laboriosa & miti, ut videbatur, quarto die urinas tenues & nigras reddidit cum falsa remissionis specie, ut lauaret. Die septimo vesperi cum febre coepisset, contabescit obiit. Cuidam etiam hepatico in febre exigua remissio tertio die coigit, ut plane liberatus videretur, cum urinis tenuibus & aquosis, ex quibus infirmitatem hepatis manere Galenus coniecit repugnatis ceteris, & hominem liberatum falso credentibus. Septimo rediit morbus. In illo pernitiolum signum fuit urina tenuis & nigra, praesertim quarto die. Inde ergo mors sequuta est. In hoc prauum tantum, urina videlicet tenuis & aquosa, ex qua reuersus est morbus. Eodem modo in Hermocrate febris desit, quibus maxime diebus natura materiam aggressa & coctione aut excretionem tetara augeri debet resoluta ferè natiuo calore. Contra vero ponamus quieuisse in febre ardente sitim, quae paulò ante inexplebilis fuerat, sine excretionem, aut artificio medici, manente febre cum lingua sicca & aspera: vel mens aegrotat, vel extincta est facultas sentiendi in ventriculo. Sitis enim (ait in Prorrhethico) quae non ex ratione in acutis morbis soluitur, mala est. Idem iudicium de excretionibus copiosis, quae non decernunt, ut haemorrhagia, quae resolutionem hepatis aut splenis sequitur, aut *πέρκρσιμ* morbo crudo & forti naturae impetu concurrentibus. Praeterea de parotidibus suppuratis manente in corpore cruditate, & morbis thoracis atque pulmonis, in quibus materia cito & expedite expectoratur, neque doloris remissionem affert. Horum omnium ratio sic habet. Affectus non tollitur nisi sublata, aut edomita causa. Id autem fit coctione aut excretionem, aut abcessu, aut medici artificio. Sine his ergo nulla morbi

morbi alleuatio tuta est. Rursus si cum excretionem copiosa non remittit morbus, vel materiae copia subest, quae semel atque iterum exhausta non potuit: vel eiusdem continens generatio, aut attractio: vel partium in sua minima naturalia resolutio aut dissolutio. hinc duplex quaestio, An aliquando etiam signis coctionis diffidendum: deinde quomodo manente morbi causa morbus eiusque symptomata remitti queant. Dubitationis causa est, quia postea Hippocrates damnat urinas repente coctas, & in Philisco morti proximo urinae melioris coloris apparuerunt. Experientia testatur multos interire cum urina salutaris. Ac certe coctionis etiam signa fallunt, ut cetera, si *πρὸ λόγου* appareant, neque Hippocrates absolute & semper exeuntium coctiones bonas dixit, sed *πᾶσιν ἐπιπνεύσιν* omni ex parte tempestiuas addidit, id est, ut in libro de Urinis probamus, si verè cocta sint, quae exeunt, & ab eo humore secreta, qui morbum committit, si gradatim, ordine, ac sine interruptione talia appareant. Etenim in materia inaequali, aut viuo partium cocta coctionem tantum ostendunt in his, ex quibus secreta sunt. Ob id libro vndecimo huius urinae damnat, quae repente, praeter rationem, & parum coquitur: in Prognostico, quae intercisa est: in Epid. quae ex perniciosissima subito in meliorem mutatur. Natura enim particulatim qualitates introducit, nec quicquam repentinum vel patitur, vel molitur. Per media namque fit motus ad extrema, ut scribit Aristot. & ratio confirmat, quia fit & actio, & resistentia. Praeterea (ait Aristoteles) *ἡ φύσις αἰτία πᾶσι πράξεως*, natura causa ordinis omnium. Per gradus agit, certis temporibus mouet, diebus criticis, quod coctum est, aut proferit, aut excernit. Huius ordinis mutatio materiae vim malignam ostendit, cui dominari natura non potest, aut errorem aliquem aegri, vel medici, aut *νεκρωσιμ*, in qua nulla sit naturae & morbi *ἐφοδ*. habet enim *ὄρμω* impetum quandam, quo ad coctionem & excretionem incitatur. Is extinguitur simul cum calore, aut cum amplius vno tenore, aequabilique ratione mouere non potest. Tum igitur omnia leuiora videntur, ut cum in sphaelismo dolor & febris remittuntur calore naturali ablato, extincto, aut corrupto. Haec itaque fiunt interdum natura extremos conatus edente: interdum eadem cessante, quae pra infirmitate non agitat materiam, cuius interim vis malefica paulatim accrescit, ac dissoluta, totaque substantia naturae contraria, vel mediocriter habentem necat. Ex quibus alterius quaestio solutio perspicua est. Natura autem non agit, vel quia extinguitur, ut dixi: vel etiam, quia obiectum est *ἀμεταβλητικόν*, ut vitrea pituita: aut *ἀπέπρωτον* incoctile, ut venenum, quod calore agente fit deterius. Sic virus canis rabidi diu latet, donec per se auctum, vniuersum hominis temperamentum corruerit. Qua de re lege Galenum in 17. aphor. prioris Prorrhethico, & quae de Urinis scripsimus. Non solum itaque in agendis & sumendis *αἰ μεταβολαὶ φυλακτέαι*, mutationes cauenda (ait Hippocrates) nimirum *ἀθρόαι καὶ βραπίνες*, quae multum & repente fiunt, sed etiam in signis, & symptomatis, tum bonis, tum prauis, atque etiam in remissione morbi, nisi iusta causa appareat alleuationis naturae in coctione & excretionem materiae morbificae. Nam si miscescit morbus in prauis signis, recidua necessarè futura est: si in lethalis, interitus: quia dum natura nihil agit, humor perniciosus in corpore latens *βλαβλὴ ἐκτικτὴ καὶ ἀλυτὸν*, noxam in habitu & indelebilem impressionem facit, cuius symptomata post tractum aliquem temporis se subito proferunt.

XII.

*Οἱ ἐφιδρῶντες καὶ μάλιστα κεφάλῳ ἐμῶν ὑποδυσφοροκακόν, ἀλλῶς τε καὶ ἐπὶ ἔροισι μέλαισι, καὶ τὸ ἰσχυρόν ἐπὶ τῆσιν ἀνεύμα. κακόν.*

*Qui leuiter exudant magis e capite in acutis morbis subanxij, malum, tum alias, tum si urinae nigrae sint. Atque in iis turbidus spiritus malus.*

G

1. Epid.

Arist. 2. de gene. et corrup. 6. Phys. et de affectib. mixt.

6. Epid.

**C**oncurfus est accidentium, quæ in vno aut altero ægro annotavit. Addit autem *καὶ μάστιγα κεφαλήν*, quia, ut antè dictum est, *ἐπιφθορισ* est in toto corpore, nonnunquam in thorace & capite, aliquando circa claviculas, cervicem & caput: pessimè tamen circa caput. Reliqua prius exposita præter vrinæ nigras, de quibus postea, & *πνύμα θολερόν*, de quo in præsentia dicendū est. *πνύμα* igitur pro respiratione, ut mos est Hippocrati, audire oportet. *θολερόν* verò *πνύμα* non ita cognitum, quid velit Galeno, nisi vel *δυσώδες* graueolentem, vel *μεγα* magnam, vel *ἀτμός* vaporis plenum: itaque crassiores spiritum intelligas. Hæc enim sententia scripta in Prorrheticis & parùm intellecta interpretibus Hippocratis. Ac verisimile sit aliquod genus difficultatis spirandi hæc voce significari, sed præcipuè quæ imbecillis viribus contingit. Nam & sudor ille tenuis circa caput & alia, imbecillitatem virium ostendunt.

**H**æc syndrome trium principum facultatum oppressio in initio morbi, vel resolutionem in progressu denuntiat à febre vrente & maligna circa præcordia, unde certissimum mortis præsignum institui potest per Theorema illud, Expugnatis principiis, & ingravescente morbi malignitate nullam spem relinquere. *ἐπιφθορισ* ergo levis exudatio cum semper ostendat vel copia in sudantibus partibus, vel facultatis retentricis imbecillitatem cum partium solidarum in sua minima resolutione, & caloris nativi extinctione, si frigida sit, in capite certè signum perniciosissimum est oppressio facultatis animalis; aut resolutionis, aut syncopes præsertim in acuta febre. Nam in mitiore à copia humorum diuturnitatis tantum nota est. Addidit ergo ad vim & malignitatis gradum ostendendum in hoc signo *καὶ μάστιγα κεφαλήν*, circa caput, & *πνύμα* in acutis. Vitalis autem facultatis vel oppressio, vel potius resolutio ex tribus signis cognoscitur potissimum (quibus adde pulsus ab Hippocrate prætermisum.) Primum quia febris *ἀγρὸς* continua, celerissima, vehementissima in corde ab humore substantia tenui, temperatura calido, & qualitate acri, ut Galenus scribit in Aphorif. 10. comment. 1. Prorrh. Alterum est, anxietas, quæ vtriusque significationem conficit, & oppressio in incunte morbo à viscerum æstu atque incendio, aut inflammatione, præsertim si oborta sit citra ventriculi affectum, ac cum frigore, aut levi calore extremarum partium coniungatur: & fatiscens naturæ atque imbecillæ progressio iam morbo, cuius imbecillitatis gradus ad postremum vsque porrò promotus est, quod est, non amplius onus morbi ferre posse. Quod vox *πνύμα* expressit. Non enim resoluti valde iactari, & corpus variè dimouere possunt coincidente facultate motricæ. Quales (ait Hippocrates) febres graues & implacidae sunt, & hypochondria contendunt, iacentesque ægri sese continere eodem in loco nõ possunt, atque extrema omnia frigescent, absolutissima tum diligentia, tum custodia indigent, eosque ita degere oportet, ut nihil præter oxymel aquosum tangant. Quo loco describitur anxietas ab oppressione & ab initio morbi. A resolutione autem affectarum iam virium potius *πνύμα* paululum implacidi & inquieti sunt ægri, deficiente robore, cum frigore quoque extimatam partium. Sed hic ab extinctione potius, illic ab inflammatione magna viscerum, quæ ex crasis succis orta sit. Quod si vehemens fuerit frigus, virtutem valde imbecillam esse iam coniectura est. Tertium signum est *πνύμα θολερόν*. Quod cum multa significet, ut Hollerius ex Gale. docet, vel *ἀσμιόν* hic appellat, tam rarum & paruum spiritum, ut vix appareat, frigescente, & ad extinctionem properante vitali facultate, quo tempore frigidus ex naribus & ore expiratur, diciturque æger *βραχύπνευς* Hippocrati, ut in historia Psychionis, vel *ἐπὶ τὸ πνεύμα πάλιν ἀτμὸν ἐκπέμπει δὲ τὸ ἐκπνοῆς*, quia per expirationem multus & caliginosus spiritus exeat ex ore. In *ἐπιφθορισ* enim, id est, in dissolutione siue resolutione partium solidarum humiditatum duplex fit *ἐπιφθορισ* diffusio: vna exterior exeunte sudore, & foras effluente humido alimentario, ut in syncope.

4. de diæta in acutis. 47.

Comment. 3. in 6. Epid.

syncope: quæ per *ἐπιφθορισ* significat: altera interior, quæ per caliginosum spiritum cognoscitur. In cordis incendio & putrescente, vel humore in pulmone, vel pulmonis ipsius substantia talis spiritus apparere solet. Superest naturalis facultas in hepate & venoso genere, cuius etiam interneccionem ostendunt vrinæ nigrae, simulque morbum vehementer calidum & siccum, aut calorem planè extinctum. Nigrescit enim vrina vel per admisionem nigri humoris melancholici aut sanguinis crassi, ut in quartanis, lienosis, morbis longis, nephritide, suppressis mensesibus, aut hæmorrhoidibus, auriginè magna, idque periculo non ita graui, si tenues & alba præcesserint, copiosa & liberè fluat & cum alleuamento ægri: vel per adustionem ab incendio febrili, aut mortificatione partium & caloris insiti. Nam à frigore effectus idem, qualis & ab igne, arefactio, color ater, mortificatio. Quo pacto vrina nigra planè lethalis est, multò magis si & substantia, & contentis nigra sit, aut nigra & tenuis, quæ inflammationem internam testatur, & in qua omnes mortui sunt in Epid. præter Heropytum, qui inde seruatus est contra spem, quod constaret pulsus, appetentia esset inculcata, & respiratio integra: Quæ tria magnum momentum habent in omni morbo. Austeram quoque mulier inde euasit beneficio copiosi mensium profliuij agrè seruata. De quibus in lib. de Vrinis. Galenus scribit à sedimento nigro & solo multos euadere, à substantia & sedimento nigris se vidisse neminem. Est ergo signum duplex superantis febris, & victæ naturæ. Proinde in hunc Aphorismum, qui in Prorrheticis scriptus est, lethalem esse hanc vrinam ait etiã absque alijs signis: præsignum tamen valde confirmari, si cætera adiciantur. Causam addimus, quia signorum multitudo & consensus scientificam faciunt præsignationem. Ex vrina nigra tria colligi alibi docebimus humoris malignitatem: caloris ignei vim & vehementem impressionem, & venosi generis infirmitatem.

2. Prorrh. 4.

XIII.

*Ἄκρεια τὰ χυμὰ ἐπὶ ἀμφοτέρα μετέσπιντο, καὶ διὰ δὲ τοιαύτην ἀσπιρίαν.*

*Extrema corporis partes si celeriter in vtramq; conditionem permutantur: sitis quoque huiusmodi malum.*

**A**kræa dicit manus & pedes, nasi quoque extremum & aures molliculas, quæ in initio accessionum primæ frigescent, & rursus calent: *ταχύ* ut horæ intervallo vel celerius. Id autem fieri Galenus putat in malignis febribus, in quibus calor medio corpore sæuiens, & nativam caliditatem depascens frigida sæpe extrema relinquit. Attrahit enim ad instar cucurbitulæ, ac rursus dum se loco mouet & transpirat, extrema calefacit, ac tandem dissoluta exhalatione partes extremæ suo calore cassæ, nec iam aduentitio caliditæ refrigescent. In hac igitur misera conditione propinqua est extinctio caloris nativi. Potest quoque id accidere minori periculo, sed incipiti victoria naturæ & morbi. Dum enim intus febrilis calor sæuiens viscera naturamque oppugnat, extrema frigent. Sed aliquando naturæ viribus febrilis calor foras excluditur, sicque extrema calent. Rursus noua collecta materia quasi copiis morbus pugnam redintegrat, & qui fugisse videbatur, denuo pugnat, donec diu vtrinque commisso prælio vel extrema perpetuò frigeant, vel suo calori nativo restituantur. Atque vbi vehemens ea pugna est, & acutissima febris, in breui mors: rarius enim salus expectanda est. Quod si leuior pugna & morbus mitior, longitudo morbi ostenditur. Id quoque in multiplici affectione fieri potest; in quo periculum est, ne, dum hæc affectio oppugnatur, altera inualecat, quæ priore pugna fatigatam naturam opprimat, quomodo duobus hostibus propositis fieri consuevit. Quod autem subiicit *διὰ δὲ τοιαύτην*, eiusmodi sitis intelligitur, quæ celeriter permutat, & modò vehementer urget, modò remittitur, atque adeo extinguitur, idque improprie dictum videri possit. Nam manente eo vitio, febre scilicet æstuosa & media viscera occupante, qui

fieri possit, vt posito vitio, quod inde necessitate quadam consequitur desinat. Sitis enim inter propria febris astuosæ symptomata numeratur: itaque vel mens ægrotat, vnde phrenitici βραχύποτοι, vel languet vis illa, qua inopiam humiditatis, quæ sitis est, animal percutit, quomodo tertio statu pestilenti tertij Epid. ἀδύσαι δὲ πᾶν ἔτοι. Erant autem hi valde sine siti. Adiecit πονηρὸν quia variantes subinde extremæ corporis partes vim ignei caloris, imbecillitatem genuini ostendunt. Sitis autem incendium febris, commotionem mentis, languorem appetentis & sensilis facultatis significat.

DESID. IACOTII COMMENT.

**M**agnam vim habet in præfaciendo μεταπήσις, id est, permutatio symptomatum contrariorum, aut statim desinentium, quemadmodum de metastasi diximus libro primo. Hæc autem fit, quando, exempli gratia, modò æger dolet, modò nõ dolet: aut sitit, deinde non sitit: aut delirat, mox ad se redit: aut modò in extremis partibus vratur, modò summè frigidus apparet, idque vicissim & breui intervallo. Huius μεταπήσις generalis causa est μεταρρῶσις, vt veteres medici docuerunt, id est, humorum transfusus, & vicissim facta migratio modò in hanc, modò in illam partem, vnde diuersa & interdum contraria symptomata existunt, quæ tamen sunt δμογενῆς, quatenus significant migrationem illam, siue μεταρρῶσιν, vt ea quæ ostendunt μετασσειν. Hæc autem μεταπήσις duplex est apud Hippocratem. Vna ἐκ φάτων εἰς ἐπεικῆς, commutatio ex prauis symptomatis ad mitia & benigna, quæ fit duntaxat in principio morborum, cùm humores nondum obfirmati sunt in aliqua parte, sed propter copiam & malignitatem transfuunt modò in principem partem, vbi grauius symptomata edunt: modò in aliam, vbi mitescere videntur quo tempore inuitant medicum ad vacationem, alioqui admonent, vires vinci à morbo, de qua metaptofi dicitur postea. Altera est ἐκ μοχθηρῶν εἰς μαθηρὰ, mutatio à prauis symptomatis ad praua & contraria: quæ iterum duplex est. Nam interdum fit in eadem specie morbi, vt in phrenitide, & in eadem parte affecta, vt in cerebro: verum quia in eo multæ sunt partes & mansiones, humor modò in hanc, modò in illam transfusus variat symptomata. In eadem quoque febre firmatis humoribus, sed feruore humorum vicissim accenso & extincto modò calor, modò frigus apparet, non per inæqualem influentis caloris agitationem, vt in destillatione, aut suppuratione: sed per illam putredinis vicifitudinem. Interdum verò neque μεταρρῶσις humorum, neque putredinis iteratus feruor causa est, sed in mente læsa distracti spiritus, qui modò representant imaginationi speciem sensibilibus obiecti: quando valde vrget: modò non representant aliunde reuocari & immodicè agitari. Vtramque hoc aphorismo complexus est admirandus naturæ interpres Hippocrates: priorem exemplo partium extimarum: posteriorem exemplo sitis. Quoties ergo in febre maligna celeriter, nimirum intra vnus horæ spatium, modò perfrigerantur vltra modum partes extremae, vt pedes, manus, aures, & nasus: quæ accessionum initis primæ omnium frigescent: modò calefunt à calore præter naturam, duo significantur, extinctio caloris insiti in dictis partibus: & feruor caloris febrilis, qui accensus à corde tanquam à centro incipiens quasi flamma quædam totum corpus peruadit & extrema calefacit. Postquam autem exhalauit siue id fiat breui intervallo siue longiore, vt vno die in Hermocrate, qui sine febre videbatur, frigidæ restant partes quasi mortuæ & sine anima, id est, sine calore tum influente, tum insito, aut eo pauco & infirmo admodum: ob quam infirmitatem quocunque modo, & quocunque tempore alterari possunt. Nam omnis passionis præter naturam facilitas est ab imbecillitate. Dixi autem, euaporato humorum feruore partes illas manere oportere frigidas præter modum & celeriter. Nam abeunte intro calore influente, vt initis accessionum, & in horrore celeri, qui significat suppurari phlegmonem, perfrigescent quidem, sed neque tam celeriter, neque tam vehementer, quia manet calor insitus, quem influens fouebat, & quasi in actum educebat. In summo autem frigore, vt hyeme & in senibus, perfrigerantur etiam, vt glacie frigidiores interdum appareant, sed sensim, nec tam celeriter, quòd calor insitus resistens tardet contrarij impressionem

pressionem, tum specie, vt frigoris, tum in excessu, vt caloris febrilis. Idcirco in tractu temporis & per gradus fit mutatio à calore in frigus. Nam, vt alibi dictum est, particulatim qualitates introducuntur. At hic & celeriter, quia nihil resistit, & supramodum, quia proprio calore destitutæ sunt, tum perfrigerantur tum aliunde incalescunt. Altera pars Aphorismi continet alteram μεταπήσις differentiam. Si quis modò vehementer sitiat, modò fit expers sitis manente causa & signo, vt febre ardente, & lingua sicca atque arida ita ne artificio medici aut epithemate sitis per aliquod tempus repressa sit, ea vicissitudo indicat suctionis sensationem non fieri aliò distracta mente & læsa, quæ per intervalla tantum speciem apprehendit, prout magis aut minus vrgetur à causa sitifera. Quemadmodum qui in phrenitide interdum die ac nocte integra vrinam retinent mente non apprehendente corporis affectionem, nisi vbi collecta magna vrina copia ita distendit, aut irritat vesicam, vt mens consequatur. Sic enim aucta & magis premente atque vrgente causa sitis, doloris, vrinæ & similibus, mente quoque quodammodo ad se redeunte excitatur sensus per vices, quod in raris laterum doloribus euenire, multisque aliis similibus docet Hippocrates. Ratio autem generalis omnium hæc est. Nam vbi cunq; aut nullus, aut alius fit sensus, manente eodem principio, necesse est in sentiente diuersitatis & læsionis esse causam. Sentiens autem duplex: mens Hippocrati, Aristoteli imaginatio aut sensus communis, qui ad obiectum conuersus speciem recipit, & facultas sentiendi insita instrumento, vt ventriculo. Hac extincta non fit sitis omnino, illa non aduertente sitiendi & non sitiendi vicissitudo apparet. Idem iudicium de alijs.

## XIII.

Ἐκ κοραϊῶν ἤρασθα ἀπόκρισις, κακόν.

*Compositi modestique hominis audax responsio, mala.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**oc est, Si quis natura modestus in acuta febre vi morbi permutato ingenio arroganter & temerè respondet, id ipsum malum est. Periculum enim est ne paulò post insaniat. Omnis enim naturæ & ingenij atque etiã cõsuetudinis permutatio in morbis mala est. Sed vbi ad ferocitatem & temeritatem mutatio est, phrenitidis, vbi è feroci ad modestiam, cataphoræ, lethargi aut similis mali metus est.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**ic Aphorismus explicatus est, vbi docuimus mutationem propriæ cuiusque naturæ, aut consuetudinis, aut morum signum esse & validi morbi, & mentis læsæ. Continetur sub illo generali axiomate, Quæ naturæ similima, maximè salutaria: quæ dissimilima, maximè lethalia. Terminus autem, ad quem fit mutatio, naturam affectus ostendit, vt in taciturno loquacitas delirij nota est: in loquaci taciturnitas lethargi, aut melancholiæ. Ferocitas autem in respondendo proxima est phrenitidi in composito & modesto homine: in phrenitico verò ostendit bilem flauam in atram mutari, & melancholicam phrenitim ali in cerebro, de qua postea pluribus.

## XV.

Ὅσοι φωνὴν ὀξεῖα, ὑποχόνδρια τέττοισι εἶσω εἰρήναι.

*Quibus vox acuta, iis hypochondrium intro retrahitur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M**elior esset ὅσοι ὑποχόνδρια εἶσω εἰρήναι, τέττοισι ἢ φωνὴν ὀξεῖα. Vox enim acuta tensione intro hypochondrij sequitur, non contrã. Itaque pars omnis



inflammata contrahitur, cōtracta secum trahit, quæ sunt connexa atque colligata. Diaphragma ergo inflammatum, aut febris incendio resiccatum sese contrahit, colligatumque hypochondrium intro reuellit sursum. Per peritonæum enim colligantur. Ac rursus supernè membranam succingentem pulmonem, quæ & inde asperam arteriam detrahit, vnde angustia. Vox igitur inde acuitur, accedente siccatione eiusdem membranæ & arteriæ. Sed & calor imbecillior eò concurrat: imbecilliores quoque muscoli & penuria inde materiæ distillationis. Inflammata quoque succingens membrana idem efficit. Inducitur enim illa continuitate quadam superiori diaphragmati. Ac reuulsus intro sursumque hypochondrium non sine re inter signa phrenitidis ab interpretibus Galeni positum est. Philisti tertio Epid. secundo die *δέξιον ὑποχόνδριον σωματῶν ἐξήντη ἐς τὰ ἴσω*, dextrum hypochondrium contentum intro procedebat. Sequitur *ἐξελάνη*, vehementer insanuit, nec vocis acutæ meminit. Obiit quinto. Sileno, qui vndecimo obiit, *ὑποχόνδρις ξυῖταις ἐξ ἀμφωτέρων* (aliàs *ἐξ ἀμφω*) *ἀρρηκτικὸς πρὸς ἀμφάλου ὑπολάπαρον*, tertio die hypochondrij contentio vtrinque oblongua ad vmbilicum subinans & flaccida. Ex quo infania sequuta est, *λόγοι πολλοὶ γέλωσ ἄδῃ*, verba multa, risus, cætus. Quod in Sileno *ὑπολάπαρον* scribit, annotandum: quia sic notatur hypochondrium tendi consortio diaphragmatis. Itaque vel totum hypochondrium trahitur & vtrinque trahitur fit *ἐξ ἀμφω σωματῶν*, vt in Sileno: vel tantum altera parte, vt in Philiste. Sic tantum altera pars trahitur hypochondrij. Atque ita sunt *αὐωμάλως ἀμκέμελα*, quod scripsit in Prognosticis hypochondria *σκολιώτητα* libro de ratione vitæ in acutis, altero tenso, altero laxo. Fit enim obliquatio quadam & *αὐωμάλως*. Ac tensio est vel *ὑπολάπαρον* subinans intro reuulsis hypochondriis, sic in diaphragmate vel superiore membrana vitum est: vel extuberat, sic hypochondrij tumor est, quomodo Philisco *απλὴ ἐπὴρθη πρὸς ἀμφάλου κερτῶμασ*. Lien extumuit rotundo tuberculo, & in Herophote *απλὴ ἐπὴρθη ὑποχόνδρις ξυῖταις*. Vtrumque notauit in eo, qui in Dealcis horto habitabat *ὑποχόνδρις δέξιον ξυῖταις ὑπολάπαρον*, & paulò post, *απλὴ ἐπὴρθη*, non norant Hippocrati acutam vocem, sed deliria & infanias.

DESID. IACOTII COMMENT.

**V**ocis mutatio potissimum sequitur facultatis animalis, & vocalium instrumentorum affectus, arteriæ videlicet, glottidis, siue rimulæ, quæ est in capite arteriæ laryngis, & membranæ, quæ faucibus atque gutturi communis est. Facultas infirma in cerebro, aut per musculorum & neruorum affectum exiguum & obscuram vocem facit, & obtremiscentem interdum, vt in phreniticis, communicata cerebri intemperie vicinis partibus coniunctis ac sociatis. Distillatio verò è cerebro multo humore fauces imbuens, & guttur irrigas, rauca vocis causa est. Sic senibus & bene potis rauca vox, ieiunis suavis & canora, modò ne raucescant ob humidam fluxionem. Ex cōtraria verò siccitate & laryngis angustia fit vox acuta, & clangosa. Proxima itaque vocis acutæ causa est hæc angustia vocalium instrumentorum, vt in spadonibus, pueris, & mulieribus. In febribus autem acutis & ardentibus magna eorum locorum siccitas, aut inflammatio musculorum laryngis, angustia illius & contractionis causam affert, vnde ægri *δρυφονοῦντες* dicuntur. Cum ergo primò & per se muscoli laryngis & vocalia instrumenta phlegmone obsidentur, affectus ipse angina est, quæ vocem attenuat. Hac absente, summam in aspera arteria siccitatem & vrentem calorem ex acuta voce coniciamus, quæ angustiam in rimula & capite ipsius fecerit: nondum tamen inde tutò hypochondrij tensionem prædicere licet. Nam interdum illæ partes resiccantur propter viciniam cerebri vehementer resiccati & æstuantis, vt in phreniticis, quibus sæpe vox clangosa, acuta, & tremens editur, quod in Prorrheticis scribitur. Vacillationes mentis cum voce clangosa, linguæque conuulsiones cum tremore, & voces ipsæ obtremiscentes, mentis indicant alienationem, duritiæque his perniciofa. Interdum etiam resiccatur ipsa arteria & in angustum adducitur vi & incendio ardentium febrium. Sæpissimè verò ab inflammatione interna in thorace, vt in diaphragmate, & suc-

1. Prorrh. 19.

cingente costas membrana, quam sequitur hypochondrij tensio ad interiora, & sursum sine tumore, de qua agitur hoc loco. Diaphragma enim parte inferiore peritonæo & hypochondriis alligatur per quasdam fibras: superiore verò inducitur tunica, quæ continua est membranæ costas ac pulmonem succingenti, & mediæ thoracis. Hinc fit, vt si vel membranæ illæ, vel diaphragma, vel vtraque exuctis particulis humidioribus & coniuuentibus meatuum osculis, aut præ nimia siccitate à calore febrili, aut præ dolore, aut phlegmone in sese contrahantur, se-cum adducant quæ sunt connexa. Per peritonæum ergo diaphragma intro reuellit hypochondrium, vel alterum, si tantum parte dimidia affectum sit: vel vtrumque in magis inflammationibus, quæ vtrumque latus obsident. Eadem ratione tum membranam superiorem, tum asperam arteriam contrahit, vnde vocalium instrumentorum angustia, & vox acuta, quæ per valetudinem grauis fuerat. Accedit siccitas tum membranæ & arteriæ, tum etiam neruorum, qui velut triangulo inferuntur diaphragmati. Vox ergo acuta in febribus, aut angina, aut phrenitidis, aut vehementis febris & inflammationis in succingente, vel diaphragmate signum est. Tertio tantum modo tenditur hypochondrium, non quia intro per se accurrat, sed *ἐξ ἑσώται*, id est, vt interpretatur Galen. *ἐλκεται πρὸς τὴν ἴσω χώραν*, trahitur intro ab interioribus. Huius tensionis immediata causa est diaphragma inflammatum, aut resiccatum ab incendio febrili, aut contractum à succingente, vel neruis, quos recipit à cerebro. Distinguitur autem causa hoc modo. In phlegmone diaphragmatis intro magis, quàm sursum trahitur, deliriumque adest, ob substantiæ neruosa similitudinem cum cerebro, neruorum communicationem, & respirationis in maximo vsu interceptionem, cuius diaphragma est instrumentum. Magnæ autem inflammationes succingentis tum ex dolore lateris, tum ex aliis signis faciliè internoscuntur. Quando autem principium neruorum retrahit ad se eos, quæ ad diaphragma pertinent, neruos ob propriam phlegmonem, grauissimam phrenitidem esse oportet, ac sursum, non intro reuellit hypochondrium, quod *ἀνεσπᾶσθῃ* Hippocrates dicere solet, non autem *ἴσω ἔλκεσθῃ*. Qua in re Galenus sibi constare nò videtur. Nam in Prorrheticis hypochondriū *ἀνεσπᾶσθαι* sursum retractū in quibusdam phreniticis apparere scribit, non tamen ad interiora reuulsus, vt in affectibus diaphragmatis aut succingentis membranæ. In historia tamè Philisti cum Hippocrates dixisset, dextrum hypochondrium *ἐξήντη ἐς τὰ ἴσω*, intro procedebat, interpretatur de principio neruorum affecto. Verum certè est, his tribus modis hypochondriū tendi ad interiora, quia non extumescit, vt inflammato iecore, vel liene. At in inflammationibus diaphragmatis, vel succingentis membranæ magis intro, quàm sursum reuellit: in inflammatione autem cerebri magis sursum, quàm intro. Sic ergo Hippocrates hypochondriorum inflammationes significare solet per hypochondrium durum ac dolens: superiorum verò partium per hypochondrium tensum & *ὑπολάπαρον*. Tenditur etiam, & intro contrahitur imminente crisi per hæmorrhagiam humoribus sursum transmissis, sed ad exiguum tempus durat illa tensio, sicuti & reliqua omnia symptomata, quæ in perturbatione critica mouentur.

2. Prorrh. 10. ἢ 3. Epid.

XVI.

*Τὰ ἐν χροῦσιν ἰδρώδεος ταχὺ ἀναθερμαίνονται, καὶ κύν.*

*Si quis à perfrigeratione sudet, & celeriter recalescat, in malo est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A** Sudore par est vacuata febrili materia bile & pituita, vaporibus quoque & exhalatione expurgatis febrem solui, aut certè remitti. Contra verò si celeriter recalescunt, hoc est, in febrem recidunt, maligni morbi & pertinacis indicium est. Continetur hic sermo sententia vniuersali *κρίσιμα μὴ κρίνοντα εἶς*.

Gal. in lib. de Pnenotione.

Perfrigeratio sine sudore interdum febrilis accessionis principium est, aut si pulsus constet, ut in sanis, oppressi stomachi signum ex accepto cibo, qui ante excretionem in pituitam commutatus est: in febribus ardentibus, si diutius maneat, inflammationis internae, affecto iam morbo infirmitatis virium & extinctionionis caloris nativi. Perfrigerari vero circa morbi statum antegressis coitionis signis deinde sudare, signum & criticum atque utile, praesertim si inde febris remittat, & aeger liberetur. Recalescere vero a sudore, id est, febrem celeriter redire vel a frigore & consequente sudore, vel, quod deterius est, a sudore & consequente frigore, aut nota est intermittens cum continua iuncta, ut semitertiana, in qua natura continuis oppressa accessionibus refici non potest, & sudore fracta dissolvitur: aut phlegmones internae cum suppuratione, si celeriter sudor & horror ac vicissim recurrant, aut imperfecta crisis. In hac si vires constant, nec deterius habet aeger: diuturnus morbus futurus est: sin grauius ac vehementius afficitur, malignus ac lethalis. Indicat enim copiam materiae & malignitatem cum infirmitate naturae, quae pro excretionem & frustra suscepta critica contentione materiae translatione, & ad interiora refluxum attulit, simulque in opere deiecta est per Aphorismum, iudicatoriorum non iudicantium quaedam lethalia sunt, & quaedam difficilis iudicij. Ex his autem praesertim si rigor quoque accesserit, refrigeratis partibus posterioribus conuulsio iure metuenda est, quoniam & partes nervosae sint, & frigus conuulsionem pariat per Aphorismum Prorrhethici, Aestuosus rigoris quadantenus pernitiosus inflammans quoque cum sudore facies in his mala. Posteriorumque refrigeratio conuulsionem accersit. Febrilis autem calor redit dupliciter a perfrigeratione, aut natura redintegrate pugnam, quod minus malum est: aut eadem victa ac extincta, redeunte humorum putrentium febre, ut in Hermocrate.

XVII.

Οἱ ἐν ἄριστον ἐφιδρῶντες, ὑποδύσσοροι, κακόν.

Qui subinde sudant, & vnicunque morbum male ferunt, in malo sunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Haec sententia satis exposita prius est. Hic enim materiae copia & naturae infirmitas ostenditur.

DESID. IACOTII COMMENT.

In principio morbi oppressa naturae & syncopes signa sunt, in progressu inflammationis, aut suppurationis, aut mortis imminens, de quibus saepius dictum est.

XVIII.

Οἱ παραλόγως, κενεαγγίης μὴ ἔβσης, ἀδύνατοι κακόν.

Quibus proiecta vires, non ex vacuatione quidem malum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hoc modo in Prorrheth. αὐτὸ πρὸς λόγον κενεαγγίης ἀδύναμια ἐκ ἔβσης κενεαγγίης κακόν. Quae oratio magnam vim habet ad praesagium non solum, sed ad omnem quoque rationem curandi. Caput enim praesagij est in comparatione virium aegri & naturae morbi. Nec nisi inita virium ratione de secanda vena, de medicamentis, de instituenda vita aliquid conuenienter decernas. Pauca ergo de viribus dicenda sunt, quae ad expositionem huius sententiae, & ad totam commentationem virium pertineant. Monet ergo Hippocr. initio Prognost. γινώσκειν ἐν ἄριστον

ἢ πρὸς τὸν ἄριστον τὰς φύσεις ἰσὺς τῶν δυνάμεων ἐν τῷ σώματι. Medicum, inquit oportet nosse eiusmodi morborum naturas, quanto superent vires corporis. Sic etiam animaduertere quanto natura sit morbo superior, aut si paribus viribus concurrant, expectare, differreque praesagium, donec anceps pugna in hoc vel illud inclinet. Constat ergo ars natura, morbo & medico. Spectator enim medicus certaminis, ut vim morbi retundat, excludatque corpore, vnde is foueatur: Naturam vero excitet, confirmetque & laboranti suppetias ferat. φύσις ergo quid, quid δυνάμεις & ἀδύναμια ex Epid. 6. κενεαγγίης ex annotatis in secundum Aphorismorum.

DESID. IACOTII COMMENT.

Nil aequè in medicina facienda considerandum, atque virium robur: siue victus ratio praescribatur, siue praesagium, siue remedia instituantur. Secundo de victus ratione in acutus, in medicos inuehitur Hippocrates, qui ignorata causarum distinctione, quae vires infirmas faciunt, aegros alunt minimè alendos, aut contra, ac planè vel interficiunt, vel grauius augent symptomatis. In eundem locum Galenus, quia affectus aut sunt adhuc, aut facti sunt, non spectandum scribit, donec ad extremum vires peruenerint, ut id cognoscatur, quod a plerisque medicis fieri solet, quo tempore neque praesagio artificioso, neque remediis est locus: sed simul, atque deici coeperint, aut saltem in progressu, id praesagire oportere, id est, antefragire, quam oblatum sit periculum, ut & prudenter atque oportunè occurratur, & quae futura sunt, praesignificentur. In Prognostico quoque vim omnem praesagij ex comparatione virium & morbi repetendam docet, ac passim admonet in curando de virium robore statuendum prius, quam quicquam moliamur, quod his dissolutis nullum generosius remedium tentari debeat, non sanguinis missio, non alui purgatio, non vomitus, aut frictio multa, aut vehemens vlla corporis commotio, vel alteratio. Communis itaque scopus omnibus medicinae partibus propositus hic est, quod medicus intuens, ab eo, quodcumque sibi proposuerit, minus aberreret. Virium autem substantiam & facultatem essentiam aliter medici considerant, atque Philosophi, quod a plerisque minus accuratè obseruatur. Hi enim animam principium motus, corpus, rem motam: spiritum & calorem; instrumentum animae ad mouendum, vel potius medium viriusque naturae particeps, quod vim animae per vniuersum corpus defert, constituunt, idque verisimè cum a motionis principio motus extens ad ipsum corpus spiritus habeat, tanquam medius. Facultas ergo idem reale, ut loquuntur, & formale cum anima. Idem enim est animus, & animus alens, sentiens, generans. Ratione distinguntur, quia facultas consequitur substantiam. Facultas ergo cum sit essentialis, semper eadem manet, neque interit, neque minuitur, neque delassatur. Quia tamen eius instrumenta fiunt vel minora, vel deteriora, idcirco etiam opus. Absurdum ergo aiunt facultates interire, aut dissolui. Nam cum diuinae sint, & eiusdem cum animo essentiae, totae sunt in toto, & praesto tum sibi, tum partibus, quibus operam suam distribuunt, nec substantia separantur, sed opere atque actione. Animus ergo iisdem viribus semper praediis non fatigatur, sed corpus, quod principium sui interitus in se habet ex mutua actione & percussione qualitatuum contrariarum. Cum ergo dissolvitur, aut spiritus absumuntur, aut calor elementaris humidum depopulatus est, existentiae corruptio fit in hoc aut illo individuo, quod τὸ ἀρχαῖον dicunt: essentiae, quae est ἡ οὐσία, nunquam. Medici haec agnoscunt, & vera consentunt. Verum quia medentur corpori, eiusque partes, quoad fieri potest, reparant, quarum actiones laesae sunt; facultates considerant in materia & temperamento partium. Itaque vim sensuum primum, deinde aciem rationis sequuti, cum malè affecto cerebro, aut corde, aut hepate actiones offendi videant, quae in illis partibus manifestè exercètur, sintque non δυνάμεις, sed ενεργεία & παρὰ τὸν ἄριστον potius, quam οὐσία, in cerebro animalem facultatem, in corde vitalem, in hepate altricem posuerunt. Ut enim cor τὸ κέντρον τῆς ζωῆς, author vitae per calorem & spiritus vitales in arteriis quasi actum vitae impertit viuentibus partibus: ita cerebrum mouendi & sentiendi per spiritus animales ac

les ac nervos:hepar verò alendi per sanguinem in venis & calorem sibi proprium, qui tamen per calorem cordis est in actu secundo, vt Philosophi vocant. Virium itaque substantia in his partibus inest, tanquam in radice: in spiritu verò ac sanguine, tanquam in instrumento. Hinc efficitur, vires offendi tribus modis, aut dissoluta ipsa humorum & spirituum substantia; aut oppressione illarum partium nobilium; aut vehementi aliqua intemperie, vel corruptione propriae substantiae. Dissipationem humorum & spirituum, quia in vasis continentur, Hippocrates vocat *κενωγγίαν* ab euentu, quòd ab omni vacuatione vasa vacua reddi soleant, quamquam interdum Galenus solam inediam, nonnulli sanguinis missionem interpretantur, nomine generis in specie sumpto. Modus autem illius vacuationis duplex. Nam vel sensibus conspicua est vacuatio, vt in sanguinis profusione, vomitu, sudore, alui deiectione & similibus: vel oculorum obtutum effugit, vt quae fit per inediam, dolores, vigilias, tristitiam, frequentem surrectionem, venem, syncopem ab oppressione oris ventriculi ob humoris copiam, aut pravam qualitatem exquisitissimum illius sensum irritantis. Haec autem adiuuant corporis habitus rara textura, in qua aegri facile dissoluntur, & in syncopem incurrunt, senectus, anni tempus aestuosum & cetera huiusmodi, quae quia omnibus manifestò & ab externa causa euenire cernuntur, *πρόφασιν* nomine comprehenduntur ab Hippocrate, dicunturque hoc modo impotentès aegri *κατὰ λόγον* non sine ratione, quòd illius infirmitatis causa perspicua sit omnibus. Quòd si absque his & nulla praecedente vasorum vacuatione, aut sine causis externis, vt vigilia, fame & alui profusio vires repente concidisse appareant, non solum malum id est, sed etiam lethale magis aut minus pro magnitudine causae & praestantia partis affectae. Vel enim natura oppressio significatur ab ingenti humorum copia in principio morbi, vt in febribus laboriosis: vel grauis intemperies aut corruptio in vna aliqua, aut in pluribus simul partibus principibus, corde, hepate, & cerebro. Quibus principiis alteratis necesse est omnia in corpore, quae ex illorum conditione pendent, collabi, ac vires celerrimè deiici. Cor ergo offenditur spirituum vitalium exolutione, aut agitatione, aut suffocatione: multo verò magis à contrariis qualitatibus tum calidis, tum frigidis, tuberculo, serosa in pericardio substantia agitata, rarissimè corrupta propria substantia: saepissimè verò in febribus vel ab indicibili proprietate, vt in peste: vel à colliquatione, in qua, quòd liquefit, sensum latet in febribus quibusdam ardentibus, in quibus imbecillitas retentricis, acris calor, & humoris tenuitas simul conspirant in perniciem aegri. Nam ob infirmitatem aliquid perpetuò extra cutem effluit: ob incendium febrile tenues humores exhalantur: ob tenuitatem exeuntes non apparent. Quibus si accedat locus calidus, aer, temperamentum biliosum, os ventriculi imbecille, rara textura, intra quatrimum facies illa Hippocratica dicta cernitur. Repentina ergo virium vitalium concisio aut febris ardentis & colliquantis, aut pestis, & cordis grauissimè affecti atque oppressi certissimum signum est, si nulla causa externa inciderit. Quòd pestis signum nos superioribus annis saepius sumus experti cum in multis aliis, tum in matre, & vniuersa paterna domus familia, quae eo morbo me praesente grauissimè afflictata est. Idem iudicium de offensione hepatis, aut cerebri. Primum enim quae inde ortum habent, grauissimè afficiuntur, deinde verò affectuum participatione quae ab illis aliquid accipiunt, aut cum illis communicant in generis similitudine, vasis, & vicinia. Omnium tamen celerrimè cordis morbi necant: tardius cerebri: tardissimè hepatis, ait Galenus in secundum de ratione victus in acutis. Quanquam in hunc Aphorismum, qui scribitur in Prorrh. naturalis virtutis & vitalis infirmitatem celerius interficere scribit. Quòd intelligendum, si altera alteri iuncta sit. Cum igitur causa deiectionum virium ad haec tria commodè referantur, oppressionem, resolutionem, & spirituum dissipationem aut suffocationem: oppressionem quidem multa alia, maxime verò pulsus inaequalis, interdum intercisus, aut, quòd deterius est, deficiens, modò magnus, modò paruus, aut in varios motus distractus indicat: paruus verò languidus & frequens, resolutionem. Caput oppressum denuntiant symptomata illius propria, grauitas, plenitudo: resolutam verò animalem fa-

Comment. 2. 5.

lem facultatem significant imprimis totius corporis pondus & grauitas, supinus decubitus, prolapsus ad pedes, membrorum fusa proiectio, manus ac pedes tanquam plumbei sine peculiari affectione in musculis apparente. De hepate iudicamus ex fluxione alui, excrementis, vrinis, colore totius corporis, atrophia, cutis affectibus. Haec igitur praecleari huius Aphorismi sententia est, Quaecumque infirmitas sine causa manifesta, & *ἀπροχρημώς* inciderit, aut sine vacuatione vasorum in omnibus facultatibus simul, vel quibusdam, vel vna tantum, eam valde perniciosam esse, quòd significet in partes principes acceptum esse incommodum. Idque longè deterius, quam si humorum & spirituum substantia tantum dissipata esset à manifestis causis, in quibus, quòd laborat inopia, copia subueniendum, & contra.

XIX.

*Ἐν πυρετῷ ἐλαξίς οἶον ἀπὸ ἐμέτης ἐς ἀνάχρημψιν τελευτῶσιν ἄρχον.*

*In febre tractus velut à vomitu, in screatum desinens, malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A** Vomitu tractus quidem per fibras rectas oesophagi sursum est, quia in gula aliquid materiae vomitionis restitit, quòd dum natura excludere contendit, velut tractus quidam fit. Siquid ergo imbibitum aut pertinacius inhaerens gulae hoc efficiat, & inde in fauces aliquid transmittatur, fit screatus. Neque tamen protinus id in febre, vt malum pronuntiandum est. Malum verò si nihil illic est, eger tamen laesa mente trahit, & screando nihil expuit. Fieri enim potest, vt distillatione vel intercepta via, quae à naribus ad os pertinet, & tractus fiat & screatus, siccata videlicet ea parte pituita. Sed quemadmodum aegri in phrenitide floccos colligunt, dimouent oculos, manus ori & naso admouent, gesticulanturque, & alia absurda faciunt laesa phantasia: ita & trahunt & screant, quasi contendant aliquid educere, cum nihil sit, quòd educant. Scripsit ergo in Prorrh. *ἀνάχρημψις πυκνή ἢ ὀνὴ τὴν καὶ ἄλλο σημεῖον προσὴ φρενιτικῆ ἀπροχρημψιες* autè vsurpat Hippocrates aliquando in sputis, vt in Aphorismis. Propterea Phauorinus *ἀπροχρημψιες ἀποπτύσμασιν* interpretatur: Philotimus *καθαροὶν ἢ διὰ φάρυγγος, ἢ διὰ τραχείας ἀετταρίας*, Galeno *διὰ φάρυγγος* dicitur, & *ἀνάχρημψις*, vt hoc loco, & in Prorrheticis.

4. Aphor. 47.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**Vo sunt symptomata, nausea, in qua tractus quidam fit tanquam in vomitum: ris à deprauato motu facultatis expultricis, quo nititur per os excernere, quae ori ventriculi, aut gulae molesta sunt: & screatus, in quem finitur nausea. Fiant autem aegri *ναυτιώδεις* nauseabundi duobus modis. Aut enim moderatam nauseam statim vomitus sequitur: aut conturbatio multa & frequens, in qua vomitione nihil, vel admodum paucum reiiicitur, quòd symptoma in Prorrheticis dicitur *ἐμετωδῶς ἐλκόμενον*, quemadmodum hoc loco *ἐλαξίς οἶον, ἀπὸ ἐμέτης*, quòd vomendo trahitur, aut tractus velut à vomitu. Screatus autem ille post irritum vomendi conatum dupliciter etiam fieri potest. Aut enim, aliquid sputi exit, aut nihil, vt Galenus docet in Aphorismum 6. com. x. Prorrhethici. Nausea ergo interdum mouetur primigenio ventriculi affectu ab humoribus mordentibus, aut opprimentibus ventriculorum, quam non sequitur vomitus propter imbecillitatem facultatis aut partium superiorum oesophagi, & lentorem ac crassitiam materiae, quae contumaciter tunicis adhaerescens minus obsequiosa est: interdum verò per congestum à phlegmone partium vicinarum, ex qua tenues ichores in ventriculi capacitatem resudant, vbi collecti orificium ipsius vellicant, vnde ingens cibi fastidium, nausea, & interdum pauca ac biliosa vomitio commouetur, nonnunquam etiam dolor colico similis. Id euenire solet in phlegmone partis concauae hepatis, vt Galenus docet de locis affectis: & in vehementi phrenitide, quae licet morbus sit siccissimus, saepe os replet tenui humiditate, quae *στυλιζόμενον* facit, continuam quandam

3. Prorrh. 25.

lib. 5. cap. 4.

1. Prorrh. 3.

quandam spurationem, propter cerebrū humiditatibus refertum, ex quibus non nihil in os & ventriculum confluit lachrymæ tenui, quæ ex inflammationis oculis manat, simile, vnde etiam nausea, & vomitus per Aphorismum illum, Si in phreniticis frequens cum refrigeratione sit screatus, nigra reuomuntur. Potest quoque nausea vtroque modo fieri & affecto per se ventriculo, & per confensum. Sæpe etiam contingit in febribus nausæas & cardialgias ortum habere à colliquatione materia, quæ in venis est, vt alibi docebimus. In quo multi falluntur, qui putant purgationem sanguinis missioni præferendam esse, quoties nausea adest. Et Paulus docet, in febribus putridis humores quandoque viam affectare ad os ventriculi, ac nausæam excitare, quæ vomitu iuuanda sit, alioqui non irritanda ob cruditatem. Quia ergo Hippocrates hic addit *ὅτι πυρετός* in febre, intelligere videtur nausæam, quæ vi febris oborta est aut propter phlegmonem aut resudationem è venis, aut humorum ad ventriculum confluxum, non autem, quæ sit primigenio affectu ventriculi. Hæc autem per se, etiam sine screatu praua est admodum, præsertim in qua tractus sit tanquam à vomitu, nõ solum vt signum, sed etiam vt causã. Nam quatenus indicat humoris malignitatem in ore ventriculi, qui non potest excerni, signum prauum est. Quod verò continuis læcationibus ac vellicationibus ventrem afficiat, & grauius lædat, ob eam causam phlegmones causa futura est, si nondum facta sit: aut si iam adsit phlegmone, eam auget & vehementius exasperat. Screatus autem, in quem desinit si cum sputo coniunctum fuerit, à resudante ichore & ore ventriculi ex humore imbecillo nascitur, aut à distillatione in os per narium foramina, & glutinoso sputo in canalibus à naribus ad os pertingentibus infarcto propter calidam & siccam cerebri affectionem. Contingit quoque & aliquando frequens huiusmodi screatus, vbi respirationis robur externum quidpiam attraxerit, meatibusque in ipsis tum adhæserit, tum impactum fuerit. Si verò nihil sputi prodeat, & sæpius æger conspuet absque vlla causã & necessitate, læsam mentem ostendit per generale illud axioma medicum, Omnem voluntariam actionem, quæ præter rationem vel exuperat, vel deficit, ac indecorè sit, inter phrenitica signa haberi: & per Aphorismum illum Prorrhethici, Screatus frequens, & si aliud aliquod signum adfuerit, sunt phrenitica.

1. Prorrh. 6.

XX.

*Ναρκή ἐς ἀμφοτέρα ταχὺ μεταπίπτουσα, κακόν.*

*Torpor vtroque celeriter transiens, malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**s *ἀμφοτέρα* de vtraque parte corporis intelligi potest, vt modò dextra, modò sinistra obtorpeant. *ἐς ἀμφοτέρα* quoque, quia modò desinat torpor, modò redeat. Atque vtrumque malum. Est autem *ναρκή* torpor, de quo lege tertium de materia chirurgica.

DESID. IACOTII COMMENT.

**N**arkē torpor interdum *νοδρόνικα* significat affectum facultatis animalis cum sensus & motus difficultate: interdum obtusum quandam sensum ac motum partis alicuius. Priore modo à refrigeratione cerebri tum positua, vt vocant, tum per extinctionem caloris insiti, & à nimio humore, qui substantiam cerebri imbuit, fieri solet. Interdum vtrumque simul incidit, vt & refrigeratum sit cerebrum, & nimio humore perfusum. Author libri secundi de Prædictione, qui Hippocrati tribuitur, pro doloris specie in capite, aut sensu quodam torpescens capitis sumpsit. *ναρκή* (inquit) id est, torpores & pruritus, quibus per caput discurrunt, aliquando per totum, aliquando per aliquam partem (quasi *ἐς ἀμφοτέρα*) sæpe verò & frigiditas ab ipsis sentiri putatur, velut per caput discurrere. Hos interrogare oportet, an etiã ad summam linguam pūctura illa procedat. Si enim hoc fecerit, perfectus morbus sit, &

2. Prorrh. 36.

fit, & qui difficilius submoueri possit. Verum absque hoc facilis est. Posteriore autem modo, qui huic loco conuenientior est, significat stuporem & obtusum quandam sensum partis alicuius cum motus difficultate à refrigeratione per qualitatem frigidam interiorem aut exteriorem: vel humorem frigidum: vel spiritus animalis impeditum liberum cōmeatum. *ναρκή* (ait Hippocrates) *μετρίῳ ὀδύνης λυτῆρα*. Modicus stupor dolorem sedat. nimirum per accidens obtuso sensu partis affectæ. Ex quo efficit Galenus dolorem non esse, quia species proprium genus haudquaquam destruit, non tamen sine dolore aliquo. Nam qui ita affecti sunt, quicquid tetigint, obscuro & hebeti sensu percipiunt, & ægrè moueri possunt. Si verò moueri cogantur, dolent. Verum tamen non mouentur, affectum ipsum stuporis sentiunt, nec dolent tamen. Præterea igitur affectum esse per se percipiunt. Præterea autem gradus ex causarum distinctione & magnitudine intelligitur. Nam à causã externa nihil interdum habet periculi, vt in manu quæ brachium ligatur, spiritibus intus suffocatis stupor oritur, hæc sanguinis affluxu turgida & rubicunda appareat. Sic attenuatoria obstructione, quam vocant, & nervorum compressione, vbi quis sedendo crus alterum diu arctum & adstrictum tenuit, si id cum velit laxare ac mouere, nequeat, percepto veluti pondere & sensu dolorifico tanquam formicarum pungentium aut discurrentium à violentia, inæquali & cum impetu facta delatione suffocatorum spirituum. Præterea & à torpedine pisce, & medicamentis frigidis extrinsecus admotis, & frigore externo fieri potest. Verum in febribus causã periculosior, interdum etiam letalis. Nam cum à phlegmone, aut scirrho, aut luxatis intrò vertebra ortum habet, aut refrigeratione & obstructione à crasis & lentis humoribus, tantum in ipso stupore periculi est, quantum in causã ipsa efficiente. Cum verò stupet pars aliqua calore natiuo euaporato ac discusso à febrili, vt sopor ille in febre ardentissima Hermodoratis, planè lethale id est. Quod si accedat repentina in vtramque conditionem mutatio, geminatur pernicius. Nam dictio *ἐς ἀμφοτέρα* significat *μετὰ ἄλλησιν* mutationem symptomatum à contrario in contrarium, quam nos duplicem diximus superius, vel à contrario malo in contrarium malum, vel à malo in bonum. In omni enim huiusmodi permutatione spectatur contrarietas in his, quorum vnum tollit *ὑπαρξίῳ* alterius. Nam vni symptomati alterum contrarium succedit vicissim, vt suture & non suture, calefieri, & deinde refrigerari, sentire stuporem, paulò post non sentire. Causã autem est in principio morborum fluxio humorum erratica à parte in partem. Cum enim obfirmati sunt, speciem vnam symptomatum efficiunt respondentem tum speciei humoris, tum naturæ partis affectæ: antequam sistantur, si variè transluent, naturã à morbo superari ostendunt. Hoc itaque modo in principio stupor, qui modò adesse, modò abesse videtur, periculum significat, & paralyticum minatur. Longius autem progresso morbo, ea vicissitudo signum est aut læsæ mentis, aut extinctionis caloris natui. Modus autè sic habet. In quibus aliò distractus est animus, is non percipit corporis affectiones, qualis est stupor, nisi cum obiectū vehementius vrget, vt qui vehementer sitiunt, aut mingēdi desiderio tenentur, ac matellam aut scaphiū poscunt, cuius celeriter obliuiscuntur. Sic qui stuporē sentiunt, vt cum mouentur vehementius deinde interrogati se nihil stuporis sentire respondent, manente causã, nec medici artificio, aut naturæ beneficio edomita, delirio proximos esse certū est per Aphorif. Quicumque aliqua corporis parte laborant, nec dolorem sentiunt, is mens ægrotat. Si verò integra mēte fuerint, significatio sit refrigerationis partis affectæ à resolutione proprii & insiti caloris. Suppet enim, cum describitur à calore febrili exhalante: eodem verò redeunte, & flammæ instar à medio corpore in partes extrimas peruadente, paucus calor natiuus excitatur, vnde motus facilius & sensus. Patientibus enim partibus nervosis, calidæque existente affectione facultas quiescere non potest. Nempe (ait Galenus) vt frigidus est, tum stabilia & tarda, tum immobilia ea efficere, in quibus moram facit: sic calidum semper mouet, & non sinit quiescere, sensumque excitat, & interdum minuit, aut tollit, quia obruit.

5. aphorif. 25

1. de locis affectis.

Aphorif. 13. huius.

1. Prorrh. 20

Στάξις αὐτῆς ἐλάττωσι καὶ καὶ.

*Pusilla stilla mala.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Expositum est hoc trigesimo sexto Aphorismo huius.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N præfagio hæmorrhagiæ, vel eius, quod ex facta hæmorrhagia futurum est, primùm obseruari debet quandam esse naturalem & sanorum propriam à copia & feruore sanguinis, qui in pueritia non solum in alimentum, sed etiam in incrementum corporis consumebatur, de qua Hippocr. Vbi concumbere vel hircire incipiunt, sanguinem profundunt. Deinde aliam esse symptomaticam partium interiorum malè affectarum, imprimis hepatis & lienis, interdum etiam capitis. In harum enim affectibus per intervalla stillat sanguis, aut copiosè profunditur, resolutio aut obstructio hepate, vel liene. In lienosis enim tenuis sanguis sursum abicit & diffuit: crassior verò in splene relinquitur, quo & repletur, & hepar replet, quia non expurgat. Primum fit retentricis, secundum expultricis, tertium attractricis infirmitate. Tertia differentia est hæmorrhagiæ, quæ vi febris, & in certamine naturæ ac morbi commouetur. Sanguis enim calore feruens sursum rapitur, aperitque venis, vnà cum vaporibus effunditur. Hoc igitur tribus fit modis, criticè & natura superate. Cuius hæc signa variis locis posuit Hippocrates. Si antegressis signis perfectæ coctionis sanguis fluat: si die indice crisis præmonstrata sit: si die critico, & è directo fiat: si speciei morbi, & magnitudini respondeat. Optima enim est hæmorrhagia in omni morbo acuto & bilioso, vt in casu phrenitide, inflammationibus viscerum, vt hepatis & lienis. Minus conuenit lethargo & peripneumoniæ. Pleuritis minus inde soluitur, quàm ardens & phrenitis: magis quàm peripneumonia, & lethargus. Certius autem expectanda est, cum non solum morbi species, & natura biliosa, sed etiam externa conueniunt: ætas, temperamentum ægri, victus, locus, anni tempus, constitutio. Nam in eadem specie causi, iuuenes hæmorrhagia, senes dysenteria magis iudicantur. Confirmat crisis perfectionem morbi consequens alleuatio & symptomatum. Hæc omnia duobus verbis complexus est Hippocrates, καλῶς καὶ διαφιλιώως, bene & largiter. Interdum etiam exprimit κατ' ἴσιν: ac scribit neminem mortuum, cui hoc modo profluxerit sanguis. Admonet tamen in Prothetico metuendam esse τὴν ἐπιρροίην. Nam in iudicatoriis perfrictionibus sanguinis eruptiones vehementes pessimæ. Et paulò post Quibus è naribus copiosa violenta & multa fluunt, ad conuulsiones hi interdum deducuntur, venæ autem sectio soluit. Ratio est, quia constat, quòd grauata sanguinis multitudine natura excitata quidem sit ad ipsius euacuationem, sed modum tenere non valens vocatam à medicis supercriticam facit. Altera est hæmorrhagia critica, vt superior, sed imperfecta & periculosa, cum parùm fluit, & per intervalla, aut modò parùm, modò largiter iteratis vicibus, vt in Metone primo Epid. & eo, qui in Dealcis horto habitabat. Est enim excretionis critica quantitas duplex, vna continua cum cumulat. vt in crisi perfecta: altera discreta, cum frequentatur, vt in crisi deficiente. Atque hoc modo stillicidium sanguinis quarto die interdum prænuntiat hæmorrhagiam septimo, quia crassior sanguis attenuatur paulatim, quod alio Aphorismo explicabitur. Tertia est, & postrema στάξις, stillicidium, cum pauca stilla exeunt sine causa externa, vt insolatione, perfrigerio, tiillatione narium, vino meraciore: sed vi febris frustra tentata crisi à malignitate morbi, vitio sanguinis, & cerebri infirmitate. Primam differentiam absolutè Hippocrates αἰμαρροίαν vocat: secundam ἐξέσιν: παραγμὸν & στάξιν tertiam, vt hoc loco. De qua cum ita scriptum esset in Prothetico σὺν ἐπιρροίῃ καὶ νωδρότητι ἀπὸ θινῶν στάξις γαί τι δύσκολον: Sanguis guttatim stillans cum surditate & torpore difficile quid habet, locum notat Galenus tanquam Hippocratis doctrina indignum, quia non paruum id malum sit, etiam si per se absque surditate & torpore appareat. Idque non sine optima ratione. Nam iudicatorium est non iudicans, duplici nomine prauum. Primum quia

Seculo. 3. in 6. Epid.

1. Epid. 34. in 3.

3. Proth. 41. et 52.

3. Proth. 48.

quia indicat materiam in caput rapi partem nobilem, cui natura dominari non potest: deinde quia naturam copia, aut malignitate materie opprimi denuntiat, aut ad extremam infirmitatem recidisse, quæ moliri aliquid tentans prima statim aggressione superata succumbit pugna: quod signorum genus omnium pessimum est, quemadmodum si pustulae aut tubercula ex intimis corporis partibus in superficie erumpentia celeriter intro recurrant. In mitioribus itaque morbis, in quibus cætera signa salutaria sunt, diuturnitatem præmonstrat: in acutis mortem, eamque certissimam, si tres conditiones cõuenerint. Vna si sanguis ἀκρατῶς impermissus, ac suo sero priuatus appareat. Nam in vrente febre vix rubeus prodire potest, quia incendio febrili serum consumitur, quo dilutus enitescit. ἀκρατῶς ergo, id est, κακὸν κατὰ τὸν ἴσιν ἐσαφὲν ἀκρῆτον. Sexto obiit. Altera est, si die indice vt quarto, aut vndecimo: aut critico, vt septimo vel decimoquarto id incidat, quia illis diebus signa omnia firmiora sunt tum salutis, tum mortis. Cùm (ait Galenus) stillicidium è naribus semper malum signum sit, absoluta morbi malitia significatur, si quarto fiat die. Videtur siquidem natura collectam in cerebro abundantiam conari expellere, sed non posse. In diebus autem huiusmodi fit apparatus crisis bonæ aut malæ, cuius finis sequitur altero quaternario, vt septimo. Tertia est, si cum surditate, torpore, comate, delirio, aut similibus tale stillicidium coniunctum fuerit. Cum his enim, quæ cerebrum affectum esse indicant, lethale signum est sanguinis è naribus stillicidij instar fluor, vt alio loco scribit Galenus.

1. Proth. 1

3. Proth. 48

XXII.

Κακὸν ὃ πάντως ἐν ὄξει δὴ καὶ παραλόγως λυθεῖται.

*Sitis in acutis, quæ citra rationem soluitur, omnino mala.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**cribitur in Prothetis, & aliqua ex parte exposita hæc sententia antea. Sitis sergo soluitur ἀλόγως, si nulla excretionem critica vel sponte, vel arte mota, si nulla à medico medicamenta quæ inde ἀδύνα adhibita, si denique manente incendio lingua arida & scabra, vrinis crudis non sicut æger.

DESID. IACOTII COMMENT.

**E**xemplum est μεταπήσσεως, quæ sit læsa mente, aut extincto sensu. Continetur sub his generalibus axiomatis, Quæcunque præter rationem leuant, suspecta atque sollicita esse debent, & Qui parte aliqua corporis dolent, & magna ex parte dolorem non sentiunt, his mens agrotat. In præfagiis autem annotanda sitis duplex. Superficiaria arefcente tantum œsophagi ductu, aut incallescante, per quem humidum ex ore in ventriculum fertur, quam Hippocrates ἐπιπάλαιον δύναν appellat, leuem, & valde paruum, quæ neque ab vniuerso corpore fiat, neque à magna partium ventris affectione. Hæc autem facillè tum sedatur, tum reuertitur sine periculo. Nam ante somnum excitata per somnum quiescit, sanguine intro recurrente, & humefcentibus interioribus. Ex somno verò orta à vapore calido cibi, qui concoquitur, aut vino meraciore in cena sumpto, per vigiliam vacuato ventre & vapore illo discusso sedatur, aut si cibus calidior, vel potus ingestus est, modico frigidæ haustu ante cibum, aut syrupis, quibus in febribus vti solemus. Altera est vehemens & inexplebilis, qualis in ardentibus & acutis, de qua hic Aphorismus intelligitur. Proinde addidit ὅτι ὄξει, in acuta febre in qua lingua sicca est & arida. Excitatur enim incendio febrili in toto corpore exastuante, potissimum verò in ventriculo, pulmone, & ieiuno intestino, aut humore falso, vel bilioso ventriculi tunicas perstringente. In hac æger calore & siccitate arecens, aut calidi & acris humoris morfu continuò vellicatus, tametsi aquam gelidam bibat, releuari quidem aliquantulum, sed tamen expleri nec satiari potest.

6. Epid. comment. 3



Ob id que Galenus in historiam Cleonactidis inter salutaria signa febrium hænum erat, appetentiam cibi, somnum, vrinam boni coloris, spirandi facilitatem, vacuitatem sitis. Ex hac significationem fieri, neque biliosum, neque calidum esse humorem, qui redundat, à quo ægri fiunt, & siticulosi, & vigiles. & ἀποσιτοι, qui ad omnem cibum vitiosam habent offensionem. Interdum etiam non sitiunt, qui febrem habent ob distillationem è cerebro minimè acrem, vel ob frigidum & humidum succum aceruarum in ore ventriculi. Non igitur dixit absolute, non sitire in febribus, malum, sed sitim vehementem, & cum lingua sicca & scabra sine defluxione è cerebro, periculoso euentu sedari ἀπολόγως, id est, sine medicamentis, epithematis, quæ aliquantulum remittunt, nec tollunt sitim, & sine abscessu critico, aut excretionem, quæ humorem sitis efficientem loco mouerit, vt vomitu, sudore, deiectione & similibus. Qui enim antea vehementer sitiebat, si sitire desinat, nec quicquam horum factum sit, affectionem sitiferam adhuc intus alit. Quod certius intelliges ex lingua & febre potius aucta quam imminuta, & vrinis crudis, quæ inualefcens morbi signa sunt, & naturæ fatiscens. Inter hæc ergo sedata sitis, vel mentis laborantis signum est, vel emorientis facultatis appetendi in ventriculo, & resoluti ventriculi. Hic enim impressionem causæ sitiferæ recipit illa speciem. Manente igitur affectione, quæ doloris non est expers, si sensio nulla, aut exigua mouetur, in alterutro, aut utroque vitium est. Sic in constitutione Aquilonia primi Epid. in ardoribus morituri initio quidem sitiebant: progressio morbo sitis expertes. Minus perniciosum, si solum ad tempus sitire desinat æger, aut minus sitiat, quam pro ratione febris, impedita tantum, non emortua appetendi aut sentiendi facultate. Perniciosissimum verò, si & potum & cibum omnino auerferat. Siquidem id argumentum est extremi langoris in facultate naturali hepatis. De quo sic Hippocrates, Magnum autem malum & hos & alios comitabatur cibi fastidium. Nam neque potum cum cibo libenter sumebant, sed valde sine siti erant. Vtra autem causa sit huius falsè creditæ solutionis, an mens læsa, quæ spem salutis non adimit: an caloris natui & facultatis extinctio, quæ planè lethalis est, ex adiunctis signis dignoscitur. Propterea Hippocrates suo, hoc est, admirabili artificio cum significare vult propter extinctionem sine siti esse ægros, qui antea siti arderent, adiungit perniciofa alia symptomata: vt primo Epid. plurimis quarto die labores maximi, & sudores diuissimè frigidi, neque amplius extrema recalescebant, sed liuida & subfrigida manebant, non sitiebant. Præterea erant vrinæ nigrae, tenues, paucæ; alique sitiebantur, nec erupit sanguis è naribus. Tandem verò subiicit, Sexto die moriebantur cum sudore. Et in Hermocrate, Lingua principio exusta, confestim surditas, somni non erant, siticulosus non admodum. Paulò post, Lingua superarida, non sitiuit, vigesimo septimo obiit.

## XXIII.

Οἱ πρὸς χεῖρα ἀναίσθητοι, κακοί.

Qui ad malum resiliunt, in malo sunt.

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Nemo facile intelligat, quid velit πρὸς χεῖρα ἀναίσθητοι, nisi qui in ægris id diligenter obseruauerit. Itaque sæpe fit, vt si manum ægri spectes, manifestè videas quasi intremiscentem reuelli. Aliquando contingenti manum id deprehenditur. Atque hic motus resultans ex tremore & conuulsione mistus est. Propterea σπασμοτρομώδης ab authore Prorrhethici appellatus, & σπασμοτρομος. Distinguiturque à tremore, quia deposita manu & subnixa, tremor conquie sit, non σπασμοτρομος. Periculosa est admodum eiusmodi tremula repulsio. Ac qua ferè dementia sequitur, sæpe conuulsio & mors, multoque magis, si acuta febris est, si maligna, si multa antecessit vacuatio. Noui quibus etiam integrè valenti

valentibus familiare sit, quod in ægris recognoscendum. Vidi & qui in longis febribus autumnalibus, à copia crudi humoris non tam siccatis quam humore madentibus neruis id citra periculum acciderit. Est certè hoc accidens, quod sæpe videas in ægris neruis & fibris incendio resiccatis, infirma motrice facultate & vitium langore, quod omnino lethale est, neminemque inde conuulsisse vidi. Vbi verò præ copia oppressa natura id accidit, non ita lethale putandum est, sed alia signa prius conferenda. Est & media quadam morbi conditio.

## DESID. IACOTII COMMENT.

Πρὸς χεῖρα ἀναίσθητοι dicuntur, vel qui contremiscunt, vel qui subsiliunt ad medici tangentis manum, vel qui vtrunque simul patiuntur. Hoc postremum Galenus fieri simul posse negat. Nam tremorem vult motricis facultatis imbecillæ affectum esse ex contrariis motibus sursum conatu facultatis tentans eleuationem, & deorsum motu naturali ipsius membri. Est ergo tremor motus musculorum præter naturam cum voluntate: conuulsio verò motus eorundem sine voluntate. Vnde fit vt tremor visu potius, quam tactu deprehendatur à medico. Nam vbi membrum vel repositum est, ac subnixum, vel comprehendens medici manu sultum, deorsum non labitur, nec proinde tremit. Aliiter contingit in subsultatione, in qua manus non tremunt, sed disiliunt, & quodammodo conuelluntur contremiscendo, vt in palpatione, & conuulsio motu, quæ sunt non facultatis, sed partium nocuenta. Similis motus in piscibus videtur, aut moribundis, aut vibratione resiliatione ve molientibus euasionem, cum partes neruosas auferre se à suo contrario mordente, aut opprimente, quod intus est, totas non possunt. Subsultant igitur & subsiliunt haud secus ac si iacentis corpus pungatur, quia totus illico exurgere non potest. Sic palpant in arido pisces, qui tota mole vnico tractu sese non valent excitare. Eum motum Græci dicunt ἀσπείρειν, Aristoteles ἀσπείρειν, nec absurdum puto eum esse, qui in Prorrhethico σπασμοτρομώδης appellatur. In quo tamen, vt dixi, Galenus putat tremorem & conuulsionem simul coire non posse. Neque enim (ait) apparent in conuulsione tremoris symptomata. Fieri siquidem non potest vt ægris ipsis in conuulsionibus tremores deprehendantur, nisi utriusque talem sit author contemplatus symptomatum vicissitudinem, vt cum conuulsiones quidem reliquerint, tremulus fieret homo. Vbi verò conuulsio superuenerit, non posse dignosci tremorem: vel, vt est in nostro exemplari Græco, ἀδιάνγνωστον ἐστὶ τὸ τρομόν. Legitur quoque alio eiusdem libri loco, τὰ τρομώδεια σπασμώδεια, vbi interpretatur mutationem ex tremore in conuulsionem exitioso euentu. Nec ita longè à principio libri illius notantur γλώσσῃς σπασμοὶ τρομώδεις linguæ conuulsui motus & tremuli, vbi quoque Galenus tremorem linguæ ad infirmitatem facultatis animalis refert, quæ siccam cerebri intemperiem sequitur: conuulsionem verò ad musculorum siccitatem vnà cum capite laborantium. Quibus opponi hæc possunt. Nam si tremor est motus, motus verò corporis affectus, cur non erit affectus corporis tremor, ac præsertim partis neruosa? Non enim facultas tremit, sed membrum & substantia neruosa, cuius causa est imbecillitas. Hæc ergo affectus facultatis, tremor verò partis ipsius. Præterea cum in eadem parte & facultas infirma esse possit, & morsus, aut oppressio à materia, aut inæqualis siccitas, quid impedit quo minus & contremiscere membrum queat, & disillire, & quodammodo reuelli? Veteres certè ita loquutos constat, & in tremore conuulsionem quandam conuulsificam posuisse. Plato in Τιμῳ scribit, tremorem & rigorem modum esse τὸ σεισμὸν, & Aristoteles interpretatur τρομόν motū cum conuulsione, & τὸ σεισμὸν ἐν τῇ γῆ ἐστὶν, ὅπῃ δὲ τρομὸν ἐν τῷ σφυγμῷ ἐν ἡμῖν. Verum ne vim in verbo facere videamur, appellet quisque, vt lubet, seu tremorem, seu conuulsionem, seu tremorem conuulsificum, aut πάλμην, de causa certè & præfatio ita statuendum videtur. Cum manus ægri subsiliunt, aut partes aliæ ad manum medici subsultant, imbecillitatem facultatis subesse & partes neruosas affici necesse est vel per sympathiam cerebri, vel primigenio affectu. Huius autem causa triplex esse potest.

Interdum enim disiliunt oppressa à copia & malignitate materia, sub qua vnico tractu sese conantur excitare, nec possunt: qui motus propriè tremor est, fitque potissimum in principio morbi. Interdum verò incendij febrilis acrimonia vellicantur, & vehementer resiccata reuelluntur, quia motum habent nerui, quo se retrahunt ad sua principia: facultas verò ab eadè causa laesisa, dum noxam propellere nititur, & partem mouere, tremulum tantum præ infirmitate motum excitat, vnde fit, vt pars quodammodo contremiscat & conuulsio motu subsulet. Nonnunquam etiam musculi disiliunt flatibus in meatuum angustia attenuatis & obfessis, qui motus potius dicitur *πελός*, vt ille conuulsius. Nam in palpitatione flatu intus concepto & concluso, attolluntur partes obsidentes ipsum, dum conatur eruptione: premuntur verò naturali musculo: ù motu, qui cutem retrahunt ad pristinae superficie statum. Distingueda itaq; causa ad praesagium. Nam tremor ab oppressione minus periculosus, licuti & à spiritu collectione. Ab exoluta virtute tum vigiliis, tum variis agitationibus, & vehemente resiccatione neruorum, vt in magna phrenitide omnino lethalis. Idem iudiciu de conuulsione. Medio modo se habet subsultatio ab acrimonia fuliginis febrilis. In qua si per alia symptomata caput affici appareat, vt per ingentem capitis dolorem, aut ceruicis, aut surditatē, vigilias turbulenta & similia, metum affert phrenitidis & conuulsionis. In morbis diuturnis palpitatione magis apparet, congesto scilicet ob frigiditatem flatuoso spiritu ex humoribus crassioribus, ex qua Hippo. in Prorrh. praesagiendā docet multa pituitae excretionem *μετὰ τόνον*, cum egredi conatu, vt in tenesmis, si illa palpitatione interiorē aliquam partem occupauerit, & quae sunt circa vmbilicum ad manum medici subsultent, modò ne flatu ille collectus circa septum transversum appareat. Tum enim laedit mentem, quae in omni diaphragmatis affectu etiam frigidus compatitur. Ab hac palpitatione differt *σφυγμός* hypochondrij, id est, pulsatio, & motio vehemens arteriae perreptantis spinā, quae est signu perturbationis aut delirij. Hoc igitur symptoma in acuta febre maligna & acri, siccatas neruis, & infirma morrice facultate valde periculosum est, & saepius lethale: in mitiore morbo, & initio ab oppressione aut flatulento spiritu, aut solo vapore acri non ita metuendum. Saepè autem cerebri affectionem, aut exortus spinalis medullae sequitur: interdum causam habet in musculis & instrumentis.

XXIII.

*Όσον άμα πυρετώ και σάδει, διδηματα ενώδεα νεωγροδύρα, ές πλωρον δδωη έπεληξεί, παραπληκτικώς κείνεται.*

*Quibus vnà cum ardente febre tumores soporosi torpidi, his dolor in latus transfens resolutionis modo necat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**O**ιδήματα generalius dici ab Hippoc. constat de tumoribus praeter naturā: sed qua parte hoc loco moueantur, non addit. Ac verisimile est in inguinibus ea comoueri, quales sunt pestilentes bubones. Sunt autem eiusmodi *ενώδεα* nō tam qualitate elementari materiae, quā maligna quadam proprietate, quae cum cerebrum occupet, primum quidem & somnum grauem, & torporem ciet: postea deliria & vigilias. Arque ab iis non tam resolutio, quā animi deliquia, & lyncope sequi solent. At dolores in latus transeuntes resolutionem adferre scripti in hoc opere, idque postea pluribus exponemus. Quod ergo in vno aut altero vidit, id, vt solet, quasi vniuersale scripsit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**P**Er *οιδήματα* nomen omnibus tumoribus comune apud Hippocratē, parotidas intelligi suspicari licet, ex his symptomatis quae adiecit, torpore videlicet, & dolore in latus transeunte. Ex his enim cerebrū affici constat. Ex cerebro autem materia

materia per exortum spinalis medullae in superiores thoracis partes decumbens musculos & neruosa corpora madefacit, exoluit, & relaxat, vnde in modum paraplegiae interficit. Verum difficultatem habet, quod addit *quod πυρετώ και σάδει* in febre ardente. Nā cum hoc febris genus à calido humore ortum habeat, ei vigiliae, inflammationes & calidi affectus propij sunt: quemadmodum pituitosi, vt cataphora & oedemata, humoribus frigidis. Quod si contrario modo accidat, vt frigida in calidis appareant, maius periculum imminet, quia minus periclitantur, quorum natura conuenit morbus. Quare quibus non conuenit, hi in maiore sunt periculo. Biliosi igitur tu mores, & biliosa excrementa cum biliosis hominibus, & biliosis morbis familiaritatem habent & cognationem. Non biliosa autem & frigida his praeter naturam sunt, atque ob id praua censentur. Verum modus generationis frigidorum affectuum in morbo calido difficilis videtur & obscurus. In vniuersum triplex esse potest. Progresso quidem iam morbo, à resolutione, aut extinctione caloris natiui: initio verò aut fusa & colliquata pituita in cerebro ab incendio febrili, aut materia causi pituitosa magis, quā biliosa existente. Aëris enim qualitas, totius anni constitutio, victus ratio, & temperamentum aëri februm ardentium genus non variant, sed gradum & symptomata pro ratione materiae putrescentis, & loci, in quo febris focus laet. Legitimus enim causus oritur ab inflammatione interiore, aut putredine biliosi humoris in venis maioribus iccoris, pulmonis, ventriculi, & maxime oris ipsius, aut etiam in ipsis visceribus nobilibus. Huius signa pathognomonica sunt ingens incendium, & sitis inexplebilis. *προνόμια* siue antecedentia, venae exiccatas, quae tenues ad se & acres humiditates trahunt. *προνόματα* quae quasi praecipientia dicas, ambulatio longa, liberalis vini potio, vsus salisamentorum, vinum à balneo, ira, vigiliae, aetas calidissima & siccissima, aetas, regio & similia omnia, quae bilem in corpore coaceruant & ostendunt. *συνέσειοντα* lingua sicca, aspera, nigra: ventris morsus (modò ne sedem habeat in pulmone) biliosa deiectione acris & tenuibus in ventrem confluentibus, liquida nec coctione incrassata, vigiliae, anxietas cum fastidio & viscerum aestu. Cum igitur omnia bilem testantur siccissimam feruentissimamque in toto corpore, necessariò iudicatur vel haemorrhagia, calore sanguinem sursum attollente multo spiritu feruētem, & venas inflantem atque aperientem, vt mustum dolia; vel sudore post vehementem rigorem multo & calido è toto corpore: vel vomitu, aut deiectione biliosa. Si qua verò perfrigeratio appareat, vel magnam inflammationem testatur, vel caloris extinctionem, vnde soporosi affectus fieri possunt imminente morte. Altera species est causi non legitimi, quam describit Hippocrates 4. de diata in acutis, à pituita falsa, in qua corpus non ita vritur, nec sitis adeò vehemens vrget (praesertim cum focus longius abest à ventriculo & hepate) excrementa alui liquida à corruptione alimentij, lingua sicca, aspera & falsa sine nigrore. In hac humor crassior, qui in halitum non facile abit, in abscessus saepe conuertitur, & parotidas generat, quae interdum agrum absolunt, interdum necant materiae ad interiora recursum, aut diffusionem in thoracem: de quo ita scribit Galenus, Causus rarissime per abscessum iudicatur, atque adhuc magis, si citra partis corporis adiectione, recensionem quis fecerit. Nempe parotidibus causos scio iudicatos, sed non legitimos. Tertiam differentiam describit Hippocrates sectione tertia in tertium Epid. in humida anni constitutione, quae caput repleuerat, specie quidem ardentem, symptomatum tamen vehementia & gradu distinctam à bilioso causo. Nam statim in principio antequam materia putredine & calore acrimoniam acquireret, (qualis vigilias, delirium, & phrenitidem solet adferre) incipientes (ait Hippocrates) comatoli, auxij, horrentesque; febris non acuta, neque valde sitibundi, neque deliri. Vbi Galenus scribit, rarò admodum fieri in ardente febre coma, neque sitim inexhaustam & summum incendium omnium februm ardentium pathognomonica esse signa, id est, proprietates & differentias, cum his sublati non tollatur species, sed solam sitis & caloris assiduitatem, vt in phrenitide assiduitatem febris cum delirio. Ab hoc febris ardentis genere omnes ferè interierunt ob malignam humoris crudi putredinem, & bilis admisionem. Sic enim materia initio mitis corruptione propria

substantiæ in venenatam quandam humoris speciem degenerat. Quartam differentiam primo Epid. obseruat valde mitem & salutarem, quæ biliosos tantum corripuit in caliginosa anni constitutione & austrina, id est, media inter serenam & pluuiosam, vnde humor quoque ipse & caliginosus & nebulosus in corporibus genitus est cum parotidibus, quæ molles erant & laxæ sine rubore & inflammatione. Ob idque extinctæ sunt omnibus sine offensa, neminique ad suppurationem ductæ, quomodo ad suppurationem duci solent, quæ ex aliis humoribus fiunt cum rubore & inflammatione. Neque tamen sequuta sunt symptomata, de quibus agitur hoc Aphorismo. Hæc itaque fufius exposuimus, vt intelligatur febrium ardentium constitutiones primam suæ generationis causam & differentiam à constitutione anni sæpe accipere, particularémque esse hoc loco obseruationem quarundam ardentium, in quibus tumores ad aures excitati sunt cum sopore à frigida & crassa materia, quæ nec resolui potuit, vt caliginosa illa; nec ad suppurationem duci, vt quæ ex bilioso sanguine & pituitoso constant. Contra hæc itaque ex putredine malignitate, & facta eiusdem putredinis diffusionem in thoracem & pulmones, dolor lateris obortus est, & inde mors sequuta resolutionis modo & grauius laborante cerebro. At hoc neque necessarium, neque frequens, ad memoriam scriptum videtur, vt in febribus ardentibus varias illas differentias, variósque exitus obseruemus, de quibus dictum est. Sic enim quæ rara sunt, & communi morborum naturæ contraria apparent, reponere solemus. Loco autem paraplegiæ (quæ apoplexiæ solutionem, vertebrarum luxationem, & spinalis medullæ affectum ab humoris frigidi decubitu sequi solet) conuulsio, aut suppuratio, aut alui profluuium succedit. Tumor enim materia (vt in Aphorismo scribitur) si ad cerebrum feratur, mentis alienationem: si ad neruosas partes & posteriores, neruorum distentionem ac conuulsionem: si ad anteriores, vel lateris dolorem, vel fluxionem alui cõcit. Et 6. Epid. verius ac generalius scriptum est: Si quæ supernè ad inferos decumbunt articulos, sub vmbilico constituantur, bonum: si verò suprâ, non similiter morbum soluunt, nisi suppuraerint.

XXV.

Πνιγμός ἐν ὀξείῳ ἐλθροῦσι ἰχθυοῖσι, ὀλέθριον.

*Suffocatio in acutis, si iam gracilescente agro accidit, lethalis.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

4. Aph. 34.

Πνιγμός, aut πνίξις nihil aliud est, quam ἐξαιφνης γιγνομένη ἀπόλειψις ἢ φθόρα ἀναπνοῆς, subitus interitus ex indigentia respirationis. Sed hic de interitu dici nõ potest. Sed πνιγμός hic de imminente periculo interitus præclusa via respirationis audire conuenit. Fit itaque in acutis eiusmodi suffocatio tumore aliquo præter naturam, dolore, pituita multa, resiccatione, resolutione operientium aut conuulsione claudentium affectio videlicet gutturis. Scripsit autem in Aphorismis ἢν ἔσθω πυρετὸν ἰχθυοῦσι οἰδηματώσιν μὴ ἔσθωσιν ἢ τῷ φάρυγγι, πνίξις ἐξαιφνης ἐπιστῆ θάνατον. Si à febre habito nullo tumore existente in faucibus, suffocatio derẽpẽte superuenerit, lethale. Itaque suffocatio vel repentina est, idque fit compresso capite asperæ arteriæ, quod λάρυγγα vocant: vel non repente, sed paulatim aucta difficultate spirandi in eam, quam ἀπνοίαν appellant, hoc est priuationem respirationis, idque vel arteriis pulmonis interceptis, vel via præclusa, aut in angustias contracta, qua per asperam arteriam spiritus transfuit. Sed ambigua vox est ἰχθυοῖσι. Nam & de toto corpore extenuato febre, vt iam inde resiccato corpore, & via quoque spiritalis angustior sit, vel de parte, vnde suffocatio quæ fit sine tumore. Gracile enim & extenuatum tumẽti repugnat. Ad hoc facit, quod in Prorrheticis ἰχθὺν φάρυγγι dicitur, quæ sine tumore est. φάρυγγι ἐποδωιδὸς ἰχθὺν μετὰ δυσφορίας πνιγμώδους ὀλέθριον ὀξείως. ἰχθὺν (inquit Galenus) ταντὸν ὅ μινδὲν ἐν δόλῳ ἔχει, idem ac si dicas, nihil habere conspicuum, vt in Prognostico scribit. Hoc autem est ἐν δόλῳ Galeno, calore, colore & tumore

& tumore in Prognost. sed tumore magis conspicuus & notabilis, quia ferè calorem & colorem coniunctum habet. Præterea in Aphorismis notauit οἰδημα. Est autem comes eius suffocationis respirationis vitium, quod πνεῦμα φανόμενον πρὸ χειρὸν & μετώρου dicit, in qua scapulæ vehementer attolluntur, & iam confectis viribus narium pinna vehementer commouentur. Alio quoque loco Prorrhetici auctor φάρυγγα ἰχθὺς dixit, vbi nihil conspicuum ore aperto appareat.

DESID. IACOTII COMMENT.

4. Aphor. 34.

Suffocatio apud Hippocratem non est idem, quod φθόρα ἀναπνοῆς defectus respirationis: quanquam πνίξις suffocatio siue strangulatio non fit sine illo defectu. Definitur ergo hoc modo à Galeno, ἢ πνίξις ἢ ὀλεθριὸν ὄντι παρα τῷ γιγνομένῳ ἀπόλειψις ἢ φθόρα ἀναπνοῆς, ἢ στρογγύλιον ἢ ἀναπνοῆσιν τινὸς ὀργάνου ἀποτέλειται. Strangulatio nihil aliud est, nisi interitus propter defectum respirationis, qui fit ex angustia alicuius instrumenti ex his, quæ obseruiunt respirationi. Defectus itaque respirationis tanquam genus est, fitque non solum ob angustiam, sed etiam ob vitalis caloris vehementem refrigerationem, & facultatis, quæ thoracem mouet, infirmitatem. Angustia verò strangulationis propria differentia est. Ea autè angustia interdum nascitur subitò, interdum verò spirandi difficultas obortitur, quæ paulatim aucta animam intercludit, facitque eundem sperandi finem & vitam. Hoc modo fit strangulatio in asthma ob flatus & pituitæ multæ ex capite in pulmonis bronchia per asperam arteriam delapsam, aut ex pleuritidis in ea loca translatione, aut pure multo inter pulmonem & thoracem effuso rupta aliqua, quæ paulatim accreuerat in illis partibus, vomica. Præterea in peripneumonia, vbi ad summum incrementum peruenerit & tuberculo, aut abscessu aliquo pulmonis. Nam ab inflammatione arteriæ suffocatio fieri non potest ob capacitatem & tunicæ tenuitatem. In his itaque omnibus morbus diuturnus est, qui in suffocationem tandem desinit. Repentina autem strangulatio, quæ in morbos acutos incidit, nulla antecedente spirandi difficultate, solius gutturis affectus est, & interiorum musculorum laryngis, fitque aut cum dolore magno, aut paruo, aut sine dolore. Fieri enim potest, vt humiditatis præsertim pituitosæ copia interiorem gutturis tunicam madefacientem, in eo tumor anodynus excitetur. Potest etiam aperientibus ipsum musculis resolutis meatus angustior reddi. Potest vtrisque etiam simul iunctis idem fieri: nec impossibile præ siccatem nimiam musculis internis gutturis admodum tensis meatum coarctari, qui dum tenduntur, guttur claudunt. Quando autè dolor adest exiguus sine vlla inflammatione illarum partium, cum febre tamen acuta, suspicari licet cerebrum phlegmone obfessum, vnde nerui ac musculi tum gutturis, tum maxillæ inferioris tenduntur, ægris neque maxillam reducere, neque os claudere potentibus, quod est phrenitidis & conuulsionis certissimum signum per Aphorismum illum Prorrhetici. In acutis morbis faucium sine tumore dolores & pusilli, & strangulantes, atque cum æger hauerit, non facile os tum aperire, tum claudere, mentis aberrationem portendunt. Ex his phrenitici fiunt, & perniciosè habentes. Verum si hæc tria simul conspirent, febris acuta, repentina strangulatio, & dolor in faucibus, affectus ipse angina est à defluxione humoris, qui cum tenuissimus est atque acerrimus, fauces prætergressus in venulas duodecim illorum musculorum delabitur, facitque anginae speciem perniciosissimam cum dolore, suspirioso anheliu, orthopnoea ob summam laryngis angustiam, nullo tamen tumore apparente in faucibus quæ vel eodem die, vel secundo, vel tertio, aut quarto ad summum strangulat & necat. Cum autem humor crassior in tenues gutturis venulas permanere non potest, in maioribus ad fauces cohibetur, existitque altera anginae species, in qua hianti ore tumor cum rubore in faucibus apparet, periculosa quidem & illa ac dolorifica, superiore tamen langè mitior, ac diuturnior. Omnium mitissima ac tutissima, in qua fauces, & ceruicis musculi ad latera oesophagi positi extrinsecus intumuerunt, quia & minor angustia, & liberior spiratio, & dolor remissior, & curatio facilius, translata in partes exteriores materia. Quartæ differentia meminit Hippocrates secundo Epid. vbi scribit, Erant autem angina laborantium affectiones eiusmodi

1. Progn. 14

4. de dieta in acutis Gal. 5. 3. Progn.

eiufmodi. Cervicis vertebræ ad interna verteabantur, aliis quidem magis, aliis verò minus, exteriusque cervix evidentem ostendebat cavitatē, dolorēque qui hac parte tangebatur, sentiebat. Erat etiam cuidam sub ea vertebra, quam dētem nominant: sed non adeo est acuta. Huius causa est tensio vehemens, vel inflammatio musculorum spinalium, qui partibus anterioribus adiacent, qui ex tensione breviores facti vertebram totam ad se trahunt, unde posterior sedes magis caua videtur, & in angustum guttur summum redigitur, atque ob id strangulantur ægri, efficiuntque conuulsiva respiratio, vehementer quidem trahente thorace: spiritu verò viam sufficientem non habente, sed per angustum foramen violenter inspirato. Huius rarò Galenus meminit, tum quia rarò contingit, tum quia gutturis muscoli simul inflammari videntur, vt in prima specie. Ita igitur Hippocrates de strangulatione agens & nomen affectionis ponit, & differentias omnes continuata serie à grauisima exorsus recenset. In hoc autem Aphorismo perspicuè neutrum horum facit, nisi quia, cum scribit *ἢ ὄψιν*, in acutis, repentinam præfocationem intelligere videtur: per eam autem vocem *ἰχθυόσιν*, nullum tumorem neque interius, neque exterius apparentem. Nempe vox *ἰχθυόσιν* significat sine tumore, atque idem potest, auctore Galeno, quod nihil conspicuum habere. Vel ergo hæc significant vehementem cerebri inflammationem, quam diximus, si parum dolent fauces: vel primā anginae speciem, cum dolor acior vrget: vel quartam, cum cauitas in ceruice deprehenditur. Quæcunque autem fuerit, planè lethalem esse constat per Aphorismum similem in Prorrhetico, Fauces dolentes absque tumore cum anxietate strangulantēsque, supramodum perniciose, & in Aphorismis, Si febre depresso suffocatio derepente superuenerit, nullo in faucibus apparente tumore, lethale est. Causa mortis est tum morbus ipse acutissimus, vt in anginosa muliere tertio Epid. tum symptomatum vehementia, & interceptio vsus respirationis, id est, refrigerationis, humectationis, instaurationis spirituum, & fuliginum expulsionis, quorum omnium in febre acuta summa est necessitas. Adiuuat partis natura, cui medicamenta admoueri nequeunt. Modus autē mortis sic habet. Si æger perferre queat, materia cruda aut suppurata in pulmonem effunditur, facitque peripneumoniam quæ intra septem dies necat, aut empyema mortiferum, per Aphorismum decimū libri quinti. Sin præripitur æger, quod sæpius accidit, per orthopnoeam moriuntur, in qua (ait Galenus) iacentes suffocantur, & vix recto thorace sufficiunt dorso ad nullum fulcrum innitente. Nam cum aspera arteria principium à summo gutture habens in pulmonem diuidatur, quoties quidem thoracem cum collo rectè extendimus, arteriam ipsam dilatarī contingit, atque etiam quæ ex ea in pulmones distribuuntur, propagines omnes, atque interim regionem augeri eis internam. Intenditur autem & huiusmodi affectio cubantibus, succipiente augmentum angustia. Ob idque etiā in peripneumonia orthopnoea fit, & in asthmaticis affectionibus. At in angina grauisima phlegmone internos musculos summi gutturis obsidens ceterum è spiritus aditum intercludit.

2. Prorrh. 54.  
4. aphorif. 34.

2. Prorrh. 54.  
3. Prog.

XXVI.

Ἐπι τοῖσιν ἡδὴ ἀλεθρίοισι τὰ συμκρὰ τρομάδεα, καὶ ἰώδης ἔμετος.

*Signis lethalius iam editis, tremores parui, & vomitus æruginosus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**diendum *ἀλεθρίον*, *θανασμόν*, aut aliquid tale. Si igitur à signis lethali- bus prodant se & alia signa lethalia, omnino desperandum. Quò enim plura & grauiora signa mortalia coeunt, eò certius mortis præfagium esse par est. Tremores parui siccatis neruaceis corporibus & confectis viribus accidunt: æruginosa vomitio exusta bile, & iam in atram bilem transeunte.

DESID.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**uius Aphorismi duplex interpretatio esse potest, vtraque utilis ad præfagium. Nam si seorsim vtrumque symptoma accipiat, sensus erit, neque de tremore neque de vomitu æruginoso iudicandum esse, nisi ex aliis signis, quæ indicent hæc fieri à causa graui & mortifera. Siquidem tremor morbi initio & ab oppressione (vt in Pythione) lethalis non est, nec à subita in affectibus animi spirituum collectione. In pernitiōis autem, vt progressio iam morbo, & viribus col- lapsis, mortem in propinquo denuntiat. Idem iudicium de vomitu æruginoso, vt postea docebimus. Sin horum duorum concursione quam syndromen dicunt, conficere placet, phrenitidem vehementissimam, & omnibus suis numeris exple- tam ea significabit, quam *ἰχθυόσιν* postea nominat. Eratque non inelegans, nec in- concinna cum superiore aphorismo connexio, vt quemadmodum, illic horrenda anginae pernitiōsissimum signum positum est, ita hic phrenitidis, insanabilis. Vo- mitus itaque æruginosus simpliciter, & *ἀπὸ λῆθους* lethalis non est, nisi signa pernitiō- sa vel copulata sint, vel antecesserint. Quod vt intelligatur, distingui debet à por- raceo, quanquam plerique confundunt. Nam porracea bilis sæpius generatur ex alimentis corruptis in ventriculo, & peculiari quodam cruditatis vitio, quæ in in- fantibus torminosis multa colligitur, & in adultis quibusdam ac sanis stas cer- tisque temporibus vomitu, interdum deiectione expurgatur. Aeruginosus autem humor à flaua bile ortum habet, quæ aduritur mox in atram degenerata. Cum enim atræ bilis duplex sit apud Galenum generatio, ex flaua supra modū exusta, & crasso sanguine: quoties flaua bilis vehementer aduritur ob febris vehemen- tiam, primū quidem in æruginosum humorem migrat, deinde in nigrū. Quare in vniuersum vomitio æruginosa & humoris speciem, cuius est soboles, & morbi vehementem tum caliditatem, tum siccitatem denuntiat. De qua Hippocrates, Et quos quidem (ait) acuta acrisque ac æruginosa bilis affligit, qualis mox rabies, & morsus viscerum ac pectoris, ac desperatio: Non sedantur autem hæc priusquam eadem expurgetur, & prosternatur, & aliis permisceatur. Galenus adolescentem refert syncerum & æruginosum humorem vomuisse cum febre & conuulsione totius corporis commorso ac vellicato orificio ventriculi ab acrimonia humoris, qui neruos in consensum traxerat: eumque vtroque affectu statim liberatum ex- clusa bile haud absimili aquæ, quam optima ærugo diluisset. Quod nos quoque vidimus. Non tamen protinus desit febris, sed vomitu æruginoso cum dentium stridore triduum perseuerante & fluxione alui, quinto die rigore & sudore multo iudicata est. In renum quoque doloribus, qui acerbis & contumacis cruciant, æruginosa non inutiliter excluduntur vomitu, sanguine tum ob dolores, tum ob vigilias corrupto, præsertim si febris adsit, & æger à cibo abstineat. De quo Hip- pocrates, In renè dolor grauis cum cibo replentur, vomuntque pituitam. Cum verò abundauerint dolores, æruginosa, faciliorsque fiunt. Soluuntur cum cibo vacuan- tur, arenulæ sulæ subsident, sanguinolentum mingunt, femoris, quod è directo est, dolor. Contrà in phlegmone hepatis & phrenitide absoluta, aut nobilis alicuius vi- sceris erysipelate mortifera est æruginosa vomitio. Cum itaque perspecta æruginosa excretionem exploratum non sit, quantum intus maneat, & an sine principum partium vitio excernatur, an potius ob inflammationem & erysipelas visceris alicuius perennem habeat generationem, id ex concursione aliorum symptomatum conii- ciendum docet Hippocrates hoc loco, & in Prorrhetico, Qui in capitis doloribus æruginosus vomitus habent, vigilāntque cum surditate, citò hi vehementer insa- niunt. Vbi vigilia, capitis dolor, & surditas morbum in capite esse indicant: ærugi- nosus autem vomitus morbi vehementiam & speciem redundantis humoris. Cum tremoribus autem paruis vomitus æruginosus cerebri inflammationem, bi- lis feruorem, & intemperiem calidissimam ac siccissimam denuntiat, quæ sunt ve- hementissimæ phrenitidis causæ. Nam tremores parui fiunt tum ob facultatis ani- malis infirmitatem, tum ob neruorum partium vehementem resiccationem. Fa- cultas autem resoluitur non solum à phreniticis causis, sed etiam à vigiliis & va- riis corporis motionibus. Vomitus autem ille præsertim frequens & paucus cum affectionem

De veteri me-  
dicina.

5. Aph. 2.

6. Epid.

2. Prorrh. 2.  
10.

affectionem sequitur per consensum cerebri, excitato ad vomendum ventriculi ore, & bile flava, quæ cerebrum diluit per visionem in atram bilem transeunte, vnde ægri cum ferocitate primùm insanunt, deinde silente & melancholica phrenitide penitus absoluta & inhaerente cum paruis tremoribus ac cõuulsionibus intereunt per Aphorismum illum Prorrhæticis, Phrenitica vehementer, tremencia finiuntur & Mente ob melancholiam aberrantibus tremores superuenientes maligni. Vbi Galenus scribendum fuisse docet, lethales. Siquidem malignum in his, tantum dicitur, quæ periculum minantur, spem tamen salutis non adimunt. Hæc autem planè perniosa sunt & insanabilia.

1. Prorrh. 9. & 14.

XXVII.

Ἐν τοῖσι ποτοῖσι ὑποφορόντες καὶ ὑποβορβορίζοντες ἔφηροι καὶ οἱ χαλεπῶς καὶ βρωχίζοντες πνεύματι βρωχῶδη ὀλέγεον ἐν ὄξει καὶ ψυχρῶδισι.

Qui dum deglutiunt potum, obiter strepunt, & submurmurant in siccis, & qui difficulter transglutiunt tussiculoso spiritu, lethale in acutis, quibus refrigeratio accidit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Qua ratione ἔφηροι addatur, non satis constat, nisi quomodo πνεύματι βρωχῶδη post dicit, ita ἔφηροι intelligat, quasi addat πυρετοῖσι. Quod autem ad hanc sententiam pertinet, digna certè, quæ scribatur. Nam inter signa lethalia etiã vulgus annotat strepitum potus descendens & sonitum, vel borborigmon voce fictitia. Id autem naturaliter ferè fit magna auiditate potus œsophago sese ad tractum cogente & via angusta. In ægris duplex causa est. Altera non ita mala, occurrans flatu, qui è ventriculo attollitur. Altera lethalis siccato œsophago & inde contracto atque angustiore. Inter signa lethalia vxoris Theodori, quæ obiit septimo, οἱ φέροι δὲ πινόντων μεγάλοι ἐγένοντο, καὶ οἱ χαλεπῶς δὲ βρωχίζοντες. In morbis difficilis transglutitio fit natura aliquando nimium abhorrente: nonnunquam resoluta œsophago, aut angustia presso. Angustia quidem, quam vel siccitas, vel tumor præter naturam commouerit. Exincta iam virtute sub morte id plurimis accidere consuevit. At cum gula non deglutiat, fit vt aliquid in fauces, & hinc in arteriam refluat, vnde πινόμενα βρωχῶδης, ἢ ὄξει καὶ ψυχρῶδισι, hoc est, in acutis, vbi ægri subinde refrigerant non in his solum, sed aliis quoque. Sed prius dictum satis & horrores, & rigores, & frigora, & tremores in acutis febribus, si sapius redeant, in malis censerit.

DESID. IACOTII COMMENT.

In Prorrhæticis οἱ φρενιτικοὶ βρωχῶδη ποτοῖσι φέροι καθαπόμενοι, τρομώδεις. Phrenitici raro parùmque bibentes strepitum facile sentientes, tremuli. Galenus interpretatur φέροι καθαπόμενοι, βρωχῶδης αἰθναρῶδης, qui strepitum facile sentiunt, & eo expauescunt. Vnde fortasse suspicari quis possit ὑποφορόντας ἢ τοῖσι ποτοῖσι, hoc loco, in potione meticulous phreniticos appellari, qui cum strepitu quodam potionem omnem respuunt, aut quos vel leuissimus strepitus perterret, vt illis potus sit perterricrepus, vt Ennius loquitur. Verùm & propria verbi significatio, & quod de deglutitione subiicitur, de strepitu potus descendens & murmure in sicco locum hunc accipiendum satis declarant. Adde quòd signum illud obseruatione dignissimum est, & sæpius occurrit. Cydis filius septimo Epid. febre, capitis & aurium dolore, delirio, quadamque contractione ad vigesimum secundum diem laborans ὑπὸ τῆς πίσι καπίντος ἐς τὰ σπῆθα καὶ πλὴν κοιλίῃ φέρος εἶς καὶ χαρτάσει, cum biberet, descendens potus in pectora & ventrem strepitus audiebatur, qualis & Chartadi. Idem in Chartadis historia & vxoris Theodori scribitur. In sanis murmur interdum exauditur ob flatum, ventriculi angustiam, & motum. Flatus quoque

quoque è ventriculo occurrans potui descendenti strepitum mouet, quod flatulentis corporibus accidit. In febribus acutis & exiccatis causa è rei natura artificiosè inuestiganda nobis est Oesophagi interior mēbrana rectis fibris donata est, quibus manus instar trahit cibum & potum: exterior verò transuersis & orbicularibus quicquid est intus, arctissimè comprimendo deorsum depellit & quasi detrudit, interdum etiam sursum, vt in vomitionibus. Ad superiorem etiam œsophagi partem musculus positus est, qui ipsum in deglutendo comprimit. Vnde necesse est inter porandum & edendum, partes quæ sunt infra, quàm id, quod deuoratur, dilatari: quæ autem supra contrahi. Qua in actione multiplex impedimentum potest interuenire angustia, flatu, tumor præter naturam exterius comprimens, aut interius obstruens, aut in fundo facultatem resoluens. Angustia verò cum facultate vegeta cibi tantum crassioris ingressum impedit, liquidiora facile sinit illabi. At in febribus, cum cavitata libera est & expedita, adest tamen deuorandi, aut bibendi difficultas, vt in lagenam cibaria, præsertim poculenta immitti videantur, resolutionem musculi, aut totius œsophagi, & facultatis attractricis summam infirmitatem hoc symptoma denuntiat. Hoc autem fieri potest tum in siccis, tum in humidioribus. Nam cum œsophagus plus æquo mollis est, & madefactus, arctè nihil comprimere aut complecti potest. Cum verò diuturnitate morbi, aut febris acutæ incendio vehementer exaruit, meatus quidem ac ductus patet vndique, nihilque est, quod viam cibi intercludat: verùm quia facultas resoluta contrahere non amplius valet, diu remoratur in anfractu œsophagi & fluctuat quod illabitur. Contrà fit in angina, in qua ob angustiam ad extremum gulæ potio molliter fracta & allisa strepitum edit, sæpèque resilit in nares. Cum tamen primum hunc quasi scopulum superauerit, celeriter euadit ad fundum. At in resolutione per totam cavitatem resitat, nec detrudi in ventriculum potest celeriter. Allidit itaque potio ad ventriculum siccum, & cum humore extrinsecus allapso aliquid aeris subit, qui in itinere agitur & laceratus strepitum mouet, nec descendit ex facili. Addidit ergo Hippocrates in siccis. Nam in humidis, quibus extremum gulæ madet, & multo humore perfusum est, mollities instrumenti tractum & descensum impedit minore periculo, quanquam diuturnitate morbi tandem contabescunt. Ex his etiam perspicuum est, cur interdum cibus crassior ac solidior facilius deuoretur, quàm liquida potio. Non quia flatu liquidiora facilius subleuet, solidioribus minus resitat (quanquam id esse potest) sed quia natura, quæ fibris vitur & musculo ad deducendum cibum, minore conatu complectitur, quod durius est; in humida potione minus est firmitati. Facilius ergo euadit cibus, sicuti in angustia difficilius. Id nos superioribus annis obseruauimus in muliere nobili, quæ adhuc viua contabescit, & Nicolaus Florentinus Guidonem quendam refert, cum panem cibarium & castaneas siccas optimè deuoraret, molliores carnes simulatque ad extremum gulæ peruenerant, euomere solitum. Cuius morbi molestiam annum integrum, ac eò amplius pertulit, donec contabescens interit. Hoc murmur Hippocrates fictitia, sed apta voce expressit ὑποβορβορίζοντες, τὸ ὑπὸ con significante interiorem cavitatē & descensum. Quæ vox etiam usurpatur in murmure hypochondriorum à flatu, aut inflammatione. Sequitur ergo difficultas deglutendi cum tussiculoso spiritu in siccis, propter siccitatem & asperitatem earum partium, id est, faucium, œsophagi & asperæ arteriæ, qua fit, vt inter spirandum ægri tussiculam subinde edant, quam πινόμενα βρωχῶδης appellat. Potest quoque id accidere à tenui & ferina destillatione, aut colliuatione. Nam calor febrilis & exiccatur per se, & humectat liquato humido, quod est glutinum in concretionem solidarum partium, vt in ore gmonie interdum apparet. Addit itaque id lethale esse in acutis, imò proximæ mortis certissimum signum, præsertim si accedat refrigeratio, vel totius corporis, vel extimarum partium, quæ diutius manens cum asstu interiorum, ac siti magnam inflammationem intus exardescere significat. Nam in paruis inflammationibus extrema potius vruntur. Cum sudore verò frigido & liuore pedum, aut manuum

Handwritten scribbles in the right margin.



sine incendio valido in hypochondriis extinctionem caloris nativi testatur. Interdum etiam dolor aliquis vires exoluit, atque ob id partes infrigidat extremas, vt scribit Hippocrates 3. de diata in acutis.

XXVIII.

Τὰ ἐν χερσὶ καὶ ποσὶν ἐρυθρήματα, ὀλέθρια.

Rubores in manibus ac pedibus lethales.

vide fol. 339

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Ερυθρήματα vocat inflammationes & erysipelata. Vidi enim in maligno morbo, qui ad exitium vergebat, eiusmodi rubores excitatos, vnde acerbissimus dolor mouebatur, ac rubor ille, qui non concederet iustis auxiliis, liuorem traxit, ac paulò ante mortem omnino disparuit. Sic ea distinctio adhibenda, quam præscripsit Hippocrates in Prognostico, nigrescentibus digitis ac pedibus. Si enim reliqua signa salutaria, & eò translata materia æger leuius habeat, soluatque aut remittat febris, abscessus erit salutaris, alioqui desperatus æger est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Adem ratio est huius symptomatis & stillicidij sanguinis, aut pustularum ac similibium. Omnis enim excretio, omnisque abscessus, qui vbi fieri cœperit, statim definit, duorum alterum significat. Nam vel materia illa, ab affectis effunditur partibus, quia ob copiam non potest tolerari, vel natura ad summum ferè gradum infirmitatis peruenit, quæ superflua quidem excernere conatur, sed nequit. Rubores enim manuum & pedum sunt inflammationes, vel erysipelata, vel carbunculi per materiæ decubitum. Non tamen necessariò lethales sunt, nisi adhibeatur distinctio. Primum ne febris horum symptoma sit. Etenim sæpe huiusmodi inflammationes partibus extimis eueniunt, quibus febris superuenit signo nec lethali, nec admodum periculoso. Deinde ne criticè potius appareant, quàm symptomaticè. Criticè autem abscessus, qui ægrum sit liberaturus, tria signa posuit Hippocrates secundo Epid. si maximè deorsum & quàm longissimè à morbi focò absistat, magis verò si cum signis coctionis eruptionem faciat. Nam qui citra coctionis notas existit in cruribus per morbos thoracis, vindicat quidem à periculo, quia longè abest à morbo: sed articulus perdifficiliter sanitati restituitur, & claudicationis periculum subit, vt in Prognostico annotatur. In extimis autem partibus vt manibus ac pedibus præter cruditatem metuendum est, ne pars totam materiam excipere haud possit, aut exceptam concoquere. Nam priore modo refluit, quod non recipitur: posteriore ob interceptionem caloris nativi & materiæ coniunctæ putredinem pars ipsa sideratur. In symptomatico ad eas partes abscessu vtrumque contingit. Nam si tota materia intro recurrit, sæpius quidem in caput transfertur, & phrenitidem aliæque grauisima symptomata inuehit, vt in Critone, Comment. 3. in primo Epidem. interdum tamen in partes capite inferiores rapitur, quas facillè est internoscere per symptomata superuenientia. Sin verò diutius manet in parte, abscessus ex his est, quos Hippocrates germen habere scribit libro sexto Epidem. Ex quibus efficitur symptomaticos manuum ac pedum rubores & causas esse, & signa perniciosà. Sunt enim causæ interdum syderationis partis, & symptomatum quæ humorum ad interiora refluxum consequuntur, interdum alterius tantum. Signa verò aut naturæ omnino infirmæ, aut copia materiæ tanquam stimulo concitata, aut viscerum nobilium grauisimè affectorum. In horum enim inflammationibus sanguis accenditur, quem effusum partes extimæ præfertim manus ac pedes excipiunt per vasa, quæ in ipsis finiuntur, & quia sanguis ibi sistitur, & quia minus

2. Prog. 9

minus obteat sunt carne, haud secus atque in calidis affectibus iccoris & morbo Gallico volæ manuum calidiores percipiuntur, & herpete laborant Sanguis enim non ibi corrumpitur primum, sed in ipso quasi fonte iam corruptissimus eò refluit. Huius itaque ruboris germen est intus, vbi materia praua continuò generatur, feruet, ac putrescit: putrescendo febrem accendit malignam & sæpius pestiferam, cuius portio diffunditur in partes infirmas. Atque hi rubores planè lethales sunt. Quod Arabes in experiundo & medendo non ignobiles mihi videntur diligentissimè obseruasse. Nam Auicennas ruborem in manibus ac pedibus scribit esse deteriorem nigrore, quia hic materiæ solùm decubitum & spiritus vitalis interceptionem præmonstrat: ille præter hæc germen habet in partibus nobilibus. Al-leindus verò verbis magis barbaris, quàm ineptis distinctionem obseruatione dignissimam addidit. Extremitates (ait) cuiuslibet ægri quoties rubescunt ad modum coralli cum ponderositate, statim moriuntur. Quæ certè verissima sunt, nec deest ratio. Nam inde significatio fit diffusionis calidissimi sanguinis, & facultatis tum animalis, tum vitalis emorientis, quæ onus materiæ morbificæ & membri amplius ferre non potest. Sic Hippocrates ruborem in oculis inflammati cerebri, aut ventriculi à vomitu signum facit, & in Prothetico faciei ruborem calidæ affectio-nis in cerebro, quæ sanguinem exurit & in atram bilem conuertit.

7. Aphor. 3

XXIX.

Οἱ ἐκφυσθέντες καὶ ἀνακεκλασμένοι, ἐν τοῖσιν ὑπνοῖσιν ὑποβλέποντες, ἰκτερώδεις καὶ κατακορέες γίνονται. λευκὸν δὲ χόρημα τέτοισι πρόεργεται.

Qui exufflant & dum dormiunt quasi reuulsis effractisq; palpebris, nec omnino commissis suspiciunt, abundè auriginosi moriuntur. Album verò excrementum iis deicitur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc ferè de somno, itaque quibusdam id accidit dormientibus, etiam integra valetudine, vt exufflent obesis magis, & quibus spiritalia instrumenta minus libera sunt, præcipuè qui liberam nec ita violentam respirationem efficiunt. Dum enim ad eos musculos natura decurrit, vnde exufflatio ἐκφύσσις musculi intercostales extimi, deinde etiam qui è collo descendunt scapulares & alij. Aestuante quoque thorace aut imbecilliore virtute, quod grauius est, id accidit: vigilantibus quoque quibusdam ægris id accidit admodum lethali signo, & iis quibus in delirio magna est respiratio, quod μέγα πνοῦμα dixit in Prognostico, & septimo lib. Epidemio. πνοῦμα πῆλυ signo omnino pernicioso. ἀνακεκλασμένοι, refracti. vox est κερτάλασις & ἀνακέρταλασις vsurpata Hippocrati in palpebris, de qua lege annotata in Prognostica de peruersa palpebra. Videatur autem in hoc concursu æger admodum æstuosus & siccatus. Ab æstu ἐκφύσων, à siccitate ἀνακεκλασμένοι καὶ ὑποβλέπων. Est autem ὑποβλέπων, quod in Prognostico dixit, σκέπηδον δὲ καὶ τὰς ὑποφάσις. ἰκτερώδεις. exposita prius. κατακορέες, hæc vox variè vsurpatur Hippocrati. Nam κατακορέα dicit τὰ ἀκρατοχολῆ θρασηματα, & κατακορέας ἀδρῶπες εἶδει κατακορέα pharmaca similiter, Illa quidem, quia multum humorem eiusmodi colligunt: hæc quia expurgant, vel quia flauo tincta sunt, & κατακορέη δὲ ψαν inde excitatam, atque ideo vehementem. Et ad αἵψην aliquando transfert & κατακορέως χολώδεα valde biliosa, libro de ratione victus in acutis. Hic ergo vel admodum auriginosi, vel colore flauo valde fœdati, vel multa meraca bile referti.

7. Epid. in uxore Theodori. Vide secundæ cõment. huius.

In Excegeß.

2. de mot. mus.  
& de locis aff.  
sect. 2. de dig.  
Plat. & Hipp.

**Q**uam vim habeat ad praesagium dormientem aegrum attentè intueri, docuit Hippocrates in Prognostico. Quae autem imprimis obseruanda sint, hae Aphorismo complectitur. Ea sunt respiratio, decubitus, oculorum dispositio, & color. In respirando damnat *ἐκφύσησι* efflationem, quam vocis materiam alibi diximus: Est enim *ἀθροὺ τοῦ πνεύματος ἐξ ὀφθαλμοῦ*, cum affatim spiritus foras effertur, vel *συνέφωτον* cum strepitu quodam, vt in stertente, quae exufflatio proprie dicitur: vel absque strepitu. Differt ab expiratione & magnitudine & musculis. Nam expirationem faciunt omnes musculi contrahentes thoracem, praecipue verò septum transversum, & musculi superiores, qui nervos accipiunt à spinali medulla in ceruice. Quamquam naturalis exspiratio otium interdum dicitur Galeno, non actio musculorum: interdum abdominis musculis tribuitur. Efflationem verò intercostales musculi molliuntur, qui contrahendo vehementius pectori praesunt. & nervos habent à spinali medulla sub ceruice, quibus laesis vox quidem amittitur, animal tamen respirat per septum & superiores musculos dilatato thorace. Strepitus verò fit ab exeunte flatu in arteria, vt vox in gutture, quando hoc oriante per partes & angustatur & distenditur, aut humore oppletur arteria, aut pulmonum bronchia obsidentur. Intelligit ergo hoc loco genus respirationis, in quo inspiratio minor est & tardior, exspiratio verò magna ac vehemens, ordinata tamen & constans, vt cum (ait Hippocrates in Theodori vxore) *ἀλὺς ἐλκνίνας πνύμεν πάλιν ἀθροὺ θραπέει* moderanter spiritu attracto rursus vniuersum aeger exspirat. Hoc autem ostendit calorem natium imminui: cum verò, qui praeter naturam est, vehementer crescere, & fumum esse ita, vt ad fuliginosi excrementi exclusionem, quod aestuante corde generatur, natura intercostalium musculorum opera egeat. *ἀνακκλασμένους* referri puto ad decubitum potius, quam ad palpebrarum peruersionem, quae fit resoluta vno musculo ex claudentibus, aut his conuulsis, quae palpebrae motibus praesunt. Nam haec peruersio in non dormiente apparet. Hic verò agitur de dormientibus. Agit itaque *πρὸς κατακλίσεως* de aegri decubitu: aut *πρὸς τῆς κατακλίσεως ἢ ἀθροῦ*, de inflexis supra naturalem & mediocrem figuram articulis, aut nimium diductis, cum videlicet aegri supini iacent, vel brachiis, ceruice, & cruribus extensis: vel iisdem contractis & implexis, quae modicè reducta esse oportet. Quorum illud fractarum virium, & facultatis animalis resolutae argumentum est, hoc verò conuulsionis ac delirij. Cubantem enim à medico deprehendi oportet aegrum in latus dextrum aut sinistrum, ac manus curuatae paululum inflexa habentem. Huic decubitu alius contrarius est, isque duplex, *κατακλίσεως* distortio articularum: & *σώμα ἐλυτον καὶ πάρετον* corpus exolutum, atque defectum, id est, fufum ac proiectum. Qui etiam decubitus adhuc duplex est. Sic enim scribit Hippocrates in Prognostico, Supinum verò iacere, tum manibus, tum cruribus extensis, minus bonum. Et paulò post inquit, Si verò procliuor fiat, atque superne ad pedes delabatur, grauius existit. Hi itaque recte dicuntur *ἀνακκλασμένοι* non ob mollitiem corporis, sed ob langorem facultatis, quae musculos mouet, aut ob conuulsionem vel delirium si immodicè contracti appareant. Atque ita decumbentes si hianti quoque ore dormiant (quod lethale esse vult Hippocrates eodem loco) confirmabit iudicium de efflationis significatione. Simile est quod sexto Epidem. lib. scribitur, Distensio corporis, articularumque durities, & aeger ipse proiectus ac dissolutus, atque articularum contractiones, malum. Addit deinde, *ὅτι τρισὶν ὕπνοις ἐποβλέποντες* in somnis leuiter suspicientes. In Prognostico hoc symptoma *ὀφθαλμῶν* nominatur oculorum suspensio, cum non bene commissis palpebris inter dormiendum oculorum album subapparet. Quod tribus de causis contingere solet. Primum peculiari & naturali constitutione palpebrarum in his, qui ita dormire consueverunt: deinde rigida cute frontis, & resiccatis palpebris ab immoderata vacuatione, vt alui profluio, aut medicamento purgante: tertio ab infirmitate facultatis mo-

tis motricis, quae palpebras committere non potest, cum vehementi febris incendio, quod postremum lethale est. Qui itaque hoc modo inter dormiendum affecti deprehenduntur, & phrenitici, & conuulsi, & resoluti mori possunt. Quare non est necesse iethericos fieri. Solet tamen Hippocrates, quod fieri facile potest, pro eo, quod saepe aut necessariò fit, interdum ponere, vt ex prudenti coniectura cautior fiat praedictio. Possunt itaque in hac concursione auriginosi euadere, bile in corporis habitum effusa: motu symptomatico morbi: vel phlegmone conuexam hepatis partem obsident: vel obstructo meatu, quo bilis in intestina reiciitur. Quem affectum faeces albae & praenuntiant, & sequuntur: de quibus omnibus dictum est lib. i. huius operis.

Aphorif. 39.

XXX.

Αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐκείσιν ἐργασίαι, μὴ ἀφώνου, ὀλέθραι.

In febribus insania & vehementes silente aegro, sed non etiam primato voce, lethale est.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**κείσιν de vehementi insania dicitur Hippocrati. Est autem eiusmodi *ἐκείσιν* cum silentio & vociferatione, cum aponia & sine aponia. At quae cum silentio est, iam melancholica est, aut aegro in veterosum affectum transiente: cum vociferatione agitata bile phreniticum est. Cum *ἀφωνία* vitium coniunctum habet in vocalibus instrumentis & aliis, vnde mutitas. Sine aponia eorum alterum, quae in silentio dicta sunt. Concurrunt aliquando omnia in eodem aegro, vt in Dealcis vxore *ἢ λόγοι πολλοί, ἢ σιγῶν, ἢ πολλὰ ἀφώνου*, aut multa loquebatur, aut filebat: & primis diebus *αὐτὰ σιγῶν, viceσimo λόγοι πολλοί, & πάλιν ἀφώνου*. Similiter nono *πολλοὶ πῆλεγε, καὶ πάλιν σιγῶν*, vicefimoprime obiit. *ἐκείσιν μελαγχολικῶν* dixit in Prorrheticis *τὴν σφοδρῶν καὶ θρηνώδων*, affata videlicet flaua bile, eaque substantiae cerebri imbibita. Et in eodem libro *ἀφωνία*, quae conuulsis vocalibus instrumentis in febribus accidunt, transire in *ἐκείσιν* cum silentio scribit. Primum enim commota bile feruida, & in cerebrum rapta insania fit vehemens *ἐκείσιν*, ex quo phrenitis. Sed progressu malo & affata bile, iam *θρηνώδης μανία*, vbi imbibita substantia cerebri. Ac tandem languescente natura & feruore, & iam quieta materia *σιγῶν ἐκείσιν*, quae intelligitur nõ quia iam nugentur, vociferetur, aut quid simile edant, sed oculo feroci, fixo, gesticatione manuum & aliis eiusmodi indicij. In hoc aegro non minus fuisset mortiferum, si accessisset *ἀφωνία*. Notauit tamen, quod in vno obseruauit. At *μὴ ἀφώνου* intelligebatur, quod cum ferè semper taciturnus esset, aliquando vel sibilaret, vel submissè loqueretur, conquereretur, gerneret, aut aliquid tale faceret.

DESID. IACOTII COMMENT.

**T**res phrenitidis species siue differentias Hippocrates variis locis expressit, de quibus dicitur postea accuratius. Prima absolute phrenitis dicitur, quam interdum *ἐκείσιν* nominat ob humorem adhuc mobilem & transluentem, vt Aphorismo 15. sect. 1. Prorrh. Altera *μανιώδης* melancholica, quae auctior *σφοδρῶν καὶ θρηνώδης* vehemens est ac ferina. Cum enim vel inflammatio, vel flaua bilis occupat cerebrum, initio quidem nondum per totum cerebri corpus permiscetur, sed in eo feruet, spiritusque alterat & exagitat, vnde deliria succedunt, consurgunt aegri, vociferantur, aut exiliunt & aliena loquuntur. Id cum faciunt continuo & cum febre acuta, non autem per accessiones tantum febrium, vera phrenitis est. Vbi autem malum se intendit, & cum ferocitate violenter quaedam manu faciunt propter immoderatam siccitatem, & bilis malignitatem atque vstionem à vehementi febre *θρηνώδης* dicitur. *θρηνώδης* (ait Galenus) *ὀνόμαζεν ὀρθροφροσύνης ἢ αἰς καὶ παρῶσι, καὶ λαμπρῶσι, καὶ δάκρυσι, καὶ χολῶσι ὡς ἐπιβῆλος τὸς εἶσιν*.

πες νομίζοντες. Ferinas desipientias appellat Hippocrates, in quibus ægri calci-  
 trant, pedibus feriunt, mordicus impetunt, excandescunt, & eos, qui ingrediuntur,  
 tanquam hostes habent. Tertia est hoc loco εκστασις σιγῶσα ἢ ἀσαφῶδης: ecsta-  
 sis obscura, & cum silentio. Cuius duæ sunt causæ, languens virtus, & ἐκτικὴ δια-  
 θέσις, hectica temperies. Quando videlicet humore bilioso & intemperie calida &  
 sicca ita cerebri substantia inficitur, vt morbus efficiatur hecticus cerebro: haud se-  
 cus atque in febribus hecticis non amplius humorum putredo causâ est, sed par-  
 tium solidarum facta & absoluta alteratio, aut, vt in lanis, quas colore aliquo ita  
 fucant vt vis medicamenti concepta nulla lotionem possit elui. καὶ ἡ ποιότης τοῦ  
 οἴου βαρὴ τῆ ἐγκράτης, τὴν ἀσάφην ἐκτικὴν ἔχει, ait Galenus, id est, Talis  
 cerebri veluti tinctura dementia hecticam habet. Dicitur autem εκστασις, quia  
 cerebrum non iam alteratur, sed aliud factum est à seipso, quemadmodum εκστασις  
 in plantis apud Theophrastum egressione significat è natura speciei: in mente  
 ἀναγῆ apud Aristotelem concitationem & abstractionem quandam ad contem-  
 planda diuina, in affectibus terrorem, cum anima à suis functionibus abisset per-  
 cussis spiritibus ac receptis in intimos cordis sinus, ad eò vt apertis oculis nihil vi-  
 deant, nihil audiant. Alio itaque significato, sed eadem origine vtuntur medici,  
 quia in huiusmodi phreniticis tum mens è propria potestate exit, tum internis  
 quibusdam imaginibus rapitur, quas putat esse foris, tum cerebrum ipsum è natura  
 sua egreditur. Hoc genus delirij ἀσαφῶδες dicitur in Prorrheticis, quia sit obscu-  
 rum, vixq; non solum ab ignaris, sed etiam à medicis cognoscatur, qui solos phre-  
 niticos esse putant, quos exclamare vel exilire vident, vt medicus quidam cum  
 Galeno contenderit ægrum ita insanientem neque pernitiosè habere, neque phre-  
 niticum esse. Comitantur enim hæc symptomata, silentium, somnus falsò creditus,  
 manuum exigua motio, oculi clausi aut immoti, quos nonnulli haudquaquam  
 aperiant, etiam si in clameueris. Præcipuum & inseparabile comprehendit hoc A-  
 phorismo, silentium sine aponia. Est enim silentium triplex: vnum à deprauata  
 mente, in quo æger loqui potest, nec loquitur tamen, aut quàm breuissimè, vt in  
 hoc affectu. Alterum cum in veterosum affectum transit æger ab humectatione  
 cerebri, vel refrigeratione, vel extinctione caloris natiui. Tertium cum aponia  
 & priuatione tum vocis, tum sermonis animali facultate oppressa, vel emoriente:  
 aut instrumentis vocalibus conuulsis vel reuulsis: aut interceptione materiæ vo-  
 calis vt in syncope, & hysteris affectibus. In vehementi autem phrenitide ab  
 immoderata siccitate ægri interdum non solum silent, sed etiam muti & ἀφωνοι  
 redduntur, vt de Hermozygi vxore legitur in Prorrheticis: & alio loco, Si in febr-  
 bus aponia conuulsio modo in motionem mentis cum silentio transeat, per-  
 nitiosum. Ad distinctionem ergo rectè addit μὴ ἀφώνη silentium hoc sine apho-  
 nia esse. Huius silentis ecstaseos elegans descriptio est apud Galenum in Prorrh.  
 Vbi ita scribitur, Tremulæ, obscuræ, blandæque & contrectabiles desipientiæ, val-  
 de phreniticæ. Ex quo loco non erit inutile, pauca è multis huc adferre, quæ vim  
 huius silentij sine voce tanquam ob oculos ponant In hac (ait) æger quietus iacet,  
 neque solum non tumultuosè exclamat exilitque vt antea, sed neque prorsus lo-  
 quitur, neque figuram decubitus mutat, sæpiusque qui ita affecti sunt, familiaribus  
 præbent opinionem, quòd mox sint, si quod fiat silentiũ, dormitur. Clausis itaque  
 fenestris conuiescunt custodes, tempusque in his interdum longum conterunt,  
 dormire ægrum, quòd neque loquatur, neque moueatur, arbitrati: ægro ipso non  
 dormiente, & manus quietè mouente, non secus quàm qui per leuè contrectatio-  
 nem aliquid vel tangere, vel inuenire volunt. Deinde his ita se habentibus quidam  
 & clausis palpebris hæc agunt, & si quis accedens cum eis loquatur, quidam neque  
 prorsus oculos aperiant: alij posteaquã aperuerunt, aut paulò post clauserunt, aut  
 immotos obseruant: alij neque si quis eos in clamauerit, vel stimulauerit, palpebras  
 aperit. Hactenus Gale. qui paulò post ostendit hoc silentium non esse sine voce,  
 quia si, quis propius aurem admoueat, hos quædam breuissimè loqui intelliget. Di-  
 stinguenda autè est diligenter hæc phrenitidis species, ab ea, quæ cum sopore, aut  
 lethargo iuncta est. Nam ecstasis silens progressa febre tandem firmatur, cum pul-  
 su lang

1. Prorrh. 17

1. Prorrh. 33

su languido, duro, angusto, & exiguo, ita vt quies in ipsis fieri languida reddita vir-  
 tute coniciatur, qui scilicet validissimè moueri nequeant. Delirium autem cum  
 comate initio morbi potius accidit, nec ægri habent quietem obscuram, vt in qui-  
 bus vires omnes languent, & firmata est hectica dispositio, vixque ægri se mouere  
 possunt. Propterea dixit ἀλεθρομ & in febribus. Nam melancholia cū silentio sine  
 febre esse potest non ita lethalis.

XXXI.

Τὰ πέλιδνα γινόμενα, ἐν πυρετῶ συντομον θάνατον σημαίνει.

Liuida facta corpora, in breui mortem denuntiant.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**L**iuor fit iam extincto calore natiuo. Manifestus autem ferè in palpebris & ex-  
 tremis partibus corporis. Id notauit Hippocrates in Prognostico in facie ca-  
 dauerosa, palpebris, digitis, ac pedibus. Extinctio ergo quædam est partium, quam  
 νέκρωσις dicunt. Quòd cum animaduertitur, in breui mors nuncianda est.

DESID. IACOTII COMMENT.

**C**um multis modis ægros interire contingat, repente in mala crisi: aut sensim  
 in deficiente, quæ in deterius fecit mutationem: aut sensim sine crisi per ma-  
 rasum & dissipationem atque extinctionem facultatum, in his imminentis mor-  
 tis duo propria signa Hippocrates scripsit in Prognostico, omnium corporis par-  
 tium grauitatem ac veluti pondus: & earundem liuorem præsertim vnguium, digi-  
 torum, & pedum. Illud eius facultatis, quæ est in musculis ac nervis, interitum de-  
 nuntiat: hoc verò alterius, quæ è corde manat in vniuersum corpus. Verum distin-  
 ctione est opus. Nam liuor interdum fit sola interceptione spiritus vitalis, & calo-  
 ris influentis, qui propter paucitatem & ad interiora recessum diffundi in membra  
 non potest, vt in syncope, immodicis quibusdam vacuationibus, febribus diuturnis  
 & quibusdam accessionibus, ex quo (si liuor dici debet, non pallor) periculum, non  
 tamen propinquum exitium prælagendum. In acutis autem febribus & cum du-  
 tius perseuerat, ab eiusdem caloris vitalis extinctione ortu habet. Confirmat iudi-  
 cium, si ad liuorem grauitas & lentitudo accesserint. Contrahitur autem liuor hoc  
 modo. Calor igneus floridiorem ac spiritu lucidiorem sanguinis partem exhaurit:  
 terrenam verò concretamque exurit, & subtrahit humidum, quod caloris insiti  
 subiectum est. Manet ergo pars vel nigra vel liuida, quia à vitali calore actum vitæ  
 non amplius recipit. Nam vbi sanguis crassus & concretus in exteriorem cutim  
 peruenerit, vt Aristoteles scribit, eam liuore si modicus sit: sin plurimus, nigrore de-  
 colorat, aut etiam sine sanguine liuescit. Frigus quoque tenuiorem sanguinis par-  
 tem exprimendo nigrorem inducit, & calorem natiuum extinguit. Atque hic ni-  
 gror exitiosus etiam est, vt liuor. Qui verò inducitur per humorum decubitus, si  
 inde leuius æger habeat, criticum abscessum portendit, qui ægrum quidem mortis  
 periculo vindicabit, sed corrupta parte, in quam abscesserit. Liuor autem præcipuè  
 ac primò apparet in facie, palpebris, vnguibus, digitis, & pedibus: tum quia à calo-  
 ris fonte longo intervallo disiunctæ sunt partes: tum quia arteriæ & venæ multæ  
 ibi finiuntur, vt Hippocrates docet de natura factus. Tandem autem per totum  
 corpus se prodit.

XXXII.

Ὅσων ἐν πυρετοῖσιν ἀλγήμετος πῶς ἔργε γινόμενα κοιλία ὑδατοχολα  
 πῶς ἀ δισιδύσσης ῥηξεί.

Quibus in febribus dolores lateris fiunt, iis aluo multa aquosa  
 bile permista deiciente, remissio est.

Non est necesse multis deiectionibus commotis aquosis permixtis bile, quæ ὑδατοχολα solent appellare, lateris dolorem & febrem leuari. Nam sæpe fit ut in pleuritide soluta aluus exitium ægro adferat, fractis inde viribus. Verius ergo est, si ita scribas. Bonum esse, si multis eiusmodi per aluum purgatis, æger leuius ferat morbum. Deiectiones enim non multitudine laudandæ sunt, sed si æger inde leuius habeat.

DESID. IACOTII COMMENT.

Per ἀλλυγμα πλεῦρος inflammationem pleuræ cum dolore punctorio & febre intelligere conuenit, præsertim quia addit ἐν πυρετῆ. Nam dolor lateris ab aliis causis, ut flatu, aut frigore, aut humore in musculis, vel obstructione in visceribus neque semper cum febre, neque vi inflammationis efficitur. Inflammatio autem pleuræ fluxionis à partibus superioribus, aut materiæ morbificæ translata soboles est. In hac si aluus aquosa multa & biliosa deiciat, duobus modis vtile id & salutare esse potest. Vno in morbi principio ad materiæ antecedentis auersionem & expurgationem. Ob idque Hippocrates raro obnoxios esse scribit pleuritidi, quibus aluus natura humidior est. Altero in progressu & circa statum, modò hæ conditiones in omni critica excretionem necessariæ conueniant, ut signa costionis tum propriæ in sputis, tum communis in vrinis apparuerint, magisque si noxius humor expurgeretur, atque adhuc magis si inde æger leuius ferat morbum. Certiora autem sunt omnia, cum in die critico se profert, quod die prænuntio significatum fuit. Cum hac limitatione profluuium alui non solum in dolore lateris cum febre, sed in omni alio morbo securum ab omni metu reddit prælagium. Vfus autem est voce hæ ὑδατοχολα non siue causa. Significat enim ferofum & biliosum excrementum, ut alibi copiosius docuimus. Præ se fert ergo formam & speciem humoris qui phlegmonem facit in pleura. Nam tametsi Galenus ex omni humore pleuritidem fieri scribit, idque testantur sputa biliosa, rubra, nigra & spumosa, tamen in pleura vix ab alio humore nascitur, quam à bile, & sanguine tenui, aut sanguinis ichore. Primum quia membrana solida ac densa humores crassos vix admittit. Idque voluit Hippocrates in Aphorismo, Qui acidum eructat, non admodum pleuratici sunt. Deinde quia febris inde symptomatica in tertianarum continuationum modum tertio quoque die recrudescit, ut Galenus docet de Crisi. ὑδατοχολα ergo excrementa sunt causæ & signa remissionis huius doloris. Adiecit præterea verbum ἡδιδόναι, quod ἡδιδόλω humoris huius significat siue διαλύσει, id est, susceptionem, siue deriuationem & transmissionem, ut cum scribit Hippocrates, Licnolos non fieri, qui coriza laborant. Non solum autem transmissio per aluum feroso humore impediri pleuritidis generationem, sed etiam generatam solui multo & sanioso alui profluuium experientia testatur, natura sibi viam parante, multo magis cum ad hypochondrium dolor peruenit. Verum sine conditionibus positis profluuium alui vel nihil iuuat, quod minus metuimus: vel præterquam quod non iuuat, morbum & symptomata auget, quod cum in omni morbo pessimum est, tum in affectibus capitis ac thoracis, internisque inflammationibus maximè lethale, ut signum & causa. Signum quidem, quia testatur affectum communicari hepatis & ventriculo, quorum facultas attractrix vel alteratrix collabitur. Causa verò, quia fluxus omnis symptomaticus vires exbluit defurgendi frequentia, exhaustis spiritibus, dolore, vigiliis, nec ex parte affecta quidquam educit per aphorismum, A pleuritide habito aut pulmonia, fluxus ventris superueniens malum.

De aere, locis, & aquis.

6. Aphor. 33.

6. Epid.

XXXIII.

Ασπίται δὲ παρακολληταὶ καὶ ἰδρωταὶ μετὰ προσώπῳ δὲ χροῖσι, καὶ κοιλίῃς ὑγρῆς, καὶ τὶ καὶ καρδιαλγίῃς, ἔτσι μακροτέρως νοσήσαντες, πρὸς πνευμονικῶς τελευτῶσι.

Quibus

Quibus verò fastidia cibi accedunt & sudores cum bono faciei colore, & liquida aluo ac dolore cordis, hi peripneumonicorum aut pulmonariorum more intereunt, posteaquam longius agrotauerint.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc sententia priori connexa est. In ægro igitur, vnde hic concurfus pleuritidis ex materia non ita calida, sed sanguine crudiore permixta bile, conuersa parte materiæ crudioris, qualis aqua est pauca bile intincta, potuit quidem leuari æger suspecta iudicatione. Nam ἀσπίται infecura. Est autem ἀσπίται non omnino aliquid graue, annotandum tamē, quia in Aphorismis scripsit, εὐ ἔχων πρὸς τὰς προσφορὰς bonum esse, & in Epidemiis, προσφερομένη in compendio prælagij annotat. Alio quoque in loco maximum potissimumque signum esse scribit, vbi ab initio morbi auerfantur cibos, ut in Euryanactis filia ἀποσιτῶ πάντων πέντα καὶ χροῖον δὲ ἐπιθύμωσεν δένος. Fastidiebat omnia. toto morbi tempore, nihil appetiuit. Sed in his alij quidem ut auerfantur multa, desiderant, & è concupitis cibis aliquid assumunt, aliquid respunt. Quidam desiderant quidem, sed ad oblata statim nauescant. Alij nihil omnino desiderant, & siquid offertur, omnino abhorrent, omnia iudicio malè affectæ, aut extinctæ virtutis naturalis, quæ cibos appetit. Contra verò εὐ ἔχων πρὸς τὰς προσφορὰς & stomachum incolumen, & quæ circa ventriculum sita sunt, bene habere significat. Neque tamen siquis bene appetat, de salute ægeri pronuntiandum: sed alia signa cōiungenda sunt. Grauior ergo iniuria ἀσπίται, est, vbi nec æger appetit, nec quicquam ingerit, itaque sine alimento est. ἀποσιτῆ verò ἀνόςρεσι: quia abhorrent à cibis. Vtrumque tamen permiscetur in Hermocrate, γένεθαι δὲ ἐκ ἡλόναισιν, hoc est, ἀποσιτῶ. & paulò antè ἀποσιτῶ πρὸς τὰν χρόνον: obiit vigesimo septimo. Inter salutaria signa in Cleonactide annotauit ἐκ ἀποσιτῶ. ἀποσιτῶ autem ἐκ ὄρεσιν, inquit Galenus. Ergo in morbis optimum est ægrum ὄρεσι τῶντα εἶναι, εὐ ἔχων πρὸς τὰς προσφορὰς ὄρεσιν ἔχον εἶναι: deinde ἐκ ἀποσιτῶν: tertio loco qui aliqua appetunt, & suauiter edunt, alia auerfantur. Ac bene est cum ea appetit & suauiter simul, quibus per integram valentudinem delectabatur. Quarto qui parum appetit, parum assumit. Quinto qui appetit quidem, sed oblata omnia respuit. Sexto in pessima conditione est, extincta iam appetentiæ virtute, qui nihil appetit, omniaque oblata vehementer auerfatur. ἰσοσπῆσι plurali numero dixit, quia sæpe sudant imbecillitate naturæ, aut copia materiæ, vnde vires labefactantur paulatim. Damnat in Epid. sudores multos vnde non leuantur ægri, sed debiliores redduntur. μετὰ προσώπῳ ὑγροῖσι. Est autè ὑγροῖσι, quando florido & rubente colore efflorescit, quod pulmonariis aliquando accidit & phreniticis. Colorem faciei bonum cum mæstitia damnat in Prorrheticis, προσώπῳ ὑγροῖσι καὶ τὸ λίμυ σκληρωπῶν ποικίλῳ, faciei color bonus cum tetrica mæstitia malum. Ergo de colore rubro, qui in facie ferè ostenditur, quia rara & laxa faciei cutis est, ut vult Aristoteles: aut quia sic coaluit carni, ut separari non possit, & inde non facilè transpirat. Aut certè quia eo loco sita est, quo ferè vapor & exhalatio totius corporis euadat, & vbi subsistat. De colore autem rubro sic prælagiendum erit. Color ergo faciei subrubet, ut ferè puellis accidit, non ita frigida, sed nondum calidæ temperaturæ indicium. Rubens autem calor signum est. Quæ verò ὑγροῖσι dicitur, in eo colore est, quod χρώμα ἐνανθῆς & ἀνθηρῶν appellant, & ἐρυθρῶν. Idque iam habet aliquid caloris superstes. Is color moueri solet exercitatis & bene pastis, vigoribus quarundam febrium, in quibusdam morbis, ut catalepsi & phrenitide, in plethora, in hæmorrhagia critica, aut vbi, paulò tardior est morbus imminente abscessu post aures. Est & ἐξέφθρον iam nimis cōcalfacto sanguine, & ad melancholiam inclinante. Est postremò saturatus rubor & iam nigricans progressu vitio. Exemplum è copia ruboris in facie, & imminētis hæmorrhagiæ & suppressi mensis Lariffæ vngō tertio Epid. Eius autem quod ad hunc locum maximè pertinet, factum in ægro, ut caput repletur, quod facile fit in

1. Epid.

fit in concalfacto thorace, ac plenum doleret. Ac dolor capitis à plethora, à calidis vaporibus ruborem faciei inducit, atque excrementa dimittit partim in thoracē, partim in ventrem. Qui in thoracem defluit, paulatim putrefcit, vnde difficultas spirandi & auctus faciei rubor, ac tandem excitata inflammatione fractis viribus longo morbo, alio solutiore & aliis περιπλευμονικῶς mortuus est æger. At ea pars, quæ in ventrem defluit, καρδιαλγίαν mouet & soluto robore ventriculi, confluenta materia acri partim è cerebro partim è venis, partim etiam è thorace, eaq; acri & mordaci, propter fæluginem & putredinem κοιλίης ὑγρότης. Sic ergo vbi thorax concaluit, & difficilis spirat, rubor faciei. Quod si præterea caput concalfactū dolet, iam ἐφευρόντων προσώπου efficitur, quod Dysledi in Prorrheticis contigit. Eiusdem generis est φλογώδες ἐν προσώπῳ in Prorrheticis, vehementer æstuante corpore & capite, de quo antea. Ex his intelligas, quomodo intelligenda sit ea sententia. In magnis morbis optima facies optimum signum: in paruis pessima exitiosissimum signum est, de quo postea, περιπλευμονικῶς, id est more pulmonariorum, qui angustia spiritus suffocantur. Hoc addendum in multis sanis & ægris rubentem perpetuò faciem designare aliquid latentis vitij in visceribus, multo magis si saturatus rubor is est, & vel tota facie sparfus, vel in malis tantum: multo magis si quæ vicina sunt ad genas, os, & nasum, malè colorata sunt. Obseruauī sæpius in ægris malo id esse, ac mortuis dissectisque res ipsa, quam coniectura capiebamus, aperte prodita est. Vidi in lethali morbo aliquoties tantum alteram malam rubere eo rubore, quem saturarum dicimus.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**F**ebri in pleuritide sæpius septimo, saltem vigesimo soluitur sudoribus, rarius hæmorrhagia: interdum biliosis & aquosis deiectionibus, quæ illius etiam generationem intercipiunt, vt superiore aphorismo dictum est. Materia autem coniuncta expectoratur intra decimum quartum, aut in suppurationem abit, cuius eruptio in cauum pectoris facta nisi intra quadragesimū expurgetur, phthisim affert. Interdum autem sine his necat neque expectoratione, neque suppuratione facta ob morbi magnitudinem, materiæ copiam ac malignitatem, virium infirmitatem, & symptomatum vehementiam. Hoc autem tum sputorum natura præmonstrat, tum symptomata, quæ superueniunt, quando ἐπιγινώσκοντα pernitiōσα sunt manente phrenitide. ἐπιγινώσκοντες γὰρ ὅταν διαμείνῃσι ἐκείνη, προσγίνωσκον ἕτερον, vt cum pleuritidi manenti accedit peripneumonia, vt Galenus scribit. Hoc docet Hippocrates hoc aphorismo, qui pars est superioris. Nota enim & vulgaria prætermittit ignota & rara in singulis morbis & signis hoc opere complectitur. Artificium autem est huiusmodi. Cum materia tum copiosa, tum maligna est, interdum (ait Galenus) transmittitur per metastasim, interdum diuiditur, aliquando crescente affectione plures occupat locos. Quoties ergo is humor, qui pleuritim committit, costis contineri nequit, eius pars aliqua ad pulmonem etiam peruenit, vnde eiusdem sequitur inflammatio, non contrà, nisi raro: quoniam in facili & miti peripneumonia, totus humor noxius expectoratur in tussim exitiosa verò prius æger suffocatur, quàm costæ coafficiantur. Facta itaque pulmonis inflammatione ex distributione humoris morbifici, dolor quidem lateris aliquantulum remittit: symptomata autem peripneumoniæ succedunt cum prauis signis, qualia sunt sudores, qui in plurali numero apud Hippocratem significare solent symptomaticos à tenuis humiditatis copia aut retentricis facultatis exolutione, sicutque suppuratorum proprii. Præterea rubor faciei inflammato pulmone, & ex calido humore multis vaporibus in caput elatis, qui replent cerebrum atque interdum phrenitim faciunt, semper verò faciei ruborem inuehunt. Imò in omni vehementiore spirandi difficultate rubere facies solet, idque magis si vnà dolor capitis adfit cum multa caliditate. In ambabus ergo maxillis rubor insignis inflammationis sanguinis & vaporis calidi signum est, aut melancholiæ morbi, aut translationis materiæ ad caput, vt cum imminet parotides: interdum etiam decubitus in partem rubentem in pallidis

7. Aphor. II.

3. Prorrh. 25.

pallidis ex longis febribus. At hic fuliginem sanguinis in pulmone feruentis indicat, quæ eò conscendit propter rectum situm, recipiturque in laxitate ac raritate earum partium, & tenuissima genarum cute seu per vitrum (ait Aphrodisæus) oculis representante ruborem. Cum itaque increseat malum, plures necessariò locos occupabit, vt diximus. Vicina itaque & communia coafficiuntur cor, hepar, & ventriculus. Acuta ergo comitatur febris, acceduntque ασίτια, κοιλίη ὑγρή, καρδιαλγία. cibi fastidia, liquida aluus, & dolor cordis. Est autè ασίτια cibi abstinentia siue voluntaria sit, siue à morbo: αποσιτία verò ἀνδρείς cum ægri à cibis planè abhorrent, cuius tres sunt gradus, quos alibi exponemus commodius. Hic autem si æger ita abalienatur à cibo, vt mori malit, quàm gustare aliquid sustineat, alitrix iccoris facultas extinguitur: si quædam requirens, oblata fastidiosè respuit, facultas in ventriculo cibi appetens languet & hebescit. Sin verò nihil appetit, gustat tamen nonnulla, ventriculus intemperie præsertim calida, aut humore corrupto laborat. Itaque in conualescentibus, & iis, qui melius habere videntur, talis ad cibum offensio atque fastidium reciduum minatur. In alui autem profluuiò non solùm earum rerum, quas dixi, signum est, sed etiam causa pessimorum affectuum. Nam in quo multum ali corpus repararique celeriter debet, si natura, quod sibi deest, non sentit vel impedita vel exinctioni propinqua, iciunitate, siccitate & inopia conficitur, calorque natiuus pabulo defraudatus extinguitur. Minus malum est, cum initio morbi appetitus offenditur à distillatione, quæ ventriculum madefacit, & fluxionem alui irritat. Per aluum humidam intelligit chylosam, aut ichorosam ac crudam deiectionem, in qua talia non excernuntur, qualia oportet, id est, ὑδατόχολα, vt superiore Aphorismo dictum est. Est ergo symptomatica tum ratione propriæ substantiæ, tum quia cum prauis signis apparet, nec eas condiciones habet, quas ibidem diximus. Mouetur itaque à colliquatione, aut ab inflammatione residante sanie in ventriculum, aut distillatione acri, aut infirmitate facultatum hepatis & ventriculi. Quibus etiam ex causis nascitur καρδιαλγία. Moriuntur ergo per axioma medicum. Iudicatoria non iudicantia vel lethalia, vel difficilis iudicij: & A pleuritide habitò aut pulmonia fluxus ventris superueniens, malū. Modus mortis, vt in peripneumonicis. Nā vel suffocantur, vel exoluuntur, vel empyenate collecto paulatim contabescunt, posteaquā diutius ægrotauerint: de quibus dictum est libro primo.

## XX XIII.

Πυρεῶσονται ἐν ἀρχῇ, μέλαινα χολή αἶμα ἢ κάτω διελθοῦσα, θανάσιμον.

*Febricitanti siquidem inueniente morbo nigra bilis prodierit, lethale.*

## IACOBII HOLLERII COMMENT.

**E**A ferè sententia est, quæ in Aphorismis scribitur ab Hippocrate, Νόσημάτων δόξων ἀρχομένων ἢ μελαινα χολή ἢ αἶμα ἢ κάτω ἐπέλθῃ θανάσιμον. Hæc est in morbis naturæ vigentis œconomia. Primum enim materiam concoquit, tenuat, incidit, temperat, ac breuiter ita comparat, vt siquid vtilis esse potest nutriendo, qualis pituita quædam & sanguis crudior, id in alimentum corporis reponat: si inutilis aut copia redundans modò excretionem depellat, modò loco moueat in abscessus. Hæc perturbatio aut lethalem, aut certè difficilem morbum ostendit, in quo maior vis morbi, quàm naturæ robur est. Atque quod dicit ἢ ἀρχῇ superiorem naturam morbum declarat. Initiò enim coquitur materia non excernitur naturali robore. Vi autem morbi initiò corrumpitur, atque interdum excernitur. ἢ ἀρχῇ quidem, vt rotum illud tempus quo morbus crudus est audiatur. Quamquam nihil prohibet quatuor primos dies intelligere, in quibus si atra bilis excernitur, lethale est. Nec enim potest tam maligna materia tam breui coqui. θανάσιμον igitur, hoc est, si iam victo



victo morbo editisque signis maturi morbi lethale non est: si crudo morbo, lethale est. Ac de deiectionibus nigris, differentia melancholici succi & atrae bilis postea pluribus, vt & de vomitionibus. Neque tamen probanda, quæ non recente morbo sed postea vomuntur nigra, vel deiciuntur. Nam in pestilenti conditione, cuius meminit Galenus de atra bile, deiciebant primum ruffa, & quæ colliuationem ostenderent, acria videlicet ruffo colore saturata, spumantia & grauissimè olentia: postea verò nigra, iam assata & corrupta bile.

DESID. IACOTII COMMENT.

**T**Ria notat Hippocrates in excretionē atræ bilis, tempus ὅν ἀρχή: qualitatem quia μέλαινα: & excernendi modum, ἀνω καὶ κάτω. In duobus primis maior vis prælagij. Cùm autem principium & primum morbi insultum (qua significatione nunquam vitur Hippocrates) & principium latitudinis ad tertium diem, & primum morbi tempus, siue primam partem significet, hoc postremo modo hic necessariò accipiendum est. Nam in secundo ad statum in acutissimis peruentum est, quorum sæpe desit principium primo die, vt Galenus docet de crisi. Desinitur autem hoc principium signis cruditatis & coctionis obscuræ. Nam cum signorum coctiones tres sint differentia, obscuræ, manifestæ, & perfectæ, prima principium finiunt, & incrementum futurum præmonstrant primo decretorio: secunda euenisse admonent: tertia statum incipere, & primo decretorio crislum fore. Quandiu ergo crudus est morbus, aut obscura tantum coctionis signa se produnt, nihil bene excerni potest. Atra verò bilis si exeat, non solum hac ratione malum est, sed etiam ob prauitatem humoris, qui ad certitudinem prælagij distingui diligenter debet à nigris deiectionibus, de quibus dicitur postea fusius. Sunt enim tria genera nigrarum excretionum, ἡ μέλαν αἷμα sanguis crassus, vt in quibusdam hepaticis: μέλαν χολικὸς χυμὸς melancholicus succus, siue fæx ac sedimentum sanguinis, vt in lienosis: & ἡ μέλαινα χολή, atra bilis. Duo prima τῶν μελάνων nigrorum nomine comprehenduntur ab Hippocrate: solusque sanguis crassus concrefcit & in grumū vertitur tum in corpore, tum extra. Reliqua duo fusa & liquida semper manent. Verum atra bilis à succo melancholico differt & generatione, & substantia, & qualitibus. Nam à calore præter naturam gignitur ex bile flaua, sanguine crasso & succo melancholico, quoties vruntur, ac putredinem malignam contrahunt. Dilutior itaque conspicitur, splendidior, sapore aceti acerrimi, omnibus qualitibus ingrata & nocentissima, acris, mordax, feruens, & bullas in terram effusa excitans spirituosam quadam motione, vt in feruere musto. Paulatim & sæpe excernitur, donec interfecerit. Est ergo & signum & causa lethalis quocunque tempore appareat, & per quencunque locum feratur. Causa quidem, quia in tenuitate partium quarundam calidiorum tantam retinet acrimoniam, vt viscera ipsa nobilia, itémque ventriculum & intestina arrodant & exulcerent: crassitie verò aliarum partium ystarum ita cōtumaciter adhærescit, vt nec celeritèr permeare queat, nec tota simul excerni, vnde cancri & vlcera immedicabilia nascuntur. Signum verò caloris ignei, inexplicabilis cuiusdam putredinis, & intemperiei inexpugnabilis viscerum nobilium & partium, vnde manat. Cur ergo in principio tantum lethalem dixit, quasi in aliis temporibus sine periculo excerni queat: In qua quæstione pugnantia dicere Galenus videtur. Nam in libello de atra bile, semper lethalem facit. Ego verò (inquit) cùm ab adulescentulo apud Pelopem præceptorem, notas vtriusque humoris didicissem, tum eas per totam vitam meam ad id vsque temporis obseruasset, semper exactæ bilis atræ humorem lethaliter excerni, nigrorum autem euacuationem non infrequenter bonis auspiciis fieri conspexi. Contrà in hunc Aphorismum, qui ita libro quarto Aphorismi, scriptus est, Morbis quibuscunque incipientibus si atra bilis supra, infraue exierit, pernitiosum. Quando (ait) post morbi coctionem aliquis humorum visiosus excernitur, tunc corpus à natura expurgatur, & propter hoc atra bilis & alius omnis huiusmodi humor, vbi signa coctionis in morbi progressu apparuerint, bonam significant euacuationem. Si verò aliter

4. Aph. 22.

aliter excernantur sine signis coctionis, exitialis est casus. Quare cùm in morbi principio semper sint signa cruditatis, mala erit talium humorum euacuatio. Hactenus Galenus. Solutio est in dictione ἀνω καὶ κάτω, quem in priore loco apposuit. Non enim absolutè omnem atræ bilis excretionem lethalem scribit, sed eius, quæ exactè atra sit, id est, meraca & impermissa. Nam aliorum humorum admixtione retunditur eius acrimonia & malignitas. Quam etiam distinctionem obseruat in peste illa celebri describenda, in qua τῶν μελάνων excretiones apparuerunt septimo, nono, vndecimo. Horum excrementorum (ait) plures differentia fuerunt. Nam quædam ad atram bilem proximè accedebant: alia verò ne mordicationem quidem, nec sædum odorem in deiectionibus habebant: multa quoque inter hæc media existerant. Et paulò post, At qui puram exactamque atram bilem deiecerunt, omnes periere.

lib. de atra bile. 4. Aphor. 21. & in Epid.

XXXV.

Οἱ μὲν κατὰ τοῦ ἐξῆς ἐν ἀπύρων ἐπιδρῶντες ἀνω, δυσφοροί, φρενιτικοί τε καὶ ἀλγέτοι ἐν ὄξει.

Qui refrigerantur, nec sine febre, superioribus partibus exudantes, anxij, phrenitici, exitialiter habent in acuto morbo.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N hac coitione grauer viscus medium, quod in ventre est, laborat atque incenditur. hinc ergo δυσφορία & frequens κατὰ τοῦ ἐξῆς. Dixit enim plurali numero κατὰ τοῦ ἐξῆς. Deinde cerebrum, quod vel antea excremento plenum, vel præsentem morbo multis malignisque fumis & humoribus ex medio illo incendio repleatur. Hinc ergo ἐπιδρῶσις ἀνω & phrenitis. Ex vtroque ἀλγέτοι.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**escriptio est lethalis causi, cuius proprium signum posuit κατὰ τοῦ ἐξῆς ἐν ἀπύρων, quod in Prorrhetico dixit πύρετὸς πύρετὸς πύρετὸς in eo Aphorismo, Qui in hypochondrio refrigerata febre ardore relinquantur, tum aliàs, tum in sudoribus mali sunt. Vbi Galenus docet aliud esse refrigerari febrem, aliud remitti, aut cessare. Hoc enim fit post accessionem aut crislum: illud verò cùm in præcipuis partibus interioribus manet, refrigerata corporis superficie. Febrile siquidem existimamus non eum modò, qui in cute & superficie externa igneam habet caliditatem, verum multò magis, qui eam in corporis imo & visceribus continet. Lethalis igitur causus interna quidem exurit, externa verò ne mediocriter quidem calefacit, de quo Hippocrates in Aphorismis, Si in febre non intermittente frigida exteriora fuerint, & interna exurantur, sitimque æger habuerit, lethale. Addidit autem ὅν ὄξει in acutis, ad distinctionem, quæ gemina est. Vna, quia in febribus intermittentibus periodica refrigeratio non sine febre minimè pernitiosa est, nec semper in diurnis symptomatica. Nam in ætate senili & hyeme perfrigerantur extrema non magno periculo ob paucitatem caloris natui. Altera, vt vi febris acutæ id fieri intelligamus. Nam in dolore, morsu, aut oppressione ventriculi minus malum est: in critica perturbatione etiam vtile, modò sequatur excretio. In acutis autem cùm vel totum corpus, vel extrema modò perfrigerantur, modò recalescunt præter naturam, ea vicissitudo extinctionem caloris insiti denuntiat in partibus extimis, & febrilem humorum putrentium feruorem, aut suppuratorem internam cum horrore: aut frustra susceptam contentionem criticam, vt antea suo loco explicatum est. At cùm frigida manent partes, aut modicè calent interioribus exastuantibus cum siti & lingua aspera ac nigra, vt in lypitiis febribus, magna viscerum nobilium inflammatio significatur: si verò etiam marmoris instar frigida percipiuntur affecto iam morbo, necque amplius recalescant, aut frigi-

1. Prorrh. 7

2. Progn. 4  
7. Aphor. 1

dum & glutinosum fudent, calor natiuus ad extremum languet, & planè extinguitur. Ex quibus intelligi potest, cur Hippocrates hanc perfrigerationem non sine febre interdum malam tantum dixerit, vt in Prognostico, Caput & manus & pedes si frigida sint, malum: & in Aphorismis, In morbis acutis frigus partium extremarum, malum. Aphorismo verò paulò antè citato, & hoc loco tum lethale, tum cum grauisimis symptomatis coniunctum idem affirmat. Nam in quibusdam febribus natura à frigidis humoribus oppressa, & calore natiuo intercepto non est id perniciosum, vt in inflammationibus internis, aut calore natiuo ad extinctionem properante. Hi enim vel eo ipso die, vel sequente, quo accessio reuerfura est, moriuntur, vt si quarto perfrigerati sint, mors sexto parata sit. Huius symptomatis alia symptomata consequentia sunt ἐπιφωσισ ἀνω, sudatiuncula in superioribus partibus, quæ tantò deterior est, quantò partes sudantes præstantiores. Vbi enim sudor, ibi morbus. Si autem frigida etiam sit, mors est in propinquo, quia natura resoluitur: si calida, paulò longius abest, quia opprimitur. Ex his autem sudoribus superiorum partium præsertim calidis phrenitis fieri potest, maximè cum inflammatio interior vrget. Anxietas quoque tum incendiij interioris, tum naturæ fatiscantis nota est, vt sæpius dictum est. Videtur hic Aphorismus descriptus ex primo Epid. vbi Hippocrates in ardentibus, quæ tum grassabantur, primùm annotat accessiones diebus paribus, vrinas nigras, tenues paucas, cum rigore statim ab initio deinde δυσφορίαν exiguumque in fronte & clauiculis sudorem: præterea pedum ac manuum frigus ac delirium. Plurimis (ait) quarto die labores maximi & sudores diutissimè frigidi, neque amplius extrema recalescebant, sed liuida & subfrigida manebant, non sitiebant. Paulò post, Sexto die cum sudore moriebantur. In Prorrhetico ita scribitur, Qui cum refrigeratione non sine febre superioribus sudanti partibus fiunt morbi, implaciditates inquietationesque phreniticæ existunt, vt Aristagoræ, præterea & perniciosæ.

1. Prorrh. 26

XXXVI.

Τὰ ἐπὶ ὀλίγον ὄξεα ἀλγήματα ἐς κλίδα, καὶ τὰ ἀνω τῶν στήθεων ὀλέγεα.

Qui dolores acuti paulisper in clauiculas & superiores partes transeunt, lethales.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Epὶ ὀλίγον si voci ὄξεα connectas, modicè acuta intelligas: si voci πύθηοντα, paulatim. Atque hoc verisimilius est. Leuis enim dolor aut morbus, etiam si caput & clauiculas teneat, non est lethalis. Acutus autem & grauis lethalis esse potest. Ergo cum ab inferioribus ad superiora μετὰ δεξις omnis sit damnanda, hæc quoque iure damnanda est, si quidem morbus acutus est.

DESID. IACOTII COMMENT.

DVplex est hoc loco difficultas. Vna in dictione: altera in re, quæ contra euidenter apparentia affirmari videtur. Non enim dolor qui ad iugulum ascendit, siue modicè sit acutus, siue paulatim eò perueniat, perniciosus est absolute: Quod ex distinctione dolorum lateris intelligi potest, quæ repetenda est à loco affecto: à causa efficiente, & à doloris specie. Alij propriè ad thoracem pertinent: alij per consensum sunt grauius affectis visceribus, quæ in hypochondriis continentur. In thorace autem interdum musculos externos, aut intercostales & internos occupant, interdum verò membranam succingentem costas. Verùm tum in hac tum in musculis internis ( quibus cum membrana in magnis inflammationibus mutuus est consensus ob viciniam & contiguitatem) grauior dolor commouetur, quàm in externis, in quibus tactu dolor deprehenditur. Causa autem est flatuosus spiritus: defluxio: inflammatio. Dolor ad iugulum ab inflammatione viscerum vt conuexæ partis iccoris, τινώδης est, tenuius: ab inflammatione membranæ

νυγμα

νυγματώδης punctuorius: in pulmonia grauis. Interdum quoque copia sanguinis per venam cauam acruatim cumulat fursum cum multo calore & spiritu, grauitatisque sensum affert. quia comunicatur carni & brachio plenitudo. De quo Hippocrates. Si verò dolor ad clauiculam consensum significauerit, vel ad brachium grauitas, vel circa mammam, vel super septum transuersum, internam cubiti venam fecare oportet. Ex his omnibus doloribus maximè metuendi sunt, qui inflammationes sequuntur vel hypochondriorum, vel membranæ: deinde verò, qui ex cacochymia vel plenitudine venæ cauæ nascuntur, ἐπὶ ὀλίγον ὄξεα, id est, dolores paulisper acutos interpretari quis potest ἰχνώδης ὄξεα, vt Archigenes, id est, leniter acutos, genus quoddam doloris, in quo obrusæ cuiusdam punctiois leuis morsus, & sensio mouetur à sanguine non sola quantitate, sed & qualitate vitioso in vasis moto circa partes sensu exquisito præditas, haud secus atque in tensione vlcerosa. Huiusmodi enim quendam sensum percipiunt ægri in translatione materia, qui anxitudinem quandam affert. Hippocrates tamen vocem ἐπὶ ὀλίγον vsurpare solet non in quantitate rei, de qua agitur, sed pro temporis exiguo spatio, vt in illo Aphorif. Prorrhetici, ὄξεα τοῖσι παρ' ὄτα ταχὺ καὶ ἐπὶ ὀλίγον περπαίνόμενα, φλακῶρα. Vrinæ, in quibus parotides fiunt, si celeriter & exiguè concoquuntur, vitiosæ. Galenus interpretatur, quæ celeriter & exiguè concoquuntur, deinde cessant. Ita quoque hoc loco dolorem accipere conuenit, qui paulisper acutus est, deinde cessat: quem alio loco dixit πλευρῶ ἀλγῆμα ἀλόγως ἀφανιθεῖν lateris dolorem absque ratione euanescentem. Addidit autem ὄξεα acutum, qualis fieri solet in febre acuta ab inflammatione, ad differentiam doloris à flatuoso spiritu, qui parùm durat & per interualla cruciat, quia attenuatus calore ac discussus, doloris veram remissionem affert, donec rursus è noua materia nouus excitetur, cum quo simul reuertitur dolor. At per inflammationes dolor firmus est, acutus continuus, qui que vix remittit. Cum itaque huiusmodi dolor modò augetur, modò cessare videtur, & ad iugulum peruenit, lethalis est per axioma illud medicum, Pernitiosa sine signis leuantia lethalia sunt: praua autem recidiuam faciunt. Nam & facit & denuntiat phrenitim. Ac facit quidem, cum cessat propter translationem materię biliosæ ad cerebrum, quod ex supressione biliosij sputi intelligi docet Hippocrates. Lateris dolor (inquit) ex sputi biliosij si absque ratione euauerit, in furorem aguntur. Denuntiat autem, per Aphorismum, Qui parte aliqua corporis dolent, nec dolorem sentiunt, iis mens ægrotat: & nominatim de dolore lateris in Prorrhetico, Rari in his laterum dolores delirium ostendunt. Vbi τὰ ἀρῆα ἀλγήματα dixit, quæ hoc loco ἐπὶ ὀλίγον ὄξεα. Nam à flatuoso spiritu rari quidem dolores sunt, nec firmi. At cum (ait Galenus) latus inflammatum fuerit, & interdum quidem continuè dolorem sentit æger, interdum verò & per interuallum, mentem ægrotare indicat. Quòd autem ἐπὶ ὀλίγον id significet, ex eo etiam loco intelligi potest. Αἱ ἐπὶ ὀλίγον θρασῆαι ἀδυσχερῆσιες θηριώδεις εἰσιν. Modicè feroces desipientiæ ferinæ sunt. In his enim omnibus significatur μετὰ πῶσις, de qua diximus alibi. Quare in versione Hollerij, vbi scribebatur, paulatim, reposuimus, paulisper. Ad magnitudinem autem inflammationis ostendendam adiecit ἐς κλίδα ad iugulum & superiora. Nam muscoli intercostales inflammati, aut pleura inflammata per consensum intercostalium non communicat doloris affectum extremis suis partibus iugulo & præcordiis. Proprius autem pleuræ dolor, aut magnus per consensum hepatis inflammati omnibus communicatur, & ortis & coniunctis, præcipuè verò iugulo, quia vbi maior membranarum tensio, ibi maior dolor percipitur. Vnde perspicuum est dolorem ad iugulum peruenire in pleuritide vera, superioribus membranæ partibus affectis: ad præcordia, inferioribus: paruumque esse pleuritim, aut hepatis inflammationem, quæ neutri termino communiceat: magnam, quæ vtrique. In hepate autem vehementer inflammato ac tumente trahitur membrana à diaphragmate oppresso, vel membranæ, per quas in quibusdam iccur ad costas alligatur, de quo dictum est libro primo huius.

De uisus ratione in acut.

3. Prorrh. 59.

3. Prorrh. 5.

3. Prorrh. 5

1. Prorrh. 22.

1. Prorrh.

Εν μακροῖσιν ἀλεθροῖσιν, ἔδρησ ἀλγῆμα θανάσιμον.

*In longis morbis & pernitiosis sedis dolor lethalis.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**edis dolor ex se lethalis non est. Si verò iam pernitioso morbo accidit, & is grauius excruciat, mortem accelerat. Potest ex hæmorrhoidum confluxu dolor commoueri, atque iis apertis longi morbi alioqui non pernitiosi dissoluantur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**P**arum artificiosè dictum videtur, in morbis exitiosis exitiosum esse sedis dolorem. Præterea dolor in multis aliis corporis partibus, vt in ventre, oculo, auribus, & similibus celerius vires conficit, quæ sensum acriorem habent. In sede autem interdum signum est abscessus salutaris κατ' ἐκρόην per emissionem, vt hæmorrhoidum, quæ morbos diuturnos solunt & prohibent, melancholiam, maniam, renum dolorem, febrem quartanam, aut dysenterix, vel tinesmi, quemadmodum Hippocrates sexto Epidem. comment. tertio scribit, abscessus, vt fistulas, aliorum medelam. Verùm per θανάσιμον mortis tempus & occasionem definit, vt sæpe solet. In particulari autem commune axioma notauit huiusmodi. In morbis acutis bilis vacuationem multam tanquam turbationem vehementem, quæque in multis morbis commodè fieri solet, non sustinent rescicati & infirmi, neque rigorem neque alui excretionem, neque fiores: neque in longis parotidas insignes, vel quampiam materiam ex aliqua parte in aliam transcurrentem, vt Galenus docet in Prorrhetico. Et Hippocrates abscessus omnes damnat vel minores, quia nihil iuuant: vel maiores tanquam sustineri nequeant. Sedis itaque dolorem non ferent, qui longo & exitiali morbo confecti sunt. Simile est, quod ita scribitur in Prorrhetico, Si intercepta aluus parua, nigra, velut caprarum stercora ad necessitatem demiserit, per nares eruptio fiat, malum. Quia (vt re-  
ad admonet Galenus) his, qui vi morbi exaruerunt, sicuti in signis crudis nec signum vllum, nec vlla excretio critica esse potest. Quoties ergo in longis & pernitiosis morbis sedis dolor incidit, siue intemperie aut solutione continui commoueatur: siue per ἀπόκρισιν confluentibus in ventrem humoribus (nam his tantum duobus modis fieri potest) mors est in propinquo. Priore modo in multis ex morbi diuturnitate consumptis sæpe obseruare licet, paucis ante mortem diebus sedis acerbum dolorem commoueri, qui sine remedio & alleuamento permanet, non ex decubitu (quod minus malum est) sed ex colliquatione, & continuo materix corruptæ transitu atque attritu. Iter enim eius loci collabatur, totusque ita contabescit, vt neque mollissimi piluini tactum, neque deiectionis egressum sustineant, & Hippocrates de victus ratione in acutis, notat id omne, quod acrius est, siue sit humor, siue cibus, aut potio, vt multa meracioris ἐλαδ' ἐστὶ καὶ φρέ-  
ps, καὶ ἔδρησ eradere intestina æ sedem. Posteriore modo si abscessus per sedem fiat κατ' ἐκρόην, vt dysenteria, tinesmus, lienteria, vel celeriter naturam resolu-  
uet multa excretionem cum dolore: vel nihil iuuabit, vt in illis, quos refert Hippocrates, cum tempora longa essent, laboresque multi, & colliquatio mala, abscessus habuisse vel maiores, quam sustineri possent: vel minores, quam conferrent, sed celeriter recurrerent, & in deterius euaderent. Quæ hos exercebant (ait) erant dysenterix, tinesmi, lienterix, & alui fluxiones. Quo etiam loco docuit quis esset morbus longus ac pernitiosus: in quo nimirum tempora longa sunt vitio alicuius partis interioris, difficultate coctionis, & erratis ægri vel medici, vt Galenus docet in Prognostico: deinde labores multi: tertio colliquatio mala. Sic paucis comprehenditur causæ magnitudinem, symptomatum vehementiam, & inde consequentem effectum, qui mortis modum ac tempus circumscribit.

2. Prorrh. 6  
1. Epid.

1. Epid. comment. 2.

XXXVIII.

τοῖσιν ἀσθενέωσ ἤδη διακειμένοισιν, μὴ βλέπειν, ἢ μὴ ἀκέειν, ἢ διαστρέ-  
φεισθαι χεῖλος, ἢ ἀρθραλμὸν, ἢ ῥίνα, θανάσιμον.

*Iam labascentibus viribus siquidem ager non videt, aut non audit, vel a labro, oculo, nare distorquetur, lethale.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**n hanc sententiam lege secundum Commentarium, & annotationem in Aphorismum 49. libri quarti.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**æc quoque eò pertinent, vt in summa virium infirmitate, cum febre continua non solum mortem, sed & mortis tempus præfagiamus. Ob idque Hippocrates in Aphorismis, vbi eadem sententia legitur, non dixit θανάσιμον, sed ἔγγυς ἢ θάνατος, in propinquo mors est. Est autem modus mortis sine crisi paulatim superata natura: quemadmodum superior cum mala crisi. Proinde cum vires infirmæ fiant ab oppressione initio morbi: à resolutione sub finem, & spirituum collectione, vel dissipatione per symptomata quæ superueniunt: in resolutione & frequentius hæc eueniunt, & certius mortem præmonstrant. Horum autem omnium symptomatum duplex modus. Nam vel soli musculi partium læsarum affecti sunt sine oblatione principij neruorum, vel principium neruorum laborat primò & per se. Quod cum fit, quia cerebrum magnitudinem insignem habet, multasque neruorum propagines, qua parte afficitur, ea & neruorum propagines afficit, nerui verò musculos, quibus inseruntur. Habent enim nerui motum, quo contrahuntur ad suum principium ac tenduntur cum suis musculis, vt ab inflammatione, scirrho, nimia siccitate, vel immoderata refrigeratione. Hanc contractionem sequitur distortio earum partium, quibus inseruntur. Quæ omnia eò grauiora sunt, quò cerebro sunt propinquiora. Nam si primigenio affectu laborant partes faciei anteriores, periculum est, ne in sympathiam trahant cerebrum propter vicinitatem & connexionem, quanquam id fit rarius & in magnis tantum ac malignis affectibus. Si verò per consensum ita afficiuntur, grauius violatum cerebrum esse oportet. Atque hæc est generalis demonstratio totius Aphorismi, vnde particularis singulorum facile deducitur. Nam qui non audiunt, aut non vident propter impedimentum in instrumentis, vt in meatu auditorio, vel in humoribus oculi, in his eò amoto redit sensus. Amouetur autem facile, cum causam stabilem non habet, vt in perturbatione critica: in leui syncope dissolutis spiritibus, vel suffocatis: in translatione materix ad caput, vt cum postea docet surditatem solui deiectionibus biliosis. Maius periculum in turbulento spiritu motu per morbū acutum. At cum æger non videt aut non audit sine læsione instrumentorum, facultas animalis resoluta, & cerebri intemperies insanabilis significatur: in eunte verò morbo, eiusdem oppressio minus periculosa, grauisissima tamen, & lethalis, nisi inde humor excutatur, vt in apoplexia, epilepsia & similibus perspicuum est. Sic in Prorrhetico, Surditatem in acutis & turbulentis succedentem malam scribit. De distortionibus autem partium anteriorum in facie idem iudicium. Nam labra, nares, oculos torqueri motu materix sursum, aut deorsum, valida existente virtute, lethale non est, & aliquando fit in crisi. Quæ verò distortionem sequuntur inflammationem cerebri & neruorum, aut siccitatem aut refrigerationem, planè pernitiosæ sunt. Ob idque Hippocrates has absolute lethales non scripsit, sed si cum aliquo signo pernitioso appareant, vt cum cæcitate, aut surditate stabili, aut cum summa virium infirmitate, aut cum sudore, & spiritu frigidis. Et in Pythione tertio Epidemion, acuta & graui febre laborante os peruersum fuit, non crescente malitia in cerebro, sed materia cerebrum relinvente, & ad inferas partes transfluente, vt docet Galenus. Peruersio autem labri sequitur tensionem lati musculi, quem μύαδ' ἐς πλά-

4. Aphor. 49

1. Prorrh. 32

1. Progn. 15

K 3

πυρρα vocant resiccato & exhausto humido in febre ardente, vel conuulsis mus-  
culis propriis, qui cerebro vicini à malis ad labra feruntur, & neruos habent à ter-  
tia cōiugatione, aut quibusdam resolutis. Narium distortio eodem modo fit, & ab  
iisdem causis conuulso altero musculo, qui è malis obliquè inferitur pinnis na-  
rium, aut conuulsis labris. Nam vt supercilia frontem, ita nasus labrorum motum  
sequitur, vt Galenus docet de dissectione musculorū. Vtroque musculo conuulso  
nares hiant lethali signo, quod & vulgus annotat: vtroque resoluto nares contra-  
huntur. In languida virtute ac difficili spiritu dilatantur nares sine conuulsione, sed  
vi spiritus, quo sunt in motu. Nam in conuulsione patulæ manent & quietæ. In eo  
autem, quod subiicit, pro ὀφθαλμῶν, videtur λέγεται Βλέφαρον ex Aphorif.  
13. primi Prog. Alia enim est oculi, alia palpebræ distortio. Quamquam Galenus  
in 6. Epidem. κατὰ κλάσεις τῶν ὀφθαλμῶν interpretatur ὅταν διασπείρται τὸ βλέφα-  
ρον. Fit autem oculi peruersio musculis oculum mouentibus, & neruis à secunda  
coniugatione ortis conuulsis, vt in quibusdam pueris epilepticis pernicioso signo.  
Palpebræ verò duobus musculis æqualiter conuulsis, qui palpebram mouent, quo-  
rum alter claudens caput habet & initium à maiore angulo: alter aperiens à su-  
percilio ad minore angulum. Vtroque siccitate contracto, vel laborantibus ner-  
uis, quos à tertia coniugatione accipiunt, fit διασπέρη, quæ ἰλιωσις, κατὰ κλάσεις,  
ἔργον, καμπύλων alibi dicitur. Quia autem mobilis frons est iuuandis palpebris, vt  
melius & claudant oculos & aperiant, interdum palpebra rigida fit à siccitate cu-  
tis membranæ & tharfi, quibus ex partibus constat, aut reuulsa fronte & corrugata  
præ siccitate contrahitur. Hæc symptomata critica esse posse per metastasim ma-  
teriæ ad caput ita Hippocrates docet de Crisi, Quibus in febribus ( inquit ) coxa-  
rum dolor, oculorum distortio, aut cecitas aut testium tumores, aut mammarum  
eleuatio, febrem ardentem soluit, aut etiam sanguinis ex naribus fluxus.

XXXIX.

Ἐν πυρετοῖσι βυβῶνος ἀλγημα, νῦν ἔχει χροῖνι σημαίνει.

In febribus inguinum tumor longum morbum significat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**B**ουβων bubo, ἐκ τοῦ ἐπαλρεῖσθαι καὶ μεγάλως βαίνειν εἰς ὀδύνην, quia assurgit,  
& in magnum tumorem attollitur. Sed proprie medicis βυβῶν φλεγμονὴ  
ἐν ἰνῶ, ἀπὸ τῶν σπασμῶν ἀπογῶδεις. Existit bubo plurimum in anteriore flexu femoris  
sub aqualiculo & alis, quæ venæ decurrunt: deinde in collo & post aures. Aliquan-  
do, quod Galenus annotat, & nos in pestilenti cōditiōe vidimus, in cubito. Quod  
autem dicit, eger distinctione. Nam breuissimi morbi excitantur à bubonibus pe-  
stilentialibus. Quod si ab interna inflammatione febris est, & bubo sequitur, neque  
sic quidem longa futura febris est. Multò minus si & princeps viscus laborat, &  
magna febris est. Ex inguinum tumoribus omnes febres malas præter diarias scri-  
psit Hippocrates. Diariz enim cum externa causa moueantur, & celeriter abeant,  
nihil periculi adferunt. Quæ verò febres interna causa excitatæ bubones quoque  
excitant, ferè breues & malæ. In pestilenti conditione quibusdam febris excitatur:  
deinde secundo, tertio, aut quarto die bubo existit, quod Rufus medicus annota-  
uit, & experientia confirmat. Aliis vnà cum febre bubo: vt nescias vtrum prius in-  
uaferit. Videas enim in pestilenti conditione, qui derrepente quasi iaculo idi in in-  
guine bubonis initia, & febrem statim perfentiscat. Aliis carbunculus primùm edi-  
tur, deinde bubo: aliis bubo sine carbunculo. Nam in pestilenti statu plurimos bu-  
bones excitari sine carbunculo, alios lethales, alios nullo ægrorum periculo vidi-  
mus, & hos sine febre aut malo symptomate. Vere & ætate ineunte maximè pue-  
ris adolescentibus eiusmodi tubercula in inguinibus commouentur quæ dolorem  
quidem adferunt, cætera salutaria sunt. Virginibus quoque suppressis mensibus id  
interdum accidit. At vt conueniat hæc sententia, oportet morbum esse frigidum,  
cuius

cuius materia per abscessum in inguina transferatur, atque ita trahatur morbus,  
quod rarum esse iudicamus. Motus enim initio morbi malus, & longitudinem  
morbi, siquidem pestilens non est, significat.

DESID. IACOTII COMMENT.

**B**ουβῶνος nomen teste Phaurino, duo significat, locū qui in flexu femoris est  
ad genitales partes: & phlegmonem in adenibus & glandulis, quocunque in  
loco fuerint, auribus, alis, collo, inguine, brachij flexu. Hic verò ἀλγημα βυβῶνος in  
vniuersum dixisse videtur abscessum in glandulis, qui febris succedit. Nam bubo-  
num duæ sunt differentiz primæ à causa efficiente. Ea enim vel manifesta est: vel  
interior ac recondita. Manifestam dico tum causam extrinsecus accedentem: tum  
περίσσειαν occasionem quamlibet. Sic ab vicere, contusione, defluxione in articu-  
los, aut pedes, suppressione mensium, aut fluxione imminente bubones oriri solent  
absque febre, aut simul cum febre, qui cum mediocrem inflammationem excita-  
rint, febriculam mouent, & diariam: interdum etiam impuro corpore putridam,  
prout vel solus calor communicatur cordi: vel vnà cum ipso putredo in viscere,  
aut magnis venis includitur. In dolore quoque sanguinem vnà cum spiritu ad par-  
tem affectam à natura transmissum glandulæ in diuisionibus magnorum vasorum  
collocatæ intercipiunt & combibunt. Ea enim pars maximè opportuna est fluxio  
nibus, quod præter imbecillitatem insitam accedat præterea femoris motus, situs  
decliuis, & redundans iis in partibus humiditas. Hi bubones nullam aliam vim ha-  
bent ad præsagium, quàm quæ in causæ cognitione posita est, nec plus afferunt pe-  
riculi, quàm affectio ipsa, quæ illorum causa est, de quibus Hippocra. Ex bubone  
febres omnes malæ præter ephemeras. Alterum genus bubonum, quorum causa  
recondita est cum febre putrida, idque (vt causæ omnes criticæ) duplex, criticum  
& symptomaticum. Nam cum bubo sit abscessus, morbi autem, qui cum certami-  
ne naturæ finiuntur, aut κατ' ἐκκρίσιν per excretionem, aut κατ' ἀπόσπασιν crifim fa-  
ciant, eadem ratio erit bubonum, & cæterorum abscessuum criticorum. Generalis  
autem lex est tum in excretionibus criticis, tum in abscessibus, quod quæ optima  
sunt τὰ κρίσιμα, in statu fiunt, & subito ægrum liberant: quæ verò pessima, & in  
malos abscessus conuersa, subito etiam necant tum in principio, tum in incremen-  
to, tum in statu. At imperfectæ crifes siquidem non solum non iuuant, sed in deter-  
rius mutationem faciunt, paulatim ad mortem ducunt. Sin verò non nocent, parum  
tamen conferunt, diuturnum morbum præmonstrant, atque eò diuturniorem, quò  
magis anticipant statum morbi. Iudicant enim materiæ copiam aut malignitatem,  
quam natura irritata expellere conatur, sed nequit. Est itaque duplex modus crifis  
tum per abscessum, tum per excretionem, quorū prior crifis absolute dicitur, cum  
optima est: posterior interdum crifis, interdum cum additamento, crifis imperfe-  
cta. Tales igitur sunt bubones ἢ πυρετοῖσι, id est, in febribus putridis, quas non fi-  
niunt. Quare necessariò longitudinem morbi significat duabus de causis: vna quia  
relinqui materiam intus ostendunt, quæ si maligna sit (quod ex signis malignitatis  
adiunctis dignoscendum est) æger morte periclitatur: si copia tantum vrget, cæte-  
ræque salutaria apparent, à sola diuturnitate metus est. Altera, quia cum materia,  
quæ transfertur, cruda sit, parsque ipsa, quæ excipit, ob propriam imbecillitatem  
eam concoquere non possit, nec sæpe totam excipere: copia per magna vasa, quæ  
vicina sunt & capacia, facile intro refluit, aut ibi corrumpitur. Nam omnis μετὰ σπ-  
σιν, id est, translatio materiæ à parte in partem, quæ ægrum à molestiis non liberat,  
vt abscessus criticus, principium habet aliarum accessionum & laborū, vt & aliud  
exigat tempus ad coctionem mali, corporis locus, ad quem infestantium humo-  
rum facta est translatio. Ex quibus patet hos bubones & producere morbū, & pro-  
ducendum præsignificare. Præterea eosdem fieri motu naturæ concitatæ à magni-  
tudine morbi, aut celeritate, aut alio irritamento: idque diebus criticis, & cum quo-  
dam ordine ac signis obcuræ alicuius, aut manifestæ coctionis. Contra sympto-  
matici bubones sine ordine dierum criticorum apparent & sine signis à diffusionem  
putredinis potius, quàm à naturæ motu. Sunt enim interdum symptomata inflam-

4. aphorif. 55.

Galenus 4. de  
dieta in acutis.

marionis alicuius interioris: interdum verò, vt in peste, venenatæ qualitatis, aut corrupti nobilis alicuius visceris, celerrimèque & sine certamine naturæ hominem rapiunt. Virtus enim valde deiecta, vt in peste, non excitatur ad pugnam contra materiam venenatã. Itaque nullus illius ordinatus motus elucescit. Sed malignus morbus apparet, qui tamen celeriter non mouetur, atque interdum hominem rapit, antequam se per symptomata vehementia prodat cessante natura. Horum itaque bubonum pestilentium duo maxima signa sunt, summa virium infirmitas sine causa manifesta, & morbi malignitas, quantum ex propriis signis, tum aëris constitutione, tum ex perturbato naturæ ordine, vel otio intelligimus. Hi itaque signa sunt & causæ mortis, cuiusque sæpius repentinæ, non autem diuturnitatis morbi. Dixi causas, quia humor intra corpus quodammodo mirescebat aliorum permissione. Secretus autem & in glâdulis corruptissimus venenatis vaporibus cor appetit, & intrò deterior multò, quàm antè, refertur per magnorum vaporum hiatus amplum. Minus periculosi, qui vitio nobiliù viscerum sine venenata qualitate eruptionem faciunt, quanquam sæpe lethales sunt, de quibus Hippocrates, Abscessus, veluti bubones signa quidem sunt partium, quæ germina habent: sed & aliarum, maxime, verò circa viscera. Maligni autem hi sunt. Sic ergo ex bubonibus alij lethales: alij maligni: alij diuturnitatis morbi prænuntij. Idem iudicium de inguinis dolore critico per decubitus materię ad inferiora, vt in Herophonte, cui à lienis tumore in febre inguinis dolor octauo accidit, decimoquarto crisis. Addendum autem est bubones quamtūvis criticos recedere ab illa communi conditione bonorum abscessuum, qui longè à morbi foco fieri debent, ob idque perpetuò suspectos esse, vt & parotidas.

6. Epid.

XI.

Αἰ ἐν πυρετοῖσιν ἀκρισίαι, χρόνος μὲν ἐμποιέουσιν, ἀπὸρ οὐχὶ δλεθρίαι.

In febris siquidem iudicia non existunt, diuturnitas quidem laboriosa relinquitur, sed non lethalis.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**κρισία usurpatur Hippocrati, vbi vel nullo modo iudicatur morbus: vel male iudicatur. Male quidem, quia vel cum graui periculo & molestia ægri, vel cum exitio. Fiunt autem ἀκρισίαι aliquando imbecillitate naturæ, aliquando vitio materię. Vitium autem, quia vt scribit primo Epid. ἡναι καὶ ἐπιπέθη ἀκρισίας σημαίνουσι, aut quia materia maligna, quomodo in pestilenti tempestate tertio Epid. ἀκρισίαι πολλὰ δύσκριτα. Iam verò cum πεπασμὸς ille maturatio quædam sit, & alteratio materię, quæ morbum fouet, cuius opifex causa ea natura est, quæ solidis partibus inest, suo calore & spiritu materię incumbit, donec elaborata satis & ad secretionem apta, tumque inutile excretionibus criticis repurgat, aut in abscessum deponit. Contrà si materia, vt dictum est, crudior est, quàm vt ita vincatur à natura, si maligna, si natura partium solidarum imbecillis, nec satis adiuta calore & spiritu ἀκρισίαι, δύσκριτα, πῶνοι, χρόνος, θάνατος, ὑπόσφορα.

DESID. IACOTII COMMENT.

**A**κρισίαι duobus modis dici ab Hippocrate docet Galenus in primum Epid. commentario secundo, vacuitatem crisis, & crism prauam. Nulla autem fit crisis in duobus morborum generibus. Primum in morbis paruis, quos natura facile superat sine certamine & perturbatione critica, aut in longis, qui non valde irritant naturam copia aut malignitate materię, nec celeriter mouentur: deinde verò in prauis ac malignis, in quibus coniuncta est virium infirmitas. Natura enim infirma certamen non aggreditur. Crisis autem non fit sine perturbatione, irritatione & certamine naturæ. In his ægri interdum sensim superata virtute intereunt: interdum in principio perimuntur multitudine materię & crassitie, aut magnitudine phle-

dine phlegmones. Mala autem crisis vel in ipso certamine interficit, vel facta subito mutatione ad deterius paulatim procedit ad perniciem. Imperfctæ autem crises interdum etiam malæ dicuntur, quanquam distingui debent, sicuti & periculose & parum fide. Cum enim Hippocrates quatuor tantum permutationes magnas in paucò tempore factas (sic enim crises definit) primo Epidemion constituat ad salutem aut mortem: vel ad melius aut deterius, mala crisis necessitate medica lethalis est. Nam iudicatoria, quæ non iudicant, cum prauis signis lethalia sunt. Malæ autem crises (ait Gal.) dicuntur, quæ cum naturalibus vacationibus, vel abscessibus factæ non solum ægros nihil iuuerunt, verum etiam deterius habere, quàm antea, fecerunt. Ex quibus intelligitur locum hunc de crisi mala intelligi non posse. Præterea nec vacuitatem crisis semper signum esse diuturnitatis morbi, cum sine crisi interdum ægri breui intereant, aut sanitati restituantur. Cum autem acrisia pendet ex difficultate coctionis in materia, hæc sola morbum denuntiat & diuturnum, & minimè lethalem. Cognoscitur autem ex eo, quòd neque celeriter mouetur morbus, neque symptomatum vehementia virget naturam, & signa cruditatis diutius trahunt. Ob idque diebus criticis nihil mouet natura, quæ non nisi irritatione ante tempus: aut in statu materię coctione ad pugnam prouocata accedit. Cum ergo non mouet, quando mouere debet, aut solet: neque in materia malignitas est, quæ ante tempus eruptiones faciat, neque coctio, quæ inuitet ad crism. Proinde scribit Galenus naturam esse naturam nihil moliri, quàm frustra. Quod intelligendum, cum vegeta est, nec languens cessat, & à certamine auocatur ob infirmitatem. Sic itaque acrisia & pigrum naturæ motum, & difficultatem coctionis materię morbificæ ostendit. Ex his morbus sequitur & laboriosus, & diuturnus. Vt enim doloris vacuitas propria est sani corporis, ita dolor & labor ægri. Alterum enim ab altero nunquam separatur. Non tamen lethalis futurus est, nisi per accidens, & nisi ad cruditatem signa malignitatis accedant. Quædam enim cruda tantum sunt, in quibus solum opus est ad coctionem: alia & cruda & praua. De quibus ita scribit Hippocrates, Cruda, & incocta, & in malos abscessus conuersa, aut acrisias, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut reciduas. Per accidens autem diuturni morbi lethales fiunt, cum humor, qui non potest coqui ob frigidam, crassam, & lentam substantiam, aut ob copiam, progressionem temporis degenerat, & in deteriore abit conditionem, præsertim, si quod erratum medici vel ægri incidat, ex quo quasi in medio itinere oneri natura cedere cogatur. Præterea ob intemperiam solidarum partium & caloris natiui inopiam, vt in febribus, morbi diuturni perniciosis esse solent. Vt enim in cibo πέψις, ita in materia morbifica excernenda πέπασμος æquatio est eiusdem, & ad conuenientem modum reductio per alterationem, cuius author est calor insitus in partibus solidis, quem fouet & auget calor vitalis. Cruditatis ergo causæ non solum in materia reperiuntur, sed etiam in affectibus partium solidarum, & caloris natiui. Sicque materia, quæ solum cruda erat, in malos abscessus conuertitur, aut paulatim vires atterit.

2. Prorrh. 59

1. Prorrh. 1

XLI.

Οἱ ἐξ ἀλλαγμάτων ἰχυρῶν πυρετοὶ, πολυχρόνιοι.

Ex fortibus doloribus febres diuturnæ.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**olor fortis ex magnitudine causæ & natura partis dolentis est. Causa interna peries & solutio continui. Sic ab intemperie calida dolor maximus, deinde frigida. Solutio continui siquidem ab acri & erodente materia vel multum distendente, dolores fortes excitare potest. Nonnunquam vtrunque coit intemperies calida, aut frigida, materia acris, rodens, multa, quæ communitatem soluit. Quibus si accidit vegetior sensus naturę partis, tum certè dolor crudelissimus excurtiat. At natura quidem duplex, communis & propria cuique. Communis, quia in totum os ventri



os ventriculi, intestinum, totum nervosum genus acrius sentiunt: sed huic peculiariter & os ventriculi, & intestinum, & nervi vegetius sentiunt. Si ergo febris inde nata est, ea sæpe diatya est: eaque brevis, quæ vno die finiatur, aut putrida, quæ non necessario longa est: aut hectica. At hanc dicere parum verisimile est. Indigna ergo hæc sententia Hippocrate.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**oloris, qui est sensio rei naturam lædentis & ipsam et læsio, duæ sunt causæ continentales, affectio ipsa contra naturam, cuius species repente ac violenter imprimitur in parte dolente: & eius speciei impressio atque apprehensio. Impressio dico, in qua sensus est ipsius partis: apprehensionem vero quæ fit ab ea animi facultate, quæ iudicare debet de huiusmodi affectu. Vnde Philosophi disputant dolorem non sentiri, quia sensio non sentitur, sed species illa commoda rei, aut affectio: & Stoici, dolore corporis non moveri sapientem, quia fit in sola animi apprehensione. Ita fit, ut sæpe in causa gravissima dolor sit levisissimus, vel quia non fit apprehensio, ut in phreniticis: vel impressio in parte, cuius sensus extinctus est, ut in moribundis, & resolutis. Quam distinctionem perpetuo observat Hippocrates. Itaque doloris nomine aliquando affectum ipsum intelligit, ut in Epidemiis, In Cranone antiquos dolores frigidos, novos autem calidos: interdum utrumque, ut in Aphorif. Qui ab aliqua corporis parte dolentes, dolorem ferè non sentiunt, iis mens ægrotat. Hoc etiam Aphorismo per ἀλγήμεται ἰσχυρὰ nequaquam intelligi puto dolores graues & vehementes ex quacunque causa, sed graues affectus, qui dolorem commoueant. Nam à flatu, à conuulsione, à tenui & acri materia, aut pauca pituita vitrea, ferè intolerabiles cruciatus sunt, qui tamen neque febres diurnas pariunt, neque ferè durant diu, sæpe verò febre superueniente soluntur. Qui verò in acutis acerbissimum sui sensum continenter mouent, diu ferri non possunt, quia nihil æquè vires deiicit, ac dolores, qui mortem cum delirio præcipitant, ut Galenus docet in historiam vxoris Philini: aut sunt mortis imminentis signa à conuulsione, & inflammatis visceribus, aut exiccatis. At cum affectus dolorificus grauis est & fortis, licet tam acerbum sui sensum non moueat ut in febre laboriosa à lassitudine spontanea, aut inflammatione vel vitio partis alicuius interna, morbus necessario diuturnus futurus est. Est enim diuturnitatis in morbis causa triplex: materia, quæ coqui non potest ob copiam, crassitiam, lentorem, aut frigiditatem: partis alicuius interioris vitium, & errata. Sed quia causa valida superatur vel superat, violenta concertatione, aut longo tempore, febres ex doloribus vehementioribus, id est, inflammationibus internis, nisi in primo circuitu hæmorrhagia, aut sudoribus soluantur, aut interficiant ob malignitatem, in longius tempus trahuntur & vigesimum excedunt, ut Hippocrates docet in Prognostico. Quod ita distinguere oportet. Causa dolorificæ inflammationis, verbi gratia, in hypochondriis aut thorace interdum leuis est, ut sanguis qui phlegmonem facit, ex quo simplex febris accenditur similis ferè iis, quæ ex glandularum phlegmone nascitur: ut bilis sincera ac multa, quæ erysipelata & herpetas facit, & febrem ardentem calidam ac multam inuehit. Interdum verò grauis est, fortis ac difficilis, quoties crassior fuerit fluxio à sanguine pituitoso aut atrabilario, aut bile crassiore, in quibus calor modus non est simplex ob malignitatem & crassitiam materiæ, neque febris character similis est aut synocho, aut causo exquisito, sed maligno & spurio. Vbi itaque pulmonis, aut lienis, aut iccoris, aut ventriculi phlegmone, simplex fuerit, febris quidem multa calida, & sæpius acuta nascitur, brevis tamen, & quæ intra primum circuitum aut secundum sæpius crism habet. Sin verò materia haudquaquam simplex ex caractere, febris appareat, sed mixta aut crassa cum graui intemperie viscerum nobilium, longius requiritur tempus. Constat itaque Hippocratem spectare essentiam tum morbi, tum doloris, non autem symptomatum vehementiam. Illa per se diuturnitatis prænuncia est: hæc vrget crism ante tempus, nec finit historiam morbi absolui, quemadmodum & virium infirmitas & errata, quæ ex morbis diuturnis lethales faciunt, quia natura succumbit antequam perueniat

2. Aphor. 6

peruentum sit ad exitum. Ita fit ut iisdem signis apparentibus & eadè specie morbi vrgente alter moriatur, alter euadat. Eodem modo in Prognostico iuniores scribit ex dolore aurium, id est, inflammatione (sic enim doloris nomen vsurpare solet Hippocrates) septimo die aut adhuc celerius interire ob vehementiam doloris & symptomatum in calido & bilioso temperamento, in quo febris ardens cum delirio ad mortem præcipitat ante suppurationem. Senes tardius, quia frigidius temperamentum difficilius calidis affectibus corripitur, quàm quod recidiuis obnoxium est, & diutius laborat. In Epidemiis ob eandem causam per febres ardentes celerius & citius moriebantur iuuenes, quàm senes. Et Crito è dolore pollicis pedes febre acuta correptus paulò post expirauit. De his itaque febribus ex forti affectione dolorifica & phlegmonode idem statuendum, quod de morbis in autumno vulgò iactatur, eos esse aut longos, aut lethales. Sic his tribus Aphorismis postremis tria signa complexus est Hippocrates, quibus producendum morbum præcognoscimus, Abscessus, ut bubones, qui ad primas crises non finiunt: ἀριστία, & magnitudinem causæ dolorificæ.



COMMENTARIUM PRIMUM  
IN COACA PRAESAGIA  
HIPPOCRATIS MAGNI  
LIBER TERTIUS.

Auctore Iac. Hollerio Stempano Medico.

Αἱ τρομώδεις, ψιλαφώδεις, παρακρῆσιες φρενιτικαὶ καὶ οἱ κατὰ γαστρὸν  
νημῖν ὄνοι, ἐν τῶτοις γνώμης παρὰ φρονοῦ

Tremulae, palpantes, desipientia phrenitica: Et in his ad suras  
labores mentem transuersam agunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.



**A**ι τρομώδεις, ἀσάφεις, ψιλαφώδεις παρακρῆσιες καὶ φρενιτικαὶ, ὡς καὶ τῶ Διδύμαρχῳ γινώσκω. Id est, tremulae, obscurae, palpantes, desipientiae valde phreniticae, ut Didymacho in Co. Hæc autem in febribus acutis, in quibus τρομώδεια diximus fieri imbecillitate virtutis, qua mouemur, & nervorum siccitate. Ac prius pluribus id expositum fuit, vbi ἀσασμοτρομώδεια exposuimus. Ψιλαφώδεις autem dicuntur, qui quasi palpantes digitis videntur aliquid captare, aut venari, quod phreniticis accidit. Sic in Dealcis vxore ἐψιλαφα vsurpauit Hippocrates. Atque alij quidem hæc agunt, clamant, exiliunt, interminantur, insaniamque manifestis indicis produnt, alij, quos ἀσαφείας dicit in Prorrheticis, iacent quieti, taciturni, demissis palpebris, quasi dormituri, quod longè perniciosius est. Illic enim bilis flaua etiamdum excurrit atque agitur: hic iam intincta est cerebro, ut phrenitis velut ἐκτικὴ firmata sit, de qua plura Galenus in Prorrheticis. καὶ οἱ κατὰ γαστρὸν νημῖν. Et hoc antea dixit, neque fieri potest, nisi recurrente sursum in caput maligna materia id accidat.

IN



RES phrenitidis differentias superiore libro exposuimus. Primam in cerebri inchoata alteratione, & bile adhuc agitata, quæ si pallida fuerit, mitius delirium: si flava, vehementius concitat. In hac varij interdum manuum gestus apparent, frustra venantur aliquid, festucas carpunt, floccos è vestimentis euellunt, stipulas de pariete detrahunt, turpia loquuntur, dolorem non sentiunt, mores mutant. Altera est deterior, in qua bilis flava in atram degenerat. Itaque feroces esse incipiunt, & quædam violenter manu facere, diciturque melancholica desipientia, & si ingentia mala perpetrent, vt Galenus docet in illum Aphorismum Prorrhethici, Quæ cum tantula ferocitate in desipientiam pellunt, melancholica: si verò à muliebribus fuerint, ferina. Tertia est *εκστασις σιωπῆς καὶ ἀφωνία*, ecstasis cum silentio, voce integra, leui motitatione manuum, pulsu languido, oculis, vt in dormientibus, modò clausis, modò leuiter apertis, à langore virtutis & hectica cerebri intemperie, quam diffusius descripsimus ibidè. Est & alius phrenitidis modus huic non absimilis, sed qui in eunte morbo incidit ex pituita & bile mistis. Si ergo per hæc verba *προμώδεις ψαλαφώδεις* ægros intelligere placet, qui palpantes & tremuli appareant ineunte delirio, tremor quidem ab oppressione fiet, vt in Pythione: palpus ad gestus manuum referetur, aut erit manuum subsultatio, quorum omnium signorum vires superius explicatas repetere non est opus. Ex his itaque primæ differentiæ phrenitidis significatio fiet. Sin, quod conuenientius est, tremulam illam motionem manuum cum silentio & palpo acceperis, quæ phrenitidi succedit, tertia species denuntiatur. Neque alienum est ab artificio Hippocratis, quod addit *φρενιτικὰ*, non quia hæc antecedentia signa sint phrenitidis, sed quia plerique medici huiusmodi ægros phreneticos esse non putant. Propterea in Prorrhethico hoc delirij genus *ἀσαφώδεις* dicitur, id est, obscurum. Eadem igitur est sententia cum illa Prorrhethici, Tremulæ, obscuræ, blandæque & contrestabiles desipientiæ, valde phrenitica, vt Didymarcho in Co. Quod sequitur de dolore suræ, is decubitus materiæ morbificæ ad inferiores partes denuntiat, qui criticus est, cum inde alleuatur febris. & symptomata remittunt, præsertim quæ in superis partibus infesta & periculosa apparebant, vt in Herophonte, cui dolore in crure oborto (eadem enim ratio est huius, & illius) sedatum est delirium transeunte vitioso humore à liene in crura. Symptomaticus autem est, cum humor per palindromen intro recurrit, & ad superiora conuertitur, vnde dolor discutitur, sed augetur febris. Non tamen necesse est metastasim fieri in caput, nec proinde sequi delirium. Nam (ait Galenus) fieri potest, vt si delapsus in coxam humor recurrerit, pars quædam alia capite inferior, eo recepto ipsa quidem afficiatur, caput verò lædi inhibeat, si coxæ dolor apparere desierit, atque enæorema comparuerit, capite nihil dolente. Potest quoque desipientiam inferre, si ad caput humor peruenerit. Hoc itaque generale præceptum ad distinctionem memoria tenendum est. Quotiescunque enim dolor aliquis, qui antè infestus erat, finitur aut decidit repente sine medici auxilio, aut excretionem, aut abscessum, vel mentem læsam denuntiat, vel *νέκρωσις*, vel materiæ refluxum ad interiora. Pars autem, ad quam fit translatio, internoscitur per symptomatum nouorum accessionem, quæ in illa apparebit, vt si vehementius æger capite doleat, vigilet, dormiat diutius solito, aut tinnitum aurium percipiat, ascensum humorum ad caput, ea ostendunt, vnde cataphora, delirium, aut conuulsio expectanda est: nisi natura morbo robustior inuenta vel humores deorsum remittat, vel sese exoneret per hæmorrhagiam aut parotidas. Quod Hippocrates in Prorrhethico ita expressit, Si quidpiam in vrina sublimè (prauum) petierit occultato coxæ dolore, delirium portendit, & quæ circa aurium sonitus talia existunt. Sic Caluo tertio Epid. e femoris dolore quiescente

3. Prorrh. 31

1. Prorrh. 33

2. Prorrh. 1

peru

perturbatio mentis superuenit cum inquietatione, vnde interit quarto. Huiusmodi ergo dolores signa sunt naturæ infirmæ & copia, vel malignitate materiæ oppressæ ac concitatæ, quæ frustra crism moliri cogitur: interdum etiam vomicosi hepatis symptomata, sanie in partes inferas per venam cauam transmissa. Causæ verò sunt tum resolutionis virium, cum acerbius torquent: tum refluxus & translationis materiæ ad viscera nobilia. Verum meminisse oportet, ne præsagium fallat, eius distinctionis, cuius admonet Galenus in historiam Calui, ne horum dolorum aliunde sit initium, quàm à naturæ motu, & materiæ morbificæ decubitu. Verbi gratia, dolores in suris, id est, posteriore tibiæ parte, quam *γαστρονομίαν* vocat, quasi tibiæ ventrem, interdum oriuntur à conuulsione quadam, neruis qui illac descendunt, immoderatè exiccatis, aut perfrigeratis, aut à flatuoso spiritu distentis musculis, vt in extenuatis & febre confectis. Interdum etiam à causâ externa & in tibia, & in toto crure, vt si æger dum inconsideratus mouetur, occulte offenderit, aut inter dormiendum tibiæ figura minimè conuenienti sitam tenuerit, aut refrigeratam, vel conuulsam subito mouerit. Nonnunquam etiam à plenitudine in otiosis, exercitium consuetum negligentibus, aut nimio vtentibus alimento, in quibus Galenus non modò prohibet, quæ reprimunt, sed ne calefacientibus quidem vti concedit ante alui ductionem, & totius corporis conuenientem purgationem, ne vel materia referatur intro, vel ad partem affectam trahatur: in quibus duobus frequentissimum est nostrorū erratum. Præterea per cōgestionem paulatim acernata copia, & sudoris transpiratione cohibita, stipata ac densata cute dolores cieri solent, qui fotu ac topicis calidis & humidis tentandi primùm, mox nisi cesserint, vniuersali purgatione amolendi.

II.

*Οἱσι ἐν ζῶσει ἀφρονικεῖν μὲν, μόντες σκαρδαμβόσονται, ἢν ἀμειπτοσ ρυέντος ἐκ ῥινῶν ἐμέσονται φθέρωνται, καὶ παρ' αὐτοῖσι γένωνται σώζονται. μὴ γυνομῶων ὁ τῶτων δῶσσοι γυνομῶων, ἢν ἴσσοσι σωτῶμωσ.*

*Qui in febre continua muti iacent, clausis oculis subinde conuenientibus, siquidem è naribus sanguis effluerit, & vomuerint, atque ex eo loquantur, & ad seipsos redeant, seruantur. Quod si nihil horum acciderit, in difficilem spiritum redacti in breui moriuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN hoc ægro oportuit materiam febris sursum rapi, atque inde oppressa virtute animata, quæ in cerebro est, motus, sensus, vocis priuatio extitit, quam *ἀφονίαν* vocare consuevit. Ac palpebræ quoque copia oppressæ ægrè se attollunt, vt in dormituriensibus, ex quo modò concidunt, modò nictant, & sese motitant. Hæc omnia quidem quia accidunt non squalore partium, non dissoluto spiritu, calore, virtute: sed tantum copia oppressis minori cum periculo sunt. Reliqua spes est in virtute, quæ per salutare vias materia, qua premitur, exclusa sese excitet. Itaque si impetu facto partim per nares, partim vomitu, aut deiectione sese eo pondere liberet, salus expectanda est: si verò fracta non potest id efficere, sed materia decurrat impetu ad pulmones, æger suffocatur, breuique extinguitur. Vox *σκαρδαμβόσσει* denotat *ἢ κλέσαντα τὰ βλέφαρα εἰς ταχέων ἀνθις ἀνεῖλαι*, cum quis videlicet clausos oculos rursus celeriter aperit, idque subinde reuocat.

DESID. IACOTII COMMENT.

Icebit fortasè, quæ hic in arte vtilia mihi visa sunt, & si paulò diffusius expromere, atque diuinam Hippocr. mentem, quasi naturam loquentem admirari.

L

§. de crisi. i. de diebus criticis et i. ad Glauco.

§. de locis affectibus.

6. Epid. comment. 3

Primum periculosa crisis ac difficilis, quam Græci *κρίσις* vocant, & quæ ob vehementiam ac celeritatem morbi perfectæ coctionis tempus, aut diem criticum (vt si fiat die sexto) antevertit, tanquam exemplum quoddam profert, atque admonet me dicum: vt & in prædictione temeritatem, & in periculo nimiam timiditatem effugiat, quorum vtrumque summam requirit cautionem. Etenim imminente crisi terri, cum grauisima vrgent symptomata, aut muliercularum more obstupescere, aut appropinquante morte in spem criseos erigere, qui adsunt, turpissimum est, & ignorantia signum certissimum. In his vero (ait Galenus) ne perterrearis, etiam delirare ac subilire hominem videas. Hæc enim sunt humorum sursum tendentium signa. Alterum præceptum est, In ancipiti & periculosa crisi iudicium, & si non in longinquum tempus differre, eo tamen aliquadiu suspensio expectatione excretionis, pronuntiare oportere, vt in foro interdum iudices solent, non liquere. Sic enim se facere solitum Galenus quoque scribit, donec materię motus, & naturæ vires perspicue se prodant. Interim (inquit) cum hæc diceret Glauco, venimus ad laborantis ostium, vt neque verbo illi respondere, neque etiam ea, quæ sæpenumero me dicere audivistis, effati possem: quod scilicet multa interdum nobis feliciter facileque apparerent: interdum vero omnia sunt ambigua. Atque idcirco & alteram, & tertiam quoque considerationem expectamus. Tertium est, periculosam esse crism, quæ fit per partem principem, vt cerebrum, & cum graui offensione omnium actionum illius partis, vt cum priuatione vocis, motus & sensus. Nam eas actiones depravari in perturbatione critica: aut imminui non est periculosum, vt subilire conuulsuo modo, delirare, vigilare, splendorem ob oculos & tenebricosa quædam obuerfari, illachrimari, inferius labrum motitare, soporari, aurium tinnitu offendi, dentibus stridere, & similia. Verum non loqui, non moueri, non aperire oculos, naturæ robur requirit ad excretionem. Vt enim natura quadamtenus suffecerit coctioni, in excretionem succubere, & leui ertato potest opprimi. Expultrix enim facultas tum insurgit, cum alteratrix desit. Quod si antequam alteratrix desierit, stimulat expultrix cogatur: quod molestiam affert, amoliri, vel expectato etiam tempore infirma sit, aut meatus minus liberi, periculosa, sæpe etiam mala sublequitur crisis. Nam quod Hippocrates scribit coctionem simul & excretionem esse, de ea, quæ perfectio est, nec amplius in coctionis tractu intelligendum, & in qua non alia est facultas quæ coquat, alia quæ excernat, vt in morbis thoracis. Quartum est ad perfectionem certitudinemque crisis pertinens, Excretiones eas laudabiles esse, quæ vel perfectæ ægrum liberent, vel sibi restituant. Nam quæ nouis augment symptomatis, ad perniciem procedunt. Postrema duo sunt ac præcipua, In implicatione permissioque multorum, & variorum symptomatum, qualis est hoc Aphorismo, quæ quasi repente inciderit, nec antè visa fuerit, transmutationem humorum, & *μετάσχησις* fieri, qui in transitu suffocationem, tremorem, conuulsionem, & *ἀφρονίαν* & similia excitare queant. Deinde liberale sanguinis profluuium signis lethalibus apparentibus, aut prauis, liberare ægrum à periculo mortis. Nam cum sanguis inflammatus in venis feruet, ac multo calore ac spiritu turgens in caput rapitur, muti interdum iacent ægri & clausis ac subinde nictantibus oculis soporantur, & in difficilem spiritum incurrunt à transitu humorum, vel, vt Galenus loquitur, *ἐν τοῖς παρόδοις*. Si itaque talis, vt inquit Hippocrates, euasurus est, profluere per nares sanguis poterit: qui si multus sit, morbum soluit per illud axioma medicum in historiam Metonis scriptum à Galeno, Sanguinis è naribus liberales & copiosæ profusiones magna ex parte liberant: sin paucus profluat, protrahetur morbus & si reliqua bene fiant: succedantque, poterit iterata excretionem aut abscessu frequentari crisis, quæ cumulari non potuit. Si vero, quod tertium est, nihil horum acciderit, per refluxum materię ad interiora, aut diffusionem tum in cerebrum, tum in partes thoracis intercipientur respiratio, cuius idem finis est, & vitæ. Tot igitur ac tanta ex hoc Aphorismo, tanquam corollaria quilibet sibi parare potest ad præsagium. Singulorum symptomatum causæ breuiter sic habent. *ἀφρονίαι* quatuor modis fiunt: primum resolutione aut immobilitate musculorum claudentium, aut aperitione laryngem, aut neruorum recurrentium læsione. Deinde interceptione materię vocalis, quæ

4. de dieta in acutis.

quæ est exsufflatio à resolutione musculorum intercostalium. Tertio virum & spirituum vitalium dispersione, aut collectione vt in metu, vox faucibus hæsit. Quarto oppreffione facultatis animalis, aut extinctione, vt hoc loco. Hoc autem postremo modo sensus & motus afficiuntur, aut motus tantum: affectus vero vocis instrumentis vterque manet. Proinde addit, *κείμενοι* prostrati & immoti iacent, affecto neruorum principio per translationem materię. Idem interdum absque occasione, aut forti causa externa in sanis subito accidit per interceptionem venarum, quam *ἀπόληψιν τῆς φλεβῶν* vocat à copia sanguinis, quæ opplet venas cum periculo extinctionis caloris natui. Nam & veluti præfocantur ægri, & *ἀφρονίαι* oppreffa animali facultate redduntur cum rubore faciei ob copiam sanguinis: frigore extremarum partium ob multitudinem humorum, & spirituum impeditum transitum: dentium stridore & manuum porrectione ob conuulsionem. Verum oculos constantes & immobiles seruât torpescente animali facultate, & concreto in venis sanguine, qui fufus & liquidus est per caloris & spirituum liberos motus. Præterea neque febriunt, neque vi febris hæc eueniunt. Ad distinctionem itaque adiecit *ἐν φωνῇ*, in febre & *μύοντες σκροθ' ἀμύουσι*, oculis conuientes nictant. Nam in translatione materię & motu agitantur tum spiritus, tum partes neruosa, vnde conuendo oculi tandiu nictant, quandiu materia propagines neruorum ad oculos pertinentium afficit. Cui affectui contrarius est *ἀπηνίαι*, id est, qui fixis est, & immotis oculis ab immobilitate musculorum. Hi autem clausos oculos celeriter ac subinde aperiunt, sed eorum instar, qui graui onere premuntur, præ infirmitate recidere sinunt. Ita enim Galenus *σκαρδαμύουσι* interpretatur in 6. Epid. Est ergo veluti tremor palpebrarum ab oppreffione cerebri, & materię agitatione, qualis in insultu epileptico interdum accidit. Subiicit deinde hos seruari hæmorrhagia critica, id est, quæ ægrum tam grauibus symptomatis liberet. Vomitus comitatur per consensum cerebri à tenui defluxione ex dolore & motu. Alioqui futurum, vt cum difficultate spirandi intereant, intercepta facultate animali, quæ thoracem mouet. Sic periculosa crisis ambiguus est exitus, in qua natura in suo iure non est, nec suis modulis operatur casu aliquo interturbata, & intempestiuè atque ante tempus ab aliquo irritamento excitata. Tandem autem periculosior est, quantum magis anticipat, aut cum deterioribus signis cruditatis apparet. Eius enim, quæ optima est, & sine metu, duplex conditio annotatur ab Hippocrate. Nam fieri debere scribit *ἐν φωνῇ*, id est, *ἂν ἐστὶ τῶν ταῦτόν τῳ κατὰ τὴν ἀκμὴν ἢ ἔν τῳ πεπασμοῖς*, circa statum, & iam percocto morbo. Quantam autem vim in pernicioso morbis hæmorrhagia habeat, ex historia Metonis intelligere licet, qui cum lethalibus signis seruatus est, ea sæpius repetita, vt cum vrinis nigris ac tenuibus etiam post sudorem & profluuium sanguinis manentibus, & cum vigilis, delirio ac similibus. In quo Hippoc. fluxionem non satis copiosam lotionem capitis innuit, quia quod natura tepit, eò ducere oportet.

III.

Οἱ λαβόντες ἐς τὴν αὐριον παροξυνθέντες, κακόν.

Qui hodie accessione capti, postridie deterius habent malum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Q Vos *λάβοντες* dicat, parum constat, nisi quod *λαβὴ* Hippocrati *ἐπισημασία* est interprete Galeno, *μαλιστα ἐν παρόδοις ἐπισημασία* autem vel accessio ipsa febris, vel significatio imminens accessio. Itaque *λάβοντες* dici videntur, qui accessione præhenduntur, idque nec opinantes, & extra rationem circuitus. Malum ergo si hodie vexati febre, postridie eadem irritata malè habeant.

In Exegeft.

DESID. IACOTTII COMMENT.

Λ *Αβὴ* dicitur Hippocrati principium insultus febrilis, aut primus sensus, aut prima significatio accessio, vt cum ægri horrent, refrigerantur, oscitant,

Idque intermittens proprium signum est. Generalius tamen in hectis dicitur, & pro accessione λήσιον usurpat περί παθῶν, & λάβοντες, qui febre corripiuntur etiā continua, in qua interdum horror, rigor, aut refrigeratio primo statim insultu inuadit. ἐπιπρόσχωτες verò in utroque genere dicuntur, qui grauius afficiuntur, aut per exacerbationem, vt in febribus continuis: aut per nouam accessionem, vt in intermittentibus. Est enim acutæ febres & continuæ vnā accessionē habent ad crīsim vsque, imparibus tamen crescunt cum siti, capitis dolore, inquietudine, & calore vehemētiore: absque horrore tamen aut refrigeratione, aut sudore periodico, quia bilis in venis continetur cum sanguine. Quare non expurgatur per singulas accessiones neque impetu mouetur aut dispergitur per vniuersum corpus, vt in intermittentibus, à quibus non differunt humoris natura, sed putredinis foco. In synochis à sanguine ea exacerbatio non apparet. Qui ergo febre corripiuntur, secundo verò die deterius habent, aut per exacerbationem id euenit, aut per nouam accessionem cum frigore, horrore, aut rigore. Hæc intermittentem continuæ iunctam, & hæmorrhæi speciem aliquam denuntiat, quæ maligna est & periculosa, vt superiore libro dictum est. Illa vel mortem, vel morbi longitudinem portendit. Nam si continua est à pituita, quæ singulis diebus mouetur, aut melancholico humore longa futura est: Si verò continua & acuta à calido humore & bilioso, ordo naturæ & motus interturbatur. Nam eadem ratio est motus humorum in intermittentibus & continuis, quod ad dies pares aut impares pertinet. Hæc itaque exacerbatio in acuta febre quæ fit paribus diebus, ad malam crīsim procedit, quia quibus diebus exacerbantur febres, iisdem iudicari solent. Idem docuit Aristoteles Hippocratem passim sequutus. Scribit enim, vt in aliis moribus violentum quiddam est, ita & in alteratione, quæ fit in morbis, violentum esse & præter naturam moueri diebus non crīsimis, quales sunt dies pares: naturale verò crīsimis. Sed cur impares crīsimis? Dimittit, ait Hippocrates) febris in diebus imparibus, quod videlicet in paribus diebus trahit corpus de ventriculo: in imparibus verò dimittit. Ventriculus autē extra propellit in homine sano. luxta huiusmodi necessitatē morbi in imparibus diebus iudicantur. Alia demonstratio non est opus medico. Galenus autem tertio de diebus criticis ita appositè hunc locum explicat, vt nihil super. Quidam morbi, (ait) inuadunt secundum diem primo grauiorem habentes, quartum tertio, vniuersaque accessiones diebus paribus, qui quidem morborum longorum naturam sapiunt. Sed tamen instar acutorum præuertunt iudicari. Hi & secundo quidem die interimunt & quarto. Sed sexto quamplurimos. Nam secundo die valida aliquo adhuc modo natura est: in quarto valida quidem adhuc, & in hoc magis quàm in sexto, sed nondum in arenam audet descendere. At in sexto accessions vehementia frequenter eam ad luctam certamenque prouocat, quo in certamine alterum è duobus contingit. Vel enim natura succubuit ipsi vehemētiæ accessions, & concidit, extinctaque prius fuit, & suffocata quàm quæ molesta essent, excerneret: vel eorum quidem magnam partem excreuit, reliquum verò excernere potis adhuc non fuit: sed præ imbecillitate & lassitudine tandem cadit, & victa iacet. Deinde, siquidem post aliquod interea tempus aliquo pacto recreat ac refici potuerit, paulatim morbum concoquit. Si verò morbi reliquæ maiores fuerint robore naturæ, tandiu æger superuiuet, quandiu adhuc natura sufficere potis est: tandem tamen postea morietur. Ex quibus intelligitur dierum parium accessiones aut lethales esse, aut difficilis iudicij. Exemplum scribitur ab Hippocrate, i. Epid. in febribus ardentibus, in quibus accessiones parium, & quarto die dolores maximi, ac sudores frigidi significationem conficerent mortis die sexto, & in Philisco, qui inde sexto obiit. Distinctio autem longitudinis aut mortis cum ex aliis signis, tum hoc maximè intelligitur. Nam si vehemens motus febris fuerit, prauamque accessionem dies quartus attulerit, mors sexto parata est. Sin mitior morbus fuerit, diurnitas laboriosa & periculosa expectanda est.

5 Phis.

4. de morbis

3. de diebus crit. cap. 8.

IIII.

Τετάρτη ἐπιχόντες, τετάρτη παροξυθέντες, ἡγρόν, ἀρά γε καὶ φρενιτικοὶ οἱ τοῖστοι παροξυσμοί.

*Tertia die inualescentes, quarta verò exacerbantes, malum. Atque eiusmodi paroxysmi phrenitici sunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Επιχόντες legendum puto. Sic enim clarior oratio & magis conueniens sententiæ Hippocratis. Sic enim natura est acutarum febrium, vt ferè tertio die & imparibus magis ingrauescant, paribus remittant. Monet ergo Hippocrates diligenter consideranda, quæ die quarto eueniant. Est enim index eorum, quæ septimo die accidant. Itaque si tum quidem salutaria signa apparent, in septimū diem bonum iudicium expectatur. Contrà verò si lethalia, duplex malum est, quia quo die quies aliqua sperabatur ægro, labor nouus incidit, iudicium inualescentis mali & naturæ concidentis. Deinde denunciatio futuri grauis septimi, qui alioqui in criticis quasi rex optimus & clementissimus censetur. Propterea videndæ (inquit) tertianæ exacerbationes, & nunquid simile quarta dies tertiæ attulerit, quia tum æger in periculo est: & paulò post. Cùm lingua quarto die turbata quædam loquitur &c. Magna ergo vis exacerbationum quæ in quartum diem incidunt. Id in Philisco notat Hippocrates, cui omnia proritata quarto, & phreniticus obiit spiritu magno raroque. Ita Sileno cùm omnia tertio prorithata, quarto eadem fuissent, obiit adolescens fortis ætatis robore vndecimo, spiritu magno rato, vt phreniticorum. Erasino quarto die omnia, quæ tertio, grauiora: quinto ad occasum solis obiit. Sic in multis historiis Epid. legas, quæ experientia confirmes, licet. πρόσμοι φρενιτικοί. παροξυσμός, vt in intermittētibz plurimūm dicatur, in continuis quoque dici, vt hoc loco, & aliis locis manifestum est. ὡ καὶ ἐν μύσειον καὶ σφοδρότερον φιλδλιν παροξυθέντες, & aliter quoque ὡ καὶ φιλ παροξυθέντες ἐστὶν ὁλὸς ἄλλου φιλ ἀμυῖς. Et qua similitudine πρόσμοι φρενιτικοί dicuntur, in quibus phrenitis inuadit, & ad vigorem increfcit. Id quod propriis accidentibus phrenitidis definiendum est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hic quoque agitur de motu naturæ & morbi, qui præcipuam vim obtinet in præfagijs. Primum enim morbi species biliosa, pituitosa, atrabilaria, vel mixta cum tempore anni, ætate, temperatura, & similibus obseruari diligentissimè debet. Deinde accessions circuitus an paribus, vel imparibus redeant, an eodem tenore progrediantur, vt in synochis. Nam exacerbationum anticipatio, aucta vehementia, & celer motus quique fit imparibus, breui futuram crīsim præmōstrant. Sin lentè mouetur morbus, eadem mora recrudescit, & singulis diebus, diurnus futurus est. Tertio coctiones & coctionū mutationes diebus indicibus, vt quarto. Quæ enim in melius mutantur, sequentibus criticis hominem liberatum iri denunciant, & contrà. Non est autem necesse per ἐπιχόντες legere ἐπιχόντες. Si quidem ἐπιχόντες inualescere significat. ἐπιχόντες autē dici possunt ἐπιπρόσχωτες, qui habent acerbis die tertio. ὡ καὶ consignificante iteratam, vel auctam accessionem, siue potius exacerbationem, vt in voce ἐπιπρόσχωτες: propriè tamē, qui subsistunt, ac sine exacerbatione manēt, ita dicuntur. Quòd si exacerbationem tertio inceptam, quarto perseveratē vel auctam intellexisset, satis erat de utroque die dixisse πρόσχωθέντες. Quare videtur intelligere exacerbationem, quæ fit quarto die, cùm die tertio mitius habuit æger. Quia tamen vtrumque maximè valet ad præfagium, utroque modo faciam interpretationem ex generali principio à nobis posito. Qui ergo tertio die mitius habent, quarto deterius, in malo sunt duabus de causis. Vna, quia omnes parium motus aut lethales sunt, aut difficilis iudicij per superiorem Aphorismum. Altera quia dies quartus index est septimi, in quo quæ apparent, & certissima sunt, & talem crīsim denunciant, qualia sunt, prauam, si praua: bonam, si bona. Hæc autem diei quarti exacerbatio cum remissione

L 3

tertij in acutis lethalis est. Cum enim dies tertius e criticis primus sit, in quo natura solet aggredi præparationem, vel exclusionem materiæ, qua aggresione mouetur exacerbatio: si cum diem in quiete traduxerit æger, nihil aliud suspicari licet, quam pigrum naturæ motum, quæ morbo inferior quiescit, quem excipit motus materiæ morbificæ perinde ac si ad pugnam naturam inuitam traheret. Eam itaq; sexto vel planè expugnat, vel ita prosternit, vt vix deinceps emergere queat. Quod si eadem quarto, aut grauiora, quam die tertio euenerint, magnitudo morbi & celeritas ostenduntur, quæ breui expectandam crism præmonent, & naturam vehementius irritari. Futura ergo sexto, si paribus mouetur morbus: septimo, si imparibus: sed & aliquando etiam sexto ob acius irritamentum. In quo æger moriturus est, si ad eam motus celeritatem perniciofa signa accesserint, vt deiectione nigra, aut vrina cum nebula nigra aut stillicidium sanguinis. Sin salutaria omnia appareant, & magnitudo vehementer aucta, crisis ante erumpit non expectans diem fideliter iudicantem, à qua recidua expectanda. In quo se admirabilem hominibus visum fuisse scribit Galenus. Nam cum Sextus in morbum acutissimum incidisset, qui ultra septimum progredi non posset ob magnitudinem & celeritatem, quarto die cognouit Galen. fieri posse, vt crisis anteuerteret septimum. Interrogatus itaque quid vaticinaretur, respondit morbum iudicatum iri omnino aut sexto, aut septimo: & si quidem sexto die iudicaretur, ipsum reuersurum esse: si verò septimo, firmam crism habiturum. necessariò verò crism futuram per sudorem. Atque ita contigit. Nam iudicatus est Sextus sexto: cui decimo quarto recidua nullo in victu præcedente errato: 17. perfecta crisis. Eodem modo de victus ratione in acutis scribit diligenter considerandum, num febris tertio exacerbetur die. Nam si quartus dies tertio quidpiam simile in accessione attulerit, periculosum id est. Nempe (ait) quartum diem, qui septimi est index, rem nouam edere ex grauibus est notis. Rei autem nouæ æditio designatioque patet omnibus. Nam si primo die & tertio fiat accessio, & secundo haudquaquam facta fuerit, quod quintus accessionem sit habiturus, par est, & non quartus. Quapropter si quartus habuerit, mali cuiuspiam alterius generationem demonstrat. Si autem & nigra deiecerit, mors iudicatur futura. Tu autem multa ex dictis prætermittens, memoriam rei huius habe. Nam si primo & tertio die proportionalem attulerit accessionem febris, atque nouiter quidem quartus paroxysmum fecerit, & æger nigra deiecerit, signum est lethale. Quod si diebus omnibus sanis similia deiecerit, salutem ægrospera. Hactenus Galenus. Ex quo perspicua est singularis huius Aphorismi utilitas, & admitabilis Hippocratis sententia. Exempla cuique colligere licet ex Epidemiis, non vt ex his præceptum vniuersale conficiatur: Hoc enim Gale. reprehendit in interpretibus Prorrheticis: sed, vt quod vniuersale est, particularibus exemplis confirmetur. Triplex enim discenda, docendaque medicinæ ratio à nobis passim obseruatur: demonstratio, quam falsò negat Auerroes in medicina: exemplum: & *αὐτοψία*. Philisco ergo 4. omnia poritata: 6. obiit. Adolescēti tertio Epid. quarto omnia in deterius: septimo obiit. Mulieri quarto omnia proritata: 14. obiit. Anginosa 4. omnia poritata: 5. obiit. Metoni omnia 4. exacerbata: vix multa & sæpius repetita hæmorrhagia euasit. Sileno omnia 3. grauiora: 4. eadem: 11. obiit, ætatis robore eouque progressus. Erasino 3. & 4. deteriora: 5. mors ad occasum solis. Philisti 4. omnia exacerbata: quinto manè obiit. Quod autem subiicit, an accessiones huiusmodi phreniticæ? Interrogationis nota dubia facit fidem. Sæpe itaque id fit translata in cerebrum bile flaua, non tamen necessariū est. Dicuntur autem accessiones phreniticæ, quia in phrenitidem ægrum præcipitant, quia antecedentibus causis vel signis effectus nomen tribuitur.

De Prænotione.

4. de diæta in acutis 57.

V.

Ὅμοιοις ἐπιπέσει οἱ πυρετοὶ μὴ καὶ κελύμεις, ὑποτροπικόν.

Quibus febres desinunt diebus non criticis, recidua est.

IACOB

Hoc experientia magis, quam ratione constat. *κρίσιμος* autem dicit dies impares, in quibus ferè acuti commouentur: impares quidem arithmetica ratione, quia videlicet in duos pares numeros diuidi non possunt: vel quia in ratione septenarij critici incidunt, vt decimusquintus, vigesimus, trigessimusquartus & quadragesimus. Alioqui si de imparibus arithmetica ratione intelligas, constare non potest sententia Hippocratis in Aphorismis, Febricitantem, nisi diebus imparibus reliquerit febris, recidua sit. Quem sermonem Hippocrat. reprobat, nisi quos *παραπύρετος* dicit, *κρίσιμος* intelligas, quod hoc loco confirmatur. Certum est tamen Hippocratem primas vires imparibus attribuisse. Cornelius Celsus Asclepiadem scribit hanc sententiam Hippocratis, vt vanam reprobasse. Sed reliqua omnia placita veterum medicorum, multa quoque Philosophorum decreta rabula controuersus repudiauit. Quarto de morbis maxima vlcera decimoquarto die liberari inflammatione scribit. Quæ res, inquit, ostendit morbos diebus imparibus iudicari. Oportet ergo decimumquartum imparem, esse ratione critica, quanquam primo Epid. decimumquartum inter pares annumerat. Ergo necesse est varia ratione parem esse & imparem decimumquartum. Ac de impari multa quarto de morbis, siue opus illud fuerit Hippocratis, siue filiorum eius. Sed vt res ipsa, quod in controuersis rebus fieri debet, experientia cognoscatur, certum est morbos moueri modò paribus, modò imparibus diebus. Alioqui non scripsisset Hippocrates in legitimo opere Epid. *ὅτι δὲ οἱ παραπύρετοι ἐν πύρεσσι κελύμονται ἢ πύρεσσι, τὰ δὲ παραπύρετα ἐν ἀρτίσι κελύμονται ἢ ἀρτίσι.* Quibus accessiones fiunt diebus paribus iudicantur: quibus verò imparibus, iudicantur imparibus Et in Epid. quædam annotat iudicata paribus alia exitiose, vt in Philiste, qui sexto obiit. Erant *παροξυσμοὶ* (inquit) *ἐν ἀρτίσι.* Epicratis vxor quadragesimo, Cleonaëtidis octauo iudicata ad salutem. Crito secundo mortuus. Mulier quædam decimoquarto iudicata ad salutem. Pythion in Thaso, cui, vt scribit, *ἐν ἀρτίσι οἱ πόνοι*, decimo obiit. Phreniticus quarto obiit. Eadē die Caluus Larisseus. Pericles quarto iudicatus ad salutem sine recidua. Anaxion trigesimoquarto seruatus. Heropitus à febre ardente centesimo. Nicodemus vigesimoquarto saluus. Larissea virgo *ἐν ἀρτίσι οἱ πόνοι* sexto iudicata ad salutem. Apollonius trigesimoquarto obiit. Adolescens in Melibea vigesimoquarto obiit. Plurimos tamen legas & ad salutē, & ad mortem iudicari imparibus. Atque ea ferè obseruamus in pestilentibus febribus ferè interire secundo, quarto, sexto, octauo: in aliis imparibus iudicari. Ac pares quidem ante decimumquartum admodum formidabiles, vbi in eos iudicium incidit 14. 20. 24. 34. 40. 60. 80. 100. 120. Non ita metuendi, in quibus ratio quædam est septenarij. Neque vidimus sexto vel octauo iudicatos, nisi periculosē, vel cum recidua. *ἐν παραπύρεσιν* dicit, quod ferè *παραπύρετος* & *παραπύρετος* dicit, cum videlicet qui morbus solutus videbatur, denuo repetit. *παραπύρετος* vocat Galenus in comment. Aphorismi 34 libri quarti: atque dubia fere sunt iudicia, exitiosa scilicet aut *παραπύρετα*, quæcunque non omnino quidem paribus, sed qui decimumquartum antecedunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

CLarius hoc modo scribitur, quam in Aphorismis, & Epidemiis, quibus in locis pro diebus criticis legitur, imparibus. Nam diebus paribus sæpe acutæ febres iudicantur sine reuersione. Ob eamque causam in illius locum hunc aut similem substituendum putat Galenus. In acutis tamen insignes in vtranque tum salutem, tum mortem mutationes efficiunt impares, quos Hippocrates vocat *επιπύρετας* huc vel illuc declinantes, quales sunt 3. 5. 7. 9. 11. 14. In longis 60. & 80. Medij horum sunt 20. 34. & 40. Qui omnes sunt impares, vt Galenus ipse scribit. Ratio autem est huiusmodi. Dies critici dicuntur Hippocrati, in quibus natura mouet materiam, & certamen instituit cum morbo vel irritata ante statum: vel quasi inuitata coctione & præparatione materiæ in statu. Fit autem certamen naturæ & morbi, vt experientia docuit, per quaternarios ad vigesimum vsque: per

4. apho. 61. & 2. Epid.

4. De diæta in acutis.



septenarios ad quadragesimum : per vicenarios ad centesimum. In quibus tres sunt vniuersales periodi. Prima in vicesimum definit : secunda in quadragesimum : tertia in sexagesimum. In singulis particulares periodi quartus, septimus, aut duo primi septenarij. Nam sic Hippocrates primas periodos appellare solet. Primum itaque certamen definitur primo quaternario : alterum septenario, qui secundus est quaternarius cum primo copulatus. Tertium vndecimo die, qui tertius est quaternarius à secundo seiunctus. Quartum 14. qui est quartus quaternarius cum tertio copulatus. Quintum 17. Sextum 20. In hoc itaque septimanæ tres continentur omnes impares, & septem quaternarij. Horum loco per septenarios à vigesimo ad quadragesimum idem certamen fieri solet, 27. 34. qui est principium tertij septenarij & in quadragesimum definit. Perturbatio enim acutorum morborum, quæ motionem criticam antecedit, post vigesimum languescit ac remittitur, ac per septenarios natura mouet, sicuti à quadragesimo segnius adhuc per vicenarios. Ob idque quadragesimo acuti morbi nomen amittunt, dicunturque longi. In his verè critici sunt, qui septenarios finiunt. Alij maiorem vim habent præmonstrandi, nimirum quaternarij, quàm iudicandi. Alij sunt intercalares, qui naturam ambiguum retinent, vt in prima periodo vniuersali 5. & 9. Prænuntij verò 4. 11. 17. Motus, qui fiunt alijs diebus, materiæ tribuuntur, aut naturæ violenter agitata & irritata à materia. Sunt itaque omnes incerti & periculosi. Nam & naturæ oppressionem & materiæ dominatum denunciant; quemadmodum si diebus criticis nihil moueat natura, aut extrema illius infirmitas, & cum inueterauit morbus, extinctio significatur, vt in Hermocrate : aut piger illius motus ineunte morbo. Cessante autem natura, & materiæ feruore exhalante dimittere febris videtur. Quia tamen sine certamine & coctione materiæ morbi non excluditur, intus relinqui necesse est. Reuertetur ergo morbus, quemadmodum si natura irritata ante statum, aut ante diem criticum moliatu aliquid, vt die sexto, crisis erit imperfecta, aut infida. Nam quæ relinquuntur in morbis, recidias facere consueverunt. Quæ autem ordinatum naturæ motum sequuntur febres, vt imparibus mouentur, ita imparibus iudicantur, id est, criticis, quibus coquit & excludit natura. Coctio autem sola cum exclusione materiæ recidiuæ metum tollit. Quicquid enim (ait Hippocrates) suppuratur, recidiuam non admittit. Nam ipse pepasimus iudicatio simul & excretio est. Neque verò negat Hippocrates diebus criticis iudicatam febrem reuerti posse. Verùm vbi id euenerit, vel crisis imperfecta fuit ob materiæ contumaciam, meatuum obstructionem & naturæ infirmitatem : vel praua ob malignitatem : vel sine crisi febris desit, id est, sine irritamento & coctione, vel in aère, aut victu peccatum est. Sunt enim duæ causæ externæ recidiuæ : praua victus ratio, & aëris constitutio, quæ corpus imbecillum leui occasione lædit nondum bene confirmata valetudine. Ob idque Hippocrates in recidiuis mutationes prodesse scribit, verùm oportere ad ea permutare, quæ conueniunt, antequam malè afficiantur. Internæ causæ totidem relicta materia, & διάθεσις νοσώδης morbosa affectio tanquam focus febris, quæ ἐγκαταλιπαρόμηνον vocat, & φῆ, & δὲ κατὰ significantibus intus relinqui & materiam, & circumpositum calorem præter naturam, qui est putredinis redeuntis author. Relapsus autem ab his sequi solet primo die critico, id est, proximo quaternario, aut septenario ante vicesimum : septenario ante quadragesimum, & vicenario ante centesimum.

Gal. 3. Prog.

6. Epid. comment. 4.

6. Epid. comment. 6

VI.

Οἱ ἐν ἀρχῇ λεπτοὶ μετὰ κεφαλῆς σφυγμοῦ καὶ ὕδατος λεπτοῦ πρὸς κρίσιν παροξύνονται, θαύμα δὲ οὐδὲν εἶ καὶ παρακοπή καὶ ἐπ' ἀγριότητα γένοιτο.

Qui in principio leuiter habent cum pulsatione capitis & vrina tenui, ad crism deterius habent, mirum nihil est, si delirium, & præterea vigilia euenerint.

Αἱ Hippocrates variè vsurpat. Nam & ἀραίον dicitur, vt libro de locis in homine, & quod infirmum sit, facileque dissoluatur, quomodo ἄνω λειπὸν ab eo sæpius dicuntur, & λειπὸν πυρετοῦ. Similiter qui initio leuiter habent, quia non prodat se magnitudo morbi, λειπὸς dicit. Hoc loco in hoc concursu malignitas quædam febris est, in qua initio materia arcem appetit. Itaque cum relicta parte, quæ ad ventrem est, vbi ferè putrescit, caput appetat, σφυγμοῦ, hoc est, pulsatio fit. σφυγμὸν enim vsurpat sæpe Hippocrates ἀντὶ τῆς παλμῆς, quomodo in Prognostico & Aphorismis, & libro de ratione victus in acutis. Contingit autem & carnosus & membranaceis nervosisque partibus inflammatis, aut vbi inanibus & cauis corporis partibus spiritus præclusus vi sibi exitum contendit, ac postremo concalfactis & spirituoso feruidoque sanguine præter naturam micantibus arteriis. Hic ergo concalfactæ partes corporis & multo spiritu agitata σφυγμὸν edunt. ἄρον λειπὸν. vrina tenuis in febribus acutis magnum delirii signum est, multo magis si πρὸς ἀλόγως & derepta tale appareat, aut cum vehemens sit febris, eiusmodi vrina est. Surfum enim rapta bile, vnde intincta vrina est, vrina tenuis manet, & malè colorata. Appetente verò iudicio exacerbari solent, quo tempore acerrima pugna morbi committitur, ac tum quidem delirare, vigilare, & omnia pati, quæ παραχρῆν κριτικῆν appellata, adferre solet. Ac sine crisi vbiunque videris grauem dolorem capitis, tenues vrinas & albas, pulsationem capitis, vigilias pertinaces, delirium prænunciandum est.

65. De diæta in acutis.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quædam febrium genera tanquam rara & ignota, quæque non rarè Medicis imponant, Hippocrates notat, in quibus ægri ἐπισφαλῶς, vt Galenus loquitur, fallaciter & insidiosè laborant, cum tamen moderatè habere videantur. Tales sunt, quæ diebus criticis naturæ certantis nullum signum exhibent, quòd extinctioni proxima sit, aut maximè infirma, vt in Hermocrate. Præterea in quibus biliosi humoris & crudi crassique succi species miscentur, quibus semitertianæ superuenire solent, pessimum morbi genus, & ardentis quædam, de quibus antè diximus, à crudo succo, qui progressionem temporis acrimoniam & malignam putredinem acquirit. Ineunte enim morbo, quia bilis feruor pituitæ permistione mitescit, acrimoniaque retunditur, aut putredo nondum magna est, moderata omnia apparent; accedente incremento, aut circa statum vehementia morbi & symptomatum necopinatè præripiuntur ægri facta in venoso genere fermentatione à calore præter naturam, vt in musto. Tale quoque est, quod hoc Aphorismo docet, genus febris medium inter salutare & perniciosum, in quo initio vrinæ tenues conspiciuntur cum vertigine, & pulsatione arteriarum in temporibus sine magna febre, quæ circa statum & incrementum repentè se tanquam è latibulis infert cum turbulentis ac periculosis symptomatis, quorum motus atque impetus, quòd pertineant, non facile intelligimus. Quarto de diæta in acutis, quem Hollerius citat, eadem sententia legitur hoc modo, ἐκόσισι δὲ τῶν πυρετῶν δῖνοι τε ἀπ' ἀρχῆς, καὶ σφυγμοὶ κεφαλῆς εἰσι καὶ ἄρον λεπτὸν, ταῦτοι δὲ προσδέχεται πρὸς τὰς κρίσεις παροξυνόμενοι τὸ πυρετὸν, ἢ λαυμάσαι μὲν ἂν, ἢ δ' εἰ πρὸς φρονήσεσιν. Quibus febribus vertigines à principio & capitis pulsus sunt, & vrina tenuis, his ad iudicationes vsque febris accessionem expectare oportet, quòd si etiam delirant nihil mirum. Has febres initio tenues esse & moderatas scribit Galenus, Nempe (ait) interdum ab initio mali, febres quidem moderatæ sunt, sed symptomata huiusmodi caput infestant propter contentorum in corpore ventris humorum vstionem atque exhalationem. Quocirca cum λειπὸν significet & exiguum, & tenuis, quod est crasso contrarium, & rarum, hic λειπὸν πυρετοῦ febres intelligantur minutæ ac moderatæ : ὃν ἀρχῇ verò pro principio latitudinis ad differentiam eius, de qua ita scribit, Confestim siquidem continua est quibusdam, quæ ab initio floret, & viget maximè, atque ad grauius deducit: circa verò iudicium & simul cum iudicio attenuatur. Alius molliter incipit, latentique : sed diebus singulis increfcit, & exacer

1. Epid. com. 3.

& exacerbatur: circa iudicium verò & in iudicio satis elucet. Aliis mansuetè incipit, increfcit & exacerbatur, & vbi quadamtenus vigerit, rursus ad iudicium vsque & circa iudicium remittitur. Sic ergo hæc febris molliter & latenter incipit. Verùm grauissimorum symptomatum apparatus à prudente medico obseruatur tum in capite, tum in toto corpore & venoso genere. In vrinis quidem tenuitas, quæ cruditatis prænuntia est, & infirmitatis facultatum in venoso genere, modò ne ab obstruptione aut alio accidente talis appareat. Si itaque tenuis tantùm sit sine prauo colore, tempore opus esse ad coctionem denunciat. Vires itaque considerandæ & conferendæ cum morbi magnitudine, & an ad statum vsque sustinere possint, vt in baiulo graue onus g: stâte, an iter longum perficere, quod instituit. Metus est enim tum ab infirmitate virium, in quibus spes salutis posita est: tum à cruditate & copia materiæ, quæ resistit coctioni, & diutius cohibita in corpore malignitatem acquirit. Sin cum prauo colore, vt nigro, coniuncta sit, morbus lethalis est. Verùm sola cruditas ab vrinarum tenuitate iudicatur. Morbum ergo & vires obseruemus. κεφαλης σφυγμος capitis pulsatio. σφυγμος enim tria significat, dolorem ab inflammatione ob arteriarum motum, & humoris feruorem: deinde παλμην palpitacionem. Tertio vehementem in arteriis motionem, quæ non solum tactu, sed aspectu deprehenditur, præsertim in temporibus. Hinc intellexisse perspicuum est ex dictione κεφαλης, & quia in quarto de diætâ additur δίνος, vertigo. Videntur siquidem in his, vt & in vehementibus capitis doloribus, venæ tendi, & arteriæ vibrari, vbi cum multo calore fiunt. Sæpius autem & colli iugularias, quæ videlicet in superficie collocantur, motione pulsui cuidam non dissimili agitari videre licet, & in temporibus ex subiacentibus arteriis motionem accidere, quo tempore illæ maximè pulsant. Vertigo autem vnà contingit ob inordinatam spiritus flatusi motionem, qui vel in capite localem habet generationem, vel sursum ex infernis fertur partibus. Cùm enim humor crudus & crassus vel in capite vel in medio corpore continetur, à calore quidem valde infirmo in spiritum flatusum solui minimè potest: à vehementi exactè attenuatus in vaporem abit per insensiles meatus: ab eo autem qui nec vincit, nec vincitur, vt à calore febrili concalescit primùm deinde in flatus vertitur, turgit, atque effusus fertur. Fit enim in feruore partium attenuatio, quibus necessariò maior occupatur locus. Inde ergo θερμὸν πνεῦμα φασδαίος calidus & flatusosus spiritus, qui cùm sit mobilis & ascensionis appetens, abit in caput, vbi liber est, & spiritus animales exagitant, δίνος, id est, vertiginis causa est, in qua videtur caput circumagi, aut σκοτισίς tenebrosæ vertiginis, in qua præter id tenebræ obseruantur ob oculos. Conferunt verò stipatus in venis & arteriis abire nequit, sed agitatus in se recurrit, atque in his turgens aspectabilem pulsationem mouet, & aliquando vibrationem cùm calor multus est, facultas violenter mouet, & arteria ob duritiem minus obsequiosa est. Ex his de viribus iudicium instituitur. Conatur siquidem calor natiuus corporis humores tñ dissoluere, tum effundere: sed tenuare ipsos exactè, & per inuisibilia foramina excernere non potest. Ergo cùm natura soluere incipiat, neque perfecte languet, neque morbo superior est: sed tantùm nec vincit, nec vincitur, quia spiritus flatusosus in summo langore virtutis, aut summo robore nequaquam oritur. Hinc sequatur prælagium, Morbum medium esse inter planè perniciosos, & salubres. Et si autem remissa videatur febris, nondum planè fusa & putrescente materia paulò post tamen & circa crifim turbulenta symptomata exorientur, quia spirituum huiusmodi generationes turbationem indicant, ob quas & cum symptomatis tumultuosus crifes fiunt. Neque verò mirum si & deliria, & vigilæ accedant, quia calor multi symptomata iam apparent, humores in caput inclinant, & flatusosus spiritus sursum rapitur. Cùm autem nondum languescat natura morbo oppressa potius, quàm symptomatum vehementia, infirmior multò erit circa statum & incrementa, in quibus crifes fiunt aliæ ad salutem, aliæ ad mortem. Definitio autem tibi fuerit ex vrinarum cruditate, aut coctione, & superuenientibus malignitatis signis, aut iisdem absentibus, quorum author meminit, inquiens, Vrina tenuis, de

Motio uehementis arteriarum.  
Vibratio arteriarum inde.

nuis, delirium, vigilæ. Sic admirandus Hippocrates nos quasi ad praxim manu ducit.

## VII.

Εν δξείσι κίνησις ριπίσμος, ὕπνος παραχθῆς, σπασμὸν ἐνίοισι σημαίνει.

In acutis commotio & iactatio corporis, somnus turbulentus conuulsionem significant aliquibus.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Κίνησις non est simpliciter, sed quæ præter naturam & consuetudinem ægrotum. Magna enim ex parte iacent quieti, aut leuiter commouentur. Itaque in historiis Epid. vt ἐπιγνώμῳ κίνησις annotat: postea verò ferè explicat addens δυσφορίαν, ὕπνισμὸν, ἀλυσμὸν, βλησισμὸν aliâque id genus, quæ in Alecta apud Harpalidem clarissimè describit. Quid autem ὕπνισμος prius explicatum. ὕπνος παραχθῆς ferè delirium antecedit. Sed acri materia commotis membranæ & neruis conuulsionem sequi par est. Fit autem eiusmodi perturbationis spiritibus & vaporibus cerebrum exastuat, vnde varia spectra affinguntur, & inde somnia exclamant ægri, & similiter vigilantibus loquuntur. Atque hic somnus necessariò laborem πόνον inuehit, ideòque mortalis, vt scribit in Aphorismis, πόνου quidem βλάβη, quia inde vires labefactantur, augetur febris, delirium, inflammatio quoque & diffillatio.

DESID. IACOTII COMMENT.

Κίνησις ὕπνισμὸς motio cum iactatione & anxitudine describitur ab Hippocrate hoc modo, vt alibi quoque dictum est. Quibus febres graues & implacidæ sunt, & hypochondria contendunt, iacentesque ægri sese continere eodem in loco non possunt, atque extrema omnia frigescunt, absolutissima tum diligentia, tum custodia indigent, eosque ita degere oportet, vt nihil præter oxymeli aquosum tangerent. Has febres ἀσώδεις vocat, quia in his ægri ἀσώδιστα, id est, grauius afficiuntur atque implacidè habent. Hoc itaque symptoma interdum sequitur febrem vehementem & æstuosam: sæpius quoque & ventriculi oppressionem, aut mortem. Proinde addidit ad distinctionem ὡς δξείσι, in acutis. Quòd si vnà extrema refrigerentur, magnæ visceris phlegmones, quæ ex crassis succis orta sit, signum est. Si verò frigus vehemens fuerit, virtutem valde imbecillam conicere oportet. ὕπνος verò παραχθῆς somnus turbulentus est, qui laborem facit, & in quo ægri inter dormiendum absurda loquuntur, exclamant, & somno excitati deterius habent, quemadmodum vigilantes παραχθῆς Galenus dici scribit, qui inchoata mentis læsione turbantur, & iam delirio proximi sunt. Causa est cerebri intemperies: calor natiui exiccati & quasi inflammati immoderata foras agitatio: & vitiosæ exhalationis copia, cui per somnum natura dominari non potest, cùm tamen somnus tum coctione, tum humectatione materiam morbificam mitigare, & suauitate quiete spiritus animales rescire soleat, præterquam initio accessionum, aut in perturbatione critica, aut in inflammationibus internis, in quibus prodest spiritus & sanguinem foras euocari. Siue ergo ex concepto in maioribus venis & arteriis incendio atque interna inflammatione, indeque fulgine turbulentus somnus excitetur: siue humore partim acri, partim crudo cerebrum imbente, cum iactatione & febre acuta, pessimum est, vt causa & signum. Causa quidem, quia varia illa corporis iactatio vires celeriter deicit, somnus verò materiam, cuius malignitatem frangere domatæque non potest, intro compellit, quæ cruda & vitiosa caput replet, & metum conuulsionis adfert, nimirum quibus neruosum genus infirmum est, & aliis astricta aut suppressa insignis euacuatio, vt hæmorrhagia. Proinde addidit ἐνίοισι quibusdam, id est, in quibus ad causæ efficientis perseverantiam & efficaciam accedit patientis dispositio. Nam alterutrum si desit in agente, vix sequitur actio, id est, si

4. de Diætâ in acutis 47.

1. Προν. 4

id est, si non perseverat, aut maximè non agit. Quædam enim perseverant, sed validè non agunt, ut febris lenta: alia validè agunt, sed non perseverant, ut acerbissimus dolor, qui stabilitatem non habet. A neutro fit firma actio separatim: ab utroque simul maximè. Eodem fere modo Hippocrates in Prognosticis, convulsionis signa in pueris scribit esse febrem continuam, eiulatum, paurem inter dormiendum, vigilias, & repentinam coloris mutationem. Quorum autem signa hæc sint, perspicuum est.

VIII.

alias humores.

Αἱ παρακώδεις ἡρασίτητι ἐγέρσεις παρὰ φρονοῦ, πονηρὸν, καὶ πασμάδες ἄλλως τε καὶ μετ' ἰδρώτων. πασμάδες δὲ καὶ τραχίλις καὶ μεταφρένης δοκίμουσι ψύξεις, ἀτὰρ καὶ ὅλα τὰ σώματα. ἐν τοῦτοις ἀφρώδες ἐρήσεις.

Turbulenta ferocesque excitationes è somno delirium adferunt pravo quidem signo, & convulsionem denunciant, tum alias tum cum sudoribus. Convulsoria etiam videntur colli ac dorsi perfrigerationes, imò etiam totius corporis: in his urina sunt spumosa.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Εγέρσεις excitationes è somno, quem verisimile est fuisse turbulentum, quia videlicet nec excitatis quies, quæ naturalem somnum & quietem sequi solet. Est autem hæc sententia in Prorrhethico hoc modo, Αἱ παρακώδεις ἡρασίτηται ἐπεγέρσεις πασμάδες ἄλλως τε καὶ μετ' ἰδρώτων: & initio Prorrhethici τὰ ἐπι παρακώδῃσιν ἀγρύπνοις ἔρα ἄχρα μέλαινα ἐνωρῶμενα ἐφ' ἰδῶσι φρενιπυῶ. Itaque ubi quis παρακώδης, vel quia leuiter turbata mente facilè visis perturbatur, vel quia iam aucto malo etià exclamat, interminatur, vociferatur, temeritate quadam loquitur, inde certè & delirium manifestum, vel phrenitis, aliquando quoque convulsio denuncianda est. Vbi enim pauca materia nec adeo maligna, quæque facilè exhalet, delirium: si maior vis, phrenitis: ubi acrimonia vellicat nervosa, convulsio quoque metuenda est. Propterea πονηρὸν addit, καὶ πασμάδες. Quod autem subiicit ἄλλως τε καὶ μετ' ἰδρώτων, cum sudoribus observationis est. Neque enim sudoribus aliquid accedit ad rationem delirij, phrenitidis, aut convulsionis. Quin potius remedium quoddam contra ea omnia sudor est. πασμάδες δὲ καὶ. In Prorrhethico hoc modo, καὶ αἱ τραχίλις καὶ αἱ μεταφρένης καταψύξεις δοκίμουσι, καὶ ὅλα δὲ τὰ σώματα ψύξῃ τῶτοις, καὶ ἀφρώδες ἐρήσεις ἅμα ἀλύχην, καὶ ἀμύτων ἀμύρωσις πασμάδων ἐγγὺς σημαίνει. Galenus δοκίμουσι refert ad vniuersum corpus, quod scilicet vniuersum perfrigeretur, sed & ad hoc cervicem & dorsum referri, non ad eorum vnum aut alterum melius est. Perfrigeratio itaque vehemens earum maximè partium cervicis & dorsi, unde origo omnium propè nervorum est, modò convulsionem adferre potest. Quomodo enim febris incendium nervos resiccans, ita frigus nervis inimicum convulsionem accersit. Quod autem legitur ὑμνωδες ἐρήσεις in Prorrhethico ἀφρώδες, alij legunt ὑπνώδες, alij ὑπνώδες. At μνωδες aut scabiei vesicæ, aut colliquationis valorum indicium censetur. At cum colliquatio sine febre vehementi non fit, & hanc ariditas quadam nervorum ut reliqui corporis consequatur, convulsionem inde natâ significant. Ac videtur in his Coacis prælagiis ὑμνωδες dici, quæ in Prognostico πεταλώδες. Αφρώδες autem aut perturbationem exæstantis bilis in cruda materia, aut colliquationem indicant, à quorum utroque convulsio sequi potest. Sunt enim hæc omnia signa ἀμφιδόξα. πνωδες non indicant convulsionem, nisi turbidas & crassas dicat, quales sunt iumentorum, à quibus dolor capitis & convulsio, ut idem scripsit. ὑπνώδες autem siue obscuræ siue crudæ, & aquosæ dicantur, utraque convulsionem indicare possunt, omnia ἀμφιδόξως.

DESID.

Turbulenta & præter morem è somno excitatio & natura infirmitatem, quæ per somnum causis morbificis opprimitur, & cerebri intemperiem pravam, & acrem biliosamque exhalationem indicat, ut superiore Aphorismo dictum est. Ferocitas autem numquam fit per accessiones calidarum febrium, sed in solis phreniticis, si cum febre acuta coniuncta sit. Causa enim est bilis asata in cerebro, quæ in atram degenerat. Assatur autem ab urente febre. Itaque monet Galenus, ferinam phrenitidem ali in cerebro, quoties paulisper feroces ægri apparent, quantumvis licet ad se redire videantur, & paulò post quietè habere. Neque enim delirium cum ferocitate fieri ratione febris, sed affecto grauitur cerebro. Ob idque rectius hic, quàm in Prorrhethico, scribit ex eo signo significationem fieri phrenitidis potius, quàm convulsionis. Consequutione tamen quadam convulsio quoque inde metuenda est; quia hypothesis medica est. Symptomata, quæ per affectiones vehementer phreniticas fiunt, & apparent, convulsionis esse prænuncia ob convenientiam causæ in siccitate, aut oppresse cerebri à bilioso humore, qui non solum mentem lædit, sed etiam nervosas partes exiccando & vellicando potius quàm replendo, aut distendendo afficit. Bilis enim acrior excutitur antequam penetret. Præterea quæcunque signa genus affectionis indicant, ea etiam speciei quodammodo signa sunt. Nam cum genus dicatur de specie, ad prænotationem speciei conferet, si signorum, quæ generi propria sunt, quædam apparuerint. Cum itaque convulsio ab inanitione aut morbo, maximè sicca sit affectio, quæcunque siccitatis in vicinis nervorum principio instrumentis symptomata existunt per febres acutas, ea quoque & futuram convulsionem præmonstrant. Idque in hoc opere passim perspicuum est, ubi ex materiæ translatione ad cerebrum, aut his, quæ biliosiorum sanguinem reddunt & exiccant, colligit convulsionem artificiosa cõiectura, quam firmam ratamque facit, si partes in vultu petuertantur, dentes strideant, & crebrò oculi moueantur, aut distorqueantur. Quod autem subiicit, Cum aliàs, tum in sudore, signum quidem neque phreniticum est, neque convulsificum: per accidens tamen confirmat iudicium, si neque sudor criticus est, & è capite tantum manat. Phrenitim (ait Galenus) & ex ipsis fieri est possibile, & potissimùm propter partium superiorum sudores. Affectiones autem huiusmodi pravas esse constat. Nam quæcunque vel propter multitudinem immoderatam excernuntur, neque vntibus ipsas continentibus partibus continere; vel propter morsum acrem concitatis ad excretionem symptomata sunt, nec quicquam habent iudicatorij, aut commodi, ut loquitur Hippocrates. Cervicis autem dorsique perfrigerationes, aut quæ per totum corpus apparent (fieri enim non potest, ut totum simul refrigeratū sit corpus) urina etiam spumosa, aut crudæ, aut incoctæ certiora signa sunt convulsionis, siue perfrigeratio inciderit spinali medulla phlegmone obfusa: siue motu morbi symptomatice facta translatione è cacochymia venæ causæ & arteriæ in diaphragma, dorsum, & caput, ut primo libro dictum est diffusius, ubi etiam expositum est, cur & quomodo frigus convulsionem faciat. Addit deinde urinas ὑμνωδες: in Prorrhethico ἀφρώδες: in quibusdam πνωδες. Verum membranaceæ urinae aliud significant, quàm convulsionem, ut in lib. de urinis docuimus. πνωδες autem, id est, purulentæ per admisionem puris abcessu rupto: aut puri similes concocto in venoso genere humore, qui puri similis redditur, & crudo succo attenuato neque faciunt convulsionem, neque indicant, nisi crassæ sint & turbidæ instar subiugalium. At spumosa crudæ & incoctæ interdum viarum angustiam & obstructionem ostendunt: sine his verò siue ob colliquationem, siue ob perturbationem flatuosumque spiritum exoriantur, suspectæ utroque modo sunt ad convulsionem. Quæ de re lege Aphorismum libri de urinis, in quo comitialis insultus prælagium docetur ex urinis expumantibus.

1. Prorrh. 25

1. Prorrh. 26

3. Epid. com. 3. 41.

IX.

Αἱ ἐν κόμῃσι παρακρίσεις πασμάδες.

M

In sopore mentis aberrationes conuulsionem adferunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN multis locis Hippoc. καὶ μετὰ τὴν κώμην & καὶ μετὰ τὴν κώμην & καὶ μετὰ τὴν κώμην legitur. Melior hoc loco lectio κώμην: quanquam vtrūque verum est. Nā in febre ardēte & deliriū ab intemperie & conuulsio sequi solet: sed ferē deliriū vehemētius est. In comate vapor quidē calidus & humidus ex materia quæ partim putrescit, partim nō putrescit. Sed cū sit varia pituita permista bili, bilis quidē celerius febrilē putredinem concipit, vt quæ pituita tenuior & iam falsā est, reliqua tardius. Itaque vndequaque citatis vaporibus modō in somnum propensio, modō delirium concitatur. Atque in nullo genere febrium sæpius hæc excitantur, κώμα, hoc est, κώμα φρενῶν grauis admodum capitis dolor, delirium leue & obscurum: conuulsio denique, atque in eo, cui materia est bilis pituitæ permista.

DESID. IACOTII COMMENT.

VT vigilia, ita somnus duplex. Naturalis, quādo natiuus calor cessus labore & siccatus indiget humido vtili, ideōque in viscera conuertitur, & ventrē. Præter naturam verō, in quo ob immodicā humiditatē idem calor natiuus non potest foras progredi, vt in comatosi & lethargicis affectibus. Cū verō desiccatur & quasi inflammatur in calidis febribus, foras mouetur immodicē, ac vigiliæ vrgent præter naturam. Ita fit, vt primo aut secundo morbi die æger & comatosus & vigil appareat ob copiam sanguinis, cui bilis permiscetur acris & mordax. Nam sanguis, aut sanguinis vapor multus cerebrum occupans, & communē sensum intercipientes continentem in somnum inclinationē adfert, quam coma vocat Hippocrates: bilis autem calore immodico, substantiæ tenuitate, & qualitate acri subinde vellicando irritat cerebrum, copiosamque humiditatē & vaporosam in poris & corporibus ad externam superficiem vsque interpositis discutit violento ac vehemēti motu. Sic idem homo sopore & vigiliis distractus tenetur. Verū hoc symptoma missione sanguinis & leui medicamento, quæ acrimoniam bilis remittit, & eius portionem demunt, primis diebus faciliē quiescit. At progressio morbo, quo tempore cessare illud oportuit, si eiusmodi torpor corpori accedit, egēque in eo variē obmurmurat & absurda loquitur, aut excitatus stupēti similis apparet, sanguinis copia haudquamquam in caussa est, sed affectus perniciosus cerebri à pituita putrētē & bile. Etenim phrenitis (ait Galenus) quæ exquisita est, & nulli morbo permiscetur, fit, cū bilis flaua locum, in quo princeps animæ pars residet, præhēderit. Lethargus verō cū locum eundem humectarit dilueritque pituita. Quoties igitur vterque humor cerebro molestus fuerit, præhendunt contraria hominē symptomata, ita vt tum vigilet, tum leuiter in somnum feratur. Cū verō & in somnum fertur simul, & desipit, mistam ipsi permanere affectionem est putandum. Nonnūquam & in horum alterū res ita deflexit, vt vel bilis, vel pituita superior sit, ægēque reddatur aut phreniticus exquisitē, aut lethargicus. Quoties verō ad finem vsque tum deliriū, tum coma perseverat, affectionē hanc ex phrenitide & lethargo mistā appello: quidam τρυφμανίας vocant, vt & in libro de morbis ab Hippocrate scriptū est. Ex quibus intelligitur, quid ex mētis aberratione in sopore certō prælagiendum sit. Nam vel fiet in lethargum conuersio, vel in veram phrenitidē, vel cum cataphora peribunt manētes phrenitici: quomodo Hippoc. scribit tertio Epidemiān. Nec phreniticorum vllus valde insanit, vt in aliis: sed alia quadā cataphora segni grauius interibant. Vbi Gale. causam aliā adferre videtur præter bilis & pituitæ missionē. Nihil (inquit) mirū collectis in corpore crudis humoribus, quæ deiciuntur, indicasse comatosos simul & desipiētes fuisse. Comatosos quidē propter tum multitudinē, tum frigiditatē crudorū humorū: desipiētes verō, quod putrescentes acrimoniā & caliditatē generarent. Superius quoque dictū est eadē symptomata in ecstasica phrenitide cum silētio, & comate vigilante ab extinctione calorū natiui, facultatisq; animalis lāgore apparere. Ita igitur distinguendū est prælagiū. Inēute morbo à copioso sanguine & bilioso nihil, aut parum periculi hæc denunciant. Progresso morbo aliquod

x. Prorrh. 1

aliquid ex illis tribus, quæ diximus, consequetur. In fine verō, præsertim si coma succedat phrenitidi, mors est in propinquo. Non tamē necesse est fieri cōuulsionē, sed conuulsio quodam modo ægri intereū. Fiet autem conuulsio in cōuersione ad vehementem phrenitidem faciliē, aut si bilis, vel febrilis calor pituitosum & crassum humorem colliquauerit. Attenuatus enim & fusus in substantiam neruosam faciliē penetrat, & quoties bilis fermentat pituitam, aluūque affricata est.

X.

Αἰ ἐπ' ὀλίγον θρασύται παρακρῆσις, θηελώδης, καὶ ἀσπίς δὲ προσημαίνων.

Quæ deliria paulatim in temeritatem transeunt, ferina sunt, atque conuulsionem prænuntiant.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Παρακρῆσις, quæ ἐπ' ὀλίγον ἀθρασύται, aliæ μετὰ γέλοτος cum risu minus periculosa, quales sæpe in Epid. risus cantus. Aliæ μετὰ πνεύσεως seriō, quia videlicet absurda quædam loquuntur, sed quasi prudentes. πικρῶν σφαιρότεραι θρασύται, quæ cum temeritate ferunt, interminantur, vociferantur, eiulant, retineri non possunt. Sic ergo in Aphorismis Hippoc. Atque vt scribit Galenus, πικρὰ πνεύματα ἢ ἀσπίς ὀργίλη θρασύται θηελώδης melancholiæ sunt soboles. Humor ergo biliosus primū concitatus, nec ita concalfactus ἀκρῆσιν facit: vehementius agitur & inferuescens ὀργίλη θρασύται cōmouet. Sed iam quomodo carbo concepto igne, ita exulta bilis, & in atram bilem degenerans θηελώδην ferinā dementiam inuehit. Sic enim θηελώδης interpretatur vocem ambiguam, cū de ascaridibus, lumbricisque scatentibus autumno in intestinis dicatur, vt in Epid. ὁ θηελώδης φθίνον ὄρεα. Aliquando ad cancrum, elephantiasim, & omnino maligna vlcera, ad tabem quoque cōuertitur. Nam θηελὼν ἄγριον ἔλεος intelligit libro de locis in homine, & θηελώμα inde dictum, quod alij peculiariter vlcere pulmonis attri buunt. Erit ergo dementia θηελώδης, vel κενυθής, vel quasi rabie percita fera. ἀσπίς δὲ προσημαίνουσι. Acris enim materia vellicabit neruosa corpora, calor arefaciet, vnde conuulsio.

DESID. IACOTII COMMENT.

IN Prorrhético eadem sententia scribitur, prætermissa significationē conuulsionis hoc modo, Tantulūm feroces desipientiæ ferinæ sunt. Significat autem ἐπ' ὀλίγον temporis spatium, non autem magnitudinem affectus, vt si quis modicē ac ferociter deliret, mox ad se redeat. Admonet ergo Hippocrates hoc delirij genus suspectum esse debere, nec ei fidendum, tanquā non reuersuro. Non enim (ait Galenus) febris ratione ita mens eorum offenditur, sed in cerebro phrenitica aliter affectio, quæ paulō post adaucta, ferina tibi videbitur. Ferocitas autem alia est, in qua prompti sunt ægri ad inferenda propinquis mala, quæ melancholicam desipientiam indicat: alia, qua sic efferati ægri apparent, vt calcitent, pedibus feriant, mordicus impetant, & excandescant: omnes qui ingrediuntur, hostiū numero habentes, bile flaua, vt diximus, in atram degenerante. Sine febre & post febrem minus periculi est in feritate. Nam vbi humor melancholicus malignam tantū qualitatem cōtrahit, melancholiam inuehit taciturnā. Cū autem bilis acris vstione & febrili incendio affata cerebrum imhuit, ferina oritur phrenitis, quæ sæpius finitur conuulsione ab inflammationē, & immoderata siccitate exhausto humido primigenio partium neruosarum. Nam quæ per vehementem phrenitidem apparent symptomata, conuulsionis signa sunt, vt superiore Aphorismo dictum est. Sine febre verō quod quidam cum risu delirent, alij cum studio, nonnulli cum feritate, id partim ad humoris qualitatem, partim ad corporis temperamentum referendum est, quo, vt in ebrietate, efficitur, vt alij aliter afficiantur.

M 2

XI.

Εν τοῖσι μικροῖσι κοιλίῃσι ἀλογοὶ ἐπάρσιες, πῶσιν ἀδιδες.

In longis morbis tumores ventris citra rationem conuulsio- nem accersunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Parum consentanea hæc oratio. Nam etiam si in febribus longis, quales autumnales, quædam sunt in quartanis, in tabe, in scirrhus viscerum, & aliis id genus longis morbis tumor in ventre moueatur similis hydropi, siue inflammatio, œdema, scirrhus, inflatio, non protinus sequitur conuulsio, nisi materia in neruis recurrente id accidat, quod in ægro vno annotauit. ἐπάρσιες autem dicit, quæ sæpe ἐπάρσιες peculiariter eos tumores, qui ad aures excitantur. Aliquando addit παρ' ὄσ, aut ἢ τὰ ὄσα. Ac nonnunquam omnem tumorem præter naturam sic appellat. ἀλογοί, qui nulla manifesta ratione, nec antè præuili commouentur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Ventris tumores quomodocunque orti sint, conuulsionis signa esse nequeunt. Neque enim nervosa pars est, neque prope nervorum originem sita, neque cum cerebro, neque cum spinali medulla tantum habet consensum, ut in ipsa tumor conuulsionem aut facere, aut indicare possit. Interdum inflammationes partium nervosarum & tumores, ut diaphragmatis, vesicæ, vteri, articularum, vel doloris communicatione, vel repletionem tendinis, aut capitis musculi, vel materiam translatione conuulsionem mouent. Idem in tumoribus ventris non fit, cum ipsa etiam humorum translatio à partibus anterioribus in caput, insaniam, potius quam conuulsionem afferat. Quocirca Galenus similem sententiam in Prothetico merito reiecit, tanquam ab Hippocratis doctrina alienam.

3. Proth. 7

XII.

Τὰ δὲ τὸν παραχῶδες, ἀγρυπνία, ἐπιτάχοντα ἐν ῥιμῶν, ἐπιτάχια κενόθεντα, νύκτα, ποιησύντα ὅς τὴν ἀγρυπνίαν, ἐπιτάχοντα, κατὰ τὴν ἀγρυπνίαν, παραχῶδες, ἀμφοτέρωθεν ἀδιδες, ἢ λυσι τὰ παθία. τὸ ὑδατῶδες ἔρον τοιαύτα σημαίνει.

In quibus agris statim turbulenti agri, vigiles, sanguinem stillatim reddunt è naribus, & sexto die leuius habent, per noctem postridie exasperantur, tenuiter sudant, in somnum feruntur, aberrant mente, largiter sanguinem effundunt, ea ratione morbis liberantur. Aquosa urina talia significat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc oratio particularis est ægri, in quo cerebrum præcipue laborauit. Hinc παραχῶδες perturbatio quædam mentis statim initio extitit. Stillatio sanguinis imbecillitate naturæ, aut repugnatem materiam ostendit. Vigilia à calido & sicco est. Sexto die leuius habere, septimo exacerbari, non omnino damnandum, quia ostendat morbum imparibus moueri. ἐπιτάχοντα autem periculosa, ut κατὰ τὴν. Nā κατὰ τὴν λέγεται legendum puto, aberrare mente, ut κατὰ τὴν cerebrum affectum indicat, & iudicium per hæmorrhagiam antecessit, à qua salus ægro. Febris ardens cum cerebro affecto ita soluta fuit. Est enim soluendis ardoribus hæmorrhagia familiaris. Atque hæmorrhagiam sæpe capitis repletio præcedit: repletionem illa symptomata comitantur. ὅς ὑδατῶδες ἔρον τοιαύτα σημαίνει. Urina aquosa hæc significat, ubi materia sursum rapitur, urina diluitur, & minus colorata est, quam naturæ febris conueniat. Itaque materiam in caput versam significare potest, unde series illa symptomatum, perturbatio &c. Sic & eadem ratione urina aquosa ἀμφοτέρωθεν significat.

DESID

DESID. IACOTII COMMENT.

Dictum est antea, stillicidium è naribus mali quid iam semper minari, propterea quod natura, quod superfluum est, excernere conatur, sed nequit, vel ob propriam infirmitatem, vel sanguinis crassitiam, vel partium densitatem, vel quiddam ex his, vel propter omnium concursum. Augetur autem malignitas huius signi, si crassus, niger & meracus sanguis appareat: si quarto die aut undecimo: si cum symptomatis coniunctum fuerit, quæ grauius affectum cerebrum denuntiant, magisque adhuc si æstate & autumnus principio moueatur. Nam illis temporibus flaua redundat bilis, ambiensque nos aer calidus est, quod fit, ut sanguinem utraque ob causam bene fluentem esse oporteat. Quare grauem causam esse conueniendum, quæ fluxionem intercipiat. Interdum tamen accidit, ut crisis à stillicidio inchoata per hæmorrhagiam copiosam absoluetur. Quod duobus modis fieri potest. In morbo lethali cum signis pernitiis & crudis, ut in Metone cum vrinis tenuibus ac nigris. Verum die iudicatorio incipiat, ut quarto: deinde sequenti, ut quinto, aut septimo perficitur, & naturæ motus iuuetur lotionem capitis, si minus, quam iustura sit, fluxerit, ut Hippocrates docet tum in illa historia, tum in 4. de Diæta in acutis. Hoc modo ægri liberari possunt per axioma illud medicum, Sanguinis è naribus largæ & copiosæ eruptiones magna ex parte liberant. Altero modo in morbo difficili, salutari tamen, in quo signa manifestæ coctionis elucet. Nam si tum stillicidium moueatur, robur & multam in venis inflammationem significat, ac principium incrementi, aut finem, cum perfecta coctio apparuerit, unde primo decretorio crisis sequutura est per hæmorrhagiam, modò natura ægri, temporis constitutio calida, species morbi biliosa cum multo sanguine, & humorum ad superiora inclinatio consentiant. Alioqui nihil impedimento est, quominus alia sequatur excretio, ut per sudorem. Huius itaque stillicidij critici exemplum ponit hoc Aphorismo, simulque & perturbationem criticam, quæ παραχῶδες dicitur, & motionem consequentem describit. παραχῶδες, ἀγρυπνία. Est autem παραχῶδες in vniuersum offensio quædam, tum in toto corpore, tum in ventre, tum in mente. unde deiectiones, & vrinæ παραχῶδες, de quibus alio loco. In mente verò leuissimam oblationem Galenus interpretatur, in qua ægri non valde perturbantur. Si tamen paululum augetur affectio, non iam παραχῶδες, sed ἀναφρονίτιες desipientes & reuera sunt, & iure dicuntur. Vigiliæ verò comitantur signa & causas phrenitidis: quia siccitatem & calorem in cerebro biliosum sanguinem, ac remque exhalationem, & denunciant, & sua vi efficiunt, cum accesserint. Vbi itaque stabilitate causæ habent, quæque non sit in motu humorum sursum tendentium, phrenitidis tanquam præludia habenda sunt. Cum autem subito exoruntur, aut circa statum, aut circa incrementum morbi, natura sibi cum morbo certamen instituit, cuius exitus, tum ex dierum natura, tum ex signis coctionis iudicatur. Nam si præmaturam crisin impata aggreditur, eius ancipites varique motus imperfecta excretionem concludentur, & contra. Proinde addit ἔρον aduerbium temporis & loci, statim & recta. Ac statim quidem non in primo morbi tempore, in quo morbus omnino crudus est, ut in illo loco Hippocratis, Quæ in melius iudicant, non statim apparere oportet. Nam quæ statim apparent, pessimorum affectuum sunt indicia. Sed subito excitato humorum motu: & recta, id est, conuenienti loco & tempore, nimirum die indice, ut quarto: aut critico, ut quinto: in specie morbi conueniente, & antegressis coctionis signis aut perfectæ, unde optatam & expeditam securitatem crisis habet: aut manifestæ, unde crisis imperfecta sæpe sequitur. Ea autem ostendunt in morbis thoracis sputa, quæ liquidiora & humidiora obscuram coctionem & principij finem denunciant: pauca & cocta manifestam, & incrementum: multa, cocta, facilia, perfectam & statum. In venoso genere eodem ordine rufa & tenuis urina: aut coloris in melius mutatio: aut accedens turbatio. Deinde alba nebula, aut enæorema æquale, aut rubra nebula cum bono colore & mediocri crassitie. Tertio hypostasis naturalis. Idem iudicium de deiectionibus in affectibus ventris. His enim tribus coctionis gradibus responderet crisis. In primo mala est. In secundo, imperfecta. In tertio, perfecta. Hæc autem certiora sunt in diebus criticis ac prænunciis, in hisque

1. Proth. 4



fieri debent. Ob idque subiicit, Sanguinem stillatim reddunt crisi imperfecta & periculosa, per Aphorismum prorrhethici, Vndecimo (idem iudicium de quarto) stille sanguinis difficiles tum alijs, tum si subinde stillauerit. Verum excipe, Quod coctiones celeritatem iudicij & securam sanitatem ostendunt. Spem etiam afferet, si sanguis rubens ac floridus stillauerit sine vstione & crassitie, quia indicat in meatuum densitate impedimentum esse potius, quam in naturae infirmitate, & materię κακοθειας. Præterea ordinatus naturae motus qui ex sexto, & septimo intelligitur. Addit ergo *επταία καφιδεντα, sexto die leuius habent.* Quo significantur duo. Primum crism fuisse imperfecta, quae nihil iuuat, non tamen nocuit, quia inde alleuatus est æger. Non igitur lethalis, sed tantum difficilis per Aphorismum, Iudicatoria, quae non iudicant, aut lethalia sunt, aut difficilis iudicij. Deinde naturam moueri imparibus, nec magnitudine morbi, aut malignitate irritari, vt ordinem institutum mutet, & crism anteuerat sexto die, qui tyranni instar vel ad mortem iudicat, vel ægro miserum cruciatum ac supplicium constituit. Idem naturae ordo illustrior patebit, & æquè prompta erit crisis septimo, si nocte deterius habeant, & *εσ τω αυειου.* Nam Quibus crisis fit, nox quae accessionem præcedit, grauis: quae verò subsequitur, leuior ferè solet existere. Quod verum quoque est de die, qui noctem antecedit, in qua fit crisis: quanquam neutrum necessarium est. Noctu autè huius molestiae duplex causa, perturbatio critica, & interruptus somnus, vnde exactior fit omnium laborum apprehensio. *Postridie ergo exasperantur, tenuiter sudant,* id est, leui exudatione, quae critica esse nequit, sed in capite apparet per oppressiorem cerebri à translatione humorum sursum. Contrahuntur enim partes interiores & comprimuntur dolore, motu repentino humorum, & excernendi vi, vnde exprimitur humidum tenue solidarum partium. *In somnum deseruntur,* sanguine cum vapore multo irruente in cerebrum. *Aberrant mente,* quia cum sanguine bilis feruet, acrimonia vellicat, & spiritus animales exagitat. Nam ob bilem flauam vincentem in ardentibus febribus (ait Galenus) quae sanguini mista est, & ipsum vrit, atque in caput multo calore rapit apertis venis in naribus fiunt hæmorrhagiæ. Atque tum si venæ in temporibus micare conspiciantur, rubore suffundantur genæ, vertigo tenebrosa & marmariges obseruentur ob oculos, grauitas capitis cum pulsatione siue morfu (qui est vomitus index) percipiatur, & æger nares manu scalpat, in febre ardente, biliosa, inflammatione iecoris aut lienis, ætate florente, peluim turò Medicus offerri iubeat excipiendo sanguini, quod aliquando se fecisse Galenus gloriatur coniectura copie tum ex his capta, tum ex impetu nature forti, & morbo crudo, quae causæ sunt, vt immodicæ euacuationes fiant. Addit ergo, *Largiter sanguinem effundunt, vnde soluitur morbus.* *λαβως,* idem dicit, quod in Epidemijs *καλωσ καὶ διαφιλιωσ,* bene, quia die septimo & cum signis: largiter, vnde febris & omnia symptomata conquiescant. Ex tribus enim hæmorrhagiæ differentiis optima hæc est. Nam stillicidium semel factum pessimum: per intervalla repetitum, ambiguum: liberale profluuium magna ex parte & à magnis morbis liberat, vt alibi expositum est. An verò *τὸ ὑδατῶδες ἔργον* vrina aquosa talia significet, distinctione opus est. Nam initio morbi summam cruditatem, aut obstructionem, aut renum vitium diabeten, aut vigilias sequitur. In progressu cum antè tincta repente exalbescit, materię translationem indicat, vel symptomaticam, vt in phrenitide, & inflammatione conuexæ partis iecoris: vel criticam, vt per dysenteriam, si humor confluat in ventrem, aut per parotidas, aut hæmorrhagiam, si repat in caput. Multa quoque & tenuis sæpe critica est, de quibus omnibus in libro de Vriniis.

2. Aphorif. 13.

XIII.

Μετὰ τῶν ἐξηγημένων τῶν ἐξισταμένων μελαγχολικῶς, οἱ τρομῶδες γενόμενοι, κακοήθεις.

Ad ea

Ad ea mala siqui similiter percitis melancholia insaniunt, & tremuli fiunt, malignum.

Iam antè expositum est, quod sit *ευσαις μελαγχολική σφοδρὰ* videlicet καὶ θυροδύτης. Vbi ergo in coitione symptomatum, quæ proximè colligebat, morbus in perniciem vertitur, nec sequitur hæmorrhagia, aut sequitur quidem, sed inutilis est, vt quæ nata decernere non decernunt, delirium in insaniam conuertitur, sequitur tremor infirmitate naturae mouentis & neruorum siccitate. A quibus non modò κακοθεις, sed κακοθεις τῶν planè δλθθιου & θανάσιμου. κακοθεις, quod vt periculum vitæ denunciat, non omnino tamen spem salutis admittit. At quæ spes relicua esse potest, si hæc omnia in ægro constituas: Hæc sententia seorsum scripta ab authore Prorrhethici, *τοῖσι ἐπισκωλοισι μελαγχολικῶς ὄσι τρομοὶ ἐπιγίνανται κακοθεις.* Si melancholicorum modo valde insanientibus tremores superueniunt, malignum.

Μετὰ τῶν ἐξηγημένων si superiori sententiæ annectatur, significabit vrinam aquosam cum dictis symptomatis confirmare iudicium de hæmorrhagia. Si verò principium huius Aphorismi statuatur, sententia erit, Naturae infirmitate, aut meatuum impedita via, aut sanguinis crassitie suppressam hæmorrhagiam intro referri. Vbi si reliqua bene fiant, succedantque, poterit ad inferiora materia decumbere. Sin minus, varia symptomata exoriuntur pro varietate & natura partium, in quas impetus humorum impellitur, ac reflectitur. In venis autem & cerebri corpore manens melancholicam ecstasim inuehit exusto sanguine & in atram bilem degenerante, eoque magis, si febris protrahatur. Mora enim, quæ est concausa, vt tempus, non minorè interdum in agendo vim habet, quam agens ipsum, vt in calculi generatione apparet à calore temperato. Cohibitus ergo sanguis cum motam fecerit, aut febre mauerit, magis ac magis exuritur, cerebrumque immutat per impressione intemperiei calidæ & siccæ. Vnde videre licet affecto prius calidis dispositionibus cerebro, aut astuatione, aut inflammatione, interdum etiam à solitudine, mæstitia, vigiliis melancholiam morbum sequi. Manente autem febre, vel potius aucta frustra suscepta criticæ excretionis contentione, phrenitidem melancholicam, deinde ferinam existere post turbulentam mentis agitationem & vigilias superius demonstratum est. Cuius efferata vis & indomita, si vterius progrediatur, & humidum primigenium exhauriat, cerebrique substantiam vniuersam alteratione absoluta inficiat bilis calida, actis, & tenuis ( quibus qualitatibus potest vrere & subire) silens ecstasis nascitur languente facultate animalis; aut, vt in Dealcis vxore, modò verba multa, modò silentium; quorum illud phreniticum est, hoc melancholicum: aut tremores superueniunt vehementer resiccatis neruis, & exoluta virtute tum vigiliis, tum motionibus multis. Quod symptoma solas vehementissimas phrenitidas consequitur per Aphorismum, Phrenitica vehementer, tremore finiuntur. Hoc autem non solùm malignum est, sed mortem in propinquo denunciat, quia absumptum est humidum, quod est vitæ fundamentum, & calor natiuus planè extinctus. Satius ergo fuerit Aphorismum à superiore disungere, quia est καθολὸν, vt in Prorrhethico, *Mente ob melancholiam aberrantibus, tremores superuenientes maligni.* Verum (ait Galenus) perperam scriptum est κακοθεις. Nam quod summè periculosum existit symptoma, aliam exigebat appellationem. κακοθεις enim morbos, id est, malignos appellamus, quicumque periculum minantur, spem tamen salutis non admittunt.

XIII.

Παραφροσύνη ἐν πνεύματι καὶ ἰδρατί θανάτῶδες. θάνατῶδες δὲ καὶ ἐν πνεύματι καὶ λυγμῶ.

1. Prorrh. 5

Desipientia in spiritu & sudore, lethalis est. Lethalis est & in spiritu ac singultu.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Vplex lectio ἐμπύματα, & πνεύματα. Vtraque vera, sed posterior melior est. In purulentis igitur infirmitate virtutis animatae delirium: naturali victa sudor fit. Si verò πνεύματα legimus, hæc est sermonis sententia. Si delirantibus spiritus difficultas cum sudore moueatur, lethale. Solet enim Hippocrates πνεύματα modò respirationem dicere, modò difficultatem spirandi, qua cogatur æger frequentius spirare, idque in concursionibus symptomatum, vnde πνευματώδεις & πνευματωδής spirituosos & anhelantes vocat Hippocrates. Ac reuera si in febre acuta iam commoto delirio spiratio vrgeret incipit, vt crebrius respiret æger, & sudor quidam moueatur nõ vi naturæ sed morbi, qui naturam dissoluit, lethale est. Purulenti enim frequenti sudore dissoluuntur, vt antea annotatum est. Plerique autem in acutis febribus & anhelosi, & sudantes moriuntur.

DESID. IACOTII COMMENT.

3. Prorrh. 5.

2. Progn. 60

Παραφροσωνη, quam Galenus vocat λήθρον μετρίον, delirium leue, in suppuratis & sudantibus raro videre licet, nisi in lateris dolore, cum sputi biliosi suppressio, eiusque humoris ad caput ipsum translatio facta fuerit per Aphorismum, Lateris dolor ex sputis biliosis, si absque ratione euauerit, in furorem aguntur. Suppurati autem vel præfocantur, vel phthisi contabescunt, nisi intra quadragesimum diem materia suppurata expectoretur. Sudores autem symptomati cum in omni suppuratione interna, tum in vero empyemate frequentissimi manant è capite & thorace. Nam non dimittit febris, sed interdum leuior, noctu grauior, & plurimi superueniunt sudores (ait Hippocrates) quorum causam Galenus refert in virium infirmitatem, eò quòd diductum alimentum discutitur. Si quando tamen leue delirium inciderit in suppuratos, in causa erit vel biliosi & fuliginosi excrementi acrimonia sursum elati, & per cerebrum circumuoluti: vel vigilie & vehemens febris æstus, vel quia (ait Aretæus) mortifera ægritudo reddita est. Tum enim cogitationes vanæ insurgunt, mens alienatur, præsentia mala ignorat, facultas animalis resoluitur. Ex quacunque autem causa fuerit, perniciosum est duabus de causis: vna communi, quia quòd plures facultates & partes labefactatæ sunt, eò perniciosius habent ægri. Altera propria, quia in morbis thoracis facultatem animalem validissimam esse oportet, vt mouendo thoraci, & materiæ expectorandæ sufficiat, firmòsque musculos intercolastes habere in tussiendo, & liberum meatum arteriæ venosæ & bronchiorum pulmonis in excreando, necessarium est, vt euadat æger. Ob idque inde celerius senes moriuntur, quàm iuuenes. Quòd si πνεύματα legeris, παυτολογία quædam subesse videbitur, quæ in summa breuitate maximè odiosa est, & à doctrina Hippocratis aliena. Sententia tamen exactior, & ad prælagium vtilior fuerit. Nam πνεύματα apud Hippocratem & aërem inspirando attractum, & totam ipsam spirationem, & spiritus angustiam ac difficultatem significat, vt variis locis docet Galenus. Quia itaque distinctionem non adhibuit, pro difficultate spirandi accipitur dictio. Cuius triplex causa est, cum totum thoracem cum iugulo & scapulis mouet æger. Flammea in pulmone atque corde caliditas: angustia in aliquo spiritalium instrumentorum: & facultatis musculos thoracis mouentis debilitas, quam ex iulso paruo, frequenti, celeri, pinnis narium motis, & absentia aliarum causarum, vt incendij in thorace: & angustie discernimus. Verùm cum magna est & rara, delirij proprium signum est. Raritas enim illa magnitudini iuncta pendet ab obliuione celeri, in qua ægri non sentiunt spirandi necessitatem. Non tamen necesse est, vt quicumque delirant, magnum & rarum spiritum ducant. In Pythione enim delirium notatur cum spiritu tenui & imminuto. An ergo intelligit desipientiam cum magna & rara respiratione lethalem esse? At magis lethalis est parua & rara, quæ frigiditatem, vt in hydropicis, aut extinctionem caloris natui in acutis

1. De dieta in acutis.  
3. Prog. 3. de diff. resp.

acutis cum delirio significat. Ita ergo distinguendum est prælagium. Quoties magnum & raro spirant ægri, magni delirij nota est certissima, atque id fit perinde ac in his, qui cum matulam petierint, meiere obliuiscuntur, aut vrgentem fitis causam non sentiunt. Si verò maximè delirant, neque tamen spirant magnum & raro, sed alia spiratione præter naturam tenentur, affectionem aliam coniungi oportet, quæ magis functionem illam lædit, quàm delirium. Si ergo parua fuerit & frequens, inflammationem aliquam interiorem ac dolorem denuntiat, vt in diaphragmate. Si verò parua & rara, suffocationem & caloris natui extinctionem, quem admodum magna & densa febrilis incendij copiam. Ex quibus intelligitur desipientiam in spiritu lethalem quidem esse, sed magis aut minus pro varietate & magnitudine causæ. Cui si accesserit sudor, oppressionem, aut resolutionem naturæ indicat in his partibus, è quibus manat, modò ne sit criticus. Nam phrenitis iudicatur sudore bono per vniuersum quidè corpus, præsertim verò è capite multo & calido: interdum hæmorrhagia. Singultus verò alterius facultatis, quàm animalis noxam prænunciat, & ventriculi veluti conuulsuum quendam motum vel ab acri humore, aut graui in ipsius orificio: vel à siccitate insanabili: vel ab inflammatione circumpositarum partium. De quibus copiosius dictum est supra, & quomodo non minus grauis causa sit, quàm graue signum. In phrenitide verò consentaneum est fieri per consensum orificij ventriculi cum cerebro. Alterum enim alteri suas affectiones communicat propter neruorum à cerebro ad os ventriculi descendendum magnitudinem, per quos etiam sensus huic particulæ, quàm vlli reliquarum corporis partium, acutior est. Quocirca capitis fracturas, cum ad membranas vsque perueniunt, biliosus vomitus, ac interdum capitis, quomodocunque fiant, subuersio stomachi & morsio comitatur, vnde singultus cum rubore oculorum per Aphorismum, A vomitu singultus & oculorum rubor, malum. Siue itaque ventriculo inflammato delirium superueniat ascendente ad caput per continuas partes aut solo calore, aut spiritu vaporoso, acri, aut fumoso: siue singultus inflammato cerebro per siccitatem, reuulsionem eorum neruorum, aut tenuis & acris ichoris transmissionem, delirium eiusmodi lethale est.

XV.

Εὐπνία τὰ ἐν φρενίτιδι ἐναργῆ, ἀγαθόν.

Insomnia in phrenitide conspicua, bonum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc sententia aliter scripta in Prorrhethico, εὐπνία τε ἢ φρενιτιοῦσι ἐναργῆ, hoc est, Insomnia conspicua phrenitidem portendunt: quia videlicet inter signa phrenitica & hoc censeatur spectra in somnis esse conspicua, non perturbata. Nam ἐναργῆ conspicua dicuntur, quia dormientibus ægris manifesta formis spectrorum conspicuis, non perturbatis: vel quia iis, qui adsunt, manifesta, dum videlicet exclamat æger, loquitur, interminatur, inclamat opè, aliæque id genus. Sed ad phreniticos ἐναργῆ refertur melius esse putat Galenus. Itaque in locis prælagij rectè quidem enumerauit εὐπνία Hippocrates in Epidemiis, quia videlicet inde naturam materiæ & vaporis, qui animæ prætenditur, in somnis intelligamus. Insomnia dico, quæ neque ab alimentis, neque anteceptis animo imaginibus, aut antegressis colloquiis, aut vi partis accessions, vt principij, aut denique vi cœli. Qui citra hæc ignes & flamas somniat. efferuescētē bilem cōmonstrat. Si cristas galli, aut rubēs aliquid, sanguinem commotum: si niues, aut glaciem, aut largas pluuias, pituitam redundantem. Ac dum hæc scriberemus, quidam enunciauit nobis in somnis videri sibi largam frigidamque pluuiam, qua conspergeretur. Sunt qui sese foetido loco esse, & grauer olenti somniant putrilaginis argumento. Alij nebuloso & caliginoso versari loco, crudi flatus iudicio. Alij sese volitare somniant, tenuioris spiritus iudicio. Alii ita præligatus est communis sensus, & obscurata phantasia, vt nihil omnino

7. Aphor. 3



ta & sedata somnia ita efficiunt, ut aliquid nobis appareat, videamurque ab iis quidem, quæ ab aspectu delabuntur, videre: ex iis autem quæ ab auditu, audire, quod fit etiam in cæteris sensibus eodem modo. Ex his ergo intelligitur non solum cerebri siccitatem manifesti somnij causam esse, sed etiam spirituum & humorum tranquillitatem, sedatam morbosæ affectionis agitationem, & caloris vehementioris vacuitatem. In primo itaque generationis phrenitidis rudimento somnia manifesta sunt à siccitate cerebri, sed turbulentiora ob incendium febris coniunctum. In remissione verò manifesta quidem ut illa: sed minus turbulenta quiescente bilis motu, calore domito & cerebro paululù refrigerato & humectato per somnum. huiusmodi ergo somnia causæ sunt & signa salutis. Causæ quidem, quia dum in his occupatur animus, somno inflammationis vis remittitur, cerebri intemperies corrigitur, & humores mitificantur per Aphorismum, Vbi somnus delirium sedat, bonum. Signa verò quia abesse indicant tum perturbationem, tum humorem copiosum & crudum: tum perfrigerationem cerebri, & comatis ab extinctione caloris. Manifesta autem insomnia fuisse deprehendimus, si & à somno æger alacrior videatur, & quæ visa sunt, nobis secunda recordatione & memoria referat adeò, ut pleurosque videre liceat, qui se neque somniasse putet, & vera dicere profiteantur. Qualem impressionem perseverasse vidimus per integrum ferè mensem à solutione morbi.

## XVI.

Εν φρενίτιδι διαχωρήσιες λευκαί, καὶ καθρότης, κακόν. ῥίγος τουτέστι, κακίον.

*In phrenitide alba deiectione & ignavia, malum. Rigor in his pessimum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**oc in Archecrate observavit author Prorrhethici. Sed dubitat an his veternus fiat. Atque alba deiectione vel præcluso canaliculo, qua bilis è iecore in intestinù aut ventriculum quoque decurrit, ut in morbo regio: vel effervescente bile, concalfacta supra modum superiore hepate, & inde vnà cum sanguine in cerebrum rapta. Idque certè graui periculo. Quòd si καθρότης accesserit, necessarium horum alterum, aut crassum frigidumque succum irrepisse in cerebrum, quomodo contingit aliquando phrenitidem in lethargum conuerti: aut extinctum calorem naturium & iam appetere exitium, quòd omnino lethale est. Rigor autem omnis crudo morbo criticus esse non potest. Itaque non per se pessimum, sed cum phrenitide ignavia & alba deiectione pessimum esse potest.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**uemadmodum in phrenitide, quæ cerebrum & mentem oppugnat, optimum signum est elucere facultatis animalis vim & actionem (quod ex somniis manifestis cognosci superiore Aphorismo dictum est) ita nihil deterius, quàm vel tumultuantem de gradu deiici: vel afflictam & prostratam iacere, aucto interea morbo & ingrauescente. Illud ex ferocitate: hoc ex silentio & torpore intelligitur. Silentium enim melancholicæ phrenitidis, vel languentis facultatis in silente ecstasi argumentum est. καθρότης verò ineunte morbo ex frigidis, crassis, glutinosis & omnino ad motum contumacibus humoribus nascitur: In fine verò & cum phrenitidi succedit, indicat morti ita propinquum ægrum, ut ob extinctam virtutem iam conquiescat. Est enim commune symptoma omnium ob immoderatam intemperiem morientium. Auctum autem morbum fæces albæ testantur, & quæ magnitudinem morbi comitari solent linguæ vstio, vigilia, febris ardens, phrenitis: Inter quæ καθρότης ignavia, torpor aut ingenij tarditas à frigidis humoribus ortum habere non potest. Ergo à virtutis extinctione, in qua ægri seruari non possunt. Idem iudicium de fæcibus albis, quæ in morbo calidissimo & siccissimo biliosæ esse debuerunt.

debuerunt. Magis enim periclitantur egri, quibus non conuenit affectus, ut in Aphorismis docuit. Biliosæ igitur deiectiones & biliosa vesicæ excrementa cum biliosis hominibus, biliosis & morbis familiaritatem habent & cognationem. Non biliosa autem & albicantia his præter naturam sunt, atque ob id praua censentur. Albicant autem, aut leuiter bile tincta apparent interdum ab alimentis ingestis, quæ suo colore excrementa tingunt, ut pane puro, lacte, præsana, lupinis, alica, amygdalagalacte: interdum verò, ut hoc loco, à bilis absentia, idque dupliciter, aut quia obstructus est meatus folliculi fellis ad intestina, ut in auriginosis: aut quia incendio æstuante in cerebro, vel conuexa hepatis parte inflamata sanguis vnà cum bile sursum rapitur tanquam à cucurbitula. Aliquando etiam à colliquatione pinguedinis mollis & recentis fæces albæ exeunt, sed pauca, viscida & valde fetida. Cum ergo qui antè vehementer delirare videbatur, si cum his signis in torporem incidat, perinde est ac si in tumore ad sphacelissimum transeunte dolores & febres quiescant moriente natura. Mentem itaque & animum adhibere oportet tum ad vrinas, tum ad deiectiones. Nam si & ipsæ perniciosæ fuerint, in propinquo mortem esse certum est. Si verò mediocres, (bonæ enim in huiusmodi affectionibus esse possunt) in longius tempus differretur. Quòd si rigor quoque accesserit, cum prauis signis & perniciosis symptomatis criticus esse non poterit. Lethalis igitur per Aphorismum, Rigor ægro iam debili lethalis.

## XVII.

Εν τοῖσι φρενιτικοῖσι ἐν ἀρχῇσι τὰ ἐπιεικῆς ἔχοντα, πικνιάτε μεταβάλλονται, κακόν.

*In phreniticis, cum omnia initiis moderanter habeant, sed frequenter transmutantur, malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**ρχῆς principia dicit, quo videlicet tempore materia concitati solet, ac variè iactari in corpus, ἀρχῇ dicere consuevit. Eiusmodi tempus triduo ferè circumscribitur. Si cui igitur primo die omnia clementer habere videantur, secundo aut tertio concitata materia & subinde loco mota variè corpus afficiat, ut hoc symptomate nato, eoque protinus deficiente aliud atque aliud subnascatur, μεταπίπτει hoc dicere consuevit, quo differt ab eo, quod ἐπιγένηται. Nam ἐπιγένηται dicitur, quod priore malo non cessante subsequitur. Hæc ergo ἐπιγένηται initio & frequens μεταπίπτει admodum furentem & malignam materiam indicat. Possunt quoque minori periculo à sola copia commoueri. Sed animaduertendum, qualis sit ea μεταπίπτει. Potest enim materia, quæ prius principi parti insidebat, in ignobilem transferri, & inde deteriori malo leuius succedere, hypochondriis relictis in ilia descendere, capite in scapulas & brachia derivari aut contrà. Illud ergo tolerabile malum est: hoc omnino damnandum. Illud connitentis naturæ & vincentis morbum, hoc sæuientis morbi & naturæ succumbentis. Sed ferè μεταπίπτει, quæ in deterius fiunt, intelliguntur. Et tertia conditio, quo tempore nullo loco materia desidet, sed furit, rapiturque vaga in corpus, cum scilicet ἀρχῇ dicitur. Et præcepit Hippocrates pharmaco prius vtendum, quàm parte aliqua sese defigat. Nam si partem aliquam occupat, vnum genus symptomatis, quod peculiariter parti affectæ respondet, inuehit, mutatis sedibus μεταπίπτει appellauit: quia humor è loco in locum migret, ac transfluat, fiunt μεταπίπτει. Cessant enim symptomata priora, quæ parte occupata mouebantur. Oriuntur noua, ut est pars, in quam fit transfusus. Itaque qui antea rectè iudicabat integra virtute, quæ ἀπειροια appellatur, sublata in caput materia delirat. Qui oculo rectè discernebat, iam venatur floccos & muscas captat. Qui verò naturaliter audiebat, absentes tibicinas excludendos iubet. Cui integer odoratus, nunc grauius olentia subduci con-

endit. Cui gustus erat incolumis, iam amarum quid acerbūmve falsò reprobatur. Hic læso tactu pondus deponi rogatur. Pluuia frigida se conspergi aut niue existimat, igne aduri clamat, & frigidam rogitat. Qui vehementius sitiēbat, non sitit. Qui honesta & pudica loquebatur, iam obscena effutit, quod ἀγροῦνθῆν vocant. Qui antea κομῶδως, peruigil euadit. Qui quietus, ὄνηστος. Qui lachrymabat, ridet, aut contrā. Infinita propè eiusmodi in historiis Epidemias inuenias. Nec solum initio mali eiusmodi μετέπνοσις, sed alio quoque tempore. Scripsit enim in Prorethico τὰ ἐν φρενίτοις πυνὴ μετέπνοσις αἰσσομῶδῶς, siquidem in neruos est μετέπνοσις. Atque antea scripsit frequentes in vtramque conditionem mutationes malas. Sitim quoque esse eiusmodi, quod hoc vniuersaliore sermone continetur. Et quanquam hæc in phrenitide mala, citra phrenitidem quoque mala sunt.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**M**ετέπνοσις, hoc est, commutatio symptomatum à contrario in contrarium, quam sæpe Medicis imponat, qui gestiunt, quoties agrum vident quietiorem, aut ex lethalibus vel prauis signis repente factam remissionem, Galenus docet in historiam Hermocratis. Reperietis itaque nos, vt magnopere ab ea caueamus, voce Hippocratis tanquam ex oraculo quodam diuino, passim hoc opere præmoneri. Est autem duplex, vt alibi iam exposuimus. Vna à contrario malo in contrarium bonum. Hippocrates δὲ ἐπιεικὲς τὰχὺ μετεπίπνοσιν dicit, morbi clementiam celeriter permutari, quando videlicet ineunte morbo & primo circuitu æger modò melius & clementius habere videtur, modò deterius vel vnus horæ spatio. Quod cum in omni morbo fieri possit, qui est adhuc in primo generationis tractu, & in quo humores turgent (Est enim hæc μετέπνοσις turgentium humorum, nec adhuc in aliqua parte obfirmatorum certissimum signum) in phrenitide tamen exemplum adfert commune præceptum in particulari suo more notans. Altera est à contrario malo in contrarium malum, aut per extinctionem naturæ, vt, Summæ corporis partes si celeriter in vtramque conditionem permutentur, malum: aut per celerem obliuionē, vt, Sitis quoque huiusmodi mala est: aut per transfectionē quasi mutationem quandam humorum siue transfluxionem ab vna parte in aliam, quam μετέπνοσιν Hippocrates vocat, vt, Frequentes in phreniticis permutaciones conuulsionem indicant, de quibus omnibus dictum est suo loco. Aliud autem est, frequentes in phreniticis permutaciones fieri: aliud verò quod hic scribitur. Nam licet in vtroque sit μετέπνοσις & μετέπνοσις, hic tamen Aphorismus de permutacione clementiæ, ille de ea, quæ fit à malo in malum, accipiendus est. Ob idque Hippocrates addidit ὅτι ἀρχῆσι in principio. Nam in principio eiusmodi permutaciones à malo in bonum assidue videmus, non autem cum morbi traxerint. Fiant enim in his morbis, qui oriuntur ex copia vel qualitate malignorum humorum, in aliam aliàs partem, interdum quidem in principem, interdum verò in non principem transmigrantium. Quæ enim in principes partes transfluxiones fiunt, morbi clementiam corrumpunt: quæ verò in non principes, quo maximè tempore ad humorum vel copia vel qualitate naturam irritantium vacuationem accedendum sit, ostendunt. Verbi gratia, si quis in febre nondum planè phreniticus paulisper deliret, mox ad se redeat, idque sine accessione febris, μετέπνοσις est clementiæ ab anticipi & erratico motu humoris biliōsi, qui variè naturam irritat, & variis partibus stimulat. Nam cum in cerebrum impetum fecit, delirium excitat: mox aliò refluens, delirium sedat. Cum enim humor, qui morbum committit, fixus est, illius vim & partis obsessæ naturam sequuntur symptomata eiusdem speciei. At quoties multiplici lapsu vagatur per corpus, pro motus illius, & partium quas afficit, varietate, varia edit symptomata, affectis quidem partibus nobilibus grauiora, relictis verò mitiora. Quæ omnia significant naturam dominari humoribus non posse, & vires à morbo superari. Itaque nisi Medicus eo, quo dixi, modo occurrat, & cerebrum minuat, morbus periculosus

riculosus in parte nobili firmabitur. Quod suo exemplo Galenus docet de locis affectis, qui cum in febre ardente iam floccos euelleret & festucas colligeret, statim intellexit se id fecisse nondum planè offensa ratione. Itaque cum idoneis rigationibus caput amici fouissent, tota die sequenti nocte grauibus insomnia turbatus est, vt interim & clamare, & exilire videretur. Verum postero die mitigata sunt omnia. Quod si homo iam factus phreniticus ad breue tempus sileat, deinde multa loquatur, seruata eadem morbi specie, clementiæ mutatio non est, sed contrariorum symptomatum & grauium μετέπνοσις læsa mente & humore mutante speciem aut locum. Ab humoris enim fluxione affecto visu festucas colligunt: eodem membranas vellicante exiliunt: offenso iudicio absurda & obscena loquuntur: impetu in auditum facto tubicinas expelli iubent: in olfactum, foetida eici: in tactum, aut ponderosa quædam amoueri, aut frigidum aliquid vel calidum. Vbi autem improuisò idem humor in aciem rationis, memoriæ, & cogitationis irruerit, celeriter obliuiscuntur, exandescunt, lætantur, studiosè quædam faciunt, varietate afficiuntur, vicissim facta à contrario symptomate in contrarium mutatione in eadem morbi specie, nimirum phrenitide, & in eadem parte affecta, scilicet cerebro, cuius multiplices recessus oppugnantur. In his errans & vagus humor si ab omnibus cerebri mansionibus traiectus in neruosas partes primas ac proximas reicitur, conuulsionem facit per Aphorismum citatum, Frequentes in phreniticis permutaciones conuulsionem indicant.

## XVIII.

Τῶν ἐξ ἐπιεικῶν μελεγχολικῶν, οἷς τρόμοι ἐπιγίνονται, κακόν.

*Infanientibus melancholicè siquidem tremores superueniant, malum.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc sententia prius exposita est.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**I**dem scribitur 13. Aphorismo huius, & sequente. Verum illic & paulò post, vsus est dictione γινόμενοι, hic verò ἐπιγίνονται. Nam τὸ ἐπι significat fieri, quod non erat vi adacti morbi & maligni, differuntque hac ratione ἐπιγίνονται ab his, quæ παθογονομῶν καὶ σωθεμένων, quasi assidentia dicuntur. Vi autem phrenitidis ingrauescentis & fatiscens naturæ tria hæc superuenire solent, silentium in ecstasi silente: tremor in vehemētissima phrenitide: & conuulsio imminente morte. Causæ sunt infirmitas & langor facultatis animalis, quæ nec membris vti, nec sensibus potest: & vehemens neruorum resiccatio ab incendio febrili. Languescit autè facultas tum à morbo superata: tum variis motionibus & vigiliis defessa. Non ergo κακόν malum simpliciter illud est, sed valde lethale. Quæcūque enim simpliciter bona & grauia vocat Hippoc. sæpius talia sunt. Quæ verò optima & pessima ab ipso dicuntur, & maximè, quibus eam vocem (κακόν, id est, valde) adiicit, talem vim habent, vt aut semper vnum aliquid significant, aut rarum esse, vt non indicet. An ergo vsus est verbo ἐπιγίνονται, quia tremor aliter in phrenitide fieri possit, quam aucta vi morbi? Sanè quidem. Nam initio morbi tremor ab oppressione incidere potest cum delirio, vt in Pythione manuum tremor neruis, qui ex cervicali medulla ad manus pertinent, humoris pressu veluti ponderis, deorsum labentibus, & sursum vix attollente facultate. Quem tremorem sequuta est conuulsio & oris distortio non incremente morbi malitia circa cerebrum, sed humoribus ad inferas partes migrantibus, & natura excretionem moliente. Videre quoque licet & cum phrenitide & ante phrenitidem tremulum quendam motum, quem Arabes saltum vocant ab acrimia vaporum morfu, aut humorum per neruosas partes



transitu, qui neque omnino prauus est, aut lethalis (cùm interdum signum sit criticum, vt sæpe obseruauimus) neque vi adauctæ phrenitidis oritur. Ob idque dixit ἐπιγίνονται.

## XIX.

Οἱ ἐξ ἐξιδάμυροι μελαγχολικῶς, τρομαδεις γινόμενοι, καὶ πηυαλιζόντες, ἤραγε φρενιτικοί?

*Qui melancholica insania tenentur, & tremuli sunt, & subinde spuumt, an non phrenitici?*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Cætera quidem satis exposita. Quod autem dicit πηυαλιζόντες, hoc est, ore tenui pituita pleno subinde sputantes, inter signa phrenitica annotatur: quomodo & ἀναχρέμεις. Ac πηυαλισμὸς quidem fit, vel non delirantibus ore ventriculi multa tenui pituita flaccescente, vel cerebro eandem materiam in os demittente. Fit autē & citra hæc in phrenitide morbo calido & sicco læsa imaginatrice, quomodo excessus omnis vehemens, defectus & cessatio actionum, quæ ab arbitrio eduntur, extrâ seipsam mentē esse ostendunt. In phreniticis propter inflammationem tenue quid in os defluere potest: quomodo lachrimatio inflammatis oculis, ita πηυαλισμὸς inflammatis cerebri membranæ. Sed mirum est, cur dubitatur, an sint phrenitici, nisi hæc interrogatio vim habeat assertionis.

## DESID. IACOTII COMMENT.

MAnia atque melancholia interdum morbi sunt absque febre, qua sola distinguntur à phrenitide, licet interdum melancholici in febrem incidant alterius causæ accessione. In phrenitide autem assidua febris est, & acuta cum perpetuo delirio, quibus etiam notis à paraphrenitide separatur. Cùm autem bilis flaua, quæ phrenitidis causa est, in atram degenerat, & absoluta alteratione πύοτις & μικραίνης ἀλλ' ὅσ' σώματι qualitate ipsius toti cerebri corpori permixta confusaque ecstasis cum silentio producitur, in illo generationis tractu, primùm quidem melancholica desipientia, deinde ferina existit. Quibus itaque mens è sua sede dimota est melancholico modo (sic enim vocat ὁ δὲ ἐξιδάμυρος μελαγχολικῶς) siquidem sine febre sint, & cum pulsu magno, phreniticis non esse manifestum est, tamen & contremiscant, & os tenui spuro plenum continenter habeant. Multo minus dubitandum eos esse qui cum febre ita affecti sunt, vt in ferina phrenitide. Qui verò cum silentio & tremula manuum motione ab hæcetica intemperie & virtutis langore insaniunt, de his meritiò quaeritur, an sint phrenitici. Vix enim etiam medicis tales esse videntur, licet phreniticæ alterationis finem sint assequuti. De quibus quia dictum est alibi copiosè, repetitione non est opus. Sunt autem duo alia signa phrenitica πηυαλισμὸς, & ἀναχρέμεις, quæ tantùm inter se differunt maioris & minoris ratione. Nam πηυαλισμὸς nihil est aliud, quàm πύον πολάμεις, frequenter spuere, & os assidue sputo aut saliuâ plenum habere sine tussi, excreatione, aut vomitione. In ἀναχρέμειν vehemētor motus est, materia crassior, è profundiore loco eductio. Quia autem vtriusque in phrenitide non solum melancholica, sed alia qualibet, eadem ferè causa est, ita inde prælagium instituemus. Videndum enim, num qui frequenter sputat, aut excreat, aliquid educat. Nam si educit, à distillatione id esse potest ob ea, quæ in os per narium foramina confluunt, glutinosumque sputum apparet à calida & sicca cerebri affectione, quemadmodum vbi respirationis robur externum quidpiam attraxerit, meatibusque in ipsis tum adhæserit, tum impactum fuerit. Quomodo neque frequens sputatio, neque excreatio inter phrenitica signa numer

numerantur. Nam neque cum phrenitidis causis communicant, neque eam efficiunt, neque vi illius excernuntur. Hippocrates autem semper excludit ea, quæ ab externis causis principium ducunt. Frequens quoque sputatio in sanis oritur ab ore ventriculi, cum nimio humore mader, & imbecillum est, aut ab humidioro cerebro, aut oris partibus, è quibus humiditas superflua exprimitur. Has itaque causas excipere oportet, licet rarò in phrenitide morbo siccissimo & cum lingua exusta appareant. Si ergo absque his sputum exit, vel magnitudinem inflammationis cerebri ostendit, è qua in os ichor exudat haud absimilis tenui lachrymæ, quæ ex oculorū inflammatione manat: vel vomitum futurum prænuntiat propter membranæ continuitatem, quæ ori toti interno, faucibus, stomacho & ventriculo communis est per Aphorismum, Si in phreniticis frequēs cum refrigeratione sit screatus, nigra reuomuntur. Cerebri autem malè affecti signum etiam esse alio Aphorismo docuit. In phreniticis principio simpliciter & clementer habere, sed crebro permutari, malum id est. Mala quoque & frequens sputatio. Sin verò nihil educitur, sed absque causa æger frequenter & indecorè consputat, id læsam mentem denunciat, præfertim si aliud quodpiam signum adfuerit, quia omnis actio voluntaria, quæ præter decorum & necessitatem fit, phrenitica inter signa numeratur per alium Aphorismum, Screatus frequens, & si aliud quodpiam signum affuerit, sunt phrenitica. Cæterum in morbis thoracis πύον Hippoc. vocat proprie sputum coctum: πύον verò, quod crudum est, aut prauum.

1. Proth. 30

1. Proth. 12.

## XX.

Οἱ ἐκπύοντες, ὀξείως ἐπιπυρέξαντες, φρενιτικοί γίνονται.

*Qui mente moti sunt, si acutè insuper febricitauerint, phrenitici sunt.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Eκπύοις, cùm sit vehemens delirium, vehementem quoque causam ostendit, & iam grauius læsum principium. Si ergo noua iniuria accesserit, febris videlicet vehemētor, inde quoque cerebrum grauius lædi par est, vt quod antea intermittebat, & minus vrgebat delirium, iam perpetuum ac vehemens euadat. ὀξείως melius annectatur sequenti dictioni.

## DESID. IACOTII COMMENT.

PRimùm illud dictum est, quomodo ἐκπύοντες dicantur fieri phrenitici, quasi ἐκπύοις, quæ vehemens & ferina, aut silens phrenitis est, vt à Galeno definitur, sit signum phrenitidis, non autem phrenitis. Deinde an vox ὀξείως annectenda sit priori dictioni, an posteriori. Nam vtrūque dici potest, & οἱ ἐκπύοντες, ὀξείως, qui mente moti sunt acutè, & ὀξείως ἐπιπυρέξαντες, qui acutè insuper febricitauerint. Quæ vt intelligantur, à notione vocis ἐπιπυρέξαντες exordienda est demonstratio. Non enim insuper febrere idem est, quod febrem augeri, sed febrem, quæ desierat, redire, & ἰδίᾳ significante iteratam febris accessionem, & recidiuam. Quod Galen. confirmat his verbis, ἰδίᾳ ἐπιπυρέξαντες, ἢ, καὶ πρότερον αἰσάν, διπλῶς ἐξέκασαι, ὀξείως πυρέξοντες ὕστερον παύεσθαι, καὶ ἀπείτα πάλιν ὀξείως πυρέξαι σὺν ἰσθῶτι, hoc est, per verbū, superfebricantes, ostendit prius eos, qui mente aberrarunt acutè, febrere: postea desinere: deinde rursum ex reuersione febrere cum sudore. Est ergo sententia generalis. In reciduis quæ ab humoribus sunt quantitate, aut qualitate superfluentibus, easdem partes affici, quæ prius, propter imbecillitatem. Qua propositione hæc prior est, Redundantem humorem in partes affectas confluere. Ex his efficitur, Eum, qui prius vehementer insanierit, atque inde euaserit, si relabatur, ac insuper febricit acutè, iterum phreniticum futurum. Nam cùm ab initio copia biliosorum humorum, & acrium in cerebrum rapta phrenitidem vehemēte attulerit, per μετασθένωσιν transluxit in aliam partem, ob idque desit phrenitis. Si itaque

1. Proth. 15

ex iisdem humoribus accesserit recidiua, in affectum locum recurret biliosorum co-  
 pia, ita ut phrenitici fiant per *παλινοφορμίαν*. Constat enim recidiuas fieri multis  
 modis. Primum manente eodem humore morbifico, qui tantum locum mutauit.  
 Deinde portione aliqua relicta per imperfectam crism, ut in Anaxione. Atque hæc  
 fit ordine dierum criticorum, & natura reliquos humores aggrediente ac conquo-  
 quente, nec periculosa est. Tertio redeunte humorum putredine, & natura superata,  
 ut in Hermocrate. Quarto ab errore in victu aut aere. Hic autem Aphorismus ve-  
 rus tantum est primo modo, & interdum tertio. Proinde addidit *ἄλλοις* acutè, quod  
 in cæteris non ita acuta sit recidiua, aut non ab eodem humore fiat, sed alio per  
 congectionem cumulatam & putrentem. In Proxhetico scribit reuersionem fieri cum  
 sudore. Nam omnis febris *ἄσβολή*, hoc est, ingressus cum sudore, aut alia excre-  
 tione, siue ab initio, siue in recidiua, plenitudinem significat. Perinde ac si diceret.  
 Quæ sunt in humoribus *περιττὰ* superflua, in affectas partes sæpius feruntur. In hac  
 recidiua humor prauus est tum qualitate, tum quantitate: quod ostendit febris in-  
 gressus cum acumine & sudore. Feretur ergo in cerebrum, quod ex antecedente ve-  
 hementi phrenitide affectum esse constat. Vbi illud quoque obseruandum, *ἐκπύριον*  
 non semper significare confirmatam phrenitidem, sed eam etiam, in qua nondum  
 obfirmatus est acris & biliosus humor. Mira enim est huius præpositionis (*ἐκ*) apud  
 Græcos efficacia. Nam cum significet locum, cuius terminus est duplex, interdum  
 refertur ad eum, quem Philosophi vocant terminum ad quem: interdum verò ad  
 eum, ex quo. Priore modo perfectionem & alterationis finem includit, ut in ecstasi  
 silente: posteriore exprimit naturam, ex qua res egrediuntur. Itaque *σπίς* constan-  
 tiam mentis indicat: *ἐκπύρις* verò vel extractionem mentis extra naturam & con-  
 stantiam suam, ut amplius non sit apud se, nec ad se redire possit: vel egressionem à  
 natura sua, cum è potestate eximi incipit vi morbi. Prius enim fit *ἀλλοίωσις*, quàm  
*ἐκ*. Illud ergo, *τὸ ἐκ*, nota est formæ ad priuationem, ut cum dicimus, ex homine  
 cadauer: hoc verò, termini motus & priuationis ad formam, vel habitum. Quemad-  
 enim ex non musico fit musicus, ita ex non phrenitico fit phreniticus. Atque hac  
 ratione *ἐκπύρις* duobus modis dicitur ab Hippocrate. Præterea notandum huius  
 Aphorismi conclusionem non habere *τὸ διαικίης*: sed tantum *τὸ πλεονέκῃς*. Non  
 enim necessariò & perpetuò ita accidit, sed ut plurimum.

XXI.

Οἱ φρενιτικοὶ βραχύποτοι, ψόφος καὶ γαπίδμοι, τρομάδες ἢ πασμάδες.

*Phrenitici rarius bibentes, & quod bibunt cum strepitu deglu-  
 tientes, in tremorem vel conuulsionem incidunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**B**ραχύποτοι vel extincta animali naturalique appetentia & intemperie ficcio-  
 re, vel laborante mente. Quod etiam contingit sanis altioribus animi motio-  
 nibus occupata mente. Hæc eadem sententia in Proxhetico, varia tamen lectio-  
 ne, quod ex commento Galeni intelligas. At *ψόφος κατὰ πύριον*, improprie dictum  
 Galenus putat, cum melius dicatur *ὅτι ἂν ἂν ψόφος κατὰ πύριον*. Verbum enim depo-  
 nens est *κατὰ πύριον*. Quos igitur strepitus comprehendit. Quid autem *ψόφος*, am-  
 biguum in hoc ægro. Galenus ad tumultuosum pauorem & terrorem referre vi-  
 sus est, qui similiter iis, quibus derepente occurreret nec expectata fera, aut vehe-  
 mens tonitru aliud cogitantes subito audiant, terrentur atque ita perstrepat. Non  
 absurdum videtur nobis ad strepitum potus descendens referre, quasi velit pa-  
 rum bibentes, & siquid biberint, strepitum edentes, dum descendit potus. Sic enim  
 maximè conuenit ratio. Nam phrenitis morbus calidus & siccus, qui plurimum  
 resiccat corpus. Siccato igitur plurimum œsophago strepitus quidam auditur. Id  
 sæpius annotat Hippocrates, ut lethale signum, & vulgus annotat. Eius autem du-  
 plex

plex causa est: siccitas vehemens œsophagi. Nam ubi per angustum canalem &  
 siccum liquor mouetur, sonitum strepitumque facit: per humidum non ita: stre-  
 pitus enim in sicco. Vnde pueri vesicas siccant, ut edant strepitum iniectis pis-  
 sis. Streptus autè humido retardatur. Itaque in Cydis filio *καὶ ὅποτε πίει κατίοντος ἐς  
 τὰ σίδεα, καὶ τὴν καλίην ψόφος, οἶος καὶ χαρδῶδες*. Cum biberet, strepitus descen-  
 dentis potus in pectus & ventrem audiebatur, ut Chartadi, cui paulò post, inquit, *ὡ  
 πίνοντι τὰ τὸ ψόφος κατίοντος τὸ πόντος*. Et in Theodori vxore, *καὶ εἰ ψόφοι τῆ  
 πινόμεν μεγάλοι*. Altera causa, flatus potui occursans, & spiritus. Ac sæpe fit, ut in  
 pueris & audius bibentibus id accidat præcipiti acto potu & occursante spiritu, nec  
 paulatim fracto. Si verò ad terrorem tumultuantem referas, melancholicum si-  
 gnum est, quia iam videlicet è vaporibus atræ bilis & melancholix, formæ quæ-  
 dam & spectra animi offenduntur. Cur ergo audaces phrenitici? Quomodo ex ti-  
 mido audacè agitata feruidaque bilis: ita hæc adusta ex audace pauitatem ægrum  
 efficit. Quod & varia ratione corporum, quia hoc incitat & calefacit, hoc refrige-  
 rat humorem, dixit Aristoteles. Sed cur in eodem ægro modò metus, modò auda-  
 cia, modò risus, modò lachryma? Multiplex materia id efficit. Nam ut in febribus  
 hæc materia celerius, illa tardius putridum calorem concipit: ita hic humor citius  
 aut tardius in atram bilem & melancholiam degenerat. Estque cum pars materiæ  
 feruet atque vratur: est cum iam vsta est. Atque hæc pauorem, lachrymas & alia  
 id genus: illa risus, audaciam & alia excitat. Quod sequitur *τρομάδες*, vel aucto  
 quidem vitio *πασμάδες* à siccitate fit. Conueniunt ergo omnia siccitati strepitus,  
 tremor, conuulsio.

DESID. IACOTII COMMENT.

**P**hrenitici *βραχύποτοι*, id est, sitis expertes dicuntur, vel qui non appetunt po-  
 tionem, neque requirunt nisi fortasse paucam & per longiora interualla: vel  
 qui omnino etiam respuunt, tametsi summa potionis necessitas, & sitis continens  
 causa appareat ob febre calidissimam & siccissimam: linguæ asperitatem: & hu-  
 moris inopiam in ventriculo, sine distillatione è cerebro, aut vlla alluuatione, quæ  
 sitis causam lenire potuerit. Huius symptomatis duæ sunt causæ. Oblitio mente  
 lesa & spiritibus in partem affectam distractis per Aphorismum, Qui ab aliqua cor-  
 poris parte dolentes dolorem ferè non sentiunt, iis mens ægrotat. Altera est extin-  
 ctio facultatis sentiendi & appetendi in ore ventriculi per resolutionem humidi  
 primigenij à calore febrili. Hoc lethale est semper: illud vti plurimum, ut signa &  
 causæ. Signa quidem eorum quæ diximus. Causæ verò quia cum in summa hu-  
 moris inopia, & caloris copia non bibant, neque humidum alens distribuitur, ne-  
 que ex eo succus exprimitur, & celerrimè ac magis vruntur humores, tandè-  
 que exhausto humido primigenio tum potionis defectu, tum febrili incendio par-  
 tes neruosa conuelluntur, aut propter summam facultatis animalis infirmitatem in  
 tremorem incurrunt, quæ duo vehementissimæ phrenitidis finiunt modum, ut sæ-  
 pe dictum est. Nam etiam sine phrenitide abstinentiam à potione in siccitate &  
 ardore hectica & marasmi causam esse Galenus docet. Distinguitur autem causa  
 hoc modo. In extinctione sensationis non solum non appetunt, sed etiam respuunt  
 omnem potionem, idque ferè fit constante mente, progresso iam morbo, & post  
 vehementissimam sitim, quæ sine causa manifesta sedata est, quod in Hermocrate  
 notat Hippocrates, Toto (inquit) tempore cibos auersabatur, mente constabat,  
 loqui non poterat, lingua superarida, non sitiuit, dormiuit parum, comatosus. Lin-  
 gua igitur arida necessitatem potionis ostendit: mentis constantia extinctionem  
 sensationis. Confirmant iudicium loquendi impotentia, coma, ciborum auersio to-  
 to morbi tempore. In celeri obliuione symptomata non ita graua comitantur, mi-  
 nus periculi subest, atque interdum phrenitidæ antecedit, interdum sequitur, bi-  
 buntque aliquando, quemadmodum qui magnum & rarò spirant. Quod sequitur,  
*ψόφος κατὰ πύριον*, Galenus interpretatur, qui quouis strepitu perterrentur, atque  
 exiliunt, haud secus atque meticulosi audito ingenti tonitru, aut propè conspecta  
 fera. Quod melancholicæ phrenitidis signum est, in qua bilis flaua in atram dege-

9. Methodi.

nerat, & summam cerebro affert siccitatem. Nam siccitas celeris apprehensionis, ater color terroris causa est. Spiritus enim incendio agitati tum in cerebro, tum in corde tremulum ac subsultantem aërem externum, simulque exhalationem internam & celerrimè recipiunt, & facilimè sequuntur. Ita fit, vt quicquid increpuerit, melancholici maximè pertimescant. De strepitu descendens potus alibi dictū est.

## XXII.

Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι νεανικῶς τρομάδια, θανάσιμα.

*In vehementi phrenitide tremores mortiferi.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Νεανικῶς dixit σφοδρῶς, γενναῶς, vel ἰχυρῶς: aut quia iuuenum more tumultuosius & insolentius, ferocius denique sese gerāt. Itaque in vehementi phrenitide & admodum turbulenta, affectio calida & sicca, febris vehemens, commotio multa, vigilia, abstinentia, potus & cibi plurimum rescant nervos, atque hinc tremor lethalis, quod θανάσιμον hoc loco: in Prorrhethico πλεῖστη dixit. Iusta igitur ratione phrenitidi vehementi tremor succedit, ἐπιγίνημα lethale.

DESID. IACOTII COMMENT.

SVperius dixit, Insanientibus melancholico modo tremores incidentes, malignum. Alio loco, Insanientibus melancholico modo, siquidem tremores superuenerint, malum. In Prorrhethico, Phrenitica vehementer tremencia finiuntur. Hic verò lethale. In omnibus agi de vehementi phrenitide Galenus voluit, quæ fit per alterationem cerebri à bile flaua exusta, & in atram degenerante, vnde insania melancholica, ferina, & cum silentio. In singulis tremor fieri potest, at non semper. Non enim siccitas omnis neruorum, neque omnis infirmitas tremoris causa est, sed quæ in excessu summo. Quare solas vehementissimas phrenitidas consequitur hoc symptoma. Nempe (ait Galenus) neruorum infirmitates propter affectionis siccitatem, phreniticis diutissimè insunt. Exoluta autem virtute tum vigiliis, tum motionibus multis, simul verò & neruis supramodū arefactis, tremores fiunt. Hoc igitur lethale est necessariò. Verum initio morbi ab oppresseione, aut translatione humoris biliosi malignum tantum, aut etiam simpliciter malum dici debet, vt in Pythione. Præterea tremor (ait Auicennas) & saltus membrorum cum ipsa, & ante ipsam, denunciant ipsam. Sic ex distinctione causæ & temporum morbi de tremore prælagium instituendum, exceptis etiam causis externis, fame, lassitudine, vigiliis, curis, immoderata venere, quæ non sunt phrenitidis ἐπιγίνεματα.

## XXIII.

Αἱ περὶ ἀναγκῆα παραφροσύναι, ἄκραι. αἱ ἐκ τούτων παροξυνόμεναι, δλέθριοι.

*Deliria circa necessaria pessima. Quæ ex his exacerbantur lethalia sunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

QVæ dicat ἀναγκῆα non ita cōstat. Nam cum omne delirium error sit animæ: error autem vel circa necessaria, quæ ἀναγκῆα dicunt: vel opinabilia, quæ δόξασα. At cum in sanis tolerabilior sit error, qui circa opinabilia, grauior circa necessaria: in ægris quoque idem contingere videri possit. Aliter quoque necessaria dicimus res graues & serias, in quibus omnino error grauior est, quam in leuibus nulliusque momenti rebus. ἀναγκῆα denique vel necessaria, cibus, potus. Siquis igitur errore mentis, qui cibus suauissimus sit, fœtidum pestilentemque iudicat:

dicat: si à potu, qui admodum necessarius est, quasi à veneno abhorreat, duplici ratione is error pessimus est: tum quia signum lesæ mentis, tum quia ex eo errore alius necitur, quod fame & inopia vires dissoluantur. αἱ ἐκ τούτων. Iusta ratione quod pessimum dixit, si ingrauescat, lethale fit, ingrauescere autem deliria.

DESID. IACOTII COMMENT.

HVIusmodi propositiones, quæ & rebus & verbis ambiguae sunt atque obscuræ, nihil planè docere, & in varias interpretationes distrahi posse author est Galenus, & res ipsa testatur. Non enim quicquam ex harū intelligentia cognoscimus sed quæ intelligimus, ea ipsis accommodanda sunt non sine periculo reprehensionis, ab his, qui contorta & aculeata sophismata ex verbis captant, verbi gratia, τὸ πρὸς particula est loci, temporis, causæ & obiecti: ἀναγκῆα verò & quæ eodem modo semper se habent, & violenta, & res naturæ necessariae, potum, cibum, somnum, quietem, aërem, motum, excretiones vrinæ & alui serua & cum studio coniuncta significant. Circa quæ ex his deliria sint pessima & quomodo, concessum est cuique coniectari. Ex his tamen, quæ in ægris apparent, deliria grauisima esse constat, in quibus ægris res vitæ necessariae, id est, sumenda, facienda, & excernenda non sentiunt, aut non appetunt, aut non ferunt. Sunt enim signa & causæ. Ac signa quidem grauius oblesæ mentis, & omnium principum facultatum, quæ quò plures lesæ sunt, eò maius periculum denunciant: sæpe etiam extincti sensus partium naturalium. Causæ verò, quia non modò causis morbificis ægri opprimuntur, sed eorum etiam egestate atque indigentia resoluuntur, sine quibus vita retineri non potest. Hos Hippocrates οὐ παροξυνόμενος vocat, quibus nihil persuaderi potest, vt in muliere in Cyzico, σιγῶσα, σκυθρωπή, καὶ οὐ παροξυνόμενη, tacita, feuro vultu, & imperuassibilis. Tales sunt, qui exiguo vtuntur potu, & à cibo ita abhorrent, vt ne mentionem quidem horum fieri sustineant, labra mordent poculorum & coclearia, siquis cibum immittere velit (quod Aurelianus in perniciosis ponit) lucem refugiunt spiritus animalis inopia, vigiles resoluuntur, oblati necessariis percillantur. In vniuersum periculi vis pendet ex humoris malignitate, facultatum plurium grauiore offensione, cerebri maiore alteratione, & rerum vitæ necessariorum negligentia. Quò autem magis exacerbantur, eò perniciosius. Grauium enim signorum perseverantia & exacerbatio fatiscentem naturam, & morbum ingrauescentem ostendunt, vnde confirmatur mortis prælagium.

## XXIIII.

Αἱ παρακρέσιες, φωνῆ κλαγγῶδες, γλώσση σπασμαδῆες, καὶ αὐτοὶ τρομάδες γινόμενοι, ἐξίστανται. σκληροσμός τούτων δλέθριον.

*Errores mentis cum voce clangosa, conuulsa lingua, siquidem ægri in tremorem incidant, vehementer insaniunt. Durities quoque his lethalis.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

HOC modo in Prorrhethico αἱ παρακρέσιες σὺ φωνῆ κλαγγῶδει γλώσσῃ σπασμοῖ τρομάδες καὶ αὐταὶ τρομάδες γινόμεναι. Vbi prima vox τρομάδες videtur delenda, vt αὐταὶ τρομάδες ad vocem linguamque referantur. Est itaque coitio hæc admodum grauis. Ac primùm quidem vox κλαγγῶδης, neminemque vidi ab hoc mortali signo seruatum. Est autem subrauca, sed acuta ferè & sonora, grauis aliquando. Similis refertur, siquis in fidele siccum, aut cauum edificium caput immittat, atque inde loquatur. Vulgò redeuntes animas mortuorum ea voce confingunt. Damnatur in Prorrhethico δρυφονία κλαγγῶδης in vxore, Hermozgi, in Prorrhethico: In Theodori filio: in Epid. ea vox notatur. vterque obiit. Fit autem non vt rauca madente multo humore interiore arteria: sed squalescente. Quòd si squalor is augetur, iam fit κλωδμῶδης lucida appetente morte, & ferè conuulsione

uulsiōne maximè earum partium, quæ respiratiōni inseruiunt. Vnde ἀναπνοῆ κλαυθμώδης: offensus respiratio dicitur Hippocrati. Nam & lugentibus pueris magis in medio luctu & lachrymis sepe offensus respiratio. γλώσση ασπασμώδης. Conuellitur lingua variè, vt videlicet varios habet motus intrò, foras: sursum, deorsum: in latera. Sed ad radicem ferè reucllitur, vt exeri non possit. Iam iniuria principij vicinis distributa musculis linguæ pafsis. Sæpe & hi balbutiunt impedito linguæ motu. καὶ ἀντοί. Videtur referre προμώδεις ad ægros, author Prorrhethici ad linguam & vocem. Ac iam affecto principio & vicinis partibus reliquum corpus persensciscere, vitium persimile est. Atque tremoris causæ cum antea nullæ sint notatæ, hic ariditas in causa est, & inde imbecillitas. σκληροσμός quoque hoc indicat, qui siccitatem sequitur, squalorémque corporis, quem ἀνασμὴ dixit libro de humoribus. Ac de duritie hac multa prius annotata. ὀλέθριον ἐλεθριώτατον rectè quis sumpsit. Subaudiendum autem ἐπιγένημα, σύμπτωμα, aut aliquid tale.

DESID. IACOTII COMMENT.

Superioribus Aphorismis phrenitidis vehementissimæ ἐπιγένηματι maligna complexus est, feritatem, silentium, tremorem, conuulsionem, rerum ad vitam necessariarū extinctam sensationem. Hic verò alia ponit σιωπῆσθροντα pathognomoniconū effecta, quæ magnitudinem & genus affectionis ortis & coniunctis communicatæ denuntiant. Horum demonstratio repetenda est ex his principiis generalibus, Principiis alteratis necesse esse alterari omnia, quæ ex ipsis nata sunt, & Qualitate fortius immutari propinquiora. Ex quibus Galenus axioma medicum conficit in lib. de articulis, Quæ sunt proxima, & communia primò & maximè affici. In Prorrhethico verò particulatim descendens ad signa phrenitidis, ita scribit, Quæcūque signa siccitatis in vicinis capiti instrumentis existunt, aut quamuis cum eo societatem habent symptomata, ea quoque & futuram desipientiam denunciant, quia sunt signa generis, cuius ambitu phrenitis continetur, vt sitis, quam hæc nec propria, nec necessaria sunt. Artificiose autem & certius alio loco, Omnia symptomata, quæ ob siccitatis capitis intentionem fiunt, mentis motuonem subesse indicant. Inflammato ergo & grauiter calefacto atque exiccato neruorum principio, neruos cum suis musculis primos ac proximos resiccari, nec, vt ante facultatem à cerebro recipere consentaneum est, partèsq; proximas in consensum trahi, oculos, faciem, linguam, laryngem, asperam arteriam, ceteraque tum vocis, tum sermonis instrumenta. Coafficiuntur autem duobus modis, in propria ipsarum substantia, & in facultate motrice. A calore enim siccitati iuncto (nam siccitas per se causa actiua non est) exhausto humido primùm resiccantur eiusmodi partes: deinde exasperantur: postremò indurantur & couelluntur. Ita fit, vt si ad musculos claudentes vel aperientes guttur affectio perueniat, vox ladatur pro affectionis ipsius modo. Nam immobiles ἀφωσίαι faciunt: difficulter moti aut conuulsi aut palpitantes aliam vocis lesionem afferunt. Idem iudicium de aspera arteria, & partibus vicinis. Facultas autem animalis ob eandem intemperiem infirmata, causa est obscuræ ac paruæ vocis, & tremulæ. Vox itaque clangosa in phrenitide, ex siccitate, quæ asperæ arteriæ à cerebro cōmunicata est, ortum habet. Nam quemadmodum humida corpora raucam vocem edunt, ita sicca claram & sonoram. Siccatur autem tunica interior asperæ arteriæ, quæ naturaliter leui humiditate irrigatur, & quasi æquatur. Hinc vox primùm asperior, deinde clangosa & canora, tertio κλαυθμώδης, luctuosa. Interrumpitur enim, vt in flentibus pueris, quia moratur in transitu inæqualiter tum propter asperitatem organi, tum propter virtutis mouentis infirmitatem. Itaque tantò difficilior est, quàm clangosa, quântò maiorem indicat affectionem. Differt autem ab acuta, quia siue grauis, siue acuta fuerit, canora est, inæqualis, & intercisâ. Non est autem phrenitidis proprium signum. Nam & aliis in morbis reperitur, nec perpetuò phrenitidi inest. Ob idque in vniuersum scripsit in Prorrhethico, Vox clangosa mala est. Prauitatis autem gradum ex causæ magnitudine conficere licet. Galenus siquidem in lib. de Arte parua scribit, aduentitiis temperaturis ferè non mutari arteriæ vel gutturis natura

2. Prorrh. 3

2. Prorrh. 19

ris naturalem amplitudinem, nec proinde vocem. Quare vehementem mutationem fieri in corpore oportet, quæ vocem siccitate lædat. Facilis enim est ab humorum illapsu, mutatio. Cum hæc scriberem, ex voce clangosa & graui presentibus quibusdam fide dignis, affirmavi ægrotum, qui ad nos venit, suffitu ex cinabrio vsu fuisse. Qui cum initio negaret, tandem fateri coactus est. Quod sequitur, de conuulsiōne e linguæ, & tremore Galenus in Prorrhethico ad conuulsiōnes linguæ tremulas, & voces obtremiscentes refert. Ita enim ibi scribitur, Vacillationes mentis cum voce clangosa, linguæque conuulsiōnes cum tremore, & voces ipsæ obtremiscentes, mentis indicant alienationem, duritièsq; his pernitiōsa: & Aphorismo sequente, Lingue obtremiscentes signum non constantis mentis. Tremor autem accidit lingue, debilitata animali facultate propter siccam prædictæ affectionis intemperiem. Conuulsiō verò contractis ab eadem siccitate musculis linguæ & neruis, quos à septima coniugatione recipit, propter vicinitatem & societatem consentientibus inter se, cerebro, lingua & aspera arteria. Patiente siquidem cerebro, calidæque existente affectione lingua exeri non potest, sed intrò, aut ad latera reucllitur, nec quiescit. Nempe vt frigidum (ait Galenus) tum stabilia, tum retarda, tum immobilia ea efficere, in quibus moram facit: sic calidum semper mouet & non sinit quiescere. Eadem ratio vocis tremulæ. Vt enim lingua sermonis, ita larynx vocis instrumentum est. Hæc igitur omnia & aridioris cerebri, & vstionis humorum signa sunt, proindeque non constantis mentis, & vehementis phrenitidis, cuius tamen propria non sunt, sed per sympathiam (vt scribit Galenus) compatientium alteri cuidam primùm patienti, vel propter vicinitatem, vel propter societatem, quæ in ea sunt, partium. In omnibus autem his durities pernitiōsa, & cutis in fronte tensa dura & scabra à resolutione spiritus, sanguinis, & humidi primigenij, de qua dictum est libro primo, propter immoderatam eam, quæ in cerebro facta est, siccitatem & marcorem quem Galenus vocat μαρσμοῦ πῶδι φρυγῆ.

I. Prorrh. 19. 16

XXV.

Αἰ προεξιδωατησάντων παραφροσύναι, κακίται.

Qui iam fractis viribus delirant, pessimè habent.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Δυσαιμία in morbis fiunt initio quidem resolutis aut oppressis viribus. Malignitas morbi resoluit: copia opprimit. Quomodo in Epidemiis dixit, In læthalibus ardentibus incipientibus ἀδύμωνες, id admodum lethale, quia oppugnata morbo natura statim succumbit. A copia minor metus est. Fit aliquando, vt paulatim natura vincatur longitudine morbi, aut quia diebus aliquot pugna inita contra morbum paulatim exoluitur. Si ergo in affectis viribus naturali & vitali accedat quoque delirium, certissimum indicium laborantis animatæ virtutis, quid (quæso) spei reliquum esse potest? Nam cum triplici arce potestas vitæ sita sit, si iam captis & dissolutis vna atque altera, tertia capitur, quid aliud quàm desperatio esse potest? Id sæpe contingit, vt iam morientibus, fractis viribus, deliria moueantur, quod & vulgus annotat. Est autem in voce προεξιδωατησάντων ἀδύμωνες: quædam per vocem ἐξ, quæ vt κατὰ, πῶδι, ἀμφι, & aliæ id genus particulæ adaugent. Eiusmodi autè deliria sæpe fiunt imbecillitate virtutis, quod senibus quibusdam çtas adferre solet. Potest & malignitate morbi humor in cerebrum rapi. Potest & vini potione, & acri vapore, & carbonū exhalatione, & recens inducto conclauis calce, cōsperfis herbis multum odoratis, aliisque id genus, minori quidem periculo, graui tamen vbi iam vires fractæ sunt. Addit in Prorrhethico οἶον καὶ θρασύνοντι, velut Thrasynonti. Solet autem in particularibus sermonibus nomen ægri adducere, vt notato nomine inde requiratur, num vniuersale constitui possit. Sic enim notatis exemplis multis theoremata medica, & vniuersales sententias constitui necesse est. Quod efficit vt nec contēnendum, quod semel visum fuerit: sed postea longo vsu animaduertendum, an id rarum, ambiguum, vel ὡς παλάμι. Notat aliquando nomen

nomen ægri in iis, quæ re vera rara sunt: in Epidemiis qui seruati cum in declinatione aquosâs vrinas mingerent: qui è viris similes feminis facti. Nomen quoque ægri ad firmandam memoriam interdum scribitur. Sed ad rem. Si phrenitica ea affectio, si vigilia comes, εὐπνομοί, celerius dissoluuntur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Commune præceptum est, & tanquam axioma medicum, Omnem magnam & vehementem affectionem cum infirmitate virium lethalem esse, vt peripneumoniam, pleuritidem, anginam, aphoniam, catochen, & similia. Ratio est, quia si ne ex ipsis quidem, qui viribus valent, omnes seruantur, perspicuum est ex his, quibus vires prostratæ sunt, seruari posse neminem. In dictione ἀποεξάλωστος ἀνθρώπων particula πρό antecedentem infirmitatem: τὸ ἐξ tractum temporis & infirmitatis gradum significat. Nā cum vires aut sine causa manifesta deiciantur, vt in magna intemperie principum partium, colliuatione occulta, & opprefsiōe à validis causis: interdum verò cum causa manifesta, vt longitudine morbi, sæpius tentata crisi per sudorem, vacuatione conspicua humorum & dissipatione spirituum: illa quidem infirmitas celeriter necat: hæc diutius perseuerare, aut celerius restitui potest. Quocunque tamen modo inciderit, cum ad summum peruenit, minimis etiam succumbit. Nullum igitur grauiorem morbum, nullum symptomata, nullam excretionem, aut abscessum siue criticum, siue symptomaticum ferre potest, vt alibi demonstratum est, multò minus delirium, præsertim quod ortum habet à phrenitica affectione in cerebro. Aliud enim est πρόσκαιρον temporarium, à causa externa, vt carbonum igne, vini potione, domo recens calce illita, vt Galenus scribit, & à perturbatione spirituum ac vaporibus per accessiones febrium, quod periculosum quidem est cum virium infirmitate, non tamen lethale, vt prius. In phrenitide verò nulla spes salutis relinquitur duabus de causis. Vna, quia facultas infirma, quæ sibi vix satis esse potest, externis iniuriis præsertim grauibus non resistit, multò minus coctioni morbi sufficit. Altera, quia phrenitis vires etiam robustas celerrimè prosternit tum vigiliis, quæ non minus eas dissipant, quàm euacuationes manifestæ: tum variis corporis motionibus & inopportunis. Succedit etiam interdum leue delirium & mentis veluti vacillans agitatio defectui virium ab inanitione. Vt enim in membris ob virtutis motricis infirmitatem motio fit imbecillis & praua: ita in cerebro collapsa animali facultate, actio mentis atque agitatio manca quodammodo est. Quod genus delirii nunquam vehemens esse potest, & post immoderatam hæmorrhagiam habet minus periculi, modò ne conuulsio accedat per Aphorismum, A sanguinis profluuii desipientia, aut conuulsio, malum. In his autem, qui acuta febre dissoluti sunt, imminentis mortis indicium est. Nam ad spirituum inopiam accedit immedicabilis cerebri intemperies. Cuiusmodi deliria in morientibus vulgus etiam annotat.

7. Aphor. 9

XXVI.

Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι πυκνὰ μεταπίπλοντα, ἀσασμάδεα, πόνηρα.

Vbi varij casus subinde incidunt phreniticis, prauum & conuulsionem denunciat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Exposita est hæc sententia.

DESID. IACOTII COMMENT.

Decimo septimo Aphorismo huius μεταπίπλοντα damnauit in principio morbi, in qua fit ex bono ad malum transitus, & rursus ex hoc ad naturalem habitum regressus ἢ μεταφύσιν per transfusionem humorum turgentium à partibus

tibus nobilibus ad ignobiliores. Prouidèque vsus est vocibus φέρησι, & τοῖς ἐπι- κεινῶς, quæ simplicitatis & clementiæ permutationem significant. Hic verò etiam φη μεταφύσιν speciem in phrenitide explicat ἐκ μοχθηρῶν εἰς μοχθηρὰ, ex prauis symptomatis ad praua, quæ non fit in principio, dum generatur phrenitis, sed cum genita est per traiectionem humoris aut transfusionem ab vna parte cerebri in aliam, in qua species quidem affectionis eadem seruatur, sed pro parte affecta variantur symptomata, modò læso visu, modò auditu, aut olfactu, aut tactu, modò verò facultatibus principibus, memoria, iudicio, imaginatione. Sæpe enim videre licet huiusmodi deliria, in quibus perpetuò delirant ægri, sed modis formisque secundum vniuersa functionum animalium genera variant. Vicissim enim excandescunt, latantur, studiosè quædam faciunt, Rhetor declamat, Grammaticus docet, Poëta suos versus cantat & recantat. Si igitur hæc honestè & pudicè faciat, mox turpia & obscena commemoret, commutatio hæc non ex vitiosis ad clementia, sed ex prauis ad praua est. Cum autem modò vnius facultatis actio læditur, modò alterius, fluxionem humorum in causa esse suspicandum est. At cum ad contraria symptomata in eadem facultate aut parte vicissim facta est commutatio, vt ab audacia in timorem, à siti in sitis vacuitatem, à mingendi voluntate in obliuionem, aut frigore in calorem, vel humor morbificus in aliam speciem degenerat, vt bilis flaua in atram: vel calor natiuus extinguitur: vel mens celeriter obliuiscitur. Exempla colligere licet ex Epidemiis, vt in Dealcis vxore, cui ab initio phreniticæ factæ lachrymæ, & rursus risus. Nono valde delirauit, & rursus firmata est silens. Decimo quarto spiritus rarus, magnus per tempus: rursus breuispiratus. Vice simo verba multa: rursus confirmata est. 21. obiit. Nimirum ob melancholiam tacebat: ob phrenitidem multa loquebatur, bile flaua in atram degenerante. Spiritus magnus ab incendio: rarus ab obliuione celeri: paruus, breuis, & rarus à refrigeratione per extinctionem caloris natiui. Sic in muliere in Cyzico notat Hippocrates modò delirium vehemens, modò firmitatem mentis, & in Apollonio coma & vigilias, qui omnes interierunt. In omnibus autem fieri conuulsio potest, sed neque eodem modo, neque eadem certitudine. Nam cum humor transfuit, pars que vna in alteram à sese, quod superfluum est, expellit, si ab omnibus reiciatur, vt tandem in neruosas partes, quæ proximè à cerebro oriuntur, irruens conuulsionem accersat, verisimile est, eamque per repletionem: quemadmodum si bilis flaua in atram degenerans cerebri substantiam planè immuet, & exhausto humido neruos arfaciat, conuulsionis ab inanitione causa est. Hæc maximè lethalis, illa minus. Vtraque pessima.

XXVII.

Οἱ ἐν φρενιτικοῖσι μὲν καταφύξιος πικρὰ λήγοντες, μέλανα ἔμετον δι- λῶσι.

Quibus phreniticis cum refrigeratione si subinde sputatio nigra, vomitus significatur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Μέλανα ἔμετον in Prorrhethico eadem sententia. In Prorrhethicis ergo qui calido siccoque tenentur morbo, lingua arida & fuliginosa siquidem spuatio fit, vt antè dictum est, vel ea inanis est, è qua nihil excernitur, quod phrenitidis signum est, aut aliquid desudat ex inflammatis membranibus, quomodo lachrymæ in ophthalmiis, & in pleuriticis tenuis sanies, vel deniq; vomitus imminet. Atque inter signa vomitus biliosi notantur ab Hippocrate & cordis morbus, & inferioris labij trepidatio, capitis dolor, & hallucinantes oculi, & alia de quibus postea. Hic ergo vomitionem pronuntiat ea saluatio, quomodo postea dicet. At quemadmodum rigor biliosi in prognostico: ita perfrigeratio nigri vomitus signum est.



Quaquam in Prognostico ubi de bilioso vomitu, καὶ τὰ κἄτω μέρη τῶν σπυγνῶν δόξαι συχρᾶ ἔχει. Hic autem κατὰ φύσιν simpliciter dicit, idque ex obseruatione particulari. Ac πνευματῶν postea scribet in signis vomitionis. Nihil ergo reliqui fit, nisi quod phreniticis multa afflata bilis, & ideo nigra, ac ferè tenuia reuomunt: deinde quod frigus non rigor antecedit.

DESID. IACOTII COMMENT.

aph. 19. huius

DICTUM est ante quid πνευματῶν, πύελον, πύσμα, & ἀναχρέμψις. Præterea sputationem interdum, quaquam rarò, ab alia causa esse posse, quam à phrenitide, in phreniticis. In his autem, quæ phrenitidis efficientia apparent, frequentibus sputationibus si nihil excernatur, iudicium læsum præsignificari: si educatur tenue aliquid, aut à magnitudine inflammationis esse, aut ab imminente vomitione. Interior enim ventriculi tunica quæ ori & gulæ inducitur, materiæ acrioris morfu vellicata, aut frigore, sese contrahit, & labrum inferius concutit: unde quod tenue est, in os exprimitur: deinde excitata natura collectòque ventriculo, quod reliquum est, vomitu excluditur. Sunt autem vomitionis signa multò plura tertio Prognostici, vt capitis dolor ob exhalationem materiæ quæ ἀναρρόπος & menyngas afficit: vertigo tenebriosa eiusdem diffusionem per humores oculorum: καρδιωγμὸς stomachi morfus & vellicatio quædam, cum inferioris labri palpitatione, quæ membranam ab ore in ventrem extensam morderi, vellicari, & concuti indicat. Accedit rigor materiæ biliosæ motu, aut refrigeratio imarum partium & hypochondrij ob caloris natiui ad interiora contractionem, & bilis impetum ad superiora. At in phreniticis, qui sermone explicare ea non possunt, quibus afficiuntur, ex his tantum vomitus prælagiri potest, quæ vel aspectabilia sunt, vel sub tactum cadunt. Talia autem sunt frequens sputatio, & refrigeratio. Cernimus enim (ait Galenus) in phreniticis tenue substantia sputum, quod vt vomitum indicet, est maximè idoneum. Non enim aliàs phrenitidi, quæ siccus morbus est, in qua & sepius lingua siccissima est, superfluere in ore ipso videretur tenuis humiditas. Refrigeratio autem huic adueniens vomendi humoris qualitatem ostendit. Quòd ergo frequens ob sputum vomitus fiet, quòdque ob frigus nigra reuomentur, licet prænocere. Nam pituitam excludi in vehementissima phrenitide consentaneum non est. Ex quibus intelligitur, calorem febrilem, qui humidum consumit, interdum humidum adiucere, ac tribus modis humida apparere in morbis siccissimis. Primum mota excretionem, vt hoc loco. Deinde expressionem tenuis humiditatis. Tertio colliquationem, vel putredinem, in qua in locum humidum naturalis subit non naturale, quo modo Aristoteles scribit, quæ putrescunt, initio humescere, tandem sicari.

a. Proth. 30.

XXVIII.

Τοῖσι ποικίλως διανοσέουσι, καὶ παρακρῆσαι πυκνὰ κωματώδεσι, προσδέχεται λέγε μέλανα ἔμετον.

Qui variè agrotant delirantque, ac sapius somniculosi fiunt, ijs fore pronuncia, vt nigra euomant.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

VARIÈ agrotant, qui vel multiplici morbo, vel variis symptomatis læduntur. Ac in hoc concursu, ubi delirium & coma annotantur, calida frigidæque materia permixtæ videri possunt. Calida delirium parit, somnum verò frigida. Quamquam coma aliquando gigni crassis vaporibus calidis quidem, sed humidis. Potest quoque humor melancholicus aliquando κωματώδες gignere, quam κατὰ φύσιν vocant. Sed cum varia sit materia, & ferè in vomitionibus agitatis humoribus primum prodeat pituita, deinde bilis, postea verò melancholia, mirum est quòd tantum melancholici vomitus meminerit. Itaque obseruationis particularis sit hæc oratio,

oratio, neque tamen sermo vniuersalis. Nec in erraticis febribus etiam si ποικίλως διανοσέουσι, eiusmodi vomitus aut semper aut magna ex parte sequuntur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Ποικίλως διανοσέουσι, variè agrotant vel qui variis morbis implicati & constrikti tenentur propter humorum inæqualitatem: vel in quibus variæ partes simul affectæ sunt, vt ventriculus, cerebrum, hepar, lien: vel cum in eadem morbi specie diuersa symptomata apparent & in diuersis partibus ab humoris maligni erratico motu, aut translatione. Hoc autem posteriore modo sumi ex eo intelligitur, quod scribit de vomitu nigrorum. Eiusmodi est, quod ponitur quarto de diæta in acutis. Nempe in alicuius cruribus orta sint tubercula, eaque non recipiant maturitatem, febricit quoque is (verba Galeni sunt) & suffocationem incurrens ab his liber sit tuberculis, existimabit profectò quis sursum factam humorum, qui crus infestabant, transmutationem, quæ in horum transitu suffocationem homini pepererit. Si itaque talis (vt inquit Hippocrates) euasurus est, profluere per nares sanguis poterit: qui si multus fuerit, morbum soluit: si non, protrahetur morbus, & si reliqua bene fiant, succedantque, rursum ad pedes decumbere huic dolor poterit. Et paulò post, si post hæc symptomata haudquaquam soluta fuerint, reuera iterum ad superiores partes humorum copia, dolores pariet in collo; clauicula, humero & pectore. Vt autem huic omnia hæc absque ratione contigerunt, ita manus tremulas factas esse statuatur, deinde neruorum distentionem, quod ad neruosas partes decubuerit humorum copia, principiumque ipsorum prehenderit. Quod ergo illic Hippocrates permutationem symptomatum variè sese mutuo excipientium fieri interdum scribit ante hæmorrhagiam, ita quoque ante vomitum ab humorum transitu & sursum translatione agros variè agrotare, delirareque & sepius somniculosos fieri hoc loco testatur. Et siquidem talis euasurus est in phrenitide, vomitus nigrorum sequi poterit per Aphorismum superiorem. Sin contra acciderit, periculum est, ne illa μεταρροια humorum transfluxio in conuulsionem desinat per Aphorismum, qui superiorem antecedit. Simile est quod scribitur in Prothetico, Quæ ex lumbis ad collum caputque redundant, resoluuntque paraplectico modo, conuulsua & mentis vacillationem parientia, an & talia conuulsione soluantur: ex his variè agrotant per eadem profecti. Vbi Galenus scribit semel se ita affectum vidisse quendam. Fiebant autem & illi (ait) hæc prægressis lumborum collique & capitis doloribus, manus tota ab his ægrè tum sentiebat, tum mouebatur: sicuti & in dictione dictum est, paraplectico modo, cum non esset exacta paraplegia. Mox superueniens conuulsio sensibiliorem eam atque ad motiones expeditiorem fecit. Placata autem conuulsione sensim deterior reddebat. Deinde rursus tum lumborum, tum colli, tum capitis dolore correptus vniuersam subitamque habebat paraplegiæ in manu aduentionem. Atque rursus postea non parum conuellebatur. Hactenus Galenus. Verùm nullam excretionis mentionem facit hoc loco, vt superiore. Ob idque ita instituendum prælagium. In quibus varia symptomatum mutuo sese excipientium permutatio apparet (ita enim Galenus interpretatur, variè agrotare) si id in principio morbi fiat, antequam humores in aliqua parte obfirmati sint, copiam & malignitatem humorum subesse oportet, quæ ad purgationem inuitat, & vires à morbo superari denunciat, ex quo nulla excretio salutaris expectari potest. Si verò etiam cum his delirent, ac somniculosi fiant, affectio phrenitica cum comate ex pituita & bile metuenda est firmatis humoribus, nisi primis diebus sanguis biliosus & multus sit in causa, vt alibi demonstratum est. In incremento verò & circa statum, cum subito illa varietas, quæ antè non fuit, exorta videbitur, μεταρροια ad caput fieri humorum sursum tendentium certum est, qui si vomitione aut hæmorrhagia excludantur antegressis coctionis signis, & die critico, liberatur æger: sin minus, tantum periculi subest, quantum adiuncta signa ostendunt, aut quantum excretio ab ea, quæ optima est, deficit. An verò vomitus, an hæmorrhagia se-

3. Proth. 26.

cutura sit, ex propriis cuiusque signis praefagiendum. At enim in phrenitide cum iam vires agrum deficiunt, morbusque ingrauescit natura fatifcente critica excretio nec commodè fieri, nec rectè sperari potest. Vel ergo in ea humorum symptomatica motione aeger conuulsus interibit: vel vomitione nigra eiciet, non tamen necessariò neque semper, sed si cum perfrigeratione, & labri inferioris agitatione frequenter conspuet per Aphorismum superiorem. Nam & humorum vstio nigrorum generationem ostendit, & ventriculus cum cerebro afficitur propter nervos, quos insignes inde recipit. Haud absumile est, quod in Prorrhethico scribitur hoc modo: Quibus manus tremulae, capitis cervicisque dolores, subdique fiunt, & nigra dentataque meiuunt, his ventura expectate nigra perniciosum. Sine his distinctionibus ex hac varietate symptomatum nihil turò praefagiri potest.

XXIX.

Τὰ παροξυώδηνα τρόπον πασιμώδεα, κάτοχα.

Qui in modum conuulsionis exacerbantur, catochen inducunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Τρόπον πασιμώδεα dicit, in quo reuulsiones quaedam sunt membrorum, ac velut paruae conuulsiones. Id autem esse non potest, nisi affecto neruorum principio. Itaque metus est ne inde aliae eiusdem principis fistulae consequantur, in quibus κάτοχα, de qua abunde prius. Sunt qui κάτοχα apud Hippocratem catochen inducentia, alij firma & bene haerentia, quaeque non facile dissoluantur, qualis reuera κάτοχα est, interpretantur. Quod autem in vno aut altero vidit, ad memoriam auctor annotauit.

DESID. IACOTII COMMENT.

3. Prorrh. 66

IN Prorrhethico alio modo scribitur hic Aphorismus, Quae conuulsio modo cum catochae exacerbantur, parotidas mouent. Galenus scribit conuulsionem intelligi debere totius corporis, non autem manus, aut cruris, aut alicuius alterius partis. Praeterea conuulsuos affectus appellari, in quibus à principio, aut non multò postea, vbi fieri coeperint conuulsiones, perseuerant ex repletione ortum habentes. Contra verò, quae ex vacuatione post sudores multos, vel vomitus, vel deiectiones, vel sanguinis eruptiones, vel inedia, vel vigilias, vel motiones tum multas, tum vehementes fiunt. Quae enim postea fiunt conuulsiones, euacuationem magis consequuntur, quae verò statim ab initio, repletionem. Ex his ergo cerebrum affici, & neruorum principium constare. Quid autem praefagiendum sit, ex aliis signis diiudicandum. Nam quia afficitur cerebrum, si diu salubriter cunctatus fuerit morbus cum abscessuum signis, parotidas expectare consentaneum est, praesertim cum ex crudis crassioribusque morbus constet, qui conuulsio modo exacerbatur. Comatosus autem affectus ad parotidum ortum praefagiendum plurimum valet, quem catochen appellat, vt ex Galeno intelligi potest. Sic enim scribit ad finem commentarij in Aphorismum citatum, Proinde vt parotides ex conuulsuis comatosisque, vbi protrahunt, fiant, est rationi consentaneum cunctante aegro: & in Aphorismum, qui illum sequitur, Ex catochae (ait) parotidas fieri abunde à nobis dictum; augente simul & generationis expectationem fastidioso ipso. Confirmabit coniecturam vrina, quae neque alba fuerit & aquea, neque alba cum mediocri substantia, & encephalate albo. Illa enim crudum adhuc morbum denunciat: haec coctum. Quae verò nec prorsus cruda, nec absolute cocta est, quod natura abscessum moliat, praemonstrat. Atque hoc modo, quae in modum conuulsionis exacerbantur, catochen criticam inducunt. Eadem quoque ratione si abscessus critici signa absint, aut natura infirmior sit, comatosus affectus inducitur. Nam & cerebrum affectum est, & materia crassa ac frigida supprimitur.

tur. Omnis autem materia suppressa in partes repit vel propinquas, vel debiles. A neruosis itaque partibus in substantiam cerebri & ventriculos redundare, praesertim conuulsio motu excussam, nec exclusam per parotidas, per facile est. Quoties enim cerebrum occupat materia per metastasim aut diadochem, quid factura sit, certò praedicere non licet, priusquam aliquod aliud signum ostendatur, vel cataphora, vel delirij, vel conuulsionis. Nempe & id fieri potest. Potest quoque & natura morbo robustior inuenta sanguinis per nares eruptionem moliri, vel parotidas excitare. Verum cum & materia restitit, & frigida sit ac crassa, vt ex conuulsionibus perspicuum est, in parotidum locum vt cataphora, non delirium, subeat succedatque, probabilius est. Sic itaque conuulsiones quae ab initio febrium per paroxysmos apparent, in catochem saepe desinunt vel symptomaticam vel criticam. Verum cum motus violentos cieat conuulsio naturalibus longè vehementiores, ita vt per vim partes neruosa concutiantur, de capite neruosisque partibus saepe excutit obstructionem, impactamque humorum crassorum, aut viscidorum substantiam eliquat, aut auertit, vnde soluitur morbus. Sic enim Hippocrates scribit in Prorrhethico, humorum à lumbis in cerebrum translationem, & inde natam paraplegiam conuulsione solui: & primo Epidemion in statu frigido & humido, multis conuulsiones factas esse, maximè pueris, tum ab initio febris, tum febre iam progressa, quae diuturnitatem morbi potius, quam periculum denuntiarent.

3. Prorrh. 8

3. Prorrh. 26

XXX.

Τὰ παρ' οὐς ἐπάσματα ἐν μακροῖσι μικρὰ, ἀμφοτέρωδε καὶ σκοτώδεα ἐπιφασιμώδηνα, δλέθρια.

Tumores iuxta aures in morbis longis parui. Si inde fluor sanguinis è naribus & tenebra oculis offusa moueantur, lethale.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Longi morbi abscessu & coctione aut μετάηωσι iudicantur magis quam excretionem. At cum multa sit materia frigida & pertinax, quae longitudinem efficiat, deorsum magis quam sursum expectandus est abscessus qui sit salutaris. Tumorem ergo pedum aut ad articulos expectat Hippocrates, vrinas multas, crassas, coctas aut aliquid tale. Malignum ergo hoc est, quod non conuenienti parte abscessus fiat, & is minor, quam morbo conueniat, quod sanguis effunditur, in quo vis naturae est, aut quod perturbatione quadam tenebrae oculis offunduntur, vnde vertigo quaedam moueatur. Ergo lethale annotat rectissimè.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quid parotis in quibus morbis fiat: quas habeat differentias: quanam sit lethalis, ordine complexus est Hippocr. hoc vno eoque breuissimo Aphorif. Verum ambigua significatio harum duarum vocum, μικρὰ, & ἀμφοτέρωδε, obscuram facit sententiam. Eodem igitur ordine singula persequemur, quam breuissimè fieri poterit, modò ne in re maximè vtili ac necessaria breuitas nimium curiosa lucem eripiat orationi. Parotidas vocat abscessus, qui sub ipsis auribus oriri solent, interdum proprio & integro nomine ἐπάσματα: interdum verò τὰ παρ' οὐς, vt sexto Epidemion, τὰ παρ' οὐς ἀμφὶ κελσὶν ἡνθώδηνα: primo verò Epid. fusa oratione ἐπάσματα δὲ ἢ τὰ ὄτα scripsit, & hoc loco, τὰ παρ' οὐς ἐπάσματα, & οὐδ' ἡμῶς generaliter nomine. Significat ergo Hippocrates abscessus genus esse, in quo humorem noxium in aurium glandulis natura reponit, vnde vulgò parotides ab eo loco, qui ob laxitatem & venarum atque arteriarum illac in cerebrum ascendunt amplitudinem defluxiones facile excipit modò à capite, modò à reliquo corpore. Subicit deinde in quibus morbis, ἢ μακροῖσι, in longis. Nimirum qui vigesimum diem excedunt, quos ex decidentia acutos vocant, & qui secundam periodum su-

perant vniuersalem, quæ in quadragesimum diem incidit. His enim temporibus quaternariorum vis perit, & elanguescit perturbatio critica ex certamine naturæ & morbi. Sed neque in longis solis: neque semper: neque in omnibus. In acutis enim interdum parotides apparent, verum symptomaticæ, vt de bubonibus dictum est. In longis autem si febris detineat, neque remittatur, & salutaria signa coniuncta sint, abscessus fiunt in crure & partibus inferis ob frigus atque crassitiam materiæ, & virium diuturnitate morbi languentium infirmitatem, modò ne vrina multa & crassa cum multa hypostasi subducatur materia abscessus. Vt autem parotides fiant, alterum è duobus, aut vtrumque adsit, necesse est: capitis affectio, & materiæ certa qualitas. Iudicant enim parotides lethargos & omnia capitis mala. De qualitate materiæ ita sentiendum. In febribus longis, acutioribus tamen, quàm quæ absolute longæ sunt, & in quibus humores minus crassi sunt, copia caloris maior, & valentior facultas. Medij morbi inter hos & absolute longos ambigunt: in quibus ex tempore morbi & diuturnitate definiendum non est, an sursum ad maxillas: an deorsum ad crura abscessus futuri sint, sed ex his signis. Si æger subito difficulter spirare cœperit: mox autem hæc spirandi difficultas deserit, & illam capitis grauitas, & dolor, & coma & surditas exceperint. Sin ex his nullum apparuerit: percipiatur autem in articulis & locis inferioribus vel grauitas, vel tensio, vel inflammatio, vel dolor: huic in inferis partibus abscessum sperabis. Item si hypochondria æstu & calore conflagent, imis partibus oriuntur abscessus: si mollia & doloris expertia per totam morbi historiam, ad aures. Tria ergo necessaria sunt. Materia crassior & copiosior, quàm sit in verè acutis: minus crassa & frigida, quàm in valde diuturnis. Secundò calor paulò vehemētior, quo materia attenuetur, penetret, & sursum efferatur. Tertiò naturæ robor, quo deficiente symptomatica translatio conuulsionem, aut aliquid simile accersit. Id multis locis Galenus docet. Succo (ait) ad caput recurrentes calidi quidem & tenues desipientias & sanguinis eruptiones procreant: crassi autem & frigidi comata & parotidas, & alio loco, in quibus quidem acervati sunt succi multi, crassi, & crudi, qui propter vehementiam acrimoniæque & febrilis caloris abundantiam sursum ad caput feruntur, cum eos in aurium glandulas reponit natura, parotides existunt. Authorem quoque Prorrheticum reprehendit, quò loco scribitur in morbo regio & febribus acutis parotidas fieri. Nam acutæ febres & præsertim ardentes hæmorrhagia soluuntur, nec morbus regius ad parotidum generationem confert. Causus tamen nothus à pituita salsa præsertim in capite (non in hepate aut ieiuno intestino) interdum parotidibus indicatur. Et in Epidemiis Hippocrates parotidas à caliginosa materia factas scribit in adolescentibus, ætate florentibus, aut exercitio multo utentibus, non in mulieribus, aut viris temperamento vel vitæ instituto frigidis. Ita ergo intelligendum, quòd μακροῖσι, in longis. Sequuntur differentiæ μικρὰ, αἰμορρῳδία, καὶ σκοτώδεια. μικρὰ parotides paruæ dici possunt duobus modis. Vno vt conferantur cum materia morbi, quæ copiosa est. Sic enim prauæ sunt admodum. Vbi enim copia crudorum humorum multa fuerit, abscessus fiunt, qui si parui fuerint (ait Galenus) nihil conferunt: si magni, ferre eos virtus non potest. Et Hippocrates, cum autem tempora longa essent, laboresque multi, & colliquatio mala, in his abscessus erant vel maiores, quàm sustineri possent, aut minores, quàm conferrent, sed celeriter recurrebant, & in deterius euaderent. Altero modo paruæ sunt parotides: quæ sine magnitudine & vehementia symptomatum faciles sunt & mites. Sic Gale. tertio Epid. magnos herpes dici ab Hippocrate scribit, vel quòd multum loci occupent: vel quòd cum erosione maligna fuerint: paruos contra. Quanquam δὲ μέγθος in morbis vehementia potissimum significare docet tertio de crisi. Paruæ igitur parotides sunt quæ nec germen habent, nec dolore aut inflammatione cruciant, nec ex materia cruda, crassa & praua constant: vel quæ aut facile discutuntur aut comòde & expeditè ad suppurationem ducuntur. Sunt enim apud Hippocra. multæ differentiæ parotidum. Molles, laxas & magnas sine dolore & inflammatione describit primo Epid. in constitutione humida, caliginosa & nebulosa, ὅστις τῶν πλεονεξίων τῆς ἀχλωδῆς δόσις, à substantia aërea magis quàm frigida, quæ facile

3. Prorrh. 73.

1. Epid. comment. 1.

3. Prorrh. 69.

facile discutiebatur, & omnibus ἀσύνως euanescebat. Alterum genus ἀσύνωτον difficultius cum dolore, tensione, & rubore sanguine & bile mixtis, in quo suppuratio & coctio necessaria est. Coctionem dico in venoso genere. Nam Cratistona dicit & ancillam pituitoris suppurationis parotidibus interuisse scribit Hippocrates, quia contingit particularem in parte aliqua fieri concoctionem, morbo toto haudquaquam concocto, quod nos quoque vidimus. Possunt & citra suppurationem ac resolutionem curari, materia ad inferiores partes conuersa, & per vrinas, aut dysenterias expurgata, vt in Herimippo Clazomenio. Pessimum genus, quod fractus viribus superuenit, aut ad suppurationem duci non potest ob materiæ crassitiam: aut intro refuit crudo morbo: & quod scribit Hippocrates in morbo longo, laborioso, cum mala colliuatione. Paruis autem opponit αἰμορρῳδία καὶ σκοτώδεια sanguineas & vertiginosas. An sanguineas dixit, quæ cum phlegmone à sanguine & bile apparerit, quas loco Epid. citato laxis & mollibus opposuit? An quæ cum hæmorrhagia coniunctæ sunt, aut eam sequuntur morbo impari? Ille enim nisi celeriter suppurent, vires diuturnitate morbi fractas dolore, calore ac vigiliis celeriter resoluunt: hæc verò sunt iudicatoria non iudicantia cum prauis & perniciosis signis coniuncta. Vertiginosas autem lethales esse ex eo intelligitur, quòd flatuosi spiritus motio & inordinatus motus in capite caloris natiui infirmitatem, materiæ crassitiam ac cruditatem, & eiusdem diffusionem atque refluxum in cerebrum denunciat. Nam si vertigo initio febrium media est inter affectum planè perniciosum & salutarem: in statu & iam prostratis viribus perniciosam esse constat, modò ne à ventriculo aut perturbatione critica ducatur originem. In vniuersum verò abscessus boni sunt, qui maximè deorsum: qui quàm longissimè à foco morbi absistunt: & qui cum signis coctionis apparent, vt Hippocrates docet secundo Epid. Ex his tribus conditionibus duæ perpetuò absunt à parotidibus. Perpetuò enim prauæ sunt loco: qui cerebrum facile in sympathiam trahit. Si quod igitur aliud prauum signum accesserit, mors est in propinquo. Prava autem signa sunt cruditas morbi, defectus suppurationis sine fluxione alui aut vrinæ, aut resolutione: diadoche ad pulmones, doloris vehementia, & sympathia cerebri, quam indicat vertigo pertinax. De his intellige, quod postremum supererat, δλεθριον, sicuti & de his, quæ germen habent.

com. 2. in 1. Epid.

XXXI.

Οἱ ἰλυγγώδες πυρετοὶ ἢ ἀνευ ἰλέων, ἢ μετὰ ἰλέων, δλεθριοί.

Febres vertiginosæ & sine sudoribus & cum sudoribus lethales.

Varia lectio. Nam alij ἰλυγγώδες, alij ἰλυγγώδεις. Rursus ἰδίων, alij ἰλέων. Singultuosæ febres antè expositæ. Sed singultuosam febrem criticis sudoribus solui scripsit libro de ratione victus in acutis. Quanquam perpetuum esse non potest, nisi singultuosa febris à repletione. Quæ enim ab inanitione, sudoribus nihil iuuatur, sed inde exoluuntur vires. Vacuatio enim morbis ab inanitione, aut sola in temperie inimica est. Sed nec internæ inflammationes magnopere iuuantur sudoribus, sed aliis vacuationibus magis. Quæ autem ἰλυγγώδης febris dicitur, ex eo sic appellata, quia in ea ἰλιγγὶ vertigo ferè perpetua, est manifestum. Dicitur autem hæc affectio ἰλιγγῆ, ἰλιγγος, inueniturque scriptum per i, per a, per λ, simplex, & duplex λ. Nec aliud est ἰλιγγος, quàm σκότωσησιν vel σκοποδίνωσις: alij σκοπόδιον appellant, vbi perturbatis conuolutisque spiritibus in capite omnia circumagi & tenebræ oculis offundi videtur. Hinc igitur ἰλυγγώδες πυρετοὶ, in quibus ἀπακτος κίνησις τῶ φουσώδους πνεύματος, ἢ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἔχοντος τοπικῆν γένεσιν, ἢ κατὰ θεῶν ἀναφερομένων, idque statim ab initio, vel post initia, sed diutius vrgens atque vehementius. Hoc scripsit libro de ratione victus. Hippocrates, δόσοισι δὲ τῶν πυρετῶν δίνουσι τε ἀπ' ἀρχῆς καὶ σφυγμοὶ κεφαλῆς εἰσι, ἢ ὅρα λεπτὰ τυτέοισι προσδέχεται πρὸς τὰς κρίσις παρεξωόμενον τὸ πυρετὸν ἢ θαύμασε μὴδ' αὖ ὅδε εἰ παρὰ φρονήσιαι. Ac reuera concitato spiritu flatuoso & tenuiore discurrente pulsare caput & tempora,

atque inde vrinis albis & lenibus accedentibus delirium sequi. Quod autem sequitur ἢ ἀνευ ιδέων. Alij ἀνευ ιδέων sine voluulis: ἢ μετὰ ιδέων cum voluulis. Est autem ἄλεος morbus admodum grauis inflammato tenuiore intestino, & eo maxime, quod ad pylorum pertinet, crasis quoque inflammatis, & intercepta via illic chylo, hic stercori. Hinc ιδέωδες ἐμέτες, & ἀνατροπὰς vehementiores appellantur & periculosiores, quales in ileo voluulum & vorticem conuertunt. Quo morbo obiit, qui apud Tisamenum decumbebat, vbi signa eius morbi videas. Sed nihil ferè conuenit febris vertiginosæ ileon accedere. Itaque melius ιδέων, id est, sudoribus legas. Hoc vult vertiginosas febres nihil iuuari sudoribus. Sit ergo hæc scriptura οἱ ἰλιγγώδεις πυρετοὶ ἢ ἀνευ ιδέων, ἢ μετὰ ιδέων δλίθριοι.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**nterpres in vulgatis exemplaribus ita vertit, *Febres vertiginosæ & cum voluulis sine voluulis, perniciosæ.* Dictum autem est antea vertiginem, quam ἄλιον vocat Hippocrates, affectum esse, in quo omnia circumagi videntur: σκοτήδιον verò & ἰλιγγόν tenebrosam vertiginem, ob inordinatam spiritus flatuosi motionem, ἐκ τῆ ἐξωθεν ἰλιγγος ἢ ἰσάτων καὶ τῆ πῶδισσοφῆς διεκκλῆνοι τῶ ὄνομα, ait Aphrodisæus, cuius vitij nomen ab aquarum conuolutione deductum est. Huius autem flatuosi spiritus generatio duplex: vna in capite localis: altera in inferioribus partibus, è quibus fertur sursum. ὅταν γὰρ πῶρι πλὴν καρδίαν σφόδρα γέννηται (ait interpres Aristot.) ἐπακολεθεὶς σκότος, ἢ τῶτος πάθος καλοῦσιν ἰλιγγόν. Ob illam ergo duplicem generationem adiecit videtur, & cum voluulis, & sine voluulis. Est enim ἄλεος intestini gracilioris morbus ἐκ τῆ ιδέων, id est, vertendo: quem & ἄλεον nominant. Diocles tamen Carystius tenuioris intestini morbum χέρσασον, plenioris ἄλεον nominauit. Posteriores priorem ἄλεον, hunc κολικόν dixerunt. Modò supra vmbilicum, modò sub vmbilico dolorem mouet. Fit ex alterutro loco inflammatio, nec alius, nec spiritus infra transmittitur. Si superior pars affecta est, cibus, si inferior, stercus per os redditur: si vtrūlibet vetus est, adiicitur periculo vomitus biliosus, mali odoris aut varius, aut niger. Galenus intercludi exitum scribit non solum ab inflammatione, sed etiam scirrho, abscessu, sicco stercore, crasis ac lentis humoribus (quod minus probat) cruditatibus retentis & corruptis, veneno hausto, & intestinis in scrotum descendentibus. Huius duo sunt symptomata valde maligna & mortifera ἐπιφανόμενα: Excrementorum alui per superiora exclusio, quia præcluso inferiore exitu coguntur intestina ἐμπλαγῆ τῆ φύσει κινῆδης διαίτης, ait Galenus, contrario naturæ motu sursum mouere, & exprimendo stercus ad loca superiora referere. Alterum est singultus non ab his, quæ in faucibus sunt in tunica ventriculi, in quibus singultuosa febris non dicitur, sed à vehementi siccitate reuellente ventriculum, aut inflammatione hepatis, aut mesenterij, aut intestini, siue ob magnitudinem tumoris ventriculum premat, siue breuissimorum quorundam neruorum consortio reuellat, siue perfundat sanie acti ac tenui, siue terra exhalatione irriter. Ab his enim singultuosa febris, & quæ perseuerat, nascitur, de qua alibi dictum est. Atque hæc fortasse causa fuit, cur λυγώδεις febres singultuosas quidam legat hoc loco. Quod autem subiicit, Vertiginosas febres cum ileo lethales esse, nemini dubium. At sine ileo verum non est, nisi adhibita distinctione. Omnis enim spiritus flatuosi generatio turbationem indicat cum tumultuosis symptomatis à materiæ contumacia, & caloris natiui media quadam affectione inter summum languorem & robur. Nam humores dissoluere, & quodammodo liquare potest, resoluerè minimè. Quod morborum genus in initio mite, circa crissim vehementem in corpore turbationem facit, eamque periculosam, ancipitem, & lubricam. Per se tamen lethale non est ab initio. vt antè diffusius exposuimus. Nam talia sunt symptomata, cum natura nec vincit, nec vincitur. At posteaquam languerit, iudicationes absoluuntur alia ad salutem, alia ad mortem. Distinctio autem sumitur potissimum ex vrinis. Medium itaque locum tenet inter morbos planè mortiferos, & salutes. Verum febres vertiginosas dicere videtur hoc loco, eodem modo, quo singultuosas, in quibus videlicet diutius permanere debet vertigo, vel etiam

vel etiam per totum morbum simul cum febre exacerbare. Constat enim hanc lethalem esse, modò ne à ventriculi oppressione ortum habeat: sed vel in capite localem generationem, vel in venoso genere bile fermentante pituitam, vel in alio, aut pulmone.

XXXII.

Τοῖσι πνευματίοισιν ἰούσι, πυρετὸς ὑπερον ὄξυς. μετὰ ὑποχονδρίῳ ξυπτόνῃ χεῖρα ψυχθεῖσι, παρ' οὓς μέγα ἔπαρμα.

*Spirituosis febris postea acuta. Perfrigeratis cum hypochondrio contento, magnus ad aurem tumor.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**νευματίς vocat anhelosus, quos πνευματικός, πνευματώδεις & πνευματώδεις aliquando appellat. Pulmonarios sunt qui conuertant, qui ferè in hoc morbo, qui πνεῦμα & πνευματία dicitur ab Hippocrate, pulmo violetur. Atque antea dictum πνεῦμα dici ab Hippocrate de ea difficultate spirandi, in qua cogitur æger crebrius excludere spiritum, atque reuocare. Quod vitium increfcens in ἄσθμα transit. Hinc ergo πνευματίοι. At non ab re acutior inde febris euadit, quia natiuus calor interceptis & impeditis viis spiritus minus aëre externo reficitur, & suppressa fuligine inardescit. μετὰ ὑποχονδρίῳ. Quomodo in futura hæmorrhagia critica hypochondrii contenditur, natura sursum mouente, spiritu & calore materiam excitante, impellente quoque viscere, dum naturæ seruit, ita in parotidibus appellatis, quas appellare consuevit modò simpliciter ἐπάρματι, modò παρ' οὓς ἐπάρματα. Hæc autem magna ex parte paulò longioribus morbis accidunt. Quamquam aliquando & primis periodis, hoc est, vel septimo, vel ante septimum parum fideli iudicio. De quibus plura postea.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**vplex huius Aphorismi interpretatio esse potest. Vna, si spirituosis febre postea acutam fieri dixeris: perfrigeratis verò cum hypochondrij contentione parotidas ad aures. Altera si hæc omnia referas ad parotidas. Cum autem πνευματώδεις, & πνευματία, & πνευματώδεις, & πνευματώδεις Hippocrati dicantur spirituosi vel ἰσάτων ἢ πνευμάτων πλῆθος κατὰ πλὴν γαστέρα: vel ἰσάτων μεγάλῃ καὶ πικρῇ ἀναπνοῇ, hoc est, propter flatuum copiam in ventre, quibus totus venter inflari possit, vel propter magnam & frequentem respirationem. In priore quidem interpretatione nunquam flatuum copia & interceptio acutam febrem mouere potest. Magna autem respiratio si sit sublimis, motis omnibus thoracis musculis & pectore vnà cum scapulis, ex tribus vnū aliquod, aut multa simul denunciat, nimirum vel virium imbecillitatem: vel viarum spiritus angustiam: vel vehementem in corde & pulmone calorem. In hac tertia causa omnibus quidem thoracis musculis agit animal, sed & velox, & frequens, & vehemens est eorum actio, quando videlicet citra virium imbecillitatem calor infestat. Nam viribus infirmis sine flammeo calore neque velox, neque frequens valde comitatur motus, nullaque fit ab ore exsufflatio, sed spiritus ex solis naribus emitti solet, & narium pinnæ manifestè contrahuntur. In angustia instrumentorū totus quidem thorax ad plurimum, & celeriter & frequenter dilatatur: sed, qui sic laborant, calidum feruentemque spiritum exsufflando non producant. Vt ergo spiratio magna rara, delirium: parua rara, frigus: parua densa, dolorem: ita magna densa, thoracis calorem. Non igitur his postea fit acuta febris, sed & antecedit, & comitatur, & suppressione fuliginum interdum quidem augetur, sed non propter magnam & frequentem respirationem. Posterior itaque interpretatio conuenit magis præfatio. Adde quòd in Prorrhetico ita scribitur, Quibus ampliter & crebro spirantibus morbus regius

3. Prorrh. 65

regius & febres acutæ cum duris hypochondriis refrigeratæ fuerint, his abscessus magni secundum aures suscitantur. Vbi Galenus, *πνευματρίτης* (ait) eos dicere videtur, quibus magna est & frequens respiratio. A quo symptomate si mox, ubi fieri cœpit, desinat, merito parotides expectantur. Verum quod de morbo regio scribitur, ad parotidum prænotionem nihil confert. Eodem modo Hippocrates in Prognostico, Si verò (ait) aliquando difficulter respirauerit, sine alia manifesta occasione, cessabit. Galenus interpretatur, Quoties repente spirationis difficultas incidit per affectiones, in quibus abscessus fieri solent, eaque subito desierit, ut quemadmodum repente euenit, ita repente quiescat, sine manifesta causâ, inde significari humores ferri ad caput: quemadmodum ad inferiores partes moueri, si calor manifestus in hypochondriis appareat. Similis spirandi difficultas in hæmorrhagia fieri solet, verum non cessat sine excretionem, ut in parotidibus. Causa autem est, quia materia morbi sursum tendente, vena caua ascendens eiusque rami implentur ac tument, aut vapores multi diaphragma opprimunt. Ex quo etiam fit, ut in os sæpe aliquid exudet, & in thoracem quod tussicalem moueat & frequens sputum. In febribus ergo longis, quales superius parotidibus iudicari docuimus, cum per signa ibidem exposita intellexeris abscessum fore, parotidum primum signum tibi esto hæc spirandi difficultas. Addit autem postea febrem acutam fieri, quod eget distinctione. Nam acuta ob biliosi humoris feruorem, aut phlegmonem interiorum per hæmorrhagiam iudicatur: iuuat etiam sudor bonus, parotis minimè. Voluit ergo in perturbatione illa critica & motu humorum sursum febrem augeri. Ob idque addidit *δυσφορ* postea, nimirum post inchoatam perturbationem criticam, in qua febris, & omnia symptomata augentur. In Prothetico apertius dixit anxietudinem, quia æger tum fastidiosus & oppressus variè iactatur, locum quieti requirens, & nouum decumbendi modum, quo putat angustia, qua premitur, mœderi posse. Tertium signum sequitur, *μετὰ παροχονδρίης ξωτόνης* cum hypochondrij tensione: in Prothetico *παροχονδρίης σιωτήσεως μετὰ κώματος ἀσώθους καὶ κεφαλαλγίας* hypochondrij contentio cum comate anxioso & capitis dolore parotidas attollit. Tensionem intelligit sine duritie & dolore. Nam tensum, durum, & sine dolore hypochondrij tumorem frigidum & scirrhi signum est, in quo ad inferiores partes humores abscedunt. Durum ac dolens phlegmonis, cui hæmorrhagia familiaris est. Neque verò tensum aut à flatu, aut quod sine vilo tumore *ἀνώμαλον*, hoc est, trahitur ab interiori inflammatione, ut membranæ costas succingentis, aut diaphragmatis accipiendum voluit, sed quod sursum magis quàm intro tenditur, & quasi accurrat natura sese colligente & contrahente ad humorum per superiora exclusionem. Proinde hæc tensio hæmorrhagiæ simul & vomitionis signum commune est. Alioqui enim hypochondrium per totam morbi historiam non tensum, sed *λαπαρόν τε καὶ ἀνώμαλον* flaccidum & sine dolore manet, id est, sine duritie aut phlegmone. Cum autem natura iam iam ad expulsionem aggreditur, sine tumore sursum reuellit, ut comprimendo iuuat humorum ad superiora impetum, quod voce *ξωτόνης* expressit quasi *μετὰ τόνου*, id est, ut in Tinesmo interpretatur Galenus, *μετὰ προθυμίας ἰχυρῆς* cum vehementi quodam conatu. Postremum signum est hypochondrij frigus & partium inferiorum, calore, qui omnium actionum author est & instrumentum, ad interiora collecto, cuius absentia non omnino refrigerantur partes corporis inferiores ut in moribundis aut magnis inflammationibus; sed ut ad alias conferantur, minus calidæ apparent, præsertim cum materia morbifica cum calore in superioribus colligatur.

3. Proth. 72

Ad finem 3.

XXXIII.

Οἷον ἀνὰ τὰ αὐρητὰ ὀδύμει γενόμεναι περὶ ὀσφύϊ καὶ τὰ κάτω χωρία, φρενῶν ἀπλόνται, ἐκλείπουσαι τὰ κάτω, ὀλέθρια, ἀλλως τε κίην ἀλλό τι σημεῖον παρογένηται πονηρόν.

Quibus

Quibus in febre dolores circa lumbos & inferiores partes, relictis inferioribus partibus præcordia appetunt, lethale tum alias, tum si quod aliud signum lethale accesserit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Nisi hoc natura agat ad naturalem excretionem, periculosum. Fit enim aliquando, ut in commotione critica ex infernis partibus ad hæmorrhagias dolor ad diaphragma moueatur, difficilis spiritus, aliæque id genus, quæ imperitum terrere possunt. Propterea medicum oportet, & quæ antecesserunt, recognoscere, & præsentia contemplari, ut quæ futura sunt, sapienter enunciet. Itaque addit *καὶ ἢ σπασμὸν παρογένηται πονηρόν*. Malum quidem non in speciem, qualia permulta signa critica sunt naturæ impetu contra morbum, non vi morbi excitata: sed quæ reuera mala sunt. Hæc autem ex antegressis signis & indicum dierum obseruatione distingues, adiectis quæ in præsentia sese offerunt. Ac iam antè dictum est, malum esse moueri sursum materiam relictis inferioribus partibus. In quo excipiendum, nisi id fiat naturæ motu.

DESID. IACOTII COMMENT.

Symptomata & periculosa translationis à lumbis & partibus inferioribus ad superiores descriptio est, & symptomatum prænotio, quæ ex ea sequuntur, prout contigerit humorum impetum in hac vel in illa parte sisti. Nam in capite oculorum peruersionem, deliria, conuulsionem, catalepsim & alia id genus accersit per Aphorismum illum Prothetici, Ex lumborum recursione oculorum peruersio mala. Inde enim significatio fit affecti nervorum principij, non autem spinalis medullæ: & alio loco, Quæ ex lumbis ad cervicem & caput erumpunt, paralytico modo resoluunt. Eodemque modo ad ventriculorum impetus vomitiones perniciosas & cardialgias inuehit per alium Aphorismum, E recursione lumborum ad os ventriculi & caput, deliria, mutitates, vomitiones lethales. E recursione autem dixit, quia manente lumborum dolore cum cardialgia etiam sine febre copia in venis acerua indicatur, ex qua tenue quoddam serum in ventrem confluens cardialgias parit ob maximam sentiendi facultatem in illa parte, ut hæmorrhoidibus suppressis aut turgentibus. Eadem recursio in thoracem vel suppuratum tumorem, si bene cum ægro agatur, vel repentinam mortem & præfocationem accersit per Aphorismum illum sexti Epid. Lumbis dolentibus refluxus ad latus, & extuberantia quæ seps appellatur. Et in Prognostico, Si autem assurgente morbo versus septum transversum alia signa superuenerint non mala, ipsum empyicum futurum valde speratur. Et paulò antè, Sin aliquod aliud signum malum apparuerit, desperatus homo est. In eodem opere in vniuersum ut hoc loco, scripsit, Qui cum febre circa lumbos & inferas sedes sunt dolores, si septum transversum relictis inferioribus sedibus attigerint, lethales admodum existunt. Ita ergo doloris lumborum ἀνάσσομεν passim reprobat ab Hippocrate, & tanquam diligentissimè obseruanda proponitur. Exemplum posuit in historia Sileni, qui cum ex laboribus, potationibus, & exercitationibus intempestiuis, in febrem incidisset, cœpit (inquit) lumbis dolere. Ut autem in venoso genere, ea potissimum parte, quæ lumbos attingit, & maximum incendium, & materiam morbificam contineri indicaret, adiecit vrinas nigras, sitim, linguam aridam, vigilias. Ex his translata materia in diaphragma, quod lumbis vicinum est, phlegmone oborta est, vnde obiit sexto die. Neque verò hæc ἀνάσσομεν à lumbis tantum perniciofa est, sed etiam ab omnibus partibus inferis, crure, bubone, articularum inflammatione. Contra verò, Si quæ (ait Hippocrates) supernè ad inferos decumbunt articulos, sub umbilico constituantur, bonum. Per dolorem autem lumborum intelligit non vulgarem illam doloris sensationem circa lumbos, quæ ferè omnibus febribus communis est, tum ex decubitu, tum calore concepto in pinguedine, quæ multa remibus obducitur: sed causam dolorificam partes circa lumbos occupantem non solum eas, quæ lumbis continentur

6. Epid. com. 7



6. Epid. co. 4

6. Epid. com. 1

tinentur inter os sacrum & costas. musculos, spinalem medullam, membranas circumpositas cum quinque vertebra, in quibus omnibus saepe fiunt inflammationes cum febre acuta: itemque venam cauam & arteriam, in quibus sanguis feruet: sed etiam eas, quae ab his originem ducunt, vt meseraum & mesocolon, quod (ait Galenus) continuum existens in vnam quandam earum, quae in lumbis sunt, vertebrae pertingit, iacetque sub ventre. Ex hoc enim loco translata ad thoracem materia siccam tulsim, & spirandi difficultatem affert per Aphorismum, Hydropticis tulsis si superueniat, malum. Neque ergo de doloris diffusionem, aut communicationem haec accipiuntur, neque de quolibet dolore: sed de materiae translatione, quae critica non sit. Est autem causa & signum. Indicat enim & materiae refluxum a partibus ignobilioribus ad nobiliores, & naturae infirmitatem, quae humoribus ob κακωδέειν dominari non potest. Causa autem est & eorum symptomatum, quae diximus, & mortis, si quod aliud malum signum coniunctum fuerit, vt delirium, conuulsio, oculorum peruersio, aut similia. Interdum etiam empyematis, vt dictum est, natura materiam benigniorem in pus commutante, a quo metus est tabis. Vidimus ab ea translatione iuuenem validum repente interiisse cum delirio, & colli ac ceruicis distensione, in sudore multo, qui criticus esse falso credebantur.

XXXIII.

ἢν δὲ τὰλλα σημεῖα μὴ πόνηρὰ γένηται, ἐμπυον γένησεσθαι ἐλπεί.

*Si verò alia signa non mala sunt, suppurationem sequi sperandum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**el imbecillitate naturae resistit materia in thorace, vel morbi malignitate. Vtrumque malum. Sed hoc deterius est, ac mirum, quod non sit ita suffocatus aeger. Suppuratio ergo fit natura materiam in pus commutante, a quo metus est, ne intabescat aeger.

DESID. IACOTII COMMENT.

**A**ppendix est Aphorismi superioris, quam exposuimus. Vult autem ascendente in thoracem morbo, e duobus alterum: aut repente interire aegrum: aut, si fecum optime agatur, prorsus fore purulentum. Porro haec distinguuntur aliis signis. Si enim minimè praua sint, purulentus euadet. Si prauum aliquod fuerit, prorsus moriturus est. Idem scribitur in Prognostico.

2. Progn. 70

XXXV.

Παιδοῖσιν ὄξυς πυρετός ἐν κοιλίᾳ ὑπόστασις μετὰ ἀρχυπνίας, ἐν τῷ ἐκλακτικῷ, ἐν τῷ χρώματι μεταβάλλειν, ἐν ἰσθμῷ ἐρυθρῶσιν αἰσμηδῆδες.

*Pueris acuta febris, alui suppressio cum vigilia, adhaec exaltatio & coloris mutatio, multus rubor conuulsionem significant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**oc modo author Coaci praesagij nomine παροξυσμῶσιν utitur. Atque inter ea, quae maximè caput offendunt, ea est alui suppressio, non solum quia inde vapor putris sursum effertur: sed quia eò naturae morbivae motus intelligitur. In signis enim excretionis per superiora, alui & urinae suppressio, & hoc saepe salutare. Nec in aegris solum, sed etiam sanis necesse est sicca aluo caput humescere. Saepè etiam concalifaceta caput frigescere. Quomodo in vniuersitate rerum, vbi viscera terrae hument, aër siccat, & aquae non scaturiunt: vbi calent, superiora refrigescunt.

Quae

Quae res efficit, vt modò flumina noua scaturiant & fontes, modò iam antè orta resorbentur, atque dispareant. Aliae terrae partes tegantur aquis aliae nudae manent, & per vices terras mare operit, & quod erat terra, mare est & contra. Sic maximis Philosophis visum est, Aristoteli maximè Philosophorum principi. ἐκλακτικῶσιν. Nam ἐκλακτικῶσιν αὐτὴ ὑπόστασις videtur hoc loco usurpare in pueris. Coloris mutatio μεταβάλλειν humorum sequitur. Sed vbi caput occupant, tum quidem rubor elucet, & inde conuulsio pueris familiaris sequitur. Pueris quidem nuper natis, & hinc ad septimum. Sic ergo in Prognostico, τοῖσι μὲν παιδοῖσιν αἰσμηδῆσιν γίνονται, ἢ ὁ πυρετός ὄξυς ἢ καὶ ἡ γαστήρ μὴ διαχωρῆσιν, καὶ ἀρχυπνίας, τε καὶ ἐκπλακτικῶσιν, καὶ κλαυθμικῶσιν, καὶ τὸ χρώμα μεταβάλλωσιν, καὶ χλωρῶσιν ἢ πῆλιδον, ἢ ἐρυθρῶσιν ἴχθωσιν. Mollibus ergo pueris & infirmis virtute animali priusquam septimum annum attigerint, haec fiunt: iudicaturque conuulsio his signis. In aliis tum signa phrenitica, tum peruersiones partium, tremores, offensans spiritus, stridor dentium & alia. Quod autem in Prognostico dixit ἐκπλακτικῶσιν expanseant, hoc est, vehementer metuunt, & praeter metu vel exiliant, vel contrahantur, hic ἐκλακτικῶσιν. Coloris autem varietas quia pallet, liuescit, vitiosi succi iam appetentis caput indicium est, rubor copiae sanguinis.

DESID. IACOTII COMMENT.

**S**ignorum syndromen, quae conuulsionem in pueris & futuram & iam inchoatam denunciant, hoc Aphorismo complectitur. Vt enim in gradioribus raro fit, nisi vehemens causa & pessima accesserit ob nervosi generis robur ac siccitatem: ita in pueris saepissimè ob eiusdem infirmitatem. Grandioribus enim pueri naturalis & vitalis facultatis robore antecellunt: verum animalis & motricis vi longè sunt inferiores. Conueniunt ergo haec & quasi cognatione quadam continuata conspirant ad conuulsionem in pueris, subiecti dispositio & apparatus, causa efficiens, & mutationis modus. Ea infirmitas maxima est, quo tempore fit ἰσθημῶσιν, vel ἰσθημῶσιν, hoc est dentitio, & cum adhuc infantes in cunis vagiunt a die natali ad septimum aut nonum mensem, & hinc ad vigesimum quintum vt plurimum, aut trigessimum mensem. Firmiores paulò quo tempore fari incipiunt ad septimum annum. In exortu autem primorum dentium & caninorum gingivarum quasi acu stimularum pluribus vigilias, dolores, inflammationes, & febres commouet, quibus & alimentum & humores corrumpuntur per Aphorismum, Aduentante dentitionis tempore, gingivarum pruritus, febres, conuulsiones, alui profusio, maximè cum caninos edunt, & his potissimum, qui crassissimi sunt & aluo dura. Et in libro de dentitione, Quicumque dentientes habitiores manent, & altiore somno vtuntur, periculum est ne conuulsione corripiantur. Causa efficiens est alimentum redundans & superfluens lactis crassi & praeter modum atque intempestiue sumpti. Interdum etiam humor in cerebro aquosus & multus in vtero collectus, qualem per vlcuscula purgari vtile est. Corruptitur autem lac potissimum in his, qui crassissimi sunt & aluo dura. Modus autem & signa haec sunt: Si febris acuta inciderit, quanquam & sine febre repente interdum euenit conuulsio, vt in vehementi frigore & copia crudi & crassi humoris. Febris autem colligat, attenuat, & mouet humores crassos ac pituitosos, putredinem auget, vel accerit, vel comitatur. In dentitione a corruptis doloris asperitate, humoribus habet, aut a lactis vitio, vel copia. Vel (ait Hippocrates in lib. de morbis) status quietusque motus sanguinis febre incitante perturbatur. Potest tamen febris vsui esse, quae excrementitium humorè calore exhaustit, aut per alium expellit, quo conuulsionis aduentus intercipitur. Nam quibus (inquit Hippoc.) in dentitione febris acuta accedit, parum conuelliuntur. Addit ergo ad distinctionem alia signa: imprimis aluum astrictum a suppressione excrementorum, & humoris morbifici eiusdemque in caput translatione aut euaporatione, quae praeter ceteris omnibus caput replet, ob idque inter signa conuulsionis passim reponitur. Qui in febribus sudant (ait in Prorethico) cum capitis dolore suppressa aluo conuelliuntur. Et in libello de dentitione, Quibus aluus amplius

3. Aphor. 25.

Lib. de dentitione.

3. Proreth. 23

subducit in dentitione, minus cōuelluntur, quàm quibus parùm. Tertium signum vigilie ab intemperie cerebri & acri exhalatione cotrupti lactis, aut humoris porracei, crudi, æruginosi. Tantò autem periculosiores sunt, & naturæ puerili molestiores vigilie, quantò sunt suapte natura somniculosi magis. Magis enim perclitantur, quibus non conuenit affectus. Addit in Prognostico eiulatus & pauores ab iisdem vaporibus qui acrimonia membranas cerebri vellicant, & tetro colore facultatem imaginatricem perturbant, vt etiam inter vigilandum exclament. Quartum signum est *εκλεκτισμα*, vel *εκλεκτισμος*, anxietudo, in qua exiliunt, & calcitrant ob eundem membranarum morsum, doloris asperitatem, & incipientem iam conuulsionem. Postrema sunt varia ac repentina coloris mutatio & rubor multus ab humorum copia & inordinato motu, spirituumque agitatione in capite. Mutatur autem genuinus color in liuidum, aut rubrum pro natura humorum, sanguinis copia, & spirituum cōtractione ac suffocatione. Viridis aut liuidus (ait Galenus) prauum qualitate significat humorem: rubens verò sanguinis copiam. Præsentem autem conuulsionem indicant partium in facie peruersio, manuum contractio, & oculorum crebra motio. Inter hæc vigilie, & alius astricta signa sunt & causæ.

XXXVI.

*Τὰ ἐνθὺ Τραχυδέα ἀγρυπνια, μέλανα δὲ τὰ σύνθετα, αἰμορροεὶ ἐνια.*

*Qua statim turbulentum agrum vigilemque reddunt, & alui excrementa nigra & compacta sanguinis eruptionem è naribus quibusdam adferunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Portet vehemens esse incendium feruoremque bilis, quæ medio corpore exestuat, & exhalationibus sursum latè leuia deliria & vigilias commouet. Alui verò excrementa retinet sursum vergens, & retenta calore suo exurit, siccitateque vehementer, vnde *μέλανα σύνθετα*. Sunt autem, quæ multis locis Hippocratis *σμηκρά μέλανα*, & aliquando *στυράβωδεια*, quia stercori caprarum similia, appellat. His ergo bile & sanguine in caput motis hæmorrhagia accidit interdum. Aliis enim parotides, aliudve genus excretionis, aut abscessus. Quæ si accedant admodum siccato corpore ideoque imbecilliore, siquidem maior est vacuatio, quàm vires sustineant, natura dissoluitur. Si minor quàm morbus expostulet, nihil aut parum conferre potest. At vix modum feruet, cum omnis moderatio à natura, immoderatio à morbo oritur. At malam hæmorrhagiam in morbis scripsit Author Prorrhæici, vbi intercepta alio eiusmodi excrementa *στυράβωδεια* in morbis excernuntur, multò magis si non nisi ope medica præ siccitate expurgantur, & quod dicit *πρὸς ἀναγνώ*.

DESID. IACOTII COMMENT.

2. Prorrh. 6

IN Prorrhæico ita scribitur, Si intercepta alius parua, nigra, velut caprarum stercorea, ad necessitatem demiserit, per nates eruptio fiat, malum. Ex quibus significatur & cum periculosis signis crifim fieri posse: & si fiat, perniciosam esse. Rationem vniuersalem tanquam axioma quoddam Galenus affert, Viribus infirmis nullam excretionem, nullumve abscessum sustineri posse etiam criticum. Infirmitatem cognosci non solum ex pulsu, sed multò magis ex partium interiorum intemperie. Intemperiem autem ex actionibus lætis & excrementis. Vigilie ergo turbulente & caloris natui atque cerebri intemperiem, & materiæ acris ad caput translationem, & motionem criticam declarant, quia *ὀδὸ*, statim superueniunt. Excrementa autem alui nihil boni ex hac repente mota perturbatione sperari posse denunciant, quia *σύνθετα* & nigra. *σύνθετα* vocat sicca, proprio termino circumscripta, & in globulos coacta, alibi *στυράβωδεια* caprarum stercoribus similia, à vehe

à vehementi resiccatione, & humidi, quo diffluunt, absorptione. Huius autem resiccationis duplex causa: cunctatio & mora in intestinis, propter quam caloris etiam moderati continenti actione interiores sinus quicquid erat humidi, amiserunt, deinde ignei caloris in medio corpore ignitum & inflammatum humidum absorbentis abundantia, qui vrendo exiccat, & indurat breuissimo tempore. Vña enim duriora. Vtra autem caussa sit, distinguitur nigrore. Nam cum à moderato calore laxando, attenuando, & resoluendo paulatim eximitur humidum, vñtionis nulla nota apparet. Nigra verò & retorrda incendium viscerum atque intestinorum referunt sine hepatica imbecillitate, cum circunducta exierint. In causo ab inflammatione iecoris *σύνβαλα* & *στυράβωδεια* quasi in nucleum formata excrementa exire Galenus scribit combusta à visceris phlegmone. Præua ergo sunt vt causæ & signa. Nam non nisi *πρὸς ἀναγνώ*, id est, ad necessitatem excluduntur cum medici diligentia & artificio vel per clysterem, vel glandem. Retenta autem exhalant in caput & humorem faciunt *ἀνάβροπον*. Significant autem partes interiores præ siccitate & incendio exaruisse, magnamque esse naturæ infirmitatem. Ex his etiam de profluuiio sanguinis coniecturam quandam facere licet, præsertim si sequatur perturbatio critica, quam vigilie turbulente antecedere solent, quia quibus crifis futura est, nox, quæ antecedit, solet esse grauior. Ardor autem febris, & humorum sursum inclinatio conferunt ad hæmorrhagiæ prænotionem. Verum crifis illa (vt dixi) bona esse non potest. Nam parua excretio in viribus infirmis nihil iuuat: magna sustineri nequit. Ergo (ait Galenus) bilis vacationem multam tanquam turbationem vehementem, atque multis in morbis commodè factam non sustinent resiccati, neque rigorem, neque alui excretionem, neque sudores, neque parotidas insignes, vel quampiam materiam aliam ex aliqua parte ad aliam transeuntem. In hac vehementi siccitate præsertim quæ cum colliquatione sensum latente coniuncta est hypochondria arida, squalida, & depressa apparere solent, vt sæpe imperitos fallant, tanquam retracta ob phlegmonem & reuulsa viderentur, quod & ad præsagium, & ad victus rationem accurata eget distinctione. Nam qui phlegmone obsessas illas partes habent, his tenuissimo victu est opus: in quibus autem sola siccitas adest, sæpiusculè (ait Galenus) paucum exhibemus pitisanæ cremorem.

4. de dieta in acutis.

2. de dieta in acutis.

XXXVII.

*Τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαιφνης ἀλυσμῶ αἰμορροεὶ, ἄλλως τε καὶ ἢν τί σπορρήνη ἢ πρᾶγε καὶ μετὰ φρίξαντες οἱ ἐπὶ ὀλίγον περιψύχοντες.*

*Qui è peruigiliis anxietate repente capiuntur, sanguinem fundunt è naribus tum aliàs, tum si quid antea effluxerit. An & qui modicè perfrigerati postea horruerunt?*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

TA vbi dicit *παθήματα συμψήματα*, aut aliquid tale, intelligit. Hic ergo & vigilie & anxietas, vt ad hæmorrhagiam ambigua signa sunt, quia & ab his hæmorrhagiam sequi, & non sequi pariter contingit. Atque *άλυσμῶ* iam antè diximus sæpè fieri, vbi ignis in materia acri medio corpore incenditur. Potest tamen sola imbecillitate virtutis id contingere. Neque vigilie signum hæmorrhagiæ est. Omittitur enim ab Hippocrate in signis hæmorrhagiæ. *ἄλλως τε καὶ ἢν*. Hoc sæpè natura solet non semel sed paulatim excluso sanguine morbus indicare. Ex eo ergo quòd antè sanguis effluxit, vigilie verò & anxietas sequuntur, non planè iudicatus morbus intelligitur, sed paulatim iudicari. Et quemadmodum sudatio frequens per sudorem, subinde irritata alius per deiectionem morbum iudicatum iri ostendit: ita per hæmorrhagiam, vbi sæpius antea sanguis effluxit. Quod Metoni in Epidemiis contigit. Sic enim intelligitur naturæ motus, qui cum imbecillior est, à medico iuari potest. At quemadmodum Hippocrates de larga

profusione sanguinis αἰμορραγίαν vsurpat: ita de moderatiore ἔξυσι & vbi paucus extillat sanguis, παραγού. ἡραγε καὶ μεταφορεῖσθαι. Num & qui modicè perfri- gerati, paulò postea horruerint? An & his hæmorrhagia expectetur, an (quod veri- similis est) malignè habeant, dubitari potest. Neque enim frigere, & paulò post inhorrescere hæmorrhagiam indicat, sed naturam sæpius tentantem frustra, præ imbecillitate & morbi contumacia, quod malignum est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Exemplum est crisis imperfectæ per hæmorrhagiam. Differt autem à superio- re Aphorismo. Nam illic natura infirma per resolutionem caloris natui, & humidi consumptionem tentat crism periculoso euentu, hic verò oppressa à ple- thoricis causis paulatim & per vices sese exonerat. Poni enim antecessisse imper- fectam crism, cum scribit ἢ τὴν προεξέσθην, siquid ante profluxerit, quod solum hæ- morrhagiæ proprium signum est, quanquam non inseparabile. Vidimus enim sæ- pe à stillicidio sanguinis, aut leui hæmorrhagia antegressa, sudore autalui fluxione liberatum ægrum. Vigilæ autem, quæ antè non fuerant, cum anxitudine repenti obortæ circa statum perturbationis criticæ signa sunt: non tamen speciem crisis ostendunt, nisi in certa morbi specie, humorum ad superiora inclinatione, & ab- sentia signorum vomitus atque sudoris. In hac itaque signorum syndrome quidã sanguinem profundunt in capitis doloribus: alij minimè. Ad certitudinem ergo & distinctionem præfagij de hæmorrhagia futura, imprimis duo hæc considera, fe- brem valde æstiuam, cuiusmodi causi sunt: & symptomata tum capitis, tum ceruic- is præsertim plethorica. His adde quæ circa faciem apparent: deinde quæ in toto corpore copiosi sanguinis signa existunt, & anni tempus vernum, vel æstiuum, & siqua phlegmone subsit in medio corpore. Nam si ad hæc accesserint hæmorrhag- ica signa in hypochondriis, thorace, & facie, nulla dubitatio relinquatur. Tendit- tur sine dolore ac tumore hypochondrium: spirandi difficultas repenti oritur: splen- dores obuerfantur ob oculos: rubent oculi, genæ, aut nares, & sæpe oculi lachry- mantur: dolor grauis, distendens, pulsans, calidus in capite mouetur, aut quædam ex his, aut omnia simul manifestè fiunt. Quò autem plura conuenerint, eò certior prædictio, & contrà. Pauca autem, vt hoc loco, leui admodum coniectura nitun- tur. Exempli causa ponamus ab antecedente aliquo profluuio sanguinis per mor- bi incrementum, die critico sequente, ægrum repenti somni expertem fieri, qui antè conuenienter quieuerat: itemque iactari & anxium esse præter morem, per- spicuum est perturbationem criticam moueri in corpore. Nam humorum motio & translatio horum symptomatum sunt causæ. Nullum tamen signum hæmorrhag- iæ certè adhuc apparet, nisi quòd profluuium aliquod antecessit, quo præmon- strata est humorum inclinatio ad superiora. Probabilius itaque fuerit eò natu- ram moueri, non tamen necessarium, neque semper. Adicienda igitur alia signa. Quòd autem dubitat, an si leuiter perfrixerint, postea perhorrescant, id quidem etiam interdum euenit, interdum minimè. Verùm si ab horrore sequatur fri- gus, periculosum id est admodum, vt primo libro diximus. Moderatus autem rigor (ait Galenus 3. Protrhetic. 56.) aliquando antecedit hæmorrhagiam in cor- poris plenitudine. Turbationem enim in ipso faciens, naturam ad excernendum quod nocet, irritat. At si successerit rigor copiosæ sanguinis profusioni, ipsam re- reuellit, corpusque postea difficulter incalcescit, ac morbus aut lethalis est, aut diuturnus.

XXXVIII.

Περὶ δὲ τῶν παροξυσμῶν ἐξασπόμενοι, καὶ ἐφιδρῖντες μικρὸν, κακοθῆτες.

Qui circa accessiones tussiant & leuiter desudant, malignè habent.

Id multis febribus accidit, quibus distillatio coniuncta est, vt initiis accessionum tusses moueantur. Quibusdam etiam tanta vis est distillationis, vt initio acces- sionis suffocentur. An quia eadem periodos distillatio habeat & febris? An quia initio materia relictis extremis ad media viscera concurrit? An quia vis retentrix partis suo calore destituta, quòd tum extremis partibus accidit, imbecillior sit? An quia frigidius cerebrum contrahitur, & ita quomodo Aquilones materiam exprimunt? An denique quia vapor è media flamma commotus humorem cerebro in- fusum dissoluit, dissolutus humor in partes inferiores desluit. κακοθῆτες imbecil- liore natura, aut immoderata copia materiæ maximè frigidæ & pertinacis, quæ cerebro inclusa, eaque multa & tussis & sudationum circa caput materiam præ- bet. κακοθῆτες, quia etiam si non desperandum, periculosum tamen hoc est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Duplicem tussim in febribus fieri Hippocrates docet sexto Epid. vnam ἐπὶ θριπιδεῖ à ferino: alteram ἐπὶ πνεύματι à spiritu. Differunt autem genera- tione, motu, & effectu. Generatione quidem, quia ferina ortum habet à distillatio- ne è cerebro, aut vlcere in thorace, aut empyemate. Non ferina verò sine his, nisi quia leuissima distillatio esse potest tenuis humiditatis ab externis causis contra- cta potius, quàm vitio cerebri, aut partium spiritalium, vt in febribus laboriosis à vento, aut aëre frigidiore, aut æstu vehementi, aut puluere, aut fumo. Siccitas enim quædam, aut ab intemperite asperitas & inæqualitas in partibus spiritalibus innas- citur, qua fit, vt leuiter ægri tussiant, ac potissimum cum hiant aut loquuntur. Nam spiritus in asperitate faucium & arteriæ allisus, aut tenuis & blanda distillatio, vel potius liquor quidam è cerebro aut glandibus vicinis effluens, aut cibus exaspe- rans tussiculam mouet. Hæc verò leui concussione è vicinis partibus benigniorem humiditatem elicit & exprimit tum in pulmonem, tum in ventrem: sicque eas par- tes irrigando ac spiritu frigidiore temperando sitim sedat, cuius ventriculus, aut pulmo, aut tenue intestinum causa est, ac magis quidem interdum sedat, quàm fri- gidæ porio, quia plus tussi in pulmones exprimitur, quàm potu influere queat. Ob idque eam in ardentibus febribus commendat Hippocrates, quia efficit, ne ægri immoderate sitiant pro ratione febris, quibus sicca tusses paulatim irritantes in febribus ardentibus perseverant, ij non admodum siticulosi sunt. Vtriusque autem motus diuersus est. Nam ferina ἐπὶ θριπιδεῖ breuibis interuallis vrget, nec θραχέα leuiter sed vehementer thoracem contrahendo mouet. Ea verò, quæ ferina non est, ἐπὶ πνεύματι καὶ θραχέα, ex longioribus interuallis, & leuiter irritat. Hinc vtrius- que effectus dissimiles. Nam quemadmodum non ferina remittit sitim ac febrem: ita ferina vtramque auget. Etenim vehementi concussione & continenti thora- cem ac pulmonem lacerat, vehementerque calfacit, somno etiam priuat, & quod imprimis metuendum est, vires celerrimè prosternit. Cogitur enim thorax pluri- mum ampliari & commoueri, nec quieti locus relinquatur naturæ. Causa igitur pessima semper est, & maligna, præsertim per exacerbationes febrium aut acces- siones. Ad costionem enim & victoriam quiete est opus. Signum verò interdum planè lethale, interdum malignum tantum pro varietate causæ, cuius efficientia tussis mouetur. Distinctio autem ex eo, quod expectoratur, repetenda est, & ex lo- co affecto, ac magnitudine affectionis. Notandum autem est imprimis, an aliquid educatur nec ne. Nam si nihil excernitur, interdum ab inflammatione ortum ha- bet, quæ vel cruda est, vt in pulmone aut thorace: vel in aliis partibus, vt hepate, extumescens septum comprimit, vnde pulmo in angustum adducitur, & inani tussi vellicatur. Interdum verò in causa est virium infirmitas, aut materiæ crassities, aut tenuitas, aut obstructio perfecta bronchiorum. Tenuis enim humor, cum subleua- tus est, inter tussendum à spiritu diuisus refluit: lentus verò aut valde crassus non tam facilè à corporibus, quibus impactus est, abstergi, neque etiã à quouis occur- rentis spiritus violentia impelli potest, & sursum efferri. Vires autè infirmæ, neque

4. Apho. 54.

multum, neque vehementem spiritum mouere possunt, neque vehementē thora-  
cis cōtractionem ferre, sine qua tulsire nemo potest. Quando verò cum spirandi  
difficultate, cui & angustia & grauitas coniuncta sit, acuta quoque febris inciderit,  
is affectus inflammatio pulmonis est aut à bile, si intolerabile fuerit incendium,  
angustia verò grauitatisque sensus minor: aut à pituitoso sanguine in defluxione  
è cerebro, si contraria appareat. Cum verò aliquid excernitur, ex ipsius quantitate  
& qualitate de caussa iudicamus, sic ex tulsu instituitur, tum diagnosi, tum pro-  
gnosis. Ephidrosis autem coniuncta vel superueniens, malum malo addit. Est enim  
vt sæpius dictum est, oppressionis, vel doloris, vel resolutionis earum partium si-  
gnum, è quibus manat.

XXXIX.

Ἐς πλευρὸν ὀδύνη καὶ πνιγμὸς προγινόμενος, οὗτοι ἐμπυοῦνται.

*Si latus doleat & accedat suffocatio, suppuratio expectanda est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Π**νιγμὸν dicit angustiam spiritus, vt propè suffocari videantur, id quod accidit  
dum pus conficitur. Sed melius fuerat ea annotare signa, quæ in Prognosti-  
co scribuntur ab Hippocrate, in quibus non scripsit πνιγμὸν, quia suppuratio sine  
ea angustia spiritus, cum videlicet pauca materia est & paulatim conficitur, esse po-  
test. Et ea suffocatio contingit vel imminente critica excretionem per hæmorrhagi-  
am, aut in lethali morbo appetente morte. ἀμωδία igitur signum hoc est,  
non συλλογιστικόν.

DESID. IACOTII COMMENT.

**S**uffocatio, quam πνιγμὸν vocat, siue interitum significet ex indigentia respi-  
rationis, siue periculum & spirandi difficultatem præfocationi similem, verum  
quidem signum est suppuracionis in dolore lateris, non tamen semper. Nam & in-  
tercepta expectoratione ab angustia bronchiorum, aut materiae crassitie, aut vi-  
rium infirmitate, aut vehemēti incendio esse potest, & commutatione pleuritis  
in peripneumoniam à materiae metastasi, aut diffusionem. Distinctione itaque est  
opus. Etenim per πλὴν ἐς πλευρὸν ὀδύνην verum dolorem pleuriticum accipere vi-  
detur non qui adhuc incipit, sed absolutum & perfectum à phlegmone obsidente  
mēbranam costas succingentē & musculos intercostales atque intimos. Is dolor  
diutius manens & fixus, modò ne in pulmonem aut cerebrum per suppressionem  
sputi biliosi humor transluat, intra decimumquartum aut expectoratione mate-  
riae obsequiosa, aut deiectione alui, præsertim cum nothę costę infra diaphragma  
laborant, aut sectione venę & conuenienti victus ratione cessare debet. Alioqui  
post decimumquartum, nisi præcipiatur æger, aut signa perniosa coniuncta sint,  
in suppuratum abit. Tum ergo locum habet hic Aphorismus. Nam si is dolor non  
modò non remittitur per ea, quæ diximus, sed augetur, & difficultas spirandi ac-  
cedit, vt suspiciosus spiritus, febrilisque calor ac tulsis intenduntur cum salutari-  
bus aliis signis, in motu est suppuratio, quia cum pus conficitur, dolores ac febres  
fiunt. Feruor enim materiae & caloris copia vsūm respirationis augent: dolor au-  
tem intenditur tum ob intemperiem auctam ac tensionem: tum ob acrimoniam  
puris membranas vellēntis, vnde frequens horror incidere solet. In illa autem  
spirandi maiore necessitate materia feruore intumescens angustiam parit, vt ægri  
videantur præfocari. Verum quia ἐμπύημα duobus modis sumi Galenus auctor  
est, pro puris generatione, quæ adhuc sit in parte inflāmata, & pro pure iam facto,  
suffocatio quoq; oboritur, cum rupta vomica pus effunditur in spatium inane thora-  
cis & pulmonis bronchia obstruit, nec expectoratur, quo tēpore doloris loco graue  
pondus percipitur, nec ea suffocatio tam sit spirandi necessitate & vsu, quàm instru-  
mentorū obstructione, & pulmonis oppresseione, cuius alę liberè explicari nequeūt.  
Sic

5. Aphor. 8

Sic vtroque modo suffocatio signum est suppuracionis. At in hoc posteriore multa  
alia interueniunt certiora, vt febris cum horrore interdiu leuior, noctu grauior,  
sudores multi præsertim è capite, & thorace, tulsendi cupiditas, in qua nihil me-  
morabile expuitur, maximè cum materia glutinosior est, & vis thoracis ac pulmo-  
num infirmior, pondus loco doloris, sonitus quidam & similia, quæ Hippocrates  
refert in Prognostico. Hic vel suffocantur ægri, vel intra quadraginta dies à ruptio-  
ne vomicae, expurgantur, vel in phthisim incurunt. Quòd si cum dolore lateris &  
suffocacione praua signa coniunguntur, mors est in propinquo. Huiusmodi sunt  
sputum nigrum, aut biliosum simul ac purulentum, aut multum, aut feruor in gut-  
ture ac stertor, si cum his æger vim morbi permolestè ferat, magnum & fre-  
quenter spiret aucto incendio in pulmone & corde, siti torqueatur, costę ac tho-  
rax insigniter præ cæteris partibus propter magnitudinem inflāmationis caleant,  
de quibus omnibus suo loco.



IACOBI HOLLERII  
STEMPANI, MEDICI PARI-  
SIENSIS IN COACA HIPPOCR.

PRAESAGIA COMMENTARII  
PRIMI LIBER IIII.

I.

Ὅτις ἐν συνεχῆσι φλυζαῖα κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύει, γάνασιμον, μὴ  
γνωμένον πύωδες ἀποστήματος. μάλιστα δὲ εἴηται τέτοιαι γίνεσθαι παρ' ἑσ.

*Quibus in febre continua pustula toto corpore excitantur, lethales, nisi superueniat purulentus abscessus. Atque his circa aures fie-  
ri maxime consueverunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Φ**λυζαῖα Ἰνδοβάρια interpretatur Galenus. Ἰνδοβάρια autem & Ἰνδοβάρια  
δὲ ἐπὶ τῷ σώματι ἐξάνθημα. Videtur hoc loco φλυζαῖα appellare, quæ  
in Prognostico φλυκταῖνα ab Hippocrate, in Critone φλυκταῖνα dicitur. Huic  
eiusmodi pustulae excitatae sunt, mortuus est secundo. Excitantur autem  
acri sanie in cutem abscedente. Propretea perinde ac si candenti igne inufferis, cru-  
stacea quaedam sunt, & ideo in Phlyctenis antrax numeratur. Sed satis frequēs hoc  
symptoma pueris, rarius viris & mulieribus. Vere non ita lethales: æstate & au-  
tumno sæpius periculosa, pestilenti quadam conditione liuida, pallida, multa, fec-  
rida, & quæ interiora occupant. Quaedam in pestilentibus febribus apparent, sed  
nota potius, quàm pustulę quasi demorsis à pulice, sed admodum periculosa. Vul-  
gus nostrum à colore purpureo, quia vehementer rubent, & sæpe liuente violacco  
colorantur, Purpuram appellat. Excitantur. ferè diebus criticis & primis periodis,  
videlicet 17. & 40. πύωδες ἀποστήματα. Reçtè πύωδες, quia aliquando abscessus exci-  
tantur, sed crudi & qui paulatim euanescent, vt æger ad exitum inclinat. Vidi cui  
suppurauit aurē abscessus post exanthemata, vnde vix euasit æger pertinaciore vl-  
cere, quod vlcus reliquerat. Vidi in quadam maligna cōstitutione anni abscessus in  
membris factos, vnde vlcera exedētia, putrilaginosā, rebellia, & quæ Telephium &  
Chirona requirerent, inde subiectis ossibus carie & corruptela violatis. μάλιστα παρ'  
ἑσ, quia ferè in his febribus, vbi pustulae illæ excitantur, aliquid materiae acris est,  
quæ frigidiorē subuehit, secumque in sublime rapit.

**P**RIMUM dictiones illæ ἐκφυσις & ἐκσπυρσισι notari debent. Nam interdum pustulæ in cute nascuntur ob intemperiem carnis subiecta, quæ proprium alimentum corrumpit, vel ob defluxionem. Proinde τὸ ἐκ ex profundo corporis eruptionem in cutem significat: ἐκσπυρσισι, verò vi febris, cuius materiæ portio foras propellitur, non autem affectione peculiari alicuius partis, vt hepatis, aut lienis. Morus autem naturæ excretionem, aut abscessum molientis duplex est. Criticus, & symptomaticus, siue iudicatorium non iudicans. In pustulis ergo toto corpore erumpentibus reliquæ sanguinis, qui in febre putruit, tanquam ciuis aliquis, à natura sæpe propelluntur ad cutem, commune totius corporis emunctorium, vt in partibus imbecillioribus fieri solet. Verùm febris cessat, symptomata remittunt, excrementa cocta & pura apparent. Ipsæ autem pustulæ residet sua sponte. At verò cum febris manet, aut etiam augetur, & cruda vel praua excrementa sunt, siue euanescant, siue permaneant eiusmodi pustulæ, pessimum signum est, eoque mortiferum magis, quò materia copiosior aut corruptior videtur. Quæcunque enim (ait Galenus) φυμάτια, id est, tubercula & exanthemata ad cutim ex intimis partibus efflorescentia refluunt, omnium pessima sunt: & sudores incipientes, & statim cessantes, & ij prauis, & deiectiones similiter, & quæcunque per sanguinis eruptionem, aut ex utero in mulieribus euacuuntur. Omnia enim hæc deteriora sunt cum incipiunt, ac statim desinunt, quàm si nullo modo apparuissent. Nam interdum accidit, naturam, dum occupatur in coctione eorum quæ noxia sunt, nondum ad excretionem excitari. In his verò, quæ coeperunt quidem, sed statim cessarunt, tanquam quidam impetus naturæ apparet properantem ad excernendum, quæ morbum committunt, sed ob imbecillitatem nequeuntis perficere, quod proposuerat. Hippocrates verò ita scribit, Si verò abscessus ἀφανίζονται, id est, repente euanescent, atque recurrunt, sputo non procedente, ac febre non dimittente, malum est. Periclitatur enim homo delirare, atque mori. Idem docetur in Aphorismis de erysipelate intro conuerso, & de tumoribus vulærum euanescentibus. Idem iudicium de dolore. Dolores (ait in Prorrhethico) absque iudicatione soluti inutiles. Vbi Galenus tanquam axioma medicum scribit, Repente euanescere dolorificas affectiones, maximè verò si nullus abscessus fiat in parte aliqua manifesta, signum esse certissimum translationis humoris morbifici ad viscera. Licet autem huius refluxus ad interiora nullam hinc mentionem fecerit, eadem tamen ratio est, siue maneant, siue euanescant. Nam quod intus relinquitur, μετασπυρσισι facit, vt in Sileno, Pustulæ cum sudore rotundæ, paruæ, veluti Iontis, permanent, non recurrebant. Constat itaque quàm periculosa sint huiusmodi pustulæ. Non tamen adhuc lethales esse tutò prælagire licet. Iudicium autem fiet hoc modo: Quæcunque ex his nihil iuuant, sunt difficilis iudicij. Quæ verò etiam in contrarium inclinant, lethales. Id autem ex aliis signis discernitur, vt si deiectiones & vrinæ admodum prauæ appareant, cum grauibus symptomatis, quæ antea non fuerunt, vt vomitu, perfrigeratione, incendio, caligine, anxietate, vigilis, delirio, siti & similibus. Adiecit ergo lethale, nisi superuentur purulentus abscessus, id est, nisi imperfectam crism pustulæ illæ significent, quæ alio abscessu egeat ad expurgandum, quod relinquitur. Crisis enim ad salutem vel cumulatur, vel frequentatur. Ob idque scribit sexto Epid. Quibus tumores secundum aures circa iudicationem facti non suppurant, oppressis his & euanescentibus reuersiones fieri iuxta rationem reuersionum. Abscessus tamen materia sæpe præripitur fluxione alui, aut vomitu, in crisi imperfecta. Quomodo Galenus scribit quinto Methodi. Quibus (ait) ægrotaantibus excretio per inferiorem ventrem haud satis fiebat, iis corpus totum pustulis, quæ nigris exanthematis similes essent, circum vndique scatuat. Cæterum qui ex pestilentia hoc vitio laborarunt, propterea mihi facile sanati videtur, quòd præ-

x. Prorrh. 1

ficcatum iis, præpurgatūque totum corpus fuerit. Quippe qui & vomuerunt ex his nonnulli, & omnibus venter profluxerit. Atque cum ita iam vacuati essent, iis, qui euasuri erant, pustulæ quas exanthemata vocant, nigrae toto corpore confertim multæ apparuerunt, vlcerosæ quidem plurimis, omnibus certè siccae. Ex quibus intelligitur vt pustulæ huiusmodi liberent, alia excretionem opus esse, siue antecedit, siue sequatur. Maximè autem ait his parotides fieri, quibus videlicet caput affectum est; & materia sursum rapitur. Non tamen id necessarium. In parotidum autem locum succedit in mala crisi coactio, si ad posteriores partes, aut delirium: si ad anteriores magis inclinauerit refluens humor. Cæterum dicuntur φλυζαία & φλόγη & φλόγη, quòd est ebullire, vel feruere. Phlyctenas Galenus interpretatur quæ in vna duntaxat parte quandoque excitantur. Genus pustularum (ait Celsus) cum plures similes varis oriuntur, nonnunquam maiores, liuidæ aut pallidæ, aut nigrae, aut aliter naturali colore mutato: subestque iis humor, vbi hæ ruptæ sunt: infra quasi exulcerata caro apparet. Hippocrati generali nomine dicuntur ἐξανθήματα leues humorum eruptiones cum tumore, vt in historia Sileni, ἐξανθήματα μεθ' ἰσχυρῶτος ἐρυσίπης. Falsum enim est, quòd à nonnullis scribitur, exanthemata Græcorum vulgares esse variolas, nisi Silenum velint variolis laborasse. Item & illud, exanthemata summa cute maculis minimè extuberantibus efflorescere. Vix enim apud Hippocratem reperire licet exanthemata, quæ maculæ tantum sint, nec extuberent, quales apud nos sæpe apparent instar pulicum morsus à putredine sanguinis & acri exhalatione. In tertio quidem Epid. nonnulli σιγμάτια legerunt, vbi habetur ἐκθυμα. Sub finem verò quinti τὰ ἐξανθήματα οἷα τὰ τῶν κωνώπων δόγματα, pustulæ velut pulicum morsus, quanquam nihil vetat quin extuberantes aliquantulum effloruerint, nec Hippocratis geminus liber est. Haud scio, vbi præterea legatur. Genus autem ipsam exanthema dictum pro humorum putrentium varietate, acrimonia, corruptione, copia, crassitie, aut tenuitate suo ambitu continet pustulas latas, in fastigium acutas, albas, pallidas, nigras, altas, depressas, feruentes & similes.

I I.

Ἐν δέξει τὰ μὲν ἐξωθεν περιψύχεται, τὰ δὲ ἐσωθεν καίεται καὶ δὲ ψῆν, κακόν.

*In acuta febre partes exteriores frigere, & interiores calere accedenti siti malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Lege commentarium secundum, & annotata in Aphorif. 48. lib. 4.

DESID. IACOTII COMMENT.

**P**erfrigeratio duplex, vna totius corporis, quæ perniciosissima est: altera extremarum partium. Hæc interdum accidit alia ratione, quàm vi febris, aut inflammationis interioris, vt in graui dolore colico aut stomachico, defectione animi, crassiore frigidiorèque materia, quæ calorem intus opprimit, & vias exhalationi calidæ intercludit, cibo etiam intempestiuè sumpto & ventriculi os opprimente, aut per inediam acri humore vellicante. Præterea in sanis à cibo propter caloris inopiam: nonnunquam etiam vermibus ventriculum & intestina mordentibus. In his omnibus calor cum spiritu intro colligitur subsidij causa, aut retinetur. In febre autem perfrigeratio hæc aliquando periodica est à febre intermittente continuæ iuncta: aliquando critica. In quibusdam quoque febribus minus calent extremæ corporis partes oblesso corde à venenata qualitate, vt in peste, quibus sitis interdum in exhausta coniuncta est cum deiecta appetentia, biliosa vomitione spiritu & calore intrò accurrente, quasi (ait Oribasius) cum ciues ad commune incendium re-

finguen



stinguendum concurrunt. Vulgò dicunt febrem foris mitem, intus conturbatam. Præterea in his, quæ τυφώματα νοσηματα, morbos suffocatos Galenus vocat, id est, in profundo demersos & quasi sepultos, cum scilicet tanta est humoris copia, ut calor alioqui ardens sese intus contineat, nec foras moueatur. Ut enim ignis lignorum viridium vel temetè congestorum copia obrutus & suffocatus pro flamma fumum reddit, ita febres τυφώδες alioqui ardentis humore multo bilioso, aut crasso calorem suffocante, pro ardore & flamma fumum, id est, terrâ nec ita vrentem exhalationem per cutis spiracula foras emittunt, unde πυρετός τυφώδεις fumantes latine dicere quidam maluerunt, quam suffocatas. In diuturnis quoque febribus senum præsertim hyeme extrema perfrigerari non ita periculoso euentu author est Galenus. Ab his omnibus differunt, quæ hoc loco describuntur. Primum sunt acutæ, quia scribit ἐν ἡσῆ: deinde externa tantum frigescent, quæ ἐξωδερ vocat: interiora verò καίοντα, id est, igneo calore ardent. Hæc enim vox non nisi de vehementi incendio dicitur. Tertio sitim habent. Hæc autem aliud ostendere non possunt, præter magnam viscerum phlegmonem, aut erysipel quod instar cucurbitulæ calorem ac spiritum vnâ cum sanguine ad se trahit. Quod si vehemens frigus fuerit, virtutem valde imbecillam esse iam tibi coniectura est, ait Galenus. Incendium autem illud percipitur non solum tactu ut thoracis, si pulmo accensus sit, aut ventris & hypochondrij, si iecur, vel partes vicinæ: verum etiam aspectu linguæ, quæ sicca, aspera, & nigra est. Hoc autem est δὲ ψυχρὸν ἔχειν, sitim habere, vel potius causam sitiendi. Nam interdum cum his non sitiunt extincta virtute, quæ est potionis appetens: aut corrupto iudicio cum memoria, ut phrenitici. In moribundis autem instar marmoris extrema perfrigerata absolutam ἐκρωσιν denunciant, maximè cum liuor accesserit. De quibus omnibus dictum est copiosius libro primo. Celsus ita vertit hunc Aphorismum, Cui febre æquè non quiescente exterior pars friget, interior sic calet, ut etiam sitim faciat, lethale. Idque rectius, quam malum. Quarto de diætâ sic Hippocrates de his scribit, Quibus febres graues & implacidae sunt, & hypochondria contendunt, iacentisque ægri sese continere eodem in loco non possunt, atque extrema omnia frigescent, absolutissima tum diligentia tum custodia indigent, eosque ita degere oportet, ut nihil præter oxymeli aquosum tangant, sorbitionem autem non dabis, donec sese malum remiserit & vitiâ maturentur.

III.

Οἱ σιωχεῖς διὰ τέρτης ἐπιτείνοντες, ἐπικίνδυνοι.

Quæ febres continua tertio quoque die inualefcunt, periculosa.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Lege commentarium secundum & annotata in Aphor. 43. libri quarti.

DESID. IACOTII COMMENT.

Comparatio non fit inter febres, quæ ἡσπρίτας, id est, imparibus ingrauescunt, & eas, quæ paribus. Nam dictum est antè parium motus aut lethales esse, aut difficilis iudicij. Sed febres continuæ & acutæ cum intermittentibus tertianis exquisitis, medijs & extensis comparatæ semper cum periculo coniungi affirmantur. propter inflammationem, vel malignam humoris biliosi corruptionem in maioribus venis & arterijs, unde originem ducunt. Sunt ergo periculosa tum causæ magnitudine, tum symptomatum vehementia. Nam tertio quoque die recrudescunt cum stomachi dolore, iactatione, vigilis, delirio, lumborum cervicis & capitis grauitate ob biliosi humoris acrimoniam, feruorem, corruptionem, partium nobilium æstum, visium oppressionem, & caloris natiui ac spiritus continentem resolutionem cum metu translationis symptomaticæ, quæ omnia absunt ab intermittentibus, quarum materia in corporis habitum diffusa singulis accessionibus expurgatur. Neque enim ab inflammatione, aut maligna humorum putredine nascuntur,

scuntur, quæ sunt duæ causæ continuitatis & periculi in febribus. Tales autem sunt causon, tertiana continua, semitertiana, τριτάωφιν, quibus praua signa coniuncta sunt. Hoc cum non intelligerent recentiores interpretes Aphorismorum Hippocratis, in varias sententias distracti sunt, de quibus alibi. Sic autem eo loco scribitur, Febres, quæ tertio quoque die vehementius affligentes non intermittunt, periculosiores. Quoquo modo autem intermiserint, periculum abesse significant. Vbi per σιωχεῖς scribit μὴ ἀγλαπροντες eadem significatione. Verum addidit ἡσπρίτας. Nam febres σιωχεῖς veteribus dictæ sunt, non solum continuæ, quæ ἀγλαπροντες remissionem quandam habent, non tamen intermittant, quod est, non desinunt in ἀπυρεσίαν, quam Celsus vocat discessionem, sed etiam continentes, quæ ita continenter mouentur, ut ad vigorem vsque nulla remissio videatur, σιωχεῖς recentiores dixerunt. Quamquam in primum Epid. ἀγλαπροντες Galenus bifariam interpretatur de remissione & ἀπυρεσίᾳ. Sed quia de his legere licet in locis citatis D. Holletij multa alia, quæ ad rem faciunt, pluribus hic non est opus.

IIII.

Οἷον ἀν ποτε πυρετός διαλίπη, ἀκίνδυνον.

Quibus autem aliquando febris intermittit, nullum subesse periculum significatur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Pars est prioris sententiæ in Aphorismis. Senes duos vidi in tertiana intermittente mori. Agebant annum prope octuagesimū. Alter iuuenis longiori inedia, natura biliosa, in vehementiori accessione syncope periit. Idem in viro. In febre notha id quoque accidit. In quartana distillatio initio accessions inualefcens suffocauit mulierem.

DESID. IACOTII COMMENT.

Periculosos febribus opponit non periculosas, quæ videlicet aliquando intermittunt, aut, ut in Aphorismis apertius, ἢ τῆ τροπῆ quocumque modo. Hoc est, ut Galenus interpretatur, siue vehemens accessio fuerit, ut in tertianis exquisitis minor vtique quàm duodecim horarum spatio circumscripta: siue longa, ut in medijs horarum octodecim, & extensis vigintiquatuor. Nam semitertianæ intermissionem quidem vnius febris habent, non tamen ἀπυρεσίαν, in qua quietis locus naturæ relinquatur. Proinde inter periculosas & continuas reponuntur. Quoties ergo accessio breuis est in verè intermittentibus, non solum periculo vacat eiusmodi febris, sed etiam citò iudicatur. Si verò longior fuerit, à periculo quidem abest, ut prior, verum tantò diuturnior, quantò longior est accessio. Idque intelligendum, modò ne aliunde conflare periculum possit, quàm à febre. Nam virium infirmitas, distillatio, syncope, multitudo & crassities materiæ repenti affluenti, aut alius affectus in principio & incremento accessions hominem de medio tollere possunt, præsertim cui viscus aliquod læsum est. Interdum vires infirmæ in senibus rigoris motum non ferunt, aut concussionem. Interdum etiam vires sufficere possunt primis tribus temporibus, in quibus adhuc habitus corporis compressus est & constrictus. Eo autem in declinatione discusso ac dissoluto, cum calor rursus à medio ad extrema mouetur, nonnulli repenti moriuntur, ut ij qui adstant, animò potius deficere, quàm mori ipsos putent. Quidam verò paulatim in pernitiolis declinationibus, de quibus dictum est in primum Aphorismū libri primi huius: Per id igitur, ἀκίνδυνον, periculo vacare, non intelligit abesse periculū mortis ab omni alia causa: sed à causa & materia solius febris, quæ nec est inflammatio, nec maligna putredo humorum. Nam, ut scribit Galenus, siue ex maligna putredine ortum habeant, siue ex inflammatione, ad integritatem non perueniunt. Præterea obseruandum est ἀπυρεσίαν, quæ intermissionis causa est & signum, duplicem esse: vnam

vnam integram ac puram, vt in tertianis & quartanis: alteram impuram & imperfectam, vt in quotidianis. Neque enim febris omnis, vt vulgò fieri video, ad continuam genus referri debet, quæ non desinit in veram ἀπυρεσίαν. Cum enim materia crassa & viscida est, in ea diutius putredo concepta manet, nec ita exactè extinguitur, nec facillè resoluitur aut discutitur accessione vniuersus vapor, qui crassior est. Eo igitur non perfectè exhalante caloris febrilis vestigia & putredinis perseuerant post accessionem, quod quotidianarum febrium proprium quodammodo ac peculiare esse Galenus testatur ad Glauconem. Verùm (inquit) harum febrium declinationes, vt tertianarum & quartanarum, sudoribus non finiuntur, vnde neque ad manifestam febris remissionem paucis quibusdam exceptis perueniant. Et secundo de differentiis febrium, Euacuationes igitur (ait) in quotidiana pauca existunt, ac longitudo accessions diuturnior, & tempus intermissionis non æquè purum: sed semper seruans in calore ac pulsu putridi humoris indicium. Deinde rationem reddens, Constat febrem, quæ ex pituita fit, neque integrè expurgari per inclinationes, neque ad integritatem puram desinere, neque exiguū post accessionem vestigium putridum relinquere. Signa ergo propria intermittentium à primo accessions insultu repetenda sunt potius, quàm à vera ἀπυρεσίᾳ. Ea autem sunt oscitatio rigor, horror, frigus, vomitus, pandiculatio, quæ in exacerbatione aut potius intentione febrium continuarum non apparent, quas hic vocat ἡ τριπλῆς. In semitertianis autem horror quidem & frigus manifestè fiunt, sed per reduplicationem, aut ἀνομαλίαν, nec declinatio cessauit, cum peior priore accessio inuadit, & sine vlla intermissione recrudescit.

## V.

Ἐν μακροῖς πυρετοῖσιν, ἢ φύματα, ἢ ἐς ἄρθρα πόνος ἐγγίνονται, εἰ ἢ γέγονται, οὐκ ἀχρηστοί.

*In longis febribus vel tubercula, vel labores in articulis fiunt: & si fiant, non inutile.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**æc sententia scripta est Aphorism. 44. lib. 4. Longas febres efficit multitudo, crassities, frigiditas materiae, natura imbecillis, & quæ peccantur ab ægro & iis, qui assident ægro: sed è materia ferè longitudo est. At vt acuti excretionè ferè iudicantur: ita longi coctione magis & abscessu. Hæc igitur sententia eorum est, quæ ὡς πολλαῖς φύματα in genere quæcunque præter naturam foras enascuntur extumescuntque sine causa manifesta ἀπὸ τῆ ἐν τῇ γῆ φουλίωσιν, vt ait Galenus. φύμα rursus ἀπόσπασιν vt hoc loco. Nonnunquam ἐμπύημα, vt septimo Aphorismorum. Peculiariter posterioribus medicis inguinum inflammatio à sanguine bilioso, quæ celeriter augetur, & in pus conuertitur. Hippocrates in Epidemiis de frigidis tuberculis & calidis vsurpauit, vbi ἐκφύματα scripsit alia lata, alia minus lata. ἐς ἄρθρα πόνος πόνος & dolor & offensio corporum, vt antè dictum est: hic de vtroque, quia videlicet ab eo humore, qui in articulos decubuit, ἀπόσπασμα vocant, dolor in articulo & noxa quædam excitatur. Nascuntur autem vel materia morbi in eos abscessus versa, vel conualescentibus quidem, infirmo etiamnum calore natiuo, necdum regenerato spiritu, siquidem plenius nutriantur, quod scripsit in Aphorismis. Oportet enim quæ longo extenuantur tempore, paulatim resciri. οὐκ ἀχρηστοί, non dixit simpliciter λυσιπλάσι χασμοί aut aliquid tale, quia aliquando fit vt eiusmodi abscessus vel malignitate materiae, vel copia gangrænam & putredinem membris adferant, quod etiam in Prognostico annotauit. Sunt autem non inutiles, quia necesse sit materiam morbi vel excerni, vel concoqui, vel in abscessum colligi, vel denique putrescere, atque corrumpi. Rarè excernitur in longis. Si ergo non coquitur, in abscessum coire oportet, alioqui putrescere. Non inutile igitur, cum alioqui diutius cohibita corrumpitur.

DESID.

**D**E abscessuum prænotione tam multa sunt apud Hippocratem, vt ignoratione distinctionis quibusdam pariant confusionem. Interdum enim in quibus morbis, interdum in quibus partibus, aut in quibus ægris, aut quando, aut quomodo fiunt, diuersis Aphorismis complectitur. In conualescentibus quidem dupliciter. Primum quando supersunt morbi reliquæ, si qua pars infirma fuerit, maximè si peruersè alatur æger, ibi abscessus firmatur per Aphorismum, Quibus resurgentibus ex morbis pars quæpiam laborauerit, ibidem abscessus fiunt. Deinde tamen nulla cacochymia superstes maneat, & febris exacta sit, si conualescens copiosiore cibo vtatur, quàm vires fractæ & ventriculus imbecillior ac frigidior nondum regenerato spiritu ferre possint, ei expectandus est abscessus, per alium Aphorismum, Quibus tumores vel dolores in articulis ex longis febribus fiunt, hi cibis pluribus vtuntur. De partibus autem varijs sunt Aphorismi. Alij in superioribus, alij in inferioribus fieri docent, de quibus dictum est antè in Aphorif. de parotidibus. Quod si spes fuerit in articulos fore, qui promptissimè materiae decubitus excipiunt tum ob naturalem imbecillitatem, tum ob amplitudinem ad excipiendum, quasi oleum (ait Orisibius non omnino ineptè) in marmore decurrit, & vbi inuenit cavitatem, retinet se: sic & hi crudi humores in articulis detinentur. Tunc (inquit Hippocrates) si pars quæpiam ante morbum laborauerit, ibi morbus firmabitur. Quod non solum ad abscessus articularum, sed etiam ad morbos in partibus internis transfertur, vt capite, pulmone, & ventre. De morbis autem sic ratiocinatur. Febres omnes calidas & acutas ex tenui, calido, & bilioso humore per excretiones, vt sudorem, hæmorrhagiam, alui profluuium, vrinas, iudicari: quod καὶ ἐκρίσιν dicit. Diurnas verò cum salutaribus signis aliquando coctione, nonnunquam abscessu, præsertim si diurnitatis causa sit materia, quæ cum difficultate coqui potest, non autem errata, aut partis alicuius vitium. Causa igitur duplex, materiae conditio cum virium mediocritate, & dierum crismorum ratio. Humor enim ob frigus resistit coctioni: ob crassitatem minus admittit calorem: ob visciditatem non excernitur sua vehementi coactione. Viatrice ergo natura à partibus potentioribus ad articulos imbecilles propellitur sparsusque in cavitatibus lassitudinem ac dolorem: collectus & extuberans abscessum verum facit, & vt in hoc Aphorismo docet, vel tubercula, vel labores. Quod si materia facilius agentis caloris operam omni ex parte suscipiat, paulatim coctione abscessus: quod eam effugit, per vrinas aut aluum reicitur. Sic materia abscessus & occasio præripitur per Aphorismum, Quibus speratur abscessus ad articulos futurus, liberat ab abscessu vrina multa crassa & alba facta, qualis in febribus quarto die quibusdam fieri incipit. Idem quandoque hæmorrhagia præstat, vt sexto Epid. Qui faciem impensè rubram habent, his cum salubriter cunctatus fuerit morbus, per abscessum iudicationem fieri speretur, nisi facta per nares sanguinis profusio superabundantem sanguinem in articulum aliquem lapsurum prius vacauerit. Eodem quoque libro docet lienis tumorem, nisi in articulos finiatur, solui hæmorrhagia, vel dextri hypochondrij distensione, nisi vrina copiosa hanc præripiat, quod humores à liene ad hepar refluere soleant. Dierum autem crismorum natura horum etiam abscessuum concausa est, vt Galenus docet de diebus criticis. Nam vsque ad decimumquartum diem & vigesimum valida est natura & morbi concertatio, ob idque excretiones fiunt, vel si natura infirma sit, abscessus in glandulis. Qui verò à vicesimo ad quadagesimum numerantur, hi paulatim vehementiam, laboriosumque certamen remittunt, vt & qui post quadagesimum sunt, omnes prorsus languent, coctione potius & abscessibus, quàm crisis morbis finem imponentes, & solutionem adferentes. Quia autem non omnes febres longæ in abscessus aut coctionem desinunt, sed pleræque sine his necant, horum etiam signa Hippocrates, omnium bonorum autor, nos docuit. Considerare autem oportet (inquit) talia in hunc modum: Si febris detinet, & dolor non cessauerit, & sputum non excernatur secundum rationem, neque biliofa fuerint

4. Aph. 32

4. Aph. 45

4. Aphor. 33

2. Progn. 65

Q

2. Aph. 34

alui deiectiones, neque dissolute atque syncera, neque vrina valde multa & crassa & plurimum continens sedimentum, paratur autem salubris ab omnibus aliis salutiferis signis, in his oportet huiusmodi abscessus futuros sperare. Et alio loco, Quibuscumque tenuem ac crudam longo tempore mingentibus vrinam, si cetera, vt in conualituris indicia fuerint, iis abscessum ad partes septo transuerso inferiores expectare oportet. Hæc igitur abscessuum futurorum signa sunt. Quorum ratio sic habet, Primum est, febris continua, quæ non intermittit, nec remittit. Nam vbi febris quiescit, abscessu non est opus. Secundum, suppressio materiæ partim crudæ partim coctæ. Nam quæ excernitur, vt per sputa, aut quæ cocta est, abscessum facere nequit. Tertium, neque biliosæ fuerint alui excretiones, quæ calidam materiam denunciant. Hæc enim per excretionem iudicatur, sicuti crassa & semicocta per abscessum. Quartum, nec vrina copiosa & cum multa hypostasi excernatur, quæ coctionem indicat, & materiam abscessus subducit. Quintum, certa salutis spes ab aliis signis affulgeat. Nam morbus exitialis sine abscessu interficit, aut cum abscessu prauo. Postremum, si tenues & crudæ vrinæ diu maneant cum signis salutaribus à materia cruda, sed minimè praua. Addit in Prorrhethico, neque coctas apparere debere, neque crudas, sed aquosas cum albo pendente absque sedimento. Nam quæ penitus aquosæ sunt, morbi planè crudi signa sunt. Quod verò in medio album pendet, aliquam coctionem, sed nondum perfectam, quia sedimen abest. Albæ verò & graucolentes vel abscessum haudquaquam significat, vel malum. Ceterum abscessus nomine generatim Hippocrates sæpe vititur, aliquando particulatim. Nam *μετάσσειν*, in qua humores locum mutant, abscessum vocat in Epid. Deinde *κρί' ἐκροήν* per emissionem, cum superfluens humor acrior ad renes, hæmorrhoidas, vesicam, ventrem inferiorem & cetera corporis emissaria confluit, ac diarrhoeas, dysenterias, tinesmos, & similia concitat: quomodo fistulas aliorum remedia scribit sexto Epid. Tertio *κρί' ἀπόθεσιν* per repositionem. Non enim *ἀπόσκημμα*, aut *ἀπόσσεισ* apostema, seu vomicam significat, sed humorum decubitus. Postremò *ἀποσέσεις* aliquando vocat per alterius morbi in alterum transitum, vt in Epid. *ἀποσέσεις*, id est, digressiones in quartanas fiebant. Quarto de diætâ in acutis *μετάσσειν* Gale. distinguit ab abscessu, quia cum illic humores locum tantum mutant, alia exoriuntur symptomata, nouique labores existunt in parte excipiente, in qua tempus aliud exigitur ad coctionem mali. In abscessu autem critico æger à molestiis liberatur. De quo scribit hoc loco, si abscessus fiat in longis morbis, non erit inutilis. Modò videlicet bonus sit, nec germen habeat, quod ex signis à nobis positis intelliges, & si die critico fiat: procul à sede affecta: antegressis coctionis signis, & in parte quæ totius materiæ sit capax. *φύμα* ergo hic neque tumorem in glandulis, neque empyema significat, vt alibi, sed *ἀπόσσειν*, aut *ἀπόσκημμα*: *πῆλοι* verò & dolorem, & læsionem in articulis, siue manifestus sit abscessus, siue latens fluxio. Atque hæc est Hippocraticæ doctrinæ summa de abscessibus, quæ ad huius loci, & multorum sequentium intelligentiam necessaria mihi visa est.

3. Prorrh.

1. Epid. comm. 2. cap. 10

2. Epid. com. 2

VI.

*Κεφαλαλγία ἐν δέξει, ὑποχόνδριον ἀνεσπασμένον, μὴ ῥυέντος αἵματος ἐκ ῥινέων, ἐς φρενίτιδον προέρχεται.*

*Capitis dolor in acuto morbo, præcordia reuulsa, siquidem sanguis non effluet e naribus, in phrenitidem procedit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**n signa critica hæmorrhagias capitis dolor & hypochondrij contentio atque reuulsio. Vbi enim e mediis visceribus in caput sanguis conuertitur, viscerum natura ad expellendum sese colligit, atque ita contrahitur, contracta hypochondrium reuellit. Ac iam pleniore venæ cerebri & nimium tensæ membranas quoque distrahunt. Quod si humor acrior est, mordicat etiam, & ex iis omnibus *κεφαλαλγία* commouetur. Sanguis igitur, si quidem natura cerebri robusta, foras excluditur apertis aut ruptis venis, quæ ad nares pertinent. Si infirma illic subsistet, & hinc phrenitis nascetur.

rum natura ad expellendum sese colligit, atque ita contrahitur, contracta hypochondrium reuellit. Ac iam pleniore venæ cerebri & nimium tensæ membranas quoque distrahunt. Quod si humor acrior est, mordicat etiam, & ex iis omnibus *κεφαλαλγία* commouetur. Sanguis igitur, si quidem natura cerebri robusta, foras excluditur apertis aut ruptis venis, quæ ad nares pertinent. Si infirma illic subsistet, & hinc phrenitis nascetur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**M**agna vis est ad præfagium in hac præcordiorum reuulsione & multis locis ab Hippocrate celebrata: verum diligenti distinctione, & exercitato medico est opus. Hæc enim tria *ὑποχόνδριον ἀνεσπασμένον, ἐρύαδαι*: & *προσέσει λυαί σφοδρῶς*, hypochondrium sursum reuelli: intro trahi: & vehementer deprimi eadem non sunt, & ita inter se similia sunt, vt plerisque medicos fallant. Nam *ὑποχόνδριον προσέσει λυαίου* dicitur à Galeno hypochondrium valde depressum, non tamen retractum, sed, vt in Prognostico, *κατεφρασαμένον σφοδρῶς καὶ ἰσχυρῶς αἰχμώδες*, quod vehementer exaruit, & squalidum admodum existit, quale esse solet in mortifera facie, de qua Hippocrates in Prognostico: naris acuta, oculi concaui, & collapsa tempora. Est ergo signum vehementis siccitatis, non autem phlegmones, quanquam (ait Galenus) exuberans corporis siccitas tensionem septo transuerso & hypochondrio pariat maiorem. Sed maximè aduertas distinguasque à siccitate phlegmonem oportet, quòd sanatio non vna sit. Nempe qui hoc ipsum ob phlegmonem tale habent, tenuissimo egent victu: qui verò ob siccitatem contrario, vbi sæpiusculè paucum exhibemus præsanæ cremorem. *ἔσω* autem *ἐλαττω* intro trahi, aut partim intro, partim sursum reuelli hypochondria aut vtraque, aut alterum tantum, signum est phlegmones in diaphragmate, aut succingente membrana, quæ quia præ siccitate & calore exaruit, & inflammata est, seipsa fit breuior, atque ita reuellit hypochondrium, vt totum occultetur ad thoracem tractum. Quòd si ab aliqua inferiore parte trahitur, tunc sanè oblonga ipsa tensio apparet, quæ est contraria reuulsioni, vt in adolescente in Melibœa, quanquam de vtraque dicatur *λαπαρόν* vacuum. Nam nihil est infra, quod tensionem occultet, vt in thorace sunt tum costæ spurix, tum pectus ipsum. Ob eam etiam causam maiore periculo pars in his inflammata vnà secum hypochondrium magis iatro, quàm sursum reuellit. Hic tactu neque mollities illa naturalis, neque duritas dolorifica percipitur, sed tensio, & contractio sine dolore, vt alio loco docuimus. *ἀνεσπασμένον* autem hypochondrium, id est, sursum reuulsim, vt idem quod superius, interdem significet, distinguitur tamen in Prorrhethico. Propriè enim ita appellatur, quando contrahitur tantum ad superiora, aut sine contractione intro accurrit. Itaque duarum affectionum nota est. Nam cum perseverat cum delirio, absolutam & perfectam phrenitidem denunciat ab inflammatione cerebri & contractione principij neruorum, quam sequitur diaphragmatis & hypochondriorum contractio ad superiora. Circa statum verò & incrementa cum subito tenditur hypochondrium, & ita reuellit, translationem humorum ad superiora ostendit, quæ si critica sit, profluuium sanguinis afferet: si verò symptomata, viribus non potentibus dominari humorum motui, phrenitidem, aut conuulsionem. Cum enim impetu quodam exprimitur sanguis in magnis venis & arteriis, quæ sunt in præcordiis, consentaneè est hypochondrium contendi, & quasi in subsidium violentæ impulsioni reuelli. Interdum verò vtroque modo contrahitur, cum & phlegmone subest, & natura excretionem molitur. Quòd Galenus tertio de Crisi docet. Si verò (ait) hypochondria cum dolore tendantur, non modò fluxum sanguinis, sed etiam aliquam ibi adesse inflammationem significant. Manifestum autem est, siue signum criticum hoc sit, siue symptomatici, capitis dolorem coniungi. Hic enim & in perturbatione critica, & in phlegmone interna tum per sympathiam, tum per idiopathiam nascitur ab intemperie, & tensione in menyngibus, arteriis atque venis cerebri. Per sympathiam quidem ab exhalatione & fuligine humo-

2. de diætâ in acutis.

2. Prorrh. 10

Q 2

ris putrentis in partibus inferioribus per insignes ramos venarum & arteriarum ascendente. Atque is maximè augetur, cum æger peculiari alicui capitis affectui obnoxius fuit, qui quasi sopitus exasperatur febre superueniente. Alioqui remissionem habet, nec admodum contumax est, vt nec criticus. Per idiopathiam autem maior, contumacior, & periculosior existit, à materia calida & acri, & inflammatione. Eiusmodi dolor in acutorum morborum numero recensetur ab Hippocrate in Prognostico. Hic si ab initio euenerit, & æruginosum vomitum, vigiliis, difficultatem spirandi, ac delirium attulerit, valdè perniciosus est, ac phrenitidem aut conuulsionem portendit. Sin mitior fuerit, siue lethaliū signorum accessione, profluuium sanguinis è naribus, aut in imis partibus abscessum affert: quemadmodum cum ab initio inceperit, septimo hæmorrhagia sperari potest, præsertim in iunioribus, aut suppuratio in grandioribus per os, aures, & nares, maximè si ad tempora & frontem dolor peruenerit. Cum enim venæ & arteriæ in eam partem finiantur, euenit, vt illic sanguis affluens maiorem tensionem faciat, materiæque subtilior in extremas vaforum oras progressa venas narium aperiat, atque sanguinem effundat, cuius profusione cerebrum oppressum exoneratur, & ad naturalem temperiem reducitur. Hæc itaque duo symptomata, & cerebri primogenio affectu laborantis, & diaphragmatis inflammati signa sunt, quibus liberari æger potest sanguinis profuuiō: alioqui sequitur phrenitis, per inflammationem cerebri, aut bilis translationem. Verùm distinguere oportet num inflammato diaphragmate, an cerebro ea exorta sit. Nam cum delirare soleant ægri ob vitium, quod in ore ventriculi consistit, & febribus ardentibus, & pleuritide, & peripneumonia, illud tamen delirium remitti solet in declinatione morbi, nec perpetuum est, atque hac nota maximè distinguitur à phrenitide. At in inflammatione diaphragmatis delirium excitatum à continuo parùm distat, adeo vt veteres putauerint hac parte inflammatione laborante phreniticos euadere. Differt tamen à phrenitide vera. Nam in hac respiratio magna est rara, & propria signa phrenitica antecesserunt, vigiliæ, somnus turbulentus, oculi vehementer scalidi, aut acris lachryma, & lippitudo, venæ ipsorum sanguine repletæ, sanguinis stillicidia, lingua arida. Inflammato diaphragmate hæc minus apparent, parua & frequens respiratio est ob dolorem & angustiam: deinde inæqualis, & ex vtraque respirationis oppositione mixta. Præterea ab initio hypochondrium sursum reuollitur, vt in phrenitide, cum iam absolutus est morbus.

## VII.

Τὰ λειπυρικά μὴ χολέρας ἐπιγνομήνης, & λύεται.

*Lipyria febres non soluantur, nisi cholera superueniat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**L**ειπυρικά variè scribitur. Alij enim λυπηρικά. Sunt autem quæ λυπηρα febres ab anxietate & molestia appellantur, quibus peculiare est, vt cum internæ partes ardeant, externæ perfrigerentur. Quod fit vel ventriculo igne sacro incenso, vel medio viscere, sed maximè simis partibus hepatis. Aëtius lipyriam facit ab erysipelate ventriculi. Aliter quoque crudis humoribus peccatis vitæ acruatis, oppilatio grauis in venarum angustis, quæ ad cauum hepar pertinent, colligitur. Intercipiuntur quoque eodem vitio, & qua via circa folliculum fellis & ventriculum deducuntur. Cohibetur ergo viis interceptis flaua bilis, & cohibita crassescit putrescitque, ex quo inflammatio, quæ erysipelatis naturam habet. Atque vt inualefcit, ita incendium viget, & ad instar cucurbitulæ calorem extremarum partium trahit, vnde exteriora frigent, interiora inardescunt. Ac breuiter desperatio est, nisi natura excretrice concitata vitium expurgetur liberatis viis, quæ ad intestinum ventrémque pertinent. Quòd cum beneficio naturæ, vel ope medica procuratur, vomitiones, deiectionesque tum biliosæ, tum crudæ largiter pro-

ter promouentur, idque Cholera appellatur. Rectè ergo scripsit lipyrica nō solui, nisi cholera morbus superueniat.

DESID. IACOTII COMMENT.

**T**Α λειπυρικά more veterum dixit. Oportet enim (ait Galenus) vt veterum consuetudinem cognoscas, vbi eos de febribus differentes audieris. Nam si febris vel hepatis, vel lateris, vel alicuius alterius partis inflammationem consequatur, pleuritim, vel peripneumoniam, vel hepatim appellant morbum, non febrilem. Febrientem autem citra inflammationem febre laborare dicunt. Sunt ergo lipyrica febres lipyriæ, in quibus frigent extrema, & interiora vruntur, quas idem Galenus ab interiorum inflammatione, Aëtius ventriculi erysipelate, vt τρυφώδω ab erysipelate iccoris, κρυμώδω, pulmonis fieri aiunt. Inter febres ardentis numerantur quarto de diætā in acutis, sed hoc habent peculiare, quòd & malignæ sunt, & sedem habeant in cauo hepatis, & his partibus, quæ ad folliculum fellis, ventriculum & mesenterium pertinent. Ibi enim fortis inflammatio, vel crysipelas ex vniuerso corpore ad locum affectum trahit sanguinem: vnde & vri profunda, & cutim refrigerari accidit. Arabes & in materia huius febris, quam plerunque à pituita faciunt, & in modo refrigerationis extremorum dissentiant à Græcis, quam ob externas obstructions fieri putant. De quo agetur in librum Hollerij de febribus, in quem aduersaria maximè necessaria paramus. Ex hoc autem loco Aëtij sententia confirmatur, cum scribit, si circa ventrem ignis fuerit sacer, febrem ex hoc accensam lipyriam nominari. Nam λειπυρία πυρός, hoc est, igne deficit in extimis partibus. Materiam autem habet bilem. Quare tum ex materia, tum ex loco affecto rectissimè colligit Hippocrates iudicari cholera superueniente, alioqui interficere. Crises enim fiunt quòd natura & humores repunt per loca conuenientia. Phlegmone enim iccoris & lienis iudicari solent per hæmorrhagiam, quia acuta & calida febris coniungitur, quanquam iuuantur etiam sudoribus bonis. In conuexa autem parte phlegmonem & hæmorrhagia, & sudoribus bonis, & multis vrinis iudicari Galenus docet tertio de crifibus: in concaua verò deiectionibus biliosis, sudoribus & interdum vomitibus, quemadmodum quæ circa renes & vesicam, vrinis: & quæ circa thoracem ac pulmones, sputis. Sic ergo crifim per vomitum & deiectionem biliosam choleram nominauit. Non enim cholera perpetuò significat morbum illum acutissimū, in quo (ait Celsus) simul & deiectio & vomitus est, præterque hæc inflatio est, intestina torquentur, bilis supra infraque erumpit & similia, sed etiam alui excretionem in vniuersum, atque inde cholera morbo nomen inditum, vt sæpe aliàs generis nomen speciei tribuitur. Quod Trallianus ita explicat. Ne autè quis affectum hunc ideo choleram vocari putet, quòd à chole (id est, bile) omnino fieri consueuerit: sed quia materia, quæ per ventrem adfertur, ex intestinis videtur excerni. Intestina verò χολάσις veteres appellabant, vt etiam Homerus testatur his verbis, χέχλωσ' χαμαὶ χολάσις, quod est, fusa erant humi intestina. Coniungitur hic Aphorif. cum superiore, quia de crifidū varietate agitur, vt & sequentibus.

## VIII.

Ἰκτὲρος πρὸ μὲν ἑβδόμης ἡμέρης ἐπιγενόμενος, κακόν. ἑβδόμη δ' ἢ ἐνάτη, καὶ ἐνδεκάτη, καὶ τεσσαρτέσκαϊδεκάτη, κρίσιμον, μὴ σκληρυῶν ὑποχονδρία. ἢν ὁ μὴ, ἐνδοιασόν.

*Morbus regius ante septimum quidem diem malo est. Septimo verò, nono, vndecimo, decimoquarto iudicialis est, nisi hypochondria dura sint: si vero non, ambiguum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc sententia scripta est in Aphorifmis, & explicata commentario secundo.

Comment. 3. in  
1. Epid.

2. Progn 4.  
Fumosa fe-  
bris.  
Algida febris.

Actius lib. 5

4. Aphorif.  
62. & 64.

**R**ectius hæc ita inter se iuncta leguntur, quam in Aphorismis. ubi in duas sententias una interiecta quasi dissipantur, quod Galenus ibidem reprehendit. Continent autem aliud iudicij genus per abscellum. Nam icterus criticus inter abscellum numeratur à Galeno primo de diebus criticis. & in historiam Hermocratis. Hic enim cum sexto icteriosus omnibus exacerbatis mente non constabat. Distinctio igitur hic tibi fit (ait Galenus) intensionis hypochondrij ab hepate profecta. Fit siquidem interdum flauæ bilis in totum corpus diffusio iudicationis ratione, vt in Aphorismorum commentariis est dictum, ubi ait, Icterus ante septimum, malum. Sis autem memor te, prius quam morbus concoqueretur, sæpius audiuisse neque alium quendam abscellum fieri commodè, neque icteriosus: talis enim abscellus bilem ne ex viscere expurgetur, & per ventrem vacuetur, impedire significat, vel propter obstructionem vel inflammationem. Cocto autem morbo, interdum iudicatoriè ad cutim corporis natura, quod superfuit tum ex aliis humoribus, tum ex flaua bile, reicit: nihil enim interest hoc in loco, vel flauam vel pallidam vocare. Quod autem & hepatis affectione adacta, icteriosa affectio facta sit, ostendit sexto die omnia proritata fuisse, cum eo, quod non mente constaret. Idem quarto de diæta in acutis, icterum scribit febrientibus superuenire, aut tanquam affecti iecoris symptoma, aut natura bilem per cutim excernere contentente, sed nequeunte, veluti in abscellis omnibus fieri consuevit. Primo autem Epid. Quosdam (ait Hippocrates) morbus regius sexto die corripuit. Sed his profuit per vesicam purgatio, vel turbata aluus, vel copiosa sanguinis eruptio. Vbi Galenus, Quibus (inquit) nõ potuit bilem natura excernere, his in cute acruata morbum regium peperit. Præuam autem id erat ante septimum fieri diem, vt & in Aphorismis est dictum. Atque ex his soli illi seruati sunt, quibus natura potuit modo alio superuacua excernere. Ex his locis triplicem icterum colligo. Vnũ planè symptomaticum iecoris grauius affecti à scirrho, inflammatione, aut obstructione (sunt enim hæ tres cause, vt scribitur in Aphorismis) Alterum criticum, sed imperfectũ, aut prauum ante septimum: Tertium criticum & perfectum, qui ante septimum fieri non potest. Quid ex singulis prælagendum, per facile est conicere. Nam symptomaticus à scirrho cum grauitate & duritie tandem affert hydropem & mortem. Dignoscitur autem initio tactu, quia extenuatio semper adest musculorum illi incumbentium: progressione verò temporis licet non increseat, haudquaquam percipitur ob tumorem ab hydropse. Verum tum hic tumor, tum vrinæ crassæ & nigre manifestum præbent indicium. Expultrice enim facultate imbecilliore facta, aut secretrice hepatis non solum biliosa, sed & nigra excrementa, quæ in lienem ferri debuerant, in ipso hærent iocinore, eiusque & colorem, & substantiam immutant. Quippe retenta primùm tenuiora vasa infarciunt, deinde in omnem eius substantiam cum sanguine crasso diffunduntur, & obstruunt. In obstructione vrget in dextra præcordiorum parte grauitatis cuiusdam sensus, facilèque sæpius curatur & cibus, & potibus, & medicamentis extenuantibus, deinde bilem vehementius purgantibus, & frequentius iteratis. Qui verò crifim imperfectam facit, aut prauam ante septimum ex adiunctis signis, quid adferat, intelligitur. Si enim omnia grauiora fiant, aut magnæ inflammationis signa se prodant, proculdubio lethalis est, vt in Hermocrate: & ἄρι κρισίω, In febribus ardentibus (ait Hippocrates) si accedat morbus regius, & singultus quinto die, lethale est. Sin minus, liberantur, superueniente alia vacuatione insigni aut per vrinas, aut ventrem, aut hæmorrhagiam, aut omnia simul: alioqui moriuntur, vt primo Epid. docet Hippocrates: Criticus autem icterus est, qui die critico & antegressis coctionis signis incidit sine hypochondrij duritie, cum excrementis & vrinis secundum naturam se habentibus, à translatione bilis crassioris in cutem, quæ ad discutendum contumaciore est. Nam tenuior abit in sudorem & per insensilem transpirationem expurgatur. Idque etiam causa est, cur citius septimo die bilis illa critice in corporis habitum effundi nequeat, quia icterus non ex quauis, sed crassiore bile fiat. Non tamen propterea post septimum omni vacat periculo, nisi signa commemorata coniungantur. Ob idque addit,

4. de diæta in  
acutis. 81.1. Epid. com-  
ment. 2.

addit, septimo, nono, vndecimo, decimoquarto criticum etiam esse, nisi dura sint hypochondria, id est, nisi quis malus affectus, ex his, quos diximus, visceri seu iecori acciderit: & quod scribit Hippocrates, Morbo regio laborantibus si fiat hepatis durum, malum. Sin minus, signum est ambiguum. Nam aut mortem denunciat, aut difficile iudicium, vt ex superioribus perspicuum est. Hinc manifesta cuius esse possunt recentiorum interpretum errata in huius loci explicatione. Plinius imponit Hippocrati. Sic enim scribit, Hippocrates ante septimum diem morbum regium mortiferum esse signum docuit. Nos scimus vixisse aliquos etiam ab hac desperatione. At, vir egregie, vides Hippocratem quoque id sciuisse, nec mortiferum, sed malum dixisse, & ambiguum, interdum etiam mortiferum. Auerois & Abyzoahar decepti quoque sunt ignorantia huius distinctionis. Fuschius homonymia vocabuli (κρίσις) confusus duplicem tantum facit icterum. Quod verum quidem est: sed iudicatorius non semper verè & perfectè talis est. Hippocrates enim iudicari vsurpat, in bona, & mala, & imperfecta crisi, vt passim in Epidemiis videre licet.

6. aphorif. 40.

26. cap. 12.

## I X.

Αἱ πικναὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὑποσφοραὶ, περὶ κρίσιν αἱματώδεις, μελάνων ἔμετων ποικίλους. γίνονται δὲ ἢ τρομώδεις.

*Frequentes per eadem recidiva, circa indicationem sanguinem fundentes, nigrorum vomitum faciunt. Fiunt autem & tremula.*

**R**ecidiva sunt relicta parte materia, relicta qualitate, vnde alimenta corrumpuntur. Aliquando immoderato cibo & potu atque intempestiuo. Cause quoque externæ frigus, calor, ira, aliæque id genus recidivam gignunt. In iis ergo frequentis recidivæ causa requirenda, vt inde remedia statuantur. Quod autem scribit ἡ δὲ τῶν αὐτῶν, vel ad causas, vel dies criticos referendum. Sæpe legas annotatum certis intervallis intermittere morbum & redire, ac ferè semper diebus criticis. Αἱματώδεις autem crises faciunt vel copia sanguinis, vel vitium, quia videlicet sanguis actior calidiorque, serosior quoque aliquando, siquid fæculinis concepit, narium venas excitat atque ita effluit. Vitium ergo, quod ægrè natura conficit, paulatim excernitur. Quod quia crassius & minus fæculentum, nec adeo feruidum est, paulatim fluit. Pars autem reliqua vomitu repurgatur. Sed ab his mirum, quod non denunciat periculum, cum adiciat τρομώδεις. Fit tamen aliquando vt longitudine morbi viribus affectis, siccato corpore, resoluta spiritu tremor fiat, qui tempore corrigitur.

**R**ecidivas faciunt cause externæ aër, cibus, potus præter modum: internæ verò quæ relinquuntur in morbis per crises imperfectas & præcipites, materia nimirum, & δραστικὴ νοσώδης morbosa affectio tanquam fomes, ex quo similis renascitur humor. Materia autem morbifica interdum aliò transfluens fæculam soluti morbi opinionem adfert: interdum verò tenuiore parte discutitur, manente crassiore. In relapsu ergo, qui fit natura integra (Nam dictum est antea eadem superata relapsus aliquando fieri, vt in Hermocrate) duo contingere solent. Nam & in affectum locum recurrit humoris collecti copia: & quod remansit crassius, aut concoquitur, aut critice, vel symptomaticè excluditur. De priore dictum est in illis Aphorismis, Mente aberrantes, acutè superfebrientes cum sudore phrenitici fiunt. De posteriore hic agitur. Nam cum per easdem causas, aut, vt apertius dicam, per eundem humorem recidiva fit, eadem crifos species expectanda est, nisi primis accessionibus tenuior portio exierit: crassior verò manens eodem ductu exire non potest.

3. Aphor. 20.  
huius.



fit. Sic in frequenti recidua sudor factus, tandem aut vomitum, aut deiectionem biliosam prænuñciat. Eodem modo hæmorrhagia frequens circa iudicium (nam affecto hepate & resolutio liene frequens quidem fieri solet, non tamen secundum ordinem dierum criticorum) humorem morbificum eiusque & naturæ ad superiora inclinationem ostendit. Sed si totum ipsum ac veluti cinerem affatorum humorum excernere per tenues venulas natura non potuit, hic rursus permanens in corpore & calefcens iterum feruet idque quoties ei accidit, feruendo excitat febrem: à qua rursus eueniente sudore, aut hæmorrhagia, pariter cum eo, quod efferbut atræ bilis, euanuit: tum rursus aliæ reliquæ feruentes, rursus alteram excitant febrē. Hinc ergo vel vomitus, aut deiectio nigrorum tandem expectanda est, vel morbus aliquis ex atra bile, veluti quartana, aut febris erratica. Fiunt autem & tremulæ huiusmodi recidivæ, humore acri per partes sensibiles transeunte, & facultate motrice oppressa, præsertim cum principium neruorum affectum est. Affectum autem esse ostendunt frequentes per hæmorrhagiam recidivæ: cui ventriculus ob insignes neruos consentiens vomitione tentari solet, vt de vomitu nigrorum in phreniticis dictum est. Interdum etiam accidit, vt pars quædam sanguinis in ventriculum illapsa, ibique concrefcens deiectione, aut vomitu reddatur, sed hoc est per accidens. Quod si sine alleuatione febris aut in febre continua siue recidua post sanguinis profluuium nigra aut vomitu, aut deiectione excernantur, iudicium est non iudicans lethale, quia cum prauo signo per Aphorismum illum Prorrheticum, Post sanguinis eruptionem deiectiones nigra, malæ. Atque hæc videtur huius Aphorismi sententia, quæ coniecturam facit de specie criseos in recidivis, præsertim quæ cum salutaribus signis coniunctæ fuerunt. Quando enim (ait Galenus) post morbi coctionem aliquis humorum vitiosus excernitur, tunc corpus à natura expurgatur, & propter hoc atra bilis, & alius omnis huiusmodi humor, vbi signa coctionis in morbi processu apparuerint, bonam significant euacuationem. Si verò aliter excernantur sine signis coctionis, exitialis est casus. Quare cum in morbi principio semper sint signa cruditatis, mala erit humorum talium euacuatio. Sed de nigrorum vomitu dictum etiam est antea, vbi docuimus *ἢ μέλαινον* nomine propriè significari *μελαγχολικὸν χυμὸν* melancholicum humorem distinctum & re, & qualitate, & nomine ab exacta & sincera atra bile, quam *τὴν μέλαιναν χολήν* vocat Hippocrates. Generalius verò sumpta dictione nigrorum comprehendit *τὸ μέλαινον αἷμα* sanguinem nigrum, non qui aliquando saluber est, & quibusdam naturalis: sed qui à sua symmetria recedens ingentem ruborem ex humiditate media inter crassitatem & tenuitatem amisit. Ob idque in Aphorismis non sanguis, sed veluti sanguis dicitur, qualis sit sanguis denigratus dum per intestina defertur, semperque est præter naturam, & à Galeno *μελανδὲρ* potius dicitur, quàm *μέλαινον*, quia cum antea ruberet, denigratur ichorum & partium tenuiorum absorptione, substantiæ corruptione, & proprii excrementi suppressione. Verum cum id perfectè fit, in atram bilem degenerat, cuius excretio sincera semper lethalis est quocumque morbi tempore fiat, vt docuimus antea. Absumitur autem tenuior pars sanguinis dum immodicè coquitur, feruet, aut vitur, vt in præcalido hepate, æstu, regione calida, studiis, causo, phrenitide, febre *φλεγμονοδῆ*. Currumpitur alimentis crasis, putredine venenata, vt in peste, & obstructione in venis, aut iecore interceptus, vt in hepaticis, aut à mortificatione partium & intemperie frigida. Retinetur proprium illius excrementum melancholicum vel ob copiam, quæ splene turgente nec absumi, nec educi tanta potest, quanta generatur: vel ob crassitatem: vel in meatibus ipsum excipientibus, aut excludentibus obstructione: vel ipsius splenis non trahentis imbecillitatem. In multis itaque morborum generibus eiusmodi nigra solent excerni. Per erysipelata & inflammationes (ait Galenus) accedente concoctione vitiosus, cœnosus, & putris sanguis deicitur. Deinde in diuturnis obstructionibus hepatis ac totius mesenterij, quibus impeditur *ἀνάδοσις*. Tertio in hepaticis affectibus medicamentorum auxilio robustiore euadente iecore interdum deicitur excrementum tum colore, tum odore pessima purgato ita viscere. Quod autem in progressu morbi vnà cum signis coctionis huiusmodi fiant vacuationes, non semel, sed cre-

3. Prorrh. 35

4. Aphor. 21.

5. de locis affectis.

sed crebrò ex enarrationibus operum Hippocratis didicistis. Idem contingit in splene. Etenim iecoris instar excrementa post morbi coctionem à se propellit. Proinde per vomitum vnà cum nausea melancholicum interdum sanguinem excernit, qui aliàs per inferiora, quoque subit. Et nisi hoc modo vacuetur, animi deliquia & tristitias melancholicas efficit, ac cibi nonnunquam vehementissimam appetentiam, maximè si excrementum, quod in ventriculum fertur, exquisitè acidum fuerit: sæpenumero autem subuersionem & ventriculi langorem accersit, vbi alià quandam corruptionem induit. Adde etiam in morbis ex putredine, aut feruore sanguinis talia interdum exire, vt in peste descripta à Galeno. Quoties autem vi morbi & incendio nigra excluduntur vt in phrenitide, id planè lethale est. Nam calor ignei vim, humoris prauitatem, & partium summam intemperiem denunciant. Quomodo verò tandiu humor noxius in visceribus à natura ferri queat, & ad crifim referuari, aut ante crifim symptomaticè expelli, Galenus quoque docet. Interdum (inquit) quod grauat, sustinet, ac longo temporis tractu id, quod molestum est, vincit, id ipsum conficiens, alterans, & concoquens. Deinde rursus alio tempore, aut qualitatem eius, quod infestat, aut multitudinem ferre non valens, ad eius excretionem excitatur. Quemadmodum contrà, cum interdum vehementer molestat, id quod infestat, euicere cupiens, viribus extremè prostratis præ imbecillitate haud potest.

X.

*Τὰ ἐν περιτοίσι πυρετοῖσι ἀλγήματα παροξυνόμενα περιτογενῆ πάλαιται, ἢ γρομβώδεια αἷματὰ διαχωρεῖται.*

*Qui in tertianis febribus dolores exacerbantur, tertiana naturam retinent, & grumosum sanguinem egerunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**λγήματα siue morbos, siue dolores dicas, non ita refert. Res potius consideranda est. Dolores quidam proprii sunt febris tertiana: alij aduentitij. Proprii, vt capitis, sæpe etiam renum. Aduentitij, vt coli & quarundam partium. De aduentitiis hoc loco. Vidi enim cui per accessiones acerbissimus dolor colicus moueretur: alteri latus exercebatur. Alios vexat distillatio grauis & tussis. Hoc vult ergo, eiusmodi aduentitios dolores aliquando (neque enim id perpetuum est) induere naturam tertianam, quia videlicet tertio quoque die cum accessione tertiana redeant. Commota enim materia impetu accessions parte aliqua decurrit in partem imbecillem. Qua verò ratione egerant *γρομβώδεια*; non ita manifestum. Neque enim sanguinis grumos inde egeri necesse est. Sed fortasse, vt in vrinis perturbatio sæpe efficit, vt vrinae in grumos crassescant, non sanguinis quidem, sed crudæ frigidaque materia: ita & deiectiones lenes non sunt, sed asperæ & grumosa.

DESID. IACOTII COMMENT.

**P**rimùm discernere oportet num febris sit in humoribus putridis: an in solo spiritu alterato: etsi pars aliqua laborans febris causa est, quis sit illius affectus. In putridis humoribus tria prima genera sunt, eaque simplicia tertianarum, quotidianarum, & quartanarum. Sub tertianis veteres comprehendunt tertianam intermittentem, & tertianam continuam, vt Galenus docet secundo de Crifibus. Nam exquisita ardens & tertiana intermittens exquisita omnia communia habent, genus, humorem, intensionem per tertianos circuitus, symptomata. Hoc vno differunt, quod continuæ per venas intermittentes vndiquaque delatos humores habent, vnde fit vt hæc cum rigore inuadant, & in *ἀπυρεσίαι* definant per singulas accessiones, quibus mouetur & expellitur humor: illæ minimè, quia humor fixus est, & in venoso genere cohibitus. Cum ergo scribit *ἐν περιτοίσι πυρετοῖσι*, generis nomine vtique

ne vititur Hippocrates, quemadmodum antè, cum dicebat *δὴ τριῆς*. Nec tertiana dicitur ad differentiam cōtinuarum, sed earum, quæ aut singulis diebus, aut quarto quoque die exacerbantur, aut à primo principio vsque ad crīsum similes perseverant, aut eodem tenore inualescunt, aut decrescunt, quas recentiores Synochos nominant. Sūt enim & hæ quidem è genere ardentium, sed acumine differūt. Hæc autem tria prima genera (è quibus omnium febrium dignotio repetenda est) misceentur duobus modis, aut inter se, aut cum phlegmone alicuius partis interioris. Vtroque modo dupliciter, per complicationem, quam *ἐπιπλοκὴ* Galenus vocat, quando horis differentibus fit intensio: & per *κράσιμ* confusionem, quando eodem tempore incipiunt. Docet ergo Hippocrates hoc Aphorismo, febres, in quibus dolores tertio quoque die exacerbantur, id est, inflammationes (sic enim dictum est antea *ἀλγῆματος* vocem sæpius usurpari ab Hippocrate) mixtas esse sub genere tertianarum, quarum characterem referunt, quemadmodum quæ singulis diebus recrudescunt, ad quotidianas continuas, & quæ quarto quoque die, ad quartanas referuntur. Habent enim formā compositam ex his, quæ partis affectus indicia præ se ferunt, & his, quæ causam ostendunt. Dolor enim *ἰσχωδῆς* firmatus cum æstu quodam, verbi gratia, in thorace, in eo loco phlegmonem denūciat; species autem doloris partem ipsam primigenio affectu laborantem, vt punctioris & latè extensus membranam. Tales enim sunt dolores membranarum, quæ sensu præditæ sunt. Grauis verò cum aliis signis pulmonem. Tumor durus & dolorem in dextro hypochondrio, iecur; in sinistro lienem. Hinc febres pleuriticæ, peripneumoniacæ, hepaticæ, phreniticæ. Hi autem dolores si cum tertiano febris circuitu tertio quoque die exacerbantur, & genus febris, & humoris speciem simul cum his quæ excernuntur, ostendunt. Nam humor in parte putrescens statim calorem quandam malignum accendit, vt in putridis febribus essentialibus. Quando ergo huius caloris modus simplex fuerit, alicui prædictarum febrium necessarid assimilatur, magis autem, si verum dicere oportet, vna ex illis est vel biliosa, vel melancholica, vel pituitosa. Nam fluxus, qui phlegmonē facit, vel flauæ bilis est, vel atræ, vel pituitæ. Verum ex sanguine putrefacto iam quodammodo biliosa est, quia vt calor moderatus sanguinis: ita in excessu, bilis auctior, atræ bilis author est. Febris itaque retinet characterem humoris & circuitum ac typum. Si verò humor mixtus sit, mixta quoque febris idæa & forma apparebit, vt in phlegmone erysipelatode, & in erysipelate phlegmonode. In phlegmone verò, initio quidem similis est diariis ex inflammatione glandularum: postea tamen, quia sanguis bilefcit, fit *τριπυρόδηνος*. At in erysipelate iecoris, aut ventriculi, aut pulmonis maligna ardens & tertiana exquiritæ (nisi calore intro contracto extrema refrigerentur) planè similis nascitur, estque etiam *τριπυρόδηνος*. Humor autem, qui intra abscessum putrescit, interdum similem quandam accessionem facit febris intermittens, quemadmodum, qui in venis est circa abscessum, continuâ. Sed typus illius humoris extra venas obscuratur à febre continua, quanquam & interdū manifestè deprehenditur. Ob idque de diætâ in acutis Hippoc. in pleuritide meminit frigoris pedū. Manifestè autem motus humoris biliosi per accessionem & intensiorem symptomatum, vt vigiliârū, iactationis, æstus, cardialgiæ, delirij, doloris capitis & lumborum, quæ si quis hoc loco dolorum nomine complecti velit, nihil moror. Quod autem fluxio in phlegmone, & putredo certa periodo moueatur, accessionesque generis tertianarum habeat, multis locis Galenus docet exemplo eorum dolorum, qui in oculis, vel auribus certo circuitu redeunt, quia excrementa colliguntur, mouentur, & putrescunt certo circuitu pro facultatis expultricis robore, & assimilatricis conditione. Et alio loco, Quocirca (inquit) ratione non caret interdum putrescere sanguinem ipsum in locis inflammatis, febremque ex eo simpliciorē esse, quàm ex aliis humoribus. Proportionem autem accessionum tertiani circuitus potissimum sumit. Ita enim cernitur fieri & in pleuritide, quoties rubrum expuunt. Vbi verò supra modum affatur penitus: & capite sequenti, cum docuit in doloribus quibusdam externarum partium periodum accessionum obseruari, ita existimandum est (inquit) in partibus internis, quæ minimè apparent, seruari eandem proportionem: verbi gratia, per inflam

1. de diætâ in acutis. 45

2. de diff. feb. 16  
Ibidem cap. 12

inflammationem pleuritidis ac peripneumoniacæ intumescere quidem inter initia accessionum, discuti verò ac subsidere per inclinationem. Idem Hippocrates de doloribus capitis, qui imparibus augentur, ac profluuiio sanguinis primo septenario iudicantur cum signis salutaribus: aut cum prauis interficiunt: aut progrediente morbo pus è naribus, aut auribus excludunt: & si viginti dies prætergressi fuerint, rarius quidem hæmorrhagia: frequentius suppurato aut abscessu ad inferas partes quiescunt. Idem iudicium de aliis partibus, quæ phlegmone obsessæ tenentur. Omnis enim phlegmone hypochondriorum, modò sit calida & acuta, cum salutaribus signis, sanguinis profluuiio è naribus iudicatur, iuuat utque sudoribus bonis, & vrinis: alioqui suppurat & sæpius per deiectiones expurgatur. Nam, vt ex Galeno superiore Aphorism. dictum est, per erysipelata & inflammationes accedente costione vitiosus, cœnosus, & putris sanguis deicitur. Propterea subiicit Hippocrates, *Et erysipelatum sanguinem egerunt*. Dolores verò, qui circuitu ita exacerbantur per inflammationes, aptissimè dixit *ἀλγῆματα παραξωδῆνα*, ad differentiam dolorum à flatuoso spiritu, aut externis, vt vermibus, aut dolore capitis antiquo, qui non est in ratione febris, obstructione difficili, materiæ erratico motu, vehementi intermperie, qua partes neruacæ exaruerunt, cordis morsu, & similibus, qui statim rati quæ temporibus, ac diebus criticis per se non exacerbantur, vt inflammationes ex putredine & fluxione, quanquam humore incitato simul cum febre exasperantur, & quasi sopiti suscitantur atque incandescunt.

3. Prog. 11

5. de loc. aff.

XI.

*Ἐν πυρετοῖσι χεῖρὰ φλέβα τὴν ἐν τῷ τραχήλῳ σφυγμὸς ἢ πόνος, ἐς δυσεντήριον ἀποτελεῦται.*

*In febribus pulsus est dolor circa eam venam, qua in collo est, in dysenteriam desinit.*

Vena in collo & iugularis, & quæ carotis arteria appellatur. Vtraque spiritu feruens pulsatione & tensione dolorem mouet. Hæc autem nõ dysenteriam, sed hæmorrhagiam potius & parotidas, aut affectionem quandam capitis potius significat. Nisi quòd aliquando natura sursum emouens materiam, aliquid occurrit, quod vias naturæ intercipiat. Itaque reuocatam materiam per aluum deducit, vnde dysenteria critica, qualis sæpe in Epidemiis annotatur. Eadem ratione antè diximus auruginem reuocata in ventrem materia solui, & derepentè euanescentes abscessus lethales, nisi conuersa ad ventrem materia vel vrinas, vitium repurgetur.

*Σφυγμὸς* veteribus primùm de motionibus dolorem in parte phlegmone obsessâ excitantibus dicitur: deinde de palpitationibus: tertid de vehemēti arteriarum motione, quas antiqui venas appellabant. Addidit itaque ad distinctionem *ἢ φλέβα ἐν τῷ τραχήλῳ*. Sæpe enim iugulares, quæ videlicet in superficie collocantur, motione pulsui cuidam non dissimili agitari videmus. In temporibus quoque ex subiacentibus arteriis motio accidit, quò tempore maximè pulsant, eiusque loci venæ quasi vibrantur, quòd maximè euenire solet in vehemētib; capitis doloribus cum multo calore, quemadmodum vibratus pulsus apparet in his affectibus, in quibus valida facultas est, instrumentum durum, & vsus virgens per violentam distentionem duræ arteriæ. Eadem autem distentio in venis & arteriis capitis dolorem creat, ob idque adiecit *καὶ πόνος*, vt ex his simul iunctis intelligamus & plenitudinem & agitationem magnam in sanguine, & calorem vehementem, & principium neruorum affici. Hoc autem si fiat initio morbi cum vertigine à flatuoso spiritu, & cum moderata febre, graui ac turbulenta symptomata circa crīsum futura prænuntiat, vt antè docuimus. In progressu verò cum vigiliæ coniuncte fuerint,

4. de diætâ in acutis.

3. *Prorrh.* 9. fuerint, principio neruorum affecto, nihil mirum (ait Galenus) inde phrenitim fieri & coma, & conuulsionem, & vocis priuationem, & quoduis aliud tale pathema. In plethora autem fieri potest, vt præ copia aut naturæ infirmitate sanguis non excernatur, sed vel venas intercipiat, & ferè momento hominem è medio tollat, vel ad pectus & pulmonem conuersus peripneumoniam, aut pleuritim, aut sanguinis excreationes excitet. Fieri etiam potest, vt excernatur quidem, sed vel cholera superueniente, vel hæmorrhagia, vel hæmorrhoidibus, vel mensibus in muliere. Distinctio autem adhibebitur ex humoris inclinatione, qualitate, superuenientibus symptomatis, & naturæ robore. Nihil enim absque his certò statui potest. Neque enim quid factura sit humoris in caput translatio facta (ait Galenus) certò licet dicere, priusquam aliquod aliud signum appareat vel cataphoræ, vel delirij, vel conuulsionis: nempe & id fieri potest. Potest quoque & natura morbo robustior inuicta sanguinis eruptionem moliri, vel parotidas suscitare. Antegressis autè coctionis perfectæ signis ac die critico maxima inde hæmorrhagiæ spes est, præsertim in iuuenibus, febre ardente, & constitutione aëris calida: in senioribus autem dysentericæ faciliores conuersa in ventrem materia biliosa, quæ ob virtutis infirmitatem calorisque natui diminutionem excerni per superiora non potuit. De qua sic Hippocrates, Sanguinis eruptiones plurimis fuerunt, præsertim adolescentibus, & ætate vigentibus, perieruntque horum plurimi, quibus non erupit sanguis. Seniores verò corripuerunt vel morbi regij, vel alui turbationes, vel dysentericæ, vt Bioni contigit, qui ad Silenum habitabat. Grassatæ sunt autem & ætate dysentericæ, ac quidam ex ægrotantibus, quibus & sanguinis eruptiones fiebant, tandem dysenterias incurrerunt, vt Eratonis puer, & Mylus, qui facta multa sanguinis eruptione, in dysenteriosam conditionem euaserunt. Ostendit ergo Hippocrates quid fieri soleat potius, quam quid necessariò eueniat.

1. *Epid. comment.* 1

XII.

Τὸ μεταβάλλον ποικίλεις χρώμα κατὰ θερμοσίν, χηρσίμων.  
*Color, qui sæpe cum calore euariat, vtile.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**T**ὸ μεταβάλλον alij ad χρώμα referunt. Sed color calorem non immutat, sed ab euariante calore permutari potest. Ideo alij χηρσίμων, quia vt calor immutatur, ita color. Verùm hæc omnia nihil docent. Iam verò ab affectione corporis & calorem & colorem subinde permutari, vtile esse non potest. Itaque non χηρσίμων, sed κρίσιμων legendum puto. Sic enim docet experientia in eo certamine naturæ contra morbum, quam κρίσιμ dicunt, varia fit corporis in colore, calore, pulsu, respiratione, motu, sensu, & ratione, ex quo παραχρη illa critica, & inde excretio aliqua prænuntiatur. Melius ergo κρίσιμων legas. Alioqui repugnaret sententiis Hippocratis quia in Prognostico & Aphorif. damnat coloris mutationem & caloris.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**uam vim in præfagiendo habeat caloris & frigoris vicissi mfacta mutatio, dictum est libro primo, & in illum Aphorismum, Summæ corporis partes, si celeriter in vtramque conditionem permutentur, malum. Coloris autem vnà cū calore crebra mutatio duo significat, angustiam, laborem, & pugnam, vel virtutis laborantis casum: deinde humorum prauitatem ac μεταρρυσίμ, quæ inordinatum spirituum ac sanguinis motum infert, & in partem principem inuadit, vt caput. In Prognosticis hanc colorum mutationem in pueris signum conuulsionis esse scribit, quia, vt scribit Galenus, humorum prauitatem indicat, quibus solèt conuelli. In Aphorif. verò, Et quando (ait Hippocrates) toto corpore mutationes accidunt, vt si corpus refrigeretur, & vicissim calefiat, vel color alius ex alio oriatur, longitudo morbi significant. Galenus inde colligendam docet morbi diurnitatem, quia non est firm

3. *Prorrh.* 69.

est simplex & vnus formæ. Natura autè varias & discrepantes affectiones paruo tempore subigere & cōcoquere nequit. Experientia quoque docet in affectibus animi & vetriculi mordicatione, vt à vermibus, bile acri, humore frigido, itémque in deliquiis animi & interceptione respirationis crebrâ coloris mutationem fieri, ac modò pallefcere egrû, modò liuore aut rubore suffundi. Quæ omnia praua signa sunt, quæ admodum quoque cum pituita in corporis habitu liquata diffluit, color, calorque euariat. Hoc itaque modo distinguendum præfagiû. Vbi hæc contigerint ineunte morbo, vi morbi, nõ peculiari vetriculi, aut animi affectu (externa enim semper excipienda sunt) erratici humorum motu, cui natura dominari non potest, ostendunt, & vires à morbo superari, quo tempore, quia humores turgēt, ad eorum euacuationem festinandum. Est enim μεταρρυσίμ, vt μεταρρυσίμ, de qua diximus alibi copiosè. Cum verò perseverat, multiplex materia, multiplicisque motus præmōstrantur, in quibus superandis tempore opus est, quia quod plures affectiones apparēt, eò naturæ opus operosius. Si verò repētè, & circa statum aut incrementum febris hæc inciderint cū crebra symptomatum mutatione in diuersis partibus, translationem humorum fieri certum est, quæ quod euasura sit, ex aliis signis distinguere oportet. Nam si aucta morbi malignitate fiat, metuendum à cōuulsionem & phrenitide. Antegressis autè coctionis signis & die critico perturbatio critica ostēditur, qua sola ratione color cum calore crebrò mutatus vtilis esse potest. Quod enim χηρσίμων est, hoc est, vtile, id alicuius actionis & finis ratione tale dicitur, vt scribit Gale. de optima secta. Quò igitur referri ista vtilitas potest nisi ad præcognitionem criseos, de qua his omnibus Aphorif. agitur? Non tamen de specie certò statuendum ex hoc solo signo, nisi alia adiungantur, quæ hæmorrhagiam, aut dysenteriam, aut parotidas denunciant.

XIII.

Τὸ χολώδες ἐν πνεύμα μέγα, καὶ πυρετὸς ὄξυς μὲν ὑποχορδρίθι δὲ αἰσίοις, παρ' ἑσ' ἀφίστησιν.

*In biliosis spiritus magnus & acuta febris cum hypochondriorum intentione ad aures abscessum facit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**X**ολώδες vel ægri, vel morbi. πνεύμα μέγα, vt variè dicatur ab Hippocrate, de reuera magno, in quo thorax vndeque plurimum ampliatur, audire necesse est, liberis instrumentis, natura robusta, & necessitate incitante. Vbi enim à partibus inferioribus materia sursum conuertitur, & obiter implet calfacitque vasa thoracis ea respiratione fit. Sed de magna respiratione postea pluribus. Non est autem parotidum proprium hoc signum, sed commune hæmorrhagiæ, quomodo & hypochondrij contentio. Itaque non ex propriis, sed communibus contra artem præfagiendi, sententiam malè pronunciat.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**Acc parotidum signa superius exposita sunt diligēter, nec repetitione est opus. Summa autè est: Si ad abscessum cōuertantur morbi, cōmunia quidem omnia sunt indicia, vbi salubriter se æger habet, neque solui morbum, neque vrinam multam, & cū copiosa hypostasi, sed crudam ac tenuem apparere. Propria verò morborum non valde diuturnorum, si æger subito difficulter spirare cœperit, mox autè hæc spirandi difficultas deficiat, & illam capitis grauitas, & dolor, & coma, ac surditas exceperit, huic in glandulis post aures fieri abscessum necesse est. Si verò morbus iam diuturnus fuerit, neque vllū ex iis signis affuerit, appareat autè in aliqua inferarum partium vel grauitas, vel tensio, vel inflamatio vel dolor, huic in inferis partibus abscessum futurum sperabis. Hic autè videtur animaduersione dignum, quod scribit χολώδες. Nam in morbis longis fieri parotidas scripsit antea, non in biliosis neque morbis, neque hominibus. Vel enim χολώδες vocat flauo tinetos ægros, vt ὀφθαλμῶν χολώδες a quinto & septimo Epid. vel biliosos. Priore modo non ab simile est, quod scribit author *Prorrh.* 69. Quibus ampliter & crebrò spirantibus morbus regius & febres acutæ cum

3. *Prorrh.* 69.

R

IAC. HOLLERII COMMENT. I.

194

3. Provrh. 73

1. Epid. comment. 1

duris hypochōdriis refrigeratæ fuerint, his abscessus magni secundū aures susci- tantur. Gale. id reprehēdit, quōd morbus regius ad parotidū generationē nihil cō- ferat. De febribus autē ardētibus scribit sāguinis eruptiones mouere, sāguinē tum fundētes, tum ad caput sursū ferētes. Posteriore autē modo falsū quoq; docetur. Nam succi ad caput recurrētes (ait alibi) calidi quidē & tenues, desipiētias & sangui- nis eruptiones procreāt: crassi autē frigidi, comata & parotidas. Dicēdū igitur est, vt morbū inter acutū & verē diurnū, ita materiā parotidū inter crassam ac te- nuē mediū locū obtinere. Duo autē esse, quæ materiā parotidū colliquare in capi- te, aut ab inferis partibus sursū ferre queāt, bilē mixtā, aut caloris abundantia. Nam Hippo. ἐπ' ἀρεμάτιε quædā facit φλεγμονώδη, alia ἐρυσιπελατώδη, parotidas cum ru- bore, tensione, dolore: alias cum erysipelate: alias à frigida materia, quæ crassa est, aut caliginosa. Hæc verò non sūt, nisi in biliosis tēperamento, vel vitæ instituto. Sic enim Hippocr. scribit, Parotidas à frigida materia cōtigisse adolescentibus, iuueni- bus, etate florētibus, luctatoribus, athletisq; quā plurimis: mulieribus verò paucis. Gale. causam affert, quōd cum in omni humorū illapsu cōmune sit, vt calidiores succi ferātur sursū, frigidiores deorsum, materia autē subfrigida esset & ærea, me- diaq; naturā obtineret & eorū, quæ sursū & eorū, quæ deorsum mouētur, cōsenta- neū fuit solis biliosis in caput trāslationē esse factā: etate quidē, vt adolescentibus ac iuuenibus: vitæ autē instituto, vt iis, qui in palæstris ac gymnasiis versabantur. Iure itaq; (inquit) paucis mulieribus fiebat parotides, iisq; non nisi iuuenibus, & natura calidioribus quæq; non admodū vixerāt in otio. πνεύμα μέγα scribit, vt ante, πνευ- ματος μέγας, non qui vētre inflātur, sed quibus magna est & frequēs respiratio, quæ repētē incidit ac desinit sine manifesta excretionē sursū trāsente humore. ὑποχον- δρίαι autē ὑπὸ πνεύματι nominat tensionē hypochōdrii criticā sine duritie ac dolore, de qua dictū est ante. Cum ergo in presagio abscessus primū natura morbi obseruā- da sit, in qua abscessus futurus est: deinde in qua corporis parte per signa inclinatio- nis humorū, & partis excipientis symptomata, hæc paulò breuius atque obscurius complexus est Hippocrates, vt qui sibi ad memoriā scriberet.

XIIII.

Οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες εὐσιτοί, μηδὲν ἐπιιδόντες, ἐπιτρέφουσι κακὸν θάος.

Qui ex longis morbis conualescunt, & bene cibum accipiunt, ne- que tamē renutriuntur, aut proficiūt, malignè recidūt in morbum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN conualescentibus restituta appetentia bonum signum naturæ sese excitantis ad renutritionem & colligendas vires inditiū. At nihil inde recorporari ægrū neque vires reparari, malum. Nam vt ventriculi os bene habeat, reliquo corpore pars aliqua vitij delitescit, humor corruptus, qualitas immoderata, vnde alimen- tum corrumpitur. Itaque colluuius quædam excrementorum ab alimento nasci- tur, quæ malignum quid mora & contagione reliqui vitij contrahit. Ex quo reci- diua, quæ eò malignior, quò longior morbus imbecilliores vires reliquerit.

DESID. IACOTII COMMENT.

Αναλαμβάνοντες dicuntur, qui ex morbo recreantur, vnde ἀνάληψις & ἀνα- ληψιμή, refectio, recreatio corporum defectorū. εὐσιτία verò non idē signi- ficat, quod ἄρεσις, naturalis appetentia. Nam hæc integræ valetudinis signū est, quæ nihil relictum ostendit neque empyreumatis, neque humoris morbifici, quæ admo- dum ἀρεξία recidiuæ prænuntia est, quam ἀποσιτία Hippocr. vocat, δὲ ψα ἐγ- κατὰ λειψίαν & εὐμασίος ἐπιφρασίην, & ἀπὸ ψι, & ἀποσιτία τὸ τὸν ἄ λόγον, hoc est, Ea- dem ratione si relinquitur sitis orisque siccitas insuauitasque atque ciborum fasti- diū. Hæc enim signa sunt relictæ morbosæ affectionis. Sic enim Hippocrates ἀρε- ξίαν

6 Epid. com- ment. 2.

ξίαν sumit & pro defectu appetentiæ, vt in bene partis, & pro morbi symptomate: ἀποσιτία verò semper pro auersione cibi, quæ est symptoma morbi: ἀσιτία de- nique pro abstinentia à cibo siue voluntaria sit, siue à morbo. Huic autem contra- ria est δύσιτία, id est, vt interpretatur Philotheus, ἡ πολλὴ προφή, multus cibus, vel, vt Galenus, ἄρεσις σφοδρῶς σιτία, appetentia vehementior ciborum. Hippocrati ἀσιτία idem quod in Aphorismis προφή λαμβάνοντες, Galeno ἄρεσις ἀποσιτία, ἀποσιτία immoderata cibi sumptionem. Contra verò probat initio ἀσιτία, non autē ἀποσιτία. Cuius distinctionis ignoratio mirum est, quàm multipliciter peccent recentio- res interpretes Aphorismorum ἀρεσιτία perpetuò mala est. ἄρεσις bona. ἀσιτία in conualescentibus ambigit, ἐνσιτία periculosa. In omnibus cibo non refici malum, & recidiuæ signum. Vehementius autē, quàm conficere possint, conualescentes ap- petunt, & genio indulgent duabus de causis. Vna ob triplicis substantiæ deperdi- tionem in morbis diurnis, & atrophiam. Nam & parcius exhibetur cibus, & ca- lor febrilis acquisitiua humiditatē carnis & adipis, quæ prima occurrit, initio de- pacit, quo tempore partes solidæ nondū exiccantur, nec minuuntur. Progresiōne autem facta ad solidarium etiam partium natiuum humorem conuertitur. Ob id- que excitatur naturalis suctio venarum, si nihil in ventre vitiosum sit. Altera est ex- citatus suctio sensus in ventriculo à vitioso humore & acido, vt in canina appe- tentia. Nam (vt scribit Galenus) quæ sanguinem in ventris tunicis contentum mo- dicè cogunt ac constringunt, ea appetentiā tum augment, tum procreant. Quæ verò sanguinem tum calfaciunt, tum fundunt liquantque ea appetentiā tollunt, vnde il- lud, ὕδωρ βορρῶν: ἀχρησπνίη βορρῶν. Aqua vorax: vigilia vorax. Qui ergo multum in- gerunt post longū morbum, nec vires recipiunt, nec edendo proficiūt, in his id con- tingit totidem de causis. Ob infirmitatē videlicet caloris natiui, qui debilitatus in partibus solidis vix naturæ necessitati sufficere potest in coquendo & assimilando. Interdum etiam latet vitii aliquod interni visceris & mala colliquatio. Deinde ob vitiosum humorem. Nam impura corpora quò magis nutrias, eò magis lædas. Fe- bres autem non acutæ nō iudicantur perfectæ, & recidiuam facere solent. Cum au- tem duæ illæ causæ simul cōspirant, malum deterius. Hæc itaque ἀσιτία, quod mi- nimum est, affert ἀσιτία per Aphor. 32. lib. 2. Quod verò frequentius, malignā re- cidiuam, vt hic docetur. Alimēta enim superflue ingesta, quia cruda & incocta, non nutriūt: quia multa, grauant: si verò spiramenta obstruāt, quibus perspiratio agitur, calorē extinguunt, aut prauum humorem regenerant, & relictum fouent, vnde reci- diua. Auget naturæ infirmitatē & cacochymiam mutatio naturæ infesta ab otio in negotium, vt Hippoc. docet de diætā in acutis. Ex quibus intelligitur, cur quæ lōgo tēpore extenuata sunt corpora, lentè reficere oporteat. In Aphorif. nō solūm dixit Hippocr. μηδὲν ἐπιιδόναι, sed etiā μηδὲν ἰχύναι. Illud refertur ad vires, hoc ad cor- pus. κακὸν θάος autem malignè relabuntur, quia recidiua illa malignam habet causam, curationem difficilem, & deteriora symptomata, quàm pro morbi specie. Ga- lenus enim ὁ ἀπλοῦ, & quod ab Hippocrate δύσιν dicitur, opponit ἡ κακὸν θάος. Siue itaque idem specie morbus cum priore redeat, siue diuersus, malignus erit ob summam vitium infirmitatem, & morbofi affectus contumacem impressionem.

XV.

Ὅσων ἐν πυρετοῖσι φλέβες αἰ ἐν κροτάφοισι σφυγματώδεις, καὶ πρόσωπον ἔρρωμένον, καὶ ὑποχόνδριον μὴ λεπτόν, χροῖον, καὶ ἐπάουσαι χυρῖς ἀίματος ῥύσιος ἐν ῥινῶν πολλῆς, ἢ λυγγὸς, ἢ σαομοῦ, ἢ ὀδυνῆς ἐχθρῶν.

Quibus in febribus vena temporales pulsant, & facies bene habet, hypo- chondrium verò molle non est, diurnus morbus significatur, qui non desi- nat, nisi multus sanguis è naribus effluat, singultus, convulsio, vel coxarius dolor accedat.

R 2

6. Epid. com- ment. 4

6. Epid.

Hipp. de hu- moribus & 6. Epid. com. 2.

3. de crisi.





**K**αύσθ febris ardens non solum quæ propriè ita appellatur, sed quæ igneum calorem manifestius edit, vnde πύρρως in Epidemias, & κείωμα πύρρως in libro de morbis. Vox autem κατάρραγες dicitur, vbi αργερός εκκείνει πολλά. Sed cur lethale dicat, parùm constat. Multis enim salutaris est eiusmodi abrupta ventris proluuius, & ab Hippocrate scriptum ἐν τοῖσι ταραχῆσι τῆς κοιλίας, καὶ τοῖσι ἐμείοισι τοῖσι ἀπομάτωσ ῥρομύλοισι ἢ ῥδὲ οἷα δὲ καδαίρεθαι καδαίρονται συμφύρη καὶ δύφρωσ φέρεσι: ἢ δὲ μὴ τὸνάντιον. Atque hoc idem aliis quoque locis significat. Itaque Clazomenio magnum alui profluuium etiam cum strigmetis saluti fuit. In statu illo Aquilonio primi Epid. plurimi turbata aluo multis biliosis euntibus, & dysenteria seruati: in febribus ardentibus mortui plurimi, quibus malè restitit aluus. Itaque distinctio adhibenda est. Si enim prius ad salutem indicata crisi aluus exturbatur die critico, & qualia conuenit, effluunt, atque inde melius egri habent, in ardente febre salutaris dysenteria, & alui abrupta profluuia. Còtrà verò deiciunt vires & sunt lethalia.

DESID. IACOTII COMMENT.

**V**T in omni alio morbo, ita in causo profusam aluū, neque iuuare, neque lædere simpliciter, & sine distinctione affirmari potest. Nam cum vitiosus & morbificus humor vacuatur, ægèrque inde leuius habet, maximè si die critico & antegrèssis coctionis signis id incidat, confert & criticum est alui profluuiū. In principio autem, aut incremento sine coctionis signis nihil iuuat. Si verò præterea symptomatis augeat ægrum, ac vi adacti morbi, nec ex alimētis corruptis fiat, lethale est, quia iudicatorium non iudicans. Verùm in vero causo à tenuibus, & acerbis humiditatibus, quas venulæ arefactæ attraxerunt, aut aliunde fluentes exceperunt, rarò criticum esse solet, nisi in his, in quibus causi veluti sedes est in ventre & concaua parte hepatis, aut in senibus, qui ob densitatem habitus & virtutis infirmitatem hæmorrhagia, aut sudore rarius iudicantur. Tum enim aluus mordetur, & biliosa deiciit, cum vehemens morbus est, motusque acrium & tenuium humiditatum intro inclinatur. In causo autem notho à pituita salsa fluit interdum aluus ob corruptionem alimentorum, quia pituitosus humor non facilè excernitur, ob idque excrementa nullius humoris formam speciemve retinent. Soluitur autem sudoribus multis, vomitibus, deiectionibus pituitosis, aut abscessibus. Quòd si phlegmone obsessum sit iecur, quæ excernuntur, interdum quidem liquida existunt, & interdum sicca, veluti quæ πυρραβωδῆ appellatur, combustis scilicet à visceris phlegmone siccioribus, & quasi in nucleum formatis excrementis, οὐβάλα Greci vocant. Verùm si cum phlegmone fuerit imbecillitas, liquida deiciuntur, viscere scilicet ad se alimentum trahere nequeunt. Distinguntur autem deiectiones eiusmodi ab his quæ ventriculo affecto fiunt, quia in chylum mutatae sunt. In ardente ergo febre antequam quicquam de profluuiio alui prælagias, primùm distinguere oportet, num corrupta alimenta effluant læso ventriculo, aut imbecillo hepate: deinde si hæc absint, & pauca, ac liquida exeant, cruditas tantùm significatur: si verò κατάρραγες, hoc est, vt interpretatur Galenus, confertim multa excernit venter, siue ἀβρώσ, idque symptomaticè, & cum accessione grauium symptomatum (hæc enim duo adhuc necessaria sunt ad distinctionem id lethale est vt caussa & signum. Ac caussa quidem, quia æger ex frequentia desidendi & labore vigilat: ex multitudine exēutium periclitatur ab animi deliquio & resolutione virium, vt Hippocrates scribit in Prognostico. Atque hoc est, quod ὡς καταλυτικὸν τῆς δύναμειὸς μέμφεται, tanquam vires exoluens Hippocrates criminatur. Signum verò est corruptorum alimentorum, resolutæ hepaticæ facultatis, & incendij vehementissimi in hepate, quo continuatur bilis generatio, de quibus omnibus copiosè egimus in librum de deiectionibus. Cæterùm sæpe accidit in causo, vt natura infirma aut irritata à materia morbifica ante coctionem, excretionem aliquam, aut parotidas moliat, quæ cum dominari humoribus non potuerit, copiosè fluente aluo ægrum præcipitat in perniciem vitiosis humoribus excretis non iudicationis ratione, sed, vt scribit Gale. in Prorrh. propter hepaticæ facultatis infirmitatem.

Prorrh. 61

Εκ κοιλίης ἀλγήματος ἐπιπόνος, πυρετὸς καυσώδης, δλεθρίον.

*A dolore ventris laborioso febris ardens lethalis.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**λγῆμα ἐπίπονον intelligit, vnde æger ἐκ ἐνφορῶσ habeat, sed malè concietur. Alij enim morbi ventris feruntur facilius, vt diarrhoea, & lienteria. Alij difficilius, vt dysenteria & colicus cruciatus, voluulus. Si ergo ab eiusmodi laborioso morbo febris ardens nascatur, admodum lethalis est, quia videlicet doloribus & anxietate (nam ἐπίπονον δύσφορον interpretari licet) vires dissoluuntur. Accedit autem nouus hostis & is grauis, febris ardens: vnde pertinacior vigilia, & maior virium dissolutio est.

DESID. IACOTII COMMENT.

**N**Otato doloris nomine vel inflammationem, aut erysipelas intelligit: vel affectionem aliquam dolorificam in ventre. Priore modo non solum in ventre, sed etiam in cerebro, & pulmone, & futcingente membrana, & angina tertix speciei, si dolor ἐπίπονος febrem ardentem excitet, magna ex parte lethalis est. Nam causum solet Hippocrates de febre ardente maligna, in qua interiora vruntur, & exteriora frigent, sicuti febrem acutā de ea, in qua calor ad exteriora æqualiter diffunditur. In dictione autem ἐπίπονος, ἃ ἐπὶ vim habet augēdi. Manifestum autem est, vt diximus antea, magnas & vehementes affectiones lethales esse cū exolutione virium. Si enim ex his, qui viribus valent seruantur non omnes, constat ex his, qui imbecillam habent virtutem, seruari neminem. Nihil autem æquè vires deicit, atque dolor & vigilia. Tria itaque in perniciem ægri conspirant, febris ardens, quæ grauissimus est affectus, virium ex dolore laborioso resolutio: & symptomatum vehementia, quæ ex his sequuntur. Quòd si sine inflammatione, dolorifica aliqua ventris affectio causum excitarit, duobus quoque modis id incidere potest. Vel enim continuis ex dolore vigiliis corpus exiccatur, & sanguis biliosus redditus atque inflammatus, quod ob eandem, quam dixi, causam lethale est: vel tenues & acres humiditates, quæ acrimonia sua ac morfu tormina in ventre mouebant, in venas & visceras nobilia, aut attractæ sunt, aut confluxerunt, quod non est lethale, nisi maligna signa accesserint, aut virtus valde infirma sit. Generatim autem & in vniuersum scripsit Hippocrates περὶ παθῶν, Omnem accessionem mali grauioris ad graue malum, lethalem esse, quomodo etiam in Prognostico, hydropem admodum exitialem dixit, qui ex acuto morbo ortum habeat, & febres acutas ex aurium dolore perniciosas in iuuenibus potius, quàm in senibus ob inflammationem sanguinis, & phrenitidem, quæ illius inflammationis est consequens.

Εν τοῖσι καυσώδεσιν ἤχων προσγενομένων μὲν ἀμβλυωσµῆ, καὶ κατὰ ῥίνας βάρους, ἐξίστανται μελαγχολικῶσ, μὴ αἰμορραγῆσαντες.

*In ardentibus superueniens sonus aurium cum hallucinatione oculorum & narium grauitate, insaniunt melancholici, nisi sanguis e naribus effluxerit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**Xcitata sursum bile cum sanguine necesse est ea perturbatione spiritus gigni qui cum serueant & exitum sibi quærant, aurium anfractibus inclusi resonantem strepitum mouent, qui ἤχος dicitur. Discursu verò per ea vasa, quæ ad oculos

pertinent, obscurant visum hebetantque, quod ἀμβλυγμόν nunc appellat, & inter signa hæmorrhagias scripsit in Prognostico. Cum autem vis impetūsque sanguinis in nares ruat, siquidem effunditur, salus expectari potest: si retinetur; grauitas non solum eo loco, sed ad frontem & supercilia mouetur. Quomodo in coriza adstrictis viis, quæ ad nares pertinent, dolor grauis frontē exercet. Itaque vt omnis plentudo sanguinis diutius cohibita corpore in melancholicum sanguinem degenerat, aut vritur quidem, ita & in capite suppressus sanguis si non vacuatur, melancholia fit aut atra bilis. At hæc vel putrescit, vel malignum quid contrahit. Ab utroque ἐκπύσις μελαγχολική, de qua iam sæpe dictum est, quæ videlicet vehemens & ferina infania est.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**H**æc symptomata si circa morbi vigorem repente apparuerint in morbis constantibus, & cum signis coctionis, crīsim futuram denunciant. Si verò à principio & per incrementa, critica esse non possunt, siquidem nihil in principio iudicari potest. Quoties enim natura ad excretionem properat, materiamque in caput transfert, ingens in corpore perturbatio concitatur, ob quam symptomata huiusmodi cum manifestissimis coctionis signis existunt. Verum cum perturbatio similis sit, nullo ad noxij humoris excretionem antecedente apparatu, perniciosissimum signum est. Tūmque iterum distinguendum, num vitio ventriculi circa statum intempestiuè exhibito cibo moueantur, an vi & malignitate febris. Priore modo anxietas cum nausea coniungi solet, vt Hippocrates docet secundo de diætā in acutis. Posteriore autem febris ardens significatur, quæ fit ob inflammationem cerebri. Nam causi maligni interdum sedem habent & focum in capite, interdum in pulmone, ventriculo, hepate, liene, ieiuno intestino, vt Hippocrates & Galenus sæpe docent. Inflammationi autem cerebri superuenit ex propriis phrenitidis signis continuuum delirium. Ex ea verò, quæ in capite redundat, humiditate spiritus flatus excutitur, propter quem tinnitus aurium fiunt. Eodem modo hebetudo, siue caligo oculorum, cum crassus quidam humor, vel spiritus oculos inuadit. Narius verò ingruens humoris copia sensum grauitatis in ipsis facit. Verum & sine inflammatione cerebri per sympathiam hæc oriri posse certum est, propter assiduam febrem ex materia biliosa, quæ per venas fertur, atque ibi condita est, è qua flatus spiritus ad caput mittuntur, ad aures, ad oculos, atque ad nares humoris copia. Hos igitur non simpliciter in melancholicam phrenitidem incurrere dixit, sed vt plurimum. Quoniam verò pacto quidam ex his feruentur, adiecit, nimirum per liberalem hæmorrhagiam, quæ à magnis morbis liberat; ex quo etiam intelligi voluit eiusmodi symptomata propter copiam fieri. Sin autem cerebrum hac oppressionem liberari non possit propter naturæ infirmitatem, aut conuulsio, aut melancholica phrenitis necessariò sequitur. Nam flaua bilis siue in toto corpore, siue in capite fuerit, magis ac magis adurit, atque in atram degenerat, cuius impressionem cerebrum (eò enim fertur, aut ibi localem habet generationem) vbi exaestè exceperit, primùm æger insanit melancholico modo, deinde aucta affectione ferociter tandem cum silentio, nisi antè mors interuenerit. De his autem phrenitidis gradibus & generationis modo dictum est antea. Quapropter in voce ἐξίσχυται, τὸ ἐξ designat τὸ ὄδυ: σάσις finem aliquem alterationis. Vt enim aliarum rerum, ita & cerebri alterationes duplices sunt, aut præparantes, quæ antecedunt finem; aut finales, vt Philosophi loquuntur, in quibus calor præter naturam vix vltra progredi potest. Ex his triplicem sonitus aurium causam licet ex Hippocratis sententia colligere. Vnam à bile in venis feruente, de qua diximus. Alteram è ventriculo: tertiam ex capite. De quibus Galenus, Consimiliter (inquit) & aures sonis implentur tum propter eos, qui à ventre sursum feruntur vapores: tum propter flatus spiritum, qui in capite oritur ipso. Is enim inordinato motu agitato nec exitum habens, per aurium anfractus sese insinuat, atque occurrens neruo auditorio ac membranæ, in qua aër alliditur, sonitum & strepitum quendam edit. Adhuc exquisitam illius sensus subtilitatem. Postea quoque docebit interdum in solutione

4. de diætā in acutis.

2. de diætā in acutis.

lutione morbi robore naturæ flatus exire per aures, quia materia discutitur. Inceriti quoque & discurrentes lucis splendores, qui μαρμαρίδες Græcè dicuntur, oculis fiunt propter eam, quæ à ventre est, exhalationem euaporationemque, & propter sanguinis, qui ad caput fertur, abundantiam. Atque ex his prius quidem ex importuna interdum fit ciborum oblacione: alterum autem propter eam, quæ iudicatoria est, sanguinis eruptionem: vel propter delirium imminens. Grauitas autem narium non à vaporibus, sed materiæ in illas partes illapsu hæc fieri testatur. Verum quomodo differant ἀάνρωσις, ἀμβλυγμός, & μαρμαρίδες, dictum est alibi.

## XIX.

Τὸς δὲ χύσει τριμύς, παρακοπή λύει.

Tremores in ardoribus delirium soluit.

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**uod in vno aut paucis vidit, quasi vniuersale scripsit. Aut hoc quidem annotatum, quod postea si datum esset, aliis exemplis confirmaret. Itaque bilis inclusa venis ardorem facit: hæc vbi excluditur, aliquando rigorem criticum mouet: aliquando in nervos transfuit & tremorem facit. Atque laborantium nervorum iniuriam cerebrum celeriter perferenscit, vnde delirium. Ac mirum quoque, nisi etiam conuulsio insequatur. At verò tremore febrem, & tremorem delirio solui absurdè dictum. Aliud enim Hippocrati λέειν, aliud μεταπίθεδι. λέειν enim dicere consuevit, vbi morbo liberatur æger: μεταπίθεδι verò quando transfusu materiæ, priore morbo quiescente alter succedit perinde grauis aut etiam grauior. Pythioni manuum tremor, atque hinc delirium. At neque tremore febris, neque delirio tremor sublatus est. Quod si quis causas recognoscat tremoris, accessionem mali & exitum intelliget, vbi ad tremorem delirium, ad febrem tremor accesserit. Siccatis enim nervis & immodica vacuatione accisis viribus tremor esse potest & delirium, à quibus quid aliud, quàm desperationem annuncies.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**A**butitur significatione verbi λέειν in translatione humorum, quam μεταπίθεδι appellat. Nam in solutione morbi æger à molestiis liberatur. μεταπίθεδι autem (ait Galenus) id est, translatio (cum humores transmouentur ab ea parte, in qua stant, in aliam) habet aliarum accessionum principium, & laborum: vt & aliud exigat tempus ad coctionem mali corporis locus, ad quem infestantium humorum facta sit commutatio. Seruari tamen ægros interdum per metastasim ad ignobiliores partes Hippocrates author est, si coctis vrinis aut sputis translatio fiat, vt ad hypochondriorum dolores, vel ad testes, vel ad crura, quemadmodum scribit loco citato de diætā in acutis. Nos quoque vidimus ante sudorem criticum, tremulum quendam motum & conuulsium in crure & manibus à transitu humorum per nervosas & sensiles partes. Cum ergo in febre ardente materia morbifica in venis conclusa contineatur, interdum symptomatico motu morbi transfertur in diaphragma & caput: quæ si natura valida in sensiles partes è venis transponatur, vehementerque agitetur, rigorem mouet: sin verò in nervosas partes decubuerit, principiumve ipsarum prehenderit, primario quidem affectu tremores fiunt: per consensum verò affecto nervorum principio deliria. Nec solum ex arteriis & venis in nervos fit μεταπίθεδι, sed etiam contra ex nervis in arterias & venas, aut in substantiam cerebri per diadochem, quasi per manus, traducta materia. Verum tantò id periculosius, quantò pars nobilior est, in quam fit translatio. Propterea in febribus ardentibus tremorem delirium ferè excipit ad perniciem ægri. Multò tamen citius tremor ille mortem denunciat, qui fit à vehementi resiccatione nervorum, & virtutis infirmitate in progressu morbi exhausta optima humidi primigenij parte. Sic Pythion à tremore & delirio in principio morbi seruatus est. Ab alio verò nemo

4. de diætā in acutis. 68

nemo euasit. Nam Galenus in illius historiam tres in vniuersum tremoris causas docet, oppressionem virium, spirituum in affectibus animi agitationem: & nervosarum partium vehementem intemperiem ac virtutis resolutionem, qui plane exitialis est.

XX.

Εν χύσει ρύσις εκ μυκτήρων τεταρταία, κακόν. ην μήτι άλλο αγαθόν ζυμπίση. περιπλάω δὲ ἥσον κινδυνώδες.

In febre ardente quarto die sanguinem è naribus fluere, malum, nisi quid aliud bonum incidat: quinto die minus periculosum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN sanguine, qui redditur è naribus, παραγμός, ρύσις, αἰμορραγία vt antè distinguenda. Stillatio enim vt aliàs periculosa, ita quarto periculosissima; deinde quinto. Fluxus autem & larga effusio ambigua sunt quarto, quia huic indicandi potestas maior, quàm iudicandi. Metoni quarto die fluxit sanguis aliquis: quinto largiter erupit: ægrè tandem conualuit. Quinto, quia is vim habet iudicandi; minus periculosa ρύσις. Quod autem dicit ἢ μή τι άλλο αγαθόν, Bonum autem (quod Metoni accidit) si larga effusio sanguinis, aut vacuatio aliqua salutatis superueniat.

DESID. IACOTII COMMENT.

STillicidum narium quàm periculosum sit, dictum est alio loco copiosè. Significat enim naturam quidem conari, quod superfluum est, excernere: verùm non posse vel ob propriam infirmitatem, vel sanguinis crassitiem, vel partium densitatem, vel vnum ex his, vel multa simul. Paulò minus periculi est in mediocri profuuiio, quod ῥύσις vocat. Cùm autem malum semper hoc sit tanquam iudicanti non iudicans, tum verò multa sunt, quæ illius signi malignitatem augent. Primum si sanguis meracus appareat absumpto fero ab incendio febrili. Deinde si coniuncta sint symptomata, quæ grauiter affectum cerebrum indicent, vt furditas, ignauia & similia per Aphorism. 48. tertij Prorrhethici. Tertio si primis tum ætatis, tum autumnis temporibus inciderit. Nempe in his diebus flaua redudat bilis, ambiensque nos aër calidus est: quò fit, vt sanguinem ob vtramque causam liberè fluere oporteat, & contrà, magnam subesse causam ac difficilem, quæ fluxionem intercipiat. Postremò si quarto die fiat. Tum enim (ait Galenus) absoluti morbi malitia significatur. Est enim index septimi, hoc est, eam habet vim, vt qualisnam septimus futurus sit, indicet. Cùm ergo signum malum quarto apparuerit die, malum necessarid futurum est septimus. Si verò salubre & bonum, septimus bonus erit. Nam peræqua proportione virtutis signi tum magis, tum minus vel bonum vel malum fore septimum certò præfagiendum est. Nec solùm autem hac ratione quartum diem rem nouam edere ex grauibus signis est, sed etiam quia & quæ diebus tum criticis, tum indicibus apparent, maiorem vim habent atque efficaciam; & motus dierum parium violentus est, diuturnitatèmq; morbi, aut in acutis mortem denunciat. Ob idque subiicit, quinto die minus periculosum. Etenim valida natura mouet humorem diebus imparibus. Debilis non mouet, nisi irriteretur ab humore. Hoc autem fit die pari, quo prouocatur ab hoste, vel opprimitur. Cùm verò nullam excretionem tentat, aut ad extremum infirmitatis peruenit, aut humor tantùm crudus est, ac minimè efferatus. Ob idque fatius esse scribit Galenus nihil naturam moliri, quàm frustra. Quia tamen dictum est alibi, ab hoc signo hæmorrhagiam septimo futuram interdum præmonstrari, non simpliciter, neque vt res tulerit, sed cum distinctione præfagium instituendum esse admonet. Nam si ex signis bonis, quæ maiorem habent efficaciam, egro adfuerint, imperfecta tantùm crisis erit, non mala, eamque excipiet sequenti die critico hæmorrhagia liberalis, aut alia excretionis, vt

1. Prorrh. 1

1. Prorrh. 1

tio, vt in eo, qui in Dealcis horto iacebat, qui secundo & quarto paucum & syncerum profudit. Liberatus tamen est, quanquam ægrè, sequente salutari euacuatione & abscessu. Bona autem signa sunt, symptomata inde remissa, & absentia eorum, quibus diximus huius signi malitiam augeri. At si nullum tale fuerit, ac non modò nihil iuuerit, sed etiam auxerit morbi vim & symptomatum vehementiam, aut morietur æger, nequeunte morbi coctioni satisfacere virtute: aut à periculo mortis vindicabitur liberali hæmorrhagia bona quadam fortuna superueniente, vt in Metone. Sanguinis enim profusa & copiosa eruptiones magna ex parte liberant.

XXI.

Οἱ ἐν τοῖσι χύσει δέσων ὑποπεριψύχουσι διαχωρήμασι ὑδατοχόλοισι σιγχοῖσι, ὀφθαλμοῖσι κακόν. ἄλλως τε, κἢν χύτοχοι γίνωνται.

Qui in febribus ardentibus leuiter refrigerant, deiciuntque aquosa bilis mixta, densis oculis, malum tum aliàs, tum si catochi fiunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN ardore subfrigescent natura concitante materiam in profundum corpus, deinde quòd in hoc agro bili frigidus humor & aqueus fuerit mistus, vnde deiectiones ὑδατοχολώδεις. Aliquid quoque frigida materie aut intemperie eiusmodi ostendunt oculi densi, hoc est, male lucentes & obscuri. Vt enim in calidis morbis igneo splendore micant quomodo phreniticorum: ita frigore concresecunt & splendorem suum relinquunt. Crassities ergo, frigus & impuritas densos obscurosque oculos facit: tenuitas, raritas, calor & puritas pellucidos. Confirmatur hæc catochie, qui morbus frigidus est, vt antè dictum est. Atque eiusmodi genus febrium describit tertio Epid. in quibus aluo turbata crudis tenuibus euntibus, quæ nunc ὑδατοχολα dicit, media conditione inter somniculosos & vigiles, nisi quòd illis κώμα ἐκ ὑπνώδεις, his κατοχή vicinus effectus cerebri.

DESID. IACOTII COMMENT.

CORruptam hanc sententiam restituere licet tum ex Prorrhethico, tum ex Commentario Galeni ad historiam vxoris Oiceti, vbi citatur ad hunc modum, ἐν πυρετοῖς καυσώδεις, ὑποπεριψύχουσι, ἢ διαχωρήμασι ὑδατοχόλοισι, σιγχοῖσι, ὀφθαλμοῖσι λίμαι σιμείον κακόν, ἄλλως τε ἢ ἢν κατόχοι γίνωνται. hoc est, In febribus ardentibus cum aliquantula perfriictione, deiectionibusque aquosæ bilis multisque, oculorum læmæ signum malum, tum aliàs, tum si catochi fiunt. In Prorrhethico pro λίμαι, legitur ἰλλωσις, oculorum peruersio. Siue autem læmas legeris, siue peruersionem, siue oculos densos, nullum insigne præceptum artificiosè elici inde potest. Sed est, vt pleraque alia, exemplum quoddam generalioris illius axiomatis, Quò plures partes & facultates labefactatæ sunt, eò grauius esse periculum. Hac enim & principum omnium facultatum principia atque instrumenta affici denunciant, & in singulis grauisimam esse affectionem. In corde siquidem venoso genere & ventre dominatur febris ardens cum perfrigeratione partium extimarum ob inflammationem, vel multam ac synceram flauam bilem, quæ illic cohibita exæstuat instar erysipelatis, vt in lipyriis febribus. In hepate verò vicinisque partibus tum imbecillitatem, tum incendium excrementa alui denunciant, non ab alimentorù corruptione, sed specie & forma biliosa ab æstu, tenuia & aquosa à cruditate, & distributionis defectu. Coctio enim omnia cogit, incrasatque. Docuimus autem alibi ὑδατοχολον, & ὑδατοχολον, & ὑδατοχολον legi apud Hippocratem diuersa significatione. In vero autem causo & legitimo inter σωεθθένοντα liquidæ & pallidæ deiectiones ab Hippoc. numerantur. Fit (inquit) & lingua aspera siccaque, & valde nigra, ventrisque morfus ac dolor. Deiectiones tum valde liquidæ, tum pallidæ fiunt vigetque

3. Epid. com. 2

4. de dieta in acutis.

vigētque fitis vehemens & vigiliā, atque interdum mentis aberratio. Verūm Galenus addit non nisi in vehemēti caūso talia deici, & in quo impetus acriū actenium humorum ad interiora fertur, ventēque & hepar veluti caūsi sedes est. Nā pulmone primo affecto ab his diuersa excernuntur. Sunt autem non solum signa praua, sed etiam caūsa. Nam frequens desurgendi necessitas vires celeriter deicit, tum ob laborem ac spirituum dissipationem, tum ob somni priuationē, qui pro remedio febris ardentis merito habetur, siquidem humectat, refrigerat, & spiritus reficit. Propterea addit *συχνοισιμ*, qua voce frequentia potius significatur, quam copia. Vnde etiam pro denso sumitur, in quo partes plures sunt sine hiatu. Est enim densitas affectus partium in se: crassities verò affectus partium in toto. Quòd si ad oculos referas, sensus erit, grauius affectis duabus facultatibus naturali & vitali, animalem consentire, inter cuius prima instrumenta oculi primò & senescunt & intereunt. Ob idque fiunt *ἀμαυρόμενοι, ἀχλυώδεις, περιγρότες, & σύχνοι*. Id est, imbecilles sine turbulentiae apparitione, vt in extrema senectute & in moribundis. Turbulenti tanquam à nebula interiecta, quia perit splendidum illud & lucidum, quod acutè videntibus nobis apparet: concretum propter mouentium oculos musculorum immobilitatem à resolutione omnium, aut aequali conuulsione, aut summa facultatis eisdem musculos mouentis infirmitate. Atque is affectus contrarius est ei, quo oculi instabiles & inconstantes intus agitantur, ita vt nunquam quiescant. Sic enim concretum nunquam mouentur, vt in catoche. Videtur ergo per densos oculos, concretos intellexisse, quanquam & imbecilles & turbulentos interpretari possumus, cum partes oculi in se cōcidunt sine nitore & laeuore ob priuationem & immobilitatem spirituum animalium, quibus rarefcunt & laxantur, vt liberius commeari possint. In Prorrhethico legitur *ἰλλοσις* peruersio, de qua dictum est antea. Est autem aliquando critica à motu materiae: aliquando verò symptomatica & constans à siccitate & conuulsione duorum musculorum, qui praesunt motui oculi ab utroque cantho in medium tharsi, aut à resolutione alterius. Læuæ autem (sic enim etiam legitur in Epidemiis) à pituitæ concretionem fiunt, & si cum extenuatione oculi appareant infirmitatem partis denunciant: si verò sine extenuatione, materiae fluxum è capite. Ita igitur de singulis facultatibus principibus praesagiendum est ex earundem læsa actione, aut excrementis, aut accidentibus. Catoche verò ostendit non in solo instrumento, id est, oculo vitium esse, sed etiam in cerebro, quod lethale est, à refrigeratione & siccitate per priuationem.

## XXII.

*Καύσος ῥίγος ἐπιγενομένην λύεται.*

*Febris ardens superueniente rigore soluitur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN febre ardente tremor, intempestiuus rigor, rigor criticus, superueniunt. Tremor autem omnino inutilis, quia vel tantum parte materiae exclusa venis, & in nervos irruente, vel iam siccato corpore, exoluto spiritu fit irremediabili malo. Intempestiuus rigor fit nondum concocto morbo, die non critico. In quo genere leues quidam naturæ motus sunt, ex quo *ἐπιγγένοι*. Sic enim loquitur Hippocrates, quia subinde rigeant, & inde aliquando, vt idē annotat, *ἐφιδρῶσι*, leuiter exudant. Rigor autem, qui sudorē soluat, rationem habet prænuncij iudicij, neque continens caūsa est aut proxima subitæ solutionis morbi, quæ *κρίσις* dicitur. Itaque sæpe fit, vt imminente crisi vehemens rigor moueatur, exclusa venis & arteriis materia in corpora sensibilia. Natura enim venis inclusum hostem excludit, hoc est, materiam morbi. Initur pugna toto habitu corporis, vbi natura dispersas veluti copias habet calorem & spiritum, qui materiam per spiracula corporis & alias vias expellat, ac ferè sudor inde commouetur: aliquando vomitio, aut deiectio: omnia aliquando. Quòd si minor vis naturæ est, & loco motus hostis fortior recurat, victa natura, quæ in habitu

habitu corporis est, interius collocata præsidia naturæ opprimit, atque ideo lethale est. *ἐπιγινόμενον ῥίγος*. subitum horrorem vertit Celsus. Ac rectè quidem subitum dixit, qui semel incidat, & nec expectatus imperitis artis. Qui enim subinde & non criticè, inutilis est.

DESID. IACOTII COMMENT.

FEbrem ardentem fieri Hippocrates docuit, cum æstiuo tempore venulæ exicatae acres & biliosas ad seichoras traxerint. Cum itaque flaua bilis in vasis contineatur, solui nunquam poterit, nisi aut extinguatur, vt frigida potione, aut excludatur è venis & arteriis. Nam tertianæ eundem quidem humorem obtinēt, ex quo constant. Verum in his vehementer motus ad vniuersi corporis partes dispergitur, idè que febris ipsa seipsam lationis vehemētia expurgat, sicque per singulas accessiones sudoribus ac vomitionibus cessat. In adurentibus autem singulæ particulatim accessiones ad *ἀπυρεξίαν* haudquaquam perueniunt, propterea quòd humor, qui caūsa est, non expurgatur. Verum quando etiam in iis bilis vehemētius mota, ac veluti feruescēs tum à natura valida passim per corpus impellitur, & rigor succedit, & febris soluitur. Ita enim bilis collecto calore ac spiritu cum vehemēti concussione à centro ad habitum corporis, & à magnis venis & arteriis ad partes sensiles transfertur, cuius exclusionem quiescit febris. Non tamē id aut necessariò, aut in omnibus ardentibus contingit. Nam & hæmorrhagia (quam tamē interdum moderatus rigor antecedit) & sudoribus, & vomitionibus, atque deiectionibus sine rigore solui possunt. Propterea dixit, si rigor superueniat. Rigorē autem hunc necessariò sequitur interdum quidem sudor solus, interdum verò & biliosorum vomitus solus, atque interdum deiectio sola, sed plerunque ex tribus duo fiunt, interdum etiā tria. Ob idque solius rigoris meminit, prætermittit excretionem, quanquam non rigor, sed excretio soluit. Nam horum duorum alterum necessariò fit in caūso bilioso, si ad integritatem peruenire debeat, vt videlicet biliosi humores vel perfectè vacuentur, vel extinguantur. Eodem etiam artificio vsus est voce *ἐπιγινόμενον*, quem etiam vocat *ἐπιφανόμενον* ad differētiā periodici, & eius, qui interdum in primo morbi insultu incidit à motu humorum & caloris collectione, aut morfu ventriculi signo nec bono, nec malo. Nam si vel tertio, vel quarto die cum circuitu quodam fiat, febris alicuius intermittētis peculiare est symptoma, quemadmodum si dolor aliquis firmus cum tumore & multo calore in hypochondriis præcesserit, aut in thorace, aut spinali medulla, deinde rigor superuenierit, phlegmonem in suppuratum abire denūciat. Sine phlegmone ergo & febris intermittētis cōplicatione rigor postea apparens soluit morbum, aut interficit, aut periculosa affert materiae translationem in diaphragma & caput, nisi excretio consequatur respondens morbo, quemadmodum primo libro huius operis explicatum est. Primum autem & maximum signum critici rigoris, & omnium optimarū excretionum est cōstio in die prænuncio non imperfecta, sed manifesta & perfecta. Secundum est, si die critico crisis euenerit. Tertium est species morbi & mores eiusdem sine malignitate, quam *κακώδεια* vocat Hippocrates. Vt autem de ardentibus, ita de tertianis, quæ sunt eiusdem generis, dixit Hippocrates, Quibus in febris quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.

## XXIII.

*Καύσι ὑποβοπιδῆσιν εἰώθηται, καὶ ἡμέρας, τὸς ἄρας ἐπισημηνάσας, ἐπεὶ τὸ ἐφιδρῶσι. Ἐὶ δὲ μὴ, τῇ ἐξιδρῶν καὶ δευτέρῃ.*

*Febris ardens in recidiuū solet incidere. Atque vbi primo quatermario sui indicia ediderint, exudare solent. Alioqui septima die vel decima.*

S

**F**ebbris ardens, quæ proprie eiusmodi est, rarò in recidivam incidit. Materia enim sequax, tenuis, & quæ facillè foras moueatur. Atque morbi eiusmodi acutissimi vel celeriter extinguunt ægros, vel à natura expugnantur. Ac recidivæ magis peculiare sunt morbis, qui varia multiplicique materia fouentur, aut certè qui frigida contumaci que & repugnante constant. Itaque parùm hoc videtur dignum Hippocrate. Est autem verissimum quod scribit, quatuor diebus præbere sui indicium. Acutissimi enim morbi primis periodis iudicantur. Itaque ubi vel bona vel mala crisis futura est, vel statim initio vel ad summum quarto die signa edunt futuri euentus. *ἐπισημασθῆναι*. Nisi *ἐπισημασθῆναι* intelligat sudorem, qui enūciatus indicis primi quaternarij criticus succedit, parùm conuenit. Nam *ἐπισημασθῆναι* proprie dicta lethalis est in ardentibus, quia non è copia, sed imbecillitate naturæ proueniat, *ἐπισημασθῆναι*. Vbi febris ardens non soluitur primo quaternario, aut ad summum quinto die, septimo iudicatur. Nam febris ardens septem diebus, vt exquisita tertiaria septem circuitibus, terminatur. *ἡμέρας ἑπτὰ*. Delendum est hoc, decimus enim dies non iudicat.

DESID. IACOTII COMMENT.

**F**ebbris ardentis propria symptomata sunt, vehemens calor, & sitis inexhausta vel continua: materia, bilis, aut pituita falsa: motus & veluti forma quodammodo describitur hoc Aphorismo. Mouetur celeriter ac vehementer à primo quaternario ad quartum vsque. Primo quaternario sui signa edit: septenario iudicari solet, si legitima sit, & acutissima: notha & spuria vltterius progreditur. Recidivæ etiã obnoxia est. Hoc postremũ eget distinctione. Nam cum reuersiones, quas *ὑποσφοδρῶδες* vocat, causam principiumque, ducant ab his, quæ relinquuntur, qualia sunt *διὰ δεισις* *νοσῶδης*, caloris veluti fomes & empyreuma, quod ex sitis oris que siccitate, cibi que fastidio cognoscitur, & superstes cacochymia ex crisi imperfecta, neutrum in ardente, quæ peracuta sit, relinqui solet. Materia enim tenuis, acris, mobilis breui vel excluditur, vel interficit. Natura acrius concitata celeri motu, vehementique certamine pugnat, viris que omnes statim initio colligit, & in morbum intendit. Contra fit in longioribus, maximè post vigesimum diem. Cunctatur enim ob materiæ contumaciam, meatuum obstructionem & naturæ infirmitatem, ob idque recidiuos morbos faciunt, eosdem cum prioribus, specie: interdum etiam diuersos. Quod Hippocrates multis locis testatur. Febres (ait) non acutæ non iudicantur perfecte, & recidivam facere solent. Et alio loco, Febres non acutæ tales sunt, nempe reuertuntur summam. Etenim quæ sunt acutæ (inquit Galenus) cito iudicantur, & per excretionem perfectam habent solutionem. Non acutæ verò sunt *ὑποσφοδρῶδες*. Reuertuntur enim & solutiones imperfectas faciunt. Vbi verò recidivam fecerint, secundam habent excretionem, ex abscessu perfectam solutionem. Verum ex his tantum probatur frequentior esse & faciliorem relapsum in longis, quàm in acutis. In acutissimis autem, qui septimum prætergredi non possunt citra iudicationem, ob magnitudinẽ, celeritatem & irritamentum, iudicatio sepe antea erumpit, nõ expectans diem, qui fideliter iudicat. In his itaque ita prælagiendum est, vt aut sexto, aut septimo futura sit crisis, modò salutaria signa coniungantur. Et siquidem sexto die iudicetur, ipsum reuersurum esse intra primum septenarium: si verò septimo, firmam iudicationem habiturum: posse tamen aliis de causis reuerti, quàm ex his, quæ relinquuntur, vt intempestiuo cibo & aere. Quod autem subiicit, ubi primo quaternario notas & indicia fecerint (ita enim Galenus interpretatur *ἐπισημασθῆναι*) postea exudant, non ita intelligendum est quasi die quarto sudorem & crism fieri velit. Nã ardentes imparibus & mouentur, & iudicantur. Sed quia quartus index est septimi, licet criticus non sit. Nam Archigenes bis tantum per vniuersam suam vitam crism in quarto die vidit, Galen. semel. Verum ideo ita scripsisse videtur, quia primum naturæ & morbi certamen primo quaternario definiatur. Siquidẽ febres mitissimæ intra illud tempus quiescunt; malignæ ac pessimæ interimunt. Pericles febre acutissima prehensus, quarto die circa meridiem sudauit multum, calidum, per totum corpus, ac sine febre iudicatus est. Caluus verò eodem die circa meridiẽ periiit. Nam cum dies quartus medius sit inter primum diem, & septenarium, cum

lib. de humoribus. 6. Epidem. commen. 2.

4. de ulcus. vat. in acutis.

utroque extremo habet societatem. Sic fit, vt si primus morbum discutere aggrediatur, ei finem quartus imponat. Si primus nihil moueat, sed quartus iudicationem aggrediatur, septimus finem imponet. Postea verò exudant, id est, primo die critico, editis signis perfecte coctionis: aut secundo, editis signis manifestæ. Vel exudant quinto, qui est intercalaris, & in quo fit accessio. Vt enim tertius crism quarti diei præuertit, ita quintus ad crism concitat naturam quarto die quiescentem. Verum imperfecta crisis esse solet. Alioqui vel septimo, vel vndecimo, vel decimo quarto sequitur crisis, cuius speciem, & tempus signa diebus prænuntiis & criticis ostenderint. Nam septimus finis est secundi quaternarij: vndecimus, tertij: decimus quartus, quarti: in quo finiuntur morbi acuti. Siquidem qui intra quartum desinunt, aut necant, exactè peracuti: intra septimum, peracuti non exactè: intra decimum quartum, acuti exactè. Acumen vltra progredi non potest, licet totius morbi historia ad 17. 20. & vltra progrediatur. Proinde pro *ἡμέρας*, legendum est hoc loco *ἡμέρας* vndecimo. Nam decimus in rationem quaternariorum non incidit, sicuti neque octauus. Nam si octauo aut decimo subita morbi solutio incidat, similis ferè ei est (ait Galenus) quæ sexto accidit. Verum rarò in his soluitur, nec cum fide, nec bene ac salubriter, nec perfecte, præterea obscure, & citra notas. Et alio loco, Inter pares verò non rectè dixerunt 28. & 10. Nullo pacto enim sunt iudicatorij. Quòd si quarto & decimo leuiter exudent ægri, in periculo versantur.

1. Epid. comment. 3

XXIII.

*Τὸς ἡγουσώδεας διακρίνουσιν αἱ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι, κοπιζουσαι ἢ ἀναρῆσαι.*

*Qui febre ardente laborant, quatuordecim diebus iudicantur, leuantur, aut pereunt, aut in deterius incidunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**æc oratio vniuersali sermone continetur. Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur. Febris enim ardens acutus morbus est, & rarò in quartumdecimum diem extenditur, nisi fuerit è spuris. Spurias enim inuenias in Epid. post decimum quartum, vt virgo Abderitana, vigesimo septimo iudicata, & Parius ceterisimo & vigesimo. In legitimis simplicissimæ prima periodo, quæ quaternario circumscribitur, iudicatur, vt Pericles. Malignissimæ vel prima periodo, vt Caluus, qui quarto periiit: vel sexto, quales plurimi primo Epid. aquilonia tempestate perierunt, & eo statu pestilenti tertij Epid. quidam octauo, decimo, duodecimo, decimoquarto non ita vigenti malo, viribus paulò fortioribus, quibus accessiones paribus. At quibus imparibus, quinto, septimo, nono, vndecimo, decimo septimo, vigesimo septimo, vel liberantur, vel intereunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**uius Aphorismi explicatio, quæ lumen rebus adhibere debuit, obscuritatem & tenebras veteribus medicis attulit, qui distinctionem morborum ab Hippocrate positam non intellexerunt, neque in morbo acuto acumen ab eiusdem historia distinxerunt, vt Galenus docet secundo de diebus criticis. Summa autem rei sic habet: Morborum alij diebus, alij mensibus, alij annis totis iudicantur. Hæc autem tria summa genera rursus suas habent differentias non ex dierum circuitu quolibet, sed ex certis periodis, quibus accommodanda est recta victus ratio. Prima differentia est peracutorum, de quibus ita scribit Hippoc. Vbi peracutus morbus est, statim etiam extremi labores adsunt, & longè tenuissimo victu vtendum est. Gale. subdiuidit in exactè peracutum ad quartum vsque, & non exactè ad septimũ. Secunda differentia, vt hoc loco, Acuti morbi quatuordecim diebus iudicantur. Hi autem per quatuor aucti ad viginti perueniunt. Nam (ait Gale.) exactè acuti intra decimum quartum finiuntur, non exactè, ad vigesimum perueniunt, quãquam & ipsi acuti sunt. Tertia differentia est acutorum *ἡμέρας* ex decidetia, qui ad qua-



dragesimum vsque diem perueniunt, non quod omnes, qui eò vsque progrediuntur, acuti sint ex decidentia. Nam qui ab initio tardè mouentur, nec vllam subitam mutationem inoliuntur intra quadragesimum longi sunt. Qui verò intra diem vigesimum imperfectè iudicati sunt, deinde vehementia eorum remissa, quod reliquum est, intra quadragesimum dissoluitur, hi sunt acuti ex decidentia de quibus Hippoc. spirandi facilitas maximam vim ad salutē habere existimanda est in omnibus morbis acutis, quibus febris copulatur, quique quadraginta diebus sūt. In Epi. autem nunc quadragesimum, nunc sexagesimum, tandem etiam criticorum dierū finem supremum constituit centum vigesimum, quatuor videlicet mensium tempus. Hinc morbi alij mensium numero, alij annorum solui ab eodem dicuntur. Sic enim scribit æstatis morbos, hyeme solui: hyemis, æstate. Et puerorum affectus diebus septem finiri: quosdam septem mēsis: aliquos septem annis: quosdam ad libertatem vsque peruenire. Hic ergo de acutis Aphorismus intelligi debet, qui secunda differentia continentur, nec ad dierum numerum & totius morbi historiam hoc referendum est, sed ad illum temporis tractum, in quo celeritè & vehementissimè morbus mouetur cum acumine & symptomatum vehementia. Hoc enim tēpus amplius duabus septimanis, id est, quatuordecim diebus durare non potest. Verum non semper incipit primo die, sed interdum exacto primo quaternario, interdum secundo hoc certamen naturæ & morbi elucet. Nam qui morbi primo quaternario blandè mouentur, ad decimumseptimum perueniunt. Qui verò per duos quaternarios, id est, vsque ad septimum sunt mites: deinde à septimo vehementer & acutè moueri incipiunt, vigesimo solent iudicari. Hos Gale. vocat *νοσήματα κολυμβήματα καὶ βραδέως κινήματα*, quasi cohibitos freno morbos, nec laxis habenis ad suum terminum properantes. Verum qui statim ab initio citiores sunt & vehementiores, decimumquartum non prætergrediuntur. Ita omnes vehementia celeritatēq; finiunt intra duas septimanas. Exemplū sit in adolescente in Mœliebea, qui decimo die modicè delirare cœpit: 14, valde delirauit: 20, multò adhuc deterius, is, si totius morbi historiam spectes, vigesimoquarto obiit. Quia tamen decimo die incœpit vehementia symptomatum cum phrenitide: hinc in eunda suppuratio est. Sic intra decimumquartum iudicatus est. Nam à decimo die ad vigesimū quartū dies numerantur quatuordecim. Eodē modo ponamus ægrum febre acuta laborantem, quinto die phrenitide corripit, ad decimumseptimum peruenire poterit, nec vltra sine crisi progredietur, id est, sine magna & subita mutatione ad vitā, aut mortem: aut melius, aut deterius. Totidē enim mutationes posuit Hippocrates primo Epidem. Galenus verò tertio de Crisibus sex mutationum differentias numerat, duas subitò ad salutem vel mortem: duas sensim ad vtrumque morbo decrecente, vel virtute dissoluta: totidē mixtim, subitò facta mutatione in melius aut deterius. Primum enim mutantur ægri subitò, deinde sensim vel intereunt, vel conualescunt, vt per imperfectas crises, & in acutis ex decidentia. Propterea addit Hippocrates, *κρίσσαι, ἢ ἀναρῆσαι*, quia nisi iudicent ad salutem vel mortem intra dies quatuordecim, facta tamen subitò mutatione vel remittunt, vel perimunt. Horum autem omnium causa est, quia statim ratione sunt naturæ motus, tum in morbis superandis, tum in omni alia actione, vt foetu excludendo, & excrementis excernendis. Atque hi motus nunquam euariant, nisi interturbentur ab aliqua causa vel externa, vel interna. Neque enim vterus vnguis irritatus eicit foetum, sed natura parit legibus conditoris sui, vt & in stata crisi, quas leges ridiculè quærimus in elementis, tanquam prima causa. Nam à singulis formis proprii effectus: à diuersis diuersi pendent, non ab ipsis elementis, quibus natura vititur, tanquam materia, aut instrumento. Nec proinde omnium causæ exactè afferri possunt, sed sensibus acquiescendum, præsertim in his rebus medicis. Nunquam enim aliter fieri vsquam visum est, vt natura vehementia certaminis sine victoria, aut inclinatione ad melius vel deterius subitò facta, vltra id tempus quatuordecim dierum sustineret. Atque id vim quandam diuinam nobis ostendit, hoc præfatio contineri.

*Εν κείναις, μὴ συμμῆναι πυώδεις παρ' ἑς ἀποστήματος, ἢ πάνυ σάρονται.*

*Si ardenti febris abscessus ad aures facti non suppurant, non valde seruantur.*

**F**ebri ardens excretionē ferè iudicatur: rarius abscessu. Excretionē, hæmorrhagia, & sudoribus magis, quàm vomitionibus & deiectionibus. Abscessus autè, qui ad aures sunt, bile sursum rapiente sanguinem, parùm tuti sunt, & quod antè dictū est, qui primis periodis excitantur, ferè euanescent, & sunt lethales. Raròque vidi seruatos, quibus febre eiusmodi abscessus facti. Suppurant rarò, & qui suppurant, ægerrimè percurantur. Qui non suppurant, aut reuocati intro iugulant ægros, aut difficilem admodum ægrum relinquunt, & cum molestis recidiuis. Ac constat patrum memoria parotidas populares fuisse in Gallia, quæ multos sustulerunt. Nescio qua ratione Celsius *διονύσιος* à fausto ostento futuræ valetudinis, parotides dictas scripserit. Nam quantum licuit experiri, sæpius lethales, rarò salutare sum expertus. At nec si suppurent, salus est. Potest enim coqui parotidis materia, in corpore relicta etiamdum cruda: quomodo scripsit in Epidemiis, Cratistonaſte & pictoris ancillæ in popularibus ardoribus suppurarunt. Vterque obiit: aliis non suppurarunt, sed euauerunt, qui per vrinas & ventrem excretionē mota seruari sunt, vt Hermippus Clazomenius. Sed varia materia parotidum. Aliæ enim molles, laxæ, sine dolore, sine calore, quæ facillè resoluntur. Aliæ erysipelas, aliæ phlegmonè referunt, & hæ facillè suppurant. Quædam à crassa crudaque materia cœunt, quæ vi febris & mistæ bilis sursum elata materia commouentur. Quædam pestilentes sunt. Illæ ferè euanescent, hæ iugulant ægros sæpius, vt in popularibus illis.

**E**X suppuracione parotidum siue aliorum signorum accessione nihil certò præfagiri potest neque de salute, neque de morte. Neque enim sine suppuracione permanentè perpetuò malè sunt, neque cum suppuracione perpetuò bonæ. Nam quæ ex caliginosa substantia constant, mollèscunt, laxæ & cum premuntur, digitis cedunt, caua quæ manent ac sine phlegmone & dolore, vtiliter discutiantur, quia facillè eiusmodi materia exhalat, quales describuntur commentario primo ad primum Epidem. Præterea cum die critico febris sudore, aut alia excretionē iudicatur, simulque parotides manent, non est necesse vt suppurent. Siquidem deorsum conuersa materia per vrinas, deiectiones, aut dysenterias expurgatur. Contrà verò ad suppuracionem perductæ interdum necant, quoties aut germen habet, aut materia in venis cruda relinquitur vt in Cratistonaſte & pictoris ancilla. Potest enim in aliqua parte fieri concoctio, morbo toto haudquaquam concocto. Interdum etiã portio materiæ tenuior expellitur crassa manente, vnde alleuari morbus videtur, qui paulò post interficit ob reliquias materiæ corruptæ & malignæ, quæ opus coctionis omnino respuit. Id hoc anno experti sumus in rustico robusto & ætate florente, cui ab acuta febre & phrenitide obortæ sunt parotides ad vtramque aurem cum remissione omnium symptomatum, & suppuracione, in qua paulò post interiiit. Cum itaque ratione loci parotides omnes periculose sint, tum verò maximè perniciose cum his tribus signis. Primum si nec die critico, nec antegressis coctionis signis appareant. Deinde si à materia crassa lentâque oriantur, quæ ad suppuracionem duci non possit, aut cum phlegmone ac dolore coniunctæ sint, ex quo vires deiciantur. Tertio si infirmâ virtute superueniant. Tum enim parua nihil conferunt. magis ferè virtus non potest. Nam (ait Hippocrates) cum tempora longa sunt, laborèscunt multi, & colliquatio mala, in his abscessus sunt, vel maiores, quàm sustineri possint, vel minores, quàm conferant, sed celeri-

*Parotides suppurant  
rarò & periculosè*

*non sunt  
periculosè*

ter recurrunt, & in deterius euadunt. De his autem dictum est antea. Præterea & illud, Causum legitimum hæmorrhagia & sudoribus solui, nunquam parotidibus, nisi causus nothus sit, in quo hæc tria conueniant, materia frigidior & crassior, quàm in verè acutis, minus crassa & frigida, quàm in diuturnis: calor acrior, & naturæ robur.

XXVI.

Οἱ ληθαργικοὶ, τρομώδεις ἀπὸ χερῶν, ὑπνώδεις, δύσχωρες, οἰδηματώδεις, σφυγμοὶσι νωθροὶ, καὶ μετάρσια τὰ ὑποφθάλμια, καὶ ἰδρώτες ἐπιγιννοται, καὶ κοιλίας ὑποιδέεισι χολώδεις, καὶ ἀκρατεῖς.

Lethargici manibus intremiscentes, somniculosi, male colorati, subtumidi, pulsu segni, quæ sunt sub oculis inflatis, & sudores superueniunt, & alui tument biliosis & meracis.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Comitio est symptomatum, quæ non omnibus lethargicis accidant. Multis enim non intremiscunt manus: sed quibus vel neruorum radices, qui ad manus perueniunt, vel inde diducti nerui in manus imbecilliores sunt. τρωμώδεις autem lethargici sunt, quia etiam si morbus is celer sit & acutus, tamen materiam habet frigidam, quæ à bile commota, concalfactaque & putrefcens multum effumat, ex quo vapor is calidus & humidus aliquid efficit vicinum comati, iusta quidem ratione, quia videlicet lethargus fiat cerebri substantia multa pituita imbibita. Est autem somnus his ferè perpetuus, sed non profundus, vt in caro. Quidam enim excitantur, atque vt in aliis morbis maior minorque passio, sic hinc. At qui accidit quotidianis seu tertianis & quartanis quibusdam per initia accessionis, vna cum accessione increscente desistit. δύσχωρες. Color is pallidus similis iis, qui crapula expallefcunt, plumbeus aliquando & liuidus, vbi increscit malus. Atque omnis color eiusmodi frigidam materiam sequitur & natiui caloris langorem. οἰδηματώδεις. Similii iis, qui leucophlegmatia laborant. Morbum enim faciunt Methodici astrictum. Atqui astricta cute & febrili calore magnam vim flatuum excitante è pituita crassior vapor tumorem facit. σφυγμοὶσι. Non solet Hippocrates meminisse pulsus, & ab eodem, teste Galeno, est omissus: Hic tamen, quarto Epidemion, & secundo de morbis notatur pulsus. Est itaque lethargicis reuera pulsus torpidus, piger, tardus, magnus in specie, quia inflatus, vndosus, inæqualis saepe, & quadam intercapedine restitans. ὑποφθάλμια. genas inferiores appellat, quæ excitatis somno & edormita crapula, quibusdam etiam peculiari natura, tumore quodam laxo extuberant. ἰδρώτες. Tenuis quidam sudor. Neque enim cutis astrictior multum excludit, & ingrauescente malo frigidus & glutinosus circa vultum & collum à copia & imbecillitate naturæ. καὶ κοιλίας. Non satis manifestum quid velit hac oratione. Nam si, tumere ventrè dicat, in quo meraca biliosa includantur, parum verisimile. Si deicere ea, neque satis conuenit. Astricta enim & suppressa ferè alius lethargicis. Neque deiectiones eiusmodi naturæ morbi conueniunt. ὑποιδέεισι. Tertio de morbis, καὶ ἰσχυροὶ ἐπιπλύνοντες in disperatis. ἀκρατεῖς, meracas, vel infirmas, vel intemperatas.

DESID. IACOBI COMMENT.

Lethargi dignotio potius, quàm prænotio describitur hoc Aphorismo tum ex propriis, tum ex communibus symptomatis. Nomen habet ἀπὸ ληθῆς, ab obliuione, καὶ ἀργίας, & captura, aut ἀργίας, inertia, aut, vt vult Aurelianus, ἀργίας otio, quia in hoc affectu ægri stupidi iacent cum sopore, obliuione & inertia, ob deficientem & infirmum facultatis imaginatridis motum. Interdum generatim ad soporosos affectus nomen traducitur, vt in Epidemion. Interdum separatur his notis: In

6. Epid. comment. 5. 37

tis: In catoche, & catalépsi eodem statu manent ægri, quo deprehensi sunt, rigidi & aperti oculis sine febre. In comate & cataphora soporantur clausis oculis. In caro motu & sensu priuantur per aliquod tempus adeo, vt siquis stimulet, non sentiât seruata respiratione. In apoplexia eadem, sed læditur respiratio. In lethargo dormitant, delirant, obliuione celeri corripiuntur cum febre. Lethargus ergo sopor est præter naturam continuus cum febre lenta, & obliuione à pituita putrescente, quæ locum in quo princeps animæ pars residet, humectat ac diluit. Interdum mixta est affectio ex pituita & bile, quæ aut in verum lethargum, aut in phrenitidem trãsit, aut typhomania est. Locus affectus est ipsa substantia cerebri. Ob idque per accessiones pituitosarum febrii soporati, carotici, non lethargici dicuntur. Affectio ipsa refrigeratio, aut humectatio, in qua natiuus calor non potest foras progredi. Vt enim calor immodicus immodicè agitat, & semper mouet: ita frigus & humor sistunt & sensus obtundunt. Conuenit ergo cum phrenitide ratione loci: eadem opponitur specie & symptomatis. Periculosior est pleuritide & peripneumonia. Actio læsa in vniuersum motus & sensus: peculiariter memoria, aliquantulum etiam ratio. Nulla tamen funditus perit. Nam ægrè tantum sentiunt, & infirmos habent motus ac torpidos. Idem in cæteris actionibus est intelligendum. Succedit interdum phrenitidi perperam curata, & præter modum cerebro refrigerato. Interdum antecedit, aut comitatur, aut repente per se oritur, aut paulatim. Nonnunquam etiam coniungitur cum conuulsione, aut tremore, ac per quosdam circuitus repetit. Symptomata autem sunt eiusmodi. τρομώδεις ἀπὸ χερῶν. manus contremiscunt, neque necessariò, neque semper. Et Galenus scribit nullum motum præter naturam in lethargo fieri neque conuulsuum, neque palpitantem, neque tremulum, nisi per accidens. Quòd si tremor incidat, is erit ab oppressione & materiæ decubitu in nervos, quos manus recipiunt à ceruice, parte cerebro proxima & communi, quæ per sympathiam coafficitur: aut ab infirmitate ex antea facta resolutione per validam ægrotationem: aut à causa externa, vt fame, lassitudine, vigiliis, curis, immoderata Venere: aut quia (inquit Aurelianus) cum proiectis manibus supini iacent, motus, saltus, tremor, conuulsio ea parte magis se produunt. ὑπνώδεις. soporati refrigerato & diluto cerebro à pituita. Is tamen sopor profundus non est, vt in caro. Respondent enim: & oculos nonnunquam aperiunt, cum interpellantur. Tertio Epid. coma ponitur in definitione lethargi, quia coma, cataphora est. Hunc soporem intercipit bilis mista, aut putris pituita & acris. δύσχωρες. decolorati, colore pallido, liuidò, plumbeo, ob caloris natiui langorem, spirituum suffocationem, sanguinis floridi inopiam, & pituitæ copiam ac suffusionem, præsertim in facie, quæ cerebro vicina est. οἰδηματώδεις. tumidi instat eorum, qui leucophlegmatia laborant tum à pituitæ suffusione, tum à vapore crasso, quem calor infirmus per febre in & veterinū excitat, nec resoluit. Inflationem enim duobus modis fieri author est Galenus. Nã flatuosus spiritus colligitur vel in manifestis cavitatibus, vt in ventre: vel in obscuris, vt in musculis, qui spiritu per totam carnem minutatim sparso turgent & intumescunt. Sic Galenus quarto de causis pulsuum, lethargicis laxari atque intumescere vniuersum corpus docet: σφυγμοὶσι νωθροὶσι. pulsu segni & languido. Galenus docet σφυγμῶν significare veteribus dolorem pulsatorium, palpitationem, & vehementem atque aspectabilem arteriarum motionem. Hic tamen pro pulsu videtur sumi, quem carpo manu admota percipimus, cuius rarò meminit Hippocrates. Galenus lethargicorum pulsus inæquales describit, qui vt cognoscantur, compri-mi volunt, verum hoc præ imbecillitate nõ sustinet: præterea languidos & magnos: alibi languidos & paruos. Siquidem magni videntur quia inflati & vndosi, cum tamen parui sunt ab oppressione facultatis pulsificæ. Eò autem tardiores sunt, quàm in peripneumoniis: quòd cerebrum à corde remotius est: intermittentes denique, quod proprium est frigidò affectui, & facultati valde refrigeratæ, vel oppressæ. καὶ μετάρσιαι τὰ ὑποφθάλμια. Erotianus ὑποφθάλμιον interpretatur τὸ κοίλον τῶν ὑποφθάλμια, palpebram inferiorem, quando partes sub oculis eleuata, vel sublimes apparent, & palpebræ turgidæ, quales somno sepultis extumescunt flatuoso spiritu illic collecto. Aut ὑποφθάλμια dixit, vt in Prognost. ὑποφθάλμια, ἢ τὴν ὑποφθάλμια

4. de diata in acutis.

4. de diata in acutis.

4. de cause puls.

τὸ λευκὸν, τὸ βλεφάρων μὴ ξυμβαλλομένων, siquid ex albo oculi subapparuerit in somnis, palpebris non commissis, à conuulsione musculorum, qui palpebræ motibus præfunt: aut rigida cute frontis & resiccatis palpebris, aut causa externa, vt purgante medicamento, aut alui profluuiio: aut peculiari natura instrumetorum, & aegritudine. καὶ ἰσθῆρες. tenuis exudatio in capite & fronte, vbi morbus ab oppressione naturæ & materiæ copia ineunte morbo, aut à resolutione partium solidarum in progressu. καὶ ἰσθῆρες ἐπὶ ἰσθῆρες, &c. Et aluis biliosis atque intemperatis subtuunt. Aluustamen in morbis capitis ferè semper astringitur, vt in apoplexia, neque biliosa excernuntur in pituitoso morbo, nisi accesserit vitium hepatis & ventris, in quo à calore febrili & corruptione alimenti biliosa generentur. Hippocrates de morbis scribit alium deicere multa & liquida iam morituris. Intumescit autem venter, id est, vt scribit Galenus, laxatur lethargicis & inflatur vniuersum corpus: contra stipatur & cogitur catochis.

4. de causis pufsum.

XXVII.

ἢ ὃ κατὰ ξήρας ἰχθυσιν, ἔρα καὶ διαχωρηματὰ προίοντα λαθραῖως, τὸ οὔρον ὑποζυγίς, τίτῃ τε οὐκ αἰτέσσιν, ἔδὲ θάτερον οὐδὲν. ἔμφρονες ὃ γενόμενοι, τράχην ἐπὶ ὠδίων φασὶν ἔχειν, καὶ διὰ τὸν οὐδῶτον ἰχθὺς διαίωσεν.

*Sin obaridas habuerint, vrinæ & alui excrementa exeunt præter voluntatem, vrinæ velut iumentorum est, potum non expetunt, neque aliud quicquam. Postquam verò resipuerint, collum dolorosum se habere dicunt, & sonitus per aures transire.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**æc oratio videtur confirmare interpretationem prioris dubitationis, vt videatur velle lethargicis aliquando subtumidum ventrem reddere biliosa immoderate. Sequitur enim, ἢ ὃ κατὰ ξήρας, Si verò admodum siccas habeant. Sic enim appellat καίλιος, quibus oppositæ sunt καδὺ γρανομένη. Quod ferè fit. Sequitur, ἢ α. Id fit ferè lethargicis occupata mente, & aliquando partium, hoc est, sphincterum resolutione. λαθραῖως autem dixit ἀπροαίρετως, ὃ οὔρον ὑποζυγίς. hoc efficit venarum perturbatio. Lege Aphorism. 70. lib. 4. Crassæ turbidæ, rubræ, bilis & febris calore naturam concitante. καὶ ἢ αἰτέσσιν. potum non expetunt, neque aliud lethargicis os saliuæ mader, & mens lasa est: ideo nihil experunt. ἔμφρονες δὲ γενόμενοι, &c. At composites mentis facti collum se dolere dicunt, & sonitum per aures exire. Iusta ratione collum dolent, quia videatur malum relicta arce vicina occupare. Flatus autem per aures exeunt robore naturæ, quæ materiam discutit. Aliis vsque adeò imbecilla vesica relinquitur (quod & sanis diutius cohibita vrinæ accidit) vt vrinæ suppressione (ἰσθῆρες dicunt) teneantur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**A**rs est superioris Aphorismi, in qua persequitur signa lethargi tum quæ assident, tum quæ superueniunt. Opponit autem profusæ alui κατὰ ξήρας astringentis, deinde subiicit vrinæ & excrementa exire λαθραῖως, clam ægro, quod duobus modis explicari potest, aut μὴ αἰδανόμενοι non sentiente ægro, quia videlicet morbo careant: aut præter voluntatem. Illud significat vel non generari biliosos humores ob infirmitatem caloris hepatis, vel non defluere ad intestina per Aphorismum Prorrhethici. Si ex ventre tenuia non sentienti ægro exierint, si extra se non sit, malum, vt hepatico. Hoc verò vel mentem ægotare, vel partes, per quas excretio fit, non amplius sentire, principio neruorum affecto & musculo sphinctere resolutio. Interdum etiam fit inuoluntaria excretio, sed sentiente ægro, quando excrementa sua acrimonia vellicant intestina, vt in senibus pituita salsa. Quod voce λαθραῖως

2. Prorrh. 46

ποα

non comprehenditur. Si ergo simul aluus & profusa sit, & excrementa non sentiente ægro prodeant, vtramque causam adesse coniicimus, resolutionem musculi, & voluntatis deprauationem atque aliarum facultatum animalium. Sin astricta sit aluus, alteram tantum, nempe deprauationem voluntatis & iudicij. Facultas enim motrix suum facit officium in contrahendo musculo, & naturalis in retinendo. Verum quia non recordantur, neque sentiunt, latenter excernunt, ac sæpe in manus sumpta matula, eam se tenere non meminerunt. Hoc autem minus periculosum esse, quàm prius, manifestum est, quia pauciores facultates & partes labefactæ sunt. τὸ οὔρον ὑποζυγίς. vrinæ subugalium. Talis est perturbata, crassa, & quæ diu deposita non residet. Est autem huius duplex differentia. Nam cum moderatè crassa est, nec subsidet, cruditatem significat, humoris crudi & crassi permissione, secretionis absentiam, caloris nativi humorè crassum agitantis nec superantis, pugnam, vnde cum virium robore longitudo morbi denunciat: cum infirmitate exitium. Cum verò crassissima est & maximè cõfusa, indicat imbecillitatem caloris nativi: ignei & febrilis dominatum, materiæ crudæ cum bile agitationem, atque inde flatulentos spiritus, quibus humores cum suo sero in venis turgent & quasi fermentantur, vt mustum in doliis, signo certissimo phrenitidis, conuulsionis, mortis, aut pestilentis morbi. Nam spiritus flatulentus vnà cum calore multo celeriter in caput rapitur. πῆμα τε. Neque potum, neque aliud quicquam sibi dari contendunt, quia neque apprehendunt, quæ sunt ad vitam necessaria, neque meminerunt eorum, quæ sunt, aut faciendæ sunt, quin sæpe hiant ore persistunt velut os claudere oblitum, supinè iacent & inertes oppressa animali facultate, & grauius laesa ratione. ἔμφρονες τε. Vbi ad se redierint, de dolore ceruicis & sonitu per aures exeunte queruntur. Nam collum cerebro vicinum humoris pituitosi diffusionem proximè & facillimè excipit per foramen exortus spinalis medullæ, & nerui ac tendines irrigantur, quibus collum capiti coniungitur. Flatus autem per aures exeunt vincente calore materiam pituitosam, de quo dictum est antea.

XXVIII.

Οἰόσοι ὃ σὺζῶνται τῶν ληθαργικῶν, ἔμπτου ὡς ἐπιτοπολὺ γίνονται.

*Quicumque verò seruantur ex lethargicis, vt plurimum suppurati fiunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**auci ab hoc morbo conualescunt. Neque inde in thoracem versa materia si suppurat, certam valetudinem promittit, graui morbo graue malum superueniens, in quo viribus opus est, quæ iam priore morbo vehementer accisæ sunt. Propterea & σάξεδου & λυέδου & alia id genus malè vsurpantur in ea morborum mutatione, quæ μετὰ πῆσιν appellatur. Vidi vnum aut alterum, qui ea ratione conuauerit, suppurato videlicet thorace. Quanquã eius mutationis nullus author, quod legerim, meminit. Tertio de morbis qui è desperatione euadunt, suppuratos fieri scribit, & vicinam facit peripneumoniam humidam, ac septem diebus perire scribit, quos si effugerint, sanescere. Quidam è lethargicis phrenitici fiunt & conualescunt. Lethargum enim sanat phrenitis, non contra. Aliis mentis alienatio cessat, manet κοματώδης affectio meliore quidem conditione, sed parum certa valetudine.

DESID. IACOTII COMMENT.

**E**pi δὲ πολὺ idem quod δὲ πλειστάς, quod opponitur τῷ διωκεῖς. Nam prædictio, quod continuè perpetuòque sit, non habet, sed quod magna ex parte, vt & alia multa. Terminatur autem lethargus sæpius quidem mortis: interdum superueniente phrenitide: rarò materia coctione: sæpius materiæ decubitu ac diffusionem in thoracem, vnde suppurati fiunt. Portio autem materiæ, quæ ad primum in thoracem & primas thoracis partes diffunditur, quibus cum vltimis ceruicis vertebrae

1. Prorrh. 16

tebris coniungitur thorax, per sputa purulenta expurgari potest sine spirandi difficultate & lateris dolore. Qui autem ex phreniticis lethargici euadunt per resolutionem caloris natui aut extinctionem, seruari non possunt. Non ita necessarii moriuntur resoluta bile, & manente pituita, quanquam perniciosè habeant.

XXIX.

Οκόςοισιν εν πυρετοϊσιν ακριτως τα τρομώδεα πάυεσθαι, τουτέοισιν χρονον εν αρθρα απόστασις οδυώδης εκπόυσα, η κύσις επώδυνος.

Quibuscumque in febribus tremores sine iudicio conquiescunt, iis tandem in articulis dolens abscessus suppurat, & vesica con- dolescit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

I Am sæpe dictum est τα κρισιμα μη κρινοντα mala esse. Tremor autem exclusa è venis parte materiae in neruosa corpora κρισιμωυ censetur. Si verò non iudicat, quod ακριτως πένεσθι dicit, hoc est, si à tremore nulla sequitur vacuatio, non sudor, vomitio, diarrhoea & alia id genus, malo est: atque ita perire ægrum necesse est, aut coctione vel abscessu liberari, quorum vtrumque ferè tempus exigit. Quæ enim morborum iudicia excretionem fiunt, subitò magna ex parte commouentur ac desinunt: quæ coctione vel abscessu, paulatim ac tardius. Ergo in salutari morbo siquidem morbus excretionem subita solutus non est, quia vel nulla ea extitit, vel non respondens copiam materiae, paulatim redibit valetudo & aliquando, non semper abscessus fiunt. Neque omnino ad articulos & vesicam, sed aliquando. επόστασιυ autem dicit η μετατροσιυ mutata loco materia, quæ dolorem facit: quod in articulos multi nerui, multi tendines, mēbranæ multæ cocant, ex quo acerbior dolor eo loco, quàm in carne commoueri solet. εκπόυσα verò iam abscessu purulento, quæ επόστασιυ vocant, δι' εμπύηματος. Est enim apud Hippocratem επόστασις multiplex κατ' εκπόυ, hoc est, κένοσιυ, vt quæ in dysenterias, alui profluuia, strangurias finiunt. Est κα' απόθεσιυ, vbi humor commotus loco in alium locum transponitur. η εμπύημα, vt cū inflāmatio vel erysipelas suppurat, η μεταήωσιυ morbo in morbum transeunte, peripneumonia in pleuritidem. κα' κύσις επώδυνος. transeunte parte materiae morbi per vrinas. Sæpe enim multiplici genere αποστάσεις iudicantur. Pars enim in abscessum colligitur: pars maturatur: reliquum vacuatur. Neque tamen exstimandum κίσιυ επώδυνου dicere, quia conuersa in vesicam materia stranguriam pariat. Sic enim non solùm dolens, sed dura quoque, tenfa & calens, & desperationem propè enunciatet.

DESID. IACOTII COMMENT.

Tremorem ακριτως πένεσθι sine iudicio cessare duobus modis intelligi potest. Vno, de tremore critico, id est, eo qui fit in perturbatione critica, cū natura è venis & arteriis materia excludit per partes sensiles & neruofas, quæ vel oppressæ tremunt, & quodammodo subsiliunt, vel acrimonia vellicatæ rigent. Altero de affectione aliqua, quæ tremorè adfert, ita vt fit gemina in ægro affectio: vna febrilis ex humoribus in venis: altera extra venas in partibus neruofis, vt si in radicibus neruorum ad manus pertinentium contineatur copia materiae alicuius, quæ ab initio morbi tremulas manus effecerit, vt in Pythione. Priore modo tremor sine excretionem iudicatorium est non iudicans, vt rigor, vnde metuenda est periculosa materiae translatio, & μεταήωσις transfluxio illa, de qua diximus antea, à venis ad neruos, & ab his ad cerebrum. Sic enim tremorem docuit solui delirio. Nec proinde abscessus inde expectandus est aut necessariò, aut vt plurimum. Posteriore autem necesse est, ob duplicem affectionē, duplicem quoque fieri aut coctionem, aut abscessum, aut excretionē, vnam videlicet in parte affecta: alteram in venis. Si itaque tremor ille desinat sine coctione aut excretionem, morbusque salutaris appareat, materiam

teriam intus reliqui suspitio est, cuius portio, quæ excerni non potuit, ad articulos conuersa tanquam ad partes imbecilliores abscessum cū suppuratione factura fit: altera verò pars in venis cohibita & per vrinas exclusa stranguriam in vesica. Etenim sæpe docet Hippocrates in Epidemiis, prauos humores, qui in venis continentur, per aluum & vesicam expurgari criticè in his, in quibus per sudores, aut hæmorrhagiam excludi non potuerunt, vt in senibus, aut hyeme. Quia autem acres sunt & biliosi, in vesica quidem stranguriam, in aluo dysenteriam sæpe faciunt, idque abscessum dicit per emissionem, vt in secundo statu primi epidemion, Vnum autē ex signis (ait) quæ fuerunt, tum vile, tum maximum, tum quod à maximis vindicauit periculis, his fuit, quibus ad stranguriosum facta est conuersio, atque in id abscessus fierent. Vbi constat morsum ab acris excrementis straguriam fuisse causam. Quæ affectum hic vocat κίσιυ επώδυνου, vesicam dolentem, vt alibi, vesicam phlegmone obsessam, cūm adicit duram. Vesica enim in stranguriis ad vrinæ excretionem priusquàm satis repleatur, irritari solet duabus de causis. vel quia vrina acris & mordentis qualitatem ferre non potest, vel quia primigenio affectu laborans opprimitur præ imbecillitate à minima etiam copia vrinæ, hoc propriè stranguriam vocat Hippocrates: illud cūm criticè accidit, abscessum per stranguriam. Videtur autem Aphorismus descriptus ad memoriā ex Pythionis historia, cui ab initio febris acuta facta est à putredine humorum in venis, cum tremore manuum ad octauum vsque diem perseverante ob virtutis, quæ est in musculis, infirmitatem, & oppressionem neruorum, qui ex spinali medulla in ceruice manui inseruntur. In eo enim tremor cum quiescisset, quadragesimo die geminus abscessus factus est, vnus per suppurationem, alter per stranguriam. Verùm quod præcipuum erat ad præfagium omisit. Nā tremor ille per sputa quiescit: vtriusque autem abscessus significatio facta est ex vrinis tenuibus, quarum duas differentias exposuit Hippocrates. Vna est, Quādiu sulua tenuisq; vrina fuerit, crudus erit morbus. Altera verò, Qui tenues & crudas diutius mingunt vrinas, atque alia, qualia conualescentium signa adfuerint, in his abscessum ad inferas septo transuerso sedes expectare oportet. Multis itaque distinctio- nibus opus est, antequam ex hoc Aphorismo abscessus præfagiri tutò possit. Nam & signa communia abscessus adesse debent, & copia crassi humoris in neruoso genere, & naturæ motus atq; inclinatio ad inferiora, vt tremor fiat transeunte ad inferiores partes materia potius, quàm increfcente morbi malignitate. Tremor enim cum febre à multis aliis causis esse potest, vt neruorum resiccatione in vehementi phrenitide: affectu aliquo animi: aut præcedente immoderata vacuationis & infirmitatis valida aliqua causa, vt fame, Venere, lassitudine, vigiliis. Itaque meritò Galenus negat ex particulari historia ægrorum in Epidemiis vniuersale rectè confici posse. Collegit enim Hippocrates è singulis euentis animaduersiones, sed eas adiunxit rationi, sine qua præcepta generalia constitui nō possunt. Qui verò sequitur consuetudinem atque euenta sine ratione, fortasse (ait Aristoteles) rectè ageret: nescit tamen se rectè agere. Nam scimus, cum scimus causam, propter quam hoc vel illud fit, & multò sapius decipietur, quàm vera dixerit, qui non dirigitur à recta ratione, cuius præcepta in arte tradimus. Habet enim ars medica suæ essentia: principia ab intellectu: obiectum autem ab his, quæ in ægris apparent.

XXX.

Των πυρεσσόντων οισι μεν ερυθρηματα επι προσωπον, η τόνος κεφαλής ισχύ- ρος, η σφυγμὸς φλεβῶν, αίματος ρύσις τὰ πολλὰ γινεται.

Quibus febricitantibus rubores in facie & capitis vehemens dolor venarumque pulsus, iis vt plurimum fluor fit sanguinis.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

I Am antè notata quædam signa sunt hæmorrhagiæ, multa in Epid. & Prorrhético, certissima in Prognostico, quæ omnia communi ratione includuntur, Sanguis videlicet,

videlicet, qui relictis inferioribus partibus vi caloris & naturę caput appetit, ex quo facies rubet, splendor prærenditur oculis, strepunt aures, caput grauiter dolet, hypochondrium contenditur, rubet oculi, pulsant venę & arterię, oculis interdum præcopia lachrymę exprimuntur, estio quędam in ceruice sentitur, & alia partim propria, partim communia indicia hæmorrhagię imminētis. Hęc ergo omnia sublato feruidoque sanguine & pleno calore & spiritu commouentur. τὰ πρῶτα. quia aliquando retinentur, vnde infania melancholica.

DESID. IACOTII COMMENT.

lib. de præno-  
sione.

**I**N præfatio non solum crisis tempus ex signis coctionis & morbi motu, sed etiã species prudenti medico diligenter obseruanda est, vt in sexto fecit Galenus, quę non obscure asidentibus multo antè prædixit iudicatum iri sexto, aut septimo, per sudorem, & ex sexti diei crisi relapsurum. Species autem crisis in vniuersum à constitutione temporis, ægri temperamento, & morbi specie ac motu præsignificatur: certius autem & particularim magis à naturę motu & humorum inclinatione. Nã quod natura & humores inclinant, eod crises fieri consueuerunt, vt Galenus docet tertio de crisi bus. Inclination autẽ duplex est, ad interiora per vomitum, deiectionem, vrinas, hæmorrhoidas, menses: ad exteriora per sudorem, & hæmorrhagiã. In hac enim extrinsecus se manifesta signa produnt tum in facie, tum in pulsa, tum in hypochondriis & vapore cutis. Tres enim sunt tanquam loci, è quibus eruuntur argumenta, exempli gratia, hæmorrhagię quę est in motu. Pars mittens, pars excipiens, & loca, per quę sanguis repit. Nam cum relictis partibus inferioribus vi caloris & naturę in caput fertur, vbi copia & acrimonia tenuium venarũ, quę ad nares pertinent, oscula recludit, in hypochondriis, quę cacochymiam continent, tensio manifesta deprehenditur cum reuulsione ad superiora sine dolore aut phlegmone. In thorace autem, per quem magna vasa ascendunt in caput, difficultas spirandi oboritur, sanguine cum multo calore ac spiritu ad superiora contendente. Caput autẽ, quod affluxus impetum excipit, omnium manifestissimè afficitur, grauitas in naribus percipitur ab humoris decubitu, vt antè docuit, titillatio narium, interdum sonitus aurium & lachrymę à copia fluxionis. Sęper verò splendores ob oculos obseruantur in ipsa perturbatione critica ratione bilis sursum translata, aut adest hebetudo oculorum à sanguinis copia spirituum animalium meatus intercipientem. Quibus adde quę hoc Aphorismo comprehenduntur. Ex his enim intelligitur quã multa prætermiserit ex hæmorrhagię signis, qui tria tantum numerat, ruborem faciei, capitis dolorem vehementem, & venarum pulsum. Ruborem autẽ in facie intelligere oportet, neque natiuum & genuinũ ægro, neque symptomaticum morbi alicuius, vt asthmaticę affectionis crebescēte admodum respiratione & valde sese dilatante thorace, vnde rubens iure optimo redditur facies, magis que adhuc si cum calore multo capitis dolor simul adfuerit: itẽmque melancholicę affectionis, quę generatur in cerebro à multa caliditate, & sanguine crassiore cum mœstitia per Aphorismum, Faciei color bonus, & mœstitia multa, malum: sed qui circa statũ repenti oboritur à materię in caput translatione, facitque significationem vel parotidum, vel eruptionis sanguinis per nares. Vtrum autem sit, ex aliis signis distinguitur, quemadmodum in Philosophia ex multis communibus vna proprietas colligitur. Nã febris, quam Galenus valde æstiuam vocat, cum symptomatis plethoricis tum capitis, tum ceruicis hæmorrhagiã prænuñciat. Propterea addit ingentẽ capitis dolorem, id est, grauem potius quã mordacem, qualis fit ante vomitum, & vt Galenus interpretatur, distendentem, pulsanter, calidum. Sanguis enim suo colore oculos, & interdum genas ac nares suffundit, copia grauitatis ac tensionis, qualitate caloris & pulsationis sensum affert. Ex quo sequitur σφοδρὸς πλεθρῶν venarũ, vel potius arteriarũ pulsatio in ceruice & collo non solum tactui, sed etiam aspectui manifesta, de qua dictum est antè copiosius. Rectè itaque addidit τὰ πρῶτα, vt plurimum, si hæc tantum tria spectemus: sin verò adiecerimus alia, quę exposita sunt, non vt plurimum, sed necessariò sequetur hæmorrhagia. Confirmant autem iudicium, temperamentum sanguineum & calidum, ætas, anni tempus, regio.

2. Prorrh. 14.

3. de crisi bus.

Οἱ δὲ ἀσθενεῖς καὶ καρδιωγμοὶ καὶ πνευματισμοὶ, ἐμετος.

Quibus verò anxietas & cordis morsus, & frequens saluatio, vomitus accidit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**ubiicit signa vomitionis criticę, ἀσθη, καρδιωγμῶν, πνευματισμῶν. Est autẽ ἀσθη nau- sea quędam inclusis in ventre & circa ventrem vitiosis humoribus, qui quia illic feruent, σφοδρῶς quoque gignunt, ex quo ἀσθη, aliquando σφοδρῶς est Hippocrati. Et in Prorrhethico ἐμετος ἀσθησῶς à mordacẽ bile, καρδιωγμῶς autem, hoc est, lancinatio quędam & morsus oris ventriculi, quod καρδιαν veteres communi nomine appellarunt, & vulgus nostrum retinet. Ab eodem vitio humorum bile & mordaci humore. πνευματισμῶς tenuis quędam, & frequens sputatio. Omnia quidem, quia humor exclusus venis in ventriculum sese colligit, & qui crassior, mordicat, pars tenuioris & aquosi tunicis imbibitur, & consortio membranę, quę interiori ventriculo, œsophago, ori communis est, in os redit, vnde tenuis frequensque sputatio est, quã πνευματισμῶν dicit. Eiusdem naturę sunt & amaror oris, inferioris labri tremor, tenebrę offusę oculis, capitis dolor pungens. Quibusdam quoque reuellit hypochondrium & frigeſcit. Commune verò signum est rigor, suppressa aluus, & lotia. Alia quoque libro de crisi bus tertio.

DESID. IACOTII COMMENT.

**P**ræfagium vomitionis criticę, vt antè hæmorrhagiã, ex propriis signis docet. Criticam dico ad differentiam symptomaticę. Nam quę vomitione redduntur in acutis, interdum à toto corpore & venosi generis cacochymia excluduntur in eunte morbo, aut per incrementa propter copiam aut malignitatem humorum: interdum verò à ventriculo, idque dupliciter. Nam vel copia aut praua qualitate cibi aut humoris vitiosi irritatur: vel exudatione ichoris tenuis ab inflammatione partium circumpositarum, vt iccoris. Critica autem vomitio circa statum repenti incidit, & antegressis signis, cum natura morbificum humorem iisdem meatibus regerit, per quos chylus & sanguis in vniuersum corpus distribuitur. Huius autem signa se produnt tum in parte σταυρὸν κίνισις, vnde motus: tum in capite, tum in his locis, per quos humores feruntur, vt in hæmorrhagiã dictum est. Ex his autem tria tantum posuit, cęque præcipua & propria, si simul iuncta fuerint. Nam ἀσθη, id est, inquietatio in omni ferè perturbatione critica exoritur. Tribus enim modis ægri fiunt ἀσθησῶς, id est, anxij. Vno humorum motu critico aut symptomatico ad superiora, vt in parotidibus, & imminente delirio per Aphorismũ prorrhethici. In anxiosis quibusdam vigilantibus parotides maximè. Altero cum virtus à corpore opprimitur, nullamque decubitus figuram facillè sustinet, vt in inflammatione interna cum refrigeratione extremorum, & incendio bilis circa præcordia æstuante, de quo dictum est antè. Tertio cum os ventris à prauis mordetur humoribus. Hi autem nauſeam patiuntur interdum sine vomitu per Aphorismum illũ, Qui cum anxietate & sine vomitu exacerbantur, malè habent: interdum verò cum vomitu vt hoc loco. Istantur enim vomituri cum nauſea, fastidio & anxitudine ab humoris biliosi motu per hypochondria, qui copia naturam opprimit, seruore ventriculi tunicas & venas distendit, acrimonia eadem vellicat, & praua exhalatione caput & oculos afficit. Idem autem humor cum ad os ventriculi peruenerit, quod exactissimo sensu præditum est propter neruos, quos insignes recipit à cerebro, καρδιωγμῶν accersit non exiguum vomitus futuri signum, de quo Hippocrates in Prognostico, Siquis per febre lethalem ait se capite dolere, & atrum quidpiã ante oculos cernere, stomachi quoque morsus huic aduenerit, biliosus aderit vomitus. Proinde hoc symptoma in sanis cum amaritudine oris & fastidio cibi indicat purgatione per superiora esse opus per Aphof. 17. libri quarti. In febre autem

3. Prorrh. 62

2. Prorrh. 44



sine vomitu æstuantem bilem ex hepate redundare denunciat per eiusdem libri Aphorismum 65. Ab eodem humore fluitante in superficie ventriculi & per tunicam internam diffusa, quæ ventriculo, gulæ, linguæ & palato communis est, fit *πυελισμός* crebra & frequens sputatio, quæ sola in phreniticis, qui sermone aperire non possunt affectionem, ad prædicendum vomitum sufficit cum refrigeratione hypochondriorum, quando videlicet tenuis substantia sputum in ore superfuit. Alius enim scæatus est, aliæque sputatio ab humiditate ventriculi symptomata, aut ab ichore ex inflammatione cerebri, aut depravato iudicio, de quibus omnibus egimus antea. Præter hæc autem alia vomitionis signa recenset Hippocrates, vt rigorem aut hypochondriorum refrigerationem, quæ bilem iam esse in motu denunciant, capitis dolorem mordacem ab exhalatione materiæ biliosæ, quæ meningas afficit, & vertiginem tenebrosam, cum eadem diffunditur per meatus spiritus animalis, & humores oculi purissimos. Galenus autem addit absentiam signorum hæmorrhagiæ & sudoris, pulsum durum & inæqualem, cum periculoso certamine natura distinetur, ac ventriculus vellicatur, & inferioris labri agitationem. Tertio autem de crisi exactissimè rem totam exponit. Vomitiuum (inquit) signa sunt cordis morsus vna cum capitis dolore, vertigines vna cum tenebrosis atrisive, quæ oculis obuerfantur, & inferiori labro agitato, ac plurima & tenui saliva defluente. Hæc verò omnia accidunt, vbi biliosus ac mordax humor in ventriculo, & stomacho acervatus fuerit, & vna os ventriculi, quod veteres cor nominabant, immorderit, & cum ipso stomachum totum intro, & ad inferna diuulserit, vnde & labium ipsum agitur, & saliva tenuis defluit. Tenebrosa autem quedam oculis obuerfantur, & vertigine vexantur, oculorumque caligine laborant, & caput dolent, aliquo ex bilioso humore euaporante, & præterea nervorum consensu.

XX XII.

Οἱ δὲ ἐρβύγμοι, οἱ αἵμοι, οἱ κοιλίης καὶ ἐπὶ τῆς κοιλίας καὶ ἐπὶ τῆς κοιλίας.

Quibus verò ructus, flatus, strepitus ventris, extorberat venter atque perturbatur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**R**vetus, flatus, strepitus, communis generatio est de crassiore spiritu: sed vt incitato orificio ventriculi excluditur, ructus, vt circumagitur caua parte strepitus est. At verò flatus generatio ex humore est & calore imbecillo. Vbi enim humor calore exagitur, in spiritum parte aliqua transit. Itaque hæc omnia exagitata materiæ ad expurgationem quedam indicia sunt. *ἐπάρσις* autē sunt, quæ *κυστώματα* in Prognostico & in Aphorismis per *επιγόνθρια μετώρα* significat. Sunt eiusmodi *ἐπιγόνθρια καὶ ἐπιγόνθρια*, & ex eo quod *ἀγκω μέλαν γινώμενα*. Ac prius dictū est *ἐπάρσις* & *ἐπάρσις* dici ab Hippocrate omne tumorū genus: aliquando peculiariter quæ ad aures extant. Hic autem *ἐμφύσημα*. Præterea in Progn. addit citra inflammationem. Nam si quis dolor est, vt reuera esse consuevit, à flatibus, tensione & materia inclusa. *κοιλίης* autem dicit, vt intestina sunt. Primum enim in anfractibus tenuioris intestini circumuoluitur flatus cum materia: in ea agitatione pars sursum erumpēs, ructus facit. Reliqua pars, dum commouetur vna cum materia, deorsum euoluitur, & ad lumbos, vbi iam collum & cæcum alligantur, dolorem facit, vnde in Aphorismis (lumborum dolor) additur, atque hinc deturbata foras materia *ἐκ τῆς κοιλίας*, quod in Aphorismis dixit, *καί τινος κενύου αἵματος*, & in Prognost. *ἐκ τῆς κοιλίας*, & *ἐκ τῆς κοιλίας*, vbi videlicet liquida cum stercore & flatibus excernuntur. *ἄρον* enim peculiariter dicitur, & communiter. Communiter quidem de serosa quavis materia. Est igitur *ἐπάρσις*, quæ in Aphorismis *παραχρῆμασι*, & in Epidemiis sæpius *καί τινος κενύου αἵματος*, & *ἄρον παραχρῆμασι*, cum videlicet multa semel, & ex obrupto defluunt, quæ obiter vias mordicant & dolorem mouent. Atque hæc in febribus. Nam *πυρεσόντων* antè dixit.

**S**igna sunt criseos per alui fluxionem ex humorū ad interiora inclinatione. Nec verò huius solius propria sunt & inseparabilia, sed, vt de vomitu supra dictum est, peculiari vitio ipsius alui, vt defectu coctionis, aut distributionis, aut alimentorum corruptione, aut prauis humoris generatione in ventriculo atque intestinis singula hæc symptomata commoueri possunt. Flatus enim cientur in humoribus pituitosis, vel cibus à calore imbecillo: in his etiam quæ flatuosa sunt suapte natura, à valido calore excitatur spiritus quidpiam turbidum ac nebulosum, quod vno vel altero ructu excluditur, si per os exitum habuerit: sin verò per sedem exierit, sonorum aut silentem flatum edit. At cum flatuosus spiritus per anfractus intestinorum circumuoluitur, nec alterutra parte erumpit, strepitus quidem exauditur modò tenuis & sonorus per angusta ac tenuia intestina, modò cum murmure quodam per crassa, quæ sunt ampliora, atque inde interdum *πάρσις, ἐμφύσημα, & μετώρα*, ventris inflatio ac distensio exoritur ab excrementio, crudo & nebuloso spiritu, quem venter excludere non potest. Quòd si cum dolore ac sine sonitu tormina afferat vt in intemperie hæctica intestinorum, in dolore colico, & inflammatione interna, vt hepatis, è qua exudat tenue & acre serum in intestina, *σφοδι* dicuntur: sine dolore autem & cum sonitu *βορβορύγμοι* voce fictitia, murmur videlicet per crassa intestina ab humore & flatu, ex quo excrementum excernendum denuntiatur. Nam species ipsa soni vtriusque, flatus videlicet, & humoris signum est. Quia enim mouetur flatus, excretionem opus est: quia verò exauditur *βορβορύγμος*, excrementum humidum subest. Est itaque signum certissimū deiectionis alui, quam natura molitur. In sanis itaque eiusmodi tormina ab humorum acrimonia & flatulento spiritu, quòd diaphragmate inferiora sint, humorem in aluum ferri, ac deorsum habere inclinationem ostendunt, proindeque clysmate, aut cathartico iuuandum esse naturæ motum, vt scribitur in Aphorismis. In febribus autem, in quibus excretionis criticæ conceptam spem habemus ex natura & motu morbi, crissim per aluum necessariò præmonstrant, præsertim si absint signa hæmorrhagiæ, sudoris & vomitus. Non ita certum est & frequens signum in ventris inflatione, quæ sæpius symptomatica est. Adhibenda ergo distinctio est hoc modo: Vetus sine strepitu, chyri & obstructionis sboles est: cum strepitu, hydrops sicca. Recens sine murmure, interioris alicuius inflammationis: cum *βορβορύγμοι*, perturbationis ventris. Verum hæc aliis signis firmanda sunt. Quòd autem ab vniuerso corpore criticè excrementa excludantur, in causa est aluus, quæ omnibus corporis partibus per hepar copulatur. Alia autem signa huius criticæ excretionis propria, manifesta, & exquisita nulla habemus, qualia in cæteris criseos differentiis permulta sunt. Ob idque Galenus admonet per negationem hic esse præsaugiendum, hoc modo: Vbi coctionis & criseos signa data fuerint, nulla tamen se prodant vel hæmorrhagiæ, vel sudoris, vel vomitus, alui perturbatio expectanda est. Verum quia, quæ ad veritatem sæpius dirigunt, fallunt etiam nonnunquam, humorēque, qui deorsum inclinant, per hæmorrhoidas & menses in mulieribus expurgantur, id ex signis mēsum discernere oportet, insigni lumborum grauitate, dolore ac tensione, quæ in viris hæmorrhoidum signa sunt, quibus consuetæ fuerint. Præterea addere, si aluus per totum morbi curriculum optimè responderit, solutæque fuerit deiectionibus biliosis, synceris, & facilibus. Nam sudorem præmonstrant vrinæ & alui suppressio, cum absentia signorum hæmorrhagiæ ac vomitus, maximè verò pulsus vndosus ac mollis, delirium increfcente accessione, calor & rubor extimarum partium, ac vapor quidam calidus, qui antea non fuit.

XXXIII.

Τοῖσι χρολίξωσιν ἀσφαλῆως ἐν πυρετῶ ξυμμεχί, χωρίς πόνου, ἢ φλεγμονῆς, ἢ ἀλλης προφάσιος, ἀπό τῆσιν προσδέχεται πόνου καὶ οἰδήματος, καὶ μάλιστα ἐς τὰ κάτω χωρία.

Quibus febris continua, sed salutaris diutius trahitur sine dolore, inflammatione, aut alia causa manifesta, abscessus expectandus cum dolore & tumore. Hoc magis in partes inferiores.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc sententia scripta in Prognostico. Ac iam sæpe dictum est, morbos acutos, qui celerius moueantur, è materia tenui & calida, excretionem ferè iudicari: quæ verò diutius trahunt, coctione & abscessu. Quod igitur hic dicit, χρῆσις ἀσφαλῆως, & in Prognostico eadem sententia habetur, κικιμένον πόδιεν κῶς ἰσχυρῶς πρὸ ἀδράπης. Sed quod hoc loco χῶς πόνος, ἢ φλεγμονῆς &c. melius & clarius in Prognostico, μηκέτι ἀδύως ἐχέσης ἢ φλεγμονῆν τινα, μήτε ἢ πρόφασιν ἄλλω μὲν εἶμι. Febris quam describit, è cruda crassaque materia est. Nam longitudinis febris ea ferè causa est: quanquam & peccantur multa ab egris, medicis, & ministris: & pars affecta alia maiore vi naturali, alia minore prædita est, vt excernat, coquat, transponat. quod lædit. Sunt & alia materia copia, & varietas cutis, & virium astrictio, cœlum, locus, regio, externa omnia. χῶς πόνος hoc loco ἀδύως intelligit, quem vel inflammatio, vel externa causa cui-densque mouet. Sic enim non in articulos & inferiores partes, sed qua parte dolor & inflammatio, magis fiet abscessus. ἀπὸ πόνου ἢ ἐμπύματι. hic enim ἀπὸ πόνου dicit ἢ ἀπὸ πόνου. Sæpius enim scriptum in Aphorismis, qua parte dolor, ea colligi abscessus. πρόφασιν autem causæ sunt manifestæ & externæ, lassari de via, excerci in tempeftiue, incandescere, crapula, aliâque id genus. Quamquam aliquando πρόφασιν omnibus causis falsis, veris, manifestis, latentibus attribuitur. μετὰ πόνου καὶ οἰδήματι. πόνος dolor, οἰδήματι omne genus tumoris præter naturam, non qui laxus & indolens, peculiariter οἰδήματι dicitur. ἐς τὰ κάτω χῶς. In Prognostico ἐς τὴν ἀδράπην καὶ ἐν ἡσυχίᾳ ἐν τῷ κάτω μᾶλλον, in articulos, & præcipuè inferiores. Materia enim crassior plusquam elementi grauis retinens deorum vergit.

DESID. IACOTII COMMENT.

Abscessuum naturam, generationis modum, materiam, locum, occasionem, tem-pus sequentibus aphorismis explicat. Nam cum humores corporis calidiores tenuioresque paratissimi sint ad excretionem, crudis verò & crassis, aut per abscessum, aut per coctionem natura medeatur, quæ coctio excretio quædam est, atque ex vrina magna ex parte, raro per alium efficitur, de crisisibus per excretionem dictum est hætenus. Si verò ad abscessum conuertatur morbus, communia quidem ( inquit Galenus ) omnia sunt indicia, vbi salubriter se æger habet, neque solui morbum, neque vrinam multam, & copiosam habentem subsidiam, sed crudam ac tenuem apparere. Propria verò morborum non valde diuturnorum dicta sunt antè, ex quibus parotides denunciantur. Si verò morbus iam diuturnior fuerit, neque vllum ex signis parotidum apparuerit, percipiatur autem in aliquo inferiorum locorum, vel grauitas, vel tensio, vel inflammatio, vel dolor: huic in inferioribus partibus abscessum futurum sperabis. Quibus autem conditionibus opus sit ad certitudinem præfagij, Hippocrates tum hoc loco, tum in Prognostico complexus est, Quæcunque (ait) febris longiorem moram traxerit, homine alioqui ad salutem disposito, ita vt neque dolor teneat ob inflammationem, aut ob aliquam aliam manifestam causam, huic abscessum expectare oportet cum tumore ac dolore ad aliquem articulum, maxime ad inferiorem. Diuturnam autem febrem intelligit, quæ vigesimum diem superat, qui est terminus acutorum, in quibus humor tenuior, calor acrior, vehementius naturæ & morbi certamen sunt critica excretionis causæ: in longis contraria omnia. Nam cum longitudinis ac diuturnitatis febrium causa triplex sit: pars aliqua interior affecta curatu difficilis: aut humores crudi & crassi incoctique: aut errata medici, vel ægri, vel assidentium, quibus externa adduntur, verbi gratia, tempus, locus, aëris constitutio, domiciliu prauu, labor, sollicitudo, angor, de his

3. de Crisib.

3. Prog. 25

folis febris diuturnis intelligitur præfagium, quæ ex humore crudo & concoctu difficiliore moram trahunt. Eiusmodi est humor frigidus, crassus & lentus. Nam ob frigus celeriter moueri, aut vinci non potest: ob crassitiam non facile per omnes partes admittit calorem: ob visciditatem firma coactione adhærescit, retinetque diu partium continuitatem, sine cuius dissolutione non potest fieri resolutio, aut coctio, aut exclusio. Secunda conditio, vt morbus sit salutaris. Nam cum prauis signis vel interficit, vel in malos abscessus conuertitur. Salutarem autem indicant imprimis vrinae crudæ sine prauo colore, virium robur, & quæ Hippocrates scribit in Prognostico, bene se habere ad ea, quæ offeruntur, constare mente, libere spirare, facile ferre morbum, pulsuum constare, nec vigiliis, nec doloribus vires resolui. Tertia conditio, vt absint dolor, phlegmone, & omnis causæ externæ accessio, id est, vt diuturnitatis illius causa sit in solius humoris contumacia & ineptitudine ad coctionem, vel excretionem. πόνος enim labor & dolor omnem offensionem significat, & prauam dispositionem interiorem, quæ alat morbum. φλεγμονη verò, id est, inflammatio vel incendium & intemperiem viscerum, quæ perenni & continuata generatione materiam renouet, vel veram phlegmonem in visceribus, quæ nisi præripiatur æger, iudicatur hæmorrhagia in primis periodis, aut post vigesimum diem ad suppurationem conuertitur. Alioqui enim dictum est ante a, φλέγμα in hypochondriis abscessus ad inferiora signum esse, quemadmodum hypochondrium molle ac dolore vacans parotidum. πρόφασιν verò causam nominat tum manifestam, tum externam, non solum quæ extra corpus est, sed extra morbi essentiam & ab alio, & occasionem, quæ est causæ conditio, vt locum, tempus, absentia, presentia, quæ primò & per se morbum non efficiunt, sed causam latentem in apertum, & quasi in actum deducunt. His itaque absentibus, & quia tum excretio, tum coctio desideratur, abscessu materiae contumaciam domari necesse est, nisi illius occasionem præripiat vrina multa crassa & alba, per Aphorismum 74. libri quarti. Quod autem subiicit, abscessum illum futurum μετὰ πόνου cum dolore ac tumore, & hoc magis in partes inferiores, distinctione eget. Siquidem dolor & præcedere abscessum, & cum eo coniungi, & ei superuenire potest. Aliquando etiam dolor tanquam abscessus signum editur, quem tamen sequitur crisis per excretionem, vt in eo, qui in Dealcis horto iacebat, & in Clazomenio dextræ coxæ dolor, qui cōsequuta excretionem iudicatus est. Aliquando quoque non in articulos, sed in sedem materia abscessus conuertitur, vt in Pythione. Præterea si æger subito in difficultatem spirationis incurrerit, mox autem hæc spirandi difficultas desierit, & illam capitis grauitas & dolor, & coma ac surditas exceperit, huic in glandulis post aures abscessus materia reponitur. Sin minus, in articulos partes ignobiliores natura minus valida eandem promouet. Facile autem excipiunt omnem affluxum à superioribus partibus articuli, quia amplius, caloris expertes, & motu continuo sunt infirmiores. Quare rectius hic scripsit, ἐς τὰ κάτω, quam in Prognostico, ἐκ τῶν κάτω, qui locus corruptus videtur.

XXXIII.

Προσδέχεται δὲ χεῖρ τὰς ἀποστάσεις, τοῖσιν ὑπερτελεῖσθαι ἔτι μᾶλλον.

Expectare autem oportet abscessus in iis, qui trigesimum annum superarunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Sequaci materia, quia tenuis & calida, robusta natura, viis liberis, exclusa omni sinuria externa, quæ alioqui prohibeat, excretionem morbi iudicantur. Pigra verò materia, quia frigida, viscida & contumax, infirma natura, humor corrumpitur & putrescit, atque ita ferè vita extinguatur, in media conditione coctio & abscessus. Media conditio, quia humor non ita contumax, & natura mediocriter valet, quia humor sequax, etiam si natura non ita valida, humor paulò cōtumacior, sed natura

validior. Atque omnino vigere utcumque naturam necesse est, ut fiat abscessus. Ac viget ferè ea etate, nisi quid interni vitij lateat vomicosi visceris, aut fractarum virium venere intemperante vita, aliisque id genus. Atque etate prima, quæ nondum attigit annum trigessimum, virtus valida, sed crudus humor ex intemperante vita ferè colligitur. Itaque eiusmodi abscessibus opportuna utraque ratione virtutis & materiæ. In pueris maximè viget officium naturale, ideòque morbi partim exhalatione, partim materiæ maturatione dissoluuntur. Ac exhalatio excretio est, quæ sub sensum non cadit: concoctio vacuatio quadam est, quæ ferè fit per urinas, rarius per aluum. In senibus languidior calor est, quàm ut transponat vitium in abscessum. τῶν γὰρ ἰσχυρὸν τὸν πρῶτον τὰ ἔτια μᾶλλον. In Prognostico, τοῖσι νεωτέροισι τριήκοντα ἔτη. Florens etas alius anno tricesimo circūscribitur, alius tricesimo quinto. Quomodo enim in eadem planta hic flos alio flore celerius emarcescit, liliū lilio, rosa rosā, etiam si simul dehiscant: ita & homo homine tardius aut citius declinat. Quod temperatura corporis, & animi studia atque educatio efficiunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

**A**D prænotionem abscessuum non solum materiæ habenda est ratio, sed etiā virium, quæ cum materia comparatæ, quid fieri possit, denunciant. Nam in materia tenui & calidā virtus constans facillè excretionem molitur: infirma verò vel imperfectam crīsum facit, vel pravam, vel abscessum, ut parotidas. In frigidis autem humoribus eadem virtus robusta & potens abscessum mouet: infirma verò nec excretionem, nec abscessum sustinere potest. Itaque materia diutius manens corrumpitur & interficit, aut perquam longo temporis spatio vix cōcoquitur. Et enim in humoribus calidis nō est opus magnis viribus, si abscessus futurus sit: in frigidis verò maximè. Vires autem ægri metimur non solum actionibus singularum facultatum, sed etiam etate iuuenili aut senili. Subiicit ergo aptissimè hunc Aphorismum superiori, in quo de abscessu ex materiæ frigidæ secesione ac decubitu in articulos dictum est, docetque magis accidere, & citius huiusmodi abscessum in iis, qui triginta annos superarunt: in maioribus natu, nondum tamen senibus, minus euenire, ac tempore longiore: senibus minimè. Verùm huic sententiæ tria opponuntur. Primum quod Galenus scribit in Prognostico, in valde diuturnis morbis ob frigus crassitiemque materiæ & virium spatio temporis languentium infirmitatem abscessus ad partes inferas moueri: in acutioribus ad aures, quia materia minus crassa, copia caloris maior, facultas valentior: in medijs morbis ambigi. Non igitur opus est facultate valida in materia frigida. Alterum in Prognostico eodem scribitur, Magis autem (ait Hippocrates) expectare oportet sanguinis eruptionem in iunioribus trigessimum quintum annum agentibus: in senibus verò suppurationem. Tertium hoc loco, vbi scribit, qui trigessimum annum superarunt: in Prognostico verò, qui minores sunt triginta annis. Respondendum, in prima obiectione comparari vires inter se in generatione parotidum, & abscessum ad inferiora: hic verò cum materia expellenda. Nam virtus contra materiæ contumaciam valere debet, ut expellat: infirmior tamen est, quàm ut excretionē, vel parotidas mouere queat. In secunda verò non agi de abscessu ad articulos, sed de inflammationibus internis, & vomica, quam vix semel atque iterum Hippocrates ἀποσπινη nominauit. In iuuenibus enim calor validior hæmorrhagiam mouet: in senibus infirmior ad suppurationem conuertitur. In tertia autem, constantis etatis termini circumscribuntur 30, & 35, vel etiam 40. Siue ergo ad trigessimum annum, siue post trigessimum dixeris, constans etas intelligitur, quæ comparatur cum senili frigidior. In illa enim vires validiores, liberiores meatus, materia magis obsequiosa ad abscessum. In hac verò temperamentum totius frigidum, articuli frigidissimi, meatus angusti, & arefacta materia frigidissima. Vix igitur tantum caloris habent, quantum requiritur ad eam ex dimidio coquendam: aut tantum virium, quantum necesse est ad eam quamlongissimè expellendam à foco febris. Qui enim in senioribus tumores fiunt in pedibus ac tibijs, caloris imbecillitatem in parte ipsa denunciant potius, quàm naturæ in expellendo potestatem.

2. Prog. 34

1. Prog. 11

Ἐποσκέπτεσθαι ὅ τετέλειται τὰς ἀποσπινηίας, ἢν τὰς εἰκοτὴν ἡμέρας ὑπερὶ τὸς ὑπερέσθαι.

*Vbi verò febris vicefirmum diem superat, tum iis abscessus considerandus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**icefirmus dies magnam vim habet Hippocrati in iudicandis morbis, qui ultra decimumquartum diem extenduntur. Atque iis limitibus excretio ferè incidit. Et quanquam post vicefirmum diem non est desperanda solutio morbi per excretionem: rarò tamen subita illa vacuatio, quæ fit in crīsis, accidit: sed vel interuallis excretio fit vigesimo septimo, trigesimo quarto, & quadragesimo: vel maturatione vel abscessu soluantur morbi. Hoc ergo vult, ante vicefirmum diem expectandam potius excretionem: post vicefirmum, abscessum.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**efinitur terminus acutorum morborum vicefirmo die, & tempus in quo medicus ad abscessuum præfagia animum diligenter attendere debet, ut de exitu morbi præmoneat, ne vel ignorasse illius vim & naturam videatur, vel negligentia aut errore protraxisse, vel naturæ motum intercipient, ægrum in discrimen vitæ adduxisse. Neque verò repugnat, quod antè dictum est, acutos morbos intra decimumquartum iudicari. Nā is terminus est acuminis, ut exposuimus. Ob idque in Aphorismis Hippocrates cum idem dixisset, statim subiicit, decimumseptimum considerandum esse. Is enim quartus à quartodecimo, & septimus ab undecimo est. Ergo intra decimumquartum certamen illud acrius naturæ & morbi remittitur, aut finitur, ex quo speramus excretionem, nec ad vicefirmum peruenit, nisi cœperit quarto, aut septimo, morbusque reliquo tempore blandè & læto motu progredi apparuerit. Cum verò abiit illud tempus, id est, post vicefirmum, fieri quidè potest excretio per septenarios, 27. 34. 40. languescit tamen vehementior ille impetus naturæ, ac interuallis per crīses imperfectas sese exonerat, vel ad abscessum materiam referuat. Hunc autem colliget medicus tum ex his, quæ hætenus dicta sunt, tum ex vrinis semicoctis, tum ex articularum dolore, vel grauitate, vel tensione, vel inflammatione: aut in superis partibus ex repente facta spirandi difficultate, quam capitis grauitas, dolor, coma & surditas exceperint. In vniuersum verò piger naturæ motus, materia benigna, sed contumax, & virtutis robur spem abscessus afferunt, nisi aut vrina crassa & multa, aut purgatio, sanguinis detractio, vel alia remedia, quibus vtimur, materiam subducant.

Τοῖσι ὅτι ἀποσπινηταῖσι ἡσσοῦν γίνονται, καὶ πολλὰ χρόνῳ γενομένων τῶν πυρετῶν.

*Natu maioribus minus abscessus fiunt in febribus, quæ trahuntur diutius.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Π**ροβυτέρως & γεραιτέρως sæpe dicit Hippocrates non simpliciter quidem, sed ut ad aliam quandam etatem referatur, quomodo in Aphorismis. Simpliciter enim dicti προβυτεροι sunt, qui iam ἀμογίροντες senes quidem, sed cruda etiamnum firmaque senectute. Vbi plerique tempestiuam mortem esse censuerunt, & metam vitæ excurrere, qui diutius viuerent. γεροντες autem, qui extremam vi-

tae fabulam agant, filicernia, quasi eis τῆ γῆν ῥέοντες, vel, vt alij ὡς νεκρῶς. Hic ergo qui tricesimum annum superant, πρεσβύτεροι, & in Prognostico γεραίτεροι dicuntur. Hic ergo naturæ calor incipit emarcescere, quod certè firmo opus est, vt celetius post vicefimum fiat abcessus.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hoc ex superioribus perspicuum est, vbi docuimus in crisi per abcessus valida & firma virtute ac facultate opus esse, quæque ad extremam infirmitatem nequaquam reciderit. Cùm autem tres veluti gradus senectutis distinguatur, quod longius procefferint per ætatem, eò minus abcessus fiunt, paulatim cõcidente virtute, & calore nativo marcescente. Senibus verò minimè fiunt ob virtutis infirmitatem, temperamentum frigidius, articulos præ siccitate occalescentes, meatus angustos, & materiam frigidam. Addit autem in febribus, quæ trahuntur diutius, vt intelligatur non secundum modum agentis, sed secundum dispositionem patientis impressionem recipi, causamque esse oportere & hanc, & talem, vt sequatur effectus. Præterea πρεσβύτερος dixit per comparisonem ad iuniores, qui trigefimum agunt annum. Ita enim veteres Græcos ætatum gradus distinxisse reperio:

Ἐπί τῷ πρῶτῳ, ἀπὸ γέννησιν ἕως ἑξήκοντα ἐτῶν, ἀναλογεῖ ἢ τῆς σεληνῆς.  
Ἐπὶ τῷ δευτέρῳ, ἀπὸ ἑξήκοντα ἕως ἑκατῶν, ἀναλογεῖ ἢ τοῦ ἀφροδίτου.  
Ἐπὶ τῷ τρίτῳ, ἀπὸ ἑκατῶν ἕως ἑξακῶντα, ἀναλογεῖ ἢ τοῦ ἡλίου.  
Ἐπὶ τῷ τέτάρτῳ, ἀπὸ ἑξακῶντα ἕως ἑξακῶντα ἑπτὰ, ἀναλογεῖ ἢ τοῦ ἕρως.  
Ἐπὶ τῷ πέμπτῳ, ἀπὸ ἑξακῶντα ἑπτὰ ἕως ἑξακῶντα ὀκτώ, ἀναλογεῖ ἢ τοῦ ἕρως.  
Ἐπὶ τῷ ἕκτῳ, ἀπὸ ἑξακῶντα ὀκτώ ἕως ἑξακῶντα ἑξήκοντα, ἀναλογεῖ ἢ τοῦ ἕρως.

In quibus hæc dissentiant ab Hippocratis sententia explicabimus alio loco. Significat autem infantem & puerum esse vsque ad decennium: adolescentem, a decennio ad vicefimum quintum: virum ab illo vsque ad quinquagesimum: senioem ab hoc ad sexagesimum quartum vsque: senes post hunc vsque ad extremum vitæ ætatem πάλαιος Galenus vocat: Hippocrates infantiam triplicem facit, & inclinantis ætatis principium anno quadragesimo, vel trigefimo quinto, finè verò sexagesimo.

XXXVII.

Οἱ δὲ διαλείποντες καὶ λαμβάνοντες πεπλανημένως, φθισοπάρος μάλιστα ἐς τεταρταῖον ἐπιεικέως μεθίστανται, καὶ μᾶλλον τοῖσιν ὑπὲρ τὰ ρήμονα ἔτερα γεγονόσιν.

Febres intermittentes & qua erraticè prehendunt, maximè autumno, idque magis iis, qui triginta annos superant.

IACORI HOLLERII COMMENT.

Hic φθισοπάρος, in Prognostico τῷ φθισοπάρος προσηλάσιν. Atque melius quidem in Prognostico. Plurimæ enim quartanæ fiunt ante ortum Arcturi, Augusto mense, quo primùm tempore canicularium dierū æstus tepescit, & matutina frigora oriuntur. At Arcturi ortus non nisi progresso Septembri ante quem multæ iam febres quartanæ sunt, nisi quod autumnus variè definitur. Romani enim occasu matutino fidiculæ autumnus initium faciunt, qui sub idus Augusti incidit. Romanos dico Varronem, Plinium, Columellam. Ptolemæus quoque in Apotelesmatis idem annotavit. Galenus ex Hippocratis & veterum Græcorum sententia autūmij initium facit ortu Arcturi. Arcturus autè paulò ante idus Septembris, varia ratione & mutata sorte regionum. Verùm medicorum obseruatione & varietate regionum autumnus se prodit fractis primùm caloribus, & cùm noctu vespere & matutino frigus, progresso sole, & in meridie calor. Atque omnino modò calidum, modò frigidum, atque summatim inæquale cœlum est. Dicam autem quod apud nos licuit obseruare. Iam Augusto mense febres incipiunt, quæ intermittunt, quæ sunt pertinaces, quæ erraticè inuadunt. Primùm tertianæ naturam referunt, ex quo inuadunt quotidie: postea diutius intermittunt, ac tandem, vt est quartanis opportu-

nus annus,

nus annus, in quartanam degenerant. Quædam prius Augusto & initio Septembris: alia postèrius in æquinoctio & Octobri. Autumno ergo & ante autumnum febres eiusmodi in quartanam degenerant. ἐπιεικῶς. opinione vulgi. Cùm enim videantur quiescisse datis aliquot dierum induciis, veræ quartanæ se produnt. ὅτι τριήκοντα. Quod autumnus, idem ætas efficit. Bilis ergo æstate viget & raritas corporis: ita ea ætate, quæ decimo octauo, & trigefimo, vel trigefimo quinto circumscritbitur. Adueniens autumnus cutem astringit, & materiam bilem & sanguinem intro impellit. Eodem modo iam deflorescens ætas corpus contrahit & materiam intro colligit. Ac ætatis deflorescentis initium trigefimo, progressio trigefimo quinto, finis quadragesimo. Vbi iam manifesta declinatio & humorum concretio in melancholiam. Viget enim hic humor à quadragesimo, ad sexagesimum, quibus finibus declinans ætas includitur. Quod efficit vt non τριήκοντα, sed τριακοντα quidam legendum putent. Ac τριήκοντα melius & conuenientius menti Hippocratis, quod commento Galeni in Prognostico intelliges. Cur ergo sapius videmus quartanæ teneri, qui annum quadragesimum superant? Triplex ferè genus quartanæ annotatur ex ratione materiæ. Aliis enim crudus, crassus & frigidus humor materia quartanæ est, pueris & iis, qui otiosè ac intemperatè viuunt, familiaris. Alia quartana ἢ μετὰ πέντε, qualis hic ab authore annotatur. Vbi desinente si bre tertiana & erraticæ, & vi febris exusta & crassiore facta materia, quartana succedit iuuenibus familiaris, quos decimo octauo & trigefimo anno includebamus. Tertium genus ex humore, quem proprietates ætatis & temperatura colligit. Atque hoc familiare ætati declinanti. Hæc autem, quia vt plurimum eueniant. Hic ergo & antecedens febris, & ætas, quæ facillè ignem concipit, efficiunt quod in aliis declinans ætas adferre consuevit. Quod si declinante ætate quartana ἐν μετὰ πέντε incidit, ea ferè duplex, triplex, aut certè grauior atque contumacior esse consuevit. In Prognostico nõ solum τὰς τριήκοντα, sed τοῖς τριήκοντα ἐπί τῷ ἢ γεραίτεροι.

DESID. IACOTII COMMENT.

Tria abcessuum genera notauit Hippocrates ἢ ἀπόδρασι, per materiæ decurbitum & prolapsionem ab vna parte in aliam, de quo superioribus Aphorismis dictum est: ἢ ἐκρηξ, per secessionem & egressionem eiusdem extra corpus, vt per stranguriam, dysenterias tinesmos, fistulas, quæ antè quoque exposita sunt. Tertium genus superest ἢ μετὰ πέντε, per alterius morbi in alterum transitum, de quo hic agitur. Hanc autem mutationem abcessuum, id est, ἀπόδρασι dici ab Hippocrate ex primo Epidemion perspicuum est, vbi huius Aphorismi exemplum ponitur in frigida & humida constitutione hoc modo, Quartanæ autem multis quidem ab initio quartanæ ordine cœperunt, aliisque non paucis ex aliis febribus & morbis ἀποσπῆσις ἐς τεταρταῖος ἐγίνοντο, abcessus siue secessiones in quartanas fiebant. Lõgæ autem, vt consueuerunt his, atque etiam longiores contigerunt. In quo voluit Hippocrates non solum ex intermittentibus primigeniis, quæ acutè non sunt, quartanas fieri, vt tertianis spuris ac erraticis, sed etiam ex diuturnis continuis, quæ neque coctione, neque abcessu ad articulos finem fecerint, quasdam intermittere aliquot diebus, deinde erraticè prehendere, tandèmq; in quartanam firmari. Hoc autem fit per humoris degenerationem in atram bilem, & nouæ cacochymia accensionem. Nam omnis humor crassus aut pituitosus est, aut melancholicus. Pituitosum enim nominant veteres medici, cùm simpliciter ita dicunt, in quo humiditas frigiditasque: melancholicum verò, in quo siccitas atque frigiditas dominantur: quamuis plures vtriusque differentia numerentur. Nam per vitionem ac malignā putredinem ex bile vehementer afflata atra bilis malefica generatur substantia tenuis, qualitate acida, mordax & arrodens, toto genere pernitiōsa, terram fermentas, atque ampullas, quales feruentibus iusculis supernatare videmus, excitans, quæ exactè atra bilis dicitur ac ferina deliria inducit modò sine febre, modò cum febre in cerebri corpore redundans. Altera verò est atra bilis mitior, & melancholico humori proxima per consumptionem partium humidiorum in sanguine crassiore, quæ modò propius accedit ad verè atram bilem, modò longius abest, prout maiorem aut

rem aut minorem in animali moram traxerit, aut cum aliquo calore abundanti & præter naturam commercium habuerit. Hæc autem tum ex cibis, cum in venis coquuntur, tum ex intemperie & longa vltione, vt in senibus, quibus hepar ab initio calidius fuit, tum ex febrili calore diutius manente & ex omni humore crasso ortum habet, vt ex crudo succo in pueris, & crasso sanguine, aut humore melancholico, in prouectioribus. Quod igitur tenuius & humidius est in materia diuturnarum febrium, & intermittentium, primis accessionibus discutitur per feruorem, ac fuliginis & sudoris excretionem: crassamentum autem relinquitur, quod neque abscessu, neque coctione, neque excretionem superari potuit, atque atræ bilis naturam induens, potissimum sub æstatis finem, primum erraticas febres affert, deinde in certas periodos quartanæ firmatur contumacioris, quam quæ aut ex crudo succo, vt in pueris, aut humore melancholico, vt in prouectioribus colligitur. Quantum enim humorum (ait Galenus) ferbuit æstiuo tempore per febres continuas, ac desinit in atræ bilem, quodammodo restinctum est: proindeque calore febrili æger vindicatur, maximèque quoties sudores eliciuntur. Sed si non antea natura quodammodo excernat veluti cinerem assatorum humorum: hic rursus permanens in corpore & calefcens, putrem quandam recipit affectionem: idque quoties ei accidit, feruendo excitat febrem: à qua rursus accedente sudore, pariter cum eo, quod ferbuit atræ bilis, euannit: tum rursus aliæ reliquæ feruentes, iterum alteram excitant febrem. Diximus autem antea erraticas febres fieri, cum diuersis partibus ac veluti focus atræ bilis putrescit, mouetur, & colligitur, vel heterogenea est & inæqualis ex diuersorum succorum congerie: vel hac parte putrescit, illa nondum putredinem concipit. At verò vbi in omnibus eadem fit affectio, exuperante atræ bile, quartana febris ex illis inordinatis motionibus consistit, precipuè in fine æstatis & principio autumnii, qui ex sententiâ Hippocratis circumscribitur ab ortu Arcturi circiter idus Septembris ad occasum vergiliarum circiter tertium idus Nouembris. Tum enim supprimi incipit humorum transpiratio & motus ad exteriora, cuius loco in profundum coherfi cohibentur intus superueniente frigore hyemis, atque in penitioribus corporis partibus asseruantur ad alteram vsque mutationem in habitum calidiorè, in quo morbus cœpit. Ob eamque causam, vt aliæ temporum constitutiones morborum quorundam sunt & effectrices, & conseruatrices, ita & autumnus, sed multò deteriore conditione, vt vulgò etiam pestilens, medicis morbosus dicitur. Nã cum in autumnio mutatio fiat ab æstate in hyemem, & quod mutatur, partim fit in termino à quo, & partim in termino ad quem, ab æstate siccitatem habet cum quodam calore, cuius est extremum: ab hyeme verò, ad quam se applicat, frigiditatem cum quodam humore. Quod enim mutatur, aut in contrarium, aut non tale mutatur. Ita fit, vt propter inæqualitatem, & repentinam caloris ac frigoris in aère mutationem calor natius æstate penè dissolutus variè agitur intro, foras & contrà: indeque seipso imbecillior fiat. Ad hanc iniuriam duæ aliæ accedunt. Nam & bilis retorrída æstate aceruata frigore, quod apertis poris facillè subit, intus, vt dixi, cohibetur: & diætæ vitium fructuumque vsus per opotam prohibita transpiratione putredinem accersit, vnde alui citantur, & febres accidunt variæ, erraticæ, æstiuæ, autumnales, & quales etiam hyeme nasci solent. Vt autem tribus modis noxius est autumnus: ita morbi tripliciter difficiles sub eo existunt: primum specie, quia atrabilij: deinde virium infirmitate, quæ humoribus dominari non possunt: tertio transpirationis suppressione, & maligna putredine. Vult autem mutationem hanc à continua & erratica in quartanam fieri *ἐπιπλάσσει*, id est, moderatè, aut mansuetè. Dicitur enim hoc aduerbium (ait Galenus) in medio eorum, quæ multam, & eorum, quæ paucam habent spem in omnibus symptomatis. Sic & hominem vocamus *ἐπιπλάσει* moderatum, & à quo nihil per vitam fit minus. Significat ergo quartanam fore medio modo expectandum, aut è mediis & obscuris initiis quartanam tandem prodire. Idque magis in his, qui triginta annos superant. Nam eadem est ratio anni, & ætatum. Vt ergo in pueris crudus & crassus succus materiam quartanæ suppeditat: ita in grandioribus adustus, in quibus primus terminus

3. Prog. 29

3. Progn. 64

conuersionis ad habitum frigidiorè trigessimus annus est: vltimus verò trigessimus quintus. Tum enim habitus astrictior fieri incipit, calor imbecillior & actior in sicco, humor crassior, quæ cum autumnii constitutione in atræ bilis generationem conspirant. Is autem humor maximè viget à quadragesimo ad sexagesimum, quibus finibus declinans ætas includitur.

## XXXVIII.

Αἱ δὲ ἀποσπαστικὲς τῆς χειμῶνος γίνονται μᾶλλον, καὶ ἀκρόταται βραδύτερον, καὶ ἡσυχῶν παλινοδρομεύουσι.

*Abscessus autem hyeme fiunt magis, tardiusque desinunt, ac minus recurrunt.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**estas rarius corpus habet, hyems adstrictius. Illa fluxilem magis & tenuem materiam, hyems crassiorè & magis concretam. Aestas externo calore foras euocat, tenuat, laxat, rarefacit: hyems externo aère reprimat, cogit, astringit, dēfat. Minus ergo hæc commoda motioni materiæ foras: æstas motioni, quæ intro fit. Hyeme ergo, etiamsi natura valida est, materia tamen non ita sequax, neque via libera, & excludenti naturæ aère frigidus occurrit. Ex quibus non excretio, sed abscessus fiunt magis, ac tardius desinunt. Ac fiunt quidem magis ex natura materiæ, quæ tum redundat, & quæ non facillè moueatur. Vbi enim facillè mouetur, atque difficitur in corpus, & rigorem mouet, & sudoribus potius vacuatur. Præterea dixit in Epid. abscessus rarius fieri in rigoribus. Atque hac eadem ratione semel curati hyberni abscessus minus repetunt. Tum primum quia è materia illa crassa, quæ minus eiusmodi est, in abscessum versa est: quæ crassior, à natura concoquitur, & concocta per vrinas ferè vacuatur: deinde pigrior illa, quæ reliqua est, aut iam concocta, tardius desinit, quia suppuratione, vel resolutione curari necesse sit. Si suppuratur, tardius id fit duplici ratione, materiæ primum, quia quomodo *φύματα* peculiariter vocata, quæ calidam materiam habent, celerius augentur & suppurant & fructus calidiores, quique minus habent terreni elementi, plus aërei & ignei, celerius maturantur, quam quæ terrena sunt tubercula, & stirpes tardius maturefcunt: deinde quia hyeme calor natius intro se colligit, & extrema frigent, vbi ferè coeunt abscessus. Postremò quia aère externus frigidus est, ac vt calidum *ἐπιπλάσει* ab Hippocrate, ita frigidum inimicum suppurationi. Si resoluendum, eadem causæ repugnant, materia crassior, imbecillus partis calor, externum frigus, quod reprimat, quod exhalat, & vias halitus præcludit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**C**vm duæ sint partes anni, quæ sine vicissitudine qualitatum contrariarum, qualis est vere & autumnio, ex caloris, & frigoris excessu cum alterius societate consent, æstas nimirum calida est & sicca, hyems frigida & humida, in æstate quidem bilis copia, corporis raritas, temperamentum calidius, humoris tenuis motus à centro corporis ad circumferentiam, & sursum naturam iuuant ad excretionem. Hyeme verò ab occasu Vergiliarum ad Aequinoctium veris contraria omnia, pituita multa, corporis astrictio, frigidius temperamentum, humorum concretorum & minimè sequacium ad centrum inclinatio, crises per excretionem minus faciunt. Tria ergo de abscessibus hoc Aphorismo Hippocrates decernit. Primum quòd hyeme potius accidant: deinde quòd tardius desinant: tertio quòd minus ad interiora recurrant. Frequentius ergo euenire per hyemem abscessus humoris natura testatur, quæ tum viget, cum in quibusdam

accidit



accidit facultatis expultricis robur per antiperistaltim. Etenim iam antea dictum est per excretionem calidos, per abscellum frigidos humores iudicari, & in Epidemiis scribit Hippocrates abscellus rarius fieri in rigoribus. Desinunt vero serius ob materiam ipsius crassa frigidam & concretam naturam, & ambientis aeris frigus. Necessaria enim est ad abscellus curationem vel resolutio materiae, vel suppuratio, quorum utrumque in crassis frigidisque humoribus difficilius est, praesertim ambiente aere frigidiore, qui, quod exhalat, reprimat, vias halius praeccludit, & caloris vim in partibus frigidioribus superat. Ob easdem etiam causas minus intro referuntur, quia facile moveri oportet, quod ad interiora refluit. At humores frigidi difficilius moveri possunt, & pigrior est naturae ipsius motus. In sanis tamen articularum morbi maxime sunt vere, ob fusionem humorum per hyemen collectorum: Autumno vero ob dietae vitium per aestatem, & humoris suppressionem.

XXXIX.

Τοιούτῳ πολλὰ κίς ὑποβοσκία θείου, ἢ ἐξάμηνον ὑπερβάλλου, ἰσχυρῶς φθίσις ἐπιεικέως γίγνεται.

*Quibus sapius recidiva facta, siquidem sextum mensem excesserint, facile in tabem coxariam incident.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N aegro unde ducta haec sententia, febris admodum pertinax è multa, cruda, crassa lentaque materia, quae nec excerni, nec concoqui nec loco moveri omnino potuit. Omnino dico, quia partem necesse fuit. Alioquin grauiorem corruptelam contraxisset, quae extinxisset aegrum: non adeo maligna fuit ea materia, & ut euinceretur, contumax. Itaque tantum in partem euicta reliquii excitabat recidivam. Cur autem sextum mensem potius, quam quintum aut septimum dicat, inquisitione dignum est. Diuturnas enim passiones scripsit iudicari pueris septimo mense, anno septimo, & pubertatis, qui in septimi rationem incidit, ferè decimoquarto. Quasi velit eam rationem, quae septenaria dicitur, in diebus seruari, in mensibus, & annis. Quod retinent, qui *ἡλιμακτερινός* annos statuunt, & quicumque septenariis maximam vim tribuunt, in quibus Hippocrates. Ac reuera pueriles morbi, qualis epilepsia, & qui longis interuallis redeunt, ea ratione septenarii solui rectè scripsit Hippocrates. At in productis acutis, ex quibus *ἐν μετὰ πέντε* longi iudicia in pares numeros incidunt: quorum primus est quadragesimus, deinde sexagesimus, octuagesimus, centesimus, & centesimus vigesimus, qui in quartum mensem incidit, ex quo ferè sexto mense solutio, octauo, decimo, duodecimo, decimo sexto, vigesimo, vigesimoquarto. Ita quartanas solui & quoddam genus autumnalium febrium, quae vere soluuntur. Hac eadem ratione autumnus veris, & hoc autumno, aestas hyemis, & haec aestatis morbos soluit sexto ferè mense. Si igitur sextum mensem aeger superat, fit, inquit, *ἰσχυρῶς φθίσις*. Est autem eiusmodi, cum humor contumax, vix tamen exclusus venis in articulum magnum & laxum decubuit, vbi qui calidior loco concoqui non potuit, aegerrime concoquetur. Est enim eiusmodi articulus, quia osse multo & neruo constat, natura frigidus. Atque hic depositus humor neruos laesit, unde dolor grauis, unde dolor grauis venas, qua alimentum cruri dispensatur, opprimit, multo magis si illic concalescens humor putreat, atque corrumpatur, & inde partes inflammationem quandam trahant. Primum igitur aduersum crus intabescet, & reliquum corpus dolore & vigiliis emarcescet, quae *φθίσις ἰσχυρῶς* appellat, quia inde marcoris iniitum est, quomodo *φθίσις* familiaris, ut inquit, reces sponis & immodica venere vitibus, & *φθίσις* quandam *νεφελίδα* dicit libro *πρὸς τὸν Πανδύ*. Phthisim autè dico plenius non ab ulcere pulmonis, non à distillatione in pulmones, & inde affectis pulmonibus, sed omnem insignem extenuationem & marcorem: *ἀδυνάμειος* autem dicit voce

voce ambigua. Hac enim voce vitur Hippocrates in iis, quae *ἐπιγνώμεια*, vel generalius symptomata appellant, vbi eiusmodi sunt, ut neque spem adimant, neque omnino sint extra desperationem, quomodo & *ἐπιεικὴ* hominem dicimus, qui neque summo iure, neque summa licentia vitur. At hoc loco tabes coxaria eiusmodi esse non potest, quae iam accisis vitibus longo morbo accidat. Itaque denunciaret potius exitium, quam salutem, nisi fortasse obseruatione id dicat ab hoc euentu seruatos alios, alios extinctos: seruatos quidem, quibus nulla alia corporis accesserit iniuria: sublato, quibus alia facta fuerit mali accessio. Itaque naturam alios seruasse, alios despondisse. *ἐπιεικὴ* Iudicum more, qui ex a quo bono in eadem causa alium absoluunt, alium damnant. Aliter quoque *ἐπιεικὴ*, quia inde moderanter doleat, laborè que aeger, aut quia denique *ἀδύναμος* nec opinatum malum incidat.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**OC quoque de abscellibus dicitur, quorum alij optimi sunt, qui maxime deorsum, & quam longissime à foco morbi secedunt, atque erumpunt, & cum optima coctione, & cum optima vacatione nulla superflua materia in corpore. Contra vero alij quidem boni sunt, non tamen optimi, alij etiam mali & perniciosi. Hos autè exactissime distinxit Hippocrates. Pessimi enim sunt loco, materia, cruditate, qui cum prauis signis intro recurrunt in principem aliquam partem per Aphorismum Prognostici, Si abscellus euanescit ac retrocedit, nequaquam egrediente excreatione, ac febre detinente, difficilis morbus est. Periculum enim delirij mortisque imminet. Boni autem sunt non simpliciter, sed per comparisonem cum his pessimis, qui aegrum quidem liberant periculo mortis, insignem tamen aliquam noxam partibus afferunt, quibus eueniunt, ut si articulus nigrescat non ob mortificationem, sed materiae decubito cum facili tolerantia morbi, & signis aliis salutaribus, morbum (ait Hippocrates) verti spes est ad abscellum, ita ut aeger quidem sit conualiturus, corporis vero nigrescentis partes syderata cadent. Eodem autem libro aliud genus abscellus non optimi describit, vtilis tamen in pulmonia, quem morbum pro exemplo generalis huius praeccepti posuit, nempe, Quoties citra morbi concoctionem abscellus consistit in crure, vindicatur quidem & hoc modo aeger à periculo imminente vi illius morbi, sed articulus ipse, in quem decubuit, difficilius sanitati restituitur, ac forsitan etiam quandoque aeger ex eo claudicat. Cruditatis autem morbi, in quo fit ille abscellus, duo signa posuit: non rectè excreare in morbis thoracis, & vrinam non habere bonum sedimentum, in venoso genere: quemadmodum optimum abscellum declarant perfecta coctio, perfecta exclusio materiae, & symptomatum remissio. Hoc verò Aphorismo idem docet, sed aliud cruditatis morbi & intus relictae materiae argumentum affert, frequentè videlicet recidivam, simulque quado claudicationis periculum imminet, adiunxit, siquidem sextum mensem excesserint. Causa autem est quia ut perfectè liberetur aeger per abscellum, necesse est & materiam totam similiter concoqui, & totam à partibus principibus abscedere. Quare cum abscellus factus est, nihilominus fit recidivus morbus, per abscellum quidem vindicatur aeger à periculo imminente vi morbi: nam longè abscedit materia, & in partem capacem, & morbi remissionem affert. Verum per materiae cruditatem, corruptionem in parte excipiente, & continuatam prolapsionem articulus deterius afficitur, ac tandem longa mora in claudicationis periculum incurrit, maxime verò coxendicis articulus propter amplitudinem, qua decumbentem fluxionem imbibit, & propter motionem, siquidem omnes humores ad sedem commotam & calefactam facilius permeant. Praeterea (ait Galenus) cum multa est tum crudorum, tum frigidorum, tum incoctorum humorum redundantia, in maximum articulum prolapsum fieri ferè necesse est. Hoc autem perspicue significatur per frequentem illam recidivam, & diurnitatem morbi. Sex autem mensium spatio verisimile est propriam articuli temperiem corrumpi, nec probè alimentum proprium conficere posse, propter affectionem in ipsa parte temporis diurnitate ex humorum fluxione contra-

2. Prog. 68

2. Progn. 9

2. Prog. 67

1. Epid. comment. a

3 Prorrh. 64

etiam. Proinde ἀδυναμία rectius ad euentum mihi referri videtur, quàm ad mediocritatem affectionis, aut Symptomatum. Est enim in certitudine signorum, quæ futura prænantiant, magna latitudo: siquidem alia certa sunt, alia autem magna quidem ex parte sunt: sed certis quamproxima. Nonnulla verò & si non ita proxima sunt, non longè tamen recedunt. Quædam etiam ambigua, & quædam adhuc inferiora, de quibus cum scribit Hippocrates, dubitandi nota vitur, aut apponit nomen ægri. In his autem, quæ medio modo se habent, vsurpat vocem ἐπιεικῆς, vt in Prorrhethico, Surdis ἐπιεικῆς parotides fiunt. id est, vt interpretatur Galenus, Si surditas accidat, parotidas fore mediocriter spera. Erotianus scribit, ἐπιεικῆς ἢ ἐμενδρὸν significare Atticis. Propterea Hippocra. non scripsit necessariò claudicationem futuram, sed periculum subesse vel claudicationis, vel multi negotij. Potest enim id fieri, sed potest & non fieri. Est autem φθίσις extenuatio, ἀπὸ τῆς φθίνεως, quæ fit colliquatis & absumptis partibus solidis vi morbi alicuius peculiaris. Verùm nomen generis in specie vsurparunt veteres, vt in aliis plerisque, ac φθίσις tantùm eam appellarunt extenuationem quæ fit affecto pulmone propriè quidem ab vlcere, quam Athenienses φθίνω vocant: impropriè verò etiam sine vlcere, à calida & sicca pulmonum intemperie, aut febre eiusdem hectica, quam se aliquando vidisse Galenus refert, in qua ita marcescit pulmo, vt mortuis corrugatus atque aridus videatur. Vlcus autem aut à distillatione è capite, aut ab excremento visceris, quod imbecillitate propria colligit, aut à causa externa. Particularis autè tabes è coxendice nascitur, vel quia corrupto partis alimento, & propria eiusdem temperie alienata articulatio, & ctus alligatum contabescit, quomodo renes quibusdam, vel à defluxione è capite per spinalem medullam, de qua sic Hippoc. de locis in homine, Alius quoque morbus oritur in homine ex defluxione capitis per venas in spinalem medullam: inde porò in os sacrum imperum facit, quo medulla ipsa fluxionem perducit, & in coxendicum acetabula siue iuncturas deponit: & si intabuerit homo, marcescit, nec ob dolorem viuere expetit: & tempore multo curati tandem pereunt.

XL.

Ὅχι γὰρ πυρετῶν ἀντιδιδόνται, καὶ μὴ ἀποσηματώδεα σημεῖα κακοῦθεν.

Quæ signa abscessum enuntiant, si ab iis non sequitur abscessus, malignum.

Obscurum est quid velit per signa ἀντιδιδόντα. Est enim vox ἀντιδιδόναι, quæ mutuis vicibus officij vsurpatur, cum quis occupatus munus publicum, quod obire debeat, is mutua officij gratia suscipiat. Qua ratione ἀντιδιδόντα fortasse dicit, quæ signa febris edat, vnde abscessus expectari possit. Vnde tamen non sequatur is, gratia exempli, supressa alui & vesicæ excrementa, surditas, coma, dolor ad aures parotidas significant. Si tamen inde nõ sequantur parotides, ἀντιδιδόντα quidem, sed μὴ ἀποσηματώδεα. Itaque maligna communi sententia, quia decretoria, quæ non decernunt, mala. Ac melior fuerit lectio ὅχι γὰρ ἐν πυρετῶν ἀποσηματώδεα σημεῖα, μὴ ἀντιδιδόντα κακοῦθεν, hoc est, quæcunque signa in febre abscessum enuntiant, neque præstant quod significant, maligna.

7. lib. cap. 4

3. Prorrh. 61

Vtrumque legi potest & ἀντιδιδόντα, & ἀντιδιδόντα πυρετῶν, quomodo apud Dioscoridem φθιδίναι ἔχει παρὰ morbo corripit. In vulgaribus quoque codicibus non ineptè legitur ἀντιδιδόντα, quasi signa, quæ febris se opponunt, aut quæ febris edit, vnde abscessus expectari queat, qui tamen non sequatur, aut febris non respondeat, vnde irritus naturæ impetus, quem Galenus ἄρρωστος vocat, significetur: verbi gratia, quomodo in Prorrhethico scribitur, Atque his parotides parùm dolorificæ: vter his copiosè fluens perniciè affert. Nimirum interdum criticè id fit: interdum verò

verò symptomaticè, in quibus (ait ibidem Galenus) à natura, impetus quidem factus est ad parotidum generationem, vt tamen non potuerit eò deponere humores affligentes, vnde contingit ægrum copiosè fluente aluo pernitiosè habere: natura scilicet non iudicationis ratione, sed propter hepaticæ facultatis imbecillitatem contristantes humores deorsum excernente. Aliud exemplum huius præcepti Hippocrates posuit in historia Calui, in quo femoris dextri dolor præ se ferebat speciem quandam abscessus futuri, qui cum re ipsa abscessum non fecerit, sed tertio die euauerit, translata in cerebrum materia, quarto circa meridiè perit. Hunc itaque irritum insectumque naturæ impetum & motum damnat Hippocrates hoc Aphorismo. Continentur autem primùm quidem sub generalissimo illo theoremate, Iudicatoriorum non iudicantium alia quidem lethalia, alia verò difficilis iudicij. Cum autem τὰ κρίσιμα non solum causas iudicatorias significant, vt sudorem, hæmorrhagiam, abscessum: sed etiam signa ipsa, quæ in perturbatione critica apparent, in vtrisque vera est sententia Hippocratis. Quæ cum multa sint, in singulis rectè pronuntiaripotest, verbi gratia, signa sudoris critici, quæ tamen sudorem non afferunt, aut eum exiguum & morbo imparè, vel lethalia sunt, vel iudicium reddunt difficile. Idem iudicij de signis hæmorrhagiæ, vomitionū, profluuij alui, mensium, parotidum, omnium denique humorum ex alia parte in aliam transeuntium. Quia autem abscessuum signum imprimis nobile & conspiciendum est in dolore partium, ad quas fit abscessus, quod hinc de omnibus abscessuum signis dicitur, de dolore efferre solet Hippocra. vt in Prorrhethico, Dolores absque iudicatione soluti inutiles. Intelligendum autem si repente dolores euauerint. Nam omnis dolorifica affectio (inquit Galenus) quæ conquiescit sine abscessu in alia quadam parte, quæ manifesta sit, μεταστῆσις noxiorū humorum ad viscera ipsa factam ostendit. Causa autem est in vniuersum vel virtutis infirmitas, quæ mouet quidem, sed nihil promouet, quod lethale est: vel materiæ morbificæ copia aut malignitas, quæ naturam intempestiuè concitat ad crism, vnde vel imperfecta crisis, vel mala & malus abscessus dicitur Hippocrati consequitur. Vtrum autem hæc signa critica lethalia sint, an difficilis iudicij, & quid factura sit frustra agitata materia, in ægris ita distinguemus. Nam si inde æger grauius augetur symptomatis, signaque pernitiosa accedunt, proculdubio lethalia sunt: sin minus, diuturnitas morbi & periculum denunciatur. Proinde neque absolutè lethale dixit, neque malum, sed malignum, nimirum inter dubiam spem, & certum metum, nisi (quod aliquando euenire experimur) inchoatam crism paululum natura intemittat errore aliquo quasi ab instanto reuocata, eamque in sequentem diem differat. Quò autem peruentura sit materia quam natura conata est in abscessum deponere, prius intelligere non possumus, quàm noua & peculiaris symptomata se prodant in parte, ad quam refluit, quanquam ipsam translationem, cum est in effectu, quilibet obseruare possit ex eo, quòd repente & sine causa manifesta dolor abscessus prænuntius euauerit. Animum itaque diligenter attendere oportet ad ea symptomata, quæ exorientur: Nam si ab eo dolore ἢ συμπτῶν occultè & ex insidiis acquiescente, æger caput vehementius doluerit, in ipsum dicemus translationem esse factam. Neque tamen adhuc, quid factura sit, tutò prælagiemus, priusquam aliquod aliud signum appareat vel cataphoræ, vel delirij, vel conuulsionis, siquidem & id fieri potest. Potest quoque natura morbo robustior inuenta hæmorrhagiam moliri, vel parotidas excitare. Eodem modo in cæteris partibus ratiocinandum.

3. Prorrh. 75

XLI.

Τῶν πυρετῶν οἱ μῆτε ἐν ἡμέρῃσι κεκοιμηθῆσι, μῆτε μὲν συμπτῶν λυτήτων ἀφιέντες, ὑποδοπιάζεσθαι.

Quæ febres neque criticis diebus, neque cum signis solutionis decedunt, recidiuam patiuntur.

**H**æc sententia vt Ionismos habet, ita digna Hippocrate. Verissima enim hæc est, & quotidiana experientia comprobata. Si qua enim febris alio die, quàm critico, desit, expectanda recidua est. Dies autem criticos impares quidem maximè notant non arithmetica ratione, sed qua in septenariam periodon veniant, vt decimusquartus & vigesimus. Quod si die quidem critico, sed sine signis, quæ λυτήρια appellat, ac sic quidem recidua expectanda est. Sed qualis ea futura sit, distinguendum. Si enim ædita quædam sunt pernitiola signa, non sequatur autem λυτήρια, reciduiam mortiferam prædices. Scriptum enim in Prothetico τὰ ἀλέθρια ἀσπίως βρασιήσονται θάλατον σημαίνει. Si verò salutaria, salutaria recidua: si praua mediocriter, in ambiguo salus est. Et prius expositus Aphorismorum locus his, qui non ex causa leuius se habent. λυτήρια autem dicit, quæ κείνοντα in Epid. & inter signa critica vim causæ habeat, excretio primùm, deinde maturatio, & abscessus. μετὰ πῶσις autem inter λυτήρια non est numeranda.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**uoties æger videtur ad meliorem statum redire, aut sanitati planè restitutus apparet ac sine febre, id vno ex his tribus modis factum esse suspicari statim oportet. Vel enim reuera integra & firma valetudo confirmata est ex antecedente morbo vel in mediam quandam affectionem mutatio facta est: vel in pernitiolam & planè contrariam naturali sanitati, in qua natius calor extinctioni proximus, & humorum putrentium feruor perspirans, ac paululum intermittens falsò creditam febris remissionem affert, quam paulò post grauis interitus excipit. Quod enim mutatur, aut in contrarium mutatur, aut non tale, vt Philosophi docent. Primam mutationis differentiam diiudicamus coctionis perfectæ signis: consequuta inde excretionem, vel abscessu: & ordinato naturæ motu secundum naturam dierum criticorum. Itaque hæc conclusiones in doctrina Hippocratis necessariae sunt. In aucto quidem morbo si alleuari videtur æger, aut sine febre repente esse, non tamen sudauit, non erupit sanguis, nullæ parotides apparuerunt. Non igitur desit affectus: non igitur fidendum, quia non ex ratione leuantia, aut mortem, aut reciduiam portendunt. Præterea facta sit crisis, sed non die critico, vt sexto, quæ septimo incidere debuit. Reuertetur ergo morbus. Nulla enim alleuatio morbi tuta est, vt in Aphorismis scribitur, nisi quæ coctionem materię, eiusdemque exclusionem diebus criticis & significatam, & factam consequatur. His non apparentibus, omnis remissio morbi (modò ne artificio medici acquieuerit) παρὰ λόγον ab Hippocrate fieri dicitur: in Prothetico ἀσπίως, interdum ἀσπίως. Hoc autem verum est, & in febribus continuis, & in grauioribus symptomatis & in intermittentibus. Nam eadem ratio periodorum est in intermittente, quæ dierum criticorum in continua. Ratio autem generalis ex concertatione naturæ & morbi sumitur. Nam in morbo magno, & qui celeriter mouetur, crisin vehementem & cum perturbatione magna in corpore fieri necesse est. Galen. vocat ἀγωνιστικὴν conflictatoriam. Etenim certamini acriori finem imponit victoria alterutrius repente apparens. In tardiore morbo mediocre certamen est, ac moderata & sapius imperfecta crisis: in tardissimo solutio. Cum autem vel materia morbi longè superior est viribus naturæ, vel natura extinguitur sine certamine interit æger, & sine crisi. Magnitudo igitur morbi crisin denunciat. Nam magni iudicantur, exigui solvuntur: motus autem tempus eiusdem definit cum notis coctionis. Ergo sine signis, & sine diebus criticis febres non decedunt. Vnde etiam perspicuum est excipiendas esse diarias, & quæ leuem aliquam partium offensionem aut intemperie, vt ventriculi, sequuntur, in quibus vehemens illud certamen non apparet. Ex his etiam qualis futura sit recidua, prælagite licet. Nam si morbus acutus sine signis remissus est, obseruandum qualia signa apparuerint ab initio morbi. Etenim axioma medicū est, Quātò pernitiolioribus antegressis signis melius habere videntur ægri, tantò morbum pernitioliorē esse. Si itaque morbus salutaria definit, aut die non critico, aut sine crisi, reuertetur quidem, sed sine periculo. Si verò lethalia signa præcesserint, reuertetur & interficiet. Nam cum natura non amplius certat extinctioni proxima, humorūque

2. Aphor. 27

morūque feruor remittitur, nec dolent ægri, nec febriunt nisi parūm, vt in tumoribus, qui non suppurant, & in sphacelismo. Etenim circa generationem puris dolores sunt & febres. Hæc igitur febris remissio & falsò credita alleuatio, mortis certissimum signum est. Vt igitur primam mutationem ad sanitatem colligimus ex perfecta crisi: ita secundam ex imperfecta, aut quæ ante statum, aut die non critico euenit ab aliquo irritamento: tertiam verò ex pernitiolis signis, & caloribus natui extinctionione. Hæc autem se prodir, cum in vrente febre, & ab acri materia repente circa statum symptomata apparent, quæ humores frigidus, & morsus expertes consequuntur, qualia sunt coma, lingua arida sine siti & sine delirio, ciborum inuicta auersio, refrigeratio & similia. Recidua autem similes redeunt, quia dum natura torpescens nihil agit, affectus præter naturam βλάβη ἐπιφέρει ἐν αὐτῷ faciunt in corpore, ac pro malitiæ suæ magnitudine magnitudinem periculi afferunt. Exempla multa sunt apud Galenum & Hippocratem huius viliissimi præcepti. Sextus in magno, celeri & salutari morbo iudicatus est sexto: salutaria relapsus incidit decimoquarto. In hepatico adolescente cum rubente proluuie, febris tepida ad tertium vsque diem permanit. Hinc moderatius habere visus est, vt tertio die omnino sine febre videretur, cum vniis tamen albis ac tenuibus instar aquæ: septimo rediit morbus. In alio ob lassitudinem febris mitissima, vt videbatur: quarto die vrina substantia tenuis, colore nigra: quo die visus est melius habere ita, vt sequentibus diebus lauaret. Die septimo vespere cum febrile cœpisset, tabefactus obiit. In Hermocrate pernitiola recidua post remissionem febris à caloribus extinctionione.

Lib. de Pnenotione.

2. Proth. 17

XLII.

Τὰ ὄξεια τῶν νοσημάτων, ἐν ἡμέρῃ κείνῃ τεσσαρεσκίδεκα.

Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Legge Annotata in Aphorif. & commentario secundo.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**anc sententiam exactè suprà exposuimus. Summa autem est, non doceri dierum criticorum numerum, vt veteres medici putarunt, quos multis locis Galenus reprehendit: sed tractum temporis, in quo necesse est morbos acutos iudicari. Est autem opus duplici distinctione. Prior est, morbos acutos cum febre continua, magnitudine symptomatum, & celeri motu alios reuera acutos esse: alios verò ἐκ μεταπτώσεως ex decedentia, qui intra vigesimum diem imperfectè iudicati sunt. De illis tantum intelligitur Aphorismus. Altera est, spectandum esse morbi acumen, non historiam morbi. Nam Herophon decimo septimo iudicatus est. Philini vxor vicefimo obiit. Cherion vicefimo iudicatus est. Omnibus acuta febris. Etenim qui primo quaternario blandè mouentur, ad decimum septimum perueniunt: qui secundo, ad vigesimum. Internus ergo terminus morborum acutorum est decimusquartus: externus vigesimus. Sed cum crises fiant in vehemēti naturæ certamine & ab irritamento, quò id acrius fuerit, eò & celerius mouetur morbus, & crisis propinquior est, & contra. Philotheus causam refert in materiam tenuem, quæ facile dissoluitur, & in eiusdem acrimoniam, quæ irritat. Est etiam physicum principium, apud Aristotelem, tempus generationis æquale esse tempori corruptionis. Quod ergo celeriter fit & mouetur: celeriter quoque definit & mutatur. Morbi autem qui paulatim & lentè ad statum properant, paulatim quoque & lentè declinant.

2. De generatione 10.

XLIII.

Τεταίος ἀκρίβης, ἐν πέντε, ἢ ἐν ἐπὶ πελοδοσίῳ, ἢ τὸ μικρότερον, ἐν ἑνὲ κείνῃ.

V 3

*Exquisitis tertianis, quinto, septimo, vel ad summum nono circuitu iudicia accidunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**ddit nonum circuitum longissimum: tantum in Aphorismis septimum. Lege annotata in Aphorismos, & quid periodus in annotationibus in Prognosticon.

DESID. IACOTII COMMENT.

**O**bseruat Hippocrates tum in quartanis, tum in tertianis fieri crifim, non fecidum dierum, sed periodorum numerum, quia eadem sit ratio periodorum in febribus intermittentibus quæ dierum criticorum in continuis. Qua de re multis locis nos præclare admonuit, vt in Prognostico, cum de quartana agens ita scribit. Seruat etiam quartanarum constitutio talem ordinem: & in Aphorismis, Tertianæ exquisitæ septenis ad summum circuitibus iudicatur. Secundo item & sexto Epid. Tertianas exquisitas ex quinque in septem circuitibus iudicari scribit. Quartanæ (inquit) hæmorrhagiæ iudicatu difficiles: intermittentes enim vnum diem, altero superrigent cum iudicio ex quinque ad septem. Quemadmodum ergo imparibus, id est, tertio quoque die tertiana inuadit, ita imparibus paroxysmi quinto, tardissimè septimo, si exactè exquisita sit. Potest tamè ad nonum peruenire aut propter erratum, aut temporis & aëris cōstitutionem, aut quia non sit exactè exquisita, aut quia primam accessiōnem habuerit leuissimam, quemadmodum acutæ, quæ pigro naturæ motu acuminis principium habent septimo die, ad vigesimum perueniunt. Quartana autem paribus mensibus, sexto, octauo, decimo, duodecimo, 16. 20. 24. mouetur & autumnus veris, ver autumnus, æstas hyemis, hyems æstatis morbos soluit sexto ferè mense. Vt enim acutæ febres imparibus & mouentur, & iudicantur: ita diurnæ, & quædam acutæ ex decidentia in pares numeros recidunt 40. 60. 80. 100. & 120, qui in quartum mensem peruenit: & intermittentes diurnæ paribus mensibus, breues imparibus periodis mouentur ac iudicantur. Particularis autem ratio à natura tertianæ sumitur, quæ materia non differt ab ardente, sed foco. Nam in ardente feruet bilis acris in maioribus venis. In tertiana exquisita toto mouetur corpore. Dicitur autem exquisita ad differentiam spuria, quæ media est, aut extensa ex bile crassa, aut mixta, cuius accessio excedit horas duodecim, & ad 18, aut 24, horas peruenit, & interdum vltterius. Exquisita autem tertianæ paroxysmus nūquam vltra horas duodecim profertur, sæpius infrà subsistit (nam quædam etiam spuria eum terminum non prætergrediuntur) materiam verò, vt dixi, habet bilem simplicem, & vnius modi, inuaditque cum rigore, quem sequitur sudor, aut vomitio, aut deiectio biliosa, aut omnia simul. Adiuuant illius ortum cause externæ, cum suscipientibus similes accedunt, æstiuum tempus, regio calida & sicca, ætas iuuenilis, temperamentum calidum, & similia: quanquam aliis etiam temporibus fieri potest per suppressionem bilis vt autumnus. Verum tum minus est exquisita, paroxysmōsque habet tum vniuersales, tum particulares tardiores, longiores, & minus vehementes. Ex quo etiam intelligitur, in exquisita tertiana latitudinem esse, & gradus. Nam quæ tanquam idæa est à Paulo descripta, celeritè & vehementissimè mouetur, licet sine periculo quod in continuis imminet ab inflammatione, aut maligna putredine, aut materiæ in nobiles partes translatione, quæ extra venas à partibus nobilibus reicitur, facilè à natura valida & recreata per intermissionem accessiōnem ipsa multò longiorem. Talis itaque ad septimam periodon non peruenit ob naturæ robur, materiæ acriter irritantis tenuitatē, corporis biliōsi raritatem, & ambientis aëris calorem. Quæ cum omnia concurrunt, adhibito leui aliquo medici artificio, bilis celeritè discutitur. Quod autem plura desunt, eò plures periodos superat, internūmq; terminum habet septima periodo: externum nona, nimirum eadem ratione, qua continua acuta decimum quartum diem aut vigesimum. Etenim dies vnus in cōtinuis est instar vnius paroxysmi in intermittentibus.

4. Aphor. 59

6. Epid. com. 2

tibus. Nec proinde locus hic pugnat cum Aphorismo citato. Imò vt peracuti quarto, quinto, saltem septimo iudicantur, ita exquisitissima tertianæ, aut à materia leui, vel pauca sæpe vna accessiōne, tribus, quinque iudicatur. Nothæ longæ sunt, præsertim Augusto & autumnus. *ἢ ἐπὶ περιόδουσι.* In febribus intermittentibus tria notat Galenus: Typum, Periodon, & Paroxysmum. Typus est veluti forma & character ipsius febris, quo differt à typo alterius, vt tertianæ typus: quia tertio quoque die mouetur, quartanæ quarto. Periodus verò circuitus est, & similis recurfus eiusdem in idem, & quasi circulus: nimirum totum illud spatium, quod continetur ab initio vnius accessiōnis ad initium alterius. Sicque periodus tertianæ simplicis duobus diebus, totidemque noctibus absolvitur, non tamen integris, quia, vt scribit Hollerius, anticipatione aliquid detrahitur. Paroxysmus verò est deterior pars totius periodi, principium, incrementum, & statum ipsius continens. Nam declinatio non est pars paroxysmi. Huius enim partes ita distinguuntur. Principium Græcis *ἐπισημασία, ἀρχή, κερὸς, ἀνόμαλος*, vel *ἀνομαλία*: incrementum *αὐξήσις, ἐπίδησις, vel ἀνάβασις*: status *πέσις, κη ἀκμή, ὄρθομην, ἢ μέωσις*. Cum iam dissoluitur, declinatio, *ἀνέσις*: cum iam dissoluta est, *διάσμημα & ἀπυρεξία*.

XLIIII.

*Ὅσιν ἀρχομῶσι πυρεὸς ἐν αἵματος, τῶν ἐν ἐνὶ τῶν πλάσματι γενόμενος, λευκὴν ὑπόστασιν τὸ οὖρον ἔχει ἐν τῇ τετάρτῃ, λεύκον ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἡμερῇ.*

*Febriticare incipientibus, si à sternutatione sanguis è naribus stillat, & quarta die vrina album sedimentum habeat, solutio morbi fiet die septima.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**atis fuerat scibere è quarta die iudicium fore septima. Etenim septenariorum quartus est index. Vbi vel nubes alba quarto die satis esse potest, vt prænunties salutare iudicium septimo. Concoctio enim caleritatem iudicij & securitatem pollicetur. Ac de albo sedimento & ambiguitate *πασπαλιος*, in sermone de vrinis. De sanguine verò distillantè è naribus iam antè dictum signum esse admodum lethale, quod tamen ita audiendum est, vt vi morbi fiat & imbecillitate naturæ. Quicquid enim à causa externa vi mouetur, extra rationem prælagij cadit. Sternutatio ergo eiusmodi est, & naturæ robore excitatur, à qua stillatio caret periculo.

DESID. IACOTII COMMENT.

**T**ria sunt potissimum, quæ celeritatem iudicij incitant, natura integra ac vegeta: acris irritatio, & facilitas coctionis atque excretionis in materia tenui ac volubili. Naturam vegetam indicant pulsus, ætas, corporis habitus, constantia facultatum & actionum. Acrem verò irritationem vehementia symptomatum, motus celer, & morbi species. Facilitatem signa coctionis primo quaternario. Excretionem autem & efficiunt, & denunciant naturæ robur, meatus liberi, & materia præparata. Hoc generale præceptum particulari exemplo complexus videtur. Nam sternutatio animalis facultatis opus est à causa præter naturam irritatæ. Ea enim cerebri concussione per vehementem flatus expulsionem ex pulmone & capite expellere nititur, quod molestum est in naribus, ossibus ethmoides, & parte anteriore cerebri. Causa autem, quæ ad eum vehementem motum naturam concitat, interdum grauedo est ac defluxio humoris acris è capite, vel siquid etiam mordax naribus inseritur, cuius portio rarefacta & in flatum conuersa cum violento motu ac spiritu à pectore vehementius, quam in tussis, excusso extruditur per narium foramina: interdum verò copia flatulenti spiritus, qui distentione dolorem capitis facit. Cum autem flatus duobus modis moueatur, vel in cerebro humido à calore superueniente, vt Solis: vel in cerebro mani & calido, ab humore superfluo

7. Aphorif. 51

In Probl.

accedente, aut sanguine crasso: his quoque duobus modis sternutationem moueri Hippocrates docuit in Aphorismis, cui Galenus duas causas addit, exteriorem vnam, vt si quis penna irriter nares: interiorē alteram, sed à thorace, ex quo spiritus cum tussi veniens ad naris meatus, causa est sternutamenti. Aristoteles autem in vniuersum dixit id fieri calore humorem commouente & in flatum resolvente, quem copia vel qualitate irritantem natura mouet ad excretionem. Idque rectè, si simul tenuem & acrem humorem comprehendas, qualis est in distillationibus. Est autem & causa & signum, atque interdum in bonis, interdum in malis ab Hippocrate ponitur, prout ad materiam, facultatem, aut motum refertur. Etenim ratione materiæ repletionem capitis, aut vias angustiores semper ostendit, initio morbi signo neque admodum prauo, neque bono. In progressu verò sapius bono, siquidē facultatis excreticis robur, & coctricis victoriam resolutionemque materiæ denuntiat, vnde in exitiosis morbis virtutem exploramus sternutamento, quod si non responderet, mortis affert coniuncturam. In morbis autem capitis à plenitudine, vt in comate, epilepsia, apoplexia, distillatione, causa mala est in bono signo. Etenim materiæ vi excludendæ auxilio est, tanquam parua quedam epilepsia, & reuera epilepsia, nisi exclusio flatu ac spiritus sequeretur. Semper itaque ratione causæ irritantis, præter naturam est: verum ob robur facultatis in bonis aliquando ducitur. Ob motum verò & concussionem interdum iuuat, interdum nocet. Nam quia cerebrum & vniuersus thorax concutiuntur cum musculis abdominis intentis & ventrem cōprimentibus, tum morbis, quos diximus, tum partui iuando, tum secundis excludendis, tum singultui prodest ex primendo, quæ in ventre & gula continentur. At in morbis pulmonis & thoracis sternutamēta admodū mala sunt, quia exagitant thoracem & pulmonem lacerant, quem in quiete esse cōuenit. Ex his de sternutamento præfagia instituuntur. Hoc autem loco obseruatur in his, qui febrile incipiunt, in quibus capitis repletionem, & irritationem significat naturæ, cum adhuc natura valida est, sed oppressa morbo eunte ad iudicationem. Accipit autem per ἀρχομένης πυρετοῦ febrile incipientes, nō primum illum insultum, aut decubitum, qui decubitus potius, quàm morbi principium est, sed vel primam morbi partem in qua nondum coctionis signa apparent, vel potius (quia signa coctionis ponit) tractum illum temporis, à quo manifestè æger febrile cœpit, vsque ad tertium diem. Sternutamento autem stillicidum coniunctum potest ex violenta concussionem exprimi: potest quoque ab oppressa natura moueri, quod Hippocrates intelligit, qui ea omittit, quæ sunt per accidens. Ex eo itaque & caput affectum intelligere licet, & speciem crisis per hæmorrhagiam suspicari, si cætera signa salutaria sint, quanquam non est necessarium. Conuertere igitur animum oportet ad vrinas, quæ si omnino crudæ sint, periculum imminet ægro. Etenim iudicatoria, quæ non iudicant, quò longius absunt à statu, eò deteriora sunt. Si verò non solum crudæ, sed etiam prauæ appareant, mortem denunciant cum stillicidio sanguinis coniunctæ. Contrà verò perfecta coctio etiam cum prauis signis celeritatē iudicij, & securitatem pollicetur. Propterea subiicit, ἢ quarta die vrina album sedimentum habeat. Nec sine causa ὁ πρῶτος λευκὸν albū sedimentum dixit. Nā cum signa coctionis triplicia sint, obscuræ sue imbecillæ, vt quando ex aquosa vrina fit mediocriter subpallida, & quidē si turbida fiat, & talis permaneat: aut ruffa & tenuis videatur: alia manifestæ, vt alba nebulā, aut enazorema æquale, continuum & album, aut rubrum, aut mutatio ad bonum colorem & mediocrem crassitiem: alia denique perfectæ, quando in vrinis subsidet aliquid album, leue, æquale, & continuum: prima quidē ostendunt principium morbi nondum finitum esse, sed futurum incrementum primo decretorio: secunda verò principium defuisse testantur, ac futurum status principium, aut imperfectum iudicium, interdum etiam perfectum pro materia morbi, primo decretorio, id est, quaternario ante vigesimum, & septenario post vigesimū. Tertia autem perfectæ crisis prænuntia sunt eodem termino. Quoties itaque huiusmodi hypostasis (modò ne sit à crudo succo) primis morbi diebus conspicitur, id est, quos primus quaternarius desinit, fieri nō potest, quin prima septimana morbus iu-

bus iudicetur, & siquidem quarto cœperit, septimo futura est crisis, quia quartus index est seprimi. Si verò celeriter moueatur morbus, quinto etiam fieri poterit. Nam tardior & pigrior naturæ motus tardiorē crisin præmonstrat, atque ad morbi lenti solutionem plurium dierum interuallo opus est.

## XLV.

Τὰ δὲ ὄξεια κριθεὶται ἄματος ἐκ ῥινῶν ῥυέντος, ἐν κρισίμῳ, καὶ ἰδρωτός πολλὸς γονομήσῃ.

*Acuti morbi iudicantur sanguine fluente è naribus, die critico, & sudore multo.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Reiter perstringit signa critica, quæ in solutione morborum vim causæ habent. Quibus commune est, vt prodesse queant excitatis die critico & antegressis signis coctionis. Itaque quæ ad hæmorrhagiam attinent, præter id, quod aliis commune est, quia videlicet die critico & prægressis signis coctionis, hoc habet, quod κατ' ἰσθὺν, hoc est, è directo effluat: κατ' ἴσθῳ vocat Hippocrates voce Ionica, quam ἐπιθωρία Galenus interpretatur. Atque hoc insinuans scripsit in Protrhetico τὰ ἀπὸ ἀλγῆ αἰμαρρῆ γίοντα κατ' ἴσθῳ. In quibus morbis sanguis è latere dverso effluit, malum. Subiicit exemplum οἶον ἐπὶ σπλῆνι μεγάλῳ ἐκ δεξιῶν ῥείων, καὶ τὰ κατ' ἄσπυρον ἀσπυρίας. Quomodo liene magno è dextra nare sanguinem fluere, eodem modo res habet in hypochondriis. Itaque inflammato hepate aut musculis, qui ad dextrum hypochondrium siti sunt, vel latere dextro, è dextra nare sanguinem fluere, optimum. Contrà verò sinistris partibus è sinistra: in mediis, vbi res ambigit, naturæ motus animaduertendus è dolore huc vel illuc inclinante, vt vtero & pulmonibus affectis. τὰ igitur ἀναπάλιν μὴ κατ' ἴσθῳ intelligit. Sed & modus quidam est communis reliquis excretionibus & abscessibus criticis, vt tantum effluat, quantum sit satis extinguendo morbo. Supra modum effluens vires deiicit, ac sæpe vitam extinguit. Quod infra, nihil aut minus, quàm oportet, conferre solet. Sed natura robusta moderatas ferè temperat excretiones. Consideranda quoque morbi species. Febris ardens bene iudicatur hæmorrhagia. Eodem modo quæ Sinochus appellatur. Multò magis, vbi vel pulmone, vel in alio viscere focus febris est. Inflammationes viscerum similiter iudicantur. Pulmonibus inflammatis non ita confert, vt quæ non ita respondeat venis, quæ è caua vena disperguntur. Pleuriticis iuuare potest & phreniticis. καὶ ἰδρωτός πολλός. In sudoribus hæc obseruentur communia quidem, quia die critico: antegressa coctione: & inde æger leuius habet. Peculiariter, quia paucus, tenuis & sæpe fluens, aut quia cuiusmodi maiore periculo tantum circa caput, aut etiam thoracem exit, quem nomine ἐπιθωρίας comprehendi prius annotauimus. Is à copia cruda & imbecillitate retēricis. Alius sudor est multus & ferè continuus, vt in febribus, quæ ἰδρωδεις inde appellantur in Epid. in quo opere sæpius notatur. Sudores multi inutiles, vnde ægri nihilo leuius habeant, & peculiariter in generibus februm, quæ τυφώδεις & ἐλαδεις à veteribus appellatæ, in quibus ab initio ad finem perpetuò sudabatur, atque inde paulatim vires conficiebantur. Est sudor criticus, qui suis indicij significatus, in diem criticum incidit, & antè coctionis salutisque signis iudicatur. Atque sudoris indicia sunt vrina suppressa, alius omnino cohibita, deliria crescente accessione, calor in superficiem effusus, atque inde erubescens corpus, nec antea cognitus vapor calidus defluens in cutem, pulsus mollis, magnus, vndosus, & quia aliarum excretionum signa propria non extant, & febris acuta est, & rigor mouetur, à quo in breui sudor criticus sequatur, à quo æger leuius habeat, febris & quæ febrile connexa sunt, quietiora, somnus, appetentia, omnia meliora. Notat author in Aphorismis dies criticos, in quibus sudor bonus. Atque is calidus æqualiter fusus, non tenuis, non glutinosus: atque alia habet, quæ postea in sermone de sudoribus dicentur.

DESID.



Morbi omnes finiuntur aut excretionem aut abscessum, aut coctionem. Ad excretionem pertinet hæmorrhagia, sudor copiosus, vomitio, alius profusa. Ad abscessum κατ' ἀπόθεσιν parotides, dolor, tumor, ἀπόστημα ἀξιολόγου in parte, quæ sit capax, & materia morbo respondens. κατ' ἐκροῶν verò, vt muccosa & sanguinolenta deiectione. Ad coctionem refertur vrina purulenta vitrea cum optimo sedimento. Prætermisit hæmorrhoidas, & in mulieribus menses. Quia autem de singulorum signis copiosè suprâ diximus, repetitione non est opus. Tantùm dicimus, quæ cuique morbo conueniant, his generalibus legibus omnium positus. Primum & maximum bonæ crisis imminens signum esse coctionis. Secundum autem, quod ab aliquo die indice præmonstratur, cui diei critici annexa & coniuncta est facultas. Tertium est species morbi ipsius & mos. Species quidem, si tertiana, vel quotidiana, vel caufus, vel pleuritis, vel peripneumonia. Mos autem, si mediocris & mitis, aut prauus & malignus sit morbus. Postremò, si speciei morbi crisis respondeat nec minor, quæ nihil conferat, nec maior, quàm vires ferre possint. Hæmorrhagia ergo, quæ propriè dicitur de profluuiio sanguinis è naribus, iudicat omnes inflammationes iccoris & lienis, quibus acuta & calida febris coniungitur, si fiat è directo: ardentibus febres. interdum etiam tumò phrenitidem. Lethargus autem, aut peripneumonia, hæmorrhagia non delectantur, pleuritis medium locum tenet. Minus enim, quàm ardens & phrenitis: magis autem, quàm peripneumonia & lethargus profluuiio sanguinis è naribus soluitur. Iudicat verò omnes alias inflammationes calidas & acutas. Sudores verò omnibus febribus proprii ac familiares sunt, præcipuè ardentibus. Iuuant autem non parum feruentes phlegmonas multi calidi è toto corpore, & præcipuè è parte laborante, die critico oborti, respondententes morbo, antegressis signis coctionis, & è quibus æger leuius habeat. Iudicant etiam quotidianas febres multi in toto corpore sudores, si pituita cerebri vacuetur, cum vomitionibus & deiectionibus pituitosis: & quartanas, si atra simul & varia vacuentur. Semitertianas etiam, si biliosa simul & pituitosa. Semper enim crisis respondere debet speciei morbi, vt in biliosis bilis aut sanguis: in pituitosis pituitosa: in atrabilaris atra & varia excludantur. Adiuuat autem præaugium, si præter signa propria humorum consentiant externa, vt ætas ægrotantis, natura victus antecedens, locus in quo decumbit, anni tempus, præsens constitutio. Nam si morbus biliosus est, & hæc omnia biliosa, bilem in crisi expurgari oportet: Si pituita exuperet, pituitam: si varij humores, variam esse vacationem. Vitilias autem diiudicatur ex euentu. Quia autem vna & eadem morbi species diuersis excretionibus iudicatur, id etiam annotare necessarium. Ergo febris ardens tum hæmorrhagia tum sudore post vehementem rigorem, tum vomitu, aut deiectione biliosa iudicatur. Tertiana quoque vomitibus, deiectionibus biliosis, & sudoribus multis. Phrenitis sudore bono, & præcipuè si è capite multus & calidus profluxerit vniuerso reliquo sudante corpore, interdum etiam, vt dixi, profluuiio sanguinis è naribus. Omnes inflammationes calidæ & acutæ tum hæmorrhagia iudicantur, tum etiam iuuantur sudore bono. Sin minus, aut interficiunt, aut ad supurationem veniunt.

## XLVI.

Καὶ οὖρον πυώδες ἢ υαλώδες γενόμενον, ὑπόστασιν χρομένη ἔχοντος, ἢ ἀθρόον γενόμενον, ἢ ἀποσηματος ἀξιολόγου, ἢ κοιλίης μυζώδες ἢ ἀιματώδες ἢ ἐξαπλῆς ἢ τριφυλῆς, ἢ ἐμέτων οὐ μοχθηρὰν καὶ κίτριαν.

*Vrina purulenta vitrea, quæq; optimum sedimentum habeat, & confertim effundatur abscessu quoque iusto, ventre muccosa, sanguinolenta & derepente profundente, vomitione quoque quæ circa iudicium mala non sit.*

IACOBI

Πυώδες & puri similis & reuera purulenta esse potest. Ac purulenta quidem internum abscessum maturuisse certò indicat. Si itaque pus album, læue & æquale effluat, salutare. Id autem fit plurimum quidem vomicosis partibus, quæ vrinæ destinatae sunt: deinde superioribus. Similis autem purulentæ fit soluto morbo concoctione. Concoctio enim, vt antè dictum est, excretio quædam est, quæ vniplurimum fit cum vrinis. Id ergo ferè fit in morbis, quos humor crudus fouit. Itaque cum antea tenues & crudæ vrinæ essent, iam totæ crassæ, turbidæque fiunt: deinde multum sedimentum crudaceum deponunt, & quod aliquando fuliginem vrina materia referat. Postea clarior fit vrina, ac tandem apparet sedimentum, quale scribit, album videlicet læue & æquale. Nam in alio genere febrium à biliosa materia, quæque excretionem iudicantur, vrinæ color melior, aut ea cum nube alba sublimamento, læui sedimento certam valetudinem ostendit. καὶ υαλώδες. υαλώδες ἔρα eadem, quæ γονοίδια. At vtraque duplicia. Alia quidem colliquationis mortifera. Alia pituita vitrea concocta, & per vrinas vacuata. υαλώδες a ergo, siquidem salutaria, à pituita vitrea elaborata atque ita expurgata, qua ratione in Epid. γονοίδια κρισιμὸν dixit. In Peryntho ἢ ἀθρόον γενόμενον, quia multum, semel ac derepente excernitur, vt ab eo, quod colliquationis est, distingatur. Hoc enim paulatim paucumque alternis vicibus expurgatur. ἢ ἀποσηματος ἀξιολόγου. Vbi salutaris morbus est & diutius vrinæ tenues & crudæ apparent, nec vllum excretionis aut coctionis editur inditium, morbusque à pituita est, atque ideo non ita acutus. Quamquam in acutis aliquando abscessus sunt in initio, sed maximè affectis visceribus, aut aliis internis partibus. Maligni ferè, quod Hippocrates in Epidemiis annotauit, & experientia confirmat. In eo quoque sunt genere bubones pestiferi ad inguina, aures & alas. Atque in laude abscessuum est, vt κατ' ἴψιν, hoc enim vult Hippocrates in Epid. ac die quoque critico. Sed addit ἀξιολόγου, quia minores recidivam faciunt, maiores naturam opprimunt. ἀξιολόγου breuiter, qui morbum vel in totum soluit, vel magna parte extinguit. Quomodo igitur in excretionibus aliæ inutiles, aliæ criticae, ita in abscessibus; quod in Epidemiis multis locis annotauit Hippocrates. Ac iam sæpius dicta sunt inditia futuri abscessus in non ita diuturno malo exclusis signis excretionis, vrina diu tenuis & cruda, spiratio aliquantisper difficilis, surditas, καταφορὰ & alia suis locis scripta abscessus ad aures. Atque eiusmodi morbus quæ non ita diuturnum dicebamus, aliquid calidæ materiæ aut caloris vehementis immisillum habet materiæ frigidæ. In diuturno magis, vrina diutius cruda, calor, dolor aliquis in articulis eò abscessum denunciant. Aliis in testes, quibusdam in varices, nonnullis in hæmorrhoidas, & menstrua mulieribus malum transit. καὶ κοιλίης μυζώδες. Et alio muccosa & sanguinolenta. In acutis aliquando excretio fit per intestina, in qua ξυσματώδεια & δυσεντηριώδεια excernuntur bile acri per intestina exclusa. Ac sic quidem multa effusa bile morbus liberatur. Aliis deiciuntur nigra multo periculo. Hic autem de iudicio morbi, qui pituitam habeat materiam. Pituita autem putris acrimoniam & aliquam falsuginem contrahit. Hæc ergo victrice natura depulsa per intestina mordicat irritatque clausulas venarum, quæ ad intestina pertinent. Ac sic quidem & muccosa è pituita, & sanguinolenta irritatis venis repurgantur. Ac venæ quidem modò interiores, modò quæ ad anum pertinent, referantur. καὶ ἐξαπλῆς. ac derepente erumpente. Alioqui crisis non est. Nam in ratione crisis subita solutio desideratur. καὶ ἐμέτων. Vomitionis signa descripta prius. Rarò vidimus iudicatos morbos vomitione.

Altera pars est superioris Aphorismi, in qua persequitur varias species criticon. Sunt autem vrinæ πυώδες purulentæ propriè quidem, quibus permixtum pus apparet, quod quomodo distingatur à crudo succo, & vitrea pituita, dictum est in librum de vrinis. Indicant autem & abscessum interiorem, & interdum morbi coctionem. Impropiè verò purulentæ vrinæ dicuntur tum crudæ, tum crassæ,

3. Protrh. 20

crassa, vt in Protrheticum scribit Galenus. De his autem ita in vniuersum statuen-  
 dum, Quæcunque circa renes & vesicam laborant, maximè per vrinas expurga-  
 ri, quemadmodum, quæ iuxta pulmonem & thoracem, per sputa. Secundò, iecoris  
 pars conuexa phlegmone obfessa, tribus maximè excretionum generibus obsequi-  
 tur, hæmorrhagiæ, sudoribus bonis, & multis vrinis. Caua autem, deiectionibus  
 biliosis, & sudoribus, nonnunquam etiam vomitibus. Tertio, quæ in venoso gene-  
 re effugiunt assimilationem & excretionem, aliquando etiam alias partes per vri-  
 nas expurgari constat, vt lienem, & pus in thorace natura sibi viam faciente. In diu-  
 turnis liberat ab abscessu vrina multa, crassa & alba, per Aphorif. 74. lib. 4. Iu-  
 uant etiam tenues & multæ post crassas, grumosas, & paucas per alium Apho-  
 rismum eiusdem libri. Criticæ etiam sunt quædam cum stranguria longa & labo-  
 riosa ab acrimonia & frequentia excretionis. Multæ præterea crassa, varæ & ruben-  
 tes cum pure mixtæ aut nigrae toto corpore prauorum humorum superfluentem  
 copiam per renes & vesicam reiiciente, quales describuntur com. 2. ad 1. Epid. Puri  
 similes effundi solent in febribus ab humore crudo, qui per coctionem soluitur, in-  
 terdum semel, interdum paulatim & per interualla. *ὕαλωδες* fusio vitro similes, quæ  
 multum semel ac repenti exeunt in progressu morbi ac exclusione pituitæ vitræ  
 è venis & toto corpore, non à colliuatione. Reuera autè purulentæ sunt interdum  
 ab inflammatione vesicæ, renum, aut etiam superiorum partium. Distinctio autem  
 horum omnium, qua intelliges an criticæ, vel symptomaticæ talia exeant, ex euen-  
 tu repetenda est hoc modo. Si enim cum his aut paulo post, febris soluitur, aliisque  
 symptomatis liberatur æger, & pro ratione vacuationis redit melior color, pulsus-  
 que, & robur in assurgendo, critica esse non dubitandum. Si verò aliquid horum  
 deficiat, tantum ab optima crisi abest, quanta eius quod deficit, facultas existit.  
*ἀπόστημα ἀξιόλογον*, abscessus & alij decubitus diurnas febres tuto iudicare con-  
 sueuerunt; parotides verò lethargos & omnia capitis mala. Verùm nec initio, nec  
 in febre acuta appareant, quales affectis grauius visceribus existunt, sed post vi-  
 cesimum diem antegressa tenui vrina semicocta, κατ' ἴξιν in parte capace, longissi-  
 mè à foco morbi, materiæ morbificæ, viribus & febris pares. *κοιλίης μυσώδεια*. muc-  
 colosa viscida & alba humoribus prauis ex hypochondriis, aut è toto corpore in vē-  
 trem per medium hepar confluentibus. In ardentibus senes ob virtutis imbecilli-  
 tatem & caloris natui inopiam bilem in morbum regium deponunt, aut per ven-  
 trem excernunt cum dysenteria, & tinesmo, vnde excrementa *μυσώδεια* non à  
 colliuatione, sed erasis intestinis aut à bile, aut à pituita putri, acri & salsa. *αἰματώ-  
 δεια* ob eandem causam, in quibus natura sæpe crudam partem simul cum cocta ex-  
 cludit vtiliter. *Repentè profusa*, ad differentiã symptomatici profluuij in dysenteria,  
 lienteria, & similibus in quibus paulatim initio accepto continenter malum au-  
 getur. Sæpe autem morborum crises per vrinas medicos fallunt, quod aliis  
 profluens simul rapiat, quod cum vrinis effluere debuit. *Vomitibus*,  
 de his dicitur accuratè postea. Sunt autem criticæ à toto cor-  
 pore, quæ remissionem morbi afferunt. Aliæ verò sym-  
 ptomaticæ vel vitio ventriculi aut partium cir-  
 cumpositarum, vel à cacochymia vena-  
 rum, vel motu morbi præ-  
 uertente crifim.

4. Aphori. 69

IACOBI



IACOBI HOLLERII  
 STEMPANI, MEDICI PARI-  
 SIENSIS IN COACA HIPPOCR.  
 PRÆSAGIA COMMENTARII  
 PRIMI LIBER V.

I.

Υπνοι βαθύες, μη παραχάδες, βεβαίαι κείων σημαίνουσιν οὐδὲ παραχά-  
 δεις μὲν ἀλγήματος σώματος, ἀβέβαιαι.

*Somni profundi neque turbulenti firmum iudicium significant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.



Arò meminit somni critici Hippocrates, qui tamen omitti  
 non potest. Poni ergo somnum non turbulentum. Turbu-  
 lentum facit varia affectio corporis, vnde humor commotus  
 & spiritus distractus animæ sedem perturbat, ex quo & in-  
 somnia & παραχάδεια. Sed de turbulenti somno & vigilia  
 prius dictum est. Somnus ergo non turbulentus fit in morbis,  
 cum anima *αὐτὴ ἐαυτῆς* & sui iuris nullo modo à corpore  
 conturbatur, sed œconomiam obit, lustrat omnia, ac dispensat, coquit & vapore  
 blando ac suavi perfruitur, vnde placidus somnus est. Multis ergo hoc accidit cri-  
 ticè, vt excitati de valetudine pronuntient, bene appetant, alacres ad sensum om-  
 nium motionem corporis. Id pueris admodum familiare, qui diem vnum atque  
 alterum interdum dormiunt. Aliis quoque longa vigilia fractis somnus in diem  
 vnum, vel eò plus extenditur, vnde soluitur morbus. Sed adhibenda distinctio, vt  
 ne is somnus sit morbosus cerebro multa imbuto pituita, aut vi maligna, vt in pe-  
 stilenti conditione. Propterea vt hoc moneret Hippocrates, interrogat in Protrhe-  
 tico, *ὁ κρῶδες ἀράγε πανταχὲ κακός*; Sopor an vbique malus? Turbulenti verò  
 cum dolore corporis nihil firmum habent. Nam scriptum in Aphorismis, *ὅτι ἂν νοσή-  
 μωσι ὕπνος πόνου ποιεῖ θανάσιμον, ἢ δὲ ὕπνος ἀφελὴν ἢ θανάσιμον*. Hic eadem sen-  
 tentia παραχάδεια dixit *μέγα ο λγήματος τὸ σώματος*, sed ἀβέβαιον dixit, non θανα-  
 σιμόν. Ac sit θανάσιμος quidem, quia sæpius inde mors sequatur: ἀβέβαιος, quia ad-  
 modum lubrica spes inde relinquatur. Lege annotata in Aphorismos.

DESID. IACOTII VANDOPERANI  
 MEDICI IN EADEM PRÆSAGIA COM-  
 MENT. LIBER QVINTVS.



Hippocrates differentias somni tres in vniuersum notat multis locis,  
 naturalis videlicet, præter naturam, & critici. Naturalis enim dicitur,  
 cum calor natius copiosam requirit humiditatem per vigilias exci-  
 catus, ideòque in ventrem & viscera tanquam ad alimentum conuer-  
 titur. Præter naturam verò, cum idem calor foras progredi non po-  
 test, vt in comatosi & lethargici affectibus, quemadmodum per phrenitidem  
 quasi inflammatus foras mouetur immodicè. Prohibetur autem eo motu inter-  
 dum propter humiditatem multam primæ partis sensu præstantis, in qua fit som-  
 nus: interdum verò ob solum frigus, vt in narcoticorum vsu: nonnunquam etiam  
 ob vtrumque simul, vnde profundus & comatosus somnus: postremò ob virtutis  
 imbecillitatem & extinctionem proximam, vt in moribundis, qui palpebras attol-  
 X

lere nequeunt. Quam affectionem ab ea, quæ ob humiditatem & frigus oritur, distinguunt pulsus languidi, rari, & parui: quanquam frigus, quod succedit calidæ & siccæ intemperiei, sit etiam immedicabile. Est & alius somnus præter naturam non ratione causæ efficientis, sed vel effectus, vel signi, qualis est turbulentus ac tenuis, qui interruptitur, aut perturbatur ab acri aliqua exhalatione, aut tetro vapore & intemperie cerebri, aut vitioso cibo, aut humore putri vel bilioso, ut dormientes interdum exiliant, clament, perterreantur. Ex euentu autem nocet initio accessionum, quo tempore somnus calorem vniuersum & humores in intimos corporis recessus cogit, unde materia cruda & vitiosa caput atque orificium ventriculi replet, pauoremque mouet, & laborem facit, semperque hoc modo noceret somnus intro compulsis humoribus, nisi plus utilitatis afferret coquendo. Nocet præterea in inflammationibus internis, humoribus vnà cum sanguine in ventrem confluentibus, qui & affectum augent, neque ob copiam mitigari possunt. Huic autem contrarius somnus utilis & conuenientissimus in declinatione accessionum, vel in remissione morbi. Criticum autem dico, vel qui signum criticum est, ut ante parotidas, vel qui crism optimam aut facit, aut indicat. Nam spiritus animales instaurat & colligit, calorem febrilem extinguit moderatè humectando ac refrigerando, natuum auget, cerebri temperiem restituit, & morbifici humoris reliquias concoquit, ac discutit. Huius modus post immoderatas vigilias & criticas excretiones non horarum numero, sed necessitate definitur. Nam Galenus se vidisse refert ægros, qui cum tribus, quatuorve diebus vigilassent, somnum per diem ac noctem duxerunt, unde magnum auxilium senserunt: idemque sæpe contingere scribit pueris magno auxilio, non vno die, sed biduo. Hic ergo somnus qualis sit, & quid significet, explicatur hoc Aphorismo. Est (inquit Hippocrates) profundus nec turbulentus. Profundum autem dixit non expergiscendi difficultate, sed longitudine & firmitate. Nam soporem grauem & comatosum hac maximè nota discernimus à somno naturali & profundo, quod ægri perdifficiliter sentiant ac moueantur, vix, que somno excuti queant ob densitatem, obstructionem, refrigerationem, aut humectationem cerebri (sit enim etiam compresso cerebro, ut ab ictu.) At in profundo somno & naturali anima defuncta morbo corporis ad spirituum instauracionem, quibus cerebrum penè exhaustum erat vigiliis, dolore, iactatione, perturbatione critica, & excretionem, intro retrahit instrumenta ad principia sua externis sensibus occupatis, unde arctior quam solebat, somnus ægros complectitur, & suauior sine interruptione. Excitari tamen è somno facile ægri possunt, quia nulla subest obstructio, quæ spirituum delationem & liberum motum impediat. Ostendit ergo cerebri restitutam temperiem, vaporis utilis suauitatem sine acrimonia, & animi summam tranquillitatem. Ob idque adiecit. *μη ταραχῶδης*, non turbulentus, qualis esse solet ante phrenitidem & imperfectam aut prauam crism ab intemperie relicta, febrili calore & exhalatione acri ac tetra, aut à varia affectione corporis, unde humor commotus & spiritus distractus animæ sedem perturbat. Ex hoc itaque suauis & profundo somno significari scribit firmam crism & perfectam. Galeno dicitur *πισυ, ἀσφαλῆς*, & ut hoc loco, *βεβαία*, id est, fida, firma, secura, unde non amplius redit morbus: quemadmodum absoluta est, quæ nihil reliqui facit: tuta, sine perniciosi symptomatis manifesta, cum excretionem, vel abscessu conspicuo. Causa autem est, quia cum duo relinquuntur in morbis, ex quibus sunt recidiuæ, morbosa dispositio, & humor aliquis prauus, vtrumque aut alterum relinqui indicant sitis, orisque siccitas, insuauitasque, atque ciborum fastidium: præterea verò somni vacuitas, aut somnus turbulentus. Nam ut nox, quæ antecedit crism, molestior esse solet: ita quæ sequitur, tranquilla & suauis. Proinde subiicit, Turbulentos cum dolore corporis nihil firmi habere. Hoc enim argumento est naturam materię morbificæ planè dominari non potuisse, cuius acrimonia cum intemperie cerebri coniuncta, aut etiam translatio ad cerebrum somnum turbulentum facit. Eundem efficit febris irritata, recrudescens fluxio, inflammatio aucta, humorum malignitas, quos calor ne per somnum quidem mitigare potest, sed coctionis loco diffusionem eorundem, & prauam euaporationem mouet, præ

i. Proverbetici.

x. de diebus crismis.

imbecillit

imbecillitate, unde deliria, coma, labor, dolor, perturbatio per Aphorismum, Quo in morbo somnus laborem adfert, mortiferum est. Si verò leuationem, minimè est mortiferum. Quod intelligendum de somno in remissione febris. Nam laborem afferri in perturbatione critica, aut internæ inflammationis principio, vel incremento, aut in principiis accessionum nihil mirum. At in remissione morbi & post crism si quæ iuuare debent, non iuuant, malum. Non propterea tamen sequitur semper ex profundo somno expectandam esse salutem: nam alio morbo æger interire potest, ut inflammatione, aut abscessu, qui intus alitur, aut perniciosi humoris feruore paululum remisso, vel intermisso deinde redeunte. Sic in Philini vxore vndecimo somnus placidus, unde delirium sedatum est, sed confestim (aut Hippocrates) rursus mente vacillauit, minxit conuulsa confertim multum, vigesimo obiit.

## II.

*Ἐβδομηκοισίον, ἢ οὐατάοισιν, ἢ τεσσαρεσκαίδεκαταίοισι, ῥύσις ἐν ῥινῶν λύσει ὡσεπιποτὸν τὸς πυρετὸς. ὁμοίως δὲ καὶ κοιλίης ῥύσις χολώδης, καὶ δυσεντερλώδης, καὶ πόσις γουαῶτων, ἢ ἰχθῶν. καὶ ἔρον πεπανθῆν πρὸς τὴν κρῖσιν, ἐν γυναικὶ δὲ καὶ ἐπιμητίων ῥύσις.*

*Septimo, nono, decimoquarto, fluxus sanguinis è naribus vtplyurimum febres exoluit. Similiter & alui fluor, in quo reddatur bilis, & qualia dysentericis. Et dolor quoque genuum & coxarum. Et vrina cocta circa iudicium. In muliere autem & menstruorum fluxus.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Des criticos enumerat non omnes quidem, sed vnde alios intelligas, in quibus accidit salutaris hæmorrhagia. Dixit enim oportere fieri die critico. Atqui morbi ea ratione iudicatur, quinto septimo, nono, vndecimo, decimoquarto ferè iudicatur. Maxima vis septimo & decimoquarto. Vndecimus vim habet mediam: post hunc quintus & nonus. *ὁμοίως δὲ καὶ κοιλίης ῥύσις*. Id febribus biliosis atque ardentibus accidit eò deturbata bile. *ῥύσις* enim *ἐκτάρσιν* intelligit. *δυσεντερλώδης* autem & *ξυσματώδης* ramentosa, in qua cum videlicet velut ramenta intestini acrimonia bilis decisa repurgantur, sanguis quoque eadem ratione. Id autem in febribus biliosis. *καὶ πόσις γουαῶτων*. Dolores eiusmodi in coxa aut genibus tardius fieri solent: quanquam & decimoquarto, & ante decimumquartum. Hinc ergo abscessus significatur. *καὶ ἔρον πεπανθῆν*. Vrina cocta & celerius & tardius apparet. Quibusdam enim statim prima periodo, aliis post decimumquartum. Est autem certissimum salutis iudicium *πρὸς τὴν κρῖσιν*. Hinc enim perfecta coctio indicatur, vbi salutaris crism. *ἐν γυναικὶ*. In muliere autem & mensium fluxus. Sic Larissæ virgini salus in febre periculosa, quæque paribus diebus moueretur, primum fluentibus menstruis, & sexto die largiter effuso sanguine & alteri mulieri Thasiæ in febre, quæ grauiam haberet symptomata, muliebria descenderunt, & breui iudicata fuit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

Adem ratione, qua Aphorismo vltimo superioris libri, excretiones & abscessus, quibus febres finiuntur, complectitur, adiunctis diebus criticis, in quos sæpius incidunt. Incipit autem à septimo, quia febrem vel mitem admodum esse oportet, vel malignam, quæ intra septimum liberet, aut interficiat. Sæpe tamen vidimus ardētem quinto iudicatam, sicuti & vndecimo multis iudicium, & in synochis quarto. Non igitur septimum, nonum, aut decimumquartum numerauit, ut quintum & decimum excluderet. Quia autē hæmorrhagia causi legitimi, & phlegmonum calidarum propria est, quod in his bilis cum sanguine feruens multo spiritu tur-

geat, & sursum rapta ab incendio venas inflet, easque aperiat, aut laceret: idcirco raro incidit post decimum quartum, in quo finitur continuatum acumen morborum acutorum. Ob idque scribit Hippocr. in Prognost. primis periodis iudicari inflammationes interiores per hæmorrhagiam: & si ulterius progrediatur, suppurare. Primo verò Epid. sanguinis profluvium euenisse præsertim adolescentibus & ætate vigentibus per febres ardentes à bile flaua, quæ sanguinè vreret, & simul cum ipso in caput à multo calore raperetur: senibus verò, vt Bioni, morbum regium, vel perturbationem alui vel dynterias facta humorum inclinatione ad inferiora magis, quam ad caput, ob virtutis infirmitatem. & caloris natui inopiam. Quod intellexit Hippocrates per ea, quæ subdit. Similiter & alui fluor, in quo reddatur bilis, & qualia dynteriacis: quod accidere solet post decimum quartum diem, vt & genuum coxarumque dolor criticus, qui ante vigesimum vix laudabilis esse potest. Siquidem abscessus fiunt, vt antè dictum est, in morbis diuturnioribus, post vigesimum diem, cum vires imbecillæ sunt, meatus angusti, & materia minus obsequiosa, quam vt ad abscessum moueri queat. Vrina autem cocta critica quoque est, modò secundum rationem, re ipsa, non specie tantum, nec celeriter, sed gradatim diebus prænuntiis & criticis cocta appareat: multa verò & crassa materiam abscessus subtrahit. Menfes autem quantam vim habeant etiam in morbis perniciosis, ex historiis Laryssæ virginis & mulieris Thasæ intelligi potest. Ex mensium enim retentione perniciofa symptomata oriuntur, quæ naturam sanguinis vacuandi referunt. Nam si melancholicus fuerit, atque in cerebrum refluxerit, desipientiam eiusmodi parit. Si verò biliosus, non talem, sed consuetam & familiarem. Sin copia pituitæ fuerit, cataphoram lethargumque magis efficit, quemadmodum quod ex his mistum est, mistam quoque affectionem ex cataphora & vigilia, vel desipientia cõficit, aut aliud quoddam simile morbi genus in aliis corporis partibus. Horum autem signum est grauitas lumborum insignis, & dolor, & tensio. In Prorrhethico addit, si mulier sensionè æstus ardorisque circa spinam habuerit, quo tempore fluxuri sunt menfes. Et paulò antè, cardialgiam. Quæ signa in viris hæmorrhoidas præmonstrant, quibus potissimum fluere consueuerunt, & temperamentum melancholicum est, aut etiam eandem suppressionem. Nempe copia in venis acruata tenue quoddam serum in ventrè confluens cardialgiã parit, cum in os ipsius ascenderit, quod exquisitissimo sensu inter omnes partes præditum est. Bona autem humoris superfluentis portio ad inferum locum repens, in quæ & antè deferri consueuerat, lumborum dolores facit.

## III.

Οἱ ἐν πυρετοῖσιν αἰμορραγῆσαντες ἰκανῶς ὀκνοθενοῦν, ἐν τῆσιν ἀναλήψεσι κοιλίας καθυγραίνονται.

*Quibus in febre sanguis largiter effluxit ex quacunque parte, iis dum reficiuntur, alui humectantur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**OC modo hæc sententia scripta in Aphorismis, διόσεισι γὰρ τοῖσι πυρετοῖσι αἰμορραγῆσαι πλῆθος ὀκνοθενοῦν γὰρ τῆσιν ἀναλήψεσι τῶν τοῖσι αἰ κοιλίας καθυγραίνονται. Αἰμορραγῆσαι Hippocrates sæpe vsurpauit de profluvio sanguinis. Hic autem adiecta voce ὀκνοθενοῦν insinuauit, non solum per nares, sed per quemuis meatum naturalem effluat, per hæmorrhoidas, vterum, gulam & os. ἰκανῶς autem largiter, quod πλῆθος dixit, in Aphorismis videtur notare περιμένοντι, immoderatam vacuationem. Alioqui satis erat scripsisse αἰμορραγῆσαντες, quia videlicet hæc vox copiam sanguinis fluentis includit, neque in Prorrhethico subieciisset κοιλίας πονηρέωντι malè affici, quia multa effusa vi sanguinis, marcescere calorem insitum & spiritum est necesse, quorum naturæ integritas in sanguine sita est. Itaque non solum καθυγραίνονται κοιλίας, & liquida multa deiciunt, sed tormina, flatus, ructus, exercent ventrem: quæ omnia voce πονηρέωνται significauit. At sit interdum languido calore & malè concoquente, vt hydrops sequatur. Neque solus venter peculiariter

peculiariter appellatus, sed & incaua spatia corporis, quas κοιλίας interdum nominat, liquidis excrementis impleantur. Multò magis si dum renutritur corpus, plura ingerant, quam coquant. Sæpe enim multa appetunt, vt solent qui conualescunt. At verò infirmus calor, quæ concupiscit, non potest conficere.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N Aphorismis ita scribitur, Quibus in febribus sanguinis quacunque ex parte copia eruperit, cum reficiuntur, alui his humectantur. Philotheus vult solum agi de hæmorrhagia critica, copiosa & superfluente, quæ profusa aluus sequitur exacto iâ morbo. Sententia tamen generalis est in omni profusione sanguinis copiosi ἢ φουσιῶν ἐπιπόσειων per naturales meatus, nares, hæmorrhoidas vterum. Effectus quoque latius patet. Non enim solum humectantur alui, sed malè afficiuntur, & multa alia patiuntur. Ob idque in Prorrhethico vsus est verbo πονηρέωντι. Quibus (inquit) sanguinis eruptio multa fuerit, progressu temporis aluus malè afficitur, nisi vrina cocta fuerit. Eo autem verbo videtur completi voluisse, quæcunque patiuntur venter & ventriculus non solum humectationem, sed etiam morbum, inflationem, ructus acidus, cruditatem. Nam vna omnium causa est caloris natui infirmitas, ob quam & vrina aquosa conspicitur. Quod enim vacuatur, duplici de causa fit imbecillum. Vna est quasi formalis, vt Philosophi loquuntur, quia cum abeunte sanguine exhalat multum spirituum, quæ etiam materialis est. Altera accidentaria in situ partium solidarum, quia fit laxior. Ita fit vt & calor dissipatus, & partes rariore sibi ipsæ, quoad partes, sint alienæ. Dissitum enim seipso compacto quiduis est infirmius, quia collectum est magis vnum, & vt metaphysici docent, ratio vnitatis cum eo, quod est, reciprocatur. Non igitur fit bona coctio neque in ventre, neque in venoso genere, neque in partibus solidis: ergo neque distributio, præsertim cum in febribus id euenit aucta ea infirmitate ex morbo & otio ventriculi. Merito itaque humectantur alui. Nam omne ferè alui profluvium oritur aut corrupto cibo in ventriculo, aut non distributo, aut vitioso & acri humore abradente intestina, quibus Hippocrates addit astrictiorem habitus corporis & paucitatem resolutionis, vt in ætate declinante, quæ paucis indiget ad corporis refectionem, quanquam distributionis defectu contineantur. Ob eandem causam, & acidum eructant ægri, & instantur, & hepate infirmiore vrinas aquosas reddunt, donec cum tempore vires receperint. Proinde rectè additum est in Prorrhethico, nisi vrina cocta fuerit. Hæc enim incommoda effugiunt, si breuibz interuallis, paucò alimento & facilis coctionis ac distributionis alantur in refectione, quam ἀέλησι Hippocrates vocat, non quia recorporentur ægri, vt quidam scribunt. Nam partes solidæ sub forma corpus habent, sed quia per alimentum instaurantur spiritus & humores, corporaque ipsa defecta recreantur.

## IIII.

Οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδρώνοντες, κεφαλαλγίες, καὶ ἰλι ἀπολεθμιμίαι, ἀπομομάδες.

*Qui in febribus tenuiter sudant, dolent capite, & aluo sunt suppressa, conuelluntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**ON solum inter signa futuræ conuulsionis annotat suppressam aluum, sed in Prorrhethico addit vesicam suppressam. ἀπόλησι solitus appellare eam iniuriam. Itaque in febribus ἐπίδησις aut copiam crudæ materiæ, aut imbecillitatem naturæ, magisque eius partis, vnde sudor tenuis, & paucus fluit, significat. Hic ergo cum accedat capitis dolor, partem hanc laborare oportet. Laborare quidem copia, quia iam antè dictum est ea communi ratione, quæ in vniuersitate elementorum suscipitur, siccata terra aërem humectari: ita siccatis ventre & vesica cerebrum

humidius reddi. Siccantur autem hæc interdum quidem sursum in caput rapta materia: nonnunquam refrigeratis nimium atque ita contractis nervosis partibus, in quibus vesica est, & intestina. Huic ergo præparata est conuulsio. *ασσμηδεις* autem dicit, quia aliquando inde conuulsio sequatur.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**S**igna quædam sunt conuulsionis, quibus positæ neque necessariæ, neque magna ex parte sequitur conuulsio, & quibus absentibus illa etiam fieri potest. Verum ex leui significatione vtiliter in arte aliquando graues affectus præmonstrantur, quia quæ vitari, cum inciderint, non possunt, & perdifficiliter curationem recipiunt, prudentis medici est, multò ante providere & præcauere, ne fiant. Etenim cognoscere conuulsionem, quæ est in effectu, & quæ necessariò imminet, vt remediis vix sit locus, parùm artificiosum est & vulgo etiam notum. Cur autem ex his non semper sequatur conuulsio, quia præter materiam in capite, cuius suppressio ex his signis cognoscitur, suscipientis causæ dispositio, & causæ efficientis modus, atque applicatio conuenire debent. Non enim eadem causa idem semper agit, sed in certo gradu, modo, & subiecto. *επιφωσιν* ergo superioribus libris sapius quidem scripsit, nusquam tamen ita dilucidè vt cognosceremus, nunquid sudores circa thoracem & caput ita appellet, an eos, qui è toto corpore manant tenues, pauci, & inutiles. Præuuum autem est vtrūque horum: verum deterius, quod in superis sit partibus. Nam cum omnis illa leuis sudatio denunciaret, vel copiam in sudantibus partibus, vel facultatis retentricis imbecillitatem, vtrumque horum in locis tum thoracis, tum capitis fuerit, deterius est signum, quàm si in alia quadam parte euenerit. Cephalalgia autem & cephalæa promptissimè fiunt in quibusdam, quibus caput, vt repleatur, aptissimum est, quòd in ipsis vaporosus calidusque spiritus generatur in arteriis & venis, vnde impletur cerebrum, aut etiam in ipso cerebro producitur ab inæquali ipsius intemperie, aut denique quòd biliosa excrementa cumulentur in ore ventriculi, quæ causa ab aliis discernitur, quia cordis morsum nausæamque præsentunt. Ex quibus causis conuulsionem nemo præfagiet. Verum cum ex primaria cerebri affectione pendet à plenitudine & oppressione, vnde vertigo oboritur, & aurium soni, & capitis dolores grauitatésque, item olfactus, vel alterius alicuius sensus oblatio sine morsione cordis & nausæa, magna vis suppressæ materiæ in capite significatur, quæ, nisi se alicunde natura exoneret, diffunditur in partes propinquas aut debiles, vnde meritò conuulsio metuenda est, affecto nervorum principio. Vidimus ciuem Arelatensem diuitem, qui cum sine febre de eiusmodi dolore conquereretur, csetque firmis viribus, & vt videbatur, sanus atque optimè temperatus, sumpris leuibus catapotis in apoplexiam eo ipso die incidit, & conuulsus interiit. Alter eodem modo periit, cum diu grauitate capitis & vertigine laborasset. Causam itaque cephalalgia distinguere oportet ad præcautionem & præfagium, flatus enim dolores inducunt tenuissimos, qui idcirco sic vocati sunt, quòd extensionis sensum afferant. Biliosa autem excrementa dolore mordaci afficiunt. Dolores autem à plenitudine oborti, grauitatis sensum afferunt: quibus si rubor accedat atque calor, calidos: sed sine iis, non calidos humores significant. Accedit alius suppressa, quæ est causa & signum. Nihil enim æquè caput replet, atque alui suppressio tum per euaporationem, tum per anadromen, & humorum ad superiora inclinationem. Præterea caput facillimè trahitur in sympathiam hepatis calidi, ventriculi, vteri, vesicæ, cordis, lienis, omnium denique partium inferiorum, idque ascendente per continuas partes solo calore, interdum verò spiritu vaporoso, vel fumoso, aut fuliginoso, nonnunquam etiam humorum excrementitiorum translatione. Ipsum autem rursus tanquam circulo quodam inferiora omnia coafficit, cum grauitate læsum est. Cerebrum (ait Hippocrates) si ægrotat, magnam perferet cladem: siquidem acredine humoris arroditur, multam sustinet perturbationem: mens ipsa desipit, & cerebrum totum hominem conuellit, ac ferè suffocatus nec vocem edit. Quemadmodum ergo *επιφωσιν* vrine, id est, retentio conuulsium quidpiam habet, præfertim, cui dolor capitis accesserit, quòd ex eo significatio

De glandulis.

catio fiat principij neruorum in sympathiam tracti, ita interdum & alui suppressio, quam proinde tertio Prognostico, & aliis quibusdam locis, inter ea, quæ conuulsionem accelerant, recenset in pueris. Conuelluntur ergo ab his signis, quibus neruofum genus infirmum est, & materiæ suppressæ superfluens copia eò decumbit, ac replet, aut acrimonia vellicat. Alioqui vel sopor grauis, vel resolutio, vel phrenitis præfertim in febre pro natura humoris noxij ex his impendet. Galen. autem in Prorrhetico *ασσμηδεις* interpretatur, posse aliquando conuulsionem afferre, præfertim cum particula *τι* additur.

3. Prorrh. 18

## V.

*Αι ἐπ' ἀλίγον θρασείως παρακρούσες, καὶ θηριώδη, καὶ ασσμηδὸν σημαίνουσι.*

*Leuiter feroces in sania ferina sunt, & conuulsionem significant.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**xposita hæc sententia. Id quod in Aphorismis sæpe inuenias, vt eadem sententia sæpius scripta sit incuria eorum, qui libros transcripserunt.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**E**' *ἀλίγον* non significat defectum in quantitate, vt alibi docuimus, sed interuallum temporis potius, & spatium breue ac interruptum. Sic infania paulisper ferox dicitur, quæ statim desinit, vt modò aliquantulum ferociant ægri, modò ad se redeant. Hoc autem fit interdum sine febre post calidum cerebri affectum, aut æstum, aut inflammationem, aut phrenitidem, præassata flaua bile, & in cerebri corpore redundante: interdum verò cum febre. Phrenitis enim mitior est, cum à bile pallida ortum habet: vehementior verò à bile flaua. Hæc autem cum exuritur magnitudine & incendio febris, dementia oritur ferina & melancholica. Duo enim sunt huius vehementis phrenitidis gradus. Cum enim tantum prompti sunt ad inferenda propinquis mala, ex melancholia delirant. Vbi verò ingentia mala perpetrant, calcitrant, pedibus feriunt, mordicus impetunt, excandescunt, atque eos, qui ingrediuntur, tanquam hostes habent, id genus desipientiæ ferinum appellatur. Ferocitas autem illa cum febre, perpetuò signum est veræ ac vehementis phrenitidis. Nam in delirio, quod per accessiones accidit, sine primigenia cerebri affectione, sed per consensum, neque ferocitas est, neque phrenitis. Proinde ita affectos phreniticos non dicimus, quia phreniticorum deliria non quiescunt remisso febris vigore, sed *επιπαισσαι*, *επιμφορῆσαι*, *επιπύσαι*, vnde paraphrenitis. Quoties itaque in febre acuta ægrum videmus ferocientem, etsi paulo post se remiserit, atque ad mentem redierit, fidendum non est, tanquam non reuersuræ affectioni. Coniicere ergo oportet febris ratione nequaquam mentem lædi, sed phreniticam in cerebro aliæ affectionem, quæ paulatim accrescens, breui immanis & ferina videbitur.

## VI.

*Σπασμὸς ἐν πυρετῷ γινώμενος, καὶ παυόμενος αὐθιγήμερον, ἀγαθόν.*

*Conuulsio in febre facta siquidem eodem die conquiescit, bonum.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**C**onuulsionem in febre fieri damnat Hippocrates. Commune autem est omnibus casibus, quos *επιγινώμενα* appellant, vt quantò celerius abeunt, tantò minus mala sint. Bona enim firma esse conuenit: infirma verò & fugacia, mala.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**G**enerale præceptum est, signa omnia quæ boni aliquid, aut mali certò prænuntiant, firma & constantia esse debere. Fugacia verò & inconstantia interdum



bona, interdum etiam praua esse per Aphorismum, Non siquid in morbis acutis fiat præter rationem leuius, fidere oportet, nec turbari, siquid temerè grauius acciderit. Istiusmodi enim multa sunt incerta, nec durare diu, aut persistere solent. Præua enim signa, quæ causam stabilem non habent, breui desinunt, & per translationem humoris à nobiliori parte ad ignobiliorem, aut per motionem criticam sæpe liberant ægrum affectu grauiore. Contra verò, quæ modò bona sunt, modò praua per *μετέπνοση* in principio morbi materiam turgentem & naturam vinci à morbo denunciant, vt alibi explicatum est. Inter hæc conuulsio, quæ in motu est, nec diu perseverat, interdum oritur non crescente morbi malitia, sed natura excutiente è partibus nobilibus, quod molestum est, vt in paroxysmo epilepsiae perspicere quilibet potest. Est enim magnitudinem causæ, partis affectæ præstantia, doloris asperitate ex violento motu, & interceptione facultatis in thorace grauisimū symptoma est, aliquando tamen iuuat tum motu ipso, tum humoris translatione è venis in musculosum genus, & inde in partes inferiores, aut eiusdem excretionem per vomitum, sudorem & similia. Hoc modo refert Galenus adolescentem liberatum febre & conuulsione mota ab orificij ventriculi morfu post æruginosæ bilis vomitionem. In Pythione quoque profuit otis contorsio translatis humoribus ad inferiora. Et in Prorethico scribitur paraplegiam & capitis collique dolorem conuulsio motu solui. Etenim cum in eo morbo partes nervosæ motu priuètur, per conuulsionem incitantur ad motionem naturali vehementiorem, inde que liberantur humoribus, qui in nervis obstructionem faciunt. Non absimili ratione docet Hippocrates sexto Epid. rigore quartanæ epilepsiam solui, & alibi morbum morbo, & morbum symptomate, aut symptoma symptomate. Sic ergo conuulsio, quæ est in motu, & à repletionem, soluit febrem translata è venis materia in nervos, & soluitur febre, quæ humores frigidos calefacit, & lentos attenuat, ac discutit. Quod in Aphorismis docet. Nam conuulsioni febrem accedere satius est, quàm febri conuulsionem. Verùm non diu manere debet tam graue symptoma, nec à causa stabili oriri. Proinde addidit *αὐθήμερον*.

5. Aphor. 1  
1. Epid.  
3. Proreth. 26

VII.

*Σπασμὸς ἐν πυρετῷ γενόμενος, παύει τὸν πυρετὸν αὐθήμερον, ἢ τῆ ὑστεραίνῃ, ἢ τῆ τελευτῇ. ὑπερβάλλον δὲ τὴν ὄρην ἐν ἡμέρᾳ, καὶ μὴ παύσμενος, κακόν.*

*Conuulsio in febre mota febrem soluit eadem die, aut altera, vel certè tertia. Quòd si tempus transgrediatur, quo ab initio tenebat, nec acquiescat, malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hic de conuulsione, quam copia excitat. Habet autem suas periodos, vt humor scilicet exclusus venis in nervos irruit. Fit ergo vt humor primùm è venis excludatur, deinde nervos occupet: ex quo vehemens illa conuulsio, quam mouet conuulsio, materiam exagitat, & exagitatam dissipat in halitum & sudores. Vt ergo materia vel pauca, vel multa, ita prima die, secunda vel tertia febrem soluit. Quòd si longior quàm ante hoc, tertio & quarto die, quàm primo aut secundo accessio fit conuulsionis, metus est, vt nec febrem soluat, maiorque vis putrentis materię ostenditur, quàm vt omnino vacuetur conuulsione.

DESID. IACOTII COMMENT.

Superioris Aphorismi explicatio quædam est, nisi quòd dictio *αὐθήμερον* referri potest & ad conuulsionem, & ad febris solutionem. Itaque dubitari potest, an conuulsionem intellexerit, quæ eueniat eodem febris die, vel sequenti, vel tertio: an verò solutionem febris fieri à conuulsione ante tertium diem ad summū. Etenim

priore

priore modo significatur conuulsionem à repletionem fieri primo morbi circuitu. Altera enim à reficcatione neruorum, aut immoderata vacuatione sensim & in progressu morbi aduenit. Posteriore autem indicatur, si qua ex conuulsione utilitas expectanda sit, eam ante tertium diem secuturam. Verùm constat, quocumque morbi tempore incidat conuulsio à repletionem, aut morfu, modò celeriter desinat, & materiam transmutet, remissionem febris afferre, quomodo suprà diximus. Id in morbilis & variolis sæpe, interdum etiam ante sudorem obseruauimus, vt subsilire æger videretur, & in ipsa eruptione pustularum, aut paulo ante mirandum in modum conuelli sæpius inuadit: interdum etiam diebus criticis, septimo, nono, & sequentibus. In febre etiam acuta mulieris nobilis à conuulsione vidimus secutam febris remissionem, præter exempla superius adducta. Quare rectius, quod & dictio nis continuato ordini conuenit, de solutione febris locus intelligitur, quia si conuulsio commodi aliquid sit allatura, id manifestum futurum sit intra triduum. Nam si vniuersa materia è venolo genere in musculosum genus excluditur continuato impetu, febris eodem die quiescit, vt in adolescente, cuius febris conuulsio & æruginosæ bilis vomitio finem imposuerunt eodem die. Sin manet intus materia, aut portio aliqua primo circuitu superatur à natura. Vidimus vomitionem æruginosæ bilis cum febre & dentium stridore, interdum etiam totius corporis conuulsio motu triduum perseuerasse. In Pythione distorsio oris septimo facta est: vndecimo, qui est finis primi quaternarij secundæ septimanæ, crisis secuta est per sudorem & sputa cocta. Subiicit autem conuulsionem quiescere debere eadem hora, qua inceperit, id est, motum conuulsium non excedere horæ spatium, licet repetat sæpius eodem die. Sic enim locus hic non pugnat cum superiore. Ex hoc temporis interuallo causam firmatam non esse colligimus. Ea enim sola conuulsio prodesse potest, quæ materię translationem ad partes ignobiliores, aut eiusdem excretionem comitatur.

5. Aphorif. 1

VIII.

*Οἱ διαλείποντες, ἀνωμάλως ὁ χλιαρόμβροιο, κοιλίης ἐμφυσωμένης, μικρὰ διαδίδουσι, ὀσφυαλγῆσαι μὲν κρῖν, τριπέτοι κοιλίαι καταρρήγνυται. οἱ δὲ περιγίετες πρὸς χεῖρα, καθροί, διψώδες, ἀσώδες, κοιλίης ἀπειλημύνης εαριωρόμβροιο ἐκλύονται. ἐπι δ' ὅτε καὶ τὰ ἐξέρυθρα ἐν ποσὶ χλαρογύματτα, τὰ αὐτὰ σημαίνει.*

*Febres intermittentes, inaequaliter tepescentes, inflata aluo, redente pauca, à iudicio lumborum doloribus factis, alui exturbantur. Amburentes autem si manu contigeris, torpidi, siticulosi, anxij, intercepta aluo, inducta grauitate corporis exoluuntur. Est autem cum ambusta valde rubentia in pedibus talia significant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc oratio varia est. Primùm enim de febre intermittente inaequaliter tepescente & recalescente. Hoc enim insinuat vox *χλιαρόμβροιο*: ex quo de vehementer vrente. πρὶ enim vim habet augendi. Atque vrens illa febris ferè continua est, quanquam & tertiana pura in ardentium numero quodammodo censatur. Postremò de ardore admodum rubente in pedibus. Febribus itaque intermittibus aut etiam continuis id sæpe accidit, vt inaequaliter, hoc est perturbatis periodis, neque statis interuallis caleant, tepeant, frigeant, horreant. Id quod efficit varia natura materię, in qua febris incenditur, quæque paulatim & inaequaliter tum mouetur, tum putrescit. Ac sæpe fit, vt intus quidem vno, altero vel pluribus diebus *ἀνωμαλία* illa sese prodar, postea desinat, putrefacta videlicet tota materia, vbi cõtinuitas febris fit manifesta. Quòd autem subdit, *κοιλίης ἐμφυσωμένης*, ostendit materiam

riam

riam crassam, viscidam, quæ cum non cedit calori, in flatus resoluitur, unde flatuosus venter, quæque non facile putrescat: idque inæqualiter, quia videlicet pars partem crassitie, cruditate, lentore superat, & vtraque loco disidet. Quæ enim calidior loco & igni vicina magis, celerius mouetur, & ignem concipit. μικρά διαδιδύσκεις. μικρά vel quia pauca, vel quia coacta & συρραδῶδη. Vtrumque fit viis lenta illa crassaque materia interceptis, ex quo excrementa diutius cohibita & febre refficcata in pilulas cogantur, & capræ stercori similia exeant. ἐσφυαλγῆσαι. Inter signa perturbationis criticæ ventris lumborum dolor est. Lumbos dico non musculos lumbales solum & vicinum spinæ os, sed & renes, & intestina, colō, & cæcum, atque vincula, quibus hæc omnia inter se copulantur. Itaque vbi natura materiam è superiori ventre, visceribus, & venis concoxit, viâque sibi ad excretionem aperuit, humor ita comparatus è tenuioribus primùm intestinis in colon & cæcū sese colligit, ex quo & sensilia intestina dolent, & vincula, vicinâque corpora distrahunt grauantque, unde lumborum dolor. Natura ergo eò concurrans, vbi dolor est, vt videlicet laboranti corpori suppetias ferat, vires colligit exturbatque quicquid nocere videatur. Id quod appellat ἐκτάρξιμ παραχῆν aliter quoque aliis locis, hic autem eadem sententia. κοιλία καταρρήγιωται, hoc est, καθυγρᾶνονται. Atque hæc omnia antea locis aliquot explicata. Hæc autem μετὰ κρίσιμ. κρίσις enim perturbationis est critica, quam sequitur vacuatio. οἱ δὲ πρὶν αἰεῖς. Ita vocare solet ardentissimas febres, & quibus opponit in Epid. βληγῶς debiles, in quibus videlicet non est ad manum calor vrens, sed languidus. Solet autem quod est morbi, aut symptomatis ægro, & rursus, quod horum est, morbo attribueret. ὠθροὶ torpidi. De torpore iam antè dictum satis, vt de siti, & iis, quæ dicuntur ἀσώδεις. ἀπόληψις autem ἀκοιλίης in vrente febre manifestam causam habet flagrans incendium medio corpore, unde excrementorū humor exarescit, de quo prius, vbi συρραδῶδη interpretabamur. βαρυνόμενοι duplici ratione graue torpidumque corpus efficitur eguis. Initio morbi vel externa causa, laboribus, vigiliis, aliâque commotione corporis. Interna quia in corpus copia effusa id efficit progressio morbo, exolutis viribus, dissipato calore & spiritu, quod in hac coitione fuisse videri possit, cum sequatur exolutio, ἐκλυσις præcipuè in eo genere febris, quam perurentem dixit. Potest tamen conuersa parte vitij ad os ventriculi, aut malignis vaporibus in cor sublatis id contigisse. Sed dissipatis spiritibus ardore febris fatiscit virtus corporis. ἐστὶ δὲ ἡ ὄνη. Dubitari potest, an velit ab accidentibus scriptis eiusmodi κατακλύματα sequi, an ab his ea accidentia. Fieri enim potest, vt in ardente febre, in quam incidant ea symptomata, abscessus fiat in crura, quomodo & liuida & nigra crura fieri scripsit in Prognostico. Ac rursus cum hæc sint recurrente in corpus materia, febris ardens aliâque scripta moueantur. κατακλύματα autem intelligit perinde ac si igne quodam inarderent crura. καυσάματα enim & κλύματα πυρώσεις velut incendia appellat Hippocrates, sed ad augendam vim mali ἢ additur, quomodo eadem ratione in voce ἐξερῶθρα, ἐξ particula augendi addita est.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**D**Vo potissimùm speciem crisis præmonstrant: morbi species, & humorum inclinatio. Vtriusque obscurum exemplum videtur contineri hoc Aphorismo. In pituitosis enim morbis pituitosa excerni necesse est: in mixtis, mixta: in biliosis, biliosa. Humoribus autem inclinatio intelligitur ex his signis, quæ apparent in ventre & infra diaphragma, si ad inferiora cursum inflectant: aut in crure & articulis, si ad abscessus conuertantur. Qui si mali sint, intro refluunt, & sæpe infirmata virtute hepatica profluuiio alui necant. Sic igitur quotidianæ febres cum vomitibus & deiectionibus pituitosis iudicantur: quartanæ nigrorum & variorū excretionibus semiterianæ, biliosorum simul & pituitosorum. Ardentes legitimæ sudoribus, hæmorrhagia, deiectionibus, tarò abscessu, nisi malo, aut in mixta materia, vel pituita falsa. In pituitosis ergo profluuium alui hæc denunciant, ventris distensio, pauca excretio, & lumborum dolor. Febris autem species describitur obscurius. Intermittēs videlicet, quæ inæqualiter incalescat. Est autem ἀνωμαλία in vniuersum quidem diuersitas

diuersitas non in qualitatibus contrariis, vt calido & frigido, quæ ἀνωμοία sunt potius, quàm ἀνώμαλα, sed in gradibus partium variatarum, metaphora sumpta à superficie corporum. In febribus verò propriè dicitur inæqualitas illa frigoris & caloris in cute ac toto corpore, aut potius sensus molestus illius inæqualitatis, qui ante accessionem febrilem exerceat ægrum, vel inæqualiter ad interiora reuocato calore influente, vel humore pauco & minimè acri per corporis habitum disperso & leuiter moto. Febris ergo ἀνωμαλῶς χλιαρόμυθος dicitur, quæ inæqualiter incalescit, vt vicissim perfrigescat, & calefeat æger. Hoc autem fieri potest pituita per corporis habitum diffusa; per suppurationem phlegmones, per feruorem humorum putrescentium, calorisque natiui extinctionem: & in hæmitritæis, & in epialis febribus, & in quibus multi humores in aluo putrescunt. In semiterianis enim ἀνωμαλῶς ἀνάβασις dicitur, cum per reduplicationem, aut per inæqualitatem, quæ fit breuioribus interuallis, in accessionis incremento modò incalescit æger, modò perhorrescit ob humoris biliosi & pituitosi inæquales motus. In epialis autem Galenus scribit frigoris & caloris sensum eodem tempore eademque parte contingere à pituita vitrea & acida, quæ moderatè, aut dimidio sui putret, ac parte quidem putrente calorem, integra verò frigus affert. Verùm species est quotidianæ continuæ: hic autem videtur intelligere de intermittētib. Quamquam vox ἀλάπειμ veteribus dicitur duobus modis. Sæpius quidem de intermittētib. quæ habent ἀλικρινῆ ἀνεσιμ puram remissionem: aliquando verò de his, quarum accessio non redit, insignes tamen faciunt mutationes singularum accessionum. Non enim perueniunt ad integritatem, sed manifestam habent remissionem. Ob idque cum synochis comparatæ intermittentes dicuntur: cum intermittētib. σωχεῖς continuæ. De his locum intelligi suspicari licet ex eo, quòd ardētēs opponit. Comparatio enim fieri debet inter ea, quæ sunt eiusdem generis. Vicumque fit, ex his, quæ annectuntur, humores crudos in aluo putrescere ostendit, ex quibus horrores & caloris vicissitudinem quandam fieri contingit. Horrescunt enim omnes, qui prauorum humorum copia redundant, dum repente & plurimùm incalescunt, vt Galenus docet in illum Hippocratis locum, In concubitibus quidam horridi fiunt. In his ergo ventis distenditur à flatu sine phlegmone, & sine intemperie hæctica: flatus autem mouetur in humore frigido & aquoso ἢ πλὴν σῆσεσι secundū consistentiâ, unde in Prorrhe. ἐμφοροσθηδῶσα ἢ γαστήρ, vter inflatus ob imbecillitatem caloris & febre flatuosum spiritum generantem. Quia autem bile carent deiectiones, ideo cohibentur. Nam ἀχολα excrementa bilis expertia cum minimè sint acria, nec intestina irritant, nec facillè exeunt. Pauca itaque reddunt ægri, id est, tenues & aquosas deiectiones, quæ resistant in ventre, nec eo modo penetrant, quo biliosæ. Dolor lumborum grauis copiam talium humorum & suppressionem denuntiat in intestinis, colo. cæco, & mesopolo, partibus diaphragmate inferioribus, unde merito expectandum alui profluuium μετὰ κρίσιμ, id est, post perturbationem criticam & morbi coctionem. Nam μετὰ cum gignendi casu idem valet, quod propositio σὺ: cum accusatiuo verò post crism, vel à crisi. Crisis verò non est excretio, vel abscessus, sed repentina mutatio, quæ antecedit. His febribus deinde opponit acutas & ardentis, quarum quæ tantum acutæ sunt, calorem febrilem æquè diffusum habent per vniuersum corpus: quæ verò simul reuera causi dicuntur, interiora vrunt, vel exteriora refrigerat. Omnium duo signa pathognomonica sunt, vrens calor, & sitis inexhausta, quæ continuatione potius, quàm magnitudine iudicari debet, quòd ardentium, vt alibi exposuimus, multa sint genera. Hippocrates incendium κλύμα & πῦρ dicere solet: hic eadem febres ποικιλῆς πρὸς χεῖρα amburentes, si manu contigeris, vel partes extimas, vel si malignæ sint, hypochondria. Prodit etiam se æstus aspectu linguæ exusta, siti, inquietudine. Addit ergo alterum signum pathognomicum, δριψιδείες, quia siticulosi sunt ægri, nisi vel delirent, vel non sentiant affectionem sitiferam extincta facultate, quæ est portionis appetens. Cætera signa malignitatem indicant, vt ὠθρότης torpor propter cerebri humiditatem, vel frigus, vel vtrūque. Veteres etiam mouendi corporis difficultatem intellexerunt. In vrente autem febre vel extinctionem caloris natiui, vel frigus lethale

6. Epid. comment. 3. 26

1. Epid. com. 3

3. Prorrh. 6

4. de diata in acutis.

thale calido affectui succedens, vel diffusionem pituitæ, quæ in cerebro continebatur, denunciat. ἀσθδεις anxi sunt ægri aut ab oppreffione virtutis: aut ab incendio in præcordiis concepto: aut cum nausea à prauis humoribus in ventriculo. κοιλίης ἀπελημμένης alio suppressa. In ardente exquisita scribit Hippocrates ventrem morderi, atque biliosa, liquida, & cruda deiici. Quod perpetuum non est. Hoc enim tantum euenit, cum morbus vehemens est, & humiditates acres ac tenues in ventrem confluunt, aut in ventre & hepate causi sedes continentur. Nam pulmone primùm affecto non admodum hæc fieri solent. In ardente à pituita salsa, quæ cum difficultate excernitur, alius quidem respondet, non tamen secundum humoris alicuius formam ac speciem, sed ob corruptionem alimentorum, quæ liberalius offeruntur, quàm in ardente exquisita. Supprimuntur ergo alius, vel quia alibi focus febris est, quàm in ventre aut hepate: vel fit colliquatio per transpirationem sensum fugientem propter raritatem corporis, bilis tenuitatem & caloris acrimoniam: vel bilis mouetur sursum: vel hepar phlegmone obsessum excrementa facit ἀσθδεις, aliquando æruginosa: cum infusitate, ichorosa, aut cruenta. Quæ subiiciuntur, omnium grauisima sunt. Vt enim à multo spiritu naturali & integra facultate animali expeditur corpus redditur ad motum, & æger alacrior in astringendo, & figuram decubitus mutando: ita his exolutis cum intemperie cerebri, aut cordis corpus proiectum, graue, torpidum, & quasi plumbeum iacet lethali signo, & natura fatiscete. Quod si id contigerit ineunte morbo, oppreffionem omnium virium significat, aut grauem intemperiem partium principum & viscerum nobilium, modò ne sit causa in peculiari vitio musculosi generis. Inde igitur ægri βαρυσώμνησι fiunt & ἀδύμνησι, graues & impotentes, proiecto corpore, præsertim manibus ac pedibus. Non enim differt corporis motus à motu naturali terræ deorsum, qua corpus est: sed facultatibus ab animo erigitur, & in omnem figuram mouetur. Oppressæ autem vel resolutæ morbo, vel fatigatæ à causa externa vigiliis, laboribus, Venere & similibus collabuntur, indeque existit eiusmodi symptoma. Verbum autem ἐκλύονται ambiguum est. Nam veteres Hippocratis interpretes ἐκλύονται interpretantur ἐκκρινόμενα, quæ excernuntur. Alij, quæ exoluntur, idque de corporis partibus dici intellexerunt: nonnulli de vniuerso corpore, quod sensu quidem torpeat, voluntaria verò motione exolutum sit. Galenus hepaticum verbum scribit, exolutionemque esse symptoma, quod immoderatas excretiones sequitur, non autem retentiones, vt secundo Epid. sanguine multo lassescere. Quomodo hic aptissimè sumitur. Nam infirmis viribus si excretio etiam critica incidat, ægri exoluntur. κατακλύματα significat rubores, quibus in modum erysipelatis ardent pedes, qualia postea dicit φλοιόδια. Contingit autem vt & totum vitium humoris acri ac biliosi, & eiusdem tantum pars in crura deponatur. Nam partes diaphragmate inferiores, nisi excretionem iudicentur, in crura in coxam abscessus mouent, quia cum his communicant. Hi autem cum intro recurrunt, talia symptomata significant, qualia diximus, pro natura partis ad quam refluunt. Vnde profluuium alui sæpe sequitur superata natura in illo irritato conatu, & facultate hepatis resoluta, non criticè, sed symptomaticè humores noxios excernente.

## IX.

Οἱ χειμῆρνοι τεταρταῖοι πυρετοί, ἐπιεικέως μεγίτανται ἐς τὰς ὀξείας νόσους.

*Hyberna quartana præter opinionem in acutos morbos transfert.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A** Estiuas quartanas & autumnales scripsit Hippocrates in legitimis libris, hybernas non ita. Quod efficit, vt non videatur hæc sententia Hippocratis. Docet enim

cet enim experientia raro fieri hyeme quartanas, & si quæ autumno fiunt, quæ in hyeme producantur, ne hæc quidem in acutos morbos desinunt, sed imperitia medicorum, & peccatis ab ægro in duplicem aut triplicem quartanam sæpius transcunt, non in acutam febrem, quæ bilem ferè materiam habet, aut puram, aut aliis humoribus permixtam. Scripsit fortasse hanc sententiam obseruatione, quam ex vno, aut altero ægro collegit, aut natura loci. Multiplex enim natura morborum ex natura regionum euariat. Neque tamen ignoramus quartanas, vt totum intermittentium genus, in continuas & acutas transire febres aliquando. Id autem in quartanis rarius contingit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**E**πιεικείως quid significet, dictum est antea. Hic autem vel moderatam quartanarum constitutionem designat, vel neque necessariò, neque raro fieri, quod dicitur, verum medio quodam modo. Vtrunque autem sumatur, vera sententia esse non potest. Nam quemadmodum æstiuæ quartanæ breues sunt facilitate excretionis, materiæ & pepasmixtæ autumnales longæ maximè quæ ad hyemen pertinent, eiusdem contumacia & suppressione. Siue autem aliis succedant, vt erraticis, siue lienis vitio aut hepatis nascantur, siue primigeniæ sint à crudis humoribus, vt in pueris, aut à melancholicis, vt in grandioribus, circuitibus potius iudicantur quarto mense, sexto, octauo, duodecimo, vigesimo, vigesimoquarto, per hæmorrhagiam, crassas & nigras vrinas, aut deiectiones, aut per longam coctionem, quàm in acutas febres transeant, nisi intempestiua victus ratione, aut medicamentorum præpostero vsu pro simplici quartana duplex, triplex, aut continua oriatur, quod Galenus scribit contigisse vsu theriacæ crudis adhuc humoribus. Ex acutis itaque per bilis vitione quartanas fieri certum est: ex quartanis acutas minimè. Quod si quando contigerit, vel vitium aliquod internum latet, vel prohibita vacuatione, quæ sudoribus moueri solet, & materia in venis putrescente, quartana continua oritur.

## X.

Κεφαλῆς πόνος σύντονος μετ' ὀξείας πυρετῆς, ἢ ἄλλης σημεῖος τῶν δυσκόλων, θανάσιμων. ἀνευ ὅσων συμπτῶν φάουλαι, ὑπερβάλλων τὰς ἑικοσὶν ἡμέρας, ἀμματος ῥύσιν, ἢ πόνον ἐν ῥινὸς, ἢ ἀποστρώσιαι ἐς τὰ χεῖρα σημεῖα ἐστὶ, μέγιστον μὲν νεωτέροις τῶν ἱηκονταετῶν τε, τὰς ῥύσιαι. τοῖσι ὅτι πρεσβυτέροις, τὰς ἀποστρώσιαι προσδέχεται.

*Capitis dolor vehemens cum acuta febre aliòque signo difficili, lethale. Citra verò signum malum, siquidem vice simum diem superat, fluxum sanguinis, aut pus è naribus, vel abscessus in partes inferiores significat. Maximè verò iunioribus fluxor sanguinis, quàm qui triginta quinque annos agunt, senioribus autem abscessus expectandi sunt.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**dem scripsit in Prognostico, vbi ὀδύνη ἐν κεφαλῇ dicit, quod hic σύντονον πόνον. Addit autem καὶ ξυμπτώσεις & continui. Dolor autem capitis inter propria signa acuta febris numeratur. Atque is ferè sinciput & frontem occupat, quia videlicet materia tenuior & caldior facilè permeat angustias venarum, quæ è maioribus vasibus occipitij in caput anterius disperguntur. Frigida verò crassa pigraque pituita, aut quiuus alius humor eiusmodi amplioribus vasibus occipitij restitant, atque hic ferè dolor inde commouetur. Vehemens autem dolor fit magnitudine & qualitate

causæ, hoc est, materiæ. Multa enim magis distendit grauâque, & quæ calidior acriorque, irritat grauius. Continuus verò, qui illic defixa causa, neque dimouetur loco, aut vaporum instar in halitum celeriter dispergitur. Id autem indicat sanatio, hoc est, hæmorrhagia, aut in pus versa materia, quæ per aures naræque diffluit translata in abscessum materia, nisi ægrum mors occupet. Itaque ad ea, quæ eduntur, signa conuertenda mens est. Si enim cum vrgeat dolor eiusmodi, aliud signum lethale appareat, delirium vehemens, difficilis spiratio, pulsus intercicidens, deficiens, vrina nigra, aliæque id genus, quæ hinc *δύσκολα* in Prognostico *θανε τώθεα* appellat, *θανασίμου* lethale: vel in Prognostico *ἀλθέρου κάρτα*, admodum mortiferum. Si verò nihil tale existat, nec vllum mortale signum appareat, aut, vt hic *φάλογ* malum, at potius salutaria omnia, & morbus viginti unum diem superat, & capitis dolor non acquiescit, sanguinis fluorem è naribus & eruptione *ῥήγν* in Prognostico, vel puris vacuationem, vel denique abscessum expectabis. Quamquam ante vicefimum atque adeo septimo, vel prius, hæmorrhagia sunt magis: post septimum sanguinis quoque & puris vacuatio: post secundum minus quidem hæmorrhagia expectari potest, suppuratio magis & abscessus. Ac dolor capitis auctus circa frontem & tempora sanguinem aut pus prænuñciat. Labor verò parte aliqua inferioris corporis illuc abscessum fore declarat. Addit autem ætatem. Florentibus quidem annis hæmorrhagiæ sunt magis & fluxus puris: declinantibus abscessus. Ac prius quidem anno trigésimo quinto florem ætatis circumscribimus, vbi initium ætatis deflorescentis, & cur ita eueniat, eodem loco exposuimus.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**D**ictum est hætenus de signis & symptomatis febrium pathognomonicis, superuenientibus & criticis. Deinceps agitur de morbis *ἢ τῶν* singularum corporis partium exordio sumpto à capite & inde ad inferiores vsque sigillatim facta progressionem. Exposuimus autem antea dolorem capitis vel localem habere in capite per generationem, vel ex inferis partibus præsertim venoso genere vaporosum sursum ferri spiritum, qui tenuium dolorem facit: aut biliosum excrementum, ex quo dolor mordax oritur. Verum qui excitatur propter commune vitium totius corporis, aut à vapore vel fuligine febrili, dum adhuc est in motu, sublata illius causa, simul quoque cum ipsa deletur: facileque discernitur à primogenio affectu, quia propriis capitis symptomatis non constat, neque continuò manet, sed aliis affectionibus succedit. Contrà fit primigenio affectu laborate capite. Nam exactè discernitur propriis accidentibus, qualia sunt hoc Aphorif. deinde perpetuus est, neque aliis præcedentibus superuenit. Triplicem autem in his doloribus primigenii distinctionem Hippocr. & Galenus obseruant. Vnam ab origine humoris prauis, qui continetur in capite. Aut enim aliunde in ipsum translatus est: aut in ipso genitus, vt si internus calor flauam illic bilem, aut crassum & atrum sanguinem superaffuit. Alteram ab eiusdem humoris temperamento, quod calidum est, aut frigidum. Tertiam à partibus affectis. Nam in externis, vt cute, ferè fit à calore: in pericranio à frigore. Interiores autem affectiones quæ interdum dolorem mouent, interdum sine dolore consistunt, aut sunt in ventriculis cerebri, aut in menyngibus, aut in vniuersis ipsius vasis, aut in neruosis partibus, aut in humiditate dispersa per cerebri corpus, aut in ipso corpore cerebri, in quo absoluta impressio facta est. De singulis autem dicitur suo loco. Ex his ergo doloris genus primigenium & lethale describit cum febre acuta non quòd febris acutæ succedat, sed quia febris acutæ causa fit & inter morbos acutos ac magnos numeretur propter nobilitatem partis affectæ, affectus vehementiam ac celeritatem, & materiæ *κασιθιαια*. Est itaque eiusmodi dolor lethalis, si tres conditiones in eo conuenerint. Prima est, si sit *συνεπνοσ*: in Prognostico interpretatur vehementem, continuū & pertinacem, id est, neque à vapore, aut fuligine, neque à perturbatione critica, sed ab intèperie calidissima, tensione & grauitate in menyngibus quam materia pertinax & acris mouet. Qualis est, in quo cerebrū inflammatione laborans ita sæpe intumescit, vt capitis futuræ disungatur (authore Paulo) cū cruciatu maximo ac diurno angore multo rubore

rubore in facie multo, tumore molli, oculis emisitibus, & apud Hippocr. secundo de morbis, Dolor caput corripit, & si paululum moueatur, bilem vomit, quandoque etiam vrinam difficulter emittit, ac desipit, & septima die quandoque moritur & nona quoque, atque vndecima. Septimam transgressus si sit, non eruperit per aures aut nares: si verò eruperit, euadit. Fluit autem aqua subbiliosa: deinde temporis progressu pus fit. Est ergo dolor hoc modo ingens: continuus verò & sine intermissione, quia in venis, arteriis & menyngibus materia concluditur, & ibi continuò feruet. Vnde sequitur altera conditio, nimirum febris acuta, quæ calidum humorem ostendit, & auget affectum, cuius est consequens. Tertia cum signo aliquo *ἢ δύσκολων*, ex his, quæ inter dubiam spem certū metum afferunt: vel, vt in Prognostico, ex his, quæ perniciofa sunt. Qualia autem sint, postea docebit, vt in cerebro priuationem vocis, dentium stridorem, oculi peruersionem, ruborem faciei cum tumore, vigilias, delirium: in ventriculo propter consensum, aruginosum vomitum aut atrabiliarium flaua bile exusta in capite à febre vehemētissima: in thorace difficultatem spirandi oppressa animali facultate: in venoso genere, vrinam confusam, rubrā, aut aqueam, vt in Polyphanto & Eualcidæ famula septimo Epid. Ex his itaque si quædam appareant, morbus perniciosus est. Quò autem plura accesserint, eò mors propinquior & certior. Periclitantur autem ægri insania & convulsione, nisi celeriter occurratur medici artificio, sanguinis missione, cucurbitulis, secta frontis vena, embrochis vocatis, & similibus. Sin autem salutaria omnia signa affulgeant, ægri liberantur suppurato die vicefimo, hæmorrhagia aut purulentæ materiæ excretionem per os, aures & nares: aut abscessu ad partes inferiores. Sed adhibenda distinctio. Nam intra primam septimanam hæmorrhagia magis expectanda est, & in iunioribus propter virtutis robur, caloris copiam, & humorum tenuitatem. Proinde Galenus ita disponit vniuersam sententiam. Si verò ex his, quæ didicisti, de ægro tanquam conualituro speres, à principio quidem ad septimum diem sanguinis è naribus profluuiū expectato. Procedente verò tempore id etiam eueniet. Pus autem exibat è naribus, aut auribus in salutem ægri. Si verò viginti dies excesserit, tum etiam sanguinis eruptionem rariorem expectabis: magis verò suppurationem, aut abscessum ad inferas sedes. Per id verò tempus, quo sanguinis eruptionem speraueris, augebit tibi spem, si circa tempora & frontem dolor vehementer perseuerauerit.

## XI.

*Περὶ μέτωπον ἢ ἐκ προτάφου ὄντος τῆς πύλης, καὶ συντόμης ῥύσιας.*

*Si verò circa frontem ac tempora fuerit dolor ille pertinax, fluxiones.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Id satis expositum est antè.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**I**n syncipite dolor per consensum acrior est, cum magna calidorum vaporum copia per arterias fertur vtrinque per colli fornacem rectà ad anteriorum partem capitis. Eò enim venæ & arteriæ desinunt, & per sanitatem tenuia & vaporosa excrementa per synciput maximè transpirant ob futurarum raritatem, & cranij tenuem ac fistulosam constitutionem. Huc accedit, quòd illarum partium sensus exquisitissimus est, præsertim propter membranas & pelliculas quasdam, quibus panniculus crassior cum pericranio coniungitur, penetratque tenuium vasorum copia. Nam cum magnitudine æqualia fuerint, pathemata, partes, quæ suapte natura acrius sentiunt, acrius quoque dolent. Verum oppresso cerebro, & primigenio affectu laborante, grauitas in temporibus, fronte, & naribus cum vehementiore dolore duo significat, materiæ suppressæ appulsum ad extremas venarum

propagines, quæ à iugularibus & carotidibus ducuntur: & eiusdem tenuitatem atque acrimoniam, quæ per meatus angustissimos in frontem subit, qua parte venarum aperiri solent. Nam crassior pars manet in amplis venis ad occiput. Auscus itaque in his partibus dolor non immeritò hæmorrhagiæ signum est.

XII.

Οἱ κεφαλαλγία καὶ ἤχοι ἐμπυρέτοισι, καὶ σκοποδίνι καὶ φωνῆς βραδύτης, καὶ νάρκη χειρῶν, ἢ ἀποπληκτικῶν, ἢ ἐπιληπτικῶν προσδέχου τούτους ἔσονται, ἢ καὶ ἐπιλησμονας.

Quibus capitis dolor, sonitus aurium sine febre, tenebricosa vertigo & vocis tarditas, manuumque torpor, hos vel apoplecticos, vel epilepticos, vel denique obliuiosos fore expecta.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

DEscribit symptomata, quæ affectum cerebri crassa viscidâque pituita consequuntur, præsertim ventriculos, tum qui posterior est, quâque defluit in spinâ spiritus, tum priores. Ac posteriore occupato epilepsia fit magis, anterioribus apoplexia: ab intemperie frigida, quam cerebrum irrigatum eo humore contrahit, obliuio. Ac fit aliquando, vt derepente memoria exoleat, cum nullus manifestus morbus se prodât in corpore, refrigerato nimirum cerebro. Quod certe malum vel epilepsiam, vel apoplexiam denunciât non abs re veteres prodiderunt. Perfrigeratum enim semel cerebrum, & ideo imbecillum magnam vim pituitæ colligere necesse est materiam vtriusque mali. Quamquam ignorata causa, aut non ita comperta in pestilenti illa tempestate, cuius Thucydides meminit, multis, qui conuulerunt, sic oppressa fuit memoria, vt neque nominis proprii extaret memoria, neque familiares ac domesticos agnoscerent. Sed ad rem. Capitis ergo dolor grauis & somniculosus, & maximè qui derepente fit, inter præcipua signa ponitur futuri mali grauioris, epilepsiæ, apoplexiæ, repentinæ obliuionis. Atque is ferè fit subito concurrente in caput pituita, aut quod verisimilius in eo collecta, & iam primum ventriculos occupante, ac præter modum intercipiente. Intemperies quoque idem efficit, quam humor frigidior imprimi cerebro. Atque ἤχοι sonitus strepitusque in aures distractus commotionem quandam materiæ, interiorémque perturbationem indicat, quomodo & σκοποδίνι. Perturbatus enim atque conuolutus spiritus, velut turbo quidam in capite circumagitur, vnde tenebricosæ vertigines. Sic autem vox tarda est & oratio, vt etiam balbutiant, neruis & instrumentis tum vocis, tum sermonis immodico humore languentibus ac propè resolutis. Ex eadem causa manuum torpor est iam irrigata spina, quæ cervicem habet & dorsi initium, vnde nerui in manus deducuntur. ἀποπληκτικῶν non solum apoplexia peculiariter dicta correptos dicit Hippocrates, sed medio corpore, vel parte aliqua resolutos, quomodo ἀποπληκτικῶν crus appellant. ἐπιλησμονες autem obliuione morbo correptos, quomodo in libro de morbo sacro, à pituita (inquit) δ' ἀνδροπικῶν ἐπιλησμονας.

DESID. IACOTII COMMENT.

IN febribus ab inflammatione cerebri, aut biliosa materia in venis feruente spiritus flatuosi sæpe feruntur in caput, qui & vertiginis & aurium tinnitus causæ sunt, vnde significatio fit melancholici delirij ab vstione bilis per Aphorismum Prorrheticum, Si in ardente febre aurium sonitus cum caligine fuerit, proueneritque in naribus grauitas, mente ex melancholia aberrant. Hanc causam, vt excluderet, addidit ἀπυρέτοισι. Nam hæc symptomata absque febre accidentia cerebrum ostendunt, neque inflammatione obsessum, neque bile feruente, sed humore pituitoso, aut melancholico, aut sanguine copioso, cum multo flatulento spiritu per interiores cerebri angustias agitato, qui si vniuersam cerebri substantiam oppleat, aut

z. Prorrh. 13

aut meatus ipsius cerebri & spinalis medullæ ita intercipiat, vt neque spiritui animali pateat ad inferiora exitus, neque vitali aditus ad superiora, apoplexiam non multo post fit allaturus, aut epilepsiam, si ventriculos tantum afficiat. Etenim apoplexia ab humorum copia: epilepsia à qualitate & motu eorundem potius commouetur, id est, vel à pituita, vel à melancholico humore, vel ab aura venenata. Ob idque in senibus apoplexia frequentior est, tum ob humoris frigidi redundantiâ, tum ob facultatis infirmitatem, quæ nõ irritatur ad expulsionem, nisi à valida causa. In pueris contra. Cephalalgia ergo caput affectu ostendit. Est enim nomen generale, quemadmodum cephalca peculiare in dolore diuturno & inueterato, qui propter coniunctam capitis imbecillitatem per intervalla repetit, & facile irritatur. Aurium verò sonitus humorem multum denuntiat, ex quo flatuosus spiritus commouetur à calore, neque vincente, neque victo, qui exitu prohibetur, vnde illius humoris agitatio & perturbatio significatur, modò ne sit à vaporibus è ventriculo, aut somno intempestiuo à cibo. Is autem spiritus flatulentus si non solum in aurium meatus dispergitur, sed etiam ob humoris copiam per anteriores cerebri ventriculos circumuoluitur, vna quoque spiritum animale inordinate mouet, ex quo δ' ἴνι nascitur, id est, vertigo, in qua videtur caput circumagi. Si verò simul crassus quidam humor, aut spiritus in oculos inuaserit, ac per purissimos illorum humores suffusus fuerit, σκοποδίνι vertigo tenebricosa dicitur. Magnitudo autem affectusprehenditur ex eo, quòd plures partes simul affectæ sint, caput, aures, ventriculi cerebri, & oculi. Nam si acruata in cerebro humiditas exitum haberet, ac in thoracem, guttur, asperam arteriam, os, aut nares expurgaretur, nullum afferret periculum, præterquam tussis, grauedinis, rauicitatis, & similia. Omnis autem spiritus flatuosi in capite generatio, siue ibi sit localis, siue ex imis partibus eò feratur, turbationem indicat, mediâque est affectio inter salutarem & perniciosam. Nam natura crassos humores aggressa soluit quidem in status, sed non

Proinde vertigo tenebricosa parua quædam epilepsia dicitur, & apoplexiæ prænuntia est. Quia autem in magnis affectibus materia redundans communicat ortis & vicinis partibus, addit vocis tarditatem, quæ diffusionem prauis humoris significat in vocalia instrumenta & in exortum spinalis medullæ. Nam cum neruos, qui vocem in articulos conformant, & linguam mouent, madefacit, linguæ tarditatem, aut paralytim, aut balbutiem, vt in ebriis, accersit. Cum verò in musculos thoracis præsertim intercostales decubuit, aut neruum recurrentem diluit, vocis tarditas existit, impedito ab humiditate spiritus animalis exitu, & facultate oppressa, quæ motus thoracis & exsufflationis causa est. Eandem materiæ diffusionem in partes neruofas manuum stupor confirmat inchoata obstructione in cervicalis medullæ principio, vnde nerui ducuntur in manus: quæ si absoluantur, humiditas glutinosa & crassa facillè dissoluet neruorum robur, ac impeditam iam per stuporem spiritus animalis vim planè intercipient, vnde in parte paraplegia, in toto apoplexia. Interdum etiam totius corporis vniuersalis conuulsio cum mentis & sensuum oblatione oritur, prout nimirum in hanc vel illam partem humor reperit, aut maiorem minoremve obstructionem spiritus animalis fecerit, aut æger paratior ad hanc vel illam affectionem fuerit. Nam in pueris, quibus acrior sensus est in cerebro ad percipiendam noxam, & in pauca materia, quæ quasi spumescit ac turget, familiaris est epilepsia. In aliis, præsertim quibus crassum caput est, & collum breue, apoplexia. Cum verò non solum in corpus, sed etiam in mentem repit, ἐπιλησμονες stupidi & obliuiosi fiunt, aut lethargici. Perit enim aut minuitur memoria à frigore, cui si coniuncta sit siccitas, stultitia: si humiditas, sopor existit.

XIII.

Οἱ κεφαλαλγίες, κατ'ὄχως παρακρύοντες κοιλίης ἀποληρθεῖσιν, ὄμμα, γραβιθίντες, δὴθηροί, ὀπτιοδολοσώδες γίνονται.



Qui capite dolent firmiter, delirantes, alio suppressa, feroci aspectu, rubore in facie efflorescente, in posteriorem partem conuelliuntur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Non satis constat qua ratione dicat capite dolentes κατόχος. Siquidem κατόχος interpretatur cum Galeno, qui catoche morbo teneantur. His enim sensus motusque corporis nullus est. At sine sensu dolor non est. Itaque vel κατόχος firmiter & de dolore pertinacius herente dici conuenit, quomodo quidam exponunt orationem Prorrhethici, in qua κατόχος legitur. Alioqui necesse est deinceps sequi capitis dolorem & κατόχου, quanquam hic morbus ferè derepentè hominè occupat. Vidi qui & subito cum integerima fruerentur valetudine, eo malo deprehensi, ut nisi interrogati non respondissent, non animaduertetur vitium accumbentibus in mensa. Vidi qui è delirio in catochen inciderunt, alijs è febre. Quibusdam, ut modò delirarent, nunc conuellerentur, nunc κατόχος iacerent. Oportet igitur hæc omnia in ægro vno aut altero authorem animaduertisse, atque adnotasse ad memoriam, ut si sapius aut semper idem videre contingeret, vniuersalem inde sententiam colligeret. Ac varius is affectus est. Quidam enim ingemiscunt, alij iulsi, ut linguam exerant, ut cunque intelligentes, ut id præsent, annuntiantur. Alij memoria retinent, quæ audiunt. Audiunt autem obtusè, præsentem agnoscunt, sed nec loqui possunt, nec corpus mouent, quomodo condiscipulo Galeni contigit. Nonnullis sic actum malum est, ut rigidi immotique iaceant, nec vllum signum edunt sensus, motus, memoriæ, aut intelligentiæ. ὄψιν ἔχοντες autem non quia loquantur absurda, aut gestu delirium referant. Non loquuntur enim, neque mouentur. Oportet igitur intervalla quædam esse, vbi & gestu & sermone delirium ostendat, alia vbi κατόχοι iaceant, quod nos vidimus. ἐκ ληθραίων καὶ λήθης. Id sæpe fit quod ante diximus, ut materia in caput conuersa alius supprimatur, neque ob id tamen reliqua sequi necesse est. ἴμματα θρασυτέρητες. Et hoc quoque perpetuum non est, neque proprium catochi, sed magis phreniticum signum. Est enim in catoccho affectus, qualis intuentium & aliquid volentium ad mansuetudinem potius, quam ad audaciam ferocem pertinens. Oculis enim sunt apertis & fixis magis, quomodo phreniticis exerti, inconstantes & varij. Hic ergo variè commutabatur affectio, ac modò quidem humor concitabatur, modò obtorpescebat. ἀνθῆροι inter signa propria catochi color est in facie floridus & admodum rubens, quomodo exercitatis & bene pastis esse consuevit. Est autem ἀνθῆρον ἐξερυθρόν, & quod admodum rubet à copia intercepti sanguinis & calore. Atque is color iam ad melancholiam vergere scripsit in Epid. multò magis si cum mœstitia iunctus est. ἀπιδότον ὄψεσ. Id eorum est, quæ iusta quidem ratione, sed non perpetuò consequantur, à graui capitis dolore & delirio: à catocche verò partium faciei conuulsio, sed eorum præcipuè musculorum, qui σιαγώνη & κροταφίτη appellatur, unde dentium stridor & buccarum contractio.

DESID. IACOTII COMMENT.

Superiore Aphorismo docuit διάγνωσιν & πρόγνωσιν doloris capitis à multo humore & flatulento spiritu: hoc verò idem facit in eo, qui à siccitate & multo calore ortum habet. Capitis ergo symptoma est dolor: cerebri verò catoche ac delirium, oculus ferocis & facies rubore suffusa tum affectus magnitudinem, tum verò materiæ motum, diffusionem, qualitatem & copiam demonstrant, unde metus affertur conuulsioni, si in partes neruofas inuasit, aut melancholicæ insaniæ, si sanguis yratur, & cerebri substantiam diluat. Copia affectum auget, & certiore facit mortis prædictionem, nisi parotide, hæmorrhagia, alui profluuio, aut artificio medici natura exoneretur. Aluus autem suppressa capitis affecti haudquaquam signum proprium est, sed inferiorum partium in ægri perniciem conspirantium. Auget enim capitis affectus euaporatione, & materiæ superiora inclinatione. Ex his

his præmoneri nos perspicimus, in cognitione, prædictione, & curatione morborum imprimis conspiciendum esse qualis sit materia, vbi, quanta, an maligna, an in motu. Ab his duobus timor incitatur maior, quàm ab alijs. Deinde an partes aliæ in sympathiam trahantur, aut in eundem affectum conspirent. Nam quæ singularum affectionum signa particularia opinionem tantum faciunt & coniecturam, eadem cum alijs iuncta scientificam afferunt certitudinem. Hæc in vniuersum. Modus autem effectus in singulis symptomatis sic habet. Cephalalgiam parit aut intemperies, aut distensio, aut vtrumque (ut hoc loco) in menyngibus, venis, arteriis, & neruosis partibus à copia materiæ calidæ. κατόχος verò aduerbium in catocche modum, significat & affectus affinitatem potius, quàm affectum ipsum. Propterea subiicit ὄψιν ἔχοντες, quia stupent simul ac delirant, ut in melancholica insania. Nam in verà catocche & absoluta à concretione sanguinis in venis cerebri & siccitate, propter quam ligni instar rigidi manent ægri eodem statu, quo deprehensi sunt sine sensu ac motu, delirium neque fieri, neque obseruari potest, neque oculus ferocitatis & audaciæ speciem præbet, sed apertus & immotus manet, ut in comatosi affectibus & cataphoricis clausus propter humiditatem, quæ neruorum firmitatem dissoluit. Catocche verò generalius sumpta, inter soporosos affectus numeratur, multòque gradus habet intensiōis ac remissionis, & initio cum leuissima est, loquelam non omnino admittit, neque principum facultatum actionem. Ob idque Galenus refert in Prorrhethico, vbi hæc sententia scripta est, condiscipulum hoc malo correptum ex assiduo studio, & vidisse, & audiuisse, & meminisse, quanquam obtusius. Iacebat tamen rigidus & immobilis, atque oculis apertis, eos, qui aderant, attentè intueri videbatur, ut ne conuieret quidem, mutus & sine voce. Horum igitur delirium deprehenditur, vel quia antecedit, vel quia sequitur catocchem, vel affectus leuior est, in quo licet attoniti ac stupidi videantur, aliquid tamen submurmurant, ut in melancholica & silente ecstasi. Tremulæ, obscuræ, blædæque & contrectabiles desipientiæ, valde phreniticæ. Ac videtur eadem hoc loco esse causa melancholicæ affectionis & catoches, unde sequitur ferocis aspectus, de quo Hippocrates, Oculi ferocitatis delirium portendit, atque eiusdem inordinatus proiectus, peruersionisque malum: & in Prorrhethico, Quibus conuulsis oculi fixi relucet, non apud se hi sunt. Eiusmodi est oculus exertus, toruus, & cum ferocitate quadam quasi scintilla relucens. Huic contraria est ἑπίλησις, oculorum inordinatus proiectus, & instabilis ab infirmitate facultatis, quæ apertos oculos tenere non potest. ἀνθῆρος, id est, florentis in capite cum multo calore collecta. Minus saturatus rubor est à copia sanguinis crassi in capite cum multo calore collecta. Minus saturatus rubor est à fuligine inflammati pulmonis, aut in perturbatione critica hæmorrhagiæ, aut in parotidum generatione cum salubriter cunctatus fuerit morbus, aut in febribus, in quibus vehementissimus quidem calor est, sed materia sanguis, ut in synochis quibusdam. Hic autem rubor obscurior apparet cum febre acuta & mœstitia, unde melancholicus affectus præmonstratur. Rubescit etiam facies ante sudorem, multò magis circa statum ante eruptionem ecchymatum rubrorum, sed sine mœstitia & constantia. Hic ergo nisi natura morbo robustior inuenta copiam depleat per hæmorrhagiam, aut in glandulas reponat, aut alui profluuio, vel suppuratione facta excludat, cum capitis dolore manifestum conuulsioni periculum denunciat cum distensione cervicis & scapularum, quam ἀπιδότονον nominat. Rectius tamen, ut admonet Galenus, notam dubitandi ἀρα adiecisset. Quia non semper rigent in scapulas, sed interdum melancholici moriuntur, interdum aliter conuulsi in temporalibus musculis cum dentium stridore & buccarum contractione. Aluus autem suppressa, quod semper capitis symptomata cumulet atque adaugeat, inter signa conuulsioni recensetur.

2. Prorrh. 56

XIII.

Τὰ ὑποεπίοντα κεφαλῆς, ὄμματα ἐξέρυθρα παρακρῖνοντα (αφῶς, δλῆγρια. & ξυμπαθῆσκει τῆστο, ἀλλὰ παρ' οὗς ὀδῆμα ποικίει.

Qui morbi succussionem aut pulsationem inferunt capiti, & prarubros oculos reddunt, deliriumq; mouent manifestum, lethales sunt. At haec non commoriuntur, sed ad aures tumorem excitant.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Υπόσσεισ & succussio capitis neruorum grauem iniuriam ostendunt, infirmitatemque eius animae, quae in cerebro sedem habet. Id autem efficit interna inflammatio membranarum cerebri, vnde & oculi prarubri sunt. & enim in voce & εφευδρα, augendi vim habet. Atque cum eiusmodi rubor oculorum ab inflammatione vel stomachi vel cerebri oriatur, ad cerebrum potius referenda causa est. Nihil mirum igitur si manifeste, hoc est, valde delirant. Id enim σαφως intetdum significat. Recte igitur ἀλθρα lethalia pronuntiat. Absurdum autem quod sequitur ε̄ ξω αποθνήσκει τῶτο. Quid enim velit, parum constat, nisi τῶτο dicat concursum eorum symptomatum non protinus, neque celeriter morte aboleri, sed prius parotidas mouere, vnde mors sequatur, recurrente materia, aut minus quam conueniret, exclusa. ξω αποθνήσκει interdum morbos dicit Hippocrates, vt in Aphorismis, χροίσι, & συχνα σκαυ, qui vt non ita cito mortem adferant, non curantur tamen, & in totam vitam perdurant, quomodo comitialis morbus, qui neque pubertatis annis, neque ante vigesimum quintum dissoluitur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Symptomata sunt vehementis phrenitidis per inflammationem cerebri & bilis flauae mutationem in atram, in cuius sympathiam dura menynx & pericranium adducuntur, & proxima ac prima coafficiuntur propter magnitudinem affectus, vt tempora, oculi & totum ipsum caput. Primum autem signum obscurius explicatur per hanc vocem τὰ ὑποσείοντα κεφαλῆς: in Prorrhetico τὰ σείοντα κεφαλῆ κῆ τὰ ἀλώδεια, id est, quae caput quatiant & trinitum aurium mouent, inter signa haemorrhagiae ponit, vel mensium in mulieribus, cum aestu & ardore circa spinam: vel dysenteriae. Ex veteribus interpretibus nonnulli capitis omnia symptomata eo nomine generali comprehendendi existimarunt, vt antea vocem πονηρέυειδι male affici, de omni affectu ventris vsurpatam diximus. Alij pro venarum & arteriarum in temporibus palpitatione, aut pulsatione vel quodammodo vibrante, vel tremula sumi aiunt cum motione quadam aspestabili totius capitis. Quam sententiam magis probat Galenus. Hoc autem fieri solet in vehementibus capitis doloribus cum multa caliditate, & a translatione critica, aut symptomatica multi, biliosi, & feruentis sanguinis in caput, aut ab inflammatione magna cerebri, cui cum oculi condolecunt & consentiunt tanquam primae origini, prarubri euadunt. Proinde addit ὁμοιωτά εφευδρα. Ita enim dicere solet Hippocrates εφευδρα, quae saturato rubore suffusa sunt, & quae aliquantulum exeunt ex ipso rubore: quod indicat praepositio τῶ ε̄. Sic in Epidemias Galenus colores εφευδρα interpretatur valde rubros a vehementissima quidem caliditate, sed materia sanguine in febribus synochis. Oculi autem valde rubent in continuo & acutis aut vi perturbationis critica, quae antecedit haemorrhagiam, si rubor ille circa statum subito incidit (magnam enim vim tum habent oculi prarubri inter signa haemorrhagica, vt scribitur in Prorrhetico) aut magnitudine inflammationis cerebri, vel ventriculi per Aphorismum, A vomitu singultus & oculorum rubor, malum. Nam (ait Galenus) neruorum principium, vel ventriculum ingenti phlegmone obtideri significat, sed cerebrum magis: quemadmodum τὰ ραφίς conturbatio oculorum, aut varia motio, aut puluerulenta affectio & peruersio signa sunt principij cuiusdam phlegmones. Fit autem rubor ille in coniunctiua, quae ortum habet a pericranio & dura menynge, vnde quoque venulae descendunt, in quas pars sanguinis a parte inflamata, aut translatione critica redundat, vt in temulentis & ophthalmicis fieri solet. Superiore aetate vidimus in febre cum delirio & conuulsione non solum coniunctiuam, sed & superiorem palpebrae

3. Prorrh. 50

6. Epid. com. 1

3. Prorrh. 44

7. Aphor. 3.

1. Progn. 3

pebrae partem macula pupurea & nigrescente infici, in puella quae praeter spem conualuit. Oculorum alba (inquit Galenus) si rubra reddantur, sanguinis copiam indicant in cerebro & illius inuolucris, interdum etiam inflammationem, praesertim si aegri delirant manifeste. Ob idque addidit παρακρόντα σαφως, manifesta deliria, ad differentiam obscurae, tremulae & silentis phrenitidis. Quod itaque horum signorum syndrome lethalis sit, manifestum est, nisi parotidibus, aut potius haemorrhagia, aut alia insigni vacuatione cerebrum oppressum liberetur. Quare si pro ditione, ἀλλ, reponatur τὸ ε̄, aut aliquid simile, facilius & apertior fuerit sententia, quasi diceret, non commoriuntur, si circa aurem tumorem faciunt. Non enim haec absolute funesta sunt, sed vt plurimum. Verum addere oportet, nisi haemorrhagia, aut abscessus, aut puris abunde cocti excreatio sequatur, vt in libro de diata in acutis scribitur, commentario secundo. Haec enim inflammationibus, & superfluenti sanguinis copiae consequentia esse solent.

XV.

Κεφαλαλγία μεθ' ἔδρης, ἢ αἰδοίων ἀλγῆματος, ἢ νωθρότητα ἢ ἀκησίην παρέχει, ἢ φωνὴν παραλύει, & ὕψος ἢ χαλεπὰ ὑπνώδεις ἢ ἢ λυγρῶδεις γίνονται ἐνάτω μηνί ἐκ τέτων, φωνῆς λυθείσης ἐς τὸ αὐτὸ χερίσανται.

Capitis dolores cum sedis pudendorumque doloribus, torporem impotentiamque corporis inducunt, & vocem resoluunt. Haec quidem grauiora non sunt, somniculosi vero & singultuosi sunt, nono mense soluta voce in pristinam conditionem confirmantur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Articularis sermo, sed parum coherens. Nihil enim habet commune capitis dolor cum dolore sedis aut pudendi. Nam & haec dolent incolumi capite, & hoc aliis bene valentibus, nisi si quando per spinam fiat communis iniuria. Vix enim per venas & arterias. Ac videtur hic affectum caput copia frigidae materiae, vnde torpor, & quam ἀκησίην dicat, hoc est, ἀκίνησίαν & motus impotentiam. Irrigatis enim neruis atque refrigeratis torporem & impotentiam motus aegro accidisse par est, vnde & vocis resolutio vocalibus neruis eadem iniuria perculsis. ταῦτα ἢ χαλεπὰ. haec quidem grauiora non sunt, quia videlicet mortem non adferant, aut tardius adferant. ὑπνώδεις δ' ε̄. somniculosi & singultuosi sunt. Iure quidem somniculosi frigidior humidioreque cerebro: singultuosi neruis ad orificium stomachi pertinentibus communi iniuria laecessitis. ἐνάτω μηνί. mirum cur nono mense, cum longiores morbi magis paribus mensibus soluantur. φωνῆς λυθείσης. restituta voce. λένει enim Hippocrati de morbi depulsione dicitur, vt ἀποπλησίαν λένει, & aliis locis ferè infinitis. Notata autem aut quia breuitate vocis restitutione motu quoque redditum & torporē excitatum intelligit.

DESID. IACOTII COMMENT.

Haec symptomata neque sunt δημοσδία neque δημογενή, neque praestant, quod illis tribuitur. Itaque frustra horum omnium vniuersalis ratio quaeritur. De sedis dolore dictum est antea. Mouetur ab intemperie & solutione continui, quam mala colliquatio & labores multi in diuturnis morbis pariunt, aut ab abscessu per tinesmum, aut haemorrhoidibus. Resolutio quoque ani in diuturno alui profluuiio obseruatur tanquam signum lethale. De testibus ac pudendis ita scribit Hippocrates in Prognostico, Testes ac pudendum contracta fortes significant dolores, & periculum lethale. In affectibus enim capitis, & his, qui dolore explicare nequeunt, vt in pueris ac phreniticis, quoties contrahuntur, naturam laborare, & mortem esse in propinquo denunciant. Etenim qui moriuntur, ferè omnes couelli solent, idque aut conuulsione vera, aut respirationis interceptione, sub qua palpitant aegri, atque omnibus partibus praeter labore ac dolore contrahuntur, aut acrium exhalationum

1. Progn. 3

morfu

morfu vellicantur, quas victrix materia propter malignam putredinem in cerebrū & partes nervosas emittit. Præterea cum vitalis facultas emoritur, nec amplius ad extimas vsque partes promoveri potest, in cor, quasi in arcem, quod superest caloris & spirituum, sese recipit. Partes verò comitatur, & vna in suam originem recurrunt, sicuti & versus locum dolentem contrahi solent tanquam subsidij causa, vt in his, qui torquentur, videre licet. Sic itaque testes ac pudenda reuolluntur vel propter dolorem, vel facultatis ad sua principia recursum. Modus verò etiam duplex. Prior est, quando conuelluntur cremasteres muscoli, quibus testes appensi sunt, & alij, qui præfunt motui pudendi atque excretioni seminis, idque præsertim in febre à siccitate, aut proximè futura conuulsione in cerebro. Posterior, quia cum multo flatu ac spiritu per arterias insignes, quæ eò perueniunt, turgere soleant, simulque vitalem facultatem inde recipiant, hac intro recurrente simul quoque partes ipsæ rapiuntur. Manifestior autem est & facilior contractio in his ob rugas, quibus à natura donantur ad dilatationē & tensionem. Sic ex leuiore conuulsione testium grauior in cerebro, aut toto corpore præmonstratur. Addunt quidam in morbis infra septum transversum lethale esse, si testium loculi flaccescant & elanguescant. Ex eo enim significari facultates naturales cōcidisse, omnēque vitales spiritus, qui vitam faciunt, collapsos esse. In conualescentibus corrugatos esse debere, pudendumque rigidulum, quasi reuiuiscat, & ad obeundas functiones deniuo accingatur. Cæterum licet omnes ferè partes principes consensum habeant cum testibus, cerebrum, hepar, & cor, quadamtenus etiam thorax, nunquam tamen eum torporem adferunt, aut vocis priuationem, quæ nono mense soluitur, & Galenus docet, testibus ac pudendo non ita cerebrum condolefcere, aut consentire, quia reuera partes nervosæ non sint nisi substantiæ similitudine, quamuis per venas & arterias caput repleant. Cum tamen actionibus, quas ab animali facultate habent, destituuntur cum capitis dolore, affectum cerebrum denunciant, quemadmodum in dolore vesicæ, & suppressione vrinæ torporem vidimus affecto neruorum principio, vnde æger interit. Dicitum enim est alibi periculum subesse grauius affecti cerebri, cum ad harum partium affectiones dolor capitis cum torpore accesserit.

3. Epid.

XVI.

Ασκαριδῶδες ὃ γενόμενοι ἐν κεφαλῇ κώφους καὶ κώμα παρακοῆς θοῦντα, τὰ παρ' ἑσ' ἐπαίρει.

Qui tennes longosq; vermes gignunt in capitis dolore surdis soporēq; pressis tumores ad aures excitantur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Ασκαριδῶδες dicitur, qui lumbricos ascarides colligunt. Sunt autem ascarides, interprete Galeno in Exegesi vocum Hippocratis, ἐλμίνδες ἰχθῆαι ἢ μακρὰ ἢ ἄπειροσμοῖνα ἢ ἴτερα γενόμενα, lumbrici tennes & longi, qui in postremo intestino generantur. Scripsit Hippocrates quarto de morbis, in muliebri sinu, pudendoque gigni, & nos scimus e meatus urinariis cum vrina excludos. Sed raram quod scribit in ascaridibus surditatem factam & κώμα, quod profundum intelligere par est. Nihil enim eiusmodi videre licuit, nec rationi cōsentaneum est. Quis fiat enim, vt collecta pituita putri in postremo intestino tanta vis sit vaporis, vt & surditatem & κώμα inuehat. Ac verisimile quidem est in eodem agro affectum caput hæc inuulisse, qui & ascarides ex intestino excluderit, τὰ παρ' ἑσ' ἐπαίρει. quid vox ἐπαίρει, cum ἐπαίρει prius exponeremus, satis declaratum. At parotides agro contigisse par est non ab ascaridibus, sed pleno & laborante capite.

DESID. IACOTII COMMENT.

3. Proverb. sub finem.

IN Prorrhetico eadem ferè sententia legitur hoc modo, In capitis dolore coma & surditas abscessum aliquem post aures eruant. Vbi merito nulla fit mentio ascarj

ascaridum. Nihil enim conferunt ad prælagium parotidum. Tantum denuntiant crudiores pituitam in intestinis colligi, vnde generantur tum vermes alij, tum qui ascarides dicuntur, tennes & longi: morfu autem & pituitæ putredine ac vapore varia symptomata creant, de quibus dicitur alio loco. Ob idque Hippocrates non à vermibus, sed à vermium exclusione quid prælagendum sit, docet. Etenim qui sine excrementis exeunt in acutis ineunte morbo cruditate significant, & malignam putredinem. Excrementorum enim absentia vermes quasi in fuga esse ostendit propter vim corruptionis. Contra verò imminente crisi si cum excrementis descendant, spem salutis afferunt, quia inde & naturæ robur, & materiæ bonitas declaratur. Nunquam verò parotides aut significare, aut facere possunt, nec quicquid cum illis commune habent, quod in signis desideratur, multò minus ascarides, qui in postremo intestino generantur. Sine his ergo verior & artificiosior prædictio est, vt in Prorrhetico legitur. Etenim à calidis & tenuibus humoribus, qui ad caput feruntur, deliria aut hæmorrhagiæ fieri consueuerunt: à frigidioribus & crassioribus comata aut parotides. Dolor autem ab vtrisque mouetur, sicuti & surditas. Sed à calidis quidem dolor capitis magis, à frigidis verò surditas. In quibus itaque febribus crassior humor est cum caloris copia, & signis abscessuum communibus, si circa iudicium dolor, coma, & surditas inciderint, vera sunt signa parotidum, de quibus dictum est antè copiosius.

XVII.

Οἱ κεφαλαλγίαι, κατόχως ὀδυώδεις, ὄμμα ἐξέρρηγον, αἰμορροεῖ.

Qui caput dolent, stupore detenti, dolorosi, & prærubro oculo, sanguinem profundunt e naribus.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Capitis dolor inter signa hæmorrhagiæ, quomodo prærubri oculi, censendus est. Sed κατόχως ὀδυώδεις qui dicuntur, non ita manifestum, nisi vehementem & pertinacius hærentem dolorē intelligat, & qui nisi larga vacuatione exoluatur, aut cum catoches accidentibus. Sunt autem catoches propria symptomata vocis, sermonis, motusque priuatio, propria quidem, non quia soli accident, sed quia omni & semper, ex quo & ἀφονία Diocles, Antigenes ἀνασθία. Atque ἀφονίας nomine ἀνασθία ἢ ἀκίνησθία intelligi Gale. testis est. Hæc autè omnia à copia sanguinis cerebro conclusi, vnde hoc incalescit, tenditur, intercipitur, venæ temporum pulsant. Quæ omnia nisi vel vacuatione artificiali, quam scribit libro de ratione victus in acutis, vel naturali per hæmorrhagiam periculosa.

DESID. IACOTII COMMENT.

IN his Aphorismis de dolore capitis meminisse oportet omnia ferè symptomata, quæ commemorantur, critica iterdum esse ante hæmorrhagiam, vomitum, parotidas, macularum rubrarum eruptionem, sudorem, & similia. Verum ineunte morbo cum euenerint, nullis coctionis signis antegressis, talia esse nequeunt, siquidem in principio nihil bene iudicatur. Ergo vel delirium, atque inflammationem cerebri, vel conuulsionem, vel ecstasim melancholicam denunciant, nisi medici artificio occurratur. Non dissimilia etiam oriuntur oppresso ventriculo praua victus ratione, aut per ineam collecta bile quæ euaporat. Opus est itaque duplici distinctione: vna cōmuni, per quam intelligamus num symptomaticā habeat generationem potius, quàm criticam. Altera propria, quæ tum abscessuum, tum criticarū excretionū propria signa doceat. De posteriore dictum antea copiosè. De priore verò res sic habet. Quoties enim natura ad crism accingitur, magna fit in corpore perturbatio, ob quæ symptomata eiusmodi cum manifestissimis signis coctionis apparēt. Verum quoties similis perturbatio incidit nullo ad humorū excretionem facto apparatu, & pro coctionis signis grauius alia symptomata & signa se produunt, tunc in periculo

riculo versatur æger. Sic antea cephalalgiam in modum catoche cum facie rubra conuulsionis in scapulas signum esse docuit, & oculos impensè rubros inflammationis ac mortis. Nunc verò eadem facit hæmorrhagiæ critica signa. Verùm illic dysfunctionis ergo adiunxit signa praua & permanentia, mentis constantem perturbationem, oculi ferocitatem, melancholicum delirium: hinc verò nullius horum meminuit. Quantumuis ergo in catoche modum, aut, vt interpretatur Galenus, cum affectu quodam comatoso æger capite doleat, & oculos prærubros habeat, nihil metuendum, modò in salutari morbo & circa statum fieri cœperint. Non enim ab inflammatione cerebri, menyngum, aut pericranij, vt ante, nascuntur sed à perturbatione critica, & sanguinis in caput translatione, qui ibidem feruens venas & arterias distendit, ac in oculos diffunditur, vnde vel hæmorrhagia, vel parotis significatur. Nam ex catoche & conuulsiuo comatosisque affectibus, qui repentiè incidunt, aut diu quidem perseverant, sed cum salutaribus signis in morbo diurno parotidas fieri antea docuimus. Siquidem omnia capitis mala iudicare solent. Iudicium autem confirmant, anxietas, aurium affectus, & similia signa parotidum. Sed enim cum nihil horum sequutum fuerit, suppressa in capite materia symptomata inuenit, qualia diximus. In Prothetico pro cephalalgia catochos scripsit ceruicis dolo, rem. Certius tamen omnibus signum est hæmorrhagiæ in rubore oculorum.

## XVIII.

Τὰ σείοντα κεφαλήν, τὰ ἠχώδεα αἰμορροεῖ. ἢ γυναικὶ τὰ γυναικεία κατὰ τὰς βλάστες, ἄλλως τε καὶ ἢ κατὰ βίχην καὶ μα παρακολεθέρη. ἴσως δὲ καὶ δυσπτερύγη.

*Pulsationes capitis & aurium soni sanguinem profundunt, aut mulieri menstrua deducunt, multo magis si in spina ardor consequitur: fortasse & dysenterica profluvia commouentur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**T**A σείοντα κεφαλήν interpretes Hippocratis variè exponunt, sed ad pulsationem vasorum temporalium multi referunt. Alij ad tremorem cõcussionemque capitis, vel inde corporis conuertunt. Hinc verisimilius de vehementi motione venarum temporalium, quod pleniori capiti calido feruidòque sanguine solet contingere, qui dum feruescit & spiritum commouet, tum hæc, tum sonos aurium inducit. Atque in ea agitatione & impetu spiritus venas aperit, aut etiam rumpit, quæ ad nares pertinent, vnde αἰμορροεῖ æger sanguinem profundit. Mulieribus autè reuocata deorsum materia, reclusisq; acetabulis vteri menstrua erumpunt. Ac tum quidem deducto vitio in magnam venam, vnde in vterum venæ propagantur, ardor quidam in spina fit, qui confluentibus menstruis conquiescit. Quod si naturæ prouidētia frugi sanguinis retinetur, bilis secreta ad intestina diuertit, profluuuū dysentericum moueri potest.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**Uæ sint τὰ σείοντα κεφαλήν, dictum est antea. Præterea conspicuam arteriarum pulsationem cum incitato ac vibrante motu à multo calido & feruente sanguine fieri, qui ad motum vrgetur furens atque effervescentis, quod Hippocrati dicitur ἰσχυρῶς, aut multo flatu & calore venas & arterias distendit. His enim duabus qualitatibus turgescere humores cognoscimus, calore videlicet: & motu, quo vel citantur ad crism in statu, vel medicum inuitant ad purgationem in principio. Vt enim fermentatio in crassiore materia cum leui quadam effervescentia & parte spirituosa motionem naçta, tumorem quandam excitat, ita in sanguine multus calor cum facultate valida aspectabilem tum motionem, tum inflationem venarum & arteriarum facit. Corpulentiores enim fiunt humores, non quòd extrinsecus aliquid accedat, sed quia magis concalescunt, & quasi tument attenuitatis partibus

tibus tenuioribus & spiritu concepto, qui cum stipatus abire nequeat, agitatus in se recurrit, atque ita pulsationes capitis & aurium sonitus mouet. In temporibus autè & collo perspicuè micare venæ & arteriæ conspiciuntur, tum quia locus excarnis est, tum quia eò fit humorum translatio critica quæ in hæmorrhagiâ, aut parotidas, aut dysenteriam, aut menses deuenit. In tinnitu aurium calor dissoluit humorem in flatus, sed non resoluit. Hi ergo exitu prohibiti in meatu auditorio sonitum quendam representant leui appulsu, qui sine febre interdum à vetriculo: interdum ab humorum agitatione & copia in venis, aut in cerebro ortu habet, vnde tumor iniicitur epilepsia vel apoplexia, quemadmodum dictum est supra. Cum febre verò symptoma est inflammati cerebri, aut plethoricis causis oppressi. Aliquando tamen crism denunciat, aut naturam vegetam, quæ superflua discutendo sese liberat oppressione. De eo itaque non est iudicandum, nisi ex aliorum signorum accessione. Hæc igitur caput concutientia mouent interdum & hæmorrhagiam, veluti & in mulieribus menses. Sperat autem id fore magis, si mulier sensionem ætus ardorisque circa spinam habuerit, vnde fit humorum ad caput impetus, nisi per vterum vacuetur, vel dysenteriam moueant. Distinctio autem speciei crisis tum ex humorum inclinatione, tum ex specie morbi & ægri natura repetenda est. Nam in iuuenibus, biliosis, & temperamento calidis hæmorrhagia magis est in promptu: in grãdioribus & humore crassiore parotides: in senibus dysenteria: in mulieribus menses. Ardor verò & ætus circa spinam commune signum est. Fit enim à sanguine, qui cum bile mixtus per venam cauam & arteriam agitur, atque circa lumbos potissimum exæstat.

## XIX.

Οἱ καρνηβαρικοὶ, καὶ βρέγμα ὀδυνώδεις, ἀγρυπνοὶ, αἰμορροαγέουσιν, ἄλλως τε καὶ ἢ τις ἐς βίχλον σιωτύνῃ.

*Qui in dolore & grauitate capitis anterioris vigilant, sanguinem profundunt, & maxime siquid in ceruice tenditur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Signa quædam ambigua. Nam ab iis alij sanguinem profundunt, alij non.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N hac syndrome, quæ ex critica perturbatione accesserit, sanguinem è naribus effundunt, sed non multi. Proinde addenda sunt alia signa, vt febrē valde æstiuam, cuiusmodi causi sunt, & symptomata tum capitis tum ceruicis, præsertim plethorica. Nam quæ febres ab ichoribus sanguinis mouentur, sudore potius iudicari solent. At cum sudoris absunt signa, bilisque tenuis est cum copia sanguinis in toto corpore, aut in hypochondriis phlegmone subest, magis expectanda est hæmorrhagia, multòque certius accedentibus his, quæ Galenus vocat τὸ ἀνω ῥοπήν γνωρίσματα, vnde humorum ad superiora inclinatio cognoscitur, qualia sunt in parte mittente & suscipiente, repentina spirandi difficultas, splendores ob oculos, rubor in facie, hypochondrij sine dolore ac inflammatione tensio. Nam vbi caloris fursum trahentis sanguinem, & iecoris impellentis coitio fit, hæmorrhagiam imminere haud dubium est. καρνηβαρῖν autem affectus est capitis, non cerebri, κεφαλήν βάρος appellat Hippocrates, vt in historia Metonis, quando membranam cerebri distenduntur, præsertim dura menynx à copia sanguinis, aut humoris crassi, aut lenti, aut spiritus flatulenti & vaporis crassi. Sed hinc maior tensio percipitur, quàm grauitas, quæ est multitudinis proprium signum, aut facultatis motricis resoluta, vel impedita. Acris autem, tenuis, & mordax humor, vt bilis, dolorem potius mordacem facit, quàm grauem; præsertim in parte exquisito sensu prædita. Nam quia dura menynx vix sentit, nisi parte interiore, aut cum distenditur, vt videre licet in fracturis, in quibus detecta pungitur: idcirco in ea dolor grauis, distendens, & pul-

fans potius excitatur, quàm mordax. Huius generis dolorem moueri austro flante docet Hippocrates in Aphorismis, quia sub eo vento caput multo humore aqueo & spiritu caliginoso repletur. In febre verò ardente circa statum subito incidens copiam materiam morbificam in caput ascendisse denuntiat, spemque affert hemorrhagiam, quemadmodum dolor mordax vomitus. Sic in Metone tertio die capitis grauitas notatur. quarto omnia exacerbata sunt, fluxit bis à dextra nare sanguis. Ad didit autem *ἡ βερίγμια*, quia in syncipite dolor maior est tribus de causis. Vna, quia multi vapores calidi in translatione sanguinis per arterias ad caput feruntur, quæ ex colli appellata fornace vtrinque ad synciput ascendunt, vnde temporalis musculus & partes vicinæ afficiuntur. Altera, quia omnes propè venæ in cerebro à posteriore parte in anteriorem desinunt, per quas agitur sanguis, cum ulterius progredi nequeat, sistitur instar aquæ fluentis, quæ fluctibus vehementioribus ripam alluit. Ob idque per sanitatem etiam vaporosa excrementa cerebri per synciput transpirare maximè consueuerunt, ad idque confert futurarum raritas & cranij constitutio ibidem tenuior ac magis fistulosa. Tertia est propter exactiorem illius partis sensum. Sunt enim in illis futuris pelliculæ quædam, quæ duram menyngem cum pericranio coniungunt, & per quas tenuium vasorum copia penetrat. Pericranium autem acrius dolet, quia maximè tensum, nec nisi vi à cranio diuelli potest. Quæcunque enim partes tensioni cedunt, minus dolent, & contrà. Quod in pleuritide apparet, & in tensione peritonæi, vbi dolor acerbissimus inuicem peripneumonia ferè nullus est ob laxitatem. Idem iudicium de dura menynge & pericranio. Præterea vbi magnitudine æqualia fuerint pathemata, partes, quæ exactiore sensu præditæ sunt, acrius sentiunt ac dolent. Addit deinde vigilias ab acrimonia bilis & agitatione critica, vt à vapore sanguinis somnus interdum conciliatur. Non est itaque somni priuatio hemorrhagiæ signum proprium. Quod verò subicitur de tensione in ceruice, inclinationem ad superiora ostendit, de qua diximus. Fit enim cum vasa, quæ per collum in caput feruntur, distenduntur ascendente sanguine cum multo spiritu, cui coniuncta est spirandi difficultas.

## XX.

Τὰ ἐν κεφαλαλγίῳ ἰώδεια ἐμέσμεθα μὲν κωφόσιος, ἀγρύπνοισι ταχὺ ἐμμένει.

*Qui in dolore capitis æruginosa vomunt accedente surditate & vigilia, celeriter in vehementem insaniam veniunt.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**ehemens capitis dolor sæpe delirium antecedit, vt longa vigilia, quanquam ab his non est necesse hominem insanire. Surditas quoque rarius insaniam præcedit. Vomitus æruginosa ambiguum quoque signum est. Itaque vni aut alteri hoc accidisse potuit, in quo æruginosa vomitio adusta bile accidit. Potest enim sine periculo, sine delirio & insaniam æruginosum quid euomi, tum alimenti, tum sanguinis vitio, & proprietate quadam venarum ventriculi: ἐκμάνει δὲ autem dici ab Hippocrate de vehementi insaniam, qualis à feruida vstaque bile commoueri solet, fatis manifestum est.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**D**istinguere oportet diligenter bilem porraceam, quam Græci *πρασοειδὴ* vocant porrorum colori similem, à bile æruginosa, quæ in venoso genere per mutationem bilis flauæ in atram generatur. Nam porracea in ventriculo ortum habet à corruptione cibi præsertim calidioris, & à cruditate ob caloris languorem. Propter ea sæpe etiã per sanitatem vomitione redditur ab his, qui malè conuenerunt crudiores cibos, vt olera, betæ, capas, brassicam. In pueris quoque deicitur ex lactis cruditate atque corruptione, aut calidioris substantia. Et quibus (ait Galen.) in ventre biliosum excrementum gignitur, id porri virois refert. Præterea quibus in ventriculo

2. de natu. facul.

bilis illa gignitur, debet omnino his cibus fuisse non panis, non suilla caro, similève aliquid, sed necessariò, quod his calidius fuerit, neque id boni succi. Alio verò loco de variis coloribus bilis agens, Nullam (inquit) ex his omnibus porracea excepta, nisi in corpore admodum ægrotante excerni videmus. Flaua verò, pallida, & porracea, valentibus etiam nobis vomuntur sæpenumero, ac deiciuntur. Ea autem bilis, quæ verè æruginosa est, vi febris generatur à vehementissimo calore: materia verò flaua bile. Nam bilis naturalis cum suo sero mista, pallida est. Vbi autem incendio febrili serum absumptum est, primum quidem flaua, aucta verò vitione, vitellina: tum æruginosa, ac tandem atra efficitur. Id contingere solet in acutissimis febribus, aut phlegmone interiore, aut erysipelate in cerebro, pulmone, ventriculo, iecore. Siue ergo per vomitum, siue per ventrem inferiorem, siue per sputa, aut vrinæ humor æruginosus exeat, & succum ex quo genitus est, & morbum vehementer tum calidum, tum siccum esse declarat. Verum ex sola excretionem æruginosa nondum iudicari potest, principisne pars aliqua phlegmone aut erysipelate obfusa sit: an potius absque phlegmone à sola in venoso genere intemperie ortum habeat. Id autem ex aliorum signorum accessione distinguitur. Etenim in phlegmone hepatis præter grauitatem in dextro hypochondrio, aut tensionem cum duritate ac dolore, initio bilem synceram vomunt agri, præsertim caua parte affecta, deinde vitellinam & æruginosam. At vigilia & capitis dolor, & surditas morbum esse in capite testantur. Perspicuum autem est grauiter affecto cerebro ventriculi orificium in sympathiam trahi, ex eoque vomitum cieri propter insignes nervos, quos inde recipit. Vomitus ergo æruginosus præsertim frequens ac paucus cum dolore capitis per idiopathiam, eius partis inflammationem, aut grauem intemperiem calidam & siccam denunciat, & flauæ bilis vitionem, quæ paulò post in atram degeneratur est. Hinc tria prælagienda: morbi celeritas: insaniam melancholicam cum ferocitate: & interitus cum conuulsione, eodem die, aut post biduum, aut triduum, aut ad summum quinque dierum spatium pro virtutis robore & affectus magnitudine. Celeritatis tum morbi, tum mortis causa est affectus magnitudo cum humoris specie. Nam quæ ex frigidis, lentis, crassis, vel difficilè mobilibus humoribus affectiones oriuntur, tardissimè ad statum perueniunt. Humor autem substantia tenuis, temperamento calidus, acris qualitate celerrimè mouetur, & continenter naturam irritat. Ex eadem humoris specie ferax delirium futurum colligitur. Nam cum flaua bilis in phreniticis affectionibus cerebrum præhenderit, febrisque vehementia affatum hunc humorem atrabiliarium reddiderit: propter atræ bilis malignitatem vehementes sunt insaniam, quas *μανία* dicitur in Epid. vocat Hippocrates, quod hic significat per vocem *ἐκμάνει*. Sic Philista post diuturnum capitis dolorem cum sopore, primo die vomuit biliosa, pauca, flaua: mox æruginosa plura: accessit surditas secundo die cum distensione hypochondrij, & vrinis tenuibus, pellucidis, & enozemate genitura simili paruo. Quarto conuulsiones. Quinto manè obiit. Primo verò Epid. Capitis cervicisq; dolores (ait Hippocrates) cum febribus & sine febribus fiunt phreniticis quidem conuulsiones, sed æruginosa quoque vomit, atque ex his aliqui citò moriuntur. Galenus interpretatur confestim à vomitu interire consistente ex flaua bile in cerebri membranarumque ipsius regionibus phrenitide. Nichil autem mirum esse, si deficcatis his partibus conuulsiones sequantur. Affici autem cerebrum primigenio affectu cum ex aliis, tum ex surditate & vigiliis intelligimus. Nam surditas duplici de causa euenire solet. Interdum humore quodam meatum auditorium obstruente, qui vel firmiter adhærescit, vel in acutis eò translatus est criticè, aut symptomaticè. Quomodo Hippocrates scribit surditatem biliosorum deiectione finiri, & superuenientem surditatem biliosis deiectionibus, alium sistere. Eadem etiam hemorrhagia, vrinis, sudoribus, mensibus, abscessu, coxæ vel genuum dolore acquiescit. Altera causa est, vt hoc loco, à resolutione & extinctione facultatis: quæ surditas pertinax est, & cum prauis signis coniuncta, de qua Hippocrates scribit in Protrh. Surditas in acutis & turbulentis succedens, mala. Vigilia verò ab intemperie cerebri calida, aut sicca, & ab exhalatione acris ac biliosa phrenitide prænantiant, comitantur, & augent. Exiccant enim, & sanguinem biliosorum reddunt.

4. Aph. 28.

3. de alim. facul. cap. de melle.



Οἱσι κεφαλῆς καὶ βραχίονος πόνος, καὶ ὅλας δὲ τῆς ἀκρατῆς ἑσμώδους αἰμορραγίης λυεῖ. ἀπὸρ καὶ ὄντω χρόνῳ λυοῖ. αἱ δὲ κύστιες ἐν τῷ τῶ λαμβάνουσι.

*Quibus capitis collique dolor & totius corporis tremula quaedam impotentia, sanguinis profluvium remedio est. Sed & tempore ita solvantur. Atque tum vesica intercipiuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**Oc idem scribitur in Prorrhethico, nisi quod non addit vesicæ, hoc est, vrinæ interceptionem. Videtur ergo hic æger ardente febre, & copia laborasse. Solet enim capitis collique grauitas, & dolor in ea coitione plenitudinis & febris existere, vt & faciei rubor, & prærubri oculi, & turgentes pulsantesque venæ, quæ in fronte ac temporibus apparent. Oppressa igitur natura ἀκράτεια προμώδους est, quomodo iis, qui sub pondere ingemiscunt, tremuntque. Capitis autē dolor & cervicis tensione efficitur. Sublata igitur causa & depleta copia omnia conuiescunt largiter effuso sanguine. ἀπὸρ ἐστὼ χρόνῳ λυοῖται. hoc videtur velle, Optimum quidem fuerit hæc solui largiter effuso sanguine. Quod si non accidit, desperandum non est. Natura enim vnā cum febre partem redundantis materiæ in halitum dissoluet, partem coquet, vt ea ratione symptomata illa aboleantur. κύστιες δὲ. Iam antè diximus ἀπόληψιν κύστιος dici, cum vrina intercipitur. Cur autem id fiat, parum manifestum. Scimus in abscessibus & excretionibus, quæ mouentur sursum, aut ad ventrem conuertuntur, vrinam interdum suppressi. Idem quoque accidere vesicæ imbecillitati, aut quia intercludantur viæ, sed hinc qua ratione fiat, parum constat, cum sæpe videamus in morbis, qui paulatim cōcoquantur aut soluantur, vrinæ maiorem vim effluere.

DESID. IACOTII COMMENT.

**P**Lethorica sunt symptomata affecti cerebri & principij neruorum in cervicali medulla, qualia antè docuit hæmorrhagia, aut abscessu, aut vrinæ stillicidio solui. Dolor autem capitis fit à distensione venarum, arteriarum, & membranarū. Cervicis autem dolor vel propter affectum cerebrum, vel spinalem medullam, vel ipsas cerebri membranas, de quo Hippocrates in Prorrhethico, Cervicis dolor malus quidem in febre omni: sed pessimus, quibus infania speratur. Quod si affectus partibus externis circa vertebrae oriatur, malum non est. Omnis verò tremor cōtinentem causam habet virtutis motricis infirmitatem in musculis & neruis. Infirma autem est vel ab oppressione, vt in his, qui licet validi sint, tamen sub pondere tremunt & ingemiscunt: vel à resolutione. Verum quia vires consistunt in spiritibus, humoribus, & partibus solidis, his quoque tribus modis tremor incidit, vt per affectus animi dissipatis aut suffocatis spiritibus: per immoderatas vacuationes siue conspicuas, vt in alui profluvio, immoderata Venere, aut hæmorrhagia, siue obscuras vt in fame, lassitudine, vigiliis, curis: tertio per vehementem partium solidarum intemperiem, vt in vehemēti phrenitide: qui postremus modus planè lethalis est in febre acuta exhausto humido primigenio, sitque tantum progressu morbo. Ineunte autem morbo grauem aliquam causam antecessisse oportet ex his, quas diximus, si per resolutionem tremor euenerit. In quo maximè cauendum est ab omni purgatione, aut sanguinis missione. Etenim virtus infirma, neque vllam excretionem, neque vllum generosius medicamentum ferre potest. Cum autem virtus valida est, onus tamen grauius opprimit, quàm vt ferri queat, vt in Pythione, cui primò die tremor cœpit: à manibus cum febre acuta, ac delirio oppresso cerebro, & principio cervicalis medullæ, statim perspecto agri periculo deplere copiam oportet misso sanguine, aut primo die, si nullus incoctus cibus in ventre contineatur, aut prius secundo. Ita enim eo, quo premebatur, onere leuata natura, facilius, quod reliquum est, vel concoquit, vel excernit, vel in abscessu

abscessus deponit. Hunc ergo tremorem optimè dixit Hippocrates vniuersi corporis tremulam quandam impotentiam, quæ hæmorrhagia solui debet tum naturali, tum artificio medici comparata. In omnibus enim morbis plethoricis commune remedium est & accommodatissimum, venæ sectio: vt in cacochymia & humorum corruptione, purgatio. Sanguinis autem è naribus liberales & profusæ eruptiones magna ex parte liberant. Quomodo autem, & ex quibus signis prælagiri debeant, ex superioribus Aphorismis perspicuum est. Quod subiicitur, deest in Prorrhethico. Videtur autem innuere, si hæmorrhagia non respondeat, abscessum expectandum esse, protracto longius morbo cum salutaribus signis, aut vrinam multam & crassam, aut abscessum stranguriosum, in quo prauis humores, qui in venis continentur, secedunt per vesicam, quorum morsu & acrimonia stranguria oritur. Sic Pythion loco hæmorrhagiæ abscessu gemino liberatus est. Id enim videtur his verbis expressisse, αἱ δὲ κύστιες ἢ τῶ τῶ λαμβάνονται, aut, vt in aliis exemplaribus legitur, ἀπολαμβάνονται, id est, vesicæ in hoc intercipiuntur, non quod penitus vrina cohibeatur, (id enim propriè significat ἀπόληψις) sed quia vesicæ tentantur vrinæ stillicidio. Ita enim Græci loquuntur. λαμβάνεσθαι πρὸς τὴν φάλαγγα, caput tentari, & κακὸν λαμβάνειν noxam capere. Diximus autem alibi stranguriæ duplicem esse causam, imbecillitatem vesicæ, quæ à leui causa irritata cogitur excludere vrinam, antequam acruetur: & vrinæ ac humorum simul cum vrinis abeuntium acrimonia. Hippocrates vocat abscessum stranguriosum, in historia Pythionis. Si verò ἀπολαμβάνονται legeris pro retentione vrinæ, videbitur esse principium sequentis Aphorismi. Notat enim Hippocrates in Prorrhethico, ex vrinæ suppressione posse aliquando conuulsionem sequi, tracto in sympathiam cerebro, præsertim si dolor capitis, stupor, & grauitas accesserint. Quod aliter fieri non potest, quàm materiæ vrinæ ad superiora refluxu, aut vapore multo ex putredine in caput sublato, aut exolutis dolore spiritibus, aut agitatibus, & sursum raptis humoribus.

Ἐν τῇσιν ὀξείῃσι κεφαλαλγίῃσι, καὶ τῇσιν καρμώδεσσι μετὰ βάρους, ἐθέλει σπασμώδεα γίνεσθαι.

*In acutis doloribus capitis, iisdemque torpidis cum grauitate conuulsiones fieri solent.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**Otat duo genera doloris capitis, vbi conuulsio expectari possit. Neque enim perpetuum est. Acuti ergo capitis dolores, hoc est, vehemētes ab acri & mordaci materia & intemperie calida fieri solent, vnde membranacea, neruosaque corpora cerebri lancinantur, & sese contrahunt. Ab iis igitur nihil mirum si conuulsio sequatur. καρμώδης autem μετὰ βάρους alia ratione, quia à materiæ copia, quæ & frigida est, & vias spiritus concludit. Copia grauitate: qualitas corpore ostenditur. Frigidum ergo cerebro & neruis inimicum ea conuellit irritatque. Atque hinc contrahuntur, quomodo omnia ferè lacerata iniuria ad suam originem sese recipiunt. Alioqui calore febris & bile mota vnā pituita sursum rapitur, vnde & vehemens & grauis capitis dolor permiscetur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**A**Cuti capitis dolores dicuntur à magnitudine, continuitate & celeritate: materia autem bile cum vehemēti intemperie, punitione & distensione meningum, venarum, arteriarum, aut pericranij. Torpidi autem dispositiones potius esse videntur, quæ sensus ac motus difficultatem pariunt, quàm dolores. Nam stupor, vt alibi diximus, dolor non est, siquidem stupor mediocri dolore soluit, vt scripsit Hippocrates. Quia tamen agri vulgò eam dispositionem tanquam doloris

quandam speciem expriment, ad dolorem interdum medici referunt, licet ad motum magis quam ad sensum pertineat. Hoc itaque modo *καρμὰδες* dicit pro torpore sensivæ facultatis partis ipsius: *μετὰ βάρει* autem pro motus difficultate, & causa quæ veluti ponderis sensum affert. Nam pars aliqua stupore correpta, quicquid tetigerit aut à quacunque causa affecta fuerit, obscuro atque hebeti sensu affectionem percipit, vixque moveri potest. Si verò moveri cogatur, dolet. Etenim in quiete affectus ipse stuporis haud obscure sentitur, sed sine dolore. Causa autem est in parte stupente, aut in principio nervorum, eaque duplex: refrigeratio insignis cum humore, aut sine humore, & nervorum angustia, atque compressio, ut à ligatura, vertebræ luxatione, inflammatione nervum aliquem astringente. Ex quibus efficitur, dolorem acutum cum stupore esse non posse, nisi acutus intelligatur ex solius causæ magnitudine, non etiam sensus. Præterea à dolore torpore cum gravitate haudquam fieri convulsionem, sed apoplexiam potius, vel paraplegiam. Est enim torpor siue stupor parva quædam paralytis, in qua si à refrigeratione aut compressione nervi perfectè spiritus animalis aditus ad partem intercipiatur, paraplegia: sin ad totum corpus, apoplexia efficitur, non convulsio. Quamquam simul incidere queant convulsio & paraplegia, sed admodum rarè, ut semel tantum id visum sit à Galeno. Actum convulsio paraplegiæ remedio est, quia ad motionem agit naturali vehementiorem, ita ut partes affectæ violenter concutiantur, & obstructio, vel humidorū, aut crassorum, aut glutinosorum impactio in nervis amoveatur. Præterea ex dolore acuto phrenitidem potius præfugiendam esse docent Hippocrates & Galenus. Verum (inquit Galenus) convulsiones sunt phreniticis, perseverantibus capitis collique doloribus & gravitatibus. Et Hippocrates, Phreniticis quidem convulsiones, sed æruginosa quoque vomunt, atque ex his aliqui cito moriuntur. Neque verò si mutuo sibi succedant acutus dolor, & torpidus, convulsio fieri solet. Nam stupor acuto dolori succedens & calido affectui lethalis est, restatūque resolutionē facultatis & caloris nativi extinctionem. Stuporem autem acutus dolor sequi consuevit consumpto humore frigido, & vigete bile, ut in phrenitide post lethargum, quod minus perniciosum est. Gravitatis autem in torpore duplex causa est, humoris multitudo, aut facultatis infirmitas & resolutio, vel interceptio, quæ torpens membrum sursum movere non potest. His ita constitutis rectius finis superioris Aphorismi principium fiet huius, ut in Prorrhethico, Vesica intercepta tum aliis, tum cum capitis dolore convulsivum quiddam habet. Quæ ex his cum stupore exoluuntur, difficilia existunt, non tamen perniciofa. An & in mentis pellat vacillationem? Significat autem *ἀποληψίη*, id est, interceptionem & retentionem tum urinarum, tum dejectionum posse aliquando convulsionem accerfere, præsertim cum dolor capiti aduenerit. Fuisse siquidem nervorum principium in societate vesicæ ostendit. Exolui autem cum stupore de universo corpore dictum quidam interpretes dixerunt, quasiensione quidem torpente ipso, voluntaria verò motione exoluto. Verum inde alia difficultas exoritur. Nam Galenus commentario primo ad sextum Epid. vterro aut vesicæ principium nervorum condolere negat. Etenim multò magis id fieret peritonæo & intestinis affectis, quæ neque minus nervosa, quam vterus & vesica, & ipsi cerebro viciniora sunt. Quod etiam experientia confirmat. Nam per inflammationes vesicæ & vteri non admodum convulsiones fiunt: in hysteriis maximè. At in eo loco agit de consensu, qui fit per generis societatem. Nam vterus & vesica non sunt partes nervosæ, quia facultatem nervorum habeant, & oriuntur à cerebro, aut spinali medulla: sed solus substantiæ similitudine nervosæ dicuntur, ut ligamenta & tendines, quorum illa magna ex parte ab ossibus, hi à musculis nascuntur. Substantiæ autem solius similitudo sympathiæ causa non est: neque oritur capitis dolor in podagra, quia tendines, aut ligamenta, aut membranæ afficiantur, sed propter intemperiei communicationem, aut spirituum agitationem, aut humoris alicuius vel vaporis transmissionem. Eodem modo affectæ vesicæ cerebrum consentit, non per substantiæ aut generis societatem, sed materiæ alicuius translationem, aut alterationis continuitatem per venas & arterias, quæ insignes rectè in synciput ascendunt. Vel enim

3 Prorrh. 26

6. Epid. com. 2

vapores multi ex suppressæ materiæ putredine feruntur in caput: vel præ dolore spiritus & humores agitati diffiunt in cerebri substantiam, aut nervosarum partium: vel materia urinae refluit ad superiora, quod imminente epilepsia ex urinae tenuitate perspicue apparet.

XXIII.

Κεφαλαλγίην λύει πῦρον διὰ ῥινῶν, ἢ πύρελα παχέα ἢ ἀνοσμία. λύει δὲ καὶ ἰλιέων ἐκφυγίς. ποτὲ δὲ ὑπνός, καὶ κοιλίης ῥύξις.

Capitis dolorem solvit pus per nares effluens: sputa crassa & sine odore: solvit quoque ulcerum eruptio: aliquando & somnus & alui profluuium.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Capitis dolor ut alij morbi, excretionem, coctionem, suppurationem, abscessum *ἢ μετασπασίην* exolvitur. At concoctio excretio quædam est quomodo & suppuratione, cum vacuatur. Pus ergo à suppuratione est, quam nativus calor & spiritus naturæque solidarum partium efficit. Sed non perpetuò per nares exit, quod in cerebro collectum pus est. Sæpius enim per aures diffiunt. Sputa verò crassa concocta materia eodem calore naturali opifice. Primum enim tenuior humor est, aut crassior. Ac tenuior per nares, oculos, palatum, aliisque vias crudior defluit, crassior retinetur. Quod autem mediocriter crassum iam est concoctum. *ἀνοσμίην* autem addit, quia ea materia coquitur, in pus vertitur, aut putrescit. Hic graviter olet: in suppuratione non sine gravi odore est: quæ cocta est, nihil gravius olet. *λύει δὲ ἢ ἰλιέων*. Et hoc abscessus rationem habet *ἢ μετασπασίην*, quod imitati medici in pertinaci dolore capitis impressis cauteriis materiam foras euocant, medicamentis vesicas & ulcuscula emouent, quæ inde *ἀμυκτηρικὰ φάρμακα* nominant. Tumores quoque ad aures & in ceruice fiunt, unde dolor capitis dissolvitur. *ποτὲ δὲ ἢ ὑπνός*. Interdum & somnus quoque. Somnus enim interdum dolorem solvit, interdum auget. Itaque rectè addidit *ποτὲ*. Ac solvit quidem collecto intro calore & spiritu, unde materia concoquatur & dissoluta vis animæ recolligatur, nec id quidem perpetuò. Nam si materia crudior, quàm ut à calore euinci, si vitiosior, quàm ut corrigi possit, non tam soluat, quàm augeat morbum. Sic enim caput repletur magis atque perturbatur, ut inde excitatus grauior pavor, tristitia, convulsio denique aliquando in acutis febribus oriatur. Neque perpetuò spiritum caloremque resouet. Vbi enim inopia est alimenti, & calor intro reuocatus somno nihil habet, quo nutriatur, ad instar ignis, qui pabulum non habet, emarcescit & seipsum cõficit. Rectè igitur *ποτὲ* vox addita orationi. *ἢ κοιλίης ῥύξις*. Et alui profluuium. Excretio est, qua notata & alia genera excretionis intelligit, sudores, vacationes sanguinis per nares, vterum & ani venas, siquidem excitatur inde vacuatio & intemperies corrigitur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hæc retro non commeant, qualia quæ Aristoteli *ἀντισπίφοντα* dicuntur, Pus, sputa crassa, ulcerum eruptio, somnus, & alui profluuium capitis dolorem solvunt: & Capitis dolor his solvitur. Nam multis aliis modis solui potest. Primum quidè ac maximè hæmorrhagia intra primum septenarium aut secundum: deinde verò parotidibus, aut alteratione & flatuum discussione, præsertim si intemperies aut flatulentus spiritus in causa sit. Ab humore verò vel crudo, vel corrupto, vel copia tantum vitioso, Laborante capite (ait Hippocrates) pus, vel aqua, vel sanguis, defluens per nares, vel os, vel aures, solvit morbum. Sunt enim hæc particularia quædam remedia beneficio naturæ instituta in morbis capitis salutaribus, quæ medicum inuitant ad naturæ imitationem, ut communibus remediis adhibitis, sectione venæ & purgatione, quod reliquum est per aures, os, nares, cutim, somnum,

6. Aphorif. 10

7. Epid.

discutiat, concoquat, educat. Pus autem exit à suppurata inflammatione, maximè in senioribus hæmorrhagiæ loco, & post vicesimum diem. Echecratis cœci vehemens dolor in occipite & initio spinæ per aurem pure facto sanatus est. Aliis per os vel nares pus excluditur. Sanguis quoque ipse in vasis auctus, vt propter consueti exercitij intermissionem, aut vîctum pleniorum in pus aliquando verti putant & per vrinas, aut deiectionem expurgari. Loco puris à cruda pituita aquosa quedam substantia per os & nares exire solet, quemadmodum à copioso aut acriori sanguine & calido dolor obortus hæmorrhagia soluitur. Iuuant & parotides, & alij abscessus, itémque menses, & hæmorrhoides, & vrinæ copiosæ. Sputa verò crassa & concocta excluduntur vel à pectore, vel à capite, vel à partibus superioribus thoracis, quibus cum vltimis ceruicis vertebris coniungitur sine difficultate spirandi, quod primum intercostale spatium parum conferat ad functionem illam, & sine pleuritide, aut peripneumonia, sed pauca materia à ceruice in eas partes traducta, vt in Pythione. Crassa sunt, quia initio tenuior humor & crudior per nares, oculos, palatum diffluit: quod reliquum est, mediocriter crassescit coctione. Tenuia enim omnia cruda sunt: cocta verò crassa, quia æqualia. Non tamen quæ crassa sunt, cocta semper dici debent. Nam coctio nihil aliud est, quam actio caloris naturalis partium solidarum ad æquandos succos, dum vel alere possint, vt in τῆ πείλῃ, vel commodè excludi, vt in τῆ πετᾶσῃ. Sic tenuia incrassantur: crassiora deducuntur ad mediocritatem. Addit autem ἀνοσμα inodora, id est, odoris non mali, quia putrida à calore præter naturam malè olent: bene olentia temperatum calorem & materiam bonitatem declarant: ἀνοσμα verò integritatem naturæ & caloris natiui, sed materiam ineptitudinem denunciant, quæ ad excretionem æquata est, non ad alimentum. In his quoque doloribus critica est ἐλακίω ἐκδυσίς pustularum eruptio & vlcusculorum. Sunt enim in genere abscessuum. Sic pueros liberant ab epilepsia, præsertim vbi in capite multæ eruperint. Ostendunt autem acrimoniam materiam & corruptionem, quam natura neque perfectè concoquere, neque ad suppurationem ducere potuit. Interdum symptomaticæ sunt in toto corpore, vt in phthisi effusa quadam sanie, quæ à pulmone purulento exudat. Aliquando etiam somnus criticus est, vt ante parotidas, & post immoderatas vigilias. Verum placidus, suavis & cum respiratione libera esse debet: siquidem cum stertore lethalis apoplecticis, conuulsione correptis, soporosis, & similibus. In inflammationis principio: in perturbatione critica, & ineunte accessione, aut exacerbatione non sine causa nocet, quia intro materiam compellit, caput replet, & orificium ventriculi lædit. vnde capitis dolor, pauor, conuulsio, labor, coma, delirium, iactatio. In remissione cum iuuare debet, si non modò non iuuet, sed etiam noceat, lethalis est. In summa alimenti inopia calor intro reuocatus, nec habens vnde nutriatur, ignis instar emarcescit, & seipsum conficit, vt Hippocrates docet sexto Epidemion. Vtilissimus autem somnus inter noscitur ex natura morbi & effectu. In materia enim biliosa, cerebri calida & sicca intemperie, & febre ardente metum conuulsionis adimit, atque phrenitidis, spiritus instaurat, mediocriter humectat ac refrigerat, materiam coquit crudam, paucam, spiritus flatulentos in capite discutit, quomodo in ebriis capitis dolorem soluit. Ex effectu verò prodesse intelligimus, si æger inde alleuatum se sentiat, quia materiam morbificam natura dominatur. Sic ergo somnus interdum nocet, interdum prodest: ob idque addidit ποτῆ. Postremum est alui profluuium, quo non solum expurgantur intestina, ventriculus, & partes circumpositæ, sed etiam vniuersum corpus, præsertim caput. Nam venter omnibus corporis partibus copulatur per medium hepatis, quod & sua ipsius excrementa, sanie, humores demittit in ventrem, & aliunde affluentia transmittit. Interdum etiam per vesicam ac renes vniuersalis fit purgatio.

XXIII.

Κεφαλῆς ἀλγῆμα μέτερον μὲν δίνης νδύσεως, ἢ μὲν ἰδρωτός μὴ λύοντος ἢ πυρετῆ, ἀποσώσεως ἐν ὕλοις, ἢ πῦρ ὅς σημαίνει, μὴ κοιλίης ἐκτραχέσεως.

Capitis

Capitis dolor mediocris cum siti inexhausta, vel cum sudore qui non soluat febrem, abscessum in gingiuis, vel ad aures significat, nisi venter exturbetur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Capitis dolor in febribus vehemens, moderatus, nullus vt materiam cum natura tum motus est, & caput purum, vel impurum, robustum & imbecillum est. Quid autem velit per vocem δίνης νδύσεως incertum mihi est. Nam quæ sententia fuerit, si sitim cibum capientem veritas: At quod sequitur μετ' ἰδρωτός hoc vult. Natura aliquando temere mouetur, nondum concocta parata ve materia. Itaque neque sudor neque excretio vlla prodesse potest, nisi die critico, & parata prius materia moueatur. Natura ergo exclusa ea via iudicandi morbos, qua excretiones mouet, ad coctiones, suppurationes & abscessus se conuertit. Fiunt ergo abscessus in gingiuis ed deducta materia, vel ad aures. Nisi natura iam robustior contra morbum, materiam, quæ in abscessum coiret, exturbet alui profluuium.

DESID. IACOTII COMMENT.

Νδύσεως vel νδύσεως, vel νδύσεως vox valde ambigua est. Potest enim à voce ἰδύς deduci, quæ suauem significat, vt ἰδωμιον ἰδωρ suauem aquam: vel à νη priuante particula, & δύν subeo, quasi quæ subire nequeas, aut vnde vix fatiari possis: vel à νη particula augente significationem, vt sit sitis, quæ penitus subierit hominem: vel à nomine νδύς, quod ventrem significat, vt apud Homerum νδυμος ὄππος, aut νδυία quod est intestina. Quia tamen in vocibus obscuris eligere oportet eam significationem, vt Galenus scribit, quæ familiaris est Hippocrati, à ventre deducere fatius est. νδύς enim apud Hippocratem & ventrem inferiorem significat, & cavitatem omnem. Quod Erotianus ita testatur, ὄντω καλεῖ πᾶσαν κοιλότητα, λέγων, ὅσα γὰρ ἔνδον ἔχει σάρκα περιφερῆ, ἢ μὴ καλέσει, πάντα νδυῶ ἔχει. πᾶρ γὰρ τὸ εὐμφυτον ἢ τε δέρματι, ἢ τε σαρκὶ καλεῖται, καὶ λόγῳ ἔστι. Id est, νδυῶ vocat Hippocrates omnem cavitatem. Quæcunque enim partes carnem in orbem constitutam habent, quam musculum vocant, ea omnia νδυῶ ventrem habent. Omne enim, quod non coaluit, siue pellicula, siue carne contegatur, cauum est. Locus est in libello de Arte, vbi paulo antè scribit, ἐστὶ τὸ πᾶν, ἃ πρότερον ἔσται πᾶν ἄσπερον καὶ πᾶν νδυῶ. ἔχει δὲ τὸ σῶμα, ἢ μίαν, ἢ πλείους. δύνῳ μὲν γὰρ αἰτ' ὅτι τὸν δὲ χόρδον αἰτ' ἢ ἀφαιῶσαι. ἄλλαι δὲ τῶν πλείους, αἰτ' ἴσασιν, ὅσι τῶν πλείους ἐμείλισεν. Hoc est, Sunt autem morbi minus aperti, quique ad os, quique ad ventriculum sunt conuersi. Habet autem corpus non vnum ventriculum, sed plures. Duo enim sunt, qui cibum suscipiunt & demittunt, alique præter hos plures, quos norunt hi, quibus hæc res curæ fuit. In libro quoque de locis, aëre, & aquis, νδυῶν ἀναφραίνεσθαι dixit. His ita constitutis sitim triplicem esse ex variis Hippocratis locis intelligi potest. Vniuersalem à toto corpore, cum venulæ arefactæ calidas & acres ad se traxerint humiditates, quæ sitim mouent in febre ardente, vt vinum meracius in sanis. Alteram superficiariam, & leuem, Hippocrates ἐπιπολάσιον δίνην vocat faucibus & cesophago arefcentibus, per quæ humidum ex ore defertur in ventrem. Hæc cum ante somnum euenerit, sedatur somno, contracto intus sanguine, & partes interiores madefaciente. Cum verò à somno, vigilia. Nam quæ cibi vapore incaluerunt, dum fit concoctio, refrigerantur & exhalant, per vigilias, præsertim depositis alui excrementis, & represso vapore calido. Tertia est particularis, quam partium omnium maximè parit ventriculi os, deinde ventriculus, atque ab eo pulmo, & subinde iciumum intestinum. In pulmone aëre inspirato acquiescit magis, quam potione. In ventre contra accidit. Hanc itaque sitim ex ventre difficilem intelligi constat. Oritur autem non solum humidi inopia, cui portio necessaria est, sed etiam caloris copia. Quia autem calor immoderatus interdum cum siccitate coniunctus est, vt in ardentibus febribus ab aestu & laboribus: interdum

4. de diæta in acutis.

4. de diæta in acutis.

interdum verò cum humiditate quadam, eaque vel bile multa in ventriculo, vel falsa pituita, vt quæ in aqua inter cutem affusionibus (παρεγγύσεις Græci vocant) circa ventrem continetur, aut quibus ventriculo illita adhærescit: Illa eget refrigerantibus & humectantibus: hæc purgatione. Pituita autem falsa medetur acetum exiccando, penetrando, refrigerando. Manifestum est igitur calidam & siccam affectionem abscessu aut alui profluuiio non solui, ex qua phrenitis potius denuntiatur. De bile autem sic scribit Hippocrates, Fit quoque & lingua aspera, siccaque & valde nigra, ventrisque morsus ac dolor: deiectiones tum valde liquidæ, tum pallidæ fiunt, vrgētque sitis vehemens & vigilia, atque interdum mentis aberratio. Ex quibus perspicuum est ex ea siti non sequi abscessum. Iudicatur enim huiusmodi morbus hæmorrhagia, aut sudoribus, aut vomitibus, aut deiectionibus biliosis: aut liberali frigida potione bilis extinguitur. De pituita falsa paulo pōst, Causi genus aliud: alius soluta, sitis magna, lingua aspera, sicca, falsa. In hac abscessus interdum fiunt ad aures, & alui profluvia, & sudores, & quæ deinceps dicemus. Quoties ergo (inquit Hippocrates) moderatus capitis dolor est cum siti à pituita falsa, aut bile crassa, aut cum sudore febrem non soluente, sitis quidem ostendit febris fomitem in ventre: moderatus autem capitis dolor non qui moderatè cruciat (qualis interdum lethalis est) sed qui moderatè habet causam neque facilem, neque planè perniciosam, morbum quòque moderatum, & materiam non ita acrem, aut calidam attestatur. Sudor autem est indicatorium non iudicans, sed sine signis perniciosi. Tum igitur, quia febris focus & materia latent vel in aluo vel in capite, vel in vtroque, maximè quidem quæ sunt in aluo & infra diaphragma per alui profluvia iudicari solent, nonnunquam etiam per vomitum. Ergo si neque sudore, neque ventris perturbatione materia morbifica excernatur, in morbo longo & salutari sperandus est abscessus ad aures, vel gingiuas. Natura enim in propinquiorè locum, & commodiorem humores deponit, & quæ in ventre sunt, nisi descendant, contrario motu sursum recurrunt. Adiuuat calor, quem sitis ostendit, & aceruatur vapor ex calore. Hoc tamen non est necessarium. Nam & vomitu, & cruris vel coxæ dolore, & sputis crassis, & vrinis albis, crassis, ac copiosis talia sæpe iudicantur. Potest etiam (ait Hippocrates) pudendi liuor superuenire. Testis quoque intensus iudicatorius est, dum tensio sit ab inflammatione, non autem ab exulceratione alicuius partis earum, quæ superius inflammantur. Opus est ergo duplici distinctione. Vna, quam obscurius inuoluit per moderatum dolorem, & sudorem non iudicantem, ex quibus significatio sit morbi quidem minimè lethalis, sed difficilis, quique excretionem vix solui possit ob materiam crassitiem & copiam, ob quam abscessus spes est, nisi illius occasionem præcipiat vrina multa & crassa, aut artificiosa purgatio. Altera vt obseruetur focus febris. Nam licet in venoso genere sanguis ferueat, maximè in magnis venis & arteriis circa viscera per febres ardentes, præcipuus tamen est locus aliquis, quasi totius mali fons & origo, vt caput, si dolor capitis, aurium tinnitus, delirium continuum, grauitas & similia: pulmo, si difficultas spirandi: iecur, si tensio hypochondrii dextri, & alia singularum partium propria symptomata apparuerint. Quarum igitur febrium materia est in ichoribus humorum putrescentibus, hæc sudore & vrinis solui consueuerunt. In causis ergo, quorum sedes in pulmone existit, caput incalefcit, sanguine repletur, effunditque quod ex eo redundat tum ruptis, tum ad apertis. Ob eandem causam circa collum abscessus fiunt, & parotides, quæ omnia capitis mala indicant. Quosdam etiam eorum qui in pulmone afficiuntur, crassa expuere cocto iam morbo dictum est antè. In aliis verò partibus diaphragmate inferioribus, vt hepate, ieiuno intestino, ventriculo, liene deorsum magis fiunt abscessus. Quomodo autem capitis morbi soluantur, superiore Aphorismo docuit. Est autem illud obseruandum, in capite expectandum vel periculum, vel morbi solutionem, quoties caput ipsum & alius suppressa conspirant in eundè affectum à plenitudine.

## XXV.

Κεφαλαλγία κεράδης μετά βάρους, ποιεῖ τι ασυμμάδες.

Dolor

*Dolor capitis soporosus cum grauitate aliquid conuulsionis inuehit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hoc si fit, à repleto cerebro, frigidaque materia accidit. Hinc enim dolor, sopor, & grauitas. Accedit quoque imbecillior vis neruorum.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hæc tria symptomata cerebri valde oppressi propria sunt, cephalalgia, carus siue sopor veternosus, & grauitas. Est autè cephalalgia κεράδης, in qua ægri, ἐπὸς δὲ κεράδης, quoquomodo stupidi sine voce ac sensu repente manent, vt puncti excitari nequeant, vnde & ἀφρονες dicuntur ab vno symptomate, licet non solùm voce, sed etiam sensu & motu priuentur, cum perfectus est, non inchoatus affectus. Ab apoplecticis enim tum discernuntur sola spirandi difficultate, quæ in caroticis libera est: in illis ita oppressa, vt vel magno conatu vix spirare queant, vt hi facere solent, qui per grauem somnum stertunt. Differunt quoque & à lethargicis, & à catalepticis, siue catoche correptis. Nam lethargici febriunt, dormitant, delirant, obliuione celeri corripiuntur, quia putrescit pituita & acrimoniam contrahit. Carotici immoti & sine sensu iacent oculis clausis propter humiditatem: cataleptici apertis & rigidis propter siccitatem & concretionem. Pars affecta est anterior cerebri regio, cui supremus ventriculus consentit. Ob idque cogitandi actiones vitiantur, nec motus perinde læditur, vt sensus. Contra fit in catoche. Causa est crassus vel lentus humor, aut refrigeratio vehemens, vt narcoticorum admotione, & hyosciami vsu contracta: interdum compressio musculorum temporalium ab ictu, aut caluarie, aut fracturæ, in qua dura membrana cum medio ventriculo opprimitur. Oritur quoque per sympathiam ab aliis partibus, vt à multis vaporibus in ebris. Nam si ebrius quispiam (ait Hippocrates) derepente obmutescat, conuulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut qua hora crapula soluitur, vocem recuperet. Præterea iniitiis prauarum quarundam accessionum. Verùm Aphorismus hic intelligitur de caro à causa interiore & primigenio cerebri affectu, quod ostendit antecedens cephalalgia. Etenim cum hac sopor dupliciter fieri potest. Vel cum humor cephalalgie causa crassus, & lentus est, vel præ acerbitate doloris concidente robore spiritus animalis, vt Galenus docet de locis affectis. Grauitas autem indicat multitudinem materię, & motus difficultatem. Quod autem superfluit, in vicinas partes, aut imbecilliores facile traducitur. Quare meritò subiicit, ποιεῖ τι ασυμμάδες, conuulsuum quidpiam facit, quod idem est cum hoc, posse aliquando conuulsionem facere, nimirum si humor in neruofas partes diffuat, nec adeo crassus sit, quin penetret in substantiam neruorum, quos replet & extendit, aut frigore vellicat. Est enim frigus conuulsificum. Sic in ebris conuulsio interdum post soporem oritur à repletionem neruofarum partium. Vinum enim ob calorem promptè subit ac penetrat, præsertim si non ita crassis partibus consistet: substantiæ autem copia replet & conuulsionem accersit. Quod si superuacua in ventriculos cerebri inuadant, & facultatem stimulent, epilepsia existit, media inter veternum seu carum, & apoplexiam. Eademque ratione in apoplexiam transire affectus potest madefacta vniuersa cerebri substantia, aut exitu spiritus animalis intercepto ad partes inferiores. Id autem cognoscitur, cum ad veternum stertor & spirandi difficultas accesserint.

## XXVI.

Οἱ κεφαλαλγικοί, διψώδες, ὑπάρητικοί, ἀσφίτες, ἀδύνατοι. ἐπὶ κοιλίᾳ ὑργῆ κοπιώδες, ἤραγος ἐξανίστανται.

Qui capite dolent, siticulosi, vt cumque vigiles, obscure delirantes, impotentes cum aluo liquida delassati animum y mente mouebuntur?

Hæc

Hæc sententia scripta in Prorrhethico paucis mutatis. Constat autem symptomatibus, quæ non vnius affectionis, sed multarum signa sunt, *επερρυνη* nominant. Nam capitis dolor, sitis, vigilia, obscuritas, impotentia, aluus liquida, lasitudo, vt in eodem ægro sint omnia, variam tamē affectionem corporis indicare possunt. Capitis dolor varias causas habet, quarum aliæ nihil habent commune cum siti. Potest enim esse frigida intemperies, solutio quædam continui, & ab aliis partibus affectis, quàm capite sitis nasci solet. Vigilia esse potest à dolore alterius partis, quàm capitis. *παρρηγοι* scripsit. At in Prorrhethico, *αχρηνοι*. Vult ergo hoc loco non omnino esse vigiles, sed cum aliqua inclinatione in somnum, vt in quodam genere comatis, de quo antea, in quo genere non ita sitire solent. *ασαφεις* autem dicuntur, vel qui sic delirant obscure, vt vulgo & imperitis artis, atque inexercitatis non appareat delirium. Multa enim loquuntur ægri, quæ cohærent, sed gestu, quodam intuitu & aliis signis delirium produnt. Ac reuera ex obscuro eiusmodi delirio multi in vehementem insaniam transeunt. Alij *ασαφεις* interpretantur, quibus adeo obscura vox est, vt vix exaudiantur virtute languida, læsis instrumentis, quæ *φωνητικα*, hoc est, vocalia appellant. Sed nec hinc delirium portenditur. *αδωατοι* vero, qui *αδημονες* & *ακρατοι*, qui impotes sunt motus oppressa natura, vel fatiscen-  
*τε. επι κοιλη υρη.* Initium est huius sententiæ in Prorrhethico. vt videatur velle, si ab aluo liquida reliqua symptomata se prodant, metuendū esse, vt ne deliret æger. Est autem *υρη κοιλη* quæ liquida fluxaque deicit, siue ea aquosa sint, siue biliosa. Sed ab aquosis cruditas, à biliosis calida affectio & sicca magis ostenditur. Sunt mista, quæ *υδατοχολα* appellare solet. Sed fluente aluo deliria interdum conuiescent iusta ratione, tantum abest, vt insaniam ea prænuntiet. *κοπιωδες*, neque lasitudo delirij signum est, quæ cum sit *τονωδης, φλεγμονωδης, ελκωδης* & quæ *δσινωπος* ab ulcerosa quidem & inflammatoria delirium magis portenditur, ab aliis minus, aut nihil significatur. Quod igitur in Prorrhethico quasi dubitans *ελπις εκσιναι*, hic interrogans *ηραγε εβανισκνται* addita augendi particula *εξ*, vt *επισιμ* vehementem notet, de qua voce prius dictū est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Aristotelicum præceptum est in demonstratione generalem affectionem de genere, specialem de specie demonstrari debere. Etenim quæ generi conueniunt, licet in specie, quam genus suo ambitu continet, reperiantur: illius tamen propria non sunt neque per se, neque primo. Idem in morborum signis arte explicandis obseruandum, siue affectum declarent, siue affectus magnitudinem, siue mores, siue crisis speciem, vel tempus. Hac lege instructus Galenus sæpe auctorem Prorrhethici reprehendit, qui signa generis tribuit speciei, & contra: sæpe etiam adicit, quæ neque generis, neque speciei propria sunt. Cuius rei exemplum est hoc Aphorismo, in quo *εκαστως* vehementis phrenitidis syndrome quædam describitur. Continetur enim phrenitis sub calida & sicca affectione, tanquam sub genere. Propria autem differentia constituitur, cum dicimus siccam esse affectionem cerebri à bile flaua, aut inflammatione cum delirio continuo & febre acuta. Quæ igitur affectum hoc modo cerebrum ostendunt, vel futurum denuntiant, ea verè phrenitica signa sunt, vt capitis dolor acris cum vigiliis cõtinuis, verba turpia, oculi lucidi aut rubri, somnus turbulētus, & similia. At sitis, lasitudo, aluus liquida, neque locum affectū in phrenitide, neque phreniticā ipsam affectionem indicant, faciunt, aut prænuntiant. Ex his tamen quædam adhibita distinctione generis affectionis declarant, vt sitis, calidam & siccam intemperiem: liquida aluus à colliuatione, æstuatē bilem: lasitudo ulcerosa, humorē acrem & erodentem: phlegmonode, calidam affectionē. Quæcunque enim signa ostendunt magnam siccitatem in vicinis capiti partibus, aut quæcunque symptomata cum ea aliquam habēt societatem, ea quodammodo phrenitidem prænuntiant, quatenus generis illius propria sunt, non tamen propriè sunt phrenitica, qualia quæ à loco affecto & humoris specie sumuntur. Hæc autem vt vera sint, in leuiore tamen peccato vtilitas maxima excusationem habet. Neque enim in his, quæ nobis paramus, tanquam *προμνηματι*  
in memo

in memoriæ subsidium, qualia hæc sunt, hoc accuratum docendi genus aut seruamus, aut seruare debemus: neque omnia ex generali methodo licet consequi: neque prima inuentionis rudimenta vnquam exacta sunt, sed ab exiguis initus profecta, ac suis progressionibus vsa perficiuntur. Præstat autem in his exerceri, quia in ægris ita ferè contingit, vt diuersi generis signa complicata appareant, quæ facilius discernent, qui discernendi rationem ex his didicerint, quorum multa in aliis libris prætermissa sunt. Nec minorem mea quidem sententia vtilitatem afferunt, quæ Galenus in Prorrhethico scripsit, ad præfagiendi artem, quàm quæ alibi curiosius persequitur generali methodo: nec tantum ex eo, quod rectum est, intelligitur contrarium, sed ex contrario etiam rectum. Adde quod tum in diagnosi, tum in prognosi ita omnia interdum ambigua sunt, vt nisi animo sensuque signa etiam dissimilis generis perlustras, & aliena quædam quasi in supplementum adducas, dum ex multis communibus tanquam vna proprietas efficiatur, in paucis exitus respondeat, non tantum quod multa interueniant, quæ præfagium fallant, vt Aristoteles scribit, sed quia solus signorum omnium consensus & multitudo scientificam facit certitudinem. Sed hæc alibi. Hic igitur quædam signa sunt eiusdem generis, vt dolor capitis, vigilia & *αεφεία*, cum ægri obscure loquuntur, vt vix intelligi aut exaudiri queant. Dolor enim capitis affectum locum demonstrat: vigilia verò affectus causam, nimirum siccitatem cerebri & biliosam acremque exhalationem: vnde ex causæ continuatione duplex periculum impendet conuulsionis à siccitate, & phrenitidis à biliosiore facto sanguine per Aphorismum, Propter vigiliam conuulsio aut desipientia, malum. *αεφεία* verò obscuritas in loquendo vel propter instrumentorum voci inservientium offensionem, quam ex neruorum vitio contraxerunt, vel propter mentem læsam. Verum id fit dupliciter. Nam cum æger, qui natura taciturnus non est, tacet, aut obscure loquitur nondum progresso valde morbo, neque facta phrenitide, huic veterinosus quidam marcor atque in somnum propensio accessit, aut melancholiæ principium. Cum verò post continuum delirium, aut vehementissimum capitis dolorem quietus iacet, neque solum non tumultuatur vt antea, sed nec prorsus loquitur, nisi pauca quædam mutila & hiantia, idque submissè & cum manuum quadam tremula motione, virtutem huius languere, & hecicam in cerebro factam esse impressionem phrenitidis, tanquam in lanis tintis, quæ clui non possunt, conicere oportet. Ex quo mirum videri possit, cur Galenus hic neget esse vllum signum magnitudinis phrenitidis, nec ex his phrenitidem *ως εκσιναι* significari, sed ex æruginoso vomitu, aut nigro, aut vrinis, aut deiectionibus, & similibus. Nam alibi scripserat *αεφείαδες*, hoc est, obscuras desipientias esse valde phreniticas: & Hippocrates, Tremulæ, obscuræ, blandæque & contrētactiles desipientiæ, valde phrenitica. Verum distinguere oportet, vt diximus. Nam obscuritas hæc posteriorē modò sumpta signum est vehementis phrenitidis & *εκαστως* cum silentio. Galenus autem priore modo sumit, quanquam quæ sequuntur, hunc virtutis langorem in phreniticis exprimere videntur. Sunt enim, vt subiicitur, *αδωατοι*, impotentes. Nam initio affectionis phreniticæ, plura, quàm consuetum sit, loqui solent ægri: mox aucta affectione iactari, exclamare, exilire, violenter quædam manu facere: denique verò vel conuelli, vel præ langore virium quiescere, vt neque insanire amplius, neque pernitiosè habere, multis etiam medicis videantur. Eiusmodi itaque phrenitide planè imbuti & obscure loquuntur, & reuera sunt *αδωατοι*, vt alibi exposuimus. Quod igitur etiam negat Galenus impotentiam quicquam conferre ad affectionis delirij prænotionem, aut ad magnitudinis ipsius cognitionem, de ea, quæ generationem phrenitidis antecedit, intellexit: quanquam conuenire magis videntur, quæ diximus. Sitis autem signum phreniticum non est, nisi quatenus calidam & siccam affectionem ostendit, sub qua continetur phrenitis. Nam cerebro æstuate & exiccato in sympathiam ventriculus trahitur, vel communicata intemperie, vel bile. Bibunt tamen parum, quia obliuiscuntur læsa memoria, vnde *βραχυποτοι* dicti. Aluus quoque liquida neque genus phrenitidis, neque speciem ostendit, nisi qualitatem exeuntiam adiunxeris. Nam multis modis aluus liquida est: aut corrupto alimento in ventriculo:  
A a

7. Aphor. 18.

2. Prorrh. 3

1. Prorrh. 33



aut non distributo, quod hepar infirmum non trahat chylum, quomodo deiectione liquida cremoris specie refert, sicuti infirma vi sanguifica liquida & saniosa loture recens mastata familia exeunt. Interdum etiam liquida est toto corpore, aut parte aliqua sese per medium hepar expurgante. Sed ex his nihil ad praesagium, aut dignotionem phrenitidis recte colligi potest, nisi quod illam, quam diximus, impotentiam interdum sequitur facultatis hepaticae resolutio. Verè enim sunt ἀδύατοι, quibus facultates omnes collabuntur, animalis, quod ex grauitate corporis & obscuritate loquutionis dignoscitur: vitalis, ex languido, duro angusto & exiguo pulsu: naturalis ex aluo liquida, & immodicè fluente. Cùm verò alius liquida est bile flaua sincera exeunte, vel ex colliuatione de generatione phreniticæ affectionis aliquid demonstrabit, magisque si spumosa fuerint, deiectiones. Alioqui in phreniticis alius solet esse astrictior vel obliuione, vel exustis excrementis, vel bile sursum rapta, quo efficitur, vt faeces biliosae tincturae expertes exeant, nec intestina stimulentur ad excretionem. Postremum symptoma est lassitudo, quæ, vt cætera, distinctione opus habet. Nam cùm multis modis fiat, vel ob mordentes acresque humores, quæ ulcerationis: vel ob copiam, quæ tensionis: vel ob virumque, quæ phlegmones sensum refert, sola ulcerosa, aut phlegmonodes ad praesagium delinij futuri aliquid conferre potest. Dubitat ergo, an qui ita afficiuntur mente moueantur. Dubitationis causa est, quia si hæc appareant in phrenitide iam affecta & absoluta, in qua ægri obscurè loquuntur, aut silent, & impotentes sunt virtute omnino prostrata; non modo ἐκπρωϊοι vehementer phrenitici, sed ne phrenitici quidem vulgò videntur, vt alibi explicatum est. Si verò ante phrenitidem conspiciantur, non est necesse, vt sequatur phrenitis, quanquam magna ex parte sequitur adhibitis prædictis distinctionibus. Solet autem Author, in quibus morbis neque multos obseruauit ægros, neque certam naturæ rei demonstrationem habet, aut nomen ægri adscribere in quo symptomata obseruauit: aut querere, & dubitare, nunquid, quod dicitur, veritatem habeat. Huius autem dubitationis nota est coniunctio ἄρα.

XXVII.

Κεφαλαλγίες, ὑπόκωφοι, χεῖρας τρομάδες, τράχλον ὀδυώδες, ἐρέοντες μέλαινα, δεδαχυλῖνα, ἐμείοντες μέλαινα, ὀλέθριοι.

Capite dolentes, surdas et in remiscens manus, dolentes à ceruice, meientes nigra còdensata, uometes nigra, lethaler habent.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Colligit multa signa, quorum alia per se lethalia, alia verò non ita, nisi aliis accedant. Capitis ergo dolor non est lethalis per se, neque surditas. ὑπόκωφοι autem non omninò surdi, sed qui surdas tri, quod sepe contingit in morbis. Ad crises vulgus non sine re inter salutaria numerat, quia plerisque vident inde conualescere, præcipuè vbi integra mente reliquisque sensibus hoc accidit χεῖρας τρομάδες. Et hoc sæpius vidimus in salutari morbo, & Pythion ab hoc signo conualuit. τράχλον ὀδυώδες: Inter signa acuta febris, inter signa hæmorrhagica in multis febribus cum distillatione hoc accidit. Nec inde temerè denuncianda mors est. ἐρέοντες μέλαινα. Et hoc quòque lethale interdum est, interdum salutare, quod in vrinis pluribus exponemus. δεδαχυλῖνα vocat densas, hoc est, crassas vrinas, nigras. Alia enim tenues, alia crassæ. ἐμείοντες μέλαινα. Et hæc certè inter signa lethalia sunt, de quo in sermone de vomitione. Hæc ergo vbi coeunt omnia, nec à nigris vrinis & vomitu reliqua conquiscentur, iure quidem lethalia pronuncietis.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hæc quoque phrenitica signa sunt, sed communia, ex quibus generica affectio intelligatur potius, quam phreniticæ affectionis proprietates. Horum autem alia partem affectam, alia affectus modum & magnitudinem denunciant. Est enim cephalalgia capitis ipsius affectus cum grauitate, tensione, aut morfu: surditas verò

verò cerebri, vel à resolutione facultatis audiendi, quæ acutis & turbulentis febribus succedit: vel à meatus auditorij interceptione, aut momentanea à bile, aut firmata ab aliquo impedimento illic pertinaciter hærente. Tremulæ autem manus materix diffusionem ostendunt in principium neruorum, qui à cervicali medulla in manus feruntur, modò ne tremor inciderit ex antecedente aliqua insigni vacuatione, vt alui profluuium, fame, immoderata venerè: vel progressio iam morbo ex vehementi neruorum resiccatione cum virtutis infirmitate coniuncta, vt post magnam phrenitidem. Idem colligitur ex cervicali dolore. Nam cùm duobus modis fiat, aut affectis partibus, quæ extrinsecus vertebram circumiacent: aut propter affectum cerebrum, vel spinalem medullam, vel ipsas cerebri membranas, hoc posteriore modo oriri testantur cætera symptomata cerebri, à quo effusum aut liquatum humorem partes proximæ & communes excipiunt. Quod subiicitur de vrinis nigris, alterius principij offensionem demonstrat. Sunt autem nigræ substantia, contentis, aut vtriusque. Causa triplex, vehemens caliditas: humor niger, quem natura expurgat criticè, aut è parte aliqua vt liene: & frigiditas per extinctionem caloris natui. Distinguitur hoc modo, quia cùm ab immoderata frigiditate nigrescunt, aut partium mortificatione graueolent, & liuida præcesserunt, morsque est in propinquo. Criticam ex alleuatione ægri, & symptomatum remissione intelligimus. Alio verò modo nigræ pessimæ sunt. Nam & perniciosam materiam denunciant, serum videlicet bilis atræ, quod cum aquosis excrementis emittitur: & venarum atque arteriarum perniciosum affectum, febrem videlicet tum acrem, tum igneam: & causam periculosissimam, nimirum vehementem caliditatem, quæ humores exaffat. Deteriores autem sunt, quæ per se totas nigrescunt, quàm quæ ençorema aut nebulam tantùm nigram habent, aut subsidentiam solam, adeo vt nullum eorum, qui tales vrinas minxissent, seruatum viderit Galenus. Minus mala est eius duntaxat subsidentia nigra: minus verò hac ipsa sublimamentum nigrum. Adhuc verò minus mala, nebula nigra. Internoscitur autem ab aliis, quia igneæ & virides aut æruginosæ præcesserunt, aut vehementer flauæ, & alia signa lethalia apparent. Quid autè vocet δεδαχυλῖνα vrinas densas, meritò veteres Prorrhethici interpretes dubitarunt. Nam crassum Philosophi considerant in constitutione partium in toto: densum in constitutione totius in situ partium. Crassæ ergo & tenues vrinæ meritò dicuntur, densæ aut raræ minimè. Nam aqua densissima est. Nihil tamen impedit à densis contentis δεδαχυλῖνα dici, vt à grumis θρομβώδες: de quo rum generatio ne & significatione copiosè dictum est in libro de vrinis. Sufficiunt autem nigræ vrinæ ad magnitudinem febris & perniciem declarandam. Quare ad vim prælagij neque densis contentis, neque deiectionibus, aut vomitionibus nigris est opus, cùm vrinæ nigræ sint perniciosiores. Vomitus nigra vel est atræ bilis per vstionem genitæ nota, tracto in sympathiam ventriculo cum inflammato cerebro, aut iccore: vel quod minus malum est, refluxus humoris melancholici à liene in ventriculum. Verùm Hippocrates intelligit, quæ vi febris talis est. Hoc genus vomitionis in phreniticis perniciosissimum esse cùm aliis multis locis testatur Galenus, tum in commentario ad illum locum, Sed æruginosa quoque vomunt, atque ex his aliqui citò moriuntur. Id est (inquit) confestim à vomitu intereunt. Suntque nonnulli, qui simul atque tum conuulsi fuerint, tum æruginosa vomuerint, confestim moriantur: alij ob virtutis robur superuixerunt diem vnum, aut duos, aut tres, aut interdum quinque. Idem iudicium de nigris, nisi quòd eò perniciosiora sunt, quòd vehementiorem caliditatem denunciant. Est enim æruginosus humor tanquam præcludium nigri.

1. Prorrh. 32

1. Epid. comment. 2

XXVIII.

Οἱ κεφαλαλγίες ἐφιδρωῖτες, καὶ λίω ἀπελημμένοι ἀπομώδες.

Capite dolentes, leuiter exudantes, intercepta aluo in conuulsione facile incidunt.

**S**iquidem caput cruda materia plenius est, & intercepta aluo magis magisque repleatur, fieri quidem par est, ut & caput doleat, & tenuis sudor circa caput emanet, quæ *ἐπιποσει* est. Ac tum conuelliur æger, si materia diutius cohibita putrescit, & acrimonia putredinis laeçsitis neruofum corpus capitis. Alioqui vel fopor grauis, vel resolutio potius fieri debet.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**ictum est sæpe, materiae copiam in capite superfluentem facillimè vel pluribus locis communicari, vel transfluere in partes vicinas, aut imbecilliores. Cum itaque ex capitis dolore cum leui exudatione significatio fiat vel copiae, vel resolutionis partium solidarum, atque vtrumlibet horum in locis tum capitis, tum thoracis deterius sit signum, quàm si in alia quapiam parte fuerit, meritò suspitio iniicitur magni alicuius mali futuri, accedente praesertim suppressa aluo, quæ oppressionem à copia humorum ad superiora recursum aut tractum, & prauæ exhalationis in caput ascensum significat. Aluus enim intercepta (ait Galenus) semper capitis symptomata exasperat. Verùm principio neruorum affecto, non est necesse conuulsionem fieri. Potest enim phrenitis aut coma, aut vocis priuatio, & quoduis aliud tale pathema inde sequi. Potest quoque & natura morbo robustior inuenta hæmorrhagiam moliri aut parotidas. Nihil igitur tutò definire licet, priusquam aliquod aliud signum conuulsionis se prodât. Sequetur enim ex continuatione causæ & diffusionem materiae in neruofas partes, praesertim si infirmæ sint, vt in pueris.

2. Prorrh. 55

XXIX.

Τὸ κάραιδες πανταχὲ κακόν.

Sopor ubique malus.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**ubitans in Prorrhethico, Sopor an vbique malus? Sed de fopore lethali critico, dubio iam antè.

DESID. IACOTII COMMENT.

**T**ribus modis vox Carus sumitur ab Hippocrate & Galeno. Interdum pro somno profundo & excitatu difficili à diurnis vigiliis, qui criticus dici solet, atque utilis vt causa & signum. Videre enim licet ægros quosdam (vt Galenus scribit) tribus, vel quatuor continuis diebus vigiles permanere, quibus difficilis excitatu somnus superueniens, ac nocte dièque perseverans magnum afferat auxilium. Sæpius quoque & in pueris somnum eiusmodi superuenientem non vno die solùm: verùm quoque & duobus ex ordine diebus magno ipsis esse commodo. Altero modo caros dicitur profundus somnus ex humidi vtilis copia oppresso cerebro, vt in ebrietate, qui neque absolutè bonus, neque malus dici potest, nisi adhibita distinctione quam Hippocrates tradit in Aphorismis, Si ebrius quispiam repente obmutescat, conuulsus moritur, nisi febre corripitur, aut qua hora crapula soluitur, vocem recuperet. Tertius est carus morbosus, qui propriè carus dicitur, nimirum somnus profundus, è quo ægri tamen pungantur, suscitari non possunt, cum sensus & motus priuatione, rationis & memoriæ læsione à copia materiae frigida, aut crassa & lentæ sine putredine, quæ anteriorem cerebri partem occupat: aut à cõpressionem ventriculorum cerebri, aut multo vapore prauo, aut insigni refrigeratione, vt ex narcoticorum vsu, manente sola respiratione libera ad differentiã apoplexiæ. Nomen habet à *καρῆ*, quod est caput, vel à verbo *καρρόμαι*, aggrauor, capite sum attonitus. Hæc nominis confusio facit, vt in Prorrhethico, quærat, Sopor an vbique malus: hic verò affirmet, vbique malum esse. Illic enim in vniuersum de omni somno profundo & excitatu difficili quærit: hic solum morbosum foporem intelligit

2. Prorrh. 29

5. Aphor. 5

intelligit, qui malus est, vt signum prauæ causæ, ac partis nobilis grauiter laborantis, & causâ vel apoplexiæ, vel conuulsionis, si perseveret. Vt enim vigilia vigiliæ causâ est, ita fopor foporis, quia ipsa affectio suam causam fouet & auget. Distinguitur ab aliis difficultate expurgiscendi, causæ antecedentis natura, & cõiectura ex pulsu. Mouetur interdum & in febrilium morborum accessionibus (ait Galenus) in quibus neque stimulantibus, neque ferientibus, necdum in clamitantes sentiunt ægri.

XXX.

Οἱ κωματώδεις ἐν ἀρχῇ τῆ γονιδίω, καὶ κεφαλῆς, ὀσφύος, τραχήλου, ὑποχονδρείου ὀδώνης, ἀρτηριόεντες, ἢ ἄραγε φρενιτικοί; μυκτῆρ ἐν τετάρτῳ ἀποσταξῶν, ὀλεθροῦ, ἀλλως τε καὶ τεταρταίως ἐστὶ ἢ ἀρχομένοι.

Qui in coma initio morbi incidunt cum capitis, lumborum, colli & hypochondrij doloribus & vigilant, an phrenitici fiant? Ac sanguis stillans iis è naribus lethalis tum aliàs, tum si quarto die, vel morbi initio.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**n Epidemiis mulier, quæ abortuerat, statim initio κωματώδης. ἀρχομένη κωματώδης ἢ, rursus vigil cum capitis grauitate & lumborum dolore. Obiit phrenitica. Et in ardoribus tertij status tertij Epid. κῶμα ἀρτηρία κατὰ φρενὰ, stillatio sanguinis, phrenitis, mors. Sic inuenies in historiis Epid. quibus phreniticis hæc acciderunt, & quibus non. Rectè igitur addit ἀράγε. In Prorrheth. Gale. multa differit de contentione interpretum, quod alij legerent ἀράγε φρενιτικῶν: alij vt hoc loco, εἶσι vocem omitterent verisimiliore sententia ex his signis phrenitum præuñtari, nõ si hæc sint, iam phrenitum manifestã esse. Quid autè coma Gale. libro vno satis explicauit, & nos antea breuiter perstrinximus. Quæ autè scribit cum capitis, colli, lumborum & hypochondrij dolore, hæc omnia quidem si grauitas dolori iuncta, & somniculosus morbus, est magis delirium inualefcente morbo significant: si cum vigilia & sine grauitate, phrenitidè: idque magis, cum hæc mouet morbus, internumque vitium, nõ autem externa causa. Quæ enim ex certis laboribus, aliisque euidentibus causis cõmouentur, minimum vitium habent ad praesagium, quomodo nec ea, quæ integra valetudine consuetæ sunt. Hic ergo cum & κῶμα & ἀρτηρία contrarij effectus incidant, duplex quoque materia subest, bilis & humor crudus, atque inualefcente bile vigilia, priuata κῶμα manifestus est. Atque aliquando mista vtraque materia mistus quidam affectus ex phrenitide & lethargo, ex vigilia & cataphora generatur, τυφομανίαν quidam appellant. Quæ vox etiam si notat fuentem maniam, accommodatius tamen latentem oppressamque blandam & obscuram intelligas, & quæ non ita se prodât. μυκτῆρ ἀρτέων. sanguinem stillare è naribus quarto die, vel quinto, quam vim habeat, prius est expositum. Quod autem dicitur ἀρχομένοι in Prorrhethico sine particula ἢ dicitur, vt videatur sensus. Si quarto primo die stillare incipiat. Quod si ἢ additur, verior sententia, quia & quarto die stillare malum, & ante quartum. Sileno, Philisco, Epaminonti primo Epid. tertio die stillauit primum, deinde quarto, & obierunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

**E**adem sententia legitur initio Prorrhethici addito verbo εἶσι, an phrenitici existant? Ex quo orta quæstio inter veteres Hippocratis interpretes, intelligendum ne sit, an qui ita afficiuntur, iam sint Phrenitici, an paulò post futuri. Ex hac altera, an cognitio primi insultus morbi pertineat ad διάγνωσιν, an ad πρόγνωσιν. Causa dubitationis, quia quod est in motu alterationis, diuersum diuersis temporibus apparet à seipso, vt infans, puer, adolescens, iuuenis, vir, senex: & plantæ atque arbores simul ac è terra existunt, propriam suæ speciei circumscriptionem

nondum habere videntur, ob idque non internoscuntur ab aliis, nisi à perito agricola qui sæpe ac diligenter illas contemplatus fuerit. Idem iudicium de morbis. Cum enim fieri incipiunt quo tempore nondum symptomata se produnt, vix medicis noti sunt, nisi admodum peritis & exercitatis, ut phrenitis cum comate primo die. An ergo phrenitis est, cum propria absint phrenitidis symptomata, vigiliæ, verba absurda, iactatio, *ἀσυνείδησις*, & similia? Quemadmodum an qui inæqualitate quadam quam *ἀσυνείδησις* vocant, tentari cœperint, iam habent febrem? In promptu responsio est ex Aristotele. Omnis enim pars motus, motus est. Sic coctio simulatque incipit, iam coctio est, & mutatio quælibet. Non idem dicendum de generatione propriè dicta, quia non fit in tractu temporis. Phrenitis ergo & omnis alius morbus, ubi incipit, iam phrenitis est. Accidentia autem nullam, ut Philosophi loquuntur, quidditatem habent, nisi substantiam subiectam à qua sunt, id quod sunt. Propterea dicuntur *ἀσυνείδησις*, quia excipiuntur, *συμβεβηκότα*, quia contingunt, *συμπεπρωμένα*, quia simul accidunt. Medici tamen interdum crasriorem sensum potius, quam rationis aciem sequuti, morbum non appellant, nisi morbi accidentia omnibus sint conspicua: & ne in *ἀσυνείδησις* incidant, saltem volunt actionem insigniter lædi. Phrenitis est ergo, tametsi eius non nisi exiles quædam notæ & solis exercitatis conspicuæ appareant. Ita fit, ut his diagnosis, aliis prognosis videatur. Neque verò quicquam impedimento est, quominus coma & phrenitis simul inuadât. Non enim coma somnum profundum significat, sed inclinationem ad somnum, quam interdum vigiliæ sequuntur, ut commissis palpebris dormire videantur, nec tamen dormiant: interdum somnus profundus: nonnunquam etiam leuis, laboriosus & interruptus, quem dormitationem à somniculorum frequentia dicunt, unde tres comatis differentiæ, de quibus dictum est alibi copiosè. Cum autem sint etiam comatis tres causæ in vniuersum: humiditas multa primæ partis sensu præstantis in qua fit somnus: solus frigus, aut frigus cum humore: & virtutis imbecillitas calorisque natui resolutio à febrili, cum pulsu languidissimo, tardo, raro, paruo: primâ intellexisse ex eo patet, quod scribit *ἡ ἀρχὴ*, in principio morbi. Hæc autem rursus triplex est, præsertim si cum vigiliis coma coniunctum fuerit: nempe vel sanguis copiosus, cui bilis mista est: vel pituita cum bile: vel pituita sola cum putredine, & sine putredine. Etenim pituita, quæ non putrescit, comatis profundi causa est, & cari. Eadem cum locum, in quo princeps animæ pars residet, humectarit dilueritque cum putredine, lethargum efficit, quemadmodum copiosus sanguis, aut pituita cum bile coma somniculosum. Copia enim sanguinis facultatem grauat, & ad somnum inclinat: bilis irritat, pungit, & somnum prohibet. Unde sic affecti nequeunt vigilantium munia subire. Palpebras enim committunt ac dormire sperant: mox excutiuntur somno. Idem iudicium de pituita & bile. Quia igitur adiecit *ἡ ἀρχὴ*, ex eo intelligi voluit non agi de comate vigilante à resolutione facultatis, aut frigore, quod succedit calidis affectibus, & lethale est, aut de comate ante parotidas. Neque tamen adhuc responderi tutò quaestioni potest, propter homonymiam vocis principij. Nam & primum morbi insultum significare potest, & tractum temporis ad tertium vsque diem, & primum morbi tempus cum cruditate signis. In primo itaque morbi ingressu sanguine nõdum detracto, necdum imminuta aut mitificata bile, ægri sæpe in coma somniculosum incurrunt à copia sanguinis sine metu phrenitidis. Verum cum id fieri cœperit die quarto, quo tempore sanguinem detractum fuisse consentaneum est, & repressam aliquantulum bilem, ut tum cessare potius debeat, quam incipere, colligere oportet non sanguinis copiam, sed pituitam & bilem inuasisse in cerebrum. Merito ergo quaeritur, an sint, vel futuri sint phrenitici, præsertim si simul accedant capitis, lumborum, colli & hypochondrij dolor, dum ne ab externa causa ortum habuerint, ut longo itinere, motu, sole, cibo, quæ ad præfagium nihil conferunt: sed vi febris, quod semper est intelligendum, & à plethoricis causis, quæ illas partes obsident, ac translationis in caput metum afferunt. Respondendum itaque hoc modo, vigiliæ cum his symptomatis sine cataphora haud dubiè phrenitidis timorem iniicere. Nam & caput iam affici manifestum est, & à partibus diaphragmate inferioribus ad superas calidiorum bilem

Triplex coma.  
Triplex causa.  
Triplex humor.

rem bilem & acriorem rapi per venam cauam & arteriam: vel colliquationem quandam & fusionem à cerebro fieri in partes vicinas & inferiores. Id enim denuntiare solent huiusmodi dolores, qui cum symptomatis capitis coniuncti fuerint. Sin verò vigilent quidem, sed cum inclinatione ad somnum & commissis palpebris, expectare vnum diem oportet, donec motus morbi conspicuus euadat. Nam cum alter humor alteri copia & multitudine fuerit æqualis, & ad finem vsque symptomata vtriusque apparuerint, *τὴν φρομανίαν* erit. Cum verò bilis superauerit, phrenitis: cum pituita, lethargus. Quod autem subiicit, stillicidium sanguinis in his malum esse, non solum in his, sed in omnibus semper malum est. Verum absolutam illius signi malitiam ostendunt, si die quarto, si meracum, si cum prauis signis in cerebro appareat, nec paucitatis causa in astrictione meatuum referri possit, ut hyeme: de quibus omnibus alibi satis dictum est. Interdum autem fit resolutione & vitio partium alicuius, ut lienis, vel hepatis: sæpius verò, quod hic intelligitur, symptomatice humorum motu, ex quo significatio fit vel oppressæ naturæ à copia & malignitate materiæ morbificæ: vel eiusdem fatiscens, quæ collectam in cerebro copiam conatur excernere, sed nequit. Talem autem signorum genus deterrimum esse, quæ simulac fieri cœperint, statim desinunt, ut sudorum, pustularum, deiectionum, mensium & similibus, sæpe docuimus, non solum propter significationem, quam diximus, sed etiam propter materiæ morbificæ frustra agitata ad nobilia viscera refluxum. Quod autem quarto die deterius sit, multæ sunt causæ. Primum quia est index septimi, qui proportioni signorum quarto die apparentium respondet. Deinde, quia quæ diebus criticis aut prænuntiis apparent, firmiora sunt, quam aliis. Tertio quia morbi acuti imparibus & moueri, & iudicari debent. Malum tamen etiam est ante quartum, ob idque addit *ἡ ἀρχὴ*, vel ineunte morbo.

XXXI.

Κακὸν δὲ τῆ κοιλίης περιπλοῦς ἐξέρυθος.

Malum verò ventris valde rubens proluuiis.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN Prorrhético *περίπλοισι* dicit, additque, *ὅτι πᾶσι τοῖσι νοσήμασι ἡκίστη ἢ ἐπὶ τοῖς προεργασίαις*. Non meminit verò in prædictis. Verum si hæc addideris, permiscet *ἐπεργασίαι*, hoc est, signa, quæ affectum cerebrum indicent, cum signis affecti hepatis. Nam *κόμα*, vigilia, capitis ceruicisque dolor, phrenitis, stillatio sanguinis è naribus affecti cerebri indicia sunt. Valde rubens proluuiis imbecillitatem iccoris ostendit, quanquam utroque principio sic habenti grauius denuntiandum periculum. Sed melius constituitur præfagium & artificiosius, ubi seorsum *ὁμοειδῆ* colliguntur signa eiusdem rationis & naturæ. Perturbatur verò ars & ratio, ubi quæ *ἐπεργασίαι* permiscetur, etiam si idem genere ostendant salutem vel exitium. Natura nervos omnes seorsum & vno cursu direxit, venas quoque arterias, & ossa. Quod si interciso cursu venas nervis, arterias ossibus, & hæc mediis musculis & carnibus interdum posuisset, pulcherrimam fabricam corporis œconomiatique totam confudisset. Est autem *περίπλοισι*, quum liquida, quæ *ὕδα* dicebamus, affatim multa deiciuntur, effluuntque. Valde rubens, cum pauco sanguine immixto loturam carnis, vel aquam, in qua recens macerati animalis sanguis parte aliqua effusus sit, magnam imbecillitatem iccoris ostendens. Sunt qui dysenteriam *ἡσπικίαν* appellant. Eodem modo *περίπλοισι γαλάθης* cum *ὕδατο* deiciuntur, pauca bile, multis aquosis excrementis mista. At proluuiis rubens retentricis & aliquando sanguificæ virtutis hepatis symptoma est. Rubent autem plus minusve, ut vel magis, vel minus coctus sanguis est, ut multus, vel paucus.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hic Aphorismus licet priori connectatur in Prorrhético, seorsim tamen & per se verus est, adhibita distinctione, dum ne sit dysenteria cruenta critica & à to-

to corpore, vt quandoque in otiosis contingit; & quibus liberè non perpirat corpus, vel solemnis vacuatio suppressa est, aut pars mutilata, aut venæ mēfaraicæ refudant. Est autem *πρόπλοσις*, aut, vt alij legunt, *πρόπλοσις* *εξερυθρός* valde rubens proluues hepatica dysenteria & ichorosa, id est, cum ichore sanguinis & tenuium humiditatum carnis loturæ recens mastrata similis, aut sanguinis aqua diluti. Nam cum hepar non trahit à ventriculo, liquida defluunt ab aluo, cremoris specie, chylola vulgò dicunt. Cum verò non retinet, vnde vtplurimum sanguificæ facultatis symptoma comitatur, liquida & saniosa exeunt, venæque interdum resoluuntur, & sanguinem vel per aluüm, vel per nares, aut vterum, aut hæmorrhoidas, aut spūta effundunt. Vt enim ventriculo copia alimentij, aut corruptione, aut prauis humoribus irritato, vomitus cietur: ita hepate oppresso proluues rubra, à quo iccoris affectu proprie hepatici dici solent. Hepatica ergo excrementa cum infirmitate eiusdem duplicia sunt. Cruenta; qualia diximus; quia in venis mēfaraicis inchoatus sanguis & rudis non perficitur ab hepate infirmo, sed effluit per interualla, aut retentus crassescit, corrumpitur, & aduritur, vnde ex cruentis nigra & fetida excluduntur. Deinde *ὀδύσπολα* quasi ex aqua & pauca bile mixta. Nam calefactum hepar, sed robustum sicca, aut biliosa & lenta reddit, quia lentor est modus calefactionis vltra aquam citra siccitatem; liquor verò & tenuitas sine lentore; crudiratis citra incaffationem. Sic libro quarto de victus ratione in acutis scribit Galenus hepate phlegmone obfeso vri excrementa & exicari, veluti quæ *αυθαθάδης* appellantur, & *σύνδαλα*, modò ne coniuncta sit imbecillitas. Cum imbecillitate autem liquida deiici, quia ad se alimentum trahere nequeat. In commentario autem ad hunc locum imbecillitatē scribit proluuei rubræ causam infirma retentrice, quam vt plurimum sanguificæ symptoma sequitur. Ex quo intelligitur imbecillitatis hepatis multos esse tanquam gradus, qui excrementorum species variat, nec ab omni imbecillitate hepaticos dici. Præterea rubentem proluuim malam esse magnitudine causæ, nobilitate partis affectæ, materiæ, quæ alendo necessaria est, excretionē, & spirituum simul effluentium exolutione, vnde verbum hepaticum *εκλύειν*.

XXXII.

Οἱ κωματώδεις ἐξ ἀρχῆς ἐφιδρώσαντες ὀυροῖσι, ἀπείτως, καυστικοί, ἀκρίτως δὲ περιψύχοντες, διὰ ταχέως ἀπερυσθείας, νωθροί, κωματώδεις, αἰσθησώδεις, ἐλθριοί.

*Qui comate oppressi ab initio exudarunt leuiter, urinis coctis ardentes citra iudicium refrigerantes breuibis interuallis ardore redeunte, torpidi, oppressi comate, conuulsione subinde capti perniciosè habent.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.\*

**H**æc scribuntur in Prothetico, nisi quòd *κωματώδεις* alterius sententiæ, quæ proxima præcedit. Initium ergo sit *ἐξ ἀρχῆς ἐφιδρώσαντες*. Rectè quidem Galenus superuacaneum esse scribit *ἐξ ἀρχῆς ἐφιδρώσαντες ἔρσι, ἀπείτως*, quia reliqua satis sunt ad prælagium mortis, & perinde ac si quis scribat vulnera cerebri perforata membrana cum vnguium abscessu, cum vlculculo in crure esse lethalia. Atque *ἐφιδρώσις* initid non ita metuendâ, quia viribus integris copia, tempore, & diebus criticis in sequentibus percoqui posset, vbi largior sudor & salutaris expectandus erit. Vrinæ verò coctæ omnino bonæ sunt. Atque hæc concoctio in febribus initid breuem secuti unque morbum certò ostendit. Oportet igitur vel urinas coctas dicere, vt vult Galenus, crassas & albas, vel reuera coctas, quod aliquando contingit *ἀνωμαλώς*; hoc quia hodie coctæ, cras crudæ sunt. Alij videntur legisse *ἐπιπνοῖσι*, vt urinas *ἔρα ἐπιπνοῖα*, laboriosas dicat, quæ cum dolore exeant. *καυστικοί* sunt qui vruntur febre. *καύσιμα* enim *πύρωσις, ἀκρίτως περιψύχοντες*. & frigus & rigor

& rigor sæpe incidunt in *crisim*, à quibus excretio morbum absoluit. Si verò non sequatur salutaris excretio, quod *ἀκρίτως* dicit, malum. Etenim decretoria, quæ non decernunt, lethalia sunt aut difficilia. *σὺ ταχέως πύρωσις*. Siue *ταχέως*, siue *ταχέως* legas, nihil refert. Hoc enim fit, cum subita mutatio fit frigoris & caloris. Ac iam antè dictum est subitas eiusmodi alternasque mutationes periculosas, sitis, caloris, coloris, aliorumque id genus. Magna certè mutatio, quum quis iam frigidus statim vehementer inurit. *νωθροί* torpidi, hebetata vi animæ & corporis. Id autem fieri videtur à violento certamine morbi contra naturam, quod subinde euarians calor & frigus indicant, resolutio spiritus, & ita ægro obtorpescente, & ita fatisciente natura, quomodo moribundis impotentia quædam corporis, & quæ peculiariter impotentia vigilandi appellatur, quanquam aliquid materiæ sursum irrepsisse potuit, vnde *κωματώδεις* & *αἰσθησώδεις*, nisi conuulsio antecedente incendio resiccatis neruis acciderit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**nter tot symptomata vis prælagij repetenda est ex his, quæ mutuo sese consequuntur, ardere, refrigerari sine crisi, & celeriter iterum ardere. Voce autem *καυστικοί* æstus exprimitur, id est, excessus caloris febrilis, & vt Aristoteles loquitur, *ὑπερβολὴν καὶ πῦρ ἐπὶ πῦρ*. Quod per se malignum non est benignis mansuetisque totum corpus æqualiter vrentibus. Galenus interpretatur *καυσώδεις*, quanquam causus malignitatis signum continet, quod sequitur. Nam *περὶ ψύχοντες ἀκρίτως*, hoc est, perfrigerantur sine crisi. Nempe quod vrentes hæc febres summas partes non calfaciant, malignæ existunt. Ac rectè *περὶ ψύχοντες*. Etenim circum & in extimis tantum perfrigescent magis aut minus, prout imbecillitas maior naturæ, & inflammationis materia crassior totum ad se sanguinem instar cucurbitulæ trahentis fuerit. Interius autem viscera vruntur, quod ex lingua exulta, iactatione, æstu circa præcordia cognoscitur. Perfrigerantur quoque frustra tentata crisi, vnde periculosa materiæ translatio sequitur. Præterea & moribundi extincto calore natiuo, vt glacie frigidiores appareant: & in perturbatione critica natura intro accurrente ad excretionem, quem modum, vt excluderet, addidit *ἀκρίτως* sine crisi. Neque enim febris ardentissima solui potest sine crisi: neque in eam vnquam perfrigeratio incidit vtiliter sine excretionē. Quare perfrigerari *ἀκρίτως* symptoma est aut vehementis inflammationis, aut perniciosæ translationis in caput vel diaphragma, aut suppurationis, si caloris, & frigoris vicissitudo coniuncta sit, aut summa imbecillitatis virium, & inopiæ caloris natiui in extimis partibus. Perinde igitur est ac si diceret, non remitti febrem, sed tantum extrinsecus perfrigerari, intus autem manere, nulla facta excretionē per hæmorrhagiam, aut sudorem, aut deiectionem. Propterea subiicit *σὺ ταχέως πύρωσις*, celeriter iterum exastuantes redeunte igne febrili. Hoc autem dupliciter euenire potest in febribus ardentissimis. (modò ne externo frigore, & pituitæ diffusionē à capite per corporis habitum leuiter perfrigescant ægri, quod non ita magnam vim habet ad prælagium) Primum calore natiuo, qui primo impetu vincere non potuit, pugnam redintegrat, vt in imperfecta crisi, aut mala, aut suppuratione interna. Deinde eodem extincto, nec amplius pugnante. Tum enim humores inordinato motu feruent, quorum calor exhalans flammæ instar partes extimas seipsis frigidiores relinquit, per Aphorismum, Extremarum partium repentina in vtramque partem mutatio mala. Nec verò semper repentina est, sed vt in Pythione secundo circa meridiem extremitatum refrigeratio, & magis manus & caput refrigerabantur, mutus & sine voce multo tempore, recaluit, sitiuit, nox quieta, sudauit capite parum. Et Hermocrates ab eadem caloris inchoata extinctione decimoquarto absque febre fuit, cessante videlicet natura, quo tempore moliri aliquid debuit, ex cuius concertatione dolores fiunt & febres. Decimosextimo reuersus est morbus, putredine, quæ deserbuerat, redeunte. Iterum vigesimo sine febre, vel potius perfrigeratus est: 24 recaluit: 27 obiit. Quem modum incalescendi & refrigerandi intellexisse videtur, cum nullius signi meminerit, ex quo vel inflammationem internam, vel *crisim* imperfectam, vel sup

2. Proth. 36

vel suppuracionem colligere liceat. Quare illud *ἡ γὰρ πρὸς τὴν* celeritatem potius feruoris significare videtur, qui flammę instar totum corpus breui peruadit, quàm tractum temporis inter perfrigerationem & redeuntem feruorem, quod *τὸ ἄλλο* ostendit. Hanc autem caloris & frigoris perniciosam vicissitudinem ab aliis modis distinguiimus ex adiunctis & consequentibus. Nam calorem extinctioni proximum testantur pulsus languidi, parui, frigidus ex ore spiritus, aponia, surditas, sitis nulla, aut non pro ratione febris, inexpugnabilis ciborum auersio, & similia. Ex his consequentia conuicere non est difficile, tamen si Hippocrates non diceret. Nam spiritu animali & vitali propè resoluta, totòque ferè corpore marasmo retorrido laborante, cui frigida intemperies succedit tum aliarum partium, tum cerebri, manifestum est torporem sequuturum, & coma. Ille enim ab humiditate cerebri, aut frigore, aut utroque oritur: hoc verò initio morbi à sanguine, vt dixi, aut pituita: in calidissima autem febre post principium & incrementa ab imbecillitate facultatis & caloris extinctione. Atque hoc impotentia vigilandi potius dicitur, quàm somnus. Rectè ergo subiicit, torpidi, oppressi comate, conuulsione subinde capri pernitiosè habent. Exempla sunt in iisdem historiis Hermocratis & Pythionis. Nam ille vndecimo & decimoquarto dormiuit, mente constitit, comatosus factus est, non ob pituitosum succum, quem in cerebrum peruenisse vndecimo die non est credibile in morbo sicco & calido statim inter initia inuadente, vt lingua vsta, vigilia, febris valida, excrementa assata testabantur, sed vel ob vehemens frigus in cerebro, vel imbecillitatem virtutis, quorum vtrumque summè perniciosum est. Hic verò eadem ratione octauo mane parùm dormiuit, nono comatosus, cum excitaretur, non valde sitibundus: hinc delirium, nox mala, decimo sine voce manè, frigus multum, febris acuta, sudor multus, expirauit. Neuter tamen conuulsus est: neque necessariò conuulsio sequitur talia symptomata, nisi quam facit marasmus retorridus, aut quod diximus antea, omnes, qui intereunt, conuulsionis quandam speciem pati. Illud autem pernitiosè habere, significat mortem esse in propinquo. Cætera ad prælagium nihil conferunt, vrinæ coctæ, coma, exudatio in primo morbi circuitu, nisi quia ex his affectus magnitudo, & pars primariò affecta deprehenditur. Vrinæ coctas Galenus interpretatur, quæ verè coctæ non sunt, sed coctionis quandam speciem referunt, quales crassæ, albæ, returbatæ subiugalium instar, quanquam à coctis plurimum absunt. Propius accedunt, quæ colliquamenta quædam, aut crudum succum continent. Alij vrinas laboriosas intelligunt. Certum tamen est in internis interdum inflammationibus, & sub mortem natura cessante, aut extremos conatus proferente, aut morbo in aliqua præcipua parte & extra venas existente, vrinas apparere vel melioris coloris, vt in Philisco: vel cū enazemate aut nebula laudabili: aut hypostasi æquali & alba, vt in Sileno à colliuatione, quæ proximè accedit ad veram hypostasim, aut humoris alimentarij effusione natura resoluta. Præterea vrina in omni morbo celeriter & exiguè concocta, deinde verò cessans, semper vitiosum aliquid portendit, vt scribit Hippocrates in Prorrhetico, & nos exposuimus in libro de vrinis. Quod enim scribitur primo Epid. concoctiones celeritatem iudicij & securam sanitatem ostendere, de perfecta coctione, quæque fit per gradus & ordinato naturæ motu accipiendum est, & in humore, cuius est concoctio.

3. Prorrh. 59

## XXXIII.

Οἱ κοματώδεις ὑπνοὶ, ἢ αἰ χροῦσιες, ὀλέθριον.

*Somni similes iis, qui comate laborant & perfrigerationes lethales sunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**K**οματώδεις ὑπνοὶ vel profundi, vel è quibus ægrè excitentur ægri, aut si excitentur quidem, statim in somnum redeant. Oportet igitur magnam vim frigidæ,

gidæ, crudæ & crassæ materiæ cerebrum occupare, vnde natiuus calor consortio quodam extingatur, ex quo perfrigerantur ægri. Alioqui varium certamen morbi & naturæ, quomodo excursionibus perterritis contingit, vt modò in arcem confugiant, vbi firmiora præsidia collocantur, modò in vrbe redeant dubij, quò se recipiant. Ita solet natura aliquando insidiis & velut excursionibus morbi perturbari, vnde variæ illæ mutationes, quarum paulò antè memini.

DESID. IACOTII COMMENT.

**N**ihil tunc de morte prælagiri potest ex comate & perfrigeratione, nisi adhibita distinctione in quo morbo, quo tempore, & à qua causa originem duxerint. In principio enim febrium coma à sanguine, aut pituita minimè lethale est. Perfrigerantur etiam ægri saepe & soporati iacent in distillatione è cerebro. Potest quoque morbus calidus & siccus esse, copia tamen aliqua pituitæ cõtineri in cerebro, quæ liquata calore febrili diffuat cum sopore quodam & perfrigeratione periculoso, non tamen lethali signo per se, nisi aut alia signa consentiant, aut virtus valde sit imbecilla. Opus est itaque distinctione, multa etiam prudentia & exercitatione, vt intelligatur, ex quo affectu æger comatosus euadat, & perfrigeretur. Nam cum & propter humiditatem multam primæ partis sensu præstantis, in qua somnum fieri rectè Aristoteles docuit, vt in ebriis: & propter solum frigus: & propter imbecillitatem virtutis coma consequatur, his duobus modis planè mortiferum est. Ab ea autem affectione, quæ ob humiditatem fit & frigus, tertiam ab imbecillitate distingunt maximè pulsus tum languidissimi, tum tardi, tum rari & parui facti. Præterea morbi natura & tempus. Nunquam enim eiusmodi coma incidit in principio. Solum autem frigus ostendunt signa caloris & siccitatis antecedentia, vt linguæ vstio, vigilia, febris valida existens, excrementa retorrida & biliosa, quæ igneam per totum corpus affectionem indicant. Atque hoc genus frigoris calidis & siccis affectibus succedens immedicabile est. Cum autem coma nihil aliud sit, quàm *καταφορά*, in somnum delatio, cum vigilare quidem nequeunt ægri, verè oculos claudunt, ac vel profundo somno occupantur, vel tenuibus somnis, vel vigiliis, hoc potestremum intellexisse videtur Hippocrates his dictionibus in plurali numero vsus, *ὑπνοὶ κοματώδεις*, quasi somnos diceret non comatosos reuera, sed similes comatos, quales fiunt ab impotentia vigilandi, & virtutis imbecillitate ita ad extinctionem properantis, vt palpebras sublatas seruare non possint, contingitque, qui ita habent, vt postquam oculos clauerint, vel nullo pacto, vel parùm somno correpti vigilent, qui neque tunc palpebras attollere queant.

## XXXIII.

Κοματώδεις, κοπιώδεις, κεκοφωμένους, κοιλίης κατεργασίας, ἐρυθρὰ διεληθῆτα, ὡς ἐπὶ κρι(ν), ὠφέλει.

*Qui comate pressi, labore & lassitudine fracti obsurduerunt, erumpente alio rubra deiciunt circa crisim, idq; iuuat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**K**ομα aliquando imbecillitas virium, nonnunquam refrigeratio partis, in qua sensus communis & copia frigidi humoris cerebro inclusa gignit. *κοπιώδεις* autem, hoc est, qui similiter delassatis è via velut effractum aut contusum corpus persentiscunt, ex quo difficilius membra spinamque, si locus mutatus est, commouent, & si mouentur, dolent. Eius in morbis duplex causa. Altera magis vis crudi succi corpore collecta, aut biliosus humor, qui prius collectus & externis laboribus agitatus in habitum corporis & articulos tenuem partem disperfit, quæ laboriosissima esse solent. In crudis ferè maior grauitas, in aliis ardor & punctio. Ac breuiter à causa externa vel interna. Interna ferè crudus viscidusque humor, quod comati respondet. *κεκοφώμενοι*, verisimile non ab extincta audiendi facultate, qualis



qualis aliquando fit in acutis & turbulentis febribus, & cuius meminit in Aphorismis, si æger non videat, audiat &c. Fit & impactis humoribus meatui auditorio, Quomodo enim nervo optico intercepto, sic meatu auditorio sensus vel perit, vel retunditur aut cessat, bile aliquando sursum lata, ex quo biliosis deiectionibus cessat surditas, & hæc surditate. Hæc autem capitis affecti, vt *κώμα*, indicium est. *κοιλίης κατεργωγένης*. Resoluta alvus criticè ac diffuens caput liberat, surditatem curat, lassitudinem absoluit. Sed quæ *έρυθρα* dicat, parum manifestum. Neque enim rubræ deiectionis meminit Hippocrates in Prognostico, non in Epidemiis, nisi quod in Prorrhetico dicitur *πρίπλευσις έριρυθρος*, id est, *αιματώδης* affecto iecore. Sed hæc iuuare non potest, damnaturque ab authore Prorrhetici in morbis, & præcipuè quibus *κώμα* dolor & alia. Oportet ergo *έρυθρα* dici, vt ad rufam *πύργου* extendatur, vt fit ea vacuatio rubræ bilis, quam Arabes statuunt, & Galenus ex Hippocrate agnoscit. Ecquis enim vidit *κώμα* aliâque scripta in hac oratione absoluta rubris deiectionibus sanguineis?

## DESID. IACOTII COMMENT.

**T**Res comatis species, seu differentias superioribus Aphorismis complexus est, profundum, quo carus continetur ab humiditate, aut frigore, aut ventriculorum compressione, aut, quod rarum est, concidente spirituum robore ob dolorem: somniculosum à pituita cum bile: & vigilans à resolutione facultatis. Quia autem secunda species aliam etiam causam habet, præter pituitam, nimirum, vt iam exposuimus, sanguinis copiam, eius speciem ac formam adumbrasse videtur in hoc sermone. Etenim à bile sola coma fieri non potest. At primo vel secundo die (ait Galenus) præ copia sanguinis propter bilis permittionem tum acris tum mordentis potest reddi idem æger tum comatosus, tum vigilans, grauata quidem ob sanguinis copiam cerebri facultate, sed à bile vsque adeo irritata, vt somnus inhibeat. Huius symptomata præter dormiendi & vigilandi interruptam vicissitudinem, & absidentia signa duo sunt, surditas & lassitudo spontanea, quæ in comate profundo non sentitur, in vigilante non est, nisi fortasse diffusa bile acris *ελκώδης*, aut colliquate à febre, aut crasso vapore. Etenim idem facit calor febrilis, quod motus, aut plenitudo. Sed quibus facultas animalis extinguitur, horum nulla aut perexigua sensio est. In copia autem sanguinis cum bile consentaneum est lassitudinem & coniungi, & inter vigilandum integra facultate sentiari, vel eam, quæ *τονώδης* appellatur, in qua ægri, simulatque mouentur, incendi tendique sibi videntur à salubri succo, aut crudo & plethoricis causis; vel aliam, quæ *φλεγμονώδης* à copioso sanguine calido cum bile mixto in venis & musculis, vnde vsque ad ossa ferè contusa, aut phlegmone obfessæ partes sentuntur. Conueniunt enim hæc omnia in genere affectionis huius comatosæ, quamquam reuera non sunt *δμοειδή*. Præter hæc autem huic familiaris est surditas, non à resolutione facultatis audiendi; quæ morborum acutorum & turbulentorum est consequens, sed à translatione sanguinis copiosi & biliosi in cerebrum, & meatum auditorium. Hæc autem comatis species omnium mitissima est, ac minimè periculosa. Nam ferè quarto die, vt ibidem scribit Galenus, vtrumque symptoma definit, copia iam imminuta, præsertim si medicus eam vacuare præuertit. Sin minus, prodest circa statum conuersa deorsum materia tubris deiectionibus aluum ferri, id est, vel sanguineis, vel à bile rubra, quæ serum est sanguinis. Ita enim materia morbifica expurgatur per loca conuenientia. Crisis enim speciei morbi respondens optima est; & in biliosis morbis bilis, aut sanguis, in pituitosis pituita, in atrabilariis atra, & varia criticè excludi debent. Nec verò in hac materia benigniore à comate mutatio fit in lethargum, aut phrenitum, aut typhomaniam, vt in comate somniculoso à pituita, & bile dictum est, quod rarò accidat alterutro horum modorum, quos exposuimus, affectum non solui. Quod autem surditas profluio alui bilioso, aut rubro acquiescat, docetur in Aphorismis, Quibus deiectiones sunt biliosæ, superueniente surditate cessant, & contra, quibus surditas adest, biliosorum deiectione finitur.

XXXV.

XXXV.

*Κωμωτώδεις, ασώδεις, υποχόνδριον υδινώδεις, σμικρά έμετώδεις, τὰ παρ' ές ίγυς (i. πρόσθρον δε περί τὸ πρόσωπον επάρμυξ & κλ) κώματος.*

*Comate pressi, fastidiosi, ab hypochondrio dolentes, pauca vomentes, in aures abscessus habent. Prius autem tumores circa faciem cum comate.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**nter signa parotidum coma est, quod fit sublata in caput materia, quæ cum frigidior fit & crasior, quam vt à natura excretionem vacuari possit, in abscessum conuertitur. *άση* verò siue fastidium ciborum & nausea dicatur, siue iactatio illa, quæ fit medio corpore commotis humoribus, parotidum signum non est, nisi fortasse *άση* *ελαττον*. Quomodo nec hypochondrij dolor, qui inflammationem ferè indicat. Hæc autem hæmorrhagia magis, aut alui profluio, vel denique excretionem iudicatur, nisi ex earum genere sit, quæ *ιδηματώδεις* appellantur frigida materia calidæ permixta. Quod autem *σμικρά έμετώδεις* scribit, in Prorrhetico *αιματώδεια μικρά* legitur. Itaque verisimile est & à nausea pauca vomere, & è naribus pauca effluere, siquidem *αιματώδεια* legas, quod in malignis inflammationibus viscerum contingit, & imbecillitate cerebri, quod comate habetur, sursum conuersa materia. *παρ' ές ίγυς*. In Prorrhetico *επινίσπντοι*, hoc est, tumores circa aures exurgunt. *πρόσθρον δε*. In Prorrhetico breuius *πρόσθρον δε κη τὰ πρόσωπον*, hic *επάρμυξ* *μετὰ κώματι*, faciei tumores cum comate, nisi *κώματι* quis legat. Iubet autem hæc præcipua signa in facie rubor, tumor, oculus humidior, caligans visus, dolor in capite, & qui ad aures peruenit, surditas, aliâque notata in Prorrhetico. Ac vbi dolor capitis, rubor, tumorque faciei, calidus humor indicatur magis: vbi somnus grauior & surditas maior, frigidioris materiae indicium est. Quamquam parotides ferè fiunt à crassa frigidâque materia, aliquando tamen longè latèque tumor is extenditur, rubet, dolet, calet, vt prodatur calidam materiam frigidæ permisceri. *κώμα* verò lethargum & similes affectus somniculosos videtur includere.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**A**diungit ad superiores comatis differentias coma criticum. Nam siquod aliud symptoma parotidas antegreditur, id imprimis comatosum est cum surditate, capitis grauitate. & his, quæ in facie apparent, de quibus diximus antea copiosè. Verum præmittere oportet communia abscessuum futurorum signa ad certitudinem: deinde propria morborum non valde diuturnorum. Tum si æger certitudinem: deinde propria morborum non valde diuturnorum. Tum si æger subito difficulter spirare cœperit, mox autem hæc spirandi difficultas desierit, & illam capitis grauitas & dolor, & coma, ac surditas exceperint, huic in glandulis post aures fieri abscessum necesse est. Nam hæc omnia motum humorum ad superiora denuntiant. Anxietas quoque & fastidium à perturbatione critica & humorum motu inter signa parotidum magnam vim habet. Surdis (ait in Prorrhetico) mansuetè parotides fiunt, tum aliàs, tum si anxiosum quidpiam superuenierit, & comatosus magis. Verum quia hæc tria, surditas, coma, anxietas communia signa sunt *επι τὴ κεφαλῆ βόπης*, impetus humorum ad caput, in biliosis quidem humoribus & ab initio morbi phrenitidè potius, quam parotidas præmonstrant. Procedente ergo morbo appareant, & in crudis crasioribusque humoribus, magisque, vbi iam parotidum generatio cœperit fieri, & æger impetum noxiorum humorum in caput ferri perceperit. Alioqui præfagium fallit. Quæ sequuntur inflammatio iecoris potius signa sunt, quam parotidum, pauca vomitio,

B b

2. Prorrh. 1

3. Prorrh. 64

& hypochondrij dolor. Præterea Hippocrates in Prognostico voluit hypochondria sine dolore esse ac tumore, id est, sine erysipelate, aut inflammatione, & humores tendere sursum, antequam tunc parotides præfagiri queant. Nam partium illarum inflammationes in primo circuitu hæmorrhagia iudicantur potius: progressu autem morbo suppurant, aut ad partes inferas abscessus faciunt. Fiunt autem hi quidem (ait Hippocrates) in locis inferioribus, quibus circa hypochondria phlegma fatiget: illi in superioribus, quibus hypochondrium flaccidum ac sine dolore perseverat. Contrarium scribere videtur Galenus in commentario ad hunc locum, Dolentia verò hypochondria (inquit) phlegmonem habent, si quis animaduertit. Cum autem hæc ita habeant, ad generationem conferent & anxiosa, & vomitoria symptomata. Verum ex sanguine & bile inflammationes, hæmorrhagia aut suppuratione opus habent, nec parotidas mouent, nisi ferè ad perniciem ægri. Tumores verò ex crassiore materia, magis abscessus faciunt ad partes inferas. Non vult ergo Galenus hypochondria cum dolore signa esse parotidum. Sed si cum illarum signis talia sint, caloris vi & materiae anadrome iuari parotidum generationem. Nausea autem cum paucis vomiti non solum fit exudante in ventriculum ichore à phlegmone, sed etiam turgente copiosa materia in venis, & sursum ascendente. Nam eius portio aliqua tenuior & veluti serum quoddam in ventrem interdum confluit, quod vel exiguam vomitionem concitat, vel in os ipsius ascendens cardialgiam. Sæpe etiam facta intro inclinatione per canalem naturalem effluit, quod tenuius est ex humoribus, qui parotidas faciunt, in ventriculum, vel oris capacitatem, & ita fit nausea, aut frequens sputum cum tussicula per Aphorismum, Tussicula cum frequenti sputo abscessum post aures tollunt. Hæc tamen signa parotidum propria non sunt. Sufficiunt enim quæ diximus intus, & si ante parotidum generationem faciei signa considerauerimus. Sunt autem hæc (ait Galenus) rubor, tumor præter naturam, oculorum humiditas, caliginosa visio, & quæcunque talia. Siquis verò nolit hæc omnia contemplari, saltem tumorem præter naturam intueri oportet. Ob idque addit, Prius autem tumores circa faciem cum comate,

2. Prog. 66

3. Protrh. 70

3. Protrh. 72

XXXVI.

Τὰ ἐξ ἀνίφνης παρακρίσθηζα ἀλυσμοῖ ἀιμορραγία.

*In quibus morbis ab anxietate delirium derepentè fit, profusivum sanguinis significatur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**C**eleris morbi, quemque tenuis, acris, & feruens materia excitet, repente commota deliria & corporis incontinentia indicia sunt. Nam cum hæc ferueat medio corpore, efficit ut nullo loco æger possit consistere, sed perpetuo disturbet corpus atque disiciat, quod malum ἀλυσμὸν vocare solet. Atque eiusmodi morbi ut sunt celeres, ita celerem crifim habent. Hæc autem hæmorrhagia si non semper, aliquando tamen absolvitur. Commota enim materia acris & feruida, dum mouetur in capite, & impetu exitum sibi comparat, venas, quæ ad nates pertinent, aut aperit, aut disumpit. Vnde larga sanguinis profluvia, quæque aliquando ægè cohibentur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**E**ξ ἀνίφνης, hoc est, repente significare utrumque potest, & subitum horum duorum symptomatum exortum, quæ antea visa non fuerant, quod in perturbatione critica fieri solet, & quod aliquando dicit Hippocrates, ἀνίφνης, id est, in principio nullis editis pepasmi signis. Quæ enim in melius iudicant, non statim apparere conuenit. Quod non solum intelligendum est de criticis excretionibus, ut hæmorrhagia, sudore, vomitu: sed etiam de signis, quæ antecedunt, in quibus eadem

eadem distinctione opus est, quando utique iuuent, & quando noceant, & quando non solum nihil iuuent, sed & signa sint pessima. Priore modo signa sunt vitia, quæ crifim in propinquo esse denunciant, non tamen per hæmorrhagiam semper, nisi alia magis propria signa circa faciem & vniuersum corpus appareant, specièsque morbi, tempus, & ætas consentiant. de quibus dictum est alibi. Nam & excretiones criticas, & abscessus antecedit non exigua in corpore laborantis perturbatio, ut inquietudo, vigilia, deliria, coma, spirandi difficultas, oculorum caligo, difficilis sensus, dolor capitis, ceruicis, & stomachi, multarumque aliarum partium corporis. Nonnullis verò aurium sonitus, & ante oculos splendores apparent, & lachrymæ inuoluntariè effluunt, & vrina supprimitur, & labrum agitur, & alia quædam pars tremula fit, & obliuio, & assidentium ignoratio, & vehemens incidit rigor, & accessio omnino consuetam anticipat horam, & multus æstus sitisque intolerabilis sequitur, clamantque & exiliunt, neque figuram decubitus seruare possunt. Post hæc verò repentè multus sudor erumpit, aut vomitus aliquis non exiguus sequitur, aut venter confertim soluitur, aut liberaliter sanguis profluit, vel etiam omnia simul accidunt, quorum omnium distinctio superius à nobis exposita est. Non ergo ex sola inquietudine cum delirio tunc quis hæmorrhagiam præfagiat, cum id aliis excretionibus sit comunc, verbi gratia, sudori. Nam & iactantur ægri ante sudorem, & crescente accessione delirant, & partes exteriores calidiores ac rubicundiores habent. Absunt tamen propria hæmorrhagiæ signa sumpta à febris specie & plethoricis symptomatis: pro quibus vapor quidam calidus, qualis prius non aderat, exhalat: pulsus vndosus est & insigniter mollis: in hæmorrhagia verò simpliciter magnus: in vomitu durus. **A**ltus autem omnis excretionis indicium est, veluti etiam, qui vehemens existit. Posteriore autem modo sumpta voce ἐξ ἀνίφνης pessima hæc signa sunt, ac phrenitidis prænuntia. Dictum enim est ἀλυσμοι, ἀφρηνιτυπησμοι, δυσφορίαι, ἀσπην, in quibus ægri nullam decubitus figuram ferre, nec villo stare loco possunt, interdum quidem minore periculo fieri oppresso, vel demorso ventriculo ab in tempestiuo cibo, aut prauis humoribus, quam causam nausea quædam sine vomitu distinguit: interdum verò vi febris fatifcente, vel oppressa natura à corporis onere, humorum feruore, aut inflammatione interna fieri, quod signum valde perniciosum est cum refrigeratione extremorum, & sine suspitione mollitie in ægro. ἀσπηνσάντας vocat ἀσπηνσάντας, ἀσπηνσάντας, ἀσπηνσάντας, qui in febribus vehementioribus & vigore accessionum delirant: φρενιτικός verò, qui continuo delirant cum febre acuta, à quibus μαινόμενοι differunt sola febris absentia.

Signa critica.

Causa critica.

XXXVII.

Τὰ κοιμητώδεια, ἀσώδεια, ὀδυνώδεια ὑποχόνδρια, γαμινὰ σμινερά πύονα, τὰ παρ' ἑς ἐπάρματα.

*In quibus morbis in somnum propensio, anxietas, hypochondriorum dolor, frequens & pauca sputatio, abscessus ad aures expectare oportet.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**n his κοίμα quidpiam habet ad præfagium parotidum, inclinatio quædam in somnum. Nam reuera imminente abscessu ad aures solito magis somniculosi ægri. Anxietas autem aut nauseabunda fastidia motum materiæ sursum possunt ostendere: parotidas autem proprie non possunt. Frequenter quoque pauca expuere phreniticum signum est magis, aut vomitorium. Communiter tamen parotidas significat, qua ratione materiam in caput verti ostendit. Dolor hypochondrij à tensione & frigore id quoque aliquando indicat.

**A**Nte superiorem Aphorismum hic explicatus est, nisi quod addit *δαμνα σμικρα πύοντα* paucam sputationem. Cum autem duplex affectus contineatur in hac syndrome, nimirum materia parotidum in caput rapta, quam coma ostendit: & icoris inflammatio quaedam per hypochondrij dolorem significata (nam hypochondriorum sine dolore tensio proprium est sanguinis ad superiora vergentis indicium: cum dolore verò phlegmones alicuius ibidem factæ symptoma) vtriusque soboles esse potest tum anxietudo, tum pauca sputatio. Nam turgente in præcordiis materia, sursumque ascendente, & in thoracem defluente in critica perturbatione anxij fiunt ægri, ac difficulter spirant, quemadmodum & hypochondriis phlegmone obsessis. Materia autem parotidum in capite contentæ portio tenuior inclinatione intro facta per canalem naturalem refudat in os, & ita frequentem facit sputationem, quæ si copiosior fuerit, eandem minuit & expurgat, unde parotides detumescunt, aut non generantur. Nam quæ vacuantur, & contrahuntur & molliora fiunt. Atque id est, quod in Prorrhethico scribitur, Tussiculæ cum frequenti sputo abscessum post aures tollunt. Sin autem icoris phlegmone obsessi symptoma sit, ab affluente in ventriculum bile aut ichore oritur, ex quo imbuta & madefacta interiore tunica, quæ ori continua est, mouentur & nausea & frequens, aut exigua sputatio, quæ interdum etiam deprauati iudicij nota est, ut alibi exposuimus.

3. Prorrh. 72

XXXVIII.

*Κωματώδες, ἢρά τι ἔχει σπασμώδες;*

*Vbi coma, expectandane conuulsio?*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**Xpectari quidem potest, sed non semper. Siquid enim materia putrescat & neruis infideat, conuulsionem afferre potest. Largius quoque imbuti nerui ea materia conuelli possunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

**C**um Hippocrates neque sumpta ex rei natura demonstratione in vniuersum affirmare aut negare aliquid potest, neque sæpius expertus est, & planè affectus, quod semel aliquando obseruauit, coniunctionem dubitandi *ἀρα*, id est, vtrum ne, adicere solet, ut hoc loco. Nam à comate conuulsionem sequi nemo in vniuersum pronuntiare audeat. Hoc enim fieri potest, & non fieri, veluti & alia omnia symptomata, quæ conuulsioni neque propria sunt, neque contraria. A comate quidem vigilante per resolutionem caloris natiui, & naturæ imbecillitatem, mors potius expectanda est. Ab eo, quod somniculosum est, & intercisum, phrenitis, aut lethargus, aut typhomania. A veterioso apoplexia, epilepsia, & conuulsio, ut separatis Aphorismis antea explicatum fuit. Modus autem huius conuulsionis est, quia vel bilis pituitam superans partes neruofas tandem vellicat, vel pituita replet, ac distendit.

XXXIX.

*Κωματώδες, μεμωρωμένα, κίτοχα, ποικίλοντα ὑποχόνδρια καὶ κοιλίην ἐπιηριδῆνοι, ἀποσιτοί, ἀπολελαμμένοι, ἐφιδρωῦτες, ἢρα τῆσσι τὸ γολερὸν πνεῦμα καὶ τὸ γονοειδὲς διελθὸν, λύγχα σημαίνει? κοιλίη δὲ ἢρα χολῆς προσδιέρχεται? τὸ λαμπώδες ἐν τῆσσι ἐρῆθεν ὠφελεῖται. καὶ κοιλίαν δὲ τῆσσι ἐπιταράσσει.*

*Quibus*

*Quibus somniculosi casus, quique fatuitatem inuehunt & catochem, varia permutaciones, tumores præcordiorum & ventris, alienata ciborum appetentia, excrementorum interceptio, sudores tenues, an non iis perturbata spiratio & genitura simile prodiens singulatum significat? an non & venter ijs biliosus procurrat? Atque hos vrina splendens emicta inuat, uisidemque aluus perturbatur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**ac oratione contextit varij generis symptomata, quæ vidit author in vno aut altero ægro. Atque aliter scribitur & connectitur iis, quæ sequuntur in Prorrhethico, vbi non *κωματώδες*, sed *κωματώδες* legitur, qua voce vel vrentem febrem, qua eger ardeat, vel excrementa acria & feruentia, qualia sunt meraca bile expurgata, *μεμωρωμένα* verò de ea fatuitate, quæ in quibusdam senibus apparet, & ætate nascitur, de quibus bis pueri senes. Aliis quoque ætatibus id accidit citra febrem, quibus ut delitiis principes vtuntur. Ea affectio rara quidem in febribus, quæ tamen aliquando contingit, sed faciliè in phrenitidem transit. Quietum enim ridicula quædam pronuntiant fatuis similia, sed agitata materia inuolant in eos, qui adsunt, aut aliqui crudelius attentant. Quomodo haud ita pridem contigit. Febricitabat acuta febre sacrificus: rogauit præsentem amicum ut ad se accederet, velle confiteri peccata vitæ. Alter nihil tale cogitans aurem ægro admouet, quam hic mordicus præhensam turpiter lacerauit. Atque dum commotus exclamat, æger manibus inuolat & omnes cubiculo excludit. Id fatuis vulgaribus præsertim concitata ira, aliis vino concalfactis accidit. *κίτοχα* vel pertinaciter hærentia, vel cum catochæ. Sed parùm conuenire videntur ardor, fatuitas, catochæ. Ardor enim ab humore calido: fatuitatis autem & catochæ causa frigiditas. Est enim *μώρωσις* abolitio rationis & cogitatricis animæ memoria quoque violata. Sequiturque morbos aliquando, qui in abscessum declinant. Ea autem frigiditas siccitati, quàm humiditati sæpius coniuncta est. Catoche verò frigidus & siccus affectus est, in quo omnes animæ functiones cessant, aut obtusius agunt. Secuta quoque fatuitati propinqua in pestilentia Thucydidis, *ἀγνοια* vocat. *ποικίλοντα*. Alij quia subinde in varias passiones corporis permutentur è calore in frigus, ex hoc calore in alium ex fatuitate in catochem, hinc in ardorem. Alij consequenti oratione annectunt, quæ sic habent: *ἔσποχόνδρια καὶ κοιλίην ἐπιηριδῆνοι ἀποσιτοί*, hypochondriis ventre extumescente à cibis abhorrentes. Sunt qui euariantia hypochondria dicant, quæ scilicet variè commutantur, ut modò caleant, modò frigeant, tumeant, detumescant. Alij ad vocem *ἐπιηριδῆνοι* referunt, ut sit sententia, hypochondria ventremque extumescere. *ἀποσιτοί*. Alij rursus ex eo, quòd cibos auerferunt. Alij quia excrementa intercipiuntur. *σιτον* enim usurpat Hippocrates pro cibis & excrementis, quæ inde reclinquantur in intestinis, quomodo cum dixit *ἀποσιτοί γὰρ σίτος ἀντίμα ἐγκατακειλεῖται*. Quibus igitur, verbi gratia, excrementum alui inclusum est. Ac in Prorrhethico loco vocis *ἀποσιτοί σιτῶν ἀπολελαμμένων* legitur. Sæpius autem *ἀποσιτος* dixit Hippocrates, qui cibos auerferunt. Sequitur *ἀπολελαμμένοι*, qua ratione fortasse vtrunque velit à cibis abhorreere, & aluo esse intercepta, nisi quis dicat *ἀπολελαμμένοις* de venis dici, quam *ἢ φλεβῶν ἀπόληψιν* dixit in libris de ratione vitæ in acutis, quo nomine *κατοχίω* propriè dictam intelligit. *ἐφιδρωῦτες* ea, quæ sæpius dicta est, significatione. *ἢραγε*, obscurum quid velit. In Exegesi vocem Hippocratis *βολερὸν πνεῦμα* interpretatur *μύγα* & *δεδοωγμένον, βολερὸν θερμὸν ὡς ἀπὲρ ἔλιν παρὰ τὸ θερεδαι*. Variè torsit ea vox Interpretes. Alij enim *δυσώδες* grauius olentem spiritum *πνεῦμα βολερὸν* dicunt. Alij *ἀπώδες*, alij ex vocabulo turbidum, quomodo aquam turbidam dicimus. Alij *βαλερὸν* per *α* legunt eadem obscuritate, velut *θάλλον* germinans, aut *ἀμάζον* florens. καὶ τὸ γονοειδὲς διελθὸν, vel ut in Prorrhethico *ἐπελθὸν*. Neque constat an *γονοειδὲς* dicat vrinam, in qua genituræ



Exegeſi vocum Hippocratis, σφακελός, inquit, φθόρα πάρα καθ' ἡμ γίννται πρό-  
 πον, corruptio omnis quomodocunque fiat. Sed peculiariter in ofibus dici idem  
 reſus eſt cōmentario in articulis, & in libro de locis, aëre, & aquis σφακέ-  
 λός dixit Hippocrates τὸ ἐγκεφάλαιον cerebri inflammationes, quæ in corruptelam  
 vertant. Libro de capitis vulneribus σφακελῶσιν de offe dixit, quod inopia alimen-  
 ti marceſcens decidit: quomodo Aristoteles σφακελισμὸν in plantis ſcribit, quæ  
 ſqualore & inopia alimenti emarceſcant. Poſteriores medici ſic appellant, cū in-  
 flammata pars oppreſſo calore & ſpiritu, vel vi peſtilente materiæ corruptio extin-  
 guitur, & è gangræna in perfectam corruptionem tranſit. Hic autem quæ fiat, vt  
 omnino putre cerebrum & corruptum ſtatuas, inde tamen liberari agrum ſperes?  
 Quare de inflammatione dici, quæ minatur eam corruptionem, melius eſt. φὶ τῶν  
 τῶσιν. In Aphoriſmis tantūm tertiæ diei meminit: ſecundo & tertio de morbis, vbi  
 plenius hunc morbum deſcribit, quinto perire, & tertio atque ſeptimo, quanquam  
 vt hos effugerint, non protinus ſalus certa eſt: ſpes tamen maior affulget. οἱ σὶ ἀνατ-  
 μηδαίσι. Deſperatis aliis auxiliis, vt via putridis vaporibus & fumis, quos internus  
 ignis excitat, puri quoque, ſi iam collectum eſt, pateat. Adde quòd ea ratione re-  
 media, quæ neceſſaria videantur, melius ſubeunt. Διεσπῶσιν δὲ οὐ. Sectione adhibi-  
 ta neceſſariò diſtant inter ſe margines diſſecti ofis. Sed diſtans os videtur appella-  
 re, quod iam à membranis, quibus cerebro colligatur, ſeparatum eſt. Vt enim ce-  
 rebro inflammato è tumore propius os iungitur: vbi verò iam in corruptelam  
 vergit, ſubſidet, & membranis colliquatis longius ab offe diſſidet. Alioquin Διεσπ-  
 ῶσιν, quia & hoc inflammatum, & ſanioſum diuortium fecit. At quibus notis in  
 hoc malo mortem prænuncies, docet Hippocrates lib. de capitis vulneribus, ſecun-  
 do & tertio de morbis, inter quæ præcipua ſunt aperto offe membranas nigreſce-  
 re, liueſcere cerebrum, non moueri, quæ ſub oculis veniunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

2. de fractura  
vbi 20

4. Acut. 35. 7  
Aphorif. 50

2. de locis aſ-  
fectis. 2

**D**Vplex ſemper fuit in huius vocis (σφακελισμὸς) difficultas. Vna de affectu,  
 qui ſignificatur: altera de parte affecta. Nam Galenus ſcribit ſphaceli no-  
 men reliquis medicis quamuis membri corruptionem ſignificare, Hippocrati verò  
 ſolam eam, quæ eſt in offe, vt gangræna propriè in carne ſit, quod ſphacelus in of-  
 ſe. Alibi tamen ait etiam ſphacelum dici carnoſarum partium mortem, quæ in-  
 flammationis ſequitur magnitudinem, & quam medici gangrænam propriè nomināt.  
 Hoc modo Herodotus Cambyſis femur ſyderari dixiſſe videtur. Qua ſola ratione  
 cerebrum ſyderari dicere poſſumus. Qualis autem affectus ſit, ex origine vocis de-  
 clarari poteſt. Dicitur enim σφακελός, παρὰ τὸ σφάττειν: quali σφάγγελος, ſicuti  
 σφάγγη, à iugulando. Eſt enim νεκρωσις mortificatio membri, quæ eſt gangræna  
 non curatæ terminus. Quomodo ſphacelus nullam curationem recipit, ſed pars  
 emortua mox recidenda eſt. Verum cū nomina, quæ mutationem aliquam ſigni-  
 ficant, interdum pro re facta ſumantur: interdum verò pro ipſo tractu efficiendi, vt  
 generatio, coctio, & ſimilia: & alteratio ſolidarum partium ſit duplex, γενομένη,  
 quæ eſt adhuc in motu, ἢ γεγενῆσθαι, iam facta. Sphacelus etiam ſignificat tranſitum  
 inflammationis magnæ in gangrænam & ſphaceliſmum, quem dignoſcimus ex  
 ſtupore quodam ſenſus in parte laborante, & ex nigrore, aut mortifero alio colo-  
 re. Ita ſit vt σφακελισμὸς tribus modis ſumatur, propriè quidem pro corruptione  
 ofis: communius pro gangræna termino: generaliffimè pro magna inflammatione,  
 quæ corruptelæ & ſyderationis periculum minatur. Sic Archigenes cephalal-  
 gias, quæ phlegmoni iunctæ nō eſſent, vinculis curandas dicebat: ſphacelodes verò,  
 id eſt, iunctas in ſigni phlegmoni, ſectio vaſe. Huius affectus multæ ſunt cauſæ: qua-  
 rum omnium effectus vnus: ablatio, aut extinctio, aut ſuffocatio, aut corruptio calo-  
 ris natiui, quam ſequitur putrefactio, quomodo differt à maraſmo. Auferunt calor  
 naturalis partis, cū pars arctius aſtringitur in fracturis aut luxationibus ab imperi-  
 ro chirurgo. Extinguitur à frigore vehementi, vt quibus hycme per niues iter fa-  
 cientibus pedes ſyderantur. Suffocatur affluxu copioſioris ſanguinis aut mali ſucci.  
 Corruptitur ex vulnere & vlcere propter putrefactionem, Cū ergo affectio  
 couſque

eouſque progreſſa eſt ſiue in carne, ſiue in offe, vt pars emortua ſit, ſanari nullo  
 modo poteſt: dum verò generatur, maximè. Perficitur autem curatio primūm va-  
 cuato plurimo ſanguine parti affectæ impacto: deinde validè exiccātibus, quæ  
 tatem à putredine vindicant. Quòd igitur cerebri perfectæ ſyderatio, ſtatim interfi-  
 ciat, perſpicuum eſt tum propter affectus grauitatem, tum propter præſtantiam par-  
 tis. Sin verò tres primos dies ſuperauerint, & ad quartum peruenerint, ſpes eſt ſa-  
 lutis ex remiſſione morbi, & virium confirmatione, non tamen neceſſariò ſalus.  
 Nam & ſeptimo pereunt, & interdum poſt ſeptimum. Ex quo intelligitur ridicu-  
 la quorundam in hunc locum animaduerſio. Sic autem deſcribitur tum morbi pro-  
 greſſio, tum curatio ab Hippocrate ſecundo de morbis. Si cerebrum (ait) ſydera-  
 tum fuerit, dolor ex ceruicis neruo ad ſpinam tendit, & ad cor frigus deſcendit, &  
 derepentè nouus ſudor adefit, & per nares ſanguis fluit. Vomunt quoque multi. Hic  
 triduo moritur. Si verò ſeptem dies tranſgrediatur: plerique autem non tranſgre-  
 diuntur: & ſi ſanguinem vomat, aut è naribus fundat, neque calida ipſum lauato,  
 neque calefactoria adhibito. Et paulò poſt, vbi curationem expoſuit, verum (in-  
 quit) pauci huiusmodi morbum effugiunt. Præterea ibidem, Si corruptio cerebri  
 inuaſerit, dolor tenet maximè anteriorem capitis partem, & paulatim etiam intu-  
 meſcit, & liuida ſit, & febris & rigor apprehendit. Cū ita habuerit, ſecare oportet,  
 qua parte intumuit, & perurgato offe ipſum radere, donec ad ſecundam la-  
 minam perueniat: deinde velut fracturam curare. Verum (ait hoc loco) quibus  
 diſſecta carne os Διεσπῶσιν ſeparatum, vel à ſeipſo diſſidens fuerit, quia videlicet  
 rabo diſſuat, nigreſcat, vermiculatum ſit ac prætumidum, moriuntur, quòd inde  
 ſyderatio perfectæ ſignificetur, quæ eſt immedicabilis. Poteſt tamen parte emor-  
 tua recifa, aut eraſa, ne longius malum ſerpat, prohiberi antequam ſubiecta mem-  
 brana ac cerebrum ipſum corrumpatur.

XLI.

Τοῖς κεφαλαλγικοῖς ὅτε τὰ ραγῆσιν ἐκ τῶν ὀπίσθεν, ῥύσις ἐκ μυκτῆρος  
 λαῦρος, παχῆα, κριόν. ὀφθαλμὸν προαλγῆσάντες, οὗτοι ῥιγέειν ἤρα αὐτῶν  
 τὰ κρόταρον ὅτε ἂν διαβραγαί, ασιμιώδες.

*Quibus capite dolentibus ossa posteriore parte externa vi de-  
 repente concussa sunt, iis è naribus defluens sanguis largus cras-  
 sus, malo est. Atque antegresso oculi dolore incidit rigor. An non  
 conuulsiones adferunt, ossum, quæ in temporibus, offensiones.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**Ox ῥαγῆσιν libro de capitis vulneribus de ruptione dicitur. Aliter quoque ſe-  
 cundo de morbis teſte Galeno ῥαγῆσιν, inquit, ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ἀθροῦσιν ὀφθαλμοῦ,  
 cū derepentè impetum facit, quomodo αἰμὸς ῥαγῆσιν dicta eſt de confertim atque  
 impetu quodam erumpente ſanguine. Sic Latini eruptiones aquarum hoſtiūmque  
 dicunt, & in hoc opere κοιλίη κατ' ἔρωγῆν. Videtur itaque intelligere de impetu fa-  
 cto in occiput, impetu quidem à duro, graui, acuto, incidente telo, vnde fractum  
 ruptūmque os eſt, quod in poſteriori capite ſitum eſt. Ac caput poſterius aures vſ-  
 que & tempora extenditur, & à futura λ referente circumſcribitur. Vbi ergo gra-  
 ui conuulſione aut vulnere venæ quoque interiores iniuriam perſentiſcunt, præfer-  
 tim quæ membranarum intextuntur, hæmorrhagia ſequitur ferè lethali ſigno. Id enim  
 inter lethalia indicia vulneris capitis numeratur. Quum itaque interiores venæ à  
 poſterioribus ducantur, conuulſis his & commoto ſpiritu eruptio ſit in venas, quæ  
 ad nares pertinent. Ac larga illa hæmorrhagia cerebrum perfrigeratum facilè κα-  
 ρός appellatum, κῶμα, delirium, conuulſionem denique inferet. παχῆα forte τῶν  
 χεῖρα. Ac ſi παχῆα an quòd poſteriore cerebro, quod frigidius eſt, quòdque amplio-  
 res venas habet, craſſior ſanguis eſt, in anguſtiores venas & calidiorẽ partem ca-  
 pitis



pitius tenuior defluit. *ταχέα* verò quia celeriter statimque à vulnere erumpit, aut cursu celeri defluit. *ὀφθαλμοὺν προαλγύαντες*. In vulneribus capitis incidunt dolores & inflammationes oculi malo signo, quas Hippocrates alio biliosa deiciente curari scribit. Propterea verius *προαλγύαντες* è natura rerum & experientia legeris. Membranarum vitia oculis facillè sentiuntur iusta ratione, quia membranæ vnà cum suis vasis in oculos tràseunt. Rigorem autem fieri excussa è capite in corpus materia, & vt in crisi bus fieri solet, vacuatione aliqua præcedete. Sequitur enim alui profuuiũ, aut alia quevis excretio, sudor, vomitus, vrinæ copia. *ἤρα αὖ ἢ κρόταφον*. Sanè in os temporale eruptiones conuulsionem adferunt. Os temporale propriè, quod osse frontis, regione aurium, & finibus iugalis circumscribitur. Aliquando enim dicitur, vt ad conseruũ os scammis processus mammillares & auris foramen, quod illic est, vicinàsque propagines extendatur. Illud ergo, quod propriè *κροταφίτης* dicitur, tenai musculo integitur, magnam vim valorum neruorumque in se continet. Vicinũ admodum cerebro partim situ, partim neruorũ confortio, vt illic vulnera admodum lethalia libro de capitis vulneribus & articulis scripserit, vnde resolutio, sopor, conuulsio, mors. Atque non solo vulnere, sed graui concussione temporum mors repentina interdum sequitur. Sic enim fit, vt spiritus, qui in cerebro plurius est, & animam corpori coniungit, noua subitãque iniuria constipetur, & velut in angusta præsidia sese contrahat, atque ita vinculum corporis & animæ dissoluatur. Laxum enim liberũque spiritum esse oportet, neque nimium effusum, neque angustius contractum, ne videlicet ea immoderatione corporis cum anima societas dissipetur. Qua de causa gaudio & graui metu subitæ mortes, hoc est, dissolutio corporis & animæ insequatur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**N**on solum Hippocrates eorum capitis affectuum præfagia nos docet, qui ab humoribus & intemperie ortum habent; sed etiam eorum, qui sub ictu incidunt. Quod voce *ἐγείσιν* expressit. Significat enim in vniuersum quod affatim & cum impetu erumpit: & Galenus in Exegeſi vocum Hippocratis *ἐγείσιν* interpretatur *σκήμασι, ἐνύμασι*, hoc est scissuris, fracturis. Eo itaque verbo complexus videtur, quicquid cum impetu quodam ossa lædit, siue alter alterum vulneret, siue aliquid super hominem incidat, siue super aliquid homo ipse cadat, quod malum in osse dicitur fractura, cuius tres sunt simplices differentiæ, & duæ compositæ. Collisio, in qua os non frangitur, sed deprimitur sub telo graui ac reuſo, ac plerumque accidit in tenera ætate; fissio siue fissura, quia os finditur, vt graui telo ac reuſo, & ferè vbi ætas induruit. Semper cum collisione coniungitur, sed quæ ita interdum leuis est, vt ad solam rimam dirigatur curatio. Tertia est sectio. Nã inciditur os ita, vt in eo teli vestigiũ relinquatur. Causa est telum leue & acutum, quod interdum summam partem, interdum altè os diuidit, nonnũquam ita, vt restam resoluat. Ex compositis autem prior est, in qua os desidit. Fracturæ modus ex duplici constans collisione, & fissura, vel sectione. Nam & os deprimitur ita vt cerebri membranam vigeat: & separatur ab eo, quod naturaliter habet, alioqui non premeret subiectam membranam. Premit autem tripliciter *κατ' ἐπιέσιν*, quando os, quod fractũ desidit, in plura fragmenta diuisum est, quæ mēbranae pariter inhaerent: *κατ' ἐκλίσιμα*, cum illud os membranam vigeat: *ἢ καμάρωσιν* cum quod deorsum compellitur, simul cum telo reuertitur sursum. Posterior differentia composita est ex rimarum genere, cum pars vna vulneratur: altera fissa est, nec vllum plage vestigiũ apparet. Dicitur *ἀπόρημα*, siue *ἀποκόπημα*, non quòd vt in vitro, ita in osse capitis, ictu partis vnius findatur altera contraria, vt voluit Soranus. Nam caluaria solida non est, sed cum multis futuris facta, ad quas terminatur noxa. Verũ quia pluribus partibus caput concutitur, nec omnibus se plaga ostendit. Ex partibus autem caluariæ anterior pars facilius finditur, colliditur, ac desidit, quàm posterior. Præterea periculum maius in anteriore, quia plus cerebri subest, vt ait Hippocrates, & quod subest, noxam magis ac celerius participat. Os posticum crassum est ac densum. Itaque diuturniore tempore pus contrahit, & ad cerebrum transmittit, nec ita facillè vitiat

de un. cap.

sanie defluente. Præterea minus cerebri subest, & quod subest ob crassitudinẽ ossis non æquè sub ictu violatur, neque ita periculosè læditur, atque in fronte. Sic ergo Hippocrates ex natura loci non modò vulneris dignotionem & curandi rationem colligit, sed etiam præfagium, vt & hoc loco. Ob id enim addidit *ἐν ἢ ὀπίθευ*, ab occipite. Eo enim aliqua ex prædictis fracturæ generibus vulnerato si sanguis largus & crassus per nares exeat, pessimũ est, quia inde & ictus grauitatem ac magnitudinem affectus conuicimus, & magni alicuius vasis ruptione, aut contuſionem. Et enim ictum vehementissimũ esse oportet, quo os illud occipitis crassissimũ ac densissimum intro compellatur. Sanguis autem quia copiosus & crassus, diuisam esse venæ tunicam ostēdit. Nam cum transcolatur siue transmittitur per *ὄσθιν δνοση* parcius fluit: per *ἀναστόμωσιν* verò referato venarum ore aut parcius est, si crassus: aut si copiosus, tenuior. Crassus autem & copiosus tum exitum liberum, tum vasis magnitudinẽ denunciat. Sæpius tamen & per *ἀναστόμωσιν* in concuſsionibus fluit sanguis, quia illius expressi & concitati copia venarum oscula impetit, & referat minore periculo quàm diuisa venæ tunica, aut arteriæ. Nec verò solũ prauum signum est, sed etiã causa. Nam cum sanguis permanere talis non possit, quoties è proprio conceptaculo in aliam quamuis cavitatem exciderit, aut in spatia, quæ vasa circūstant, vt in contuſionibus, vel suppuret necesse est, vel liueſcat, vel in grumos concreſcat: maximè cum in magnam exciderit capacitatem præter naturã. His autem modis cerebri substantiam corrũpit, neruos imbuit & elaxat, ventriculos obstruit, membranas vellicat & putrefacit, vnde apoplexiæ, paraplegiæ, conuulsiones, epilexiæ, cephalalgia graues ac similia, quæ mortem in propinquo denũciant. Quod autem addit *ἐκ μωστῆρος* ex naribus, nõ excludit, quod sæpe apparet ex auribus emanare sanguinem post ictum, aut casum, grauiore adhuc periculo, quàm ex naribus, quanquam ab hoc signo cum veterno coniuncto puerum conualuisse vidimus. Sũt verò & alia signa, è quibus periculum & grauitas vulneris colligamus, vt vomitus indicium cerebri vel membranæ grauius læsæ, & veternosus affatus, cum nec mo uetur homo, nec sentit: non secus atque vbi dormit cerebro violato, & compressis membranis. Leuiora sunt *σκότος*, cum caligant oculi tenebris suffusi, deinde vertigo, ex quibus homo concidit, quæ omnia inordinatum spirituum & humorum motum in cerebro ostendunt. Quòd si oculi dolor antecedit, deinde subsequatur horror, duram menyngem phlegmone obſessam & suppuratam inde conuicimus, quæ ad oculorũ radices peruenit: vel in fronte inflammationem fieri. Siquidem (ait Hippocrates) reliquum caput frontẽ vniuersam continet: vlcera autem vbicunque fuerint, ob sanguinis cursum ex his, quæ continent, inflammantur, intumentque. Sic igitur frons humores recipit à reliquo capite transmissos, ob idque Hippocrates eodẽ loco vinculum & cataplasma tantũ ad frontem admouet, cuius partes duæ sunt: ea, quæ caret pilis: & quæ est ad supercilia atq; oculos. Si itaque mēbrana phlegmone obſidetur, periculum mortis imminet, præsertim sanguine multo & crasso antecedente. Nam (ait Hippocrates) Quodcũq; os à suo statu recedẽs desidit, vel quod perruptum sit, vel quod latè omnino præcisum, minus periculosum est membrana inuolara. Vbi autem os fractum est, neque à medico secatur, aut raditur, quasi integrum sit, sanies in membrana cerebri colligitur, quæ cum exitum non habeat, primum febris accedit æstate post septimum diem, hyeme ante quartumdecimum. Nam febris initio minus metuenda est, quæ doloris causa & loci, qui inflammari cœpit, excitatur. At post septimum, quo tempore quiescere debuit, cerebrũ vel eius membranas inflammari denũciat, caput & oculi dolent, & facta suppuratione ac vellicatis membranis rigent. Præterea vlceris color, si vlcus adſit, non amplius subcundus apparet, quòd & succi biliosi concurrant, & naturalis calor paulatim extinguitur. Pauca sanies effluit facultatis nutritiæ infirmitate, & humorum ad interiora recurſu. Sanies cruda est & tenuis, vt lachrymæ ab oculis. Caro tabescit, & quasi in glutem vertitur. siccatur vlcus, fitque primò rufum, deinde subliuidum; pustulæ in lingua nascuntur, sanie à cerebro ad palatum & linguam defluente, mens non constat. Quæ cum superueniunt vel omnia, vel pleraque, vel grauiora, mors præfagienda est, & conuulsio in parte contraria, in qua non adest emissarium saniei. Sic ergo


de un. cap.

ergo in affectibus capitis qui sub ictu incidunt , duobus modis mortem præfagendam Hippocrates docet. Vno statim à principio , vt cum æger attonitus concidit, biliosa vomit, sanguinem multum & crassum per aures & nares fundit : altero , vbi post primum circuitum ex nata & aucta inflammatione superueniunt, quæ diximus. Quod si de tumore rubicundo, & erysipelæ naturam referente locum hunc intelligas, qui (ait Hippocrates) in facie atque oculis, vel vtrisque, vel alterutro oriri solet, isque tactus dolet, febris item superuenit, & grauis horror, vlcere, quod ad carnem pertinet, rectè habente, & osse, nullòque vitio alio apparente, excepto faciei tumore, modò ne error in vultus ratione adiciatur, periculum mortis non est, sed purgatione opus flauæ bilis, quæ putrescens febrem & grauem horrorem mouet. Trasmittitur autem ad faciem atque oculos à facultate cerebri validiore, quæ prauos humores non admittit. Quanquam si os ipsum & vlcus erysipelâ corripiantur, valde malum est. Hæc sunt præfagia vulneri capitis, quasi signo hic notata ab Hippocrat. Ad extremum autè quærit, Num affectus, qui sub ictu in tempora incidunt, conuulsionem afferant? Cui respondemus, omnes quidem periculosissimos esse, non tamen in omnibus fieri conuulsionem, sed interdum etiam resolutionem, interdum soporem grauem, sæpius repentinam mortè sequi. Causa periculi est, quia (ait Hippocrates) Ex cæteris os temporum infirmisimum est, quod maxilla in tempore cum caluaria committatur, & sursum ac deorsum moueatur articuli modo, quod iuxta sit iter, per quod facultas audiendi est, quod vena caua & valida per tempus intendat. Et secundo de articulis, Si reuerti (maxilla luxata) nequeat, mortis periculum instat propter febres continentes, atque marcorem, & inexpugnabilem dormiendi necessitatè. Huiusmodi enim musculi inexpugnabilem dormiendi necessitatem inducunt, cum alienantur, & præter naturam extenduntur. His solet alius bilem puram, atque exiguam reddere, ac si euomant, vomitus purus est. Decedunt autem hi maximè decimo die. Hæc Hippocrates. Locus itaque in temporibus infirmisimus est, à cuius omnibus partibus periculum mortis impendet. Primum ab osse infirmisimo & tenuissimo, quod proinde & periculosus & facilius vulneratur. Deinde ab auris foramine, in quo os ictui minus resistit, & neruus, per quem audiendi facultas distribuitur, periculum auget. Tertio quia commissuram habet cum motu maxillæ. Quarto à vena magna & arteria, quam cauam vocat: in quibus spiritus interceptus ab ictu perfrigeraturque, & quasi suffocatus, vt vult Aphrodisæus, tum soporis, tum mortis causa est. Nam illius venæ particula propè maxillæ commissuram intro ad cerebrum fertur. Læsa igitur & propter consortium cum cerebro, & propter suam magnitudinem periculum minatur. Quinto à musculis temporalibus, quos *κροταφίτιος* vocat Hippocrates, qui & tenuissimi sunt, & præcipui, & cerebrò proximi, vt qui neruus ex cerebro habeant à tertia coniugatione, quæ non longè ab ipso principio sita est. Celerrimè ergo afficiunt cerebrum, siue eorum natura alienetur ab intemperie calida, frigida, humida, sicca, inflammatione, erysipelate, aut putredine: siue patiantur distentionem fibræ eorum, quæ prius laxæ erant, omnibus ad rectam lineam extensis. Nam proximæ communèque partes primum potissimumque afficiuntur. Simili autem vitio cerebrum afficiunt, vnde fit vt inflammatione febres acutas, tensi soporem, conuulsionem, aut resolutionem accersant. Quare alio loco scribit Hippocrates carnem & cutim, quæ tegitur caput, vbique tutò secari, præterquam in tempore, & regione, quæ supra est, per quam vena procedit. Hic enim locus scalpello (ait) attingi non debet. Eum enim qui incisus fuerit, neruorum distentio præhendit: ac si tempus sinistrum inciditur, dextrum neruorum distentione occupatur: si dextrum, nerui distenduntur in sinistro. Nam vbi musculi vnius partis præcisi aut resoluti sunt, nequeunt amplius prohibere, quominus musculi alterius ad suum principium contrahantur, quæ propriè natura est omnium musculorum. Ob idque resolutio vnius facit alterius conuulsionem.

de cap. iiii.

de cap. iiii.

IACOBI



IACOBI HOLLE  
 RII STEMPANI COMMEN-  
 TARIJ SECUNDI IN COACA HIP-  
 pocratis Præfagia libri quinque.

LIBER PRIMVS.

I.

De ex lib. Coacac  
Hq. hie incipit.



Ἰὸς ῥίγος πρὸς εὐφροσύνην, κεφαλαλγίες, πρᾶξιλοι ὀδυνώδεις, ἀφρο-  
 νοί, ἐπιδρόντες ἐπὶ ἀνένεγκαντες ἴησικισον.



*Vt ex rigore perfrigerantur, caput ac collum dolentes, vo-  
 ce destituti, insuper exudantes, postquam se recollegerint,  
 moriuntur.*



**P**AVCAS quidem sententias vniuersales, ex quibus artem constituas, in iis Coacis præfagiis inuenire licet: sed quæ in vno aut aliquot ægris obseruauit Hippocrates, aut quisquis author fuerit huius operis, ea vna sententia sæpenumero complectitur. Ac non protinus reiiciendum, quod rarius accidat, siquidem sermo verus est, & ad præfagium conferre possit. Qualia signa quædam sunt, quæ vt rarius edantur, tamen eiusmodi sunt, vt iis positis vel necessariò, vel magna ex parte insequatur id, quod significent: qualia quæ nunc describuntur. Rarum quidem est, vt oborto rigore insequatur refrigeratio, capitis collique dolor, mutitas, leuis sudatio. At si ea omnia cõsequi videas, rectè præfagias fore, si accesserit singultuosa respiratio, vt æger moriatur, quanquam & citra hanc, periculum graue immincat, id quod tota oratione clarius intelligas.

Itaque in hoc ægro extitit rigor naturæ & morbi concertatione, sed *vincente morbo*: vbi enim natura superior, & salutaris morbus est, vehementi illa cõcussione, qui rigor appellatur, incitato calore & spiritu foras mouete, corpus emollescit, calet, laxantur viæ & spiramenta corporis, sudor aliãve excretio vel abscessus sequitur, ex quo liberatur æger, vel certè leuatur morbo. At contra natura succumbente materia restitat, neque excretio vlla commouetur. Verum rigorem in ardente febre ægro iam debili lethale scripsit Hippocrates. Refrigerat enim corpus, indurefcit, atque astringitur cum riget. Et ab eo rigore, quem refrigeratio sequitur, torpor succedit, obliuio, vocis priuatio, aliæque id genus, quæ in Prothetico & hoc opere partim mala, partim lethalia annotantur. Quæ omnia aucta intemperie frigida, infirmitate naturæ & iam pereunte infito calore fiunt. Sed eò grauior casus est, quò tardius à rigore & perfrigeratione recalescit æger. Ac non redeunte calore desperatio est. Ideòque in Protheticis non simpliciter *ἐν ῥίγος καταψύξις* damnauit, sed addidit *μὴ ἀναθερμαίνοντις*, quæ non recalescant. Eadem ratio ne rigor *ἐν πολυποσίς* ex multa vini potione, quem notauit in Aphorismis, lethale

Aphorif. 48.  
lib. 4.

Cc



καμισδὸν scribit. Clazomenio, de quo ita scribit, ὑποχόνδριον ἐπιπύον ἢ λίαν σπιτα-  
σις, hypochondrium extumuit, non valde cōtendebatur, paulò post διαφορῶς πύρι  
τὰ διαχώρησιν egeftionum motionem facillè ferebat: liberatus tandem 40. Sed  
huic non inflammatio aut erysipelas, non exēstiuabant hypochondria, sed his infar-  
cta multa pituita tumorem excitabat.

III.

Κατὰ φύξιν μὲν σκληρισμὸς, ὀλέθριον.

Perfrigeratio cum duritia perniciofa est.

2. Prorrh. 32

**H**Oc idem scripsit in Prorrheticis. Idque vniuersale est quod in admodum ca-  
lidis & feruētibus morbis accidit ariditate cū iam marcescit infusus calor,  
& in viscera reuocatur. Vsurpantur autem Hippocrati eadem significatione σκλη-  
ρισμός, σκληρία, & σκληρῆμα. Αυσσμὸν dicit in lib. de locis in homine. Id ergo fit  
aliquando initio accessionis februm, vt & refrigescant, & indurescant corpora ca-  
lore & humore intro coeunte. Aliter quoque vitæ extinctione vel copia, quæ calo-  
rem opprimat. Idque quò diutius permanet, eò periculosius. Si verò neque recalc-  
scit corpus, neque mollitiem recipit, in propinquo mors est. Antecedunt eiusmodi  
duritiem, σκληρισμὸν dico, resiccatio corporis: hanc autē vacuatio tum latens tum  
manifesta. Manifesta in profuuiis alui, hæmorrhagiis, sudationibus aliisque id ge-  
nus. Latens in vigiliis, doloribus, vehementi longaque motione tum corporis tum  
animi, idque moderatius est. Exitiosum autē, siquidem in pestilenti genere febrū  
id accidat, quæ σπιτικὸὶ & διαφορητικοὶ appellantur, in quibus materia tenuis  
acrisque medio corpore feruēs, & calor igneus eodē cōclusus loco frugi succū eli-  
quat, absumit, in habitu dispergit, infitūque calorē vnā corrumpit: à quibus facies  
illa cadauerosa existit, omninoque refrigescit æger atque scabrefcit. Id interdum  
longitudine februm & abscessus interanei contingit non tam certo aut præsentem  
periculo, neque tamen sine metu, & aliquādo cum certa desperatione. Eam scabri-  
tiem dānauit Hippo. in Prognostico, sed in fronte. In Epid. annotauit toto corpore.  
In Dealcis vxore, quæ acuta febre & phrenitide 21 obiit. In qua primū refrigerationem,  
deinde (inquit) paulò ante diem mortis δερμαῖος ἔντασις καρφαλέα, aridæ  
cutis intēsio. Adolescenti similiter in Mœlibea, δέρμα καρφαλέον καὶ ποδὶ τεταμένον,  
cutis arida & circumtensa. καρφαλέον dixit κατὰ ξηρότην, valde siccum, quod hoc lo-  
co σκληρισμὸν appellat, & aliis locis huius operis. Non omittendum σκληρία &  
σκληρώματα dici tubercula dura, qualia qui σκίβροι à medicis nominantur.

III.

Ἐκ κατὰ φύξιν φόβος καὶ ἀθυμία ἀλογος ἐς αυσσμὸν ἀποτελεσθῆναι.

Ex perfrigeratione timor & tristitia præter rationem, in con-  
uulsionem finit.

**P**AUOR, tristitia, desperatio, animique deiectio melancholiæ soboles, exitij signa  
sunt in febris acutis, siquidem citra occasionem & causam externā super-  
ueniant. Quale contigit mulieri in Epid. suppressa videlicet menstrua purgatione.  
Nam inde cōmota febre statim prima nocte φόβοι, λόγοι πόλλοι, δύδου μίμη, αυσμοὶ  
πόλλοι, pauor, verba multa, desperatio, conuulsio frequens. In fine historię ἕρα μέ-  
λαια λεπτὰ, vrinæ nigre tenues lethali signo, nisi distinctionē adhibeas. Huiusmodi  
enim esse solent retentis mensium vel puerperij excrementis. In fine historię πύρι  
κρίσιν μωσακκῆν πόλλα κατὰ ξηρότην, muliebria multa descenderūt. Ita sudoribus & com-  
motis vteri purgationibus ab acuta febre & grauibus casibus conualuit. In Thasia  
muliere, quæ longa febre interit, sub fine annotat ἀθυμία, & πύρι πύρι γινώμελη μελαγ-  
χολικὰ deiectū animū & perturbationes animi melancholicas, qualis mœror, pauor,  
spectra,

spectra, quæ metū & tristitiā incutiāt egro. Sed hæc suppressis puerperij purgamentis  
altera menstruis ea passa est. At cū purior ferè sit mēstruus sanguis, impurior au-  
tem, qui in puerperio vacuatur, vitiosus omnino & veluti relicta fæces atque  
recrementum purioris sanguinis, non abs re febres alióque casus excitat maiore  
periculo. Ac magna ex parte melancholicus est, quanquam & sanguis omnis diu-  
tius cohibitus loco nec liberè transfluens melancholicam naturam trahit. Atque  
inde emotus vapor tenebrarum modo animū offundit variis spectris, metu, tristi-  
tia, desperatione perturbat. Sanguis verò is vitiosus & melancholicus, si relicto lo-  
co, caput appetat, aut idem in capite proueniat, melancholicos morbos & casus im-  
uehit, qui vt in genere quidem natura differt, & suas habet differentias, ita hos tri-  
stes atque taciturnos reddit, vaticinia quædam mouet, aut ferina quadam demen-  
tia ægros perturbat. Conuulsio quoque sequitur violato neruorum principio, quia  
vel copia premitur, vel acrimonia vellicatur, vel supra modum exarescit.

V.

Αἰς κατὰ φύξιν ἕρων ἀπολήψεις, κἀκίστον.

Ex perfrigeratione vrinam intercipi pessimum est.

**I**N muliere, quæ gemellas puellas ægrè pepererat, in fine historię ἀκρεὰ ψυχρὰ  
ἕρα ἀπέστη extrema frigida: vrinæ substituerunt. hæc quidem 14. Sequitur in qui-  
busdam codicibus 15 ἀφρονος: 13 ἀπεθανε: 16 priuata voce: 17 obiit. In Anginosa  
vtrunq; scribit. 3. Inquit, ἀκρεὰ ψυχρὰ πελιθῆνα, paulò post σταχυομήδεια καὶ ἕρα  
ἐπέστη, mortua 5. Videndum tamen, vt ne appetente crisi, siquidem rigor, frigus,  
vrinæ suppressio accidat, temere mortem præfagias. Salus enim potius & salutaris  
excretio enuncianda est. Itaque monet Hippocrates 6. Epidem. considerandas esse  
πύρι γίγνεσθαι ἐπιχρίσιαις ἕρων ἢ ἐκ χυτῶν ἴωσι. Si igitur vrina suppressa rigore  
moto refrigescat corpus, ac tum quidem vrina subsistat antegressis salutaribus in-  
ditis, neque frigore, neque vrinæ retentione terreri oportet. ac non multū dissi-  
dent vrina cohibita frigus esse, aut refrigescente corpore vrinam sisti. Hæc senten-  
tia de morbis acutis est. Propterea in Prorrheticis, vbi eadem scribitur, additum  
ἔστι ὄξεσι. Fit autem eiusmodi vrinæ suppressio in lethali morbo calore proprio ve-  
ficæ à febre dissoluto, aut neruo, qui muscolum claudit, resoluta à virtute emortua  
vesicæ, quæ ab excernendo ἐκκρητικὴ nominatur.

VI.

Μετὰ ρίγους ἀγνοία, κακὸν. κακὸν δὲ καὶ λήθη.

Ignorantia cum rigore, malum: malum item obliuio.

**A**RIGORE corpus incallescere melius est: refrigerari nec recalescere, incidere  
in affectiones quasdam frigiditas, iam antè deterrimū esse dictū est. Etenim  
extinctio caloris infiti & perfrigeratio cerebri inde ostenditur. Alij μετὰ ρίγους  
legunt non ita dissidende sententia. Est igitur ἀγνοία, vbi quis non agnoscit fami-  
liares, atque domesticos, quæ si temporaria est, perturbata mente & in perturba-  
tione critica, sine periculo esse potest. Firma verò, quia æger non redit ad mentem  
& cognoscendi potestatem, lethalis est. Scribitur in Prorrheticis.

VII.

Τὰ καματώδεια ρίγεια ὑπολέθεα, καὶ τὸ φλογαδες ἐν προσώτῳ μετ' ἰδρω-  
τος ἐν τῆστοῖσι κακὸν. ἐπὶ τῆστοῖσι ψύξις τῶν ὀστέων σπασμὸν ἐπιμα-  
λέεται. καὶ ὅλως ὁ ψύξις τῶν ὀστέων αυσμοῦδες.

Soporosi rigores aliquatenus perniciosi: & flammens in facie

color, cum sudore, in his malignus est. In his frigiditas posteriorum partium conuulsionem accersit. Et in summa posteriorum partium frigiditas, conuulsoria est.

Comitio est multorum, quæ etiam si parum natura cohæreant, & sint ετερογενή, iuncta tamen grauem difficilēque morbum significant. Alij κοματώδεια propter multam somni inclinationem, dum rigent: alij καυματώδεια, quia æstuosi sint, vel à rigore exæstuent. Sed in somnum inclinatio familiarior rigoribus: rarius vt rigore iam abeunte ea somni sequatur inclinatio, sæpius æstus. Verum vtumuis sequatur, nisi excretio critica succedat, damnari debet, quia videlicet lex illa Hippocratis perpetua est, τὰ κρῖσιμα μὴ κρῖνοντα, τὸ μὲν δύσκριτα, τὰ δὲ ἀλέθρια: quæ iudicare nata sunt, & non iudicant, ea partim difficilem, partim lethalem morbum significant. Ac κρῖσιμα duorum sunt generum. Alia enim signa, quæ iudicium prænantiant: alia causæ rationem habent, quia morbum dissoluunt. In signis rigor est, à quo excretio aliqua vel abscessus expectari debet, siquidem salutaris est. Similiter alia, quæ in vocata perturbatione critica existunt. In causis sudor, vomitio, profluua sanguinis, alui solutio, vrinæ abscessus. Si igitur à rigore, qui criticus esse debeat κῶμα vel καῖμα sequitur, neque succedit excretio vel abscessus, id difficilem lethalemve morbū ostēdit. ὑπολήθρια, alij ὑπὸ τῆ ἀλέθρια, quibus vocibus periculum quidem ostenditur, verum minus, quanquam reuera deterrimus casus est. Meminisse tamen conuenit rigores statim morborum initio, aut non multo post, certis quoque diebus dum exacerbantur febres, moueri posse, à quibus non est expectandum iudicium. Sed in ardente febre rigor post initia vel criticus, vel lethalis est. Criticus, quia inde febrem solui scripsit Hippocrates. Lethalis ægro iam debili, & vnde non sequitur excretio, aut ea sequitur, quam æger per virium langorem non perferat. Philini vxori rigor statim initio & acuta febris, quod nihil dum prænunciat. Etenim febrium acutarum initio, sæpe rigor incidit. At scribit ἄγδὸν ἐπερὶ ῥῖγωσι περὶ τὸς ὄφθς. πασμοὶ πολλοί, octauo subinde riguit, acuta febris, conuulsiones multæ, vbi in vitio sunt hæc omnia, quod octauo rigor, qui dies criticus non est: quod sæpius, sed parum vehemens rigor. Fortis enim & semel incidens, iudicatorius rigor est: quod à rigore febris incanduit, & conuulsio oborta est: obiit 20. Sciendum quoque quasdam febres acutas quidem esse, sed quæ in diurnas transeant, pituita cruda bili permixta, in quibus subinde rigor incidat sine excretionē, κῶμα quoque accedat, & somnus longior, à quibus ægri tandem liberentur, quod contigit Epicratis vxori. Sæpius id obseruari potest in genere febrium, quæ apud nos autumnio sunt. Illa ergo collecto crudo succo, duobus diebus antequam pareret, riguit vehementer, nec incaluit. Secundo à partu die febricitare cœpit: octauo superriguit, & plus solito dormiuit: 14. superriguit, acuta febris sequuta est. Circiter vice simum, aliquantum riguit, & κοματώδεις, paulatim victo crudo succo: 80. tandem liberata est. Atque ideo fortasse ὑπολήθρια, vel ὑπὸ τῆ ἀλέθρια scripsit. In Dromeade vxore rigor 1. 3. 6. riguit modò sopita, modò sopita refrixit, conuulsa mortua est. Altera mulier sæpe riguit modò sopita, modò vigil, sine cōuulsione obiit. Ergo rigor initio febrium sæpe mouetur nondum præfagio bono, vel malo. Incidit aliquando 2. 3. 4. aut nondum maturo morbo, sed constante virtute dubio præfagio. Omnis enim motus naturæ excrementorum nondum cocto morbo inutilis est. Sub crism aliquando, sed ægro vel debili vel robusto succedente excretionē, coctionē, abscessu, vel horum nullo, ægro debili periculosus & sæpe lethalis, vt non consequente excretionē. Aegro robusto & cum excretionē salutaris, vt superioribus exemplis confirmari potest.

καὶ τὸ φλογώδες. Hac voce calor & rubor concluditur: φλογίαι πυρῆντι μετὰ ἐρυθρίματος & φλογίαι ἐρυθρίαι in Exegefi vocum Hippocratis lib. de capitis vulneribus φλογώδην dixit ἀπὸ τῆ φλογώσε. vbi & calor igneus, & rubor est. Id in igne sacro recente in pueris, vbi cursu concaluerunt, in vigoribus febrium, in quibusdam phreuticis, vbi materia feruet, in capite apparet Eiusmodi color rubor que igneam caliditatem

caliditatem copiamque cerebrum occupare indicat, vt postea pluribus dicitur. μεθ' ἰσρώτος. Non explicat an toto corpore, an in sola facie. At in facie verisimilius est, quia videlicet in capite præcipuum malum est, & vbi morbus, ibi sudor est, aut si sudor est, quacūque parte corporis appareat, si non iudicat, malo est. Etenim à virium infirmitate aut natura copia oppressa est. Et omnis excretio, quæ non iudicat, difficilis, aut lethalis est.

ἐπὶ τῆτοι. Refrigerantur celerius partes corporis posteriores, quia natura frigidiores pluribus quidem nervis & exanguibus corporibus: vt anteriores calidiores, quia venis scatent magis. Sic eiusmodi accidens non cohæret cum rigore, aut ardente facie. Sed si id fiat, & frigus in originem neruorum penetret, conuulsionem sequi par est. Frigidum (inquit) inimicum nervis &c.

καὶ ὄλας. Omnino (inquit) posteriora perfrigerata in acutis conuulsionem inferre solent. πασμοὶ μὲν δὲ es enim est, quod conuulsionem inferre natum est, aliquando non conuulsionem, sed resolutionem neruorum perfrigeratio inferre solet.

VIII.

Αἱ ἐκ νῶτος φρῖναι πυκναὶ, καὶ ὀξέως μετὰ πύρεται, δύσφοροι. ἔργα γὰρ ἀπόληψιν ἢ ἐπώδιον σημαίνουσι. τὸ ἐφιδρῆν τῆτοι κακίστον.

Ex dorso horrores frequentes & citò transeuntes, ægrè tolerari possunt. Vrina enim interceptionem eamque dolorosam significant. Insuper exudare, his pessimum est.

In Prorrheticis, γὰρ, particula omittitur, & à voce ἀπόληψιν ἢ: finis quoque orationis καὶ τὸ ἐφιδρῆν. Hic ergo notatur æger, qui inflammatione dorsi, qua parte articulantur lumbi, malè habeat. Ei horror frequens incidit, multò magis dum vel membranas & nervosa corpora agitated humor vaporque acris, vel denique confecta suppuratio attingit. Atque in omni interna inflammatione siquidem magna est, facillè δύσφορία descripta accedit. Et in lumbis grauis ea inflammatio, quia nervosus membranaceus & motioni obnoxius locus est. Ac facillè malum inuehit renibus qui lumbis insidēt, & vesicæ, quæ inde & è proximo neruus accipit, vnde vrina intercipitur. Atque inflammato articulo succensa febre, vrina cohibita par est ἐπώδιον sequi. ἐφιδρῆν verò hoc tenuis leuisque sudor naturam dissolui ostendit. Grauibis ergo casibus accedens lethale, vel certe difficile iudicium efficit, vt κάμωσι optimo iure ab Hippocrate adscribitur.

IX.

Ρῖγος ἐν συνεχείᾳ τῆ σώματος ἀσθενέος ἤδη ἔοντος, θανάσιμον.

Rigor in continua febre corpore iam debili existente, lethalis est.

Am antè rigorem malum diximus, si progresso morbo fiat, nec inde sequatur excretio critica, vel abscessus. Quod si repugnante materia id accidat, minus quidem periculosum est: si verò infirmitate naturæ, quæ excernit, lethalis omnino est. Id scripsit in Aphorism. & quod γὰρ συνεχείᾳ hoc loco, dixit in Aphorism. πυρετὸς μὴ διαλείποντι. Illic ἐμπύρεται natura infirma subinde enitente excretionem materiæ, sed eo modo, quo prostratum, oppressumque corpus dum hoc agit, vt quod premit, amoliatur, & se excitet eleuetq; vel grauitate ponderis vel infirmitate euitum recidit atque omnino succumbit. Ita natura morbo pressa & grauius laborante accidit. Interdum quidem maiore nixu natura rigorem mouet, sed maiore vi morbi depellitur atque consternitur, aut excretionē mota præ infirmitate concidit. Sic vxori Dromeadæ in febre continua sexto die manè rigor, sudor pēt totum corpus, extrema frigida, conuulsiones, à quibus celeriter ea defuncta est. Et alteri



rigor, octavo sudor multus: undecimo obiit. In aliis multis rigores subinde legas eiusmodi lethales quidem, quia vel non fuerit consequuta excretio: aut si sequuta, non pertulerunt ægri, sed à sudore perfrigescentibus extremis partibus corporis expirarunt.

X.

Οἱ πυρενοὶ ἐφιδρῶντες ἢ ἐπιρριγόντες δάθριον. ἢ ἐπὶ τῆσι τελευτῆσι ἀναφαίνονται ἐμπύημα ἔχοντες, ἢ κοιλίας ζεραχάδεας.

*Qui subinde exudantrigentiq, perniciosum hoc est: Et in fine suppurationem habere comperiuntur, ventresq, perturbatos.*

**E**φιδρωσις de sudatiunculis & iis sudoribus qui sæpius redeant, de iis quoque, qui tenues leuésque manant aut toto corpore, aut ceruice & capite, vsurpantur Hippocrati. Atque ij sudores vt subinde incidens rigor, materiæ vel copiam vel parum sequacem naturam, alioqui virium imbecillitatem ostédunt. Subinde enim natura exurgit contra morbum, sed à morbo superatur. Alioqui præ imbecillitate non retinet. Quod autem dicit, ἢ τῆσι τελευτῆσι, hoc idem est ac si dicat, iam inclinante morbo in exitium, cum iam ægri moriuntur. τελευτῆ enim mors est Hippocrati, vt τελευτῆσι mori.

ἀναφάνονται. Non necessariò: nam in copia crudæ materiæ permista bile aliqua id quidem esse potest, vt subinde & sudet & rigeat æger sine suppuratione. At in suppuratione horror, rigor, sudor sæpius incidunt. Ac verior sermo fuisset, quibus vomica interna est, iis & sudor & rigor sæpius accidit, & in morte alui his perturbantur. Etenim inter signa suppurationis rigor est. Mouetur is acrimonia puris, quod vicina corpora, neruos & membranas commotum lædit. Atque quod scribit πυρενοὶ ἐφιδρῶντες, idem quod in Prognostico, ἰσθῶντες πολλοὶ sudor multus. Sudor autem multus est aut quia sæpe vel copiosè effluit, vt in febribus, quæ inde ἰσθῶδες, τυφώδες, ἐλώδες appellantur. Febres quidem ἰσθῶδες ἕχουσι propter copiam humoris, vel quia paucus & tenuis humor subinde redit, quod in signis est suppurationis. Ergo in febribus horrificis, quas multus humor frigidus, crassus, crudusque facit, initio sudores pauci: postea verò iam concalfacta materia & incisa sudor maior est. In calidis & siccis febribus sudor paucus, nisi cum morbus iudicatur. At si iis iis febribus sæpius incidit, infirmitas naturæ & virium exolutio significatur, quomodo & in suppuratis accidit. Viribus enim fatiscentibus leue quid ac tenue sæpius exudant. Quòd si perturbata aluus accesserit, in desperatis æger est infirmitate naturæ nihil continet, colliquatione corporis & parte aliqua puris eò conuersa, atque mordente. Appellat autem aliud ταραχάδεα, vbi & profluens vitio materiæ conuellitur, atque condolefcit.

XI.

Τὰ ἐκ νώτου ῥίγεια δυσφορώτερα, ὅς δ' ἀν' ἐπταχθιδεχθῆτι ῥιγώσας, τετάρτη ἢ εἰκοστῇ ἐπιρριγοῖ, δύσκολον.

*Rigores ex dorso molestiores sunt. Qui verò decimas septima rigorem habuit, Et quarta ac vicefima insuper riguerit, malignum hoc est.*

**O**bservatio particularis est. Rigorem enim ferè è dorso, nec hoc ipso morbus difficillior est. In Epidemiis igitur & Aphorism. rigores fieri magis à dorso, quam partibus anterioribus scribit, vnde mirum videri possit, quòd adiecerit δύσφορώτερα. Acquius enim est, neruosas partes & frigiditas, quales sunt posteriores, celerius

lerius affici rigore & dolore, quàm anteriores frigore, quia imbecillæ & exangues: dolore, quia acriore sensu prædita. Quod autè subdit, qui riguit 17, siquidem 24 insuper rigeat, δύσκολον extra rationem dierum criticorum videri possit. Si enim riguit 17, & inde consequuta excretio, vtilis ea est. Nam vel liberare vel leuare ægrum consuevit. Et siquid reliquum sit, id ipsum natura absoluet 20. 21. vel 27. Nam à 20. die perit vis quartanarij, septenarij verò languescit. Ac 24 vel nulla; vel admodum exigua virtus est critica: maior 27. 34. & 40. δύσκολον autem dicit ἢ ἴσῳ ἔσθ' ἀκινδύω, & μὴ ἀλεθρίω, perinde ac si dicas, quod difficile quidem, sed periculo vacans & non lethale. Sic enim ex interpretibus Hippocratis Galenus. quanquam fortasse ἐκ ἀκινδύω non sine periculo legendum est. Atque aliquando δύσκολον scribit, subditque & μὴ ἀλεθρίω, nonnunquam ἔχει τὶ δύσκολον, quod cum scribit, parum subesse periculi significat.

XII.

Οἱ φρικώδες κεφαλαλγικοὶ ἐφιδρῶντες κροκώδες.

*Horrore affecti caput dolentes, exudantes, malignum id est.*

**Φ**ρικώδες dicit, qui sæpius inhorrescunt. Atque hæc suppurationis esse possunt. Possunt esse & acutæ febris à copia crudæ frigidæque materiæ, vnde & φρικώδες horrificæ febres eiusmodi appellantur, quibus exudatio frequens familiaris est. Capitis dolor communis aliis quoque febribus acutis. Atque in statu primo primi Epid. malignæ quædam febres horrificæ, in quibus vt aliis, sudores perpetui, neque tamen per vniuersum corpus. κροκώδες autem intelligitur ex iis, quæ ἐπιρριμύματα, quæ videlicet maligna accidentia malignis morbis superueniunt, & vt non certum, aliquod tamen periculum denunciant.

XIII.

Οἱ φρικώδες ἐφιδρωτοὶ τες πολλοί, δύσκολοι.

*Qui sæpius inhorrescunt multumque sudant, agrè sanescunt.*

**Φ**ρικώδες dicuntur non qui semel initio accessionis inhorrescunt, sed quibus initio, incremento & reliqua accessione sæpius horror repetit. Quod si breuioribus interuallis ἀνωμαλία: si longioribus, vt iam desinente incremento, ἀναπλωσις appellatur. Id accidit febribus quibusdam autumnalibus, quæ multis in hyemem, aliis quoque longius producantur graui periculo, nisi robore naturæ conferuentur. In eiusmodi febribus frequens sudor à copia, nonnunquam ab infirmitate naturæ: quanquam aliquando in vehementi concussione corporis sudor extringitur. πολλοὶ addidit, quia ferè perpetuò aut sæpius desudant, aut χρονοί. Ac multus sudor quàm variè dicatur, prius definitum.

XIII.

Τὰ πολλὰ νωθρώδεα ῥίγεια, κροκώδεα.

*Rigores multi torporem inferentes, maligni.*

**I**n febribus, quas multus frigidusque humor generat, rigor, horror, frigus subinde commouetur, vel parte bilis mista agitataque, vnaque secum frigidam materiam excitante. In ea commotione quasi sentina agitata magna vis vaporis excitatur, cerebrumque appetit, vnde & sopor maximè initiis accessionum & torpor, qui sequitur frigus, & obscura quædam dementia, vt in Protheticis ἐκ ῥίγεις νωθρότης

δρόμους δ' αὐτοῦ παρ' αὐτοῖσι. Si cui ex rigore torpores fiunt, is non valde apud se est. Similiter obliuio interdum sequitur frigiditatis argumento. Incidunt autem hæc magis finiente accessione, & ad decrementum inclinante. Tum enim in rigore materia agitur & vapor effertur, deinde vbi in medium corpus cõcurrit calor, extremæ partes perfrigescunt. Itaque & vapore & veluti commigratione corporis è capite in corpus medium, cerebrum perfrigeratur: ex quo affectiones frigidæ, sopor, obliuio, obscura dementia, torpor consequi solent. Est autem torpor νόσος non solius corporis signis motus sensûsque, sed animæ, qua iudicat, meminit, opinatur, ratiocinatur, aliâque obit eiusmodi. Vt verò breuiores aut longiores sunt casus eiusmodi, torpor, obliuio, sopor, ita grauius malum est, vel leuius. Quòd si pertinacius firmatur, desperatio est. Neque is morbus solùm κακότης, sed omnino lethalis est. Nam κακότης morbus est, qui vt periculũ ostendit, nondũ tamen desperatus est.

XV.

Ὅτι ἐκ τούτου ῥήγεται γινεται, δύσκριτον.

*Quibus sexto die rigores fiunt, iis agrè indicatur.*

**I**N Dromeada vxore notauit rigorem sexto die Hippocrates, à quo sudor è toto corpore, sed extremis frigescentibus, oborto delirio, anhelitu raro, magno & conuulsionibus celeriter mortua est. Hoc idem scriptum in Aphorismis. Celsus à sexto die cœpisse inhorrescere malum non eadem sententia. Neque enim idem horror & rigor. Nec vult Hippocrates rigorem, qui cœperit 6, malum esse, sed qui fit 6. Nam etiamsi rigor initio mouetur primo die, si 6 repetat, nihilominus malus est. Nam vxori Dromeadae primo die & 3 rigor. idem 6, quo die etiamsi non cœperit rigere, obiit tamen. Obseruatum ergo à medicis rigores, excretiones omnẽsq; criticas motiones sexto periculosas esse, à quibus vel mors, vel recidiua, vel certè valetudo non sine grauibus malis consequitur. Id quod voce δύσκριτον significatur. Sed de vi sextæ diei & criticorum alio loco pluribus dicemus.

XVI.

Ὅσοι φρικὰ πικρὰ ὑγιαίνουσιν, οὗτοι ἐξ αἵματος ῥέχουσιν ἐκπύουσανται.

*Quibus etiamdum sanis horrores sæpius incidunt, ij profusio sanguinis purulenti fiunt.*

**Q**uibusdam è capite paulatim distillat humor, qui vel natura sua acris est, vel longa mora putrescit, & putredine acrimoniam contrahit. Sed hi tussunt magis. Alis vitio atque infirmitate pulmonis idem humor colligitur. Nonnullis è feruore sanguinis commotus humor in pulmones ægros influit. Atque ea materia dum mouetur, siquidem membranas obiter vel in thorace mordeat, horror sequitur eo modo, quo iam purulentis acrior sanies & pus horrorem facit. Ac tandè metus est, vt ne erosa aperta aut aliter violata vena sanguis expuat. Ac reiecto sanguine è pulmonibus nisi maturimè occurratur, priusquam & febris ægrum & inflammatio pulmones occupet, suppuratio fiet. Id quod videtur voluisse Hippocrates hoc loco.

XVII.

Τὸ φρικώδες ἢ τὸ δύσπνοια ἐν τοῖσι πόνουσι, σημεῖα φθινώδεια.

*Horror & spirandi difficultas in doloribus, tabis indicia sunt.*

**C**onnectenda priori hæc sententia, vt res sese consequitur. Humoris acris commotio: sanguinis reiectio è pulmonibus: suppuratio: retentũ pus, atq; inde horror, &

ror, & pulmonis exulceratio, difficultas spiritus, ac tandè tabes. Ac iã horror fit pure acriore membranas conuellicante: difficultas spiritus copia puris in arteriis feruente, diaphragma & interiorẽm thoracem opprimente, pulmonum denique infirmitate.

XVIII.

Ἐκ ἐμπύουσι πλέυμονος, ἢ καὶ κοιλίῃν ἐνίοτε ἀλγήμεθα ἢ κληῖδα, ἢ τὸ ὑπορέγγειν ἀσώδεια, σημαίνει πύελας πολλὰς ἐν τοῖσι πλέυμονι.

*Ex pulmonis suppuratione & circa ventrem aliquando ac clauiculam dolores, & anxie stertere, sputi copiam in pulmone significat.*

**Q**uomodo in magnis vlcibus externis, etiamsi quotidie vel sæpius expurgetur, sordes prouenit tamẽ, puris sanieque copia partim è reliquijs alimenti, partim è colliquatione partis: eodem modo pulmonibus exulceratis. Et quamquam reicitur tussi multum pus, regeneratur tamen, & pulmo nouis vlcibus colliquatur. Id ergo iam præ copia feruens, nec satis expurgatum pulmonis tunicam, quæ circumducta est, & mēbranas pectoris suo pondere detrahit, & acrimonia conuellit. Atque quemadmodum in pleuritide, latere laborate, ea quoque membrana, quæ clauiculæ insidet, cõmunitate dolet; ita & in magna suppuratione. Tenuis autem sanies refudans & inferiorem ventrem appetens mordicat, aluique profusio interdum mouet. Potest quoque & pars puris eò deduci. Siquidem suppurationes pectoris, etiamsi rarè, interdum tamen per intestina expurgantur: feruor autem & veluti concertatio puris & spiritus in arteriis asperis stertorem facit. Aestus verò interior dolorque iunctus, colliquatio & distillatio ἀσση anxietatem mouet, quæ & ἀσση duplici, interdum appellatur. Est autem Galeno interprete ῥηψασμός τῶ σώματος ἀσσημὸς καὶ διαφορῆντος ἐν τῇ καρδίῃ, καὶ μεταβάλλοντος ἐαυτὸν, vbi videlicet corpus æstuans & omnia fastidians ægerrimè fert decubitum, & seipsum subinde transmutat. Corpus enim ἀσσημὸν, vel æstuans dicitur, vel nausea ac veluti fatietate anxium, quomodo in Chartade ἀσση πλέω ἢ ἀλυσμός ῥηψασμός πολλὸς καὶ ἐπὶ τῇ στήθῃ, καὶ ἐπὶ τῇ ἀριστερῇ μεταδρῖψασμῶν ἐωντὸν ἄσσην χρόνον ἀσσημῶν δωάτος ἴν. Multa anxietas, inquietudo & corporis iactatio modò in dextrâ partem, modò in sinistram seipsum euibrans, nec vilo loco poterat quiescere, tandem obiit. In exegefi vocum Hippocratis ἀσσηται interpretatur τοῖσι πυρεταῖσι καὶ προσκίρωσι καὶ ἐπ' ἀσση διατίθεται febre ardere & anxie molestèque habere similiter iis, qui præ fatietate graues sunt ac nauseant. Nam & de nausea grauique fastidio interdum dicitur, vt in Chartade ἀσση πρὸς τὴν καρδίαν & ἀσσην γλώσσαν dixit hic author, quæ omnes cibos repudiet, vel quæ perpetuò moueatur. Hinc etiã ἀσσηδεις febres, in quibus nausea grauis est, & ea veluti fatietate torquetur æger, vt venter distumpi videatur, ex quo δύσφορία ῥηψασμός & quæ proximè in Chartade scribantur. Sequitur interdum vitium ventriculi, maxime vbi acri colliquatione lancinatur, & vbi acris humor medio corpore feruet, aut erysipelas magna que viscerum inflammatio febrem incendit. Hoc interdum imbecillitas nimia efficit. Omnino autem malignus morbus est, in quo ἀσση illa viget perpetuò. Id quod in Epidemias sæpius annotabis, vbi ἐπίπνονον dixit, δύσφορῶτερον ἀσσηδῶν. ἀπορίην βλησρισμὸν, aliâque id genus in Philisco, Sileno, Erasino, Critone, Dromeadae vxore & alijs. Hic autem æstuantibus partibus & maiore naturæ contentione, vt id excludat, quod premit, anxietas est; ac multitudinem pituitæ aut etiam puris æstus sequitur: æstum motio absidia & anxietas. Nam cum πύελας dicitur, pus quoque audiendum est, quod ramos asperæ arteriæ intercipit, & in thoracè diffusum est, sed ab eo quod in arteriis est & stertor magis, & æstus, & anxietas est. Nam pulmonis nomine arteriam quoque & guttur comprehendit. Notauit vitium in Prognostico, vbi intercepta repurgatione sputi stertor fit, de quo alio loco.

XIX.

Οἱ φριώδεις, ἀσώδεις, κοπιώδεις, ὀσφραλγείς, κοιλίας κριθογραίνονται.
Inhorrescentes anxij, laesitudine pressi, lumbis dolentes in profuuium alui incidunt.

IN ardoribus, quos Epid. 3. describit Hippocrates, anni constitutione austrina humida, molli, horror frequens, anxietas, alui turbatio. Neque dubitandum quin & doluerint lumbis, & laesitudine quasi contractis membris. Nam haec ardorum propria sunt. Fuit autem ea constitutio admodum lethalis. Ac iam expositum qui φριώδεις, qui ἀσώδεις dicatur. κοπιώδεις autem quibus ea corporis laesitudo est, ut vniuersum corpus vel contusum, vel contractum videatur. Grauitatem enim, & si commouentur, tensionem quandam molestant aegri sentiunt, vel perinde ac si configerentur, acu aut compungerentur. Nascitur ea laesitudo longo itinere multoque exercitio & labore. Sed ita causa manifesta est, minusque periculi denunciat, nisi & interius vitium accesserit. At nulla antegressa causa, periculosior laesitudo est, quam si sola illa est. κόποι ἀντόματοι (inquit Hippocrates) φράσσει νόσος. Spontaneae laesitudoines, quae videlicet nulla antegressa causa manifesta ortae sunt, morbos praenuntiant. Atque inde febres κοπιώδεις, quarum duplex genus est de materiae differentia. Aliis enim bilis tenuis acrisque humor in corpus sparsus est. Aliis humor copia premens laesitudinem inuehit, atque is saepe crudus est. Adde si vis, tertium genus, quod permixta utraque materia nascitur. Hinc ergo κοπιώδεις aegri dicuntur. ὀσφραλγείς siue causa externa antecesserit, siue vrgeat interna, articulis praesertim maioribus, sed lumbis maxime laesitudo ea grauis est. Nam in articulum maiorem, quo vniuersum corpus flexitur, atque dimouetur, maior vis materiae confluit. Nec temere videas in febribus acutis & ardentibus, qui non a lumbis doleant. κοιλίας κριθογραίνοντα non omnibus, sed quibusdam accidit, ut in ea tempestate tertij Epidem. καθυγραίνοντα καταρρηγνύοντα Galeno interprete. At in Prorrheticis καταρρηγνύοντα interpretatur ἀθρόως ἐκκεῖσθαι πολλά, multa semel atque vniuersim excernere, quod est καθυγραίνοντα. Profuuij antecedens signum lumborum dolor est. Fit autem eiusmodi profuuium aliquando victrice natura, materiam quae horrorem, anxietatem doloremque incitabat, ad intestina deturbante: Interdum natura irritata, nec iam continente, ex quo labefactatis viribus aegri interdum in eo profuuiio breui intereunt.

XX.

Τὰ ἐπιρρηγνύοντα, ἐς νύκτα μάλλον τι παροξυνόμενα, ἀγρυπνια, φλεγματοδία, ἐν τοῖσιν ὑπνοῖσιν ἔστιν ὅτε οὖρον ὑπ' αὐτῆς χαλάντα, φλεβοδονώδεια ἐς αἴμασιν μὲν ἀποτελεῦται.

Affectiones in super rigentes, quae ad noctem aliquantò magis exacerbantur, cum vigiliis ac delirio, in somnis aliquando urinas inuoluntariè emittentes, in conuulsionem desinunt.

VIdetur hoc loco notare febrem, quae quia noctu magis vrget, νυκτερινὸς nocturna appellatur, quo nomine quotidianam aliquando intelligit. Ac reuera pituita, & inde morbi noctu mouentur magis. Atque in hoc aegro videri possit ἀναπλάσις reduplicatio febris, bile interdum concitata, in noctem pituita. ἐπιρρηγνύοντα enim dixit, quasi rigor antecesserit, bile prius quidem mota, deinde iterum incitata, vnaque putrem pituitam commouente. Rigor enim, vigiliae & aestus vehemens a bile magis: frigus, sopor, torpidus calor a pituita. Ergo bile mota & vna pituitam mouente verisimile est haec omnia accidisse. φλεγματοδία dicere videtur, quasi incendio

incendiofa. Quomodo enim ligna quaedam viridia cocepto igne semel incensa calore edunt vehementem: ita pituita igne incensaque bile agitata. Ac φλέγμα ab Hippoc. φλόγωσι dici aliquando, & ex Progno. & ex aliis locis manifestum. Gale. in expositione vocu Hippoc. φλέγμα ἢ μόνον ἢ χυμὸν ἄστυ ἢ λευκὸν ἢ ψυχρὸν, ἀλλὰ ἢ τῆ φλόγωσι δηλοῖ. Et inde φλεγματοδία, quasi incendiofa. Scimus tamen ab Hippo. ἀσφυγίω φλεγματοδία intelligi repurgationem pituitae de thorace. Ac nihil repugnat quominus hoc loco φλεγματοδία intelligas, quae pituitae naturam referat, modò addas aliquid bilis esse, vnde rigor & vigilia. ἐν τοῖσιν ὑπνοῖσιν. Diuulsam & malè coherentem orationem de rei natura ita conuertimus. Sunt qui ἀσφυγίω νεότῃa verisimiliter addant. Itaque haec oratio videtur antecedenti conecti posse, ut audiatur in febribus, quae bilem pituitam permixtam habent, sed vincunt eam agitationem, quae a bile est & calore. In eiusmodi febribus facilis fit resolutio eius musculi, qui vesicam claudit, ut in corpore quicquid nervosum est. Itaque vel acrimonia putrida bilis & saluginosa pituita irritato musculo, vel certè resoluta praeter voluntatem vrina emingitur. Res in senibus manifesta est, quibus vrina contineri non potest, irritato a pituita salsa & infirmo reddito eo musculo. φλεβοδονώδεια autem dicit perturbationem venarum, agitationem arteriarum, & dolorem earum partium, quae venis & arteriis connexae sunt. Atque in eiusmodi febribus magna perturbationis inditio est vrina, quae ἀσφυγίω. Crudus enim humor a calore funditur, & ut ita dicam fermentatur: eo agitato plurimum crassi flatus in cerebrum fertur, vnde vehemens capitis dolor, delirium & conuulsio.

XXI.

Τὰ ἐπιρρηγνύοντα ἐν ἡμέρῃσιν, πομπρόν.

Continui rigores in acutis prauis sunt.

NON facile concipi potest continuus rigor. Itaque continuum rigorem frequentiore intelligit. Is autem fit natura saepius concitata, ut excernat id quod molestum est. Verum quia cruda etiam dum materia id fit, prauum est ut omnis motio, quae iudicare nata est, si non iudicat, vel difficilis vel lethalis est. Imbecillitas ergo naturae & malè sequax materia, necdum satis relaxata via, per quas natura excernat, ostenduntur. ἡμέρῃσιν ταχέως. Est autè acutus morbus celer, magnus, vnde hemès, qui ad vigorem celeriter properat, & sua tempora vniuersalia breui transcurrit.

XXII.

Αἱ ἐκ πηγῆος μὲν κεφαλαλγίης ἐκλύσεται, ὑλθρία, τὰ αἱματώδεια ἔρα ἐν τοῖσιν πομπρόν.

Ex rigore cum capitis dolore exolutiones perniciose. Cruenta in his urina praua.

EXolutio fit, quam ἐκλύσις dicit, dissoluto spiritu vitali. Dissoluti autem immoderata vacuatione & haemorrhagiis, aut maligna quadam qualitate, ut in pestilentibus. Adhuc interceptione venarum & meatorum corporis, idque magis initis accessionum. Atque quocumque modo accidat, infirmam vim vitalem ostendit. Ergo a rigore & capitis dolore si fit exolutio, mala est. Particulare exemplum est, quod ex vno aut altero obseruauit. Quod autè sequitur, parum cohaeret. Quid enim urinis cruentis cum exolutione, capitis dolore & rigore? Αἱματώδεια ἔρα sunt vel ἐβέρθηρα praeurba, vel quae cruorem permixtum habet, de quibus capite de urinis

XXIII.

Ρίγος ὀσφραλγίασιν ἀσφίσι.

Rigor cum tensione nervorum a tergo, interficit.

Rigorem fieri à posterioribus partibus antea scripsit. Atque vbi rigor , ibi ma-  
teriaz vis maior est. Hæc ergo vel copia vel qualitate spinam neruósq; læ-  
dés conuulsionē mouere potest, & quia eos neruos musculósq; fatigat magis, qui ca-  
put & spinā retrofleūt, ideo ἐπιδοτόν conuulsionē in posteriorē partē inuehit.

XXIII.

Τὰ φρικώδη καὶ ἀνιδρώδη κρισίμως, ἐς ὃ τὴν ἀνελον φρέσιν παρα-  
λόγως, μὴ ἀγριπνεύει, μὴτε ἀετιανόμενον, ἀμύρρα γήσειν ὀμιλεῖ.

*Qui inhorruerunt & exudarunt iudicatorio modo, & postri-  
die præter rationem horruerunt, siquis non vigiliis infestetur, ne-  
que concoxerit, ei sanguinem erupturum esse puto.*

**A**liter scripsit in Prorrheticis τὰ φρικώδη ἀμύρρα ἰδρώδη κρισίμως ἐς δὲ τῆς  
ἀνελον φρέσιν παρὰ τὸν λόγον ἀγριπνεύει τὰ πεπαινώμενα ἀμύρρα γήσειν ὀμι-  
λεῖ. In exemplari Aldino initio, φρικώδη ἀγριπνεύει non ἀγριπνεύει, τὰ σπυρ-  
νώμενα non πεπαινώμενα legitur. Atque hic fortasse κ' ἀνιδρώδη, vel ἀμύρρα ἰδρώ-  
δη, τὰ λεγόμενα legere oportet. Sed omnino obscura oratio & quæ nihil doceat. Pone ergo  
qui inhorruerit, & ab horrore sudauerit criticè. Siquidē postridie inhorruit, imper-  
fecti iudicij signum est: si ab eo non sudauit, nullius. τὸν λόγον quia & sponte & à  
causa externa horror, rigor, frigus proueniunt. Vigilauerit, non vigilauerit, conco-  
cta sit materia morbi, non sit concocta, vtrūlibet statuas non potes inde profluuiū  
sanguinis artificiosè prædicere. Artificiosè quòd videlicet ea signa vel semper vel  
magna ex parte consequuntur. Solet autem hic author, quæ morbi sunt, ægro,  
quæ ægri morbo attribueret, vnde obscurior redditur oratio.

XXV.

Τὰ μὲν ῥίγες ἐπιχρόμματα οὖρα, τὸν ῥῆμα καὶ ἀσπασμώδεα, ἄλλως τε, καὶ προ-  
χρωμέντι, ἐλπίς ὅτι τῶν τῶν καὶ τὰ παρὰ τὸ ὄρα.

*Intercepta cum rigore vrinæ praua & conuulsionem inuehunt,  
tūm aliàs, tūm si antea sopor inuaserit. Expectari verò potest vt in  
his abscessus ad aures fiant.*

**I**n Prorrheticis non ἐπιχρόμματα, sed ἐπεχρόμματα legitur. Omittitur ἀσπασμώδεα.  
προσκαρῶδη τὰ παρὰ τὸν ῥῆμα legitur. Sequitur autem ῥῆμα ἐπὶ τῶν τῶν ἐλπίς ob-  
scure nimis. Nihil autē docet hæc oratio. Nam in rigoribus criticis vrinæ interdum  
retinetur nullo periculo, sed euentu salutari, siquidē iusta sequatur excretio. Si verò  
rigor criticus non est, vrinæ subsistat, materiae cursus in cerebrum rapiatur, fieri po-  
test, vt & sopor ægri occupet & periculosa conuulsio. Quæ si superueniat, mors in  
breui potius, quàm ad aures abscessus, aut is quidem, sed qui postea dispareat intro  
recurrere materia & ægrum iugulante, expectari debet. Ac καὶ ῥῆμα, hoc est, profun-  
dus, longus & vix excitabilis somnus κατὰ φύσιν, καὶ μὴ ἀλλὰ quæ id genus abscessuum  
ad aures ferè, antecedunt, sæpius tamen somnus minus grauis, quàm κατὰ φύσιν proprie  
appellatus. At fortasse corpore pleniore, frigido humore, hocque in caput à calore  
moto, quod multis & iis amplis venis apertum est reliquo corpore, caros, conuul-  
sio & vrinæ suppressio.

XXVI.

Τριταίον ῥίγες, ἢ ἐν μέσῳ παροξυμῶδη πυρετῶ ἀτάκτως, πᾶν κα-  
κῶδες, τὰναντία δὲ παροξυμῶδη τῶν πᾶν, τῶν μὲν ῥίγες καὶ πυρετῶ,  
ὀλέθριον.

Rigores

*Rigores, qui ad rigorem tertiana accedunt, siquidem in medio  
exacerbantur febre quidem nullum ordinem retinente, admodum  
maligni sunt. At qui contrario conuellentibus modo exacerbantur,  
cum rigore & febre perniciosum est.*

**A**Ut rudius hic sermo in tabulas exceptus priusquàm ederet: aut ab alio quàm  
Hippoc. scriptus videtur. Ac quæ dicantur τριταίον ab Hippoc. ex Epid.  
constare potest. Sunt enim quæ tertianæ febris naturam referunt. Febres enim τρι-  
ταίον neque tertianæ, neque semitertianæ, sed mediæ inter vtramque ad natu-  
ram intermittentium semitertianæ tum nothæ tertianæ accedunt, quas Hippocra-  
tes descripsit secunda tempestate primi Epidem. ἢ ἐν μέσῳ παροξυμῶδη quod in  
Epidem. συμμῆρα διακοιζόντες & ταχὺ πάλιν ἐπιπέσεις βίαιότερος παρο-  
ξυμῶδη breui tempore remittentes, aut rursus celeriter ex remissione vehemen-  
tius inuadentes. Id efficit crudus humor permixtus bilibilis celerius ignem concipi-  
pit, putrescit & permouetur. Crudus humor tardius ea patitur. Atque hinc febris  
ἀσπασμῶδης, hoc est, quod scribit in Epid. ῥίγες ἢ πᾶσι ἀτάκτως & πεπαινώμενος.  
Rigores omnibus nullo ordine, sed erraticè rigore modò rariorè & tardiorè, mo-  
dò frequentiorè & celeriorè vt in medio accessions repeteret rediretque cum de-  
clinare febris videretur. Reliqua quæ ad naturam harum febrium pertinent, eo lo-  
co Epid. inuenias. τὰναντία δὲ παροξυμῶδη. Quid hac oratione voluerit, obscu-  
rum. Si enim genus febris aliud opponit, in quo neque erraticus motus, neq; in me-  
dio accessions repetens rigor, sensus erit, siquidem in rigore & febre sine erratica  
motione conuulsiones fiunt, lethale. Quomodo quibusdam quotidianis & noctur-  
nis accidisse conuulsiones scribit in Epid. Eodem loco, sed sine noxa, nisi alia signa  
lethalia coniuncta essent.

XXVII.

Αἱ ἐν ῥίγες ἀφανία, ῥῆμα λῦον, καὶ τὸ ἐπιπέσειν ῥῆμα ἀσπασμῶδη γινώμματα κρῖνει.

*Vocis interceptiones ex rigore, soluantur tremore: & insuper ri-  
gentes tremores succedentes iudicant.*

**A**νείμ & κρῖνειν soluere & iudicare malè vsurpantur. Nam λῦειν in longis, κρῖ-  
νειν in acutis dici consuevit, vbi absoluto morbo & iudicato æger liberatur:  
non autem alio nouo morbo corripitur. Itaque κατὰ φύσιν vtrumque dictum,  
proprie verò hæc morbi in morbum commutatio ἀσπασμῶδης ἢ μεταβάσειν appel-  
latur. Atque vt res clarior sit, pone acutam febrem, in qua rigor moueatur. Hic si  
salutaris est, mouebit excretionem: si malignus, materiam quidem concutiet non  
excludet, sed hæc in cerebrum versa, quod magnis valis corpori patet, ἀφανίαν in-  
feret. Ac iam vis robusta cerebri aliò excludet, & siquidem in neruos, intrémiscet  
æger & ἀφανία definet. Nondum tamen hostis domo exclusus est, sed loco motus  
quidem meliori ægri cōditione, quia minus nobilis pars corporis, quàm antè, obsi-  
detur. Eadem ratio eius quod sequitur. Nam siquis subinde rigeat & ad neruos cō-  
uerfa materia tremor sequatur, nihilò meliore forte ægri rigor quidem soluitur, nisi  
ea concussione vitium excludatur. Simile est quod scribit in Aphorismis arden-  
tem febrem tremore solui & delirio, aut tremorem delirio.

XXVIII.

Οἱ ἐν ῥίγες μὲν κεφαλαλγῆς ἐκλυμῶδη, σφαλεροί.

*Qui ex rigore cum capitis dolore exoluntur, in periculo sunt.*

D d 2

Vidam accidit, vt ex rigore cum capitis dolore non fuerit subsecuta excre-  
tio critica natura imbecilliore, vel parùm sequaci materia aut subsecuta va-  
cuatio, sed maior, quàm vt æger sustineat. Hinc ergo natura frustra contendente  
excretionē materiæ, aut temere mouente, atque præcipitante, siquidem spiritus vi-  
talis dissoluitur, quod egyptin dicit, non abs re in dubium vitæ æger incurrit.

XXIX.

Τὸ αἷμα τῶδες ἔρον τῆτοι κρόνον.

*Cruenta vrina iis mala.*

Nihil habet commune vrina prærubra cum rigore, capitis dolore, & exolu-  
tione, sed accessio quædam mali est vrina eiusmodi, vnde meritò malum  
esse dicit.

XXX.

Οἱ βίγος, ἔρς ἐπίτασις.

*Quibus rigor, his vrina suppressio.*

IN quibusdam crisi bus dum rigor fit & prius vrina subsistit inditio excretionis  
vel abscessus. Sed non protinus artificiosum est, quod scribit, quia multis rigor  
fit, quibus vrina non supprimitur.

XXXI.

Σπασμὸς ἐν πυρετῶν, χειρῶν καὶ ποδῶν πόννοι, κρόνητες. κρόνητες ὁ κρόν ἐν  
μυρῆ ὀρμη ἀλγύματος. ἀλλ' ἔδὲ γουάτων πόννος, κρήγυον. ἀτὰρ καὶ γαστρο-  
κνημίων πόννοι, κρόνητες, καὶ γνώμης παραφορῆ. ἄλλως τε καὶ οὐρὰ ἦν ἐνεωρηθῆ.

*Convulsio in febre, manuum ac pedum dolores, maligni sunt.  
Malignus est et doloris ex femore progressus: neque genium do-  
lor bonus: sed et surarum dolores maligni sunt, mentemque emo-  
uent, tum si vrina subsidentia in medio innatet.*

Convulsionem quæ superueniat febribus, semper damnauit Hippocrates. Ea  
autem si ardore febris siccatis neruis, aut immoderata vacuatione oriatur,  
lethalis est: si præ copia, aut in caput versa materia, non lethalis, sed κακῆθης ma-  
ligna est: periculo quidem non vacat, sed nondum lethalis est. Multis enim con-  
uulsiones secunda tempestate primi Epidem. eæque diurnæ quales sunt à copia,  
sed innocuæ. Atque cum fuisset ea tēpeitas frigida, humida, borealis, & inde morbi  
frequentes erant. Convulsio quoque minus periculosa fuit, vt quæ tempestatu con-  
ueniret, nisi alia accederent, quæ perniciem ostenderent. At in ficcis & calidis mor-  
bis, sicca & calida anni conditione omnino periculosa convulsio est, quia aliis gra-  
uibus casibus coniuncta est.

χειρῶν καὶ ποδῶν πόννοι. Quibusdam accidit in difficili morbo vt pedes manusque,  
artus vtrique condoluerint, ideo ex obseruatione κακῆθης scripsit. Ac fit aliquādo,  
vt id salutare sit inditium, quia videlicet hoc ipso materia, quæ caput & viscera oc-  
cupabat, ed vertitur. In Herophonte surditas, delirium, omnia acerba dolore facta  
in cruribus leuata sunt. Eodem modo in Clazomenio cruribus dolentibus & coxa  
mitiora deliria & alia cerebri mala. Dolore quiescente grauiora. Itaque artuum  
dolor bono esse potest, neque ex se κακῆθης.

καὶ ἐκ μυρῆ ὀρμη ἀλγύματος. ὀρμη ἀλγύματος dicit, cum derepente materia,  
quæ

quæ dolorem in femore faciebat, aliò rapitur, in corpus videlicet & caput. Eius rei  
exemplum historia Calui, qui in Lariffa decubebat, cui statim initio μύρον δεξιῶν  
ἐπόνουεν ἐξείφνης, dextrum femur derepente doluit. Secundo remissus dolor, ex  
quo febris inualuit, tertio die placatus femoris dolor. Sequitur, ὡς ἔροσι δὲ ἐλ γνώ-  
μης, καὶ ταραχῆ καὶ πολὺς βλησιμὸς. Mortuus quarto acutissimè. Conuersa enim  
materia in corpus, conquieuit dolor femoris, sed alia grauiora contigerunt. Sic He-  
ropyto dolente coxa grauius, surditas leuior, febrisque minor. Atque in his partiū  
inferiorum doloribus animaduertendum, num alia mala superueniant. vbi illi con-  
quiescunt sopor, deliria, anxietas, difficilis spiritus, febris vehementior: idque malo  
est. Si verò omnia leuiora fiunt, & concoctio appareat, bono est: quomodo 80. om-  
nia remissa, cum Heropytus minxisset vrinas bene coloratas cum sedimento co-  
pioso conualuit centesimo.

ἀλλὰ ἔδὲ γουάτων &c. κρήγυον dicit Hippocrates τὸ ἀγαθὸν bonum. Genium  
autem dolor eandem cum aliis rationem habet. In eo, qui in Dealcis hortu iace-  
bat, femoris, genium & tibie dolor annotantur: æγρὲ quidem, quadragesimo ta-  
men iudicatus est. Sed in iis omnibus alia multa legas, vnde firmius præfagium  
statuatur.

Eadem ratio posterioris tibie & carnosæ, quæ γαστροκνημῶν sura appellatur: quod  
autem scribit delirium adferre, id quidem non necessariò, sed in caput recurrente  
materia, cuius rei inditium coniungit γνώφρημα. Ac reuera eiusmodi γνώφρημα  
vrinis bene coloratis & aliis signis salutaribus progressæ coctionis signum est. Alio-  
qui in affectionibus thoracis, vbi delirium imminet, sæpe attollitur in vrinis. In Ni-  
codemo 4 die ἔρα λεπτὰ γνώφρημα παρέκρυσσε πολλὰ, vrinæ tenues, sublimamen-  
tum, delirauit multum. In Heropyto similiter γνώφρημα μετέωρον circa initia, & 14:  
postea 20, πολλὰ παρέκρυσσε, καὶ τὰς ἐπομβλάσας. In vtroque postea vrinæ sedimen-  
tum posuerunt, vbi quieuit, aut leuius delirium. In Hermocrate quinto ἔρρησε λεπτὰ  
ἔχεν γνώφρημα ἐς νύκτα παρέκρυσσε. In hoc non deposuit vrina sedimentum, sed, vt  
scribit in fine historia: τῆτοι δὲ τέλει ἔρα παχία καὶ ἐρυθρὰ ἐκαθίσταμνοι, ἢ λευκὰ  
καὶ ἄχροα καὶ ἐναϊώρημα ἔχοντα. In hoc delirium, surditas, κῶμα, capitis dolor & alia  
annotantur, quæ in caput versam materiam declatabant, obiit 27. Et qui in Deal-  
cis hortu decumbebat initio & 16 ἔρα λεπτὰ πόνκιλα ἐναϊώρημα ἔχοντα, & 16, ἔρα  
λεπτὰ ἔχε δὲ ἐναϊώρημα ἐπινέφελον, παρέκρυσσε. Seruatus æger, sed robore naturæ  
& frequenti certamine contra morbum. In Philiste secundo die ἔρα λεπτὰ διαφα-  
νέα ἔχεν ἐναϊώρημα γουασίδες σμικρὸν βεμάνη πρὶ μέσοις ἡμέραις, quinto obiit. In Che-  
rione manifestum exemplum est sublimamenti & sedimenti, vnde vel delirium  
oriatur, vel desinat, huic ad 7 diem, vbi imperfectum iudicium, ἔρα λεπτὰ εὐχροα  
ἐναϊώρημα ἐπινέφελον ἔχοντα: delirauit ergo sapius. Sequitur πρὶ ὄγδ' ἡμέρας  
εὐχρώτερα ἔχοντα ἰσόσασιν λευκῶν ἀλίγλων κατενοσε ἀπύρετον. Sed cum imperfec-  
tum fuisset iudicium, ἐνάτη ἰσόσασιν. Addit 17 vrinas cum sedimento. ἔδὲ, in-  
quit, παρέκρυσσε, decimo οὐκταυο ἔρα λεπτὰ ἐναϊώρημα ἐπινέφελον σμικρὰ παρέκρυσσε:  
decimonono ἔρρησε ἰσόσασιν. Vicefimo perfecte iudicatus. In Phrenitico γνώφρη-  
μα scribit cum signis lethalibus, obiit 40. In Lariffæ virgine cū bonis 6 liberata.  
Hæc ergo pluribus, vt intelligatur firmior vis & distinctio eiusmodi sublimamenti,  
quod sæpissime apparet in vrinis.

XXXII.

Οἱ ἐξ ὑποχονδρίων ἀλγύματος πυρετοί, κρόνητες, τὸ κρόνδες ἐπὶ τῆτοι-  
σι, κρόνισον.

*Febres ex hypochondriorum dolore malignæ. Multus sopor in  
iis pessimus.*

Hypochondriorum nomine non solùm externæ ventris partes super vmbili-  
cum & in latera conuersæ, quæ propriè hypochondria appellantur, sed & in-



ternæ iecur,lien,ventriculus,& septum tranſuerſum continentur. Ac ex profeſſo Galenus in comm.2.3.Epid.& in Prorrh.hunc ſermonem reſellit, quia non ſit vniuerſalis,nec oporteat ex doloribus hypochondriorum febres eſſe malignas, ac nec acutas quidem. Leues enim inflammationes quædam ſunt viſcerum, vnde leuis, non ita acuta,nullo modo maligna febris eſt.Ergo in magnis viſcerum inflammationibus & eryſipelate acutę ſunt febres,ſæpe etiam malignę.lethales quoque multas annotauit in Epid.vt in Philiſte δέξιον ὑποχονδρίου σωματὸν ἐξέρεπεν ἐς τὰ ἔσω: hypochondrium dextrum contendebatur & vergebat intro:quanquam in Philiſte ex aliis orta febris,& cum aliis malignis accidentibus: tenuibus enim acribus, feruidiſque humoribus prius collectis & largiore potu uſus in malignam febrem incidit, & ſ manè obiit. Eadem ratio in Sileno diaphragmate inflammato ὑποχονδρίου σωματὸν ἐξ ἀμφοτέρων ὀρθομικρῶς πρὸς ὑμφαλον ὑπολάπτει: Hypochondrij contentio vtrinque oblonga ad vmbilicum ſubſtaccida. Hunc ἐξ ἀρχῆς διατέλει ὑποχονδρίου πάλμῶς ξυεχῆς, & primùm ex laboribus,potationibus, exercitiis febris excanduit.In aliis multis ὑποχονδρίου ξυώτασις ὑπολάπτεις notatur. Verùm omnino in vitio eſt hypochondrium dolens,inflammatum, flaccidum, ſcabrum, concuum, tenſum,renitens,& præter naturam affectum, vt ex Aph. & Progno. intelligere licet.Nec ſi in Epid.vel obſeruatione ægrorum inuenias, quibus ex eo malo mors,ideo lethale aut κακῶδες exiſtimandum.Sed coniunctis ſignis, quæ in Sileno,Philiſco & aliis inuenias,de ſalute,morte,ancipiti exitu morbi pronuncian-dum.Philiſcus 6 obiit: ei αλλὴ ἐπὶ ῥῆθι πῶδι φερεῖ κερτάματα ab inflammatione, ſed non propterea obiit 6: ſed ſi vrinas nigras, ſpiritum rarum magnum, ſudores frigidos,deliria,anxietatem,ſtillas meri ſanguinis, aliãque collegeris, tum quidem malignum morbum atque adeo lethalem rectè enunciaueris. Eodem modo in aliis.Ei qui in Dealcis horto iacebat ὑποχονδρίου δέξις ξυώτασις ὑπολαπτει ab interna inflammatione.Atque vt is conualuerit,non propterea ambiguum ſignum facies internam hypochondrij inflammationem, ſed malum quidem, neque tam malum, vt non vincatur robore naturę & medicorum remediis, multò magis ſi alia ſigna ſalutaria acceſſerint.Omnia ergo ſigna & ſeorſim ſingula & iuncta, atque inter ſe comparata ad præſagium conferenda ſunt.Neque vnico ſigno ex hitoriis Epid.& obſeruatione ægrorum vulgi conſuetudine, ſed pluribus atque adeo omnibus conſiciendum eſt præſagium.Rectè igitur reprehenditur author Prorrhetici & huius operis à Galeno, qui ex hypochondrij dolore febres malignas dixit,nulla adhibita diſtinctione,nec aliis connexis indiiciis,translata temerè ſententia ex morbo Philiſtis,Sileni,Philiſci & aliorum id genus.

καὶ τὸ κακῶδες omittitur ab authore Prorrhetici.In Philiſco nihil κακῶδες. In eo qui in Dealcis horto iacebat κωμαῶδες ſcribitur & ὑπεκαρῶτος. Ille obiit,hic conualuit. Philiſtes initio ὑποκαρῶτες, & in aliis ſimiliter ſomnus,vigilia annotantur. Sed tum demum è ſopore edendum peſſimum præſagium,ſi infirmitate virium,ſi peſtilenti exhalatione & è maligna cauſa eſt. Alioqui ſopor non vbiq;e malus eſt, vt alio loco dicitur,quem tamen κακῶδες dicit.

XXXIII.

Οἱ μὴ διαλείποντες, ἐφιδροῦντες πυκνὰ μὲν ὑποχονδρίῳ ἐντάσει, ὡς ἐπιτοπολὺ χακοῦδες, καὶ ἔς ἀκρώμιον καὶ κληίδα ἐπιζόντα ἀλγύματα, ἐν τῷ τοιοῦτο πονηρά.

Quibus non intermittit febris & frequens deſudatio cum hypochondrij tenſione, vt plurimum malignus morbus eſt. Et qui dolores pertinaciores inuadunt & ſummum humerum & clauiculam in iis prauis ſunt.

Quæ

Quæ ſunt morbi ægro, & quæ ægri morbo ſæpe attribuit, ac μὴ διαλείποντας cum dixit, de febre, quæ non intermittat, intellexit: & frequentem deſudationem iam antè diximus vel infirmitate naturę, vel copia premente naſci, & quomodo ἐφιδρωσις ab Hippocrate ſoleat uſurpari. Hypochondrij tenſio inflammatio eſt hoc loco, de qua proximè diſtū eſt, quod genus febris, quidve periculi inde oriatur. Quod ſubiicit de doloribus clauiculę & ſummi humeri, hoc eſt, eius partis, vbi articulatio eſt ſcapulę cum humero, ad inflammationem membramę interioris & vicinę partis referendum puto. Itaque qua ratione hypochondrium intendatur, explicandū, vt inde confortium clauiculę & ſummi humeri intelligatur. Intenditur hypochondriū aliquando natura hepatis ſuſum cõtendente, ſeſeque contrahente, vt hæmorrhagiã moueat: ſed tum neque dolor, neque periculū. Nonnunquã proprio vitio hypochondrij maiore metu, ſiquidem vel inflammatio magna, aut aliud id genus. Interdum quoque diaphragmate vel membranis thoracis ſimiliter affectis, aut iis quidem vel neruis aſtu ſqualentibus & inflammatis, qui à ceruice in medium diaphragma triangulo inferuntur. His ergo neruis & membranis ita laborantibus diaphragma primùm, deinde confortio modò alterum, modò vtrumque hypochondrium non ſolùm contenditur, ſed ſuſum trahitur, atque reuellitur. At in hoc ſermone veriſimile ſit ſuperiores membranas ad clauiculã & ſcapulã cum humero reuulſas, diaphragma & hypochondrium. Argumentum inflammationis earum partium, quod ſcribit ἐπιζόντα ἀλγύματα pertinaciter hæretem dolorem. Sic enim ὀδὼν ἐφιδρωθῆσα in Prorrhetico ἐπιζήθαις ἀνολύτας argumento inflammationis, vt vult Galenus. Quanquam non ignoramus dolores firmatos parte aliqua aliis de cauſis enaſci poſſe. Ergo ad clauiculam & articulationem dolor pertinax, vnde hypochondrium intenditur, inflammationem illic eſſe indicat. Prauum igitur rectè ſcribit. Cæterùm ἀλγύματα ab Hippocrate & νοσήματα dici conſtat ὀδῶδες. Præuit autem propterea quòd dolor pertinacior vires deicit & magnitudinem inflammationis oſtendit. Dolor autem ab inflammatione, & quia dolens membrana inſidet.

XXXIII.

Οἱ τε ζυοφύδες ἀσώδες πυρετοὶ χακοῦδες.

Quæ tertiana modum febres referunt, & anxie ſunt, malignæ.

Siue τριτανοφύδες dicantur mediæ inter ſemitertianam continuam & tertianam intermittentem, ſiue quæ in Aphor. ſcribuntur, quæcunque tertio die fortiores ſunt, ſiquidem ἀσῶς acceſſerit, malignæ ſunt, quia rebelles, quia malignis quibuſdam caſibus ingraueſcunt, etiamſi non ſunt lethales.

XXXV.

Αἱ ἐν πυρετῷ ἀναυδία κακόν.

Sermonis defectio in febre mala eſt.

Αναυδος ἀλγέμεθα ἀδωῶτος, ἀδιάλκτος, ἀλογος, qui loqui non poteſt vt Euryanaetis filia σιγῶσα ἐκ διελέγει. In Pythione Thafio ἀναυδος, ἀφωνος. Eſt igitur ἀυδία μόνη ἢ ἀδρόπις φωνὴ κατ' ἡν ἀλγέμεθα πρὸς ἀλήθειαν, quanquam in equo poëta fabuloſè uſurpauit. Maius vitium eſt ἀφωνία, minus ἀναυδία. Qui enim ἀφωνος, idem ἀναυδος, nō contrã. Licet enim clamare, lugere, plangere ſeruata voce, vt non loquaris articulata voce: vitium ergo peculiare linguę & inſtrumentorum, quibus vox in ſermonem conformatur.

Οἱ κοπιώδεις, ἀχλωδείς, ἀγρυπνοί, κοματώδεις, ἐφιδροῦτες, ἀναθερμαίνοντες, κινεῖται.

*Delassati, caliginosi, peruigiles in somnum inclinati desudantes, recalescentes, malum.*

**C**Oitio est multorum in eodem ægro febricitante, quorum nullum alteri necessariò connexum est. Cæterùm si cui hæc omnia accidant, non solum malum, sed pessimum existimandum est. κοπιῶς igitur dicitur de affectione corporis, in qua si vel leuiter æger moueatur, statim sentiat dolorem, vel tensuum dictum, vel vlcerosum, quomodo Cleonastidæ πόνος κοπιώδεια τρώσων. Atque antè diximus febres, quæ κοπιώδεις nominantur, à causa externa sæpe nasci, laboribus immoderatis, atque in exercitiis, in æstu & sole. Atque hæc ferè biliosissimæ sunt. Aliæ lassitudines ægrotum nulla antegressa causa manifesta κόποι αὐτόματοι ab Hippocrate morbos prænunciant. Habent autem & magna ex parte multitudinem crudi crassique succi, & in abscessum desinunt, aut vrinis multis crassisque iudicatur. Potest quoque febris κοπιώδης utraq; habere materiam bilem crudumque succum, vt hoc loco videri possit ex symptomatum descriptione. ἀχλωδείς autem qui dicuntur, parùm constat. ἀχλὺς enim & ἀχλὺς aëris est perturbatio, quam δόλωσιμ dicunt, & δὲ ἀχλὺν. At quia spiritus internus naturã trahit aëris, & vt aër impurus est & perturbatus, idem in corpus sese insinuat, ex quo spiritus internus concepto aëri similis euadit: aliquando idem efficit morbus, quod aër. Et quemadmodum interni spiritus commotio multum & vana reliqua: ita cõcitus in venis calor sanguinem perturbat. Id in genere februm accidit magis, in quibus multus humor crudus bile permixtus est. Atque ab ea agitatione capitis dolores, conuulsiones, κόματα, vrinæ subiugalium fieri solent. Ac fortasse eo modo ἀχλωδείς dicuntur. Alioqui ad oculum referri potest, quomodo in Prorrhæ. ὄμμα ἀχλωδές κερκόμ, oculus perturbatus malus. Nam in oculo, qui ἀχλωδής est, nitor ille purus & pellucidus splendor corrumpitur, quomodo nube atque caligine, aëris splendor. Hilari lætòque homini nitor quidam & fulgor oculis elucet: longa cura, morbo & mœrore tabescentibus obscurus intuitus & quasi nubilosus apparet: in moribundis ac iam mortuis sine splendore oculi marcescunt. Atque in acutis ita obscurari oculum vel vulgi sensu atque experientia pessimum est, siquidem vi morbi acuti, non peculiari natura ægri vel oculi vitio acciderit. Iam verò id duobus modis accidit, vel quia intuenti medico, & iis qui ægro adsunt, oculi ægri obscuri & perturbati apparent: aut quia æger perpetuò se veluti per offusam caliginem intueri putat. Ergo purior spiritus, purior humor vegetiorem & nitentem magis oculum facit. Vtroque verò perturbato atque dissoluto iners languet, hebes & obscura est oculi acies quod ὄμμα ἀχλωδές appellat Hippocrates.

Ἀγρυπνοί κοματώδεις. Mirum fortasse videri possit, quòd vigilias soporèmq; iungit res contrarias, & quæ è causis contrariis generari solent. Labor enim & siccitas vigilias gignunt: somnolentos ægros faciunt frigiditas & humiditas. Verùm quod experientia certum est & ratione constat, ac denique historiis Epidimion cõfirmari potest, nulli dubium esse debet. κόμα igitur in genere inclinatio est in somnum: κατάφοραμ appellat. Estque aliquando cum profundè dormiunt, idque κάρος est, quod ἢ βαρὺ κόμα profundum & graue dixit in Epidem. Nonnunquam somni sunt leues & intercessi, vt in eodem libro διαπαντός (inquit) τοῖσι πλείστοισι ἢ βαρὺ κόμα παρὰ πύον, ἢ μικρὸς, ἢ λεπτὸς ὕπνος κοίμασθαι. Est κόμα, quod ἐκ ὑπνώδεις dixit in Epid. in quo ægri commissis palpebris, etiam si non dormiant reuera, sunt tamen similes dormientibus, media quædam affectio in specie inter vigilias & somnum. Est & κόμα quoddam ὑπνώδεις in quo reuera dormiunt, sed leui somno, vt in Hermocrate. κατὰ κοιμάτο μικρὸν κοματώδης. Ergo κόμα omne inclinatio est in somnum, sed quod βαρὺ à multa pituita cruda & frigida, quod ad κερκόμ aut κερκόμ

τοχὴν accedit. κόμα ἐκ ὑπνώδεις sæpe fit imbecillitate virtutis & iam languescente vita potius, quàm humectato nimis aut refrigerato communi sensu. ὑπνώδεις medium est. Est quum acris humor crudo permixtus, aut quod in crudo tenuis est, putredine incalescens κόμα ἐκ ὑπνώδεις efficiat. Nonnunquam immoderata perfrigeratio cerebri κόμα ὑπνώδεις facit, aut iuncta humiditati βαρὺ. Accidit phreniticis & ardente febre laborantibus, vt & vigilent & in κόμα incidant duplici ratione: altera quidem manifesta cum remediis narcoticis inuecta cerebro immoderata refrigeratio. Altera latente, cum videlicet calor febrilis sursum, quæ cruda sunt & frigida, in cerebrum rapit, quod certè in biliosis morbis, qualis phrenitis & ardens febris est, mirum videri possit. Scribit ergo in ea constitutione austrina molli & humida κοματώδεις (inquit) μάστιξ οἱ φρενιτικοί, ἢ οἱ καυσώδεις. Atque ij dereperite è vigiliis somniculosi fiunt, & rursus incalescente, putrescente aliò conuersa materia è somniculosi vigiles. Vt Parius initio morbi κοματώδης ἢ αὐθις ἀγρυπνος. Idem cum multis diebus peruigil egisset, 18 ἀγρυπνος κοματώδης. atque vtrumque in fine coniungit ἀγρυπνοῦ fuisse & κοματώδεια. Idem in muliere Thafia aliis que multis inuenias. In Sileno post longas vigilias iam fatiscente vita ὑπνοὶ λεπτὸι κοματώδεις: & paulò post κοματώδης οἱ δὲ ὑπνοὶ λεπτὸι. In muliere, quæ phrenitica obiit, initio κοματώδης ἢ πάλιν ἀγρυπνος. Ita vtrumque in phreniticis & ardentibus febribus sæpe inuenias, maximè vbi eiusmodi morbi non omnino biliosi sunt. ἐφιδροῦτες id, vt ante diximus, vel copiam crudæ materiæ, vel imbecillitatem virium ostendit. ἀναθερμαίνοντες recalescentes. Id autem duobus modis fit. Nam vel frigescente corpore calor rediit, vel tepescente febris. In Sileno post frigiditatem extremarum partium ἀκρεα, inquit, ἐκ ἐπι ἀναθερμαίνοντα: & paulò post ἀκρεα σμικρὰ ἀναθερμαίνοντα. Idem in Dromeadæ vxore & aliis. Hic autem aliter intelligitur de eo, qui cum sudasset, & eo sudore mitius & tepidius habuisset, rursus febricitauit, quomodo in Prorrhæ. οἱ ἐφιδροῦτες ἀγρυπνοὶ ἀναθερμαίνοντες κακὸν. Eodem opere duabus deinceps sententiis ambiguitatem vocis ἀναθερμαίνοντα altera de calore, qui frigiditati succedit, et si is calor febrilis non sit ἐκ τῆς γένεως κατὰ φύσιν, μὴ ἀναθερμαίνοντα κακὰ: altera de febre οἱ ἐφιδροῦτες ἀγρυπνοὶ ἀναθερμαίνοντες κακὸν. Ergo à frigore non recalescere lethale, extincto videlicet natiuo calore vt in Philisco, Sileno & aliis, ἀκρεα πάντοθεν ψυχρὰ, καὶ ἐκ ἐπι ἐπι ἀναθερμαίνοντα. Alterum verò maligni morbi vel longi, in quo quæ iudicare nata sunt, non iudicant, & materiæ copia vel maligna qualitas est, vt in Pythodoro & genere februm, quæ ἐφιδροῦτες 7. Epid. describuntur.

XXXVII.

Οἱ κοπιώδεις μὲν φρενιτικὸς ἐφιδροῦσιν κρισίμως ἀναθερμαίνοντες ἐν ὄξει κινεῖται, ἀλλως τε καὶ ἢ αἵμα, ἐπιστάζουσι περὶ τοῦτο.

*Delassati cum horrore iudicij modo exudantes, siquidem recaluerint celeriter, malum tum alias, tum si inter ea sanguis stillauerit è naribus.*

**C**oncurfus est Empiricus ex iis, quæ inter se non coherent, sed vt in ægro visa, ita scripta sunt. Laborauit hic æger crudis humoribus putrefactis, vnde κοπιώδης, φρενιτώδης, ἐφιδροῦς & alia. Hæc autem omnia quam vim habeant, satis explicatum. Hic ἀναθερμαίνοντα de febre recurrente audiendum. ἢ ὄξει vel celeriter, vel in acuta febre intelligendum. At quod in fine scribit, ἐπιστάζουσι magni momenti est ad præfagium in acutis. Atq; omnino damnata ab Hippocrate stillatio sanguinis è naribus, multò magis si nigrior & crassior is est, & 4. vel 5. die morbi extillat, vnde morbi malignitas & virium langor intelligitur. Omnis enim cœpta excretio statim desinens, omnia tubercula, exanthemata, pustulæ foras excitatæ, quæ statim dispareant, periculosa sunt. Ac de stillatione sanguinis postea pluribus.

XXXVIII.

Ἰκτερώδεις κατὰ κορῆς, ἢ ἡσυχῆ, ἢ λευκὸν διαχώρημα τέτοιον ἔπιροδύρχειται.  
*E regio morbo abunde colorati, moriuntur. alba verò in his alui egestio præcedit.*

Ἰκτερώδεις, qui regio morbo laborant. Ac verisimile est hanc orationem priori connecti, ut sit accessio quædam mali ad priora, non necessaria quidem sed quæ in vno ægro, quem suspicari licet scirrho splenis, & malè affectis visceribus fuisse, atque inde natam materiam febris, unde lassitudo, horror, sudatio, varia commutatio corporis, ut modò frigeat, modò recalescat, stillatio è naribus, coloris fœdatio, alba deiectio, quæ omnia vomicosis, scirrho habitis & malè affectis visceribus familiaria sunt. Quod autem κατὰ κορῆς dicit, ambigua vox est: κατὰ κορῆς enim interdum dicitur ἀκρατοχολῆ ὀσφωρῆματα deiectiones meracæ bilis: ἄλβια κατὰ κορῆς, quæ multum eiusmodi bilis generant. Sic homines κατὰ κορῆς, qui πικρόχολοι & medicamentum κατὰ κορῆς, vel quia eum humorem vacuet, aut quia bilis colore intinctum sit. Ab Hippocrate βίη κατὰ κορῆς, δὴ κατὰ κορῆς, vel quia ab eo humore moueatur, vel, quod verisimilius, vehementissimæ sunt. Aristoteli in coloribus κατὰ κορῆς dicitur, quod saturatum à Latinis, ut ποιῶδες κατὰ κορῆς saturatus color herbaceus. Hic quia ex colore regio multum intenso æger fœdatus esset, vel meraca bile plurimum abundaret, quod accidit æruginosi, quomodo & alba deiectio: alba quidem manifestò, vel minus colorata, quam quæ naturæ excrementi respondeat. Etenim bile intingi oportet, ut ruffescat. At intercepta bili via & iam non decurrète ad intestina in venas refunditur, & corpus atq; inde stercora exalbescunt.

## XXXIX.

Οἱ τεταμοφύεις πλανώδεις, ἐς ἀρτίας μετέπεισόντες, δύσκολοι.

*Quæcumque febres tertiana naturam referunt, & sunt erraticæ, in pares dies translapsæ, difficiles.*

Τριταμοφύεις, quæ dicantur antea expositum. πλανώδεις autem erraticæ sunt quæ omnem rationem formæ & circuitus februm perturbant, ut modò tertio quoque die, modò quarto, interdum quotidie nullo ordine inuadant. Varia enim & multiplici materia, eaque inæqualiter putrescente motuque constant. Atque hoc loco de genere tertianarum videtur dicere, quæ æstate inclinante & autumnii initio vigent. Pertinaces hæc in erraticas desinunt: erraticæ in quartanas tandem firman- tur, quæ longæ ac difficiles sunt. δύσκολον enim quod ut periculo vacet, neque sit perniciosum, tamen ægrè discutitur, qualis quartana est, quæ paribus accessiones habet, ut tertianas imparibus.

Hæc ferè sunt, quæ scripsit in  
 Prorrhethico.

COM




COMMENTARII SE-  
 CVNDI IN COACA HIPPO-  
 CRATIS PRAESAGIA  
 LIBER SECVNDVS.

Jacobo Hollerio Stempiano Medico auctore.

I.

Οἱ ἐν κρισίμοισιν ἀλυσμοὶ ἀνδροῶν τες περιψυχόμενοι, ἐπιπύουσι οἱ ἀνευ ἰδρωτός περιψυχόμενοι ἀκρίτως, κακόν.

*Anxietudines in diebus indicatoriis si in his sine sudore perfrigerentur & omnes, qui sine sudore perfrigerantur citra indicationem, male habent.*



N præfatio dierum criticorum observatio est, in quibus magnæ mutationes fieri solent. Observamus autem signa, causas & euenta omnia critica, & quid ostendatur indicibus, quos θεωρήσας & ἐπιδηλῶς nominant. Dies criticos ferè statuunt impares 3. 5. 7. 9. 11. 13. 17. 21. 27. 31. 37. pares, sed qui in rationem quædam septenarij aut coitionem septenariorum cadunt 14. 20. 34. 40. deinde 60. 80. 100. 120. qui reuera pares sunt, quia in duos numeros æquales diuidi possunt. Quaternariis vis attributa est designandi edendique signa, ex quibus conicias, quid septenariis eueniat. In indicibus maxima vix quarto, deinde 11. & 17. Post vicefimū quaternariis nulla vis, septenariis iam languida est: post 40, nulla septenariis, & in vicenariis observatio recidit. In septenariis præcipua virtus est septimi, deinde 14, postea 20. Secundus septenarius, qui in 14 incidit, primo septenario ἢ διέξυσιν disijunctionem. Tertius, qui in vigesimum cadit, secundo, hoc est, 14, ἢ συναφειᾷ coaptatur. In indice ut quarto, qui & θεωρητῆς & ἐπιδηλῶς dicitur, quæ signa edantur, observamus vrinæ coloris melioris, nubes in iis & sedimēta, ex quibus salutare iudicium septimo expectamus ἢ ἐπὶ τὰ τέταρτη ἐπιδηλῶς, inquit Hippocr. Itaq; in morbis, qui κρισίμως, hoc est, subita magnaque mutatione dissoluntur, septimo expectabitur perturbatio critica ταραχὴ κρισίμη, in qua, quæ accidant symptomata, annotantur, & ea quæ signa κρισίμη dicuntur, ex quibus & ratio indicij & euentus colligitur. Talia sunt rigor, oculorum affectio, quia tenebrosa, fulgurantia, aliæque id genus observantur, pulsus differentia, labri inferioris tremor, aliæque scripta ab Hippocrate in Prognost. & lib. de Crif. à Galeno. Sequuntur hæc signa, quæ κρισίμη dicuntur, sed alia à prioribus, quia non solum signa sunt, sed causæ rationem habent, & iam λυτῆρια nominantur, quia reuera morbos solunt, excretiones primū, sudor, alui profluuium, vomitio & sanguis è naribus, deinde abscessus. Atque ut ad rē veniamus, ἀλυσμός die critico inter signa critica esse potest, quia videlicet in perturbatione illa natura contra morbum incitata, iactatio magna & incontinentia corporis esse solet. Sed ambiguo euentu, nisi & quæ die indice oblata sunt, recognoscas & alia inditia coniungas. Atque omnino perturbatio illa in diem criticū incidens mala, nisi sequatur excretio salutaris, vel abscessus. Salutarem dico, quæ maior non sit, quam ut vires sustineant, vel minor quam ut soluendo morbo fati esse possit: quomodo contigit quibusdam constitutione humida frigida boreali primo Epid. Ac  
 iam ante

iam antè dictum est, κρίσιμα μὴ κρινόντα τὰ μὲν θανατώδεια, τὰ δὲ λύσκειτα. Id enim sæpius inculcandum est. Ergo subiicit ἀνιδρῶντες, vt alyfmo exprimat perturbationem criticam: voce ἀνιδρῶντες non consecutum sudorem, aut aliam excretionem. Quòd si præterquam quòd à perturbatione nulla successerit excretio, etiam refrigerat æger, id quidem malo est. Nam vel extinctionem significat, vel id à natura est, quæ commota noua accessione nouum certamen contra morbum ingeminat: ac περίψυξιμ̄ videtur dicere, vt rigor intelligatur, à quo vt signo critico debeat sequi sudor vel excretio. Solet enim Hippocrates connexa pro connexis, antecedentia pro consequentibus vsurpare, frigus pro rigore, rigorem pro excretionem, quæ rigorem criticum sequitur. A febre ardente habito rigor ( inquit ) superueniens solutio, nomine rigoris sudorem & alia id genus λυτάρια signa intelligens. Αλυσμος autem vox est frequens Hippocrati: ἀλύζειν interpretatur ἀπορροῦται καὶ ριπίζεται & ἀλύειν verbū qđ ἀλμ̄ δυσφορεῖν. Sic ἀλυσμόν dicit ὅστις ἢ ἀλυσμὸν τινα ἢ ἀπορίαν, ἢ ὅ δὴ ἢ ριπασμόν καλεῖται, ἢ ἢ ἀλύειν παντὶ ἔστω. Alij ἀλύειν aspiratum lætitia gestire. Alij tenui nota consignat ἀλύειν. Sunt qui vtroque significato aspirant. Sed hæc grammaticorum, qui aliter quoque vocabulum exponunt, ac sit satis eam vocem ab Hippocr. vsurpari pro iactatione & molesta commotione totius corporis. Id in Chartade in vulnerato hepate, & Dromeada vxore: omnes obierunt. Nam inter signa saluberrima quies est & continentia corporis: inter lethalia incontinentia, iactatio & assidua corporis commotio. Cui si non succedit sudor, nihilo grauius malum est; aut si succedit, nihilò melius, nisi ex iactatione rigor & è rigore critica excretio, sudor, vomitio, alui deiectio insequatur. Scripta hæc sententia in Prorrhet. paucis immutatis, ὁμοίᾳ δὲ κρίσιμοισιμ̄ ἀλυσμῶ ἀνιδρῶτι περιψύχεται κακόν, ἢ τὴ ἐπιψύχασαντα ἐκ τῶτων κακῶ. Vbi ἐπιψύχασαντα intelligere oportet, nisi sequatur excretio critica. Hic ergo clarius, quàm in Prorrhet. ἀκρίτως, hoc est, si frigus & rigorem non consequuntur sudor, vomitio, alui deiectio aut critica vacuatio, vnde liberetur vel certè leuetur æger.

II.

Καὶ οἱ ἐπιψύχασαντες ἐκ τῶτων, ἐμείδοντες ἀκρίτως, ἀσώδιες, τρομάδες ἐν πυρετῶ, κακόν. ἢ φωνὴ ὅ ἐκ ῥίγος.

*Et qui in super riguerunt ex his, vbi vomuerunt meraca, anxij, tremuli in febre malum.*

**E**πιψύχασαντας vel de eo rigore, qui subinde repetebat, vel de eo qui derepente nec expectatus moueatur, quem hinc videtur intelligere. Author Prorrhetici priori sententiæ hæc coniunxit. At vtcunque res habeat, repentinus rigor in acutis inutilis lethale signum aliquando vbi die critico mouetur & non sequitur excretio. Vomitus autem syncerus lethalis est. Atque omnis syncera excretio damnatur ab Hippocrate. ἀκρίτων autem & κακόκρατον & ἀμικτον dicitur, aut ἀμικτον ὑγρότητος ὁ ἀσώδιος. Sed hoc loco χολώδες, hoc est vbi meraca bilis euomitur. ἀκρίτων enim in vomitionibus & deiectionibus de meraca bile dicitur: non omni quidem, sed ruffa aut flaua. æruginosa enim non solet Hippoc. ἀκρίτων dicere. ἀκρίτων in sanguine fluente aut stillate è naribus de crasso nigroque admodum sanguine vsurpant in Philisco & aliis. Iraq; natura constante flaua bilis aquea humiditate temperatur, qua dissoluta ardore febris, relicta bilis crassior coloratior acriorque redditur, atque ideo non permista aut male temperata appellatur ἀμικτος, ἀκρίτος, κακόκρατος. Ασώδιες vtroq; modo. Etenim meraca bilis, vbi primis venis & circa ventriculū effertur, exagitatq; corpus & ἀσπὴ facit: eadem qua parte tenuior est, tunicis ventriculi combibitur, & fastidia perpetua nauseamq; facit. ac denique vomitiones excitat, vnde ἀσώδιες ἐμετικοὶ ab assidua vomendi hbidine appellantur. Τρομάδες bile ad os ventriculi excurrente; eaque acri, acribus inde vaporibus in caput euentibus, siccatō denique eā ratione & ardentissima febre neruorum genere tremores

mores fiunt, & sepe numero è tremoribus conuulsiones, quod non solum malum, sed pessimum iudicandum est. Additur nulla ratione καὶ φωνὴ ὅ ἐκ ῥίγος, nisi ἀφώνια ἐκ ῥίγος legatur, mutitas è rigore, quod certe deterrimum est.

III.

Τὰ ὅ ἐκ ῥίγος μικροῖσιν ἰδρῶσι περιψύχονται, κακόν.

*Qui ex rigoribus paruis sudoribus refrigerant, malum.*

**A** Rigore incalescere oportet non perfrigerari: sic enim extinctio caloris natui intelligitur. Quòd si & tenuis sudor existat, ἰδρώτιον & ἐπιψύχασαν aliquando appellat, dissolutionis vitæ indicium est.

III.

Οἱ ἐφιδροῦντες ἀγρυπνοὶ, ἀναθερμαινόμενοι, κακόν.

*Exudantes, vigiles, recalescentes malum.*

**I**am antè expositum, à sudore vigilia & repetens febris mala est, malo quoque in soporem incidere, perfrigerari non recalescere. Hic ἀναθερμαινόμενοι ἐπιπαραφυνόμενοι, qui in febrilem accessionem recidunt.

V.

Οἱ ἐφιδροῦντες ἐν πυρετῶ, κακὸν ἔσται.

*Qui in super exudant in febre, malignè habent.*

**S**vdor in febre siquidem die critico & antegressis inditiis crisis salutaris febrem soluit, vel certè imminuit. Qui crudo etiamdum morbo vel copia vel infirmitate naturæ extinguitur, aut difficilis aut lethalis est. Idq; toti generi excretionum commune est. At tenuis sudor aut semel existens, aut sæpius repetens, crudi morbi, inutilis copia, vel infirmitatis signum est.

VI.

Οἱσι χολώδες διαχωρησιῶς ἐύσας, περὶ τῆς ἦτος δὴξίς καὶ πικρότης κακόν.

*Quibus deiectio biliosa est, circa pectus mordicatio & amaror, malum.*

**D**ifficile fit, vt commota bile è corpore in ventrem non regurgitet aliquid in ventriculū. Atque vt nihil influat, quemadmodum tamen continuitate corporum & interioris membranæ è ventriculo redit in os sapor; sic ex proximo intestino in ventriculū. Ergo & amaror & mordicatio inde esse possunt. τῆ δὲ autem dicit os ventriculi. Nam pectori amaroris sensus inesse non potest. Melius autem hac sententia, seorsum scribitur, quàm priori coniungitur.

VII.

Ἐν πυρετῶσι κοιλίης ἐμφυσωμένης, πνεῦμα μὴ διακρίπτειν, κακόν.

*In febribus flatulentus venter malo est, siquidem inclusus flatuus non excidit.*

**Q**uas iniurias corpori inuchat spiritus conclusus, satis ostendit Hippoc. libello περί φουσῶν de flatibus, & qui colico dolore cruciantur, satis testari possunt.

Appellat autem ἐμφύσημα, vbi concluso spiritu locus extuberat. Φύσαν autem & πνύμα eadem significatione vsurpare solet, & φυσώδες πνύματῶδες, qui & quodam loco πνύματαθεντες. Cæterum spiritus eiusmodi crassior perfrigerationem partium, quibus concipitur, ostendit. Id autem in ventre inferiore plurimum contingit. Sed præter refrigerationem loci etiam naturæ infirmitas est. Vbi enim viget calor, natura primum tenuat inciditque flatus, atque ita dissipat excluditque. Contrà verò accidit, vbi crassior flatus & languidior calor est. Et quemadmodum humorum, ita flatuum sua cruditas est, atque sua maturatio. At maturatio calore perficitur, quæ si neque natiuo, neque febrili calore confici potest, & malum diutius perseueret, ab hydropè sicco metus est.

VIII.

Κοπιώδες, λυγρώδες, κάτοχοι, κακοί.

*Delassati, singultuosi, soporosi in malo sunt.*

Quoπιώδες & vnde, prius definitum. At singultuosi λυγρώδες non qui semel, sed sæpius singultiunt. Id quod accidit in quodam genere febris, quæ inde λυγρώδης nominatur, in qua singultus ferè continuus & vnà cum febre viget atque remittitur. Atque is casus λυγρῆ ασσώδης, κίνησις στομάχου commotio oris ventriculi similis cõuulsioni ab inanitione, repletione & si vis, alteratione. Sed plurimum inflammato ventriculo tenui intestino & hepate singultuosæ nascuntur febres: herniosis acutè febricitantibus id sæpe accidit. In hepatis inflammatione & ileo damnatur singultus ab Hippoc. in Aphor. Acri enim fanie lancinante stomachum frequens singultus mouetur. Aliquando reuulsis fibris intestini, quæ ventriculo communitate respondent. Interdum consortio neruorum, qui ab hepate ad os ventriculi pertinent, quorum Hippocrates meminit 2. Epid. Atque omnino lethalis acuta febris est, in qua frequentior singultus ac præpè continuus vrget, vnde raro conualescat æger, κακοί veteres medici, vt Archigenes & Philippus, κακοί vicinum malum sopori, quod κάμα βαθύ dicitur, statuerunt. Sed in catoche tensi, fixi & aperti manent oculi, in graui & profundo somnio clausi, resolutis immodica humiditate partibus. Vtrique commune est, quòd vel nullo modo, vel ægerrimè excitantur, aut excitati statim in idem vitium recidunt. In comate graui subtumida facies pallet: in catoche similis est sanæ, nisi quòd coloratior est colore quidem, quem κίθηρον & ερυθρόν χρώμα appellant. Is in puëris & virginibus exercitio conuulsæ apparet. Eiusmodi malum est, vnde rarissimè euadant ægri. In multis, quos ego vidi, paucissimi reuauerunt. Is affectus aliquando simplex: nonnunquam modò tensis, fixis & apertis oculis: modò grauibus & clausis: qui adueniente stercore & difficili spiritu suffocantur. Vidi in quo comatis, epilepsia, catoches, conuulsionis mutatis vicibus signa se proderet. Idem genus morbi sunt, qui κατὰ λυγρῆ vocent, vt Asclepiades. Quidam αφονίαν, vt Diocles, & Hippo. Alij multis verbis circumscribunt ἢ φλεβῶν καὶ πνευμάτων ἀπόλησιν, vt Hippoc. Praxagoras κατὰ φῶν, Antigenes Cleophantes, ἀκαθίαν κατόχην Philipp. Archigenes. Idque fieri melancholico sanguine crassiore eas venas, quæ ab occipito rectà procedunt ad sinciput, intercipiente, eoque concrecente. Nos in mortuis catalepticis sanguinem in venis illis concretum vidimus, & posterius cerebrum plenum seroso excremento. Atque hoc malum posteriori partì capitis magis attribuunt. Sic vt in omni morborum genere alij leuiiores sunt, alij grauiiores: ita in catoche. Galenus leuioris catoches meminit in condiscipulo, qui inde conualuit. Coeuntibus ergo lassitudine, singultu continuo & catoche κακίαν potius, quàm κακόν pronuntiabis.

IX.

Ἐκ γῶτα πικρῶσι καὶ λεπῆσι φρεσίν ἐφιδρωῶτες, δύσφοροι.

Qui

*Qui frequentibus è dorso leuibúsque horroribus desudant, difficili morbo laborant.*

EX dorso horrorem nasci, rigorem & frigus, ad prælagium nihil pertinet. At frequens horror & leuis, temerarius motus est multitudinem materiæ, aut naturam malè sequacem, virium quoque infirmitatem indicans, à quibus causis ἐπιφωσιν fieri iam ante diximus. δύσφορία verò difficultatem molestiamque morbi potius hic significat, quàm ἐπιφωσιν, hoc est, corporis iactationem & variam loci commutationem.

X.

Ὀύρα ἀπὸ ληθῆς ἐπαδῶσιν σημάει, τὸ ἐφιδρωῶ τέτοισι, κακόν.

*Vrina intercepta dolorem significat: si sudor accedat, malum.*

VRina multis modis intercipitur. Interceptio in renibus & meatibus vrinariis ἐρηθρίας & ἐρηθράν appellant. Hæc per penem ducitur illi à renibus ad vesicam pertinent. Itaque vrina intercepta vel calculo, vel tuberculo, vel contractis viis tensio præ copia, sæpe etiam inflammatio nascitur, vnde dolor fit, ac præ dolore aut iam inclinante ægro ad exitium ἐπιφωσιν, tenuis sudor, qui non solum malum, sed dissolutionem naturæ sæpe denuntiat.

XI.

Τὸ παρὰ τὸ ἔθος ποιεῖν τι, οἷον προθυμῆσθαι τι πρότερον μὴ εἶθις ἔθους, ἢ τὸ ἐναντίον, πονηρόν, καὶ πλησίον παρακοπῆς.

*Præter consuetudinem quid facere, velut est, proponere sibi aliquid, & expectare aliquid prius non consuetum, aut contrarium, malum est, & mentis emotioni proximum.*

Tanta vis est consuetudinis, vt quæ alioqui mala sunt, si ea fiant in morbis, mala non sint. Hiare ore, dormire in ventrem, apertis oculis, manum admoûere ori & naribus, iacere dissectis cruribus & manibus, stridere dentibus, aliæque id genus. At quæ præter consuetudinem faciunt ægri, omnia damnanda sunt, vt si quis natura loquax sileat in morbo, aut taciturnus loquacior sit, feròx moribus moderatè agat, aut moderatus ferociat. Multa sunt eiusmodi in Prognosticor. libris conscripta, quæ hanc vniuersalem sententiã corroborant. In Epid. vbi locos compendio colligit, vnde prælagia ducantur, ἐθῶς scripsit Hippocrates. πάναντιον, hoc est, non facere quæ consuevit. Admodum sollicitus rei familiaris omnia negligit: qui liberorum aspectu carere non poterat, eosdem. abesse subducique iubet. Hæc ergo praua sunt, & portendunt delirium. Hic autem ἀδρακοπή quæ peculiariter de eo delirio, quod vigor febris commouet, de alienatione mentis communius intelligenda est.

XII.

Τὰ ἐν πονηροῖσι σημεῖοισι καφίζοντα, καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἐνδιδόντα, δύσκολα.

*Qui morbi in malis signis leuantur, & qui in bonis non remittunt, difficiles sunt.*

Ec 2



Non ab similibus sententia Hippocr. in Aphorif. τοῖς μὴ ἔτι λόγον καὶ ὄψιν, ἢ πρὸς πρῶτον &c. His, vnde citra rationem ægri leuius habent, non oportet fidere. neque multum formidare mala, quæ nulla ratione eueniunt. Horum enim multa infirma sunt: & quod in Prorrhet. τὰ ἀλθέρια ἀσπίμως βραδύνησάμια θανάτου σημάδια. Si cui à lethalibus signis nulla ratione leuius fuerit, mors significatur. Quæ omnia ad præfagium magnum momentum habent, vt ne medicus vulgi more vel salutem temerè promittat, vel exitium temerè prænuntiet. Hermocrati in febre ardente & hepatis inflammatione die vndecimo omnia, quæ antea fuerant grauiora, remissa sunt: sed ἀσπίμως. Nulla enim excretionē iudiciali mota leuius habuit, ex quo omnia paulò post proritata: 14 absque febre, dormiuit, mētē constitit, sed ἀσπίτως. Addit enim Hippoc. non sudauit: 17 rediit febris, & alia: 20 sine febre, & sed ἀσπίτως, non sudauit (inquit Hippoc.) 24. febris & alia. Reperituit 27. robustus iuuenis obiit. Hæc eadem multis historiis Epid. sed & quotidiana experientia confirmantur. ἀλόγως igitur ἀσπίμως, ἀσπίτως ab Hippoc. in eandem sententiam multis locis adduntur, quibus vocibus intelligit nulla ratione, hoc est, non antegressis salutaribus signis, non hæc insequentibus aliis signis, quæ λυθέρια dicebamus, sudore, vomitione, alui profluuiio, sanguinis fluore è naribus, vel abscessu, vrina multa, coctione, & aliis id genus. Si (inquam) cùm nihil tale antecesserit, æger leuius habeat, expectandum breui, vt omnia deteriora redeant. Quod si ostentatis bonis inditiis sudore, excretionē & aliis, nihilò melius ægro sit, reuocanda sententia sapius inculcata, τὰ κρείττω μὴ &c. Tertium addi potest, si prægressis salutaribus inditiis coctione & aliis, graues casus nulla ratione, nullo peccato ægri, medici, eorū qui ægro inseruiunt & medico, nulla denique externa caussa ea commouente, detereri non oportet. Finge enim 4 die vrinas coloris melioris, nube alba insidente: 7 die delirium, difficilem spiritum, & alia, quæ in perturbatione critica, hæc quidem vulgus ac non ita peritum medicum deterrerebunt. Atque hoc loco signorum & accidentium ratio permiscetur, quanquam fati intelligimus signa bona, perpetuò bona, & mala, mala: accidentia non ita, ac reuera vtraque distingui posse.

XIII.

Οἱ ἐφιδροῦντες ἢ μάλιστα κεφαλῆν ἐκ δέξι, ἢ ὑπὸ σφραγοῖ, καὶ ἰκόν, ἀλλῶς τε, καὶ ἐπὶ ἔροι, μέλας, καὶ τὸ θολερὸν ἐπὶ τούτοι, τινὲς μὲν, καὶ ἰκόν.

Qui exudant: & maxime capite in morbis acutis submoleste ferentes, malum: tum alia sunt si vrina sunt nigra, & turbidus spiritus in his, malus.

Describit multa, quæ nulla necessitate coherent, & sunt ἐτερογενῆ. Quæ si in ægro vno apparent, non malum, sed planè lethale iudicandum est. Nam vel sola ἰκόν, leuis sudatio circa caput, exolutionem virium in breui denunciat, aut certè graue periculum. Quod si vrinæ nigrae sunt, accessio mali est, vnde exitium magis confirmari possit. Ac de vi vrinæ nigrae in acutis suo loco plura scribentur. At πνεύμα θολερὸν turbidus spiritus in genere malum est. Quid autem propriè significet, parum intellectum interpretibus Hippocratis. Alij δυσώδες grauius olentem spiritum. Alij μέγα magnum: nonnulli ἀπυρόδες vaporis plenum exponunt. Potest quoque de intercisa, offensante & foras intròue reuocata respiratio dici. Atque omnino vitiosa respiratio est, quæ magnā vim habet ad exitium.

XIII.

Ἄκρα ταχὺ ἐπὶ ἀμφοτέρω, μεταπίπλον, ἢ δέξια, ἢ τοιάυτη, πονηρόν.

Extrema partes si in vtramque conditionem citò transmutentur, malum est: sed & sitis huiusmodi mala est

ἄκρα

Ἄκρα dicit manus & pedes, extremum nasum & aures molliculas, quæ in accessionibus febrium prima frigescent: ἐπὶ ἀμφοτέρω, hoc est, quia breuibis interuallis calent frigentque. Interualla autem illa horæ vnus plus minusue permutantur. Id accidit in malignis febribus, in quibus multiplex morbus est, & calor igneus medio corpore sæuiens insitum calorem languescentem depascitur, exterminumque calorem ad instar cucurbitulæ intro pertrahit, vnde extrema perfrigerantur. Ac rursus calor loco motus & sese explicans, halitumque in corpus externum demittens, atque sic transpirans extremas partes calefacit. Sic alternante morione modò calent extrema, modò frigent, donec dissoluto calore & exhalatione, omni calore cassæ externæ partes ita frigeant, vt iam non recalcant. Potest quoque id fieri minori periculo, sed incipiti victoriæ naturæ & morbi. Dum enim febrilis calor incipit viget, viscera naturamque obsidet, extrema frigent. Sed aliquando naturæ viribus febrilis calor foras excluditur & in halitum dispergitur, vnde extrema calent. Rursus noua collecta materia morbus pugna redintegrat, & qui fusus quasi fugisse videbatur, denuo pugnat, donec diu vtrinque commisso prælio vel extrema omnino frigeant in exitium ægri, vel salutari euentu suo calori blando & familiari restituantur. Sed hæc diuturna esse non possunt, vbi breuioribus spatiis vt in horas redeunt. Contrà vbi longioribus interuallis ea fiunt, vt non caleat æger, non frigeat, longitudo morbi significatur. Alioqui mutationes hæc in vtramque conditionem in acuta malignaque febre mortem in breui significant, in mitiore morbo longitudinem. Δίψα δὲ τοιάυτη πονηρόν, τοιάυτη, hoc est, subinde permutata, vt æger modò vehementer sitiat, modò vel non sitiat, vel minus quàm affectio expostulet. Sic in Hermopolemi vxore δίψα μὲν ὅτε κατακορῆς ὅτε δὲ μετρίη. Obiit tamen variè affecta: modò delirans, modò compos mentis, quæta modò, modò variè corpus commouens. Fit autem eiusmodi sitis variatio, vel quia vis sentiendi hebetior redditur, aut quod verisimilius, in celeribus mutationibus, quæ in horas alternant, occupata mente, quomodo in phrenitide accidit, qui inde βραχύποτοι. Vbi enim languente ea potestate, quæ inopiam humidi perficit, permanens malum est, neque tam breui tempore sitiunt & non sitiunt, vt pestilente statu 3. Epid. ἀδίψοι ἢ πάνυ ἔτοι. Erant autem ij admodum sine siti. Atque omnino soluta sitis nulla ratione, hoc est, vt scribit in Prorrh. ἀλόγως mala est. Solutur enim soluta febre criticè sed ἔτι λόγου. Mitigatur potionibus medicis & remediis, quæ sitim temperant vel extingunt, idque κατὰ λόγον. Contrà verò vrgente febre neque adhibitis remediis, quæ contra sitim faciunt, soluta sitis vel delirium, vel extinctam sentiendi potestatem indicat.

XV.

Ἐκ κοσμῆς θρασεία ἀπόκρισις, καὶ ἰκόν.

Modesti hominis audax responsio mala.

Iam ante πονηρόν dixit ἢ παρ' ἑθῶς ποιεῖται. Eius sententiæ vniuersalis partiale exemplum est, si quis moribus compositus & modestus audacius respondeat. Malum igitur id est, aut prauum fortasse, vnde infanix metus est, at omnino naturæ morum & ingenij permutatio in morbis damnanda est. Atque vbi è taciturno loquax, è modesto audax, è clemente ferox, è mansuetus iracundus, è torpido viuacior acriorque æger est, phrenitidis & vesanix signum est. At contraria immutatio si è loquace taciturnus, ex audace modestus fit, aut melancholici delirij, aut somniculosi morbi inditium est.

XVI.

Οἱσι φωνὴ δέξια, καὶ ἰκόν. ὑποχόνδρια τρεῖς ἰσῶ εἰρύαται.

Quibus vox acuta, iis hypochondrium intro retrahitur.

Ec 3

**I**N natura rerum alia antecedunt, alia consequuntur. Vox acuta reuulsionem hypochondrij sequi magis. Quare melius scripsisset author huius operis: Quibus hypochondrium intro reuellit, is vox interdum acui solet: neque hoc quidem perpetuo, sed ubi magna est hypochondrij inflammatio & inde febris: Itaque hypochondrij nomine diaphragma, ventriculum, & quae in latera super vmbilicum extenduntur continentur. Vbi ergo diaphragma inflammatur & inde dolor est, sequitur vt contrahatur. Quomodo enim in laetitia anima sese ac secum corpus explicat, ita in tristi sensu, qui dolor est, sese contrahit. Communicat diaphragma parte quidem inferiore peritonaeo & fibris quibusdam hypochondriis connexum: haec eadem, quibus alligatur, intro reuellit: vtraque quidem hypochondria, si vtraque diaphragmatis parte dolor. Alterum, si altera parte. In Philiste altera δεξιου, inquit, υποχονδριον σωπεταθη ερεπενε ες τα εσω dextrum hypochondrium cotendebatur, & intro procedebat. Hoc idem est ac si dixisset εσω ερυαδα. Vtraque in Sileno υποχονδρις σιωτασις εζ αμφοτερων ασημικης προς αμφαλον υπολαπαρ. Superiore parte inductum diaphragma tunica quae & mediae thoracis & succingentis costas membranae continua est: Contractum ergo mediam & succingentem tunicam trahit. Pulmonem quoque atque inde arteriam, ex quo angustior via spiritus & inde vox acuta. Quanquam siccatis iisdem partibus eadem angustia esse potest. Siccatur autem e febre & inflammatione: Itaque angustia, inopia materiae efflationis infirmis spirationis vocisque instrumentis vox & acuta & languida est. Ergo eiusmodi intro reuulsio hypochondrij, subflaccido & inani loco ad vmbilicum a diaphragmate magis est. Vbi vero viscera sub diaphragmate inflammantur, locus saepius extuberat: vt in Philisco απλη επηρθη περιφερει κινωμαι, lien extumuit rotundo tuberculo, & in Herophote απλη επηρθη υποχονδρις σιωτασις. Vtrunque notauit in eo, qui in Dealcis horto iacebat, υποχονδρις δεξις σιωτασις υπολαπαρ, dextra parte diaphragmatis laborate. Paulo post απλη επηρθη. Ceterum reuulsio hypochondrij non tam acuta vocis, quam phrenitidis & insanie signum est. Quod ab interpretibus Hippo. annotatum & in historiis Philistae, Sileni, eius quoque qui in Dealcis horto iacebat. Ab eo hypochondriorum vitio infania & delirium notata sunt. Nam in Philiste εμαάνη. In Sileno λόγοι πόλλοι γέλωτος εδ' η. In postremo delirium scripsit. In nullo vocem acui. ερυαδα autem αίσια αδαι est & ανέλκεδα.

XVII.

Τὰ εν κερταφύξιος ιδρώδες ταχὺ ἀναγεμινώθηα, κερκόν.  
*Qui ex perfrigeratione sudorosa citò recalescunt, malum.*

**O** ιδρώδες ἀναγεμινώθηα in Prorrh. Sed hic quae morbi sunt aegro, quae aegri morbo saepe attribuit. Est autem ambigua oratio. Nam vel aeger a rigore, qui nomine κερταφύξιος intelligitur, sudauit, & a sudore statim febricitauit. Alius sensus, qui sudauit in morbo, & a sudore refrixit magis, quam secundum naturam, quomodo solent iniriis quarundam accessionum, si quidem repetit febris, malum. Hoc enim loco ἀναγεμινώθηα επιπροξυόμενοι. Id autem saepius accidit in febribus, in quibus sudor nondum maturata materia extringitur. At omnis & excretio & abscessus damnatur, antequam morbus fuerit concoctus. Nam etiam si sudore & intempestiua excretionē pars materiae excluditur & vapor exhalat: inde tamen vel deterius, vel nihilo melius aegro esse solet: aut siquidem leuius imprensia, paulo post tamen febris repetet. Intempestiua excretio omnis est nondum maturato morbo. Concoctio enim naturae ordine praerit, excretio sequitur. At concoctio aliquando semel apparet, & semel mota excretio aegrum in totum liberat. Aliquando paulatim materia tum coquitur tum excernitur, vnde aeger non liberatur quidem, sed leuius habet. At temeraria excretio, quae fit in totum crudo morbo, vires deicit & periculum portendit. Addit in Prorrhetic. quod male cohaeret,

επι τρεποις η̄ πλεύροισι καὶ μαδάω δειες η̄ το επιβριγώσαι κακόν. Ex his quoque laterum aetus cum dolore & superueniens rigor malum. Quod si fit, accessio mali est a dolore aestuante interiore phlegmone, vehemens a rigore suppuratio intelligitur, quae nisi breui repurgetur, exitum denunciat.

XVIII.

Οἱ εν δεξιου επιδρωωτες υποδυσφοροι, κερκόν.  
*Qui in acutis subinde sudant, & utcumque morbum male ferunt, in malo sunt.*

**I**am saepius dictum & subinde sudare aegros praecopia vel infirmitate naturae, & quae vis fit επιβριγώσαι. Ac rursum quid δυσφορία, quae saepe infirmitate virium, aut oppressa natura fiat. Vbi ergo haec coeunt, vel morbi longitudo vel mors expectanda est.

XIX.

Οἱ παραλόγως κενεαγγιης μη εδσης, αδύνατοι, κερκόν.  
*Qui praeter rationem nulla existente vasorum, impotentes sunt, malum.*

**H**oc modo in Prorrh. αῑ παρα λόγον κενεαγγικόν αδιωαμία, κενεαγγιης, κακόν, eadem sententia. Habet autem maximam vim haec oratio non solum ad praefagium sed ad consilium quoque remediorum. Caput igitur praefagij est in comparatione virium aegri & naturae morbi. Neque prius de remediis statuas, quam diligens quaestio de viribus aegri & natura morbi habita fuerit. Tuber igitur Hippocrates initio Prognost. γνώτα εν κρη η̄ παδίων η̄ τοις τειων τας φύσις ἀκόσον̄ υπέρ τῶν διωαμιν̄ ε̄σῑ τ̄ σώματος. Medicum (inquit) oportet naturas nosse morborum eiusmodi quantum superiores sint virtute corporis, aut certe quantum superior sit natura morbo. Sic enim medicus quasi spectator certaminis in ancipiti pugna anceps edit praefagium, naturam confirmat, contra vim morbi remedia excoGITat, atque omnino agit, vt vincat natura. Maiore vi vitur vbi superiorem morbum percognoscit, nisi eò ventum sit, vt iam nulla spes, nullus remediis locus reliquus sit. Superiore natura salutem enunciat & hoc procurat, vt ne natura designata victoria infidiis morbi & externis iniuriis interturbetur. Ceterum quod ad vires attinet, siquidem pulsus languidus est & imbecillitate proiectum corpus dissoluto spiritu, quo confirmatur, prius de causa quaerendum, quam praefagias. Quomodo hoc loco αδιωαμία ponitur, quae non sit e vacuatione & vasorum inanitione. Minus enim formidabilis est imbecillitas virium quae e manifesta causa sit, quam latente. Ac manifestas causas voce παραλόγως &c. μη εδσης κενεαγγιης, excludit. Si quidem παραλόγως nomine saepe idem intelligit, quod ανεν̄ προφάσιος, hoc est, citra causam manifestam. Est autem κενεαγγία peculiariter quidem ασιτια inedia, communiter omnis vasorum inanitio, quae vacuationibus tum manifestis sit, tum occultis. Hae autem de manifestis audiendum est, quale alui profluuium, vomitio multa, sudor, haemorrhagia immoderata, vena secta, vacuatio & purgatio tum naturalis & sponte mota, tum artificiosa. In Aphorism. κενεαγγειαν vniuersaliter quidem dixit de sectione venae & purgatione per intestina & vomitum, sed quae arte fiant. Tertio de morbis εσα κενεαγγειον̄ εν λυτος̄ εσω η̄ κοιλη η̄ κατω̄ de purgationibus artificialibus videtur intellexisse. Si igitur antecedente manifesta vacuatione, quam vel natura vel medicus commouerit, αδιωαμία est, minus grauis ea est, quam si latente nec satis aperta, quamquam eò progredi potest, vt sit exitiosa. Est autem αδιωαμία virtuti opposita, quae δωαμης appellatur. δωαμης αῑτιον̄ η̄ ενερ-

γείας causa actionis corporis videlicet. Ea autem causa duplex, anima & natura. Ac δῶραμεις proprietate magis intelligitur, quæ est τὸ σῶζειν τὸ αὐτὴν ἔχον, conseruare id in quo est, vt ex Platone scripsit Proclus. Vbi ergo vel natura, vel anima iam non conseruat, id in quo est, ἀδῶραμειν locum habet. Ac medici triplicem eam cum Platonice vel animam vel facultatem statuunt, sed inferioris animæ potestates naturæ attribuunt. At quæ ψυχὴ vocatur, efficit vt æger sentiat, moueatur, imaginetur, comprehendat, iudicet, memoriā rerum faciat & recordetur. Si ergo æger non videat, non audiat, malè odoretur, gustet, tangat ἀδῶραμειν virtutis animæ, quæ in genere ἀλογος, in specie αἰσθητικὴ appellatur. Eiusdem sunt rationis, quæ phantasiā ἀλογον δῶραμειν corrumpunt. Hic tibicines abigendos iuber, spectris quibusdam exterreter, complui se frigida imaginatur, graue pondus sibi inq̄bens auferri postulat, obstipat nares, quia grauius olere quid affirmat, cum tamen nihil sit horum omnium læso sensu & phantasia, quæ κριτικὴ ἀλογον est. Et quemadmodum in sensu & phantasia ἀδῶραμειν quædam sunt, sic in altera potestate, animæ, quod κριτικὸν λογικὸν appellatur. Atque vt res clarior sit, in vi animæ, quæ ψυχικὴ appellatur & in cerebro sita est, ἀδῶραμειν incidunt, vel quia κριτικὸν impotēs redditum sit, vel πρακτικὸν. Et si κριτικὸν, videndum an quod γνωστικὸν, an quod δρεκτικὸν. In illo vis cognoscendi, in altero appetendi sita est. Et si γνωστικὸν, an ἀλογον, an λογικὸν. Et similiter δρεκτικὸν, an βελτιστὸν ἢ λογισμὸν ἔχει, an ἀνεύλογισμῶς. In eo quod γνωστικὸν δῶραμειν λογικὴ αἰσθητικὴ δῶραμειν ἔχει. Αλογον verò sensus & imaginatio, quæ φαντασία appellatur. πρακτικὸν quod & κινήτικὸν est, in arbitratio motu corporis continetur. Sed hoc vel sola natura dūce, vel certè phantastica potestate incitatur, vt in brutis, vel ratione regitur. Nam vturque προαιρητικὸν arbitrarium motum medici statuunt. Ergo circa hæc omnia deliramenta & ἀδῶραμειν sunt.

IN EVNDEM APHORISMVM.

**I**N Prothet. eadem sententia αἰ παρὰ λόγον κεραυνοειδὴ ἀδῶραμειν, ἢ ἐξ ἑσθης κενεαγγίης, κλον. Itaque virium in ægris ratio præcipua est, vt inde prælagias & statuas de remediis, nec sine re initio Prognost. scriptum ab Hippocrate γνωθῆαι δὲ τὸ πᾶν τὸ παθεῖν τὸ τριτῶν τὰς φύσεις δῶραμειν ὅπερ τὴν δῶραμειν ἔστι τὸ σώματος. Nofse, inquit, oportet naturas eiusmodi morborum, quæ videlicet celeriter hominem interficiant, quantò superent virtutem corporis. Qua certè oratione, vt est φιλοσόφου, vult quoque medicum sedulo obseruare in morbis salutaribus quantò sit superior natura morbo. Et id quoque an natura & morbus sic paria faciant, vt sit anceps pugna & euentus, ex quo dubium sit prælagium & consilium remedium. Ergo cum ars vniuersa, vt idem scribit, constet natura, medico & morbo, medicus quidem primùm spectator est, obseruatque diligenter quid natura valeat, quæ vis sit morbi, vt cum sit locus remediis, naturæ se coniungat, & morbum depellat. Omnino enim desperatis ægris, aut certa salute nullus aut certè exiguus locus est remediis. ἀδῶραμειν peculiariter de ægris, qui per imbecillitatem virtutis, qua mouemur, proiecti iacent, & non possunt aut ægerrimè loco moueri. Communiter de affectis viribus triplicis facultatis, qua regitur corpus, sed præcipuè vitalis & naturalis, deinde animalis. Pone igitur vel sponte naturæ, vel vi morbi, vel denique medicamento tantam vim fuisse vacuationis tantumque spiritus exhalasse, vt cum ad ægrum venias, comperias pulsu languente, obscura respiratione, quod πνεῦμα ἄσπυμον Hippocrates appellat, quia vix appareat. Proiecto corpore, frigescente corpore, mente parùm constante, somniculoso, frigidum spiritum ore & naribus excludente, ac denique facie illa, quæ νεκρῶδης, quia morti similis sit: is certè triplici ratione & δῶραμειν. Atque is casus quidem formidabilis, minus tamen, quam si nulla antegressa causa, manifesta vacuatione, vigilia, inedia longiore id accidat, quod versiculo παρὰ λόγον κενεαγγίης μη ἐσθης significat. ἀδῶραμειν enim ἀνεύπροφάσις. Pone alterum, in quo nulla antecedente causa manifesta similiter labefactæ sunt vires. Nōdum desperandum. Potest enim copia id efficere, quæ cum naturam opprimat, suffocet calorem, vias spiritus intercipiat, facit vt iners torpeat virtus corporis, quæ δῶραμειν

δῶραμειν appellatur. Atque ita impedita causa non sequatur effectus. Causa autem δῶραμειν est αἰλον videlicet ἐνεργείας. Effectus actio est. Et cum δῶραμειν propriū sit, vt inquit Proclus ex Platone, τὸ σῶζειν τὸ αὐτὴν ἔχον conseruare id in quo est, ἀδῶραμειν vitium erit, quod animal corrumpat. Verum ἀδῶραμειν primūm periculose in vitali potestate, quæ ζωτικὴ appellatur, & in corde sita est; deinde naturali, quæ φυσικὴ, & in hepate est. Postremum locum habet, quod ad vsum prælagij attinet ψυχικὴ, quam cerebro assignant. Atque cum hæc tres potestates multiplici ratione distingantur, habebunt quoque varias ἀδῶραμειν differentias. Atque vt compendio eas explicemus, omnis actio animati corporis vel ab anima, vel natura est. Et vt ad rem accomodatus: Causa actionum corporis in animata, vitali vel naturali potestate statuenda est. At quod ψυχικὸν vel κριτικὸν est, vel πρακτικὸν. quod κριτικὸν γνωστικὸν, vel δρεκτικὸν. Vtrunque λογικὸν vel ἀλογον. Duo igitur iudicandi instrumenta, quæ κριτικὴ appellat, intellectus proprius hominis, sensus communis homini cum brutis animantibus. Quod γνωστικὸν λογικὸν mentem habet vñ δῶραμειν diiudicandi potestatem, & δῶραμειν opinionem. Quod ἀλογον imaginationem & sensum. Memoria verò γενικὴ τύπωσιν τὴν ψυχῆς γινώσκων μὲν καὶ αὐτὸ μὲν τὸ πᾶν αἰσθητικὸν τὸ νομῶν ἢ συμβεβηκός. Ac quæ λογικὴ δῶραμειν sunt, quarum simulachra ἀλογοί, αἰσθητικὴ δῶραμειν, φανταστικὴ νοηματικὴ. Sed & aliis potestatibus, quæ ratione quadam differunt, anima, quæ in cerebro est Platonice & Hippocrat. distinguitur. At quæ θυμοειδὴς imago quædam τὴν ἀναγωγὴν ἔχει, eius quæ animum ad diuina attollit: quomodo ἐπιθυμικὴ τὴν γενεσιν ἔχει, quæ corporis curam gerit & generationis est appetens, vnde φιλογένεσις. Multa enim modi in lib. Philosophorum, ex quibus ἀδῶραμειν intelligas, siquidem lubet eas curiosius persequi. πρακτικὸν autem partim φρονητικὸν τὴν τὰ πρακτικὰ prudentiæ est, partim κινήτικὸν, quod magis obseruatur medicis. Medicus enim ad prælagij integritatem mentis & phantasiæ, ac ex aduerso deliramenta virtutem & vitia sensus & motus maximè obseruat. Ac siue ratio, siue simulachrum rationis phantasia perturbetur, delirium id appellat, ac in acutis sæpius vtraque potestas læditur. Quod si phrenitidem, maniam, delirium distinguere lubet, id quidem liceat. In vitali facultate potestas primūm quæ σφυγματώδης: deinde, quæ θυμοειδὴς, Caloris qualitas iniecta manui, qua parte cor pulsatur, expirationis natura & sudoris, animi deliquit: & alia id genus annotantur. Ac ratio pulsus ab aliis omiffa, à quibusdam repudiata, à nonnullis diligenter obseruata. Ab Hippocrate omiffam scribit Galenus, quanquā inuenias sed alio authore, quod verisimile est, pulsum tardum & languidū 4 Epid. 2 de morbis, & in his Coacis prælagijs. Celsus vt multa nullo interposito iudicio ex aliorum libris transcribit, venis (inquit) fallacissimæ rei credimus. Herophylus Medicus interpretes Hippocrate arteriarum pulsus indices morborum miro artificio ex præsit, quæ res propter nimiam subtilitatem à posteritate deserta est. Galenus post Herophylum modulos omnes & quasi metricas leges partim ratione atque intelligentia comprehendens, partim vsu cognitas descripsit. Ac reuera fallit sæpe arteria, nisi summa ratio prius adhibeatur, quam prælagium edas. Primūm enim peculiaris natura ægri cognoscenda, qua cuique ratione pulsus arteria, dum integra valetudo est: deinde morbi tempus & accessiones, causaque pulsus obseruari debet, quia ab arteria à cōmōtione corporis & animi, à rebus externis immutari potest. Aliis copia, aliis interceptio, nonnullis qualitas & alteratio modò manifesta & elementaris, modò latens, vt in venenis & pestilenti conditione. Et in arteriis primūm leuibus, deinde asperis, angustia, vt Antipatro medico. Sed à leuium angustia pulsus, ab asperarū obstructione respiratio magis immutatur. Quibusdam peculiaris natura & latens vitium in causa est. Aliis enim pulsus adeo obscurus est, vt vix percipias, fallatque medicos, nisi quibus is cognitus fuerit. Nā è pulsu vires colligit & in obscuritate pulsus, neque phlebotomiā neque alia maiora auxilia instituit, alioqui necessaria. Ac reuera magni refert habere amicū & familiarem prudentem medicum, qui naturam ægri percognoscat, & quali pulsu sit, dum integra valetudine perfruitur. Noui quibus sanis & malè valētibus pulsus deficit. Noui quibus intercidit, quibusdā initio accessions & ea parte quæ ανωμαλία dicitur, pulsus admodū inæqualis, & sæpe præcipitans. In

tans. In vigore æquabili cursu mouetur. Sūt quibus in carpo nullus percipiatur pulsus, aliis utroque: aliis tantum altero, & qua parte captari solet, nullus anteriore parte supra pollicem percipitur. Aliis nulla parte carpi, sed interiore pollice inter duos articulos. Aliis quoque sic obscurus est, ut ad arterias temporum & pedum sit recurrendum. Ac secula vulnere arteria, quæ per brachium decurrit, pulsus in carpo multis aboletur. Aliis interno vitio, inflammatione, obstructione, oppressione, imbecillitate cordis, arteriarum & vicinarum partium pulsus admodum euariatur, paruus, languidus, intermittens, inæqualiter pulsans magno periculo. At inter inæquales motiones intermissio grauis est & maximè in iuuenibus & media ætate. Ac senes ferè vidimus, quod & Galenus obseruauit, ab eo pulsu in acuta febre conualuisse: & sine morbo, & in morbo multis senibus præcipitatur, offensus, deficit, ut in senili corpore eiusmodi pulsus inter ambigua signa numeretur, aliisque signis confirmare præfagium oporteat. Pueris periculosus, quàm senibus pulsus deficit. Inuenibus (inquit Galen.) exitiosus est omnino, quanquam adolefcentes aliquot vidimus in acutis febribus & delirio ab eo pulsu euasisse. Neque certè raritas erat, quæ falleret, sed verè intermittens pulsus. Quibusdã fanis id vitium pulsus familiare est, quod à nobis in aliquot ægris annotatum minus formidabile fuit. Vidi aliis signis salutaribus decumbentem adulescentem, cui pulsus intermitteret. Itaque cum eiusmodi signum susceptum esset, contigi fororis pulsus, quæ tum sanæ aderat, atque idem pulsus inuentus fuit. Multis in parte accessions, quæ ἀνωμαλία vocatur, pulsus præcipitatur, & altera motio alteram anteuertit. In vigore redit æquabilis motio & rhythmus pulsus. Sed & animi affectio, & alia plurima pulsus immutant, quæ si quis diligenter ediscat ex commentis Gale. de pulsibus, facile intelliget, quàm temerè pronuntiauerit Celsus, venis fallacissimæ rei credi. E virtute, quæ θυμοειδής, annotat ἀδυναμίαν Hippoc. quam ἀθυμία & δυσθυμία appellat. Et quia cor fons est insiti caloris, qui vitalis dicitur, & spiritum sequitur, & refrigeratione totius corporis ex eo halitus, qui naribus & ore excluditur, è tarditate, raritate, langore, & paruitate pulsus, è frequentibus exolutionibus, quas ἐκλυσεις in hoc opere sæpe nominat, ἀδυναμία ζωτικής, annotamus: facies quoque mortifera νεκρώδης ab Hippoc. in Prog. consignata eò referri debet. In ea, quæ φυσική ἐπιθυμίαν quoque notatur vulgò. Sed præcipua ratio in morbis coctionis est, quæ in vrinis siquidem venæ, in excrementis alui cum ventis, in sputis, si thorax particulatim excrementis, quæ per meatus corporis excluduntur, mucos, salia, lachrymis & aliis id genus magis spectatur. Sic non nutriri corpus, sed marcescere appetentia naturali partium & fuctu ventriculi emortuis. Nam quæ in ore ventriculi appetentia sita est & inopiè sensum edit, ad ψυχικὴν refertur. Caloris quoque, qui in hepate & sanguine est, quo nutritur corpus, vim & imbecillitatè naturæ ostendit. Atque is transpiratione per poros corporis temperatur, quomodo qui è corde & inspiratu & respiratione. Genitalibus quoque partibus flaccidis & emortua libidine, gignendique cupiditate, oppressionisque omnis voluptatis illecebra, quæ ab ea, quam ἐπιθυμίαν vocant, ἀδυναμία φυσικῆς intelligitur. Color quoque ad id confert, qui naturam humorum sequitur. Humor autem δύναμιν & ἀδυναμίαν naturalis potestatis. Ergo ut ad rem redeamus, vbi nulla antegressa vacuatione vires concidunt, non solum malum, sed sæpius lethale est. Solet autem id incidere, in graui intemperie principis visceris, sed magis vitalis, vbi mors celerior, syncope præeunte, pulsu deficiente, præcipitante aut inæqualiter variante, paruo, languido, vndoso, formicante, vermiculante, obscuro, nullo, vbi mors. Tardior mors à naturali & animali. Nonnunquam pestilens halitus inspiratione conceptus id inuehit: nonnunquam sublatus vapor è gangræna, putri vlcere, & vomica interiore. Nonnunquam adeo premitur copia tota natura, ut sub pondere concidat, quæ omnia distinguenda κενεγία autem ut prius.

XX.

Ἐν πυρετῷ ἔχεις οἶον ἀπὸ ἐμέτου ἐς ἀνάχρησιν τελευταῖα, κακόν.

In febre tractus velut à vomitu, in screatione desinens, malum.

A vom

**A** Vomitu tractus quidem per fibras rectas gulæ sursum est, quia aliquid vitiosæ materiæ obiter restitit, quod cum natura enititur, tractus fit. Si quid ergo illic imbibitum, aut pertinacius hærens tum gulæ, tum faucibus, tractus quidam fit & screatus, quâdo iam aliquid in fauces transmissum est. Sed id ad præfagium nihil confert, neque malum pronuntiandum est. Malum verò si neque destillatione vrigente, neque aliqua re hærente gulæ, vel faucibus æger gulæ reuellit, & sæpius screat, nihil tamen expuit. Id quod appetente phrenitide & iam instante accedit. Trahunt enim, screant, spurant certissima significatione læsæ animæ, quæ in cerebro est: quomodo gesticulantur, dimouent crus, manum, lecto exurgunt sæpius, ambulant, sedent, iacent, manum ori & naribus admouent, aliisque absurdè faciunt, etiam si sermo delirium non ostendat, læsa sed obscurius mente. Paulò post enim sese prodeat manifesta dementia. Scripsit enim in Proorrh. ἀνάχρησις πικρὴν, ἢν δὴ τίς ἢ ἀλλοσιμείων προσῆ, φρενιλικὰ. Ac nos sæpe vidimus ab eo screatu secutam phrenitidè multo magis, ut scribit, si quod aliud signum phreniticum accesserit, turbulenta vigilia, somnus variis spectris perturbatus, squalidi exertique oculi, lingua scabra, si non sitiunt pro ratione febris, gesticulatio manuum, captura floccorum & alia id genus. Est autem ἀνάχρησις, quæ & ἀπύρησις, ut Phavorinus interpretatur ἀπόρησις, vel ut Galenus, κἀδαρσις ἢ φάρυγγος. Addit Philotheus ἢ δὲ τραχέιας ἀρτηρίας. Propriè tamen de eo perstreperante conatu, qui fit dum è faucibus aliquid renitens expurgare conatur. Sed & in aliis expuitionibus vsurpatur ab Hippocrate in Aphor.

XXI.

Νάρκη ἐς ἀμφότερα ἄσχη μὲν ἀπὸ τῆς ἀνάχρησιν.

Torpor in utrumque citò translatus, malum.

**E**ς ἀμφοτέρωτα vel in vtrâque partem dextram & sinistram, aut quia modò desinat torpor, modò redeat. Est autem νάρκη hebes obscuraque potestas sensus & motus astricto, compresso, aut obstructo neruo, aliquando quoque refrigerato, ex quo spiritus animalis parùm liberè in corpus diffluit. Id in morbis resolutione sæpe portendit.

XXII.

Στάσεις αἰ ἐλάχιστα, κακὰ.

Pusilla stilla mala.

**I**am antè stillas sanguinis è naribus (σέξις dicit) cum aliis signis damnauit: nunc solas sed pusillas. Sanguis in acutis febribus, sed magis ardentibus stillat, erumpit & paulatim atque interuallis è naribus fluit. Erumpit quidem interdum ad salutem, interdum ad exitium: ad salutem cum sanguis feruens calore, spiritu & natura sese contrahente sursum rapitur, aperitque venas, quæ ad nares pertinent, atque ita aperta via vnâ cum vaporibus erumpit, vnde soluitur morbus, aut certè parte aliqua vincitur. Nam quibusdam sudor sequitur, aut alui perturbatio, quod iudicium absoluit. Sed aliquando in vitio est erumpens sanguis non tam natura, quàm morbo motionem incitante, aut ita concitato cursu, ut plus effluat, quàm vires sustineant. Atque vtrumque certis legibus distinguitur. Salutare ergo profluuium sanguinis, quale in Epid. scribitur ἢ δὲ (inquit) παθήματα τῆς κενύσεως, οἷσι μὲν καλῶς καὶ διαφιλίως ἐκ τῆν αἰμορρογῆσαι, δὲ τὰς μάλιστα σάξεδαι, ἢ δὲ εἶνα οἷδα ἐ καλῶς αἰμορρογῆσαι ἐν ταύτην κενύσει ἀποδόνοντα. Erant autem affectiones hæ in febribus ardentibus. Quibus bene & largiter è naribus sanguis, ob id illi maximè seruati sunt, neminemque noui ea tempestate periisse, cui bene profluxisset. καλῶς igitur dicit & διαφιλίως, καλῶς quidem si die critico & antegressis indicis coctionis, si à profluuium sanguinis æstus, sitis, deliria, iactatio corporis acquiescunt, ac denique febris

febris extinguitur. In legibus quoque salutaris hæmorrhagiæ scripsit Hippocrat. oportere sanguinem κατ' ἴσην profluere, vsus voce Ionica. ἴσης enim Ionibus ἐν θύρα ῥία recta via, vt si hepate & latere dextro inflammatis, è dextra nare profluat sanguis. Liene & sinistro latere, è sinistra. Ac mirum est Hippocratè tantum attribuisse eiusmodi profluvio, vt cum scripserit morbum regium lethalem ante septimum, subiiciat tamen multis sexto die auriginem extitisse, qui tamen copiosa sanguinis eruptione conualuerint, quomodo & alui perturbatione, & vrina multa, quod Heraclydi obtigit. Phanagoreon ab eo morbo regio interit in ardente febre, cui nihil vacationis criticæ obuenerit. Ac plurimos periisse scribit, quibus non erupit sanguis, neminem cui eruperit. Nos certe vidimus largas & die critico moras hæmorrhagias, sed vi morbi à quibus febris grauior, phrenitides, cõuulsiones, mortes. Nec vllum vidi ea tempestate, quæ admodum inæqualis fuerat, adiutum profluvio sanguinis. Multis mouebatur sanguis, parotides aliis nihilo magis salutare. Cuidam sexto die largiter profluxit sanguis, sedata febris: Alteri die octauo idem contigit, sed vtrique sæpius rediit febris cum grauibus & periculosis casibus, ac tandem valetudo. Itaque & morborum naturæ, & anni cœlique differentia ad præfagium adhibenda sunt, animaduertendaque omnia, quæ consequantur. δαφνίως autem largiter, quia si paucus defesta aut mala crisis est. Ac largiter quidem, vt inde soluat, nec redeat morbus. Sed nec vltra quàm vires perferant. Familiaris hæmorrhagia adolescentibus & ætate vigentibus, expectanda magis in ardente febre, interna inflammatione viscerum, præterquam pulmonis. Stillare sanguinè è naribus omnino damnatum ab Hippocra. vnde morbi malignitas & viriũ infirmitas ostenditur. Atque is casus grauior est, si in quartum aut quintum diem incidit, quod initio Prorrhæ. annotatum est. In Philisco addit ἀκρητον, valde nigrum intelligens. Stilla enim rubens non ita grauis est. Ακρητον ergo αἷμα merus sanguis est, καλοκρητον est, malè permixtus atque temperatus. Is naturali crassior & nigrior est, ac veluti exusta fex sanguinis. Itaque iam crassior & infirma natura parùm mouente astrictaque via extrillat periculosus æstate & autumno, in ardoribus, quibus familiaris est eruptio sanguinis, vbi magis fluxilis sanguis esse debeat, & maligniores morbi commouentur. Sic ergo in ea constitutione Epid. Φιλίσκου ἢ Ἐπιμίνωνι ἢ Σιλῆνι πεταρταίῳ ἢ πεμπτῆαίῳ συμκροῦν ἀπὸ ῥινῶν ἔσπερον ἢ ἀπιθανον. Philisco Epaminioni & Sileno quarta & quinta die parùm stillauit è naribus, & obierunt. Et in cathologo signorum lethaliũ δ' αἰμορροῦν ἐκ ῥινῶν, ἀλλὰ συμκροῦν ἔσπερον. Morituris, inquit, non profluxit sanguis è naribus, sed paucum stillauit ac sine recidua, sexto die cum sudore perierunt. Aliis neque semel, neque erumpit vnũersim, sed paulatim atque interuallis effluit ancipiti præfagio, vt Metoni omnibus ingrauescentibus quarta die ἐξ ῥινῶν ἀπὸ δεξιῆς μυκτικῆς αἷμα δι' ὀλίγον, effluxit bis è dextra nare paucus sanguis: ἐξ ῥινῆ λαύρον ἐξ ἀριστερῆς ἀκρητον effluxit largiter è sinistra merus. Addit in sine historix ἡμορροῦν πομπάκεις ἢ μετὰ κρείσσιν. Erupit sanguis sæpius etiam post iudiciũ. Conualuit Meton sine recidua. Quarto igitur natura iam moliebatur iudicium, sed crassior erat sanguis, ἀκρητον enim scribit. Quinto tenuatum magna ex parte exclusit: deinde quod erat reliquũ, paulatim vacuauit. Ei verò, qui in Dealcis hortò decumbebat, δευτέρῃ δὲ ἀριστερῆ ὀλίγον ἀκρητον ἐξ ῥινῆ αἷμα, Secunda die paucus merus sanguis è sinistra nare effluxit. Idem quarto contigit. Atque is non sine periculo quarto liberatus euasit. Sic ergo de eruptione sanguinis, stillatione, subinde repetita fluxione, additis quoque aliis signis, præfagies.

XXIII.

Κακὸν ὃ πάντως ἐν ὄξει δίψα παραλόγως λυγείῃ.

*In acuto morbo sitis præter rationem soluta, malum.*

**I**Am antè sitim, quæ modò inualefcet, modò torpeat, dampnauit: nunc autem quæ nulla ratione dissoluatur. Sitis inter accidentia acuta & præcipuè ardentis febris

febris est. Si igitur nulla ratione vel leuior, vel nulla est, periculum denũtiat, & tum inter signa phrenitica numeratur. vnde βραχυπότες phreniticos dixit Hippo. quia parùm & longioribus interuallis bibant, læsa videlicet mente & violato sensu, qui à cerebro ori ventriculi influit. At malo sunt omnia, quæ cõnexa morbo nec eo quidem dissoluto nõ apparent. Ardenti febre æstus vehemēs atq; vrēs calor, in exhausta sitis cõnexa sunt. Si igitur nõ caleat externũ corpus, nec æger sitiatur, seuiat tamẽ conclusus ardor, pernicios ostenditur. Quod autẽ ἀσθενῶς dicit, & nulla ratione, hoc est, si nulla vacatione, nullis remediis medicis, nulla distillatione præfertim frigida id cõtingat, cum vigeat incendiũ, lingua sicca sit & scabra, labra obarida, vrinae tenues, crudæ & multa bile tinctæ. Ita igitur soluta sitis signũ phreniticũ est & lethale.

XXIII.

Οἱ πρὸς χεῖρα ἀναισθητοὶ, κακοί.

*Qui ad manum resiliunt, in malo sunt*

**N**emo facillè intelligat, quos dicat πρὸς χεῖρα ἀναισθητοὶ, nisi qui in ægris id diligenter obseruauerit. Eiusmodi vitium aliquando ita manifestum vt coniecto oculo in manum ægri, videas quasi intremiscentem reuelli: aliquando contingenti manum id deprehenditur. Et is motus tremulus ac resultans ex tremore & conuulsione mistus est, propterea ἀσμοτρομώδης ab Hippocr. in Prorrhæ. appellatur. Ac tremor deposita manu & subnixâ conquiescit, non ita ἀσμοτρομώδης. Periculosa quidem eiusmodi tremula reuulsio, sed eget distinctione. Multos enim vidi inde reualuisse. Est autem eiusmodi distinctio. In longis febribus, quibus multa cruditas materiæ est, id accidit minore periculo non tam siccatis, quàm humore madentibus neruis. In acutis verò & ardentibus, vbi incendio resiccati nerui, infirma potestas, quæ mouet, lethale signum est: ac ferè delirium sequitur & cõuulsio, vnde moriũtur. E multis phreniticũ vidi & aliũ, qui acuta febre & delirio laborabat, inde conualuisse. Tertium, qui cum sanus videretur ex acuta febre & delirio, recidua facta trigesimo obiit. Noui quibus id etiam sanis peculia re est, quod in præfagio recognoscendum. Vidi qui apoplectico modo capti effusa in neruos materia priore malo liberati & febre & eo symptomate conualuerunt.

XXV.

Ὅταν αἷμα πυρετῶ κρυσώδει, ὀδῆμαται ὑπνάδα νεωθρευμῆα ἐς πλευρῶν ὀδῶν ἢ ἐσελθοῦσι παραπληκτικῶς κίσειν.

*Quibus vnà cum ardente febre tumores fiunt soporosi, torpidi, iis dolor in latus transiens resolutionis modo necat.*

**E**X obseruatione scripta hæc, quæ videlicet in vno ægro annotauit. διδῆματα more suo plenius intelligit, vt omne genus tumoris præter naturam contineat. Tumores igitur in ardentibus, vt plurimum existunt in alis, inguinibus & ad aurículas. Atque ij interdum pestilcetes sunt, & magna ex parte somniculosos ægros torpidosque reddunt. Pestilens enim halitus communem sensum illigat, & cerebri potestatem corrumpit. Parotidibus sopor ferè cõiunctus est, ac somni immoderati comes torpor est. Contigit ergo vt in latera conuersa materia, & violatis neruis æger resolutus obierit. Atque hoc inter ea, quæ rarò accidunt, & propterea non cadunt in artem, reponendum est.

XXVI.

Πνιγμὸς ἐν ὄξει ἐλθοῦσι ἰσχυροῖσιν, ἀλέθριον.

*Suffocatio in acutis iis qui extenuati sunt, lethalis.*



**Π**νευμὸς, interprete Galeno, ἀέρας γιγνομένη ἀπόλεια ἐξ ἧς αἰσπνός subitus interitus ex indigētia respirationis. Hic de periculo præclusa via euntis redeuntisque spiritus. Præcluditur autem, vbi copia puris aut pituitæ occurrit, aut tumor aliquis eundem spiritum intercipit. Atque is tumor laryngem, fauces, & annexas laryngi partes occupat. Isque nunc sub aspectum venit, interdū latet. Dolor nonnunquam vias contrahit & instrumentorum ariditas. Resoluuntur aliquando, qui guttur aperiunt, muscoli, aut qui claudunt, conuelluntur. Est autem casus is omnino difficilis & periculi plenus. Idem scripsit Hippoc. in Aphor. sed clarius *ἡ ἀπὸ πυρετῶ ἐχρωμῶσι δὲ δὴματῶ μὴ ἔοντῶ ἐν τῇ φάρυγγι πνύξ ἀέρας ἐπισηθαι νάσιμον*, Si à febre habito nullo tumore existente in faucibus suffocatio de repente superueniat, lethale. Quod hic author *ἰχθύη*, Hippoc. dixit *δὲ δὴματῶ μὴ ἔοντῶ*: & in Prorrh. *φάρυγγε ἐπὸ δὴματῶ ἰχθύη μετα δυσφορίας πνευμῶσι δὲ δὲριου ὀξείως*, Fauces dolentes nec tumentes cum anxietate suffocantes, celeriter interficiunt. *ἰχθύη*, inquit, *πῶτόν ἐστι μὲν δὲ δὴματῶ ἰχθύη* idem significat, quod nihil conspicuum habere. Idem scripsit in Prognost. *ἡσυχία* colore, calore & tumore definitur: tumore magis, maximè inflammatio, quæ colorem erubescens & calorem manifestò prodit. Atque ideo *δὲ δὴματῶ* dixit in Aphor. Itaque obfessa extrema arteria statim difficilis spiritus mouetur, in quo scapulæ vehementer attolluntur, excitanturque muscoli, qui violentam faciunt respirationem. Ac iam confectis viribus pinnæ narium amplius mouentur, sequiturque suffocatio & interitus. Ceterum fit aliquando, vt commotis sursum flatibus & diaphragma attollentibus genus quoddam suffocationis ostendatur minore periculo. Atque id celerius discutitur.

XXVII.

*Ἐπὶ τοῖσιν ἡδὴ δλεθροῖσι τὰ σμικρὰ βομώδεα, καὶ ἰώδης ἔμετος.*

*Signis lethaliibus iā editis tremores parui & vomitus æruginosus.*

**A**ddendum videtur *κατὰ δλεθρίου*, aut aliquid tale. Si igitur signis lethaliibus iam editis, spiratione difficili, pulsu admodum vitioso, & vrina nigra, scabritie cutis frigido sudori superueniat leuis tremor siccatis nervis & infirma cerebri virtute: adhæc æruginosus vomitus exulta bile, desperatio est. Quod enim plura signa lethalia coeunt, eò certius exitium ægri denunciari potest. Hæc autem in malignis, febribus ardentibus.

XXVIII.

*Οἱ ἐν τοῖσιν ποτοῖσιν ὑποφορόντες, καὶ ὑποβορβορίζοντες ξηροῖσι, καὶ οἱ καλεπὸς καὶ βρωχίζοντες πνεύματι βηχῶδες, δλεθροῖσι ἐν ὀξείῃ κατεψυγμένωσι.*

*Quibus inter bibendum strepitus auditur & murmur quoddam fit in siccis, & qui ægrè deglutiunt tussiculoso spiritu, lethale in acutis, quibus refrigeratio accidit.*

**I**nter signa lethalia vulgus ponit strepitum potus descendens. Idque hoc loco & in quibusdam historiis Epid. annotauit Hippocr. In vxore Theodori, quæ primo obiit, *ἐν φόρῳ ἢ πινόντων μεγάλοι ἐγένοντο*, Strepitus magni dum biberet. In Cydis filia *καὶ ὅποτε πίνει κατ' ἄνω εἰς τὰ στήθεα καὶ τὴν κοιλίην φόρος οἶος καὶ κατὰ δα*, Ac dum biberet, descendens potus in pectora & ventrem strepitus erat vt Chartadi. Paulò post in Chartadis historia idem scribit. Ac fortasse in Prorrh. vbi scribit *ἐν φρενιτικοῖς βραχυπνοῖς φόρος καθ' ἄσπερον προμάδεις*, Phrenitici rarò parùmque bibentes, strepitum facillè sentientes tremuli, ad strepitum descendens potus referri potest. Quanquam non ignoro aliter exponi ab interpretibus Hippo. Galenus enim *φόρος καθ' ἄσπερον εἰς δ' ἰώδης αἰσπνομῶσι* interpretatur, qui strepitum facillè

facillè sentiunt & timent, aut certè sic afficiuntur expauescuntque ac si exaudito strepitu mouerentur. Quid autem velit voce *φροῖσι* parùm constat, nisi febres siccas intelligat, vel ardente febre siccata corpora & gulam magis. Duplici enim causa eiusmodi strepitus ac fortasse tertia addi potest. Vna quidem occurrans potui spiritus. Quomodo enim is in eructantibus sonitum facit, ita dum bibimus occurrans & exagitans descendentem potum, strepitum mouet. Sed id fanis quidè contingit aliquādo: ægris quoque nullo periculo. Altera causa lethalis est, cum incendio febris gula siccata & contracta est imbecilliorque facta, ac iam languidius febris attrahit. Tertia causa contractio gulæ & angustia, vnde etiā fanis strepitus & sonitus glorienti similis. Ea tamen contractio in morbis à siccitate ferè est. *καὶ οἱ καλεπὸς ἀεβροχίζοντες*. Et hoc quoque interdum omnino lethale est, nonnunquam non ita periculosum. Lethale quidem, si resoluta virtute gulæ accidit. Interdum nimia humiditate madente œsophago & ventriculo vsque adeo natura abhorret à cibo, vt nihil aut ægerrimè cibus transglutiat minor periculo. Nonnunquam aliis de causis & extincta propè natura, vt quibusdam propinquis morti accidit, nihil transmittitur in gulam: Aliis nec liquida quidem transfluunt maiore periculo: Aliis illa quidem, sed neque panis, neque caro, nec aliud quod sit crassius, minus formidabili casu. Sunt quibus tumor aliquis id efficiat, vt etiā refluat potus per nares, siquidem ad fauces tumor est. Ac breuiter in acutissima febre periculosissimum est. *πνεύμα βηχῶδες*, spiritus tussiculoso accidit vel tenui distillatione in arteriam, quæ modum respirationis commota tussi perturbaret: vel quia cum transglutire æger non posset, aliquid in eandem arteriam è potu & cibo incideret. *ἐν ὀξείῃ κατεψυγμένωσι*. In acutis in quibus vel extinctione caloris æger perfrigerat, vel subinde rigor, horror, frigus incidit. Ac multos legas in historiis Epidem. quibus vtinque acciderit.

XXIX.

*Τὰ ἐν χερσὶ καὶ ποσὶν ἐρυθρήματα, δλεθρία.*

*Rubores in manibus & pedibus lethales.*

**E**ρυθρήματα abscessus in morbis, sed cum inflammatione aut erysipelatè: vidi id contingere in maligno morbo. Deposita enim materia in crura, acerbissimus dolor extitit, qui nullis auxiliis cederet, ac rubor primùm apparuit, ex quo nigror & syderatio partis: deinde inualescere morbo & tetro halitu excitato, animi deliquia, leuia deliria, mors. Potest tamè abscessus esse salutaris die critico & prius editis salutaribus inditiis, vnde soluitur febris, aut certè mitior euadat. Itaque *ἐρυθρήματα* rubentes abscessus non omnino lethales censendi sunt.

XXX.

*Οἱ ἐκφυσόντες καὶ ἀνόκλαστοὶ, ἐν τοῖσιν ὑπνοῖσιν ὑποβλήποντες, ἰτεροειδές καὶ κορρές θηροκείσι, λευκὸν διαχρόμα τῶσι (κατὰ φρέγ).*

*Efflantes & refracti, in somnis leuiter suspicientes, morbo regio abunde colorati moriuntur: alba alim egestio in his præcedit.*

**E**κφύσσις est, cum semel multum spiritus foras excluditur intercostalibus musculis, magis extimis, iunctis diaphragmati dum expirant, vt in Polycrate & Theodori vxore *ἄλλυ ἐλκυσες πνεύμα πάλιν ἄθροον ἐβρηνει* moderanter spiritu attractio rursus vniuersum expirabat. vterque conualuit. Sed hic an de efflacione in somnis intelligat, dubium esse potest, quanquam parùm verisimile, cum id multis sine morbo familiarè sit, vt per somnum exufflent etiam cum stertore: sed in vigiliis exufflare, hoc est *πνεύμα μέγα* edere, in delirij signis ponitur ab Hippocrate: quàmquam aliis mœror & grauioribus curæ, aliis particularis morbus thoracis & partium spiritalium id efficit. Quod autem sequitur *καὶ*

*vide p. 58*

ἀνακλεισμένοι, ad oculos refertur, aut verius ad palpebras. Nam & ἀνακλεισμένοι & ἀνακλεισμένοι de palpebrarum vitio dicitur, quod καμπύλου βλέφαρον dixit in Prognost. Sic enim Galenus in Epidemiis, κατακλεισμένοι εἰσι τῶν ὀφθαλμῶν ὅταν ἐκσφραγίσται τὸ βλέφαρον καὶ ἀπόρ. ἢ τῶν προγνωστικῶν διήλθον, ἔπειτα ἢ καὶ καμπύλον ἤντηται τὸ βλέφαρον, Effraatio oculi dicitur, quando palpebra peruertitur, quomodo in Prognosticis dixit, Quod si palpebra retorqueatur. Sed de vitii oculorum,causis & præfagio alio loco. Ἐν τοῖσι ὑπνοῖσι & ad ἀνακλεισμένοι & ἀποκλεισμένοι referri potest. Dicit autem ἀποκλεισμένοι, quod in Prognosticis scripsit, σκέπη δὲ τῶν ὀφθαλμῶν, & quæ sequuntur: quod & suo loco exponetur. Hæc autem & exsufflare multumque spiritum semel excludere & palpebras distorqueri, & in somnis non commissis palpebris iacere calidi sicque morbi sunt, in quo vehemens æstus efflationem cogit, palpebras natura siccæ arefacit, corrugat, virtutem conficit, & partim sequaces musculos palpebrarum reddit. Frontem quoque exuccam & minus mobilem facit. Nam fons mobilis est, ut palpebras iuuet, quod melius oculos claudant & aperiant. ἰκτρώδες & quæ sequuntur, prius exposita, omnia biliosi morbi & male affecti hepatis inditia.

XXXI.

Αἰὲν πυρετοῖσιν ἐκτάσεις σιγῶσαι, μὴ ἀφώνω, ὀλέθρια.

*In febribus mentis emotiones taciturnæ, in eo qui voce priuatus non est, perniciosæ sunt.*

Ἐκτάσεις de vehementi infania ab Hippocr. dicitur. Est autem modò cum silentio, modò cum loquacitate, cum priuatione vocis, cum integra voce. Et quæ cum silentio melancholici vitij aut ægri in veternum inclinantis inditium est. Intercepta voce suspitio fit vitij eorum instrumentorum, quæ vel afflationi vel voci designata sunt. Coeunt aliquando omnia in eodem ægro, ut in Dealcis vxore ἢ λόγος πολλοί, ἢ σιγῶσα, multa loquebatur aut filebat. Primis diebus αἰὲν σιγῶσα filebat perpetuò. Vicefimo λόγοι πολλοὶ καὶ πάλιν ἀφώνω. In eadem historia πολλὰ παρέλεγε καὶ πάλιν σιγῶσα. 21. obiit. Idem legas in vxore Theodori, quæ tandem obiit. ἐκτασίαν μελαγχολικὴν dixit in Profrh. quæ & vehementia iam θηριώδης ferina est exulta bile flava & iam cerebri corpus imbuente. Et ἀφώνω, quæ in acutis febribus accidunt conuulsis vocalibus instrumentis transire in ἐκτασίαν cum silentio, eodem libro scripsit. Primum enim febris incendio commouetur bilis & ignis naturam retinens calore feruidoque spiritu incitante rapitur in caput. Fitque ea agitatione ἐκτασίς, ex quo pertinaci malo phrenitis. Ac progressio malo & vires acquiræti exuritur bilis, vbi iam θηριώδης, cum videlicet ea bilis in cerebrum repit. Sed ut vis omnis atque impetus tandem languescit, ita & calor ille exagitans & feruens spiritus tandem torpescit ex quo quæta bilis desideriumque σιγῶσιν ἐκτασίς quæ intelligitur, non quia iam ægri vociferentur, nugætur, clament, exiliant, sed ea deprehenditur ex fixis oculis, intuitu feroci, gesticulatione manuum aliisque id genus. Nec in hoc ægro minus fuisset mortiferum, siquidem ἀφώνω vocis interceptio accessisset. At μὴ ἀφώνω dixit, quia etiam si eger taciturnus esset, gemitu tamen, querelis, sibilo & aliis eiusmodi vocem aliquam ediderit.

XXXII.

Τὰ πελιδνὰ γινώσκουσα ἐν πυρετοῖσιν αὐτῶν θάνατος σημεῖον.

*Livida facta corpora in febre mortem in breui denunciant.*

Aliquando fit, ut subito motu materię a superficie corporis in viscera & maiores venas, frigeat, liquecatque corpus, ex quo nemo propinquum exitium denunciet. Sed & multis ægris partes quædam lucescunt genæ & palpebræ, qui tamen ali-

men aliquot diebus superueniunt. Id quod in febribus, quibus insignis vacuatio comuncta est, videas. Sed in acutis vbi liuor, pallor, nigror in facie & extremis corporis partibus, atque adeo toto ferè corpore existit, & alia quæ in Prognost. describit Hippocra. in facie cadauerosa existunt, mors in propinquo expectanda est. Sic enim extintio calor is infiti notatur. Liuor autem eiusmodi extremis partibus naturâ frigidis, & à fontibus calor is ac spiritus longius positus magis apparet, vnguibus, extremis digitis, genis &c. Fontes dico cor & iecur. Vtrique enim suus sanguis, suus calor est & spiritus.

XXXIII.

Ὅταν ἐν πυρετοῖσιν ἀλγήμελος πλῆρη γυμνῶν, κοιλίη ὑδατόχολα πολλὰ διαδίδουσα, ῥηξεί.

*Quibus in febre, dolore lateris accedente, aluus multa aquosa ac biliosa egerit, hi alleuantur.*

Ἀλγήμελος dicitur, sed cui dolor coniunctus est, ut in pleuritide, quæ sæpe à serosa est sanguine & bile. Si ergo quæ materia prius in latus infuebat, ad aluum conuertitur, iuxta ratione dolor remittetur. Videndum tamen est priusquam præfagias commoto eiusmodi profluuiio, an dolor mitescat ac leuior febris euadat, nec inde vires lædantur. In pleuriticis enim omne alui profluuium dubium habet euentum, ac sæpius exitio est, siquidem vires non leuat, sed deicit, nec morbum imminuit. Atque omnino affectus partibus superioribus corporis, perniciosum alui profluuium, siquidem inde non leuatur ægri & morbi illi nihilò leuiores fiunt veternum, delirium, aurium & oculorum inflammatio. Eadem ratio in pleuriticis, peripneumoniacis, inflammationibus aliorum viscerum & febribus. Deiectiones enim non copia in laude sunt, sed si qualia oportet, effluunt, & inde ægri leuius habent.

XXXIII.

Ἀστίαι ὃ παρακολυθῶσι καὶ ἰδρώτες μὲν προσώπων ἐν χροῖσι, καὶ κοιλίης ἐρηθῆς, καὶ τί καὶ καρδιαλγίης, οὗτοι μακροτέρως νοσησάντες, περιπνευμονικῶς τελευτῶσι.

*Quibus verò inedia consequenter accedunt, ac sudores, cum bono faciei colore, & aliuo liquida, ita ut adsit etiam aliquis cordis, seu potius oris ventris dolor, hi vbi longius ægotarunt, peripneumonicorum modo moriuntur.*

Hæc sententia priori connectenda. Pleuriticus ergo è crudiore & bile tincto sanguine, soluta aluo, quæque serosa quædam permista bile reddidit, potuit leuari, sed non protinus liberari morbo. Argumento fuit, quod cibos auerfaretur. Recidivæ enim nec soluti morbi argumentum id est. Quomodo ergo in morbis acutis ἂν ἔχει πρὸς τὰς προσφορὰς bonum annotavit in morbis, ita malum ἀστίαι est. In Epid. monet medicum ad præfagium videre, quomodo habeat æger πρὸς τὰ προσφερόμενα ad cibos primum, deinde medicamenta. Ac certè maximum pessimumque signum est, vbi æger omnino cibos repudiat. Sed in ratione appetentiæ quædam sunt differentiæ, quas obiter annotare lubet. Perniciosissimum est, vbi sic abhorrent à cibo, ut nihil appetant, & immissa in os non transglutiant, sed statim reiciant, quomodo in Euryanæ filia ἀπίαι, τὸ πάντων πᾶρὰ πάντα ἔχρονον, ἔτε ἐπιθύμνεν ἀένδης, omnia fastidiebat toto morbi tempore, nullumque cibum concupiuit. Alij enim minore malo à quibusdam cibis abhorrent, alios appetunt. Quidam desiderant, sed ad oblata statim nauscant. Ergo ἂν ἔχει πρὸς τὰς

προσφορὰς, hoc est, ἐν στήθει ἢ stomachum, & quæ circa ventriculum sunt, bene habere significat. Contra verò violata aut extincta appetentia læsam vel collapsam virtutem naturalem & vitia circa ventriculum ostendit. Ac grauior iniuria est ἀσιτία, vbi nec æger appetit quicquam, nec transglutit. ἀσιτία verò minus malum est, vbi etiam si auersatur cibos, aliquid tamen quasi coactus ingerit. Sed interdum ἀσιτία & ἀφροσύνη permiscetur. In Hermocrate ἀσιτία vti signum malum notat. γένεθαι δὲ ἐκ ἀδυναμίας, hoc est, ἀπόσιτος, & paulò antè ἀπόσιτος πᾶσα πάντα τὴν χόλον, obiit. Est autem ἀπόσιτος ἐκ ἀρεκτοῦ non appetens cibos. In maiore malo est, qui appetit quidem, sed oblata statim repudiat. Iam ad perniciem ventum est, cum nihil omnino concupiscit: & siquid apponitur, vehementer reiecit & ad omnia nauseat, nihilque potest transglutire. At in præsentē sententia ex eo quod ἀσιτία scribit, reliquias morbi ostendit & metum recidivæ. Cæterum nec ex integra aut parum violata appetentia de salute, nec ex deiecta de morte statim prælagies. Alia enim signa adhibenda sunt, quanquam ferè inclinante vitio ad exitium paulatim elanguescit appetendi vis, vt tandè nec quid appetant, nec immissa in os deglutiant. Contrà progrediente morbo ad salutē vis illa paulatim reuiuiscit. ἰσοῶτες plurali numero dixit, quia sæpius desudauerit, quod à copia, imbecillitate totius naturæ, vitio interdum ventriculi accidit. Hinc igitur labefactantur vires, nec leuatur æger. Eiusmodi sudores multos, qui vires labefactant, nec ægrus leuatur, damnauit in Epid. μετὰ πρόσωπον δὲ χροιάς. ἐν χροιά est quod aliis locis ἐνανθες & αὐθιρον χροία appellauit, quando viuido & rubente colore facies efflorescit, quod pulmonariis aliquando accidit & phreniticis, & catalepticis. Sed in pulmonariis ferè saturator color est & vocatis pomis magis insidet. Quibusdam quoque phreniticis hoc idem accidit. Quòd si vicinæ partes expalleant, lethale signum est. Aliis autem viuido color in totam faciem extenditur. Hęc autem dicuntur extra vigorem accessionum & sudores. Albis corporibus facies celerius erubescit, eaque reliquo corpore facilius, quia in summo sita est, & eò magis attollitur sanguis, calor, & spiritus. Deinde quia, vt voluit Aristotè. & rara & laxa facies est, vel vt alij voluerunt, quia cutis ea parte sic coaluit carni, vt separari non possit, & ideo minus transpiret, firmius autem insideat, quicquid illic halitus & vaporum est. Atque vt δὲ χροία melius exploretur, color quidem floridus est, qualis candidis puellis bene valentibus. Alius iam saturator iisdem, vbi pudore suffunduntur: in morbis δὲ χροία appellatur, qui & cursu incalescentibus elucet existitque vigente accessione, & calido sudore phreniticis quibusdam, catalepticis, plethoricis imminetibus hæmorrhagiis criticis, aut abscessibus interdum post aures. Fit autem cum calor superiores partes appetit. Sequitur quod ἐρυθρον appellauit & φλογώδες. Is color iam saturatus rubor est nimium concalescente sanguine, quomodo Dypodi in Prorrhēt. qui si adeo incalescit, vt iam in liuorem & asperitatem color faciei deuergat, melancholiæ argumentum est. Idè quæ notatum à veteribus medicis, qui eo colore præditi sunt, propensos esse in melancholiam. Id ferè accidit hepatis apice & pulmonibus nimium concalescentibus. Quibusdam quoque mulieribus suppressa diutius menstrua purgatione & in copia sanguinis non vacuata sed diutius retenta in corpore. Omnis enim redundans sanguis nisi vacuetur in tempore, facile in melancholicum succum degenerat. Acetorem coniunctum habet, qui & oculis proditur, & ingenio ægri. Præuam dixit in Prorrhēt. πρᾶσα πᾶν ἐν χροία καὶ τὴν σκυθρωπὴν πᾶν πᾶν. Faciei color bonus cum tetrica mœstitia præuam. Nam sanguinis vstura quædam & in melancholiam transitus ostenditur. Atque vt ad coitionem signorum in ægro, qui nunc describitur, redeamus, ἐν χροία capite pleniore, & concalescente sanguine extitit. Id quod inflammatis pulmonibus accidere consuevit. Accidit autem sæpe, vt pleuritis, transeat in peripneumoniam, quod hic contigisse par est. Liquida autem alius hoc loco multis de causis esse potest. Distillatione acri è capite in ventrem, liquatione calfacti sanguinis resudante, sanie è thorace in ventriculum imbecillitate naturæ & ventriculi, quæ omnia coire possunt in hoc ægro: καὶ ἄλλοις vero illud de causis esse potest, distillatione liquamentis acris, imbecillitate stomachi, ἀπὸ πνεύμονος, angustia spiritus more pulmonariorum, in quibus

quibus cum instat exitium, virium imbecillitas efficit, vt cum diaphragmate intercostales & superiores musculi ad motum respirationis excitentur, quanquam & interceptæ arteriæ pulmonis ad id conferant.

XXXV.

Πυρέσσοντι ἐν ἀρχῇ, μέλανα χολὴ ἄνω ἢ κατω διεληθῆσθαι, θανάσιμον.

*Febrienti si atra bilis in principio sursum aut deorsum prodierit, lethale.*

**H**Oc modo in Aphorif. νοσημάτων δόσεων ἀρχομένων ἢ μέλανα χολὴ ἢ ἄνω ἢ κατω ἐπέλθῃ, θανασιμόν. At quod illic in morbis, in febre hoc loco. Itaque distinguere oportet τὰ μέλανα & τὴν μέλανα χολὴν nigras deiectiones & atrā bilem. Hæc enim acris mordax colore in nigro splendente effusa nec concreta est, similiter aceto radit, iniectaque terræ eam veluti abradit fermentatque, quorum nihil aliis nigris deiectionibus inest. Damnat igitur Hippocrat. excretiones atræ bilis, siquidem initio fiant, hoc est, priusquam natura concoxerit & noxia ab vtilibus separauerit, ἄνω autem vomitione, κατω deiectione: quanquam scio κατω ab Hippocrate de vrinis, hæmorrhoidibus, mensibus & deiectionibus communiter vsurpari. Διελθῆσθαι verò vox vim habet, vt inde intelligas non semel atque iterum, sed multis deinceps diebus. Itaque crudo etiam dum morbo quæ sponte excernuntur vi morbi non naturæ, prodeunt, omniæque in vitio censenda sunt, multò magis atra bilis, quæ interno æstu atque incendio genita vi morbi exclusa, dum per anfractus intestini deerrat, abradit, exulcerat & cancerosa vitia imprimit. Exemplum scripsit Galenus in pestilentia Asiæ constitutione, in qua primis quidem diebus ægri foetida admodum vitelli modo tineta, spumantia, acria, crassa excernebant 7. 9. 11. exusta bile & maligno modo putrefacta nigra. Atque idem scribit neminem vnquam nosse iam ab ineunte ætate confirmata cum Pelope præceptore experientia, qui exacta ea atra bile vacuata euaserit. Scimus enim qui è nigris aliis deiectionibus & in febre & citra febrem conualuerint. Potest quoque criticè vel medicamento atra bilis expurgari, vnde cõualefcit æger. Est autè in atra bile velut serum quoddam, vnde vix & in febre & citra febrem intinguntur ltenosis, & melancholia morbo detentis: ac cum duplex sit atræ bilis generatio, quæ exusta bile crudelius sequit, quàm quæ affato crassiore sanguinè. Rarius quidè vidimus eiusmodi atram bilem excerni, qualem Galenus pingit: vitellinam bilem, quæ iam in atram vergat, sæpius vidimus. Ac prius rapiuntur ægri, quàm in atram bilem vitellina transeat.

XXXVI.

Οἱ μὲν κατὰ μύξιν ἐκ ἀπύρων ἐφιδρῶντες ἄνω, δύσφοροι, φρενιτικοὶ τε καὶ ἀλθιροὶ οἱ ὄξει.

*Qui cum perfrigerationibus non sine febre, supernè exudant, molèstè ferentes, & phrenitici, in acuto morbo perniciosè habent.*

**C**oitio est omnino mortifera, in qua ex ancipiti pugna lethalibus signis editis natura morbo succumbere intelligitur. Ac sæpius quidem de perfrigeratione, quam κατὰ ψῆν, & sudatione, quam ἐφιδρωσις appellat, dictum est. Vtrumque hoc loco extinctionem insiti caloris ostendit. Ac verisimile fit interno vitio partis principis ægros, vnde hanc sententiam collegit, periisse. Hinc enim ferè κατὰ ψῆν multo magis, vbi interno incendio natiuus calor extinguitur. Eadem ratione & in superiore parte sudatio ἄνω enim hoc loco caput ceruicemque intelligit. Ab eiusmodi enim sudore abolitio naturæ intelligitur, qui si frigidus est, mors est in foribus. δύσφορίαν verò imbecillitas virium aliquando efficit, quæ iam non sustinent

corpus, quanquam & læsa mente & interna flamma, acri quoque materia intus feruente commoueri potest. Vulgus certamen mortiferum appellat, vbi vita in præcipiti est. Phrenitis autem siue obscura sit siue manifesta, graui intemperie cerebri fieri solet, violata anima & humore acri in cerebro feruente. Hæc omnia vbi coeunt, mors in breui expectanda est. ὅτι ὄξει enim sic potius interpretet, quam in acuto morbo. Quod autem ἐκ ἀπιρρωῦ dicit non sine febre, vel leuem quidem febrem intelligit, vel febrem simpliciter, vel denique, vt accidit, quæ manu vix percipiatur, sed pulsu crebro & frequenti, lingua scabra, interiore flamma intelligatur.

## XXXVII.

Τὰ ἐπὶ ὀλίγον ὄξει ἀλγηματὰ ἐς κληίδα, καὶ τὰ ἀνω πτερύοντα, ὀλέθρια.

*Dolores modicè acuti ad claviculam, ac sursum transeuntes, perniciosi.*

**E**πὶ ὀλίγον ὄξει connecti potest, vt sit hæc sententia: Qui paulatim acuuntur, hoc est, crescunt dolores, siquidem in claviculas & superiora transeunt, sunt lethales. Alioqui de doloribus sermo, qui paulatim ex inferioribus partibus corporis in superiores transferuntur. Atque vtrunque verisimilius videtur, quàm si ἐπὶ ὀλίγον ὄξει modicè acutos intelligas. Leuis enim dolor, etiã superioribus partibus insidet, nondum lethalis est. Cæterùm omnis humorum transpositio ἀποστασιμῶς ἢ μεταθεσιμῶς appellant, siquidem infernè sursum mouetur, periculosa est, & vi morbi non naturæ fieri consuevit. Nam & parotides, quæ ita fiunt, lethales sunt aut difficiles. Ergo videtur reprobrare quod damnauit sapius, trãslatum vitium ex inferiore corpore in superius. Qua verò ratione dolor existat in claviculis, prius expositum.

## XXXVIII.

Ἐν μακροῖσιν ὀλεθρίοισιν, ἔδρησ ἀλγημα θανάσιμον.

*In longis perniciosis morbis, sedis dolor lethalis est.*

**S**i morbus longus lethalis est, hydrops, tabes, putris abscessus interior aut cancerosus, etiã si sedis dolor non accesserit, poterit ægrum conficere. Sed per dolores viribus aliquid decedit, somnus interturbatur, vnde mors celerior esse possit. At in quibusdam morbis diuturnus dolor sedis adueniens salutaris est. In melancholia, mania, in longo dolore renum, in quartana febre, in splenicis concursus sanguinis ad venas, quæ in sedem definunt, dolorem etiam acerbissimum mouere potest. In quibusdam crifibus dysentericæ fiunt, atque obiter humor sedis dolorem inuehit. Eget ergo hæc oratio distinctione.

## XXXIX.

Τοῖσιν ἀοθενέως ἤδη διακτετιμῶσι, μὴ βλέπῃν, ἢ μὴ ἀκούῃν, ἢ διασπρέψαντες χεῖλος, ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ῥίνα, θανάσιμον.

*Si debiliter iam affecti non videant, aut non audiant, aut labium, aut oculus, aut nasus ipsis distorqueatur, lethale.*

**H**æc sententia paucis immutatis scripta in Aphor. & aliqua ex parte in Prognost. annotata. Refertur autem ad eam potestatem, quæ ex cerebro defluit. Solet autem ἠδὲ particula addi, vt præcipitium virium augeat. Itaque si iam præ langore eius virtutis, qua videmus vel audimus, non peculiari vitio instrumenti æger

æger neque videt neque audit, & is iam debilior est, lethale quidem non solum, sed vt in Aphor. ἐγγύς ἐσθ' ὁ θάνατος, mors in propinquo est. Emarcescit enim potestas, quæ sensum facit, euanesctique spiritus, qui ad sensum partibus influit. Peruerfiones autem partium ex eodem loco vitium trahunt, & ad mouentem facultatē pertinent. Ponimus autem non fieri peculiari vitio instrumenti, & vtrunque labrū quidem quatuor musculis, ὁσὶο mouetur formis. Vno quidem motu obliquè in latera: duobus superioribus à malo sursum recta: duobus inferioribus à menti lateribus deorsum: rectà interioribus fibris intro replicatur: exterioribus foras euertitur. Itaque altero tantum superno vel inferno motu distorquetur labrum: & vt alij sunt in vitio, ita labra variè deformantur. Accedente quoque vitio lati musculi eadem accidunt. Tertia verò cōiugatione læsa, quæ parte aliqua musculos labiorum mouet, peruerfio accidit. Annotandum tamen quod Pythoni accidit, cui os septimo distortum materia cerebrum relincente & eos musculos impetente, aut quia remediis adiutus cōualuit, raro exēplo. Oculum autem peruerfio duobus modis intelligimus, vel musculis oculi mouētib, vel palpebris, quomodo distortis labris distorteri os dicimus. Itaque grauior casus est, vbi musculis oculi cōuulsis id accidit. Vicini enim admodum sunt principio & secundo coniugio neruorum, vnde motum accipiunt. Sunt autem & qui in angulos & qui sursum deorsumque mouent, & qui agunt in circulum. Itaque & conuulsione & resolutione id contingit, vel altero coniuge neruo resolutio & altero conuulsio, vel tantum altero resolutio, vel vtroque conuulsio. Eadem ratio in palpebris conuulsis aut resolutis musculis, qui ad angulum trahunt clauduntque oculum, & qui à supercilio sursum retrahunt palpebrā & oculum aperiunt. Sed & palpebra natura sicca tarso constans cute & membrana in ardentibus febribus facillè exarescit & rugas trahit atque contrahitur. Atque superiora vitia in oculis & palpebris κατακλάσιμ, ἵλωσιμ, κριπύλον, ἐκκινῶν & ῥινοσιν vocat Hippocrates. Nam in Epid. κατακλάσεις ἢ ὀφθαλμῶν intelligit Galeno interprete ὅταν διασπρέψεται τὸ βλέφαρον. In Prog. διασπρέψῃ, vt hoc loco, μίκρωσι in Epid. & in hoc opere βλεφαρίδων κριπύλων. In Occeti vxore δεξιῶ ἱμάνει ab abortu 14 periit. In eo, qui in Dealcis horto iacebat, δεξιῶ ἱμάνει, is æger timè conuulsit. Sic in hoc opere ἱμάνων ὀφθαλμῶν. In Proxhet. verò ἵλωσιν ὀφθαλμῶν, alij ἁλώσιν scribunt. Id quoque notat ὀμμάτων διασπρέψῃ. Eadem ratio narium, pinnarum scilicet, quæ tenuis musculos à malis obliquè excipiunt neruos à tertia cerebri coniugatione. Sed lati musculi vitia tota propè facies sentit, vt supercilia frontis & labiorum nasus, non multo minore periculo, quàm si proprio vitio laborent.

## XL.

Ἐν πυρετοῖσι βυβῶνος ἀλγημα, καὶ ἐν χροῖνι σημαίνει.

*In febribus inguinis dolor, morbum diuturnum significat.*

**B**υβῶν bubo τόπος ἐν πλάθῃ, locus & morbus est Phauorino. Locus quidem qui in flexu femoris est ad genitales partes. Morbus φλεγμονὴ ἀδηνῶς glandulæ inflammatio ἐπὶ τῷ ἐπαρειδῶνι καὶ μεγάλῳ βάλανῳ ἐς ὀδῶμα, quia affurgit & in magnū tumorem attollitur. Existit ergo locis glandulosis. Est autem glandula ἀδηνῶς σῶμα σπογγώδες spongiosum corpus, vnde & quæ ad fauces attinent, glandulas σπῆγος appellat aliquando, vt 4. Epid. Affurgit autem bubo plurimum quidem in inguinibus, vbi glandulæ sunt, qua decurrentes venæ diuisionem cōfirment: deinde in alis, collo, & vt testatur Galenus, in cubiti flexu, quod & nos in pestilente cōditione vidimus. Possunt quoque & in poplite existere. In his ergo vt quæ neruo sensusque careant, & vi excretrice tum alius naturalibus potestatibus imbecilli reiecta è visceribus & corpore excrementa facillè combibunt, vnde exturgent atque aliquando inflammantur, aut certè dolent improprie quidem, cum neruo, vt dictum fuit, & sensu careant. Sed vt bubo locus est, non solis glandulis constat, sed & neruo, venâ, arteria, membranâ & carne, quorum quædã sentiunt & dolent per se, vel affectis glandulis consentiunt. Quod autem scribit longum morbū significari, id certè perpetuū esse

esse non potest. Ex inguinum tumoribus febres omnes malas scripsit Hippocrat. præter diarias. Atq; hoc loco non tumorem bubonis simpliciter, sed ambigudè ἀλγυμια scripsit, qua voce & dolor & morbus significatur. Sed facile tumor exurgit in inguinibus dolore factio, quia spongiosa partes rarè decliues, imbecilles, & articulus magnus prope est, quod & experientia confirmatur. Nam & in pene & extremo pede dolor factus tumorem excitat in inguinibus ac visceribus malè dolentibus & inguina & ferè crura condolefcunt, corpore quoque pleniore, quod adolescentibus & masculis, sæpius quoque puellis non satis exeunte menstruo sanguine accidit, idque sæpius vere. Nam medio vere plures ducentas vno anno vidimus. At id sine febre sæpius est. In visceris inflammatione & maligna inde febre fere lethalis eiusmodi bubo est, magis etiam in pestilente, quanquam annotavit Hippocrat. in pestilente conditione 3. Epid. φύματα τῶ πρὸ βυβωνίας tumores circa bubones, in qua constitutione alij celerius, alij tardius moriebantur & conualefcabant. Aristocrates à bubonis tumore & dolore sub alis celeriter mortuus. Fullones à bubonibus duris indolentibus mortui tardissimè. Itaque parum artificiosè dixit inguinum dolores longum morbum significare. Nam qui ex maligna viscerum inflammatione oriuntur, celerem mortem adferunt. Pestilentes 2, 4, 6, 8, die existunt, vt Rufus annotavit & vsus docet. Aliis vnà cum febre, quibusdam ante febrem. Sūt quibus nihil tale cogitantibus derepente dolor quasi euibrante iaculo in inguinibus & alis percipitur. Quibusdam carbunculus antecedit, bubo sequitur. Nonnullis bubo sine carbunculo, & carbunculus sine bubone est. Nec defunt qui incurrente in metum pestis crasione tendine, qui ad inguina decurrunt & tumente & dolente. Atque, vt breuiter dicam, non temerè in febre pronuncianum à bubonum doloribus longum morbum significari. At fieri potest, vt deposita cruda frigidaque materia febris in inguina morbus trahatur, neq; tamen ex eo videlicet, vniuersaliter pronuncianum est.

XLI.

Αἰ δὲ πυρετοὶ ἀκρισταί, χρόνος ἰδὲ ἐμπαίουσιν, ἀτέροχι δὲ λέθρηαι.

*In febribus indicationes impeditæ ac sublatæ, temporis quidem diuturnitatem inducunt, non autem perniciofa sunt.*

**I**N quibusdam ἀκρασίας, non ἀκρισίας legitur. Est autem ἀκρασία quasi δυσκυνία, vbi præ copia grauatum corpus vix potest incitare articulos ad motum. Ita ἀκρασίας γλώσσα ab Hippoc. non incontinens, vt quidam voluerūt, sed quæ impotentia quadam ægrius mouetur, vt vocem articulatam & sermonem exprimat. Contingit id, quomodo linguæ imbibitæ nimio humore in ebris, sic toti corpori, vbi laboriosa febre laborat, quam multus humor crudus musculis & articulis conceptione, vel tardius & paulatim, interdum abscessu ad articulos, vt voluit Hippocrat. Itaque in eo genere febrium statim initio commota ea materia neuos, membranas & articulos irrigante lassitudo quidem grauis, & laboriosa atq; difficilis motio corporis, quam ἀκρασία dicit, percipitur. Eadem sententia ἀκρισία notantur, quia vel nulla vel leuis quidem excretio fit, & aut multa quidem, sed inutilis, vnde nec soluitur morbus, nec leuatur æger. Vtrius igitur legas, ἀκρασίας vel ἀκρισίας verus sermo est, & conuenit febribus laboriosis, quas κοπιώδεις nominare solet à copia crudi succi. In iis enim & cruda materia est, & eadem sunt excrementa, deiectione, vrina, sudor. Ac rectè quidem scripsit ὅμα ἢ ἀπεπτη ἀκρισίας σημαίνει cruda & nō maturata priuationem difficultatemque iudicij significant. Nam ἀκρισία sæpius accidunt, quia læta, viscida, frigida, cruda materia morbi est, vbi certè minus periculi est, quam vbi vel infirmitate naturæ, vel malignitate morbi accidunt. Cruditas enim non ἀκρισίας solum, sed, vt addit, καὶ πόνος, ἢ χρόνος, ἢ θανάτῃς, ἢ τῶ ἀπὸ τῆς ὑποστροφῆς. Propterea non simpliciter, sed adhibita prius distinctione, scribere oportuit ἀτέροχι δὲ λέθρηαι. Nam longo morbo imbecillior natura succumbit, & eodem maligno, dum

nulla vel defecta iudicia incidunt, extingui potest. Sic ergo hyberna illa cōditione, quam 1. Epid. describit anno toto frigido humido boreali ἀκρισίας, morbi longitudo laboriosa, recidiua, vt paucis admodum, quod erat breuissimum, octuagesimo die febres iudicarentur. In ea historia facilè videas labores quibus longius ægri affligerentur. Eaque iusta expositio esse potest huius sententiæ. Et tertio Epid. pestilente tempestate ἀκρισίας notauit, in qua alij breuius moriebantur, alij tardius, quidam ægre conualefcabant. Hoc autem vt intelligas & ἀκρισίας & ακρασίας non solum morbi longitudinem, sed & alia interdum significare, atque ita egere distinctione quod scripsit hinc author.

XLII.

Οἱ ἐξ ἀλγυμιάτων ἰχυρῶν πυρετοὶ, πολυχρόνιοι.

*E fortibus doloribus febres diuturnæ.*

**D**olor fortis à magnitudine causæ, qualitate materiæ & natura partium est. Causa in genere intemperies & solutio continui. Vtraque verò magnitudine differt, & alia intemperies plus minùsve recedit à moderatione. Maior quoque vel minor solutio est. Maius vulnus & minus, maior minorve distensio. Deinde calida intemperies, acris & feruens materia grauiorem dolorem commouet. Deinde eadem frigida. Et multum pauco magis excruciat. At natura partium duplex. Altera communis: altera propria. Ac natura communi nerui vegetius sentiunt, & hi quidem aliis partibus affecti magis excruciant. Propria verò, quia quibusdam vegetior sensus est, intestini, stomachi, & aliarum partium. Ex his ergo dolor fortis, quia vbi coeunt magnitudo causæ, qualitas materiæ, sensus acrior, tum certè crudelissimus dolor excitatur. At quod scribit, inde febres diuturnas nasci, perpetuum non est. Critoni enim è dolore pollicis pedis vehementi febris acuta 4 die, paulò post expirauit. Et è neruo dolor & inde febris, nisi maturimè occurramus, conuellit, breui infaniam mouet & interficit.



IACOBI HOLLERII  
STEMPANI MEDICI COM-

MENTARII SECUNDI IN COACA

Hippocr. Præfagia liber tertius.

I.

Αἱ ζομώδεις ψιλαφώδεις παρακρῆσις, φρενιτικαί.

*Tremula palpantes desipientia phrenitica.*



**A**DDITVR huic sententiæ ab authore ἀσπφείες, & πάνυ φρενιτικὰς scribit valde phreniticas. Ac certè verissima hæc sententia, & quam sæpius liceat obseruatis ægris cōfirmare in malignis & admodum acutis febribus. Primū enim tremulus quidam motus est: deinde, qui prius ασσώμοτρομος descriptus est, ex quo palpitatio, quæ omnia paulatim crescūt & in conuulsionē sæpe transeunt. ψιλαφώδεις autē dicuntur, quia absurdè manū dimouent, palpant quasi aliquid captent & venentur. Sic enim ἐψιλαφῶα vox ab Hipp. in Epid. intelligitur. Additur in Prorrh. ὅς ἢ τῶ δὲ διδύμαρχου ὅς καὶ, vt Didymarcho in Co. Quod autē author Prorrh. ἀσπφείας addit, alterū genus phrenitidis ostendit. Alij enim phrenitici exiliunt, clamant, vociferantur, cōtineri loco nequeunt: alij iacent taciturni demissis palpebris quasi dormiant, interdum ob-

τιμωται



murmurant, sed palpitatione, gestulatione manuum & aliis signis phrenitidem produnt. Ac saepe ex obscura phrenitide turbulenta insania sequitur: nonnunquam hæc in obscuram transit. Idque duplici ratione. Nam aliquando rudimenta quaedam sunt delirij, & humor crudus multus & frigidus euincit opprimitque, ac veluti suffocat latentem bilem & putrem materiam actiorem. Quomodo ignis oppressus aliquando vi maiore euolat & flamma altius erumpit: sic in obscura phrenitide manifesta & turbulenta latet, quod saepius notat Hipp. obscuram dementia notare vehementem insaniam. Ac rursus ubi exhalat flamma & violenta motione dissoluitur, vis crudæ materiae frigidaeque inualefcit, vt è phreniticis lethargici fiant & in cataphora degenerent graui periculo. Quomodo in pestilenti conditione 3. Epid. *ὅτε ἐξημάλινη τὴ φρενικῶν ἐδέεισ ἄσπερ ἐπὶ ἀλλοιοσιν ἀλλὰ ἐπὶ τῶν καταφορῶν κακῆ νοσήσῃ βαρῆως ἀπόκλοντο.* Ac nec phreniticorum vllus valde insaniuit, vt in aliis: Sed alia quadam cataphora mala torpida grauius interibant. Fit quoque commutatio ea alia ratione, vt è turbulentis & vociferantibus quieti & taciturni euadant, quia prius quidem cum bilis acrisque materia exturgeret, agitaretur atque excurreret, manifestissima se proderet dementia. Edomita verò bile & compressa motione substantiæ cerebri illa imbibitur, & fit veluti ἐκτὸς dementia malo irremediabili.

II.

*Καὶ οἱ τῆ γαστροκηλην πόνοι, ἐν τῆτοι γνώμῃ παραφοροί.*

*Et in his dolores circa suram, mentem emouent.*

**F**Emotis aut suræ dolor deliriū adferre nõ potest, nisi recurrat inde in caput materia. Quomodo Caluo Larissæ è femoris dolore quiescete perturbatio mentis & multa iactatio accidit, & inde mors. Atque aliquando trāsata materia in crura & suras deliria conquiescunt & vitia, quæ circa caput consistunt, quod Herophonti contigit 1. Epid. Dolor autem in suris fit effusa parte materiae, copia tendente, & qualitate lancinate in musculos, qui illic sunt. Ac mirū forte, quod nos bis aut ter obseruauimus, dolores suræ intolerabiles in febre, qui neque fotu, neque litu, neque cataplasmatibus cesserunt. Mortuis ergo ægris iussimus crura & suras aperiri nouacula, inuentumque pus album, pallidum, læue, æquale, spatii inanibus diffusum, & maiore vena conclusum. Atque vt notaretur locus, vnde pus eiusmodi aperto ventre vomicosum hepar & putre inuentum est. Itaque verisimiliter loco sanguinis pus per maiorem venam in crura & suras, quæ admodum venosæ sunt, transmissum. Hæc sententia prius exposita.

III.

*Ὅτι ἐν ζῶντι ἀφρονί καὶ ἰδιῶνι μόνοντες σκαρδαμύσουσιν, ἢν αἵματος ῥύεντος ἐν ῥινῶν ἐμέσθοντες φθέγγωνται, καὶ παρ' αὐτοῖσι γένωνται, σώζονται, μὴ γενομένων δ' ἐτέων δύσπνοοι, γήσκουσι σωτῆριως.*

*Quicumque in febre continua, voce destituti iacentes, oculis conuulsi nictant, hi si postquam sanguis ipsis ex naribus fluxit, & ubi vomuerunt, loquantur, & ad seipsos redeant, seruantur. Si vero hæc non fiant, difficulter spirantes facti, breui moriuntur.*

**I**N ægris, ex quorum obseruatione hæc scripsit, materiam febris sursum erupisse oportuit: atque ita occupato cerebro priuationem motus, sensus & vocis exitifese, quam ἀφρονίαν appellare consuevit. καμῆντες autem non de ægris simpliciter dixit, sed his qui proiecta virtute similiter mortuis, aut catalepticis iacent. Quod autem sequitur μόνοντες σκαρδαμύσουσι eiusmodi est. Aliis ægris omnino clausi oculi permanent, quod in acutis malum scripsit author Prorrh. & postea exponitur. Quibusdam aperti, exerti, fixi elucet, atque, vt idem author scribit, ἀτενῶς ἐκλάμπουσιν, argumento insaniam. Vtriusque vitij participes sunt σκαρδαμύσουσες. Hi enim oculos clausos leuiter motitant, subinde aperiunt, atque nictantur, ubi oppressa natura

tura atque ideo imbecilla excitat quidem aperientes oculum musculos, sed parum promouere potest. Itaque sic constituto ægro, siquidem natura collectis viribus exurgit, & opprimentem materiam per nares & vomitum excludit, salutis spes ostenditur, multo melior, siquidem à vacuatione æger loquatur & ad mentem redeat. Vsurpat enim *παρ' αὐτοῖσι καὶ παρ' ἑωυτοῖσι παρὰ σφίσι αὐτοῖσι* de his, quibus & sensus & intelligentia integra est. At si nihil horum acciderit, neque iuuetur arte facta vena, frictione, vinculis, cucurbitula aliisque id genus obortis grauibus iniuriis, celeriter moriuntur. Inter quas difficilis est spiritus materiae parte in pulmones irritante, læsa neruorum origine, à qua nerui sunt, qui respirationis musculos & instrumenta mouent, ac denique natura deficiente. Aliis quoque & dentium stridor & distensiones manuum, & oculorum vitiosa motio, aliaque id genus, quæ ab interceptione venarum sequi scripsit Hippoc. libro de victus ratione in acutis.

III.

*Οἱ λαβόντες ἐς τὴν ἀυελον παροξυθέντες, κακόν.*

*Qui hodie accessione capti, postridie acerbius capiuntur, in malo sunt.*

**O**bscura vox hæc λαβόντες, nisi quod Hippoc. teste Galeno, ἐπισημασία est μάλιστ' ἢ ἐκ ποδῶν accessionis quæ è circuitu repetit. Si cui ergo significatio quædam febris, aut accessio ipsa est, expectari potest vt tertio vel quarto die ea redeat. Si verò postridie recurrit, & grauius ægrum habet, metus incidit, vt ne in continuam febrem transeat morbus, & ne accessiones aut exacerbationes in dies pares incidant, quorum vtrumque malum est, inualefciente causa & malignitate morbi sese profcrente.

V.

*Τρίτην ἐπιχρόντες τετάρτην παροξυθέντες, κακόν. ἀράγε καὶ φρενιτικοὶ οἱ τοῖστοι παροξυσμοί.*

*Si tertia die cohibiti, quarta exacerbentur, malum est. Num et tales exacerbationes phreniticae sunt?*

**S**Vnt qui ἐπιχρόντες remittentes legant. Ac sic quidem malignæ febris argumentum est. Acuta enim febris paribus remittit, imparibus augetur. Quod si paribus diebus inualefcunt accessiones, omnino morbus malignus est. Nec si ἐπιχρόντες legas, hoc est, ἐπιπαροξυθῆναι caret oratio veritate: cum sequatur *τετάρτην παροξυθέντες*, quæ quarta die exacerbât: monet locis aliquot, idemque annotat Hippo. vt diligenter animaduertamus in acutis febribus, quæ quarto die accidunt, quia videlicet grauius morbi argumentum est, cum vel eadem, vel grauior febris est quarto atque tertio. Oportet enim ex natura acuti morbi tertium diem grauiorem esse, quartum verò leuiorem; & hoc quoque signa ede, quæ salutare iudicium septimo prænunciant. Alioqui si quarto omnia grauiora ostenduntur, metuendum vt ne sexto moriatur æger. Philisco omnia quarto grauiora, sexto obiit. Iubet ergo Hippoc. in opere *πρὸς Σμάτιν τῶν ἀξέων* vt quæ alternis diebus fiunt & accidunt tertio die, annotemus: quæ si grauia superueniunt tertio die, καὶ ἢν, inquit, *ἢ τετάρτην ἢ τρίτην ἢ μίση ἢ μοιοῦ ἔχει, τῶν αὐτῶν τῆτων κωδωνάδης ὁ κάμων γίνεται.* Et quarta die aliquid simile adferat tertio diei, in periculo æger est. Et paulò post quarto die turbatam linguam, & alium liquidam signa delirij annotat, quia vt appareant quidem aliis diebus, grauiora tamen, quia in quartum incidant. Atque vt quarta dies vel eadem vel grauior superueniat, nondum tamen de morte pronuciandum: sed

quod iubet Hippo. considerandū, quid aliis diebus 5. 6. 7. accidat. Vbi enim in dies malū ingrauescit, & deteriora edūtur signa, exitiū portēditur. Ac melioribus omnibus spes aliqua necdū certa ostēditur. Nam difficilis morbus est futurus, vbi quartus dies grauior extitit. Initio Prorrh. dānauit stillas sanguinis ē naribus tum aliās, tum maximē, si 4. die extillauerit. Sileno adolefcēti omnia 3. die grauiora, 4. eadem. Sustinuit robore ætatis ad vndecimū, quo die obiit. Erasino omnia 4. quanquā tertio deteriora, 5. ad occasum solis interit. Hæc autē & aliis historiis Epid. & quotidiana experiētia cōfirmare potes. Appellat autē *πυρετικός*, vel in quibus phrenitis incandescit, vel moueatur, vt phrenitidis nomine omne delirij genus includat, quod Philisco, Sileno, Erasino contigit. Atque vt quarto omnia deteriora grauem metum incutiunt, ita meliora spem magnam ostentant.

VI.

*Ὁκόσσιον ἐκλείπεισιν οἱ πυρετοὶ μὴ κ' ἰκρίσιμους, ὑποβοηκόν.*

*Quibuscumque desinunt febres, non in diebus indicatoriis, his recidua fiunt.*

Idem scriptū in Aph. & 2. Epid. nisi quod hic *ικρίσιμους*, illic *πυρετικός* dixit, quia videlicet prima ratio critica imparibus ab Hipp. attributa est, atq; adeo solos impares criticos iudicauit. Impares quidē nō Arithmetica ratione, qui videlicet in duos pares numeros diuidi non possunt: sed impares quidē, quomodo 7. impar est, vel quia in rationē septenarij critici incidūt, qualis 14. 20. 34. 40. hoc idē cōfirmat quod lib. de morbis scribit nō oportere diebus imparibus medicari ægros, tum qui laborent febre, tum qui vlcera. Et febres & vlcera 3. 5. 7. 9. 11. dissoluit: subdit τὰ ἡμέριστα ἢ ἀπὸ τεσσαρῶν καὶ δεκάτων ἀρφλεγμάινει δὲ τὸ ἰσχυρὸν ἐστὶ τὰ νοσήματα κενεῖται ἢ τῆσι πέντε ἢ ἡμέραιων, Maximē verò vlcera 14. die ab inflāmatione liberātur. Atque eiusmodi ratio ostendit morbos in imparibus diebus iudicari. Sic ergo 14. par arithmetica ratione, quia in duos pares numeros diuidi potest. Impar quia incidit in rationē septenarij. Alioqui parū sibi cōstaret Hip. & vsus docet plurimos morbos 14. integrē dissolui, potētissimūq; hunc diē in morborū iudiciis. Nec ignoro alio loco 14. inter pares ab Hipp. cenferi. Sed sit par & impar diuersa ratione. Asclepiades ē controuerso rabula factus medicus, vt omnia propē placita medicorū atque etiam Philosophorū voluit euertere, sic & hanc verissimā sententiā & quotidiana experientia corroboratā reprobauit. Atq; vt res clarius iudicetur, morbi certis periodis terminātur. Periodi criticae duæ annotantur: quaternaria, septenaria, & tertia ex iis, quæ vicenaria est. Sed quaternaria ostenditur, quid septenaria accidat. Atque iis diebus quaternariis, septenariis, vicenariis mutationes in morbis existūt. Ac particulatim de iis initio 2. lib. Et vt pares quidem sint eorū plurimi, ab aliis tamen paribus differunt, quia alij nullam rationē suscipiūt septenarij, critici verò ex septenariis coalescūt. Pares sunt 6. 10. 16. sed qui nihil retineāt naturæ criticae septenariorū. Pares sunt 14. sed ex duobus septenariis: 20. ex tribus: 27. ex quatuor: 34. ex quinque septenariis: 40. ex duobus vicenariis: quas, vt dictū est, tres septenariae periodi cōstituunt. Atque eodem modo in 60. 80. 100. 120. Atque interdum coitioni septenariorū accedit quaternaria ratio 17. vel 18. 24. 30. vel 31. 37. simplici septenaria quaternaria periodus iungitur, 11. 3. 5. 9. & quibusdam aliis imparitas sola est, & natura intercidens: sed iis minor vis, quā septenariis, & iis qui ex septenariis coeūt. Firmissima sunt igitur ea signa & euenta, quæ eiusmodi periodis incidunt, siue ea salutaria sint, siue lethalia. Infirma verò, quæ extra has periodos, nisi quod accessiones & exacerbationes paribus diebus, qui nullam rationem retinēt septenarij, ferē exitiosi sunt, quæ verò iisdem diebus melius cōtingunt inutilia putantur ad præsa-gium. Intercidentibus vocatis media natura est. Atque hæc vt vsu quotidiano, sic multis historiis ex Epid. Hippo. confirmantur. Sed nec dubitamus à deficientibus febribus diē critico & impari reciduas esse, sed hæc & periculosa minus, & rarius eueniunt. Herophonti diē 9. febris desit, & 14. rediit. 17. liberatus is est. Graudæ mulieri,

lieri, quæ in littore habitabat, 7. desit. 11. reuerfa est, 14. iudicata. Hermocrati & 14. & 20 febris quieuit: 17 & 24 rediit. obiit 27. Ei quoque, qui in Dealcis horto iacebat, 11 febris desit. recidua 14. 20 quoque sine febre. 40 tandē iudicatus. Cherioni circa octauum febris desit, 9. rediit, & circa 19 desit. 20 perfēctē iudicatus. Euryanatis filia desit 6, postea rediit nullo prope ordine: tandem de functa. Pario 34, & 40 desit: postea erraticē rediit: 120 obiit. Mulieri Thasæ desit febris 27: postea rediit: obiit 80. Pericli 4 iudicium, neque reuerfa febris est. Abderitæ virgini 20 desit: rediit 24: 27 febre iudicata est. Anaxioni 20 desit, rediit 27: 34 liberatus. Heropytū circiter centesimū febris reliquit: 100 liberatus omnino. Ita nemō ex paucis particularibus vniuersale colligat. *ὑποβοηκόν*, quod *ὑποβοηκός* est. Est autem *ὑποβοηκός*, quæ *ὑποβοηκός*, cum, qui morbus videtur absolutus, postea repetit. Ac recidua ferē sūt diebus criticis insequētibus. Ac nos ferē vidimus ea indicia, quæ 6. 8. 10. finit, aut exitiosa, aut *ὑποβοηκός* est, quia inde recidua & difficilis exitus. Cur autem ita contingat, difficilis quidem quæstio est. Hipp. interturbato motui naturæ attribuere videtur. Vt enim in mari manifestē fluxus est & refluxus, & in visceribus terræ modò calor & humor in ea ipsa viscera recipitur, modò sese foras explicat: sic in nobis motio quædam est foras: quædam intro. Tertiā addit Hipp. que in circulum. Itaque imparibus diebus corpus dimittit excluditque, quod noxium est: trahit verò paribus. Vbi attractum occurrit sano & vtili humori spiritu & natura agitæ: siquidē quod est sanum superat, excluditur noxium, si superatur exhalat vitalis spiritus, & quod est noxium, corrumpitur. Ea autem commotio imparibus, sed maxime fit in iudicatione morbi: quod cum cōtingit, homo melius aut deterius habet, sanus euadit, vel extinguitur. At si relinquitur diē pari humor noxius & permixtus sano non mouetur, recidua fit: si excluditur, cōtra naturā motionis id est: propterea insalubre est. Ac de recidua causis alio loco. Hic enim cur recidua fiat, si paribus febris relinquitur.

VII.

*Οἱ ἐν ἀρχῇ λεπτοὶ μὲν κεφαλῆς σφυγμοὶ καὶ ἄρα λεπτοὶ πρὸς κριτικὴν παραγένουσι, γὰρ μὲν ἵδεν ἐὶ καὶ παρακοπή καὶ ἐπὶ ἀγρυπνίᾳ γένοιτο.*

*Qui initio morbi leuiter habent, accedente capitis pulsatione & vrina tenui ad iudicium deterius habent: neque mirum est, si delirium, & præterea vigilia acciderit.*

**Λ**επτόν Hippo. variē vsurpat, propriē quidem, vt in Aph. τὰ ἐν πρῶτῳ χρόνῳ λεπτόν ἢ νόσῳ σώματα. Aliquando ἀπείρον intelligit, vt libro de locis in homine. Interdū leue quodque facillē dissoluitur, ὑπονοῖ λεπτοὶ leues somni. Et λεπτοὶ πυρετοὶ leues febres, quæ vehementibus opponuntur, in qua significatione nunc λεπτοὶ, qui leuiter febricitant, quomodo & fortes febres, & imbecillas dicimus. Nam λεπτόν, ἀδενῶ, & λεπτός ἀδένης teste Phauorino. Vsurpauit autē ἀγρύ pro morbo, tenuem ἀγρύ pro leui febre laborante. Sic & λεπτόν ἄρα vrina tenuis, quæ crassæ opponitur. Hic ergo verissimile fit ægrum crudiore materia laborasse quæ circa ventrē, & in capite plurimum colligitur. Ea ergo vel leui febre concalfacta in crassos flatus resoluitur, vnde σφυγμός pulsatio. σφυγμόν enim vsurpat Hippoc. αὐτὶ τὸ παλμὸν in Progn. Aph. & lib. de ratione victus in acutis. Sed ea pulsatio interdū accidit interna cerebri inflammatione, aut vbi flatus & spiritus via præclusa inanibus locis cohibentur, & exitiū enitūtur. Postremò concalfactis spirituoso feruidóque sanguine commotis arteriis. Hic ergo & concalfacto capite, & multo spiritu feruente pulsatio illa fit. At vrina tenuis crudam materiam sequitur, priusquam ea minus incalcescat, & febrili calore moueatur. Sic enim ē tenui, turbida emingitur. Sed & in quibusdā febribus biliosis vrina pallida, tenuis & nō absimilis lotio sanorū. Quæ si per febres eiusmodi est, & accesserit grauis capitis dolor, vigilia, pulsatio, delirium vel phrenitis prænuncianda sunt. Quod in plurimis vidimus, qui ab iis phrenitici euaserūt: Scimus aliquādo imminētē delirio aut phrenitide vrinas ē coloratis pallidas & tenues

euadere. Id quoque fieri in crisiibus, & aliò conuersa criticè materia, vt in dysenteria critica Bionis & Critiæ. Sed de iis alio loco pluribus. Quod autè ad iudicium παροξύνουσι, & grauius habent, nihil mirum. Tum enim pugna critica est, vbi acerrimum certamen naturæ contra morbum committitur ac tum quidem existunt, quæ perturbatio critica adferre solet. Ac nihil mirum, si tum quidem delirent, putri materia exagitata, & vapore multo atque fluctuante arcem animæ caput appetente, calfaciente, & siccante, ex quo & vigiliz.

VIII.

Εν δ' ἔστι κίνησις βίπρωσις, ὕπνος ταραχώδης, ασασιμὸν ἐν τοῖσι Σιμαίωσι.

In morbis acutis, motus, iactatio, somnus turbulentus, quibusdam conuulsionem significat.

Κίνησις dicit motionem non simpliciter, sed quæ præter naturam est & consuetudinem. Nam sæpius iacent quieti, aut leuius commouentur, nisi fortasse per integram valetudinem omnia soleant impatienter ferre, aut molliusculè viuunt. Id ergo in histo. Epid. inter ἐπιγινώσκουσι, & ea quæ ægris malâ superueniunt, annotat. Eaque commotio aliis ferè vocibus explicatur ab Hippoc. δυσφορίαν, enim ἀλυσμόν, βλησμομόν ῥυπασμόν sæpe annotat in Epidem. quorum omnium vim clarè exponit in Alipta apud Harpalidem 7. Epid. Ac de iis omnibus antea. ὕπνῳ ταραχώδης ferè delirium antecedit, atque acri materia & putri commorosis mēbranis & neruis conuulsio sequitur. Ac ferè fit, vbi maligna materia exēstuanē, atque inde natis vaporibus, qui caput repleant, spectra quædam & varia simula-chra animæ prætentantur, vnde turbulenta somnia, ex quo ægri terriculamentis percussi exclamant, & similiter vigilantibus loquuntur. Qui somnus necessariò laborem inuehit, vires labefactat, perturbat mentem, distillationes & aliquando inflammationem inuehit, quod mortale scripsit in Apho. Atque hic somnus conuulsionem adferre potest, multo magis, quàm vel κίνησις, vel ῥυπασμός. Hæc enim ferè circa ventriculum æstuantem: ὕπνῳ ταραχώδης in cerebro fetuēti materia commouetur.

IX.

Αἱ ταραχώδεις ὑπνοὶ ἐγγύσι παραφοροῖ, πονηρὸν, ἢ ασασιμώδεις, ἄλλως τε καὶ μεθ' ἰδρώτων. ασασιμώδεις ἢ καὶ βαχίλῃ καὶ μεταφρένῃ δοκέει ψύξις, ἀτὰρ καὶ ἄλλο τὸ σῶματος. ἐν τούτοις ὑμνῶδεις ἐρήσις.

Turbulenta cum ferocia excitationes mentem emouentes, mala sunt, itēque conuulsoria, tum aliàs, tum cum sudoribus. Conuulsoria etiam videntur colli ac dorsi perfrigerationes, imò etiam totius corporis: in his mictiones sunt pelliculosæ.

Αὐτὸ θρασυτάτοι legendum, quomodo in Prorrh. aut θρασυτάτοι more suo sine aduerbio ὠδισω vel simili dixit. Et in Prorrh. non παράφοροι, sed ασασιμώδεις tantum. Atque vtrumque esse potest à turbulente excitatione somni, violata mente delirium, violatis neruis conuulsio. Vis enim illa acrium vaporum tum animæ, tum neruis incumbit. Itaque vel alterum conuulsio, aut delirium: vel vtrumque sequi potest. ἐπ' ἄγρυπνίῃ autem, vel ἐγγύσι ταραχώδεις turbulente excitationes è somno, vt est verisimile, somnum turbulentum insequuntur. Intelliguntur autem, quia expergefactus eger vacillat mente, & visis facilè perturbatur, vel inualefcente malo exclamat, vociferatur, interminatur, temeraria quædam loquitur, vel quasi attonitus hæret. Ex quibus delirium, phrenitis, & conuulsio excitari possunt. Ac breuiter

breuiter somnus, excitatio è somno, vigilia, turbulentia, omnia phrenitica sunt. Sequitur autem πονηρὸν καὶ ασασιμώδεις ἄλλως τε καὶ μεθ' ἰδρώτων. cum aliàs, tum si sudauerit æger. At nec sudor periculum auget conuulsionis, quin interdum auget. Quod sequitur ασασιμώδεις ἢ καὶ βαχίλῃ καὶ μεταφρένῃ δοκέει ψύξις, ἀτὰρ καὶ ἄλλο τὸ σῶματος. ἐν τούτοις ὑμνῶδεις ἐρήσις. Hoc est, conuulsionem quoque ostendunt ceruicis dorsique manifesta perfrictiones. atque adeo totius corporis. Vrinæ in iis membranaceæ. In Prorrh. non ασασιμώδεις, sed ασασιμὸν ἐγγύσι σιμαίωσι: nec ὑμνῶδεις, sed ἀφρώδεις spumosa: additque ἅμα ἀψυχίῃ καὶ ὀμμάτων ἀμείρωσις animi deliquium & oculorum obscuratio. Hæc, inquam, iuncta omnia in breui conuulsionem significant. Galenus δοκέει ad vniuersum corpus, quod manifestè refrigerat, retulit in Prorrh. Nam alio loco quàm in his Coacis, scribitur. Hic enim antecedit ψύξις: in Prorrh. sequitur. Itaque hoc loco ad vniuersum corpus referri non potest. Perfrigeratis ergo partibus, vnde nerui in corpus distribuuntur, ceruice & dorso, conuulsio quidem sequi potest, sed non necessariò. Neque enim in rigoribus criticis, initis accessionum intermittentium febrium, refrigeratio earum partium corpus conuellit. Sed diutius insidens frigus iis partibus, quod certè neruis inimicissimum est, conuulsionem adferre potest. De vrinis autem membranaceis, quas ὑμνῶδεις appellat ἐρήσις, non video quid intelligat, nisi fortasse eadem sint, atque ἐρα illa πεταλώδεια Prognostici, inditia colliquationis potius, quàm conuulsionis. At si ἀφρώδεις, ex quoque colliquationis & vehementis perturbationis, in venis agitata bile, & calore effervescente in cruda materia: vbi reuera conuulsionis metus est. Alibi quoque legitur ὑπνώδεις, quæ cum crude sint, & ostendant caput repleti frigido humore, metum faciunt conuulsionis. πύδεις quoque legitur purulentæ. Duplex autem earum genus est. Alterum, quia reuera purulentæ sunt abscessu rupto & pure per vrinas decurrente. Quod si accidit, nihil adferent periculi conuulsionis, ac potius conuulsionem auertent. Alterum genus, quia purulentis similia sedimēta sunt, aut vrinæ toræ crassæ, & turbide quasi iumentorum vrinis similes inter conuulsionis signa notauit Hippoc. in Aphorif. Galenus magis probat, vt ἀφρώδεις legamus. ἀψυχίῃ quoque & ἀμείρωσι animi deliquium & impedimentū lucis author Prorrh. coitioni signorum conuulsionis addidit. Atque hæc omnia propè inter ἀμείρωσις & ambigua signa censenda sunt.

X.

Αἱ ἐν κώματι παρακρίσεις, ασασιμώδεις.

In sopore mentis alienationes conuulsionem denunciant.

Κώματι aliter κώματι, quod multis locis Hippocratis ambigua lectione accidit. Nos κώματι verisimilius legimus ratione ducti & experientia. Ratione quidem, quia propior & magis continens causa est conuulsionis affecto cerebro, quod in comate fit, quàm æstuantibus venis & corde in ardente febre. Experientia, quia aliquot ægros vidimus sopore occupatos, sed obmurmurantes & deliria quædam loquentes summissa voce. alio astricta, quibus primùm tremula quædam motio, deinde grauis conuulsio, quæ ægros rapuit. Nam in eo comate aliquid bilis permistum pituitæ: ac bilis celerius ignem concipit, putrescit vtraque, & vapore putri membranas & neruos conuellit: & vt augetur vitium, & putredo inualefcit, ita ingrauefcit conuulsio. Paulatim autem ea inualefcit, quia pituita tenuis & salsa prius putrescit: deinde quæ crassior & frigidior est. Et ex varietate materiæ varia sunt symptomata. Nam vapor frigidus & crassus, eademque materia soporē facit: intemperies magna & vapor acris deliria commouet. Ea omnia, vbi membranas & neruos lædunt, conuulsionem accerfunt. Et vt in ardente febre & deliria & conuulsiones fiant, in nullo tamen genere febrium sæpius ea omnia coeunt, sopor, delirium, conuulsio, quàm in quo multus crudus humor permistus bili computrescit.

XI.

Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασείαι παρακρέσεις, θηριώδεις, καὶ ἀσολομὲς διὰ προσημαίνουσιν.

Quae feroces desipientiae in brevi desinunt, in ferinam inuadunt, et conuulsionem praenunciant.

Επ' ὀλίγον dicit hoc loco, quia in brevi conuiescunt. Si cui igitur alioqui modesto delirium in febre nascitur, in quo ferox quaedam temeritas existat, ac breui eiusmodi delirium conuiescat, iudicabis delirium quidem vi febris excitatum, quodque remissa febre desit, sed è feroci illa temeritate, nescio quid phreniticum latere, quod postea se proferat. Nam paulò post inualecente febre, & causam phrenitidis, quae in cerebro est, vel aliunde in cerebrum influit, excitante θηριώδης ferina insania se proderit. Scribitur hæc sententia in Prorrh. αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασείαι ἀσολομὲς θηριώδεις εἰσι. Additur autem in quibusdam codicibus καὶ μόνον ἐάν ἐπ' ὀλίγον χρόνον γένηνται, vel solum si breui tempore perseuerent. In Aphor. ordine scripsit pericula desipientiae. Longius enim à periculo, quae cum risu, deinde quae μετὰ ἀσολομὲς feriat, quia etiam absurda loquantur, quaedam tamen spes prudentiae permiscetur delirij. Sequitur autem πᾶσιν σφαιλερότεροι θρασείαι reliquis periculosiores, quae cum feroci temeritate accidunt. Atque hæc aliquando manifestæ & longius perseuerant, nec minus in ferinas degenerant, quam quae & obscurius & breuius eiusmodi fiunt. Verum illæ extra prælagiendi artem ponendæ sunt, cum satis se prodant. Obscuræ verò & breues non nisi ab artifice cognosci possunt, neque intelligi, quid in posterum portendant. Ceterum, ut scribit Galenus, omnem mentis alienationem, quae ἀργύλη fit, θρασεία θηριώδης, quae cum iracundia, temeritate & audacia, aut feritate fit, melancholiam attribuit. Sed ut febris & bilis accenduntur, ita deliria leuiora in grauiora degenerant. Ac grauisima dementia est, quae θηριώδης appellatur iam uita bile flaua, & in atram versa, ubi ægri iam temerè feriunt, exclamant, mordent, calcitrant, vix vinculis retinentur, & ad instar feræ rabie percitæ omnino sequuntur. θηριώδης quoque alia ratione, quia κακώδης: sed de ambiguitate vocis alio loco pluribus. ἀσολομὲν προσημαίνουσι & inflammatione cerebri inde orta, & acri materia mordente, & arefactis neruis.

XII.

Ἐν τοῖς μακροῖς κοιλίης ἀλογοὶ ἐπάρσεις, ἀσολομὲδες.

In longis morbis tumores ventris citra rationem orti conuulsionem significant.

Conuulsio & acutus morbus, & acutos morbos magis sequitur: & si in longo morbo tumor aliquis in ventre existit, non ideo conuulsio in metu est. Tumor is aut scirrhus aut cedema ferè est, vel genus aliquod hydropis, à quibus nulla conuulsionis suspitio est. Quod si tumor is euanescit, & in neruos materia transfertur, resolutio potius, quam conuulsio expectari potest. ἐπάρσεις dicit, quae sæpe ἐπάρματα vocat Hippoc. in Prorrh. & Epid. ut ἐπάρματα ἀπὸ τῆν ἐπὶ τῆν, lien extumuit in Philisco, & aliis. Ac de omni tumore vsurpatur, peculiariter de iis, qui ad aures existunt. Nam ἐπάρματα interdum sic appellat, alia adiciens καὶ τὰ ὄτια τὰ παρ' αὐτῶν, ut primo Epid. ἀλογοὶ, quia nulla antegressa caussa manifesta, nullis signis editis, nulla denique ratione præuisa existant.

XIII.

Τὰ ἐνθὺ ταραχῶδεια, ἀγρυπνια, ἐπιτίσιζοντα, ἐκ ρινῶν, ἐκ τῶν κεφαλῶν, ἐκ τῶν νύκτων, πονήσαντα, ἢ ἐς πλεονέκτων, ἐφιδρωσάντα, κατενεχθέντα, παρακρέσνόντα, ἀίμορροεὶ λαύρωσιν, ἢ λύσει τὰ ἀνάθεα, τὸ ὕδατος δὲ ἔρον τοῖσιν ταῖς σημαίνει.

Affectiones

Affectiones statim turbulenta, vigiliis inducentes, sanguinem de naribus stillantes, sexta die alienantes per noctem, verum postridie rursus affligentes, exudantes in somnum delata, mentem emouentes, large sanguinem fundunt, et morbos solunt. Aquosa urina talia significat.

EX vno ægro vel pluribus signa collegit, quæ profluuii sanguinis prænuntiant. Sed statim initio alij ἐνθὺ, quod est, vel statim ineunte morbo, vel nec opinantibus ægris, quale ferè contingit in perturbatione critica. Alij ἐνθὺτα modesta & cōposita. Ut autem solet aliquando, quæ sunt ægrorum, morbi: & quæ morbi, ægris attribuit, ut sit sensus, Qui compositi, hoc est, animo & corpore quieti, euadunt turbulenti. Est autem παράρη, vnde παρακρέσεις, præludium dementiae, quasi dicas, leuis dementia. Neque enim ideo dicuntur, quia insigniter anima perturbatur, sed leuiter. ἀγρυπνια verò, qui sine somno diem noctemque agunt, phrenitidis aut delirij potius, quam profluuii sanguinis argumento. ἐπιτίσιζοντα, alias ἀποκρίνοντα de stillis sanguinis è naribus dictum. Neque hoc firmum signum est hæmorrhagiæ. Aliis enim extillat sanguis, nec hæmorrhagia salutaris insequitur. Aliis antecedit stilla, profluuium salutare è naribus succedit. Sed quam vim & stilla, & fluxus leuis, & largum profluuium sanguinis habeant, alio loco exponemus. Ἐπιτίσιζοντα & de stillatione sanguinis simpliciter, & de ea, quæ subinde redeat, ut in Prorrh. ἐνθὺτα τῶν αἰσθητικῶν δύσκολαι, ἀλλως τε ἢ ἐπιτίσιζεις. Undecimo stillæ sanguinis difficiles, tum alias, tum si subinde stillauerit. Ac ferè damnatur Hippocrati alias, tum si diebus indicibus & indicatoriis acciderint, multo etiam magis, si crassus est & niger, qui extillat, sanguis. ἐκ ρινῶν in Prorrh. omittitur, & raro verbo ἐπιτίσιζον addit. Ἐκταία καὶ φιδνωπία sexto leuius habentia. Sæpe fit imminente crisi, ut hæc ordine sequantur, leuiora omnia, paulò post ingrauescentia excitata perturbatione critica: deinde vacuatio, quæ morbū soluat. Ac verisimile est in hoc ægro quarto aut quinto extillasse sanguinem puriorem non crassum & nigrum, qui iis diebus ferè lethalis est. Præterea in dies pares incidisse accessiones sexto in salutari morbo naturam vires collegisse, nec irritatam morbo nocte, quæ intercedit sextum & septimum, commissa pugna naturæ contra morbum perturbationem criticam extitisse. Quibus enim crisis fit, iis nox grauius ante accessionem. Ex quo ἐς πλεονέκτων postridie, septimo videlicet, materiam in caput conuersam, ex quo occupato cerebro, pleniore capite, exudatio quaedam, quam ἐφιδρωσιν appellare solet, in somnum delatio, delirium. In vehementi concertatione ac tandem victrice natura materia tenuata, apertis viis sanguinem salutariter erupisse & largiter profluxisse. Τὸ ἰδρωσίν δὲ ἔρον & c. Tenuis vrina derepente apparens, non hæmorrhagiæ, sed versa bilis in caput aut alias partes signum est. Nam & parotides & sine his phrenitides, & alia vitia cerebri inde consequuntur, de quibus plura alio loco.

XIII.

Μετὰ τῶν εἰρημῶν τῶν ἐξ ἰσχυρῶν μελαγχολικῶν, οἱ φομώδεις γενόμενοι, κακώδεις.

Qui cum relatis, ab atra bile mente moti, tremuli fiunt, malignè habent.

Εἰς ἵστα δὲ solet vsurpare pro τὸ φανώσηται σφοδρῶς, & inde ἐκπῆσις vehemens delirium est, & veluti furor. Quod autè μελαγχολικῶς addit, malum ingeminar, ut inde θηριώδης ferina insania significetur. Versa enim flaua bile in atram, & iam cerebri corpus imbuente, & inde mentem violante, eiusmodi insania mouetur. Iam verò æfluante febre bile feruida & iam in atram versa, exhausta vi & infito

neruorum succo tremores fiunt; ac certè mirum nisi etiam conuulsiones insequantur. Vnde non κακοήθεια malignitas, sed certum exitium ostenditur. κακοήθεια enim vt periculum denuntiet, neque tamen omni spe ægrum deponit. Illud autem cum fit, certa desperatio est. Scribitur initio huius sententiæ μετὰ τῶν εἰρημίων, quod melius priori sententiæ ascribatur. Alioqui si quis ascribat, sciat omnem sanguinem angustius compressum trahere naturam melancholicam: atque accedente æstu facile in atram bilem degenerare, ex quo & ἰσκιος μιλαγχολικῆς, & inde tremor, postremò interitus.

XV.

Παραφροσύνη ἐν πνεύματι καὶ ἰδρωτὶ θανάτου.

Desipientia suppuratis & sudantibus lethalis.

IN quibusdam codicibus φῶ πνεύματι, in aliis ἐμπύματα: πνεύμα Hippocr. genus est respirationis, in quo æger cogitur frequentius spiritum reddere, & attrahere, vnde πνευματώδεις, πνευματικοί anhelosi, & qui crebrius spiritum agunt. Atque in ea difficili respiratione facile exudant ægri infirmitate naturæ, & molestia respirationis. Ac plerisque videas agentes animam, delirantes, pressos angustia spiritus ita interire. Ea verò difficultas spiritus nascitur natura iam fatiscente, lesa animæ potestate, quæ respirationem facit. Itaque languente natura, vi tracto spiritu, vita in sudorem expirante, quid aliud, quàm breue exitiû expectes? Purulentis plurimum exhalat e putri & iam grauiter olente materia, quæ cum in pulmonibus caleat, & moueatur, magnam vim gignit putris & calidæ exhalationis, quæ cum natura sua caput appetat, malas saturato rubore tingit, cerebrum violat, & mentem, vnde deliria. Exudatio autem familiaris est purulentis. Ea autem non vi naturæ, sed morbi & vita languescente accidit. Vtrunque igitur reuera θανάτου, lethale.

XVI.

Θανάτου ὁ καὶ ἐν πνεύματι καὶ λυγμῶ.

Lethalis quoque in crebriore anhelatione & singultu.

QUIA hic πνεύματι scribitur, vt vitium repetitionis declinetur, verisimilius quis arbitretur proxima sententia legendum ἐμπύματα. Singultus autem ad difficilem spiritum accedens in acuto morbo, iam lethale est. At λυγμῶν dicit proprie, aut, vt solet multis in locis, popularibus & vulgo vsitatis vocibus vti, singultuosam respirationem, hoc est, offensantem, quæ accedens difficili spirationi in breui mortem portendit.

XVII.

Εὐπνία τὰ ἐν φρενίτιδι ἐναργῆ, ἀγαθὴν.

Insomnia conspicua in phrenitide bono sunt.

QUIA sint insomnia ἐναργῆ torfit interpretes Hippocratis Satyrum, Galenum & alios. Ac si conspicua dicas, quæ ab intelligentibus medicis & domesticis videntur, obambulans in somno phreniticus apertis oculis quædam enuncians ordine, ea insomnia nihil ad præsagium conferunt. Id quod & sanis quibusdam accidit nullo incitante morbo. Alij phrenitidis signum faciunt, si in morbo conspicua, hoc est, veris aptique formis rerum, designata insomnia fiunt. Sed & hoc sanis & ægris accidit nullo phrenitidis argumento. Melius itaque fortasse phreniticorum insomnia visa interpretari, quæ dormientibus prætenduntur, & excitatos somno exturbant

exturbant, coguntque vt sui insomnij inditia quædam vel gestu vel sermone exponant. Sed & phreniticis vigilantibus multa offeruntur, aut recens excitatis somno, quæ abigi iubent, aut quibus etiam delectantur. Angeli, dæmones, amicorum formæ, diuorum imagines, quæ somnia visaque bono esse possunt. Conspicua enim spectra integra, apta, quieta perturbatis, monstruosis & mutilis meliora, quomodo & sanis. At æger qui familia sanis habet, ea bono sunt, si dormit in latus bene composito corpore clausis ore & oculis. Multa sunt eiusmodi notata ab Hippocrate. In sanis igitur qui salubri victu & cultu corporis vtuntur, omnique perturbatione vacui somno se dedunt, anima nec inopia languens nec fatietate pressa. Scripta hæc sententia in Prorrh. hoc modo, εὐπνία τὰ ἐν φρενίτιδι ἐναργῆ, quæ non abs re torfit interpretes Hippocratis. Primum enim dubitari potest qua ratione somniat phrenitici. Vigilant enim; & inter præcipua signa phrenitidis & antegressa & connexa vigilia est. Deinde vt somnient, qui fiat vt agitata bile, perturbata mente & vehementius commota, conspicua fiant insomnia, hoc est quieta & non perturbata. Postremò vt sint eiusmodi, quis intelligat & insomnia esse, & ea conspicua: Non phreniticus expers intelligentiæ & omnino conturbata animæ potestate, quæ φανταστικῆ appellatur. Non medicus, & multò minus rudes artis & ægro familiares. Insomnia enim neque sub sensum cadunt, & non nisi ab eo, qui somniat ratione vlla comprehendere possunt. At quomodo somnians phreniticus violata ratione & imaginandi potestate sua insomnia concipiat? aut vt concipiat, qua ratione exponat non nisi absurdum effutens? Alij ergo de insomniis, quæ phrenitidem antecedunt, atque denuntiant. In phrenitide enim imminente, etiam si vigilia ferè præcedit, somnus tamen aliquis aliquando intercedit, in quo somnia quædam efficiunt, vt ægri exclament, perturbentur; atque ita excitati quid somniauerint, possint exponere; quod ad præsagium medicus assumit, qui intelligit & turbulenta vigilias, & somnos denuntiare phrenitidem. Et de visis quoque aut spectris, quæ omnia insanientibus apparent, ab illis clarè exponuntur, intelligi potest. Hic enim angelos, dæmones se videre ait: alius hoc genus animalis abigendum iubet. Vidi qui in phrenitide mediis ignibus, quos purgatorios vocant, versari sese affirmaret, ac sese mortuum diceret: cumque refutaretur, quòd ederet, loqueretur, respondebat, quem videremus edentem & loquentem, se non esse, sed fratrem. Ac cum multis diebus febre inarisset, eaque dementia perseverasset, beneficio ætatis adiutus remediis conualuit. Sunt qui se frigida complui affirmant: ac propè infinita sunt exempla, varia quoque genera eorū ludibriorum, quæ phreniticis occurrunt. Cæterum phreniticis quieta bile neque iam concitata magis conspicua sunt insomnia: & spectra vigilantibus prætenduntur. Nam & ij, quod aiunt, vigilantes somniant. In natura enim sicca eodémque morbo magis conspicua sunt insomnia: propterea & melancholicis ea euidentiora sunt, quomodo phlegmaticis naturis intemperanter viuentibus, morbis frigidis, & pituitosis, comati, lethargo, aut nulla insomnia sunt, aut ea confusa atque perturbata. Quod & sanis accidit. Nam, vt ait Socrates apud Platonem, in sanis qui salubri vtuntur victu & cultu corporis, siquidem anima nec inopia langueat, nec fatietate premeatur, nulla perturbatione distracta somnia fiunt non nefaria, non perturbata, sed vera. Ac tum quidem αὐτὰ ἐαυτῆς, vt Hippoc. loquitur, & sui iuris nec obstricta officii corporis se colligit, & in quietiora somnia incurrit. At contrà intemperanter viuentibus, inopia languentibus, perturbatione distractis, vitio aliquo corporis male affectis nefaria, deformia & perturbata insomnia fiunt. Sed de iis Hippoc. lib. de insomniis. Is enim medico insomnia cognoscenda iubet non eo solo lib. sed in Epid. Ac diuina quædam ponit, quanquam summis placuit Philosophis diuinatione esse, neque pertinacius denegandū, neque temere assentiendū. Cõstat certè multa diuinitus inspirari, qualia fortasse credita, quæ in Epidauri tẽplo Aesculapij dormiẽtib. ægris offerebantur ad morborū remedia, & quod Gale. fuit de secanda vena, quæ media est inter pollicem & indicem. Multa sunt eiusmodi in iis qui aliquid diuinationis & artificij statuunt in somniis diuersi ab eo quod in lib. de insomniis Hipp. cõscripsit.

XVIII.

Εν φρενίτιδι διαχωρῆσις λευκῆ καὶ κόκκινης, καὶ ῥίγος τὰ τέτοιαι χόμιστον. In phre



*In phrenitide egestiones alui alba, & torpor, malum. Rigor his pessimus est.*

**A**lba deiectio fit interclusa via, quæ à conceptaculo fellis bilem deducit ad intestinum, vt in morbo regio interdum contingit, & febribus quibusdam malignis. Fit & nimis concalfacta superiore parte iecoris, nimium quoque concalfacto cerebro. Sic enim vnà cum sanguine bilis sursum facillimè rapitur. Ab alimentis quoque & aliis, de quibus capite de deiectionibus. Vtrumque graui periculo: illud quidem si ante septimum effusa bilis in corpus morbum regium induxit. Hoc verò omnino malum maligni & crudi morbi inditium. *Νοθρότης* verò nō perpetuò, sed aliquando quidem, vbi exagitata bilis secum rapit in cerebrum, frigidam crassamque materiam, vnde torpor mentis & ignauia nascitur, qua ratione phrenitici in lethargum & frigidus morbos è vigiliis in soporem incidunt. Aliter quoque maiore periculo atque adeo imminente exitio extincto calore nativo, & iam natura marcescete. Rigor autem per se quidem criticus esse potest in phreniticis, quem sudor aut insignis vacuatio insequens ægrum liberet: sed cum ignauia, cum albis deiectionibus rapta sursum bile cum sanguine omnino malus est, quia crudo etiam morbo incidit. Hæc author Prorrh. videtur annotasse in Archicrate.

## XIX.

*Εν τοῖς φρενιτικοῖς ἐν ἀρχῇ τὰ ἐπιεπικὰ ἔχοντα, πυκνὰ τε μεταπίπτουσι, κακόν.*

*In phreniticis initio cum omnia moderatè habeant, & subinde commutantur, malum.*

**A**ρχῆς dicit principium, quod ferè triduo circumscribitur. Siquis igitur primo die omnia clementer habet, secundo aut tertio die vel eò tardius concitata materia, & subinde loco mora, quæ vel copia premit, vel maligna qualitate fauit, variè corpus efficiat, vt hoc casu nato eòq; protinus deficiente alius atque alius subnascatur malum. Hoc autem *μεταπίπτειν* dicere consuevit. Differt autem ab eo, quod *ἐπιγίνεται*. Nam *ἐπιγίνεται* dicitur cum priore malo non cessante nouum malum subsequitur: *μεταπίπτειν* verò, quando soluto priore morbo vel symptomate nouus morbus aut casus incidit. Verùm natura *μεταπίπτειν* consideranda, & quæ ex quibus fiant. Potest enim grauius malum in leuius commutari vel contrà. Illud tolerabile: hoc verò damnandum est. Sed eiusmodi metaprosis in phreniticis ferè est, quia è vigilia sopor; & contrà, è clementi delirio turbulenta aut etiam ferina dementia sequitur: ex quiete turbulenta iactatio: è loquacitate taciturnitas, aliàque id genus. Fit quoque *μεταπίπτειν* cum materia mutato loco aliò transfluit. *μεταπίπτειν* appellant. Ac breuiter omnino transmutatio in deterius, qualis phrenitidis in lethargum, deliræ loquacitatis in taciturnam insaniam in vitio est. In prauis autem *μεταπίπτειν* vsurpatur. Neque enim si quis è siti vehementi iam non sitit, *μεταπίπτειν* est, nisi extinctio sitis sequatur. extinctio enim naturæ sentientis. Et cum in phrenitide transfluxus è corpore in cerebrum exiterit, nunc quidem visus offenditur, vt æger floccos decerpat, venetur muscas, & in vanū admoueat manus parieti, & stragulos caprans quod abest & sensum fallit, paulò post tibicines abigi iubet audiendi læsa potestate, aut cum nihil sit, quod oleat grauter, tamen grauter olens summouendum præcipit: ardere se medijs ignibus affirmat, & alius frigida eò pluri ridet, canit, eiulat, lachrymatur, membra contrahit, paulò post exporrigit, multorum meminit, omnium vel multorū obliuiscitur. Sunt & alia propè infinita, in quæ è clementi primùm & simplici initio incurrun phrenitici. Author Prorrh. eiusmodi *μεταπίπτειν* in phreniticis conuulsionē denunciare scribit *τὰ φρενιτικοῖς πυκνὰ μεταπίπτουσι, κακόν*. Siquidè vi morbi nimium siccantur nerui, aut acrimonia

monia humoris irritentur, vel premantur copia. Id author sententiæ hoc modo scripsit, *φρενιτικοῖς φη ἀρχῇ, τὸ ἐπιεπικὸν πυκνὰ δὲ μεταπίπτειν, κακόν τοῖστον, ἢ πηυλισμὸς κακόν*. Atque in quocunque morbo qui initio simplex fit & clemens varia & frequens malorum symptomatum commutatio damnanda est. Atque si nec simplex initio aut morbus alius, aut phrenitis *μεταπίπτειν* tamen & malorum symptomatum varia commotio grauis est, qualis in Dealcis vxore & aliis describitur ab Hippocrate.

## XX.

*Τῶν ἐξ ἐπιεπικῶν μελαγχολικῶν, οἱ φόμοι ἐπιγίνονται, κακόν.*

*Insanientibus melancholicè siquidem tremores superueniant, malum.*

**E**ξ ἐπιεπικῶν μελαγχολικῶν vehemens & ferina intelligitur. Tolerabilior enim phrenitis est, quæ à bile pallida, grauior quæ à flaua, perniciosissima, quæ iam ea vsta & in atram versa commouetur, hectica, vt ita dicam, cum eo humore delibutum fuerit cerebri corpus. At tremores quidem consequi atque adeo conuulsionēs verisimile est febre æstuante, & maligna qualitate materiæ valde siccatis neruis, atque commoritis. κακόν autem dicere non debuit, ac nec satis periculum explicat author Prorrh. à quo eadem sententiæ est, cum id *κακόν* scribit. *θανάσιδες* enim aut aliquid tale verius scribatur.

## XXI.

*Οἱ ἐξ ἐπιεπικῶν μελαγχολικῶν, φόμοδες γινόμενοι, ἢ τὴν ἀλιζόντες, ἢ πράγῃ φρενιτικοί.*

*Qui melancholica insania tenentur & tremuli sunt, & subinde spumant, an non phrenitici?*

**C**ætera quidem exposita. *πυκνὰ* autem inter signa phrenitica sæpe scribitur ab Hippocrat. & experientia, quæ fit sæpius obseruatis ægris ea res confirmatur. Est autem cum tenuem pituitam sæpius expuunt, quomodo & alij subinde screant, propterea & *ἀναχέμψιες* inter ea signa phrenitica ab Hippocrat. notantur. Fit autem sputatio illa frequens in sanis quidem ore ventriculi multa tenui pituita languente, vel cerebro eandem materiam in os demittente. Fit autem in phrenitide calido & sicco morbo læsa vi imaginatrice, aut quia ab inflammata & imbecilla parte tenue quid in os defluit, quomodo lachrymatio inflammatis & iam infirmis oculis. Quærit autem, an ij phrenitici? Communiter quidem phrenitici sunt, aut certè de ea re dubitari potest vulgari sensu, quia iam refrigerente feruore bilis & calore exhalante ægri muti, taciti, quieti iacent, qui antea vehementer perturbantur, multa verba effusiebant, vociferabantur. Hæc autem sunt instante morte.

## XXII.

*Οἱ ἐκείντες, δὲ ἐως ἐπιπυρέξαντες, φρενιτικοὶ γίνονται.*

*Mente moti, acutè in super febricitantes, phrenitici sunt.*

**V**ox *δὲ ἐως* acutè & insanientibus & superfebricitantibus connecti potest. Sed & author Prorrh. voci *ἐπιπυρέξαντες* subicit *σὺν ἰσχύτι* quod & ad antecedentem vocem & consequentem aptari potest. Ac iam putet quis *ἐκείντες*, quæ vehementer insania est, distinctū vitium esse à phrenitide. Ac profectò hic author videtur & hac

& hac & superiore sententia separasse. Sit ergo cui primùm concitata bilis ardens, caput violauerit: febricitabit is & vehemēter insaniet. Verùm beneficio naturæ excluda bile & infania conuiescet, & extinguetur febris. Ac rursus vel bile aliqua relicta, vel noua nata repetit febris, sudor sequitur, sed inutilis & phrenitidis. επινυρξωντες enim de repente febre, quæ vel intermiserat, vel remissior euaserat, dicitur: nonnunquam vbi id subinde accidit.

XXIII.

Οι φρενιτικοι βραχύποτοι, ψοφς καθαπιδρωμοι, φομώδες η ασουμώδες.  
*Phrenitici pauco utentes potu, strepitu facile percussi, & expauescentes in tremorem, vel conuulsionem incidunt.*

**B**ραχύποτος dicit, quia parùm & ex longioribus interuallis bibunt. Alij parùm quidem semel bibunt, sed id ferè assiduè, quos μετὰ βραχὺ πίνοντας appellat. Illud inter phrenitica signa numeratur. Contingit enim violata mēte, quæ non sentiat corpus resiccatum indigere succo & potu. ψοφς verò καταπιδρωμοι interprete Galeno ψοφς εραδίας αιδανόμωμοι, η μη τοι η ηυδρωμοι, qui strepitum facile sentiunt, atque adeo expauescunt, ψοφώδες vna voce appellati, ac καταπιδρωμοι αιδανωμώδες σφοδρώδες qui vehementer sentiunt. Impropiè scriptā orationem putat Galenus, sed quod ad prælagium nihil faciat. Hoc magis quod ab Hippocra. in ægris ψοφς duobus modis annotatur: vno quidē vt hoc loco, de iis qui leuissima causa externa, aut certè nulla perterrentur. Id quod melancholicum est. Videmus enim melancholicos etiam sanos, qui insibilante vento, commotione instrumēti domestici celeriter expauescant. In phreniticis paor is bilem flauam iam transire in atram & sanguinem crassiozem in melancholiam ostendit. ψοφς aliter strepitus notatur in bibentibus cū auditur, dum perstrepat descendens potus. Id Hippo. sæpius annotauit & vulgus doctum experientia lethale signum pronuntiat. Eius autē strepitus duplex causa, ariditas gulæ, quale est si in vesicam aut canalem sicca, angusta liquor aliquis diffunditur. Altera causa occurfus flatus potui, id quod flatulentis corporibus accidit & audius potum ingurgitantibus. Incurrit enim spiritus liquoris, & strepitum facit. In Cydis filio η ὅποτε πει, κατιοντος ες τὰ σήθεα, η σκολινη ψοφς διος η καρτάδει, & cū biberet, exaudiebatur strepitus descendens potus in pectus & ventrem, quod & Chartadi accidit. Vbi populari consuetudine loquendi abusus (quod sæpe facit) σήθεα gulam dixit. Plato quidem potū credidit in pulmones delabi, sed contra eam opinionem Hippocra. disputat 4. de morbis & libello, quem de corde inscripsit. Idem in Chartade paulò post, & Theodori vxore. At in phreniticis & ardēte febre is casus celerius accidit, quia vtroque morbo plurimùm corpus exarescit. Quod autem subiicit προμώδες η ασουμώδες vtriusque causa tremoris & conuulsionis in phreniticis imbecillitas neruorum & ariditas.

XXIII.

Τὰ εν φρενιτικοι νεανικως φομώδεα θανάσιμα.  
*In vehemēti phrenitide tremores mortiferi.*

**G**alenus νεανικως phrenitidi cōiungit, quia solas vehemētissimas phrenitides tremor soleat cōsequi, & σφοδρώδες vehementer, νεανικως insigniter, vel ισχυρώδες fortiter interpretatur. Alio loco ποδαψυξιες νεανικω perfrigerationes vehemētes dicuntur Hippo. vehemētia autē phrenitidis intelligitur, quia vehemētius insaniat, tumultuantur, ferociant. In qua vigilis, inedia, assidua cōmotione corporis, astu febris virtus exoluitur. Nerui autem supra modum inarescunt, ex quo tremor & interitus. In Prorrh. non θανασιμω lethale, sed τελευτη scribitur. Atque vtrūque verum vehementissimas phrenitides in tremorem incurere, & inde ægros interire.

XXV.

Αι περι διαγνια παραφροσωαι, κακισαι.

*Quæ circa necessaria deliria sunt, ea pessima.*

**A**ναγκαια quæ dicat, parùm liquet. Neque enim verisimile fit Philosophorum more αναγκαια intelligere, quæ opponuntur iis, quæ vel opinione vel phantasia capiuntur. Loquitur enim Hippo. populari consuetudine. Et quanquam grauior error est circa aterna & necessaria, quàm circa δεξασα opinabilia, non videtur tamen ea interpretatio apta huic loco. Hippo. αναγκαια violenta interdum appellat, vt in opere de fracturis. Ac fortasse necessaria intelligit necessarias actiones naturæ: potum, cibum, excretiones eorum, quæ inutilia sunt, quia nec esse volunt nec bibere, à suauis potu quasi veneno abhorrent, & foetere dicunt, quæ afferuntur. Excrementa verò alui & vesicæ nullo sensu egerunt. At nec hoc mihi potest satisfacere, quanquam reuera id pessimum est, quia is error graue malum exolutionem virium accersit. Coniiciat ergo qui volet, quid ea voce intelligatur.

XXVI.

Αι εν τειτων παροξυωμωαι, ολεθρια.

*Quæ ex his ingrauescunt, lethalia.*

**S**ive quis legat ει εν τειτων παροξυωμωαι parui refert. Nam de ingrauescentibus deliriis intelligit, quod certè lethale, quia videlicet iam lethali vitio accessio fit grauioris mali.

XXVII.

Αι παρακρεσιες, φωνη κλαγγωδες, γλωσση ασουμωδες, η εν αυτοι φομωδες ηνωμωμοι, εξιστω). σικληρυσμωδς τελευτη (η ολεθριον.

*Errores mentis cum voce clangosa & lingua conuulsa, siquidem ægri in tremorem incidant, vehementer insaniant. Durities quoque iis lethalis.*

**I**N Prorrh. αι εσχημερσιες σω φωνη κλαγγωδαι γλωσσης ασουμοι προμωδες, η εν αυτοι προμωδες ηνωμωμοι &c. hoc est, Errores mentis cum voce clangosa, lingua tremula, conuulsionis & hæ tremulæ factæ &c. At in Prorrh. nescio qua ratione αυτοι ad voces refert Galenus, nisi αυτοι προμωδης legatur, aut αδη, quæ vox articulata est & sermo. Cæterùm hæc coctio pestifera est, summam cerebri siccitatē ostēdens, nec solius cerebri, sed vniuersi corporis. Ac primùm vox κλαγγωδης, quæ fit ariditate asperæ arteriæ. Aspera enim arteria interiori parte membrana leui humiditate irrigata inducitur, quæ si nimio humore imbuitur, raucedo fit asperior quædam vox: si exarescit, clangor. Est autem ea vox subtrauca, sed acuta ferè, quanquam interdum grauis: vtroque modo non aspera sed potius lenis, non obscura sed sonora, quibus distinguitur à raucedine. Ea vox & citra delirium malignis febribus accidit, neminēque vidi ab eo clāgore cōualuisse. δεφωφιν κλαγγωδην in vxore Hermozige scripsit author Prorrh. in Epi. Theodori filio ea vox fuit, vterque obit. Aueto vitio, hoc est, ariditate vox fit κλαυθμωδης efflationis & respirationis instrumentis præ ariditate laborantibus & conuulsis. Est autem eadem, quæ ασαπνη κλαυθμωδης respiratio luctuosa, quia si quando vocem edunt, ea interumpitur, & incurrit genus respirationis, quod προσκοσηον πνυμα offensionis respiratio dicitur, de qua postea. γλωσση ασουμωδες. Lingua conuelli potest variè, vt varij motus eius. Exeritur, intro reuocatur, mouetur sursum, deorsum, in latera, ac ferè intro reuellit, vt vix excludi possit. balbutient quoque ægri eadē ratione, nec iam

liberè sese commouente lingua restitantibus neruis, musculis & infirma mouendi potestate. *Καὶ αὐτοὶ τρομώδεις.* Ad ægros referendum erit. In Prorrh. ad voces ubi *αὐτὰ* legitur. Sed ad vocē, linguam, & ægros referas licet. Potest enim tremulus esse motus musculorum, tum qui voci inferiunt, tum qui linguam mouent infirma cōmuni potestate, & peculiari neruorum totius corporis. Linguas tremulas phreniticas scripsit alio loco, & in Prorrh. ac de causis tremoris prius multa; nunc infirmitas naturæ mouentis, & instrumentorum ariditas id efficit. *σκληροσμός* quid sit, & quam vim habeat, prius expositum. *ἔσπεντοι* iam antè dictum *ἔσπεντος* de vehementi insania dici, quæ in ardentissima febre commouetur. ubi enim bilis non ita feruet, sed è pallida flauescit, primis venis agitatur, deliria fiunt vapore bilis & exhalatione: postea verò inualecente febre illa inardescit, & igneo calore agitatur, tumque cerebri venas peruadit, membranas inflammat, & cerebri corpus imbuat. Atque dum hæc fiunt, lingua, vox atque aded vniuersum corpus patitur, acriorque bilis crudelius sequitur, & in atram bilem conuertitur, à quibus *ἔκασσις* vehemens atq; aliquando ferina dementia cōcitur. Hæc ergo ubi cōcunt, certum exitium ægro denunciandum est.

## XXVIII.

*Αἱ προξεδωατησάντων παραφροσύναι, χέκισται.*

*Qui iam affectis viribus delirant, pessimè habent.*

**A** *Δυσμμία* in morbis fiunt, & aliis temporibus periculosa, & initio periculosa, siquidem non copia premēte, sed maligna vi morbi id initiis accidat. Eius autem rei signa sunt, quod proiecto corpore, distectis manibus & cruribus iacent, delirant, cruda sunt omnia, pulsus adeo paruus est & languidus, vt perito medico statim ostendatur desperatio. A copia multo minus periculi est, aut ubi longitudine morbi affectis viribus alia signa salutaria spem ostendunt. In Epid. malignissimas febres annotauit, in quibus initio scribit *ἀδύμνες*, quod etiam si ad potestatem, quæ mouet, magis referatur, languor tamen viriū in reliquis duabus vitali & naturali virtute considerandus est. Ac triplici illo virium fundamento labascente nulla spes vitæ reliqua est. Quod si fit, vt natura primo certamine succumbat, confectæque vires suis signis. Addidit *ἔ* particulam, vt occasum viriū magis explicaret. Si ergo confectis prius viribus incidat, & vel translata in cerebrum materia (quod infirma natura & superiore morbo accidit) vel intemperie atque imbecillitate cerebri, quam à morbo, non à causa externa contraxit: si, inquam vel phrenitis, vel delirium sequitur, pessima conditio vitæ est. Nam phrenitis vt omnis grauior morbus viribus opus habet, quas iam confectas posuit. Author Prorrh. addidit id Thrasimonti contigisse.

## XXIX.

*Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι πυκνὰ μεταπίπτοντα, ασυμώδεια, πονηρά.*

*Ubi varij casus subinde incidunt phreniticis, prauum est conuulsionem denunciat.*

**Q**uam vim habeat *μεταπίπτεν*, prius expositum. Id autem non ideo, quia varij casus subinde incidant, conuulsionem significat. Sed hæc phrenitidi familiaris est.

## XXX.

*Οἱ ἐν φρενιτικοῖσι μὲν χετέλιξιος πλυαλιζοντες, μέλασμα ἔμετον δηλέσι.*

*Quibus phreniticis frequens sputatio cum refrigeratione accidit, is nigra vomitio significatur.*

*πυαλιος*

**Π**τυαλισμός prius inter signa phrenitica scriptus est. Nūc autem ponitur inditium vomitionis. Est autē quia os plenū tenui pituita subinde expuit. Itaque natura hoc agente, vt materiam morbi vomitu expurger, primū quidem pituita quædam tenuis in ventriculum decurrit. Et quia cōtinuitas est tunicæ, quæ ventriculo, gulæ & toti ori interiori inducitur, pars eius pituita in os repit fibris gulæ iam ed trahentibus, quod natura contendit. Labrum quoque inferius concutitur, atque intremiscit. Tum enim quodammodo duplex naturæ motus est. Nam commorsus ventriculus sese contrahit, & vt excludat, colligit. At quo iam tempore excernitur humor natura prius contracta elaxatur, & se explicat. Cæterum ea sputatio vomitus flauitater & nigri signum est: sed flauum rigor, nigrum refrigeratio antecedit, refrigeratio quidem corporis. Nam vomitus commune signum refrigeratio præcordiorum scribitur, & si euometur bilis. Hęc autem fiunt concitata materia & natura è corpore in ventrem concurrente, quam vis sanguinis & spiritus insequitur. Sunt & alia signa vomitionis de quibus suo loco.

## XXXI.

*Τοῖσι ποικίλως διανοσέουσιν παρακρύουσι πυκνὰ κωματώδεσι, προσδέχεται λέγε μέλανα ἔμετον.*

*Qui variè agrotant delirantque ac sapius somniculosi fiunt, is nigram vomitionem prænuincia.*

**V**aria materia & ea variè commota efficit, vt ægri variè agrotent, variis quoque casibus affligantur. In hoc ægro incitata bilis delirium, pituita coma generauit, sed aliquid quoque latuisse melancholiæ verisimile est, quæ metum fortasse, tristitiam, pauores, silentium, aliæque id genus inuexerit. Sequuta inde nigra vomitio, quam tamen ex iis, quæ scribit, nemo certò prælagiat. Particularis ergo obseruatio, non vniuersalis sermo est.

## XXXII.

*Τὰ παραξυώδεια ἔσπον ασυμώδεια, χέτοχα.*

*Quibus subinde mota conuulsione accessiones fiunt, is catoche fit.*

**V**idetur legendum, quomodo in Prorrh. *τὰ ασυμώδεια ἔσπον παραξυώδεια κατόχος τὰ πέρδεις ἀδύσσησι*, ubi alij non *κατόχος*, sed *ταχέως* legūt, alij quoque aliter. Galenus *κατόχος* legit. Sunt autem *παραξυώδεια ασυμώδεια ἔσπον* morbi, in quibus statim initio vniuersum corpus conuellitur, subindeque redit ea conuulsio. Id quod in morbis accidit, quos plenitudo commouit iis ægris magis, quibus infirma neruorum natura est, & caput magis laborat. *χέτοχα* verò dupliciter intelligas licet, pertinacia & firmiter inherentia; atque ideo diuturna, quales ferè morbi sunt, qui à multa frigida crassaque materia generantur, & qui in abscessum, vt parotides definunt, de quibus in Prorrh. Aliter *κατόχα*, quæ *κατόχην* morbum inferunt. At quid *κατόχη* prius expositum. Cæterum obseruatio particularis est. Neque enim aut semper, aut sæpius accidit, vt qui frequenti conuulsione capiuntur, iidem vel catoche laborent, vel in eam incurrant.

## XXXIII.

*Τὰ παρ' οὖς ἐπάρμυτα ἐν μακροῖσι μικρά. ἀμωρρώδεια καὶ σκοτώδεια ἐπιφανώδεια, δλέθρια.*

*Tumores ad aures in longis morbis, siquidem parum est saepe sanguis effluat, tenebræq; oculis offundantur, let halia.*

Hh 2

**M**elius erit coniungere priori sententiæ τὰ παρ' ἑσῆ παρὰ μάλιστ'. Ita eadem erit sententia, quæ in Prorrhethico. Sitque initium huius consequentis orationis ἢ μακροῖσι μικρὰ. Ac quod dicitur αἰμορροῖδ' ἐκ μικρὰ eam vim habet, vt significet sæpius id accidere, & paucum sanguinem effluere è naribus. Id in sanis, ægris, acuto morbo vel diuturno in vitio est. Sanis enim siquidem nulla externa causa moueatur, insolatione, perfrigerio, titillatione narium, meraciore vino & similibus, vitium quoddam internum significat præsertim hepatis & lienis, vnde morbus regius pallidus, aut niger, hydr ops, marcor, aliæque id genus metuantur. Eadè in longis morbis in acutis infirmitas naturæ, malignitas morbi, & vitium sanguinis inde colliguntur. At cum omnis motus atque agitatio sanguinis, multum vaporem & exhalationem gignat, multo magis ex perturbato sanguine vitiosus vitiosus fumus exhalabit. Motus autem à natura, morbo, & externis & à natura quidem in perturbatione critica. Prius dolet caput, splendor & alia oculis prætenduntur. At vbi morbus exagitat, & vitiosus est sanguis, caligo quædam oculis & vertigo commouetur, vnde σκοτάσια. Accedit quoque imbecillitas capitis. Ergo imbecillitate naturæ, infirmitate capitis, vitio materiæ & vertigo & praua sanguinis per nares excretio fiunt.

## XXXIII.

Οἱ ἰλυγώδεις πυρετοὶ καὶ αἰνὸν ἰλέων, καὶ μὲν ἰλέων, ὀλέθριοι.

*Febres vertiginosæ, & cum voluulis, & sine voluulis perniciosæ.*

**S**unt qui λιγώδεις legunt, hoc est, singultuosæ. Præterea alij ἰλέων aut αἰλέων, id est, voluulorum, alij ἰδέων, sudorum. Ac siue ἰλιγώδεις, siue λιγώδεις πυρετοὶ scribatur, intelligimus genus febrium, in quo ab initio morbi vel post initium diutius atque vehementius vrget, vel vertigo, vel singultus. ἰλιγῆ igitur & ἰλιγὸς nihil aliud est, quàm quæ σκοτώσις vertiginosa quædam obtenebratio, cum videlicet offusis tenebris omnia circumagi videntur, σκοτόδιον & σκοτόδιονσι alij appellant. Itaque concitatis humoribus spiritus quoque crassior conturbatur, fluctuat, & in circulum mouetur. Ea autem perturbatio non est à causa externa, sed ab igneo calore crudum succum frigidumque agitante. Hinc ergo tenebræ & lucis impedimentum oculis prætenduntur, vt omnia circulo moueri ægri existiment. Sic autem à Galeno describitur ἄτακτ' ἢ κίνησις τῆς φουσώδους πνεύματος ἢ ἢ τὴν κεφαλῆν ἔχοντος τοπικῆν γένεσιν, ἢ κάτωθεν ἀναφερομένης, Varia nullumque ordinem retinens flatuosus spiritus commotio, qui vel in capite gignitur, vel ab inferioribus partibus attollitur. Atque vtrumque esse potest, vt & plenum sit caput, & ferueat sanguis in maioribus venis. In vtrisque materia cruda incalescat, & magnam vim eiusmodi spiritus progignat. Hippoc. genus hoc febrium descripsit in lib. περὶ δριμύτους τῶν δριμύτων νοσημάτων, διακοσισί, ἢ τῶν πυρετῶν δίνει τε ἀπ' ἀρχῆς καὶ σφυγμοὶ κεφαλῆς εἰσι καὶ ἔρα λεπτὰ τυτέοισι προσδέχεται πρὸς τὰς κρίσις παροξυμῶν τῶν πυρετῶν, Quibus febribus vertigines & pulsatio capitis, vrinx tenues, iis expectandum est, vt ad iudicia febris ingrauescat, additq; nihil mirū esse, si præterea delirent. At λιγώδης febris à singultibus ita dicta est, quos λυγὸς & λυγῆς appellat, quia ab initio morbi vel inualescentibus accessionibus febrium vrgeat singultus diutius & vehementius: quod molestissimum ægris esse consuevit. Sed non vnum genus est singultuosæ febris. Alia vacationem, alia inanitionem, quædam inflammationem internam. Nonnulli coniunctam habent partium naturalium reuulsionem, vt in herniosis. Aliis venenata qualitas id efficit. Et quæ à repletionem, minus periculosa est, eaque sudoribus, vt Hippocrati placet, & aliis vacationibus dissolui potest: quæ ab inflammatione hepatis, mesenterij, intestini, omnino grauis est, nouique multos inde obiisse. Nam & magnam & perniciosam inflammationem esse oportet, quæ singultum moueat, vel breuissimorum neruorum consortio, qui hepatis & ori ventriculi sunt communes: aut sanie quadam, vel acri materia è parte inflammata in os ventriculi influente,

influyente, atque illud ipsum commordente: vel quia tumoris magnitudo ventriculi premit, viamque conclusis spiritibus intercipit: vel denique quia acri exhalatione stomachus incalescit, irritatur, & siccescit. Atque hæ inflammationes & inde febres partim sudoribus leuantur. Qui ab hernia & inde febre singultus sunt, duplicem causam habent, reuulsionem quandam peritonæi & intestini minore periculo. Nam expurgatis fecibus, & in locum molliter reposito intestino, liberari possunt. Vis enim declinanda est. Altera causa, quia diutius cohibitum extremum putredinem trahit, magis conualescit, inflammationem & febrem inuehit. vbi desperatio est. In quo genere mali, si quis vim adferat reponendo intestino, paulo post aucto morbo ægri intereunt. Sequitur αἰνὸν ἰλέων καὶ μετὰ ἰδέων, vel vt alij, ἰλέων. Itaque vertiginosa febris, vt antè dictum ex Hippoc. sudoribus leuari potest, siquidem is sudor circumscribatur legibus criticis, emanetque die critico iam cocto morbo, & aliis signis salutaribus editis. In singultuosa febre eadem ratio teneri debet. Si verò ἰλέων legas, vertiginosæ febræ non congruit, singultuosæ conuenire potest. Singultus enim ileo morbo familiaris est, quomodo & alia, quæ in muliere ex ileo morbo iacente apud Tifaneum scripsit Hippoc. Ac de hoc morbo variè scripserunt veteres. Sed opus est paucis. Ileus ἰλέος morbus est, quem Φραγματῶν medici Pythagorici appellarunt, quia reuera oppilatio quædam, & via, quæ per intestina ducitur, impedimentum est: voluulum alij: nonnulli vorticem, quidam tormentum vertunt. Periculosior, qui in ieiuno & tenui intestino. Statim enim vicinas partes hepar & ventriculum contagione inficit. Tolerabilior, qui in crassioribus est intestinis: inflammatio earum partium & præclusio, vnde insequuntur, quæ à medicis plenius scribuntur. Atque vt ad rem, vertiginosa febris accessione voluuli lethalis est. Similiter & quæ singultuosa dicebatur. Sine voluulo eget distinctione. In vertiginosa magna concertatio est naturæ & morbi, vbi natura superior est, vt crassiore materiam concoquat, & crassiore spiritum tenuet, spes salutis est. Alioqui infirma natura, pertinace morbo, lethalis febris censetur. Itaque rectè Galenus in medio collocat earum febrium, quæ salutare, & quæ lethales sunt. Ac verè Hippocrates dixit ad iudicationem morbi febrem inualescere, qui ante iudicium notem grauem scripsit. Singultuosa cum voluulo lethalis est: sine voluulo distinctio prius scripta adhibeatur. Nemo ergo temerè pronuntiet lethales esse tum vertiginosas febres, tum quibus singultus est molestior.

## XXXV.

Τοῖσι πνευματικῶν ἐξέτι, πυρετὸς ὑπερον δριμύς.

*Spirituosa febris sequitur acuta.*

**Π**νευματῆς anhelosus dicit, qui crebrius & difficiliter spirant, quos πνευματικὸς πνευματῶδης & πνευματικῶδης idem appellat. Nam illi πνεύμα & πνευματία vitium respirationis, in quo æger cogitur crebrius trahere spiritum, atque excludere: quod vbi increfcit, ἀδμα nominatur. Sed aliquando materia pulmonibus conclusa putrescit, quia intercepta via, nec se fuligine repurgat nec externo aëre refouetur, vnde acuta febris & periculosa inflammatio.

## XXXVI.

Μετὰ ὑποχονδρῆς ξωτόνης καὶ ἀσχυρῆτι, παρ' οὓς μέγα ἔπαρμα.

*Perfrigeratis cum hypochondrij contentione magnus ad aures tumor.*

**I**N Prorrh. hoc modo, ὑποχονδρῆς σωτάσις μετὰ κώματ' ἀσώδης, καὶ κεφαλαλγίης τὰ παρ' ἑσῆ ἐπαίρει, hoc est, contentio hypochondrij, si & in somnum inclinatio & difficultas ferendi morbi accefferit, tumorem ad aures attollit. Alij

non ἐπαύρει, sed ἐπίρρη legunt. Signa igitur critica, quæ genus vacuationis, vel abscessus critici prænuntiant, alia communia, alia propria sunt. Et aliquando è multis communibus proprietas quædam constituitur. Hic hypochondrij contentio commune signum est naturæ concitatæ ad excretionem. Nam & profluvia sanguinis, & vomitiones, & parotides antecedit. Perfrigeratio quoque commune signum est. At si dolorem capitis coma, surditatem, difficilem spiritum, & alia, quæ postea scribentur, adiicies; magis propriè circumscribes prælagium parotidum. Eadem ratione, si quæ propria sunt profluuij sanguinis, cõmunibus annectas; melius designabis euentum profluxuri sanguinis. σωτόνον hoc loco contentum intellexit: alio loco de vehementi affectione dixit. Est autem eiusmodi contentio citra dolorem, & propriè dictam duritiem: alioqui subesset inflammatio. Quod autem de perfrigeratione scribit author Prorrhethici in prælagio parotidum ad febres refert, quia vel remissa febris vel partes inferiores corporis cum superioribus comparatæ minus caleant, quia videlicet liberatæ materia febris illæ sunt, & iam vitium superioribus incumbit. μέγα ἔπαγμα. Sic in quadam Prorrheth. sententia, cuius pars quædam est, quæ nunc ab hoc authore scribitur. Verùm nõ magni perpetuò, sed quod vni aut alteri accidit, quasi verisimile scripsit.

XXXVII.

Ὅταν ἐν πυρετῷ ὀδύνη γενόμενα περὶ ὀσφυῶ καὶ τὰ ἄνω χῶρα, φρενῶν ἀπώγῃ, ἐκλείψωσι τὰ ἄνω, ὀλέθρια, ἀλλως τε κ' ἢ ἄλλο τι σημεῖον προσγένηται πονηρὸν, ἢ ὅ τ' ἄλλα σημεῖα μὴ πονηρὰ γένηται, ἔμπυον γενήσεται ἔλπις.

*Quibus in febre dolores, qui circa lumbos & infernas partes sunt, septum transversum cõtingunt, infernas partes relinquentes, perniciosi sunt, tum aliàs, tum si aliud quoddam signum prauum accedat. Si verò alia signa non fuerint praua, suppuratum fore timor est.*

Scripta hæc sententia a Prognostici, sed melius ἢ τὸ φρενῶν ἀπώγῃ; quomodo Snos vertimus. Itaque alij interpretes de septo transfuerso φρενῶν dicunt: alij de mente, quia inde delirium moueatur. Melius de diaphragmate Galenus putat. Porro non hæc sola materiæ secessio è lumbis & partibus inferioribus in diaphragma & thoracem, sed & in caput perniciofa est, atque omnino maligni morbi motus est, vbi è partibus inferioribus sursum recurrit materia. Siquidem crudo etiam dum morbo id accidat. Costo enim atque maturato natura vitrix in crisi bus aliquando ad hæmorrhagias & parotidas materiam sursum transponit. Author Prorrheth. aliquot locis è lumbis recursiones pestiferas annotauit, quomodo ἐξ ὀσφύων ἀναστροφῆς ὀφθαλμῶν ἕλκωσις κερῶν, Ex lumborum recursione oculorum peruersio mala. Oculorum peruersione notata, deliria, conuulsiones, catalepses, & alia id genus intelligens. Et paulò post idem author è reuulsione lumborum ad os ventriculi & caput deliria, mutitates, vomitiones lethales scripsit. In Prognostico non simpliciter ἀλλως τε, sed καὶ τα addidit, magnitudinem periculi significans. Quod autem sequitur ἀλλως τε non inde vult excludere periculum mortis. Nam si praua signa connexa sunt, delirium, cataleptis, conuulsio, mutitas, peruersio oculi, crebrior anhelitus, atque suffocatio, lethales vomitiones, aliàque id genus ἀέλιπις, inquit, desperatus æger est. At si sine signis prauis id accidat, vt è lumbis in thoracem recurrit materia, purulentus æger euadet, quod in quibusdam codicibus Prognostici omittitur. At hic scribitur. Sequitur enim ἢ τὰ ἄλλα σημεῖα μὴ πονηρὰ γένηται, ἔμπυον γενήσεται ἔλπις, hoc est, si verò alia signa non praua existent, spes est purulentum ægrum fieri.

XXXVIII.

XXXVIII.

Παιδίοις ὄξυς πυρετὸς καὶ κοιλίης ὑπόστασις μετ' ἀρρυθνίης, καὶ τὸ ἐκλακτιζέσθαι, καὶ τὸ χροῖμα μεταβαλλέσθαι, καὶ χλορόν καὶ πελιδνόν, ἢ ἐρυθρόν, ἴχασθαι. Additur autem in Prog. γίνεται δὲ ταῦτα ἐξ ἐτοιμοτάτου μὲν τοῖσι παιδίοισι τοῖσι νεωπαισίοισι ἐς τὰ ἔσθ' ἔπειτα τὰ δὲ πρεσβύτερα τὰ παιδία, καὶ οἱ ἀνδρες ἐκ ἐπιφύοις πυρετοῖσι ὑπὸ τῶν πασῶν ἀλίσκονται, ἢ μὴ τὴν σημάων προσγένετα τὴν ἰσχυρωτάτων καὶ κακίστων, οἷς ἀπὸ τῶν φρενῶν γίνονται. Qua sententia vult pueris ad annum vsque septimum familiarem esse eam conuulsionem: minus adultioribus & viris, nisi qualia phreniticis accidunt, eaque grauisima. Pueritia ergo 14 anno circumscribitur: ea verò conuulsio iis, qui iam dentire incipiunt. Eiusmodi verò tempus certo circumscribi non potest, quia alij tardius dentunt, alij celerius. Ferè tamen septimo mense, vt multis Græcis medicis placuit. Expletur dentitium tẽpus anno 7, sed aliis multò celerius. Ergo eo tempore conuulsionis pericula incidunt, quo pueri dentunt, sed iis maximè, vt ait Hippoc. qui crassissimi sunt & aluo atrictio. Hic author ὑπόστασις κοιλίης suppressam aluum scripsit, quod in Prognost. καὶ ἡ γαστήρ μὴ διαχόρειν & venter non deicit. Ac nihil propè est, quod adeo caput repleat, atque alui atrictio, & quo modo terra & aëris vicissitudo est, sic ventris inferioris & capitis. Altero enim incalefcente alterum frigidescit; altero humefcente alterum siccus euadit. Febre igitur sanguis commouetur atque corrumpitur. Commotio autem, calor & corruptela efficiunt, vt cum humor in neruorum originem infirmam & mollem pueris incidat, conuulsio insequatur. Sed vigilix antecedunt, quæ pueruli naturæ maximè repugnant. Etenim copia humoris ferè somnulosi sunt pueri. Sed vapor acris efficit vt vigilent. Additur καὶ τὸ ἐκλακτιζέσθαι. Melius enim ita legitur, quàm ἐκλύεσθαι. Est autem ἐκλακτισμός saltationis genus, in quo vincebant, qui supra humerum excalcitrassent. Qua ratione ἐκλακτιζέσθαι dictum in pueris, qui vi morbi exagitant corpus, dimouent crura, & excalcitrant. ἐκλύεσθαι verò de vehementi singultu dicitur, vel quia exagitatione corporis sese fasciis euoluunt. ἐκλακτισμός autem videtur vsurpare, quasi ἐπιπασμός intelligat. Adde quòd ex praua humorum corruptela tetri vapores anima præferuntur, vnde velut oblatris spectris & terriculamentis vehementer exprauescunt non modò dormientes, sed somno excitati, atque ideo exclamant, quod in Prognost. ἐκπλαγέωσι καὶ κλαυθμρίζωσι dixit. Ab iis igitur sequitur ἐκλακτισμός & urgente eadem praua corruptela, atque in neruos incumbente, conuulsio. Coloris quoque mutatio vitium humorum indicat, liuor maximè & flauities. Rubor autem inflammationes cerebri & copiam sanguinis sequitur magis: ab utroque verò conuulsio.

XXXIX.

Τὰ εὐθὺς ἔραχάδεα ἀρρυθνῆα, μέλανα δὲ τὰ σωτήεα, αἰμορροεῖ ἔνια.

*Qui statim turbulenti, vigiles nigra & compacta egerunt, quibusdam horum sanguis è naribus effluit.*

Initium huius sententiæ superiore libro expositum. μέλανα σωθετὰ appellat, quæ σαρκαθάρδεα, hoc est, caprillo stercori similia, diuisa, nigra, compacta, & in duos globulos coacta, quæ interdum μικρὰ μέλανα. Hæc autem parùm firma sunt



signa hæmorrhagiæ, quibus positæ alia multa consequi possint. Propterea res idè addidit ἐνία. Damnavit autem in Prorrh. interceptam aluum, quæ vni vi & ope medici parua, nigra & stercori caprillo similia excernat, siquidem eruptio sanguinis è naribus inde fiat. κοιλία (inquit) ἀπολελαμμένα σμικρὰ δὲ μέλαινα συραθώδεια πρὸς ἀναγκὴν χαλῆσαι μνηστὴρ ἐπὶ τριτέοισι ῥηκνύμενος, κακόν. In hac igitur concursione bile multa & æstuante febre circa præcordia ficcatum corpus & affectæ vires iustam vacationem sustinere non possunt. Atque si contingat magna vacuatio, succumbunt: si exigua, non soluit morbum, κακόν igitur malum.

## XL.

Τὰ ἀγρυπνήσασα ἐξαιφνης ἀλυσμοῦ αἰμορροεῖσι, ἄλλως τε καὶ ἢν τι προεῖρησιν. ἢράγε ἔμελλε φριζάντες οἱ ἐπὶ ὀλίγον περιψύχοντες;

*Qui è peruigiis anxietate repente capiuntur, sanguinem fundunt e naribus tum aliàs, tum siquid antea effluxerit. Num & qui modicè perfrigerati postea horruerunt?*

Sequitur ἢράγε καὶ μεταφριζάντες, an & vbi perfrigerint, in Prorrh. ἢράγε καὶ φριζάντες ἐξαιφνης & quia repente anxietate capiuntur, & quia vni cum mota anxietate sanguinem profundunt. Cæterum neque peruigilia, neque anxietates propria signa sunt hæmorrhagiæ. Nam ab iis hæc sequitur, & non sequitur. Magis vrgit quod scribit προεῖρησιν. Vt enim sudatio frequens per sudores, irritationes alui per iudicationes morbum iudicatum iri ostendunt: Sic, quod Meton in Epid. contigit, vbi diebus criticis aliquid sanguinis effluit, motus naturæ eò contententis intelligitur, vt inde profluuium criticum sequatur. Idque natura satis valente. Oppressa enim natura, vbi semel excludere morbum non potest, paulatim vincit. Atque in hoc ægro natura oppressa anxietate significatur. Ἀλυσμός enim fit & imbecillitate naturæ non sustinentis morbum, & oppressione, quia etiam si robusta est, exurgit tamen sæpius, & materiam commouet: vel certè acri materia medio corpore conclusa, & ibi conferuescente. ἐξήνα autem dixit, quia, vt antè dictum est, παλαγγμῶν stillationem, ἐξήνυσιν effluxum, & αἰμορροεῖαν sæpe distinxit Hippocr. Hæc enim de largo profluuiio vsurpatur: ἐξήνυσιν de paucis; de paucis stillis παλαγγμῶν. Dubitat autem, si perfrigerint an magis sequatur sanguis? Perfrigeratio quidem antecedere potest, aut rigor magis potest antecedere, vt non sequatur αἰμορροεῖα.

## XLI.

Περὶ τῶν παροξυσμῶν βήσωντες, καὶ ἐφιδροῦντες μικρὸν, κακὸν ἔχει.

*Qui circa accessiones tussium & leuiter desudat, malignè habet.*

Παροξυσμῶν simpliciter accessiones interdum appellat: aliquando verò grauissimam illam, quæ fit in iudiciis & perturbationibus criticis. Ac multis familiarè est, vt in iudiciis accessio extusiant, quia vel eadem periodo redit distillatio atque febris: vel quia commotione febrilis materiæ distillatio incitatur. Hinc ergo tussis. Ac materia distillationis siquidè in pulmonibus retinetur, febrem inauger, difficilioremque spiritum reddit, & periculum infert inflammationis. Adde quòd contentio vehemens tussis vires deuicit, somnos inturbat, & alia inuehit, vnde malignior morbus euadit. Quod autem sequitur ἐφιδροῦντες μικρὸν omnino maligni morbi est. Est enim pauca & tenuis sudatio aut ea circa solum caput & ceruicem, ex quo vt sæpius diximus, vel maior copia materiæ, quàm natura conficiat, aut quàm non nisi ægrè euincat. Alioqui languor virium ostenditur. Ab iis ergo vt non sit desperandum, periculum tamen denunciatur, quod vox κακὸν ἔχει includit.

## XLII.

## XLII.

Ἐς πλευρὸν ὀδύνης καὶ πινγμῶν προσγενομένων, οὗτοι ἐμπνοῦνται.

*Si latus doleat & accedat suffocatio, iis suppuratio expectanda est.*

Alateris dolore suffocatio vrgens sæpe hominem rapit, neque sequitur suppuratio. Atque vt hæc prænuncietur, signis vtendum erit, quæ scripsit Hippocrat. in Prognost. Cæterum quod in ægro vno aut altero obseruauit, id nulla adhibita ratione scripsit: fieri enim potest, vt quo tempore pus conficitur dolores, febres, suffocatio magis vrgent, ex quo vomica rupta firmioribus viribus pus excludatur in thoracem: postea per arteriam expurgetur, atque ita sanescat æger. Languidiore verò virtute & maligna suppuratione vel statim, vel paulò post suffocatio sequitur: in media conditione paulatim contabescet & morietur. πινγμῶν dicit angustiam spiritus, vt homo non suffocetur quidem, sed proximus suffocationi videatur.



IACOBI HOLLERII  
STEMPANI IN COACA  
HIPPOCRATIS PRAESAGIA


COMMENTARII SECVNDI

LIBER QVARTVS.

## I.

Οἱ ὅταν ἐν συνεχείᾳ φλυζάκει καὶ τὸ σῶμα ἐκφύσει, θανάσιμον, καὶ γινώσκουσιν πτωχὸν ἀποθήματος, μάστιγα δὲ εἴρηται τῶν τοῦ γινώσκου παρ' ἑσ.

*Quibus in febre continua feruida pustula toto corpore enascuntur, lethale, nisi superueniat purulentus abscessus. Atque iis tumor ad aures plurimum excitatur.*



In febribus continuis vere maximè, & æstate in autumnum inclinante papulæ, pustulæ, carbunculi modò critici, modò malignitate morbi excitantur. Ac pueris vulgares papulæ sæpe accidunt diebus criticis, & primis ferè periodis, quàmquam & 17 & 40 primùm extitisse vidi 123. 124. &c. antecedente acutissima febre & aliis symptomatibus, idque, quæ vulgus terreant, ex quo vere quidem initio æstatis, quàm autumno sæpius liberantur. Nam maligniores autumnales esse solent. Accedit quoque anni conditio, in qua aliquando adeo ferinæ sunt eiusmodi pustulæ, vt Telepho & Chirone digna vlcera relinquant, ossa quoque artodâr: quod nos semel obseruauimus, qualia fortasse pestilenti illa conditione 3. Epid & 2. in Cranone, quod & sequente pestilentia liceat obseruare. Ac extra eiusmodi pestilentè conditionem aliquando vidimus in febre continua furunculos, qui ad naturam carbunculi proximè accederent, toto corpore extitisse. Quæ cum accidunt, alia signa ad præfagiū coniungenda sunt. Cæterum quæ hic φλυζάκια scribit ἢ φλύειν, ἢ φλύζειν, quod est ebullire vel feruere, nomen habent. Sunt autem φλυζάκια, interprete Galeno,

Galeno, ψυδράκια. ψυδράξ autem & ψυδράκιον τὸ ἐπὶ σώματος ἐξάνθημα. Est autem pustula summa cute efflorescens similis iis, quæ ab igne ambustis excitantur. Eiusdem generis φλυκταίνων est in Prognost. Hippocrat. & φλυκταίνων in Epid. Fiunt autem ab effluente in cutem bile mista interdum & serosa parte bilis atræ & salis pituitæ. Eiusmodi pustulas descripsit Hippocrat. in Andrea, cui 25 per totum corpus extiterunt ἐξάνθηματα κνησμάδια θερμά ὡσπερ πρὶκασπε pruriginosa, calida qualia ambustis igne. Huic Andree etiam tumores ad utramque aurem enati nono vel decimo. Is vix tertio mense conualuit. In Critone φλυκταίνων μελαινά scripsit sine parotidibus. Nam 2 ab initio morbi expirauit. Nascuntur pustulæ eiusmodi in lingua exitiali præfagio in capitis vulneribus. Nascuntur in oculis magno periculo. Ac Phlyzaciis par aut certè maius periculum denunciant liuentes & purpurascens papulæ (purpuram vulgus inde appellat) quæ malignis & pestilentibus febribus superueniunt. Rubentes quoque interdum existunt minori periculo. πύωδα ἀποστήματα purulenti abscessus, vt à crudis distinguantur. Pustularum enim materia aliò conuersa, aliis conuulsiones & comitiales morbos inuehit, aliis parotides, quas suppurare melius est. Vidi cui post exanthema ta puerilia parotis orta suppurauit, ex quo ægerrimè conualuit. Ac melius est de abscessu purulento intelligere, qui sit collectus materia pustulari eò conuersa, quam de pustulis in pus versis. In puerilibus enim exanthematis & pustulis purulentis sepius quidem salus, rarius mors insequitur. μάλιστε δὲ &c. παρ' δὲ dicit, subaudiens ἐπ' ἀρματα. Sic enim, vt ante dictum est, sæpe loquitur. In eiusmodi pustulis multum est bilis & calidæ materiæ à qua crassior pars & frigidior euehitur sursum: vnde si non perpetuò, vel magna ex parte, aliquando tamen parotides existunt.

II.

Ἐν ὄξει τὰ μὲν ἔξωθεν περιψύχεται, τὰ δὲ ἔσωθεν καίεται, ὡς δὲ φησὶν, κακόν.

*In acuta febre partes exteriores frigere & interiores calere accedente siti malum.*

**I**N ardente febrī peculiariter attribuit Hipp. primo de morbis, & lib. πρὸ παθῶν, in qua æstuans bilis medio corpore & venis succum è reliquo corpore attrahit, vnde hoc siccatur, multò magis extremis partibus, quibus & sanguinis & insiti humoris minus datum est. Itaque resiccatum corpus minus humoris habet, qui calori pabulum est, ex quo fit, vel vt calor alimento destitutus extinguatur, aut intro recurrat, natura vnūquodque ad id, vnde conseruatur, fouetur, alitur impellente, vel quia ad instar cucurbitulæ internus ignis ad se calorem, humorem & spiritum attrahit. Atque quemadmodum sæpe fit, vt oleo in ignem coniecto, aqua quoque in fornaces ardentes ignis incendium augetur: ita nouo sanguine & succo in flammam intus conclusam corruante inualefcit ignis, vnde vruntur ægri partibus internis, gula & fauces exasperantur, scabrescit lingua & nigra fuligine intingitur. Externæ vero partes squalescunt & frigent. Ac frigent quidem quia non calent, quantum vehementia febris exigat: aut certè frigent, verum moderato frigore, ac tadem ita inualefcit frigus, vt glaciale videatur. Atque hæc accidunt magis, vbi internum viscus magna inflammatione vel erysipelate laborat. Frigus autem manifestus partibus extremis manu, pede, naso, aure, deinde etiam tota cute. Id in anginosa muliere, Pythione, adolescente, Theodori vxore & aliis notauit Hippocrat. Omnino igitur malum est atque adeo lethale in acuta febre extremas corporis partes frigere, cum ea sit natura acutarum febrium, vt extremis ardeant, aut supra modum caleant. Scimus quoque in graui cruciatu interno colicis & stomachicis doloribus minore aliquando periculo externas partes frigescere, quia videlicet vnà cum sanguine, calore & spiritu natura suppetias latura obfesse parti intro contrahitur. Animi quoque defectio idem frigus inuehit, & crassior frigidiorque materia calorem opprimens, & vias exhalationi intercludens, quæ ab interno corpore progressa foras

foras externum calefacit. Hæc ex Hippocrate & Galeno. καὶ διψῆν ἔχει. Conceptus ignis mediis visceribus pulmone, hepate, ventriculo & primis intestinis, sitim mouet. Siccatur enim pulmonem, exhauritque succum, quo prius calor temperabatur. Sitis autem appetentia est humidi. Sed tum accedit iactatio corporis, nudant pedes & manus, vtraque frigida deficiunt vestes, ac iam appetente interitu tenuis sudor frigidus exoritur, atque ita paulatim extinguitur. Scripta hæc sententia in Aphor. ἢ τοῖσι μὴ διαλείπῃσι πυρετοῖσι ἢ τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ἢ τὰ δὲ ἔσω καίεται καὶ διψῆν ἔχει θάνασιμόν. eadem sæpe in Prorrh.

III.

Οἱ σωματεῖς διὰ τεκτῆς ἐπιτείνοντες, ἐπικίνδωσι οἷον ἂν ποτὲ πυρετὸς διαλίπη ἀκίνδυνον.

*Quæ febres continua tertio quoque die inualescunt, periculosa. Quibus vero febris aliquando intermittit, periculo vacant.*

**H**OC modo in Aphorif. οἱ πυρετοὶ δύοσιν μὴ διαλείπῃσι δὲ τρίτης ἡμέρας πυρετοὶ γίνονται, ἐπικίνδωσι ὅταν δὲ ἀπὸ τῶν διαλείπῃσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδωσι. Falluntur multi, qui δὲ τρίτης de tertio die interpretantur. Vsurpat enim Hippocrat. δὲ τρίτης & δὲ τρίτος, vt intelligatur diebus imparibus, quod aliter παρὰ μίαν alternis scilicet diebus 3. 5. 7. 9. 11. & aliis id genus. Sic δὲ τετάρτης non 4 die, sed quarto quoque, 4. 8. 12. 16. Ac ex professo Hippocrat. ostendit febres moueri diebus imparibus & res ostendit. Imparibus autem motus δὲ τρίτης motus est, & ita res fere ostendit. Nam præter naturam febrium non intermittentium est paribus moueri. Fallitur item qui de ardentibus non intelligi ab Hippoc. quia ardentes secunda die ingrauescant. Philotheus de ardentibus intelligi voluit. Cæterum nec de ardentibus solum intellexit Hippoc. sed acutis, quarum maxima pars alternis diebus & imparibus mouetur, nisi distillatione, aut alia re periodi & exacerbationes interturbent. Ac febres ardentes iudicari 9. 11. scripsit lib. πρὸ παθῶν. Phrenitidem 7. 9. 11. Sic enim bilis motus est imparibus, & quibus diebus mouentur morbi, iisdem iudicantur. Iisdem enim & iudicia & accessiones, & si hæc imparibus, iisdem iudicia sunt. Quanquam satis intelligimus primo Epid. & 3, ardores annotasse, qui paribus mouerentur. Sed motus illi cum sint contra naturam morbi, ferè sunt lethales. Ergo nec febris ardens 2 die ex natura propria mouetur, nec ea sola δὲ τρίτης fortior est. Nam tertiana continua, quæ ab ardente hoc vno differt, quod ardens vehementior est, & quia semitertianæ continuæ tertio die vehementius vrudent. ἐπιτείνοντες, quod ἰχυροτέρου in Aphorif. Melius enim ita legitur, quam ἰχυροὶ παροξυωμένοι, quia reuera ita natura est febris biliosæ continuæ, ardentis, & semitertianæ vt 3. 5. 7. 9. 11. 13. 14. 17. & aliis id genus imparibus vehementius inuadant. ἐπικίνδωσι. Id autem vt cum iis, quæ intermittunt, comparas. Neque periculum (quod tamen Philotheus putat) quia inflammatione interna moueantur. Nā sine inflammatione consistunt, & febres non dicuntur à veteribus medicis, quas interna inflammatio, vel erysipelas commouit: verum proprio nomine inflammatae partis nominantur, peripneumonia, pleuritis. Nec item periculum, vt idem voluit, quia materiæ crassities. Nam in ardente febre, quam intelligit (teste Philotheo) Hippoc. non ea materiæ crassities, ac potius tenuior ea est, nec in continua tertiana, in semitertiana periculum inde esse potest. Addit idem propter virium infirmitatē, quæ non necessariò adest. Legas enim in Epid. qui robore virium ardentissimis febribus resisterant, vt Heropytus, qui febrem ardentem centum dies sustinuit, & virgo Abderitana, quæ 27. perfectè iudicata, & alij. Sed nec cum non datur nutrimenti occasio remissio enim quædam est. Sequitur autem ἔσιμ ἂν ποτὲ πυρετὸς διαλίπη, ἀκίνδωσι. Quibus autem febris aliquando intermittit, nullum subesse periculum significatur. Hæc opponit iis, quæ non intermittunt, quæ quia ferè tertio quoque die inualescunt, ideo δὲ τρίτης addidit. Ac primum quidem de iis, quæ

quæ *δὲ τρίτης* inuadunt: deinde aliis quæ vel quotidiana sunt & quartana: ac *δὲ τρίτης* febres sunt, quæ intermittunt tertianæ puræ ad summū horarū duodecim habentes accessiōnem: deinde tertiana simplex horarum quindecim quæ ad horas 20, 24, iam extensa & longior tertiana est. Reliquæ verò continua *τριπαιφύνης* semitertiana, tertiana continua & febris ardens. Periculossissima ardens & semitertiana, paulominus *τριπαιφύνης* & tertiana continua. Ergo *δὲ τρίτης* *περὶ τριπαιφύνης* alia intermittunt tertiana pura, tertiana simplex, & extensa tertiana, quæ periculo vacant, vt vult Hippocrates. Alia non intermittunt, sed remittunt *τριπαιφύνης* tertiana continua, febris ardens. *τριπαιφύνης* ferè materiam habet bilem permistam pituitæ autumno familiaris, & anni conditioni humidiori, quales cœlo humido, frigido boreali in Epidemiis. Continua febris tertiana differentiis tertianæ respondet, & ardens duplici differentia lib. de ratione victus in acutis *διαλέπαι* autem vox est ambigua. Nam vt Gale. 3. 1. Epidem. comment. & Philotheus ex veterum vsu *διάλυμμα* & *ἀπυρεσίαι* & *μυωπυρεσίαι*, hoc est, intermissio febrium est, quando omnino ab accessiōe eger febre vacuus est, vt in tertiana pura & quartana intermissio, rursus vbi etiam non omnino sine febre æger est, sed à vigore particulari exacerbationis ita remittitur, & minuitur febris, vt propè in integrum corpus restituatur, & febre carere videatur: neque tamen omnino careat, hoc est, per discessiones, vt loquitur Celsus. Nec vnquam integrum corpus relinquatur. Hoc loco oportet cum Galeno *λέπεδα εἰς ἀπυρεσίαι*, *παιδα* interpretari integrum corpus & sine febre certo interuallo dimittere. Sed quòd omnino careat periculo febri intermittens, id quidem perpetuum nō est. Duos fratres gemellos vidi. Vterque ætatis initio tertiana correptus, quæ plurimū intermittebat, sed violentis accessiōibus cum pulsū admodum inæquali intercidente, deficiente, viribus paulatim fatiscens, paucis accessiōibus extincti sunt. Natus vterque annos 72. Alter iuuenis admodum bile redundans æstate ardente tertiana correptus, cum longiori inedia vsus, accessiōe vehementi correptus esset, dissolutis viribus obiit: alios quoque mœrore cōfectos, vsos intempestiua Venere in tertiana obiisse cōstat.

## I III.

Ἐν μακροῖς πυρετοῖσι, ἢ φύματι, ἢ ἐς ἀρθρα πόνοι ἐγγίνονται, ἢ ἢ γένωνται, οὐκ ἀχρηστοί.

*In longis febribus vel tubercula, vel in articulos labores fiunt: & si quidem fiunt, non inutiles.*

**D**iurnas febres copia, crassities, frigiditas materiæ efficit: magis quoque si infirmitas naturæ, intemperans vita, & externa quadam vitia loci, cœli & aliorum accesserint. Atque vt acutæ excretionem magis, ita diurnæ sæpius coctione & abscessu iudicatur. *φύματα* in genere quidem *ἀπὸ τῆς γῆς φουμένων*, vt ait Galenus. Nam quæcunque foras enascuntur, extumescuntque sine causa manifesta, *φύματα* dicuntur. Multi tubercula conuertunt. *φύμα* item *ἀπόσκισις*, vel *ἀπόκημμα*, vbi abscedit in partem aliquam materia, vel decumbit, vel quouis loco aliter colligitur. Nonnunquam *ἐμπύημα* parte interna, quomodo in Aphorif. *ἐπὶ φύματος* *ἔσω βίβριος ἐκλυσις ἔμετος, ἢ λαποφυγὴ γίνεσθαι*, à vomica intro rupta exoluta fit, vomitio, & animi defectio. *φύμα*, inquit, *αὐτὶ ἐμπύηματος*. Peculiariter posterioribus medicis glandularum inflammatio feruens, quæ celeriter augetur, & in pus vertitur. Hippocrat. in Epid. de frigidis tuberculis & calidis communiter vsurpauit, & *ἐκφύματα* appellat. Sunt qui legunt *ἢ φύματα ἐς τὰ ἀρθρα, ἢ πόνοι*, abscessus in articulos vel labores. Alij *ἀρθρων* non ita euariante sententia. Sunt autè *πόνοι ἢ ὀδύνας ἢ βλάβαι* dolores & iniuriæ, quæ fiunt in articulis. Ac dolor quidem aliquando ab abscessu manifesto, aliquando à latente defluxione, & quæ sub oculos non cadit. *ὡς ἀχρηστοί* non inutiles. Finis hic non scribitur in Aphorif. vbi legitur hæc sententia.

tentia. Sed subiicit, quod ad hunc locum pertinet, *δύο σίσι φύματα ἐς τὰ ἀρθρα ἢ πόνοι ἐκ πυρετῶν γίνονται, ἢ τῶσι σιτέοσι, πλάοισι χρέοντι*, Quibus tubercula in articulos vel dolores existunt è febribus, ij largiore vtuntur cibo, vt intelligas duplicem esse causam eiusmodi abscessus & dolorum. Altera quidè, quia materia morbi eò secedit: Altera quia plenius ægri nutriuntur, quàm natura infirma & calor nōdum instauratus conficiat. Ex quo & recidua, & diuturnitas morborum, & exitium ægri aliquando contingunt, magno errore vulgi, quòd multo alimento vires confirmari putent, cum nulla re pariter natura conturbetur, vt ne morbum conficiat, quàm pleniore cibo, qui vt sano robur, ita febricitanti accessio morbi est. Sed de iis satis multa Hippocrates. Ergo non inutiles: quanquam melius erat materiam concoqui, & paulatim expurgari. Quæ si concoqui non potest, putrescere necesse est, nisi in partes ignobiles transferatur. Et eò translata dissolui oportet, vel in pus verti: alioqui putredo & gangræna sequitur: contingit maligniore materia & aliquando largiore. Vtrōque enim modo aliquando corruptela fit, quod in Progn. notauit Hippocr. & postea exponitur. Dixit itaque *ὡς ἀχρηστοί*, non simpliciter, vel *χρηστοί*, vel *λυσιτέλειες*, vel aliquid tale.

## V.

Κεφαλαλγίη ἐν ὄξει, ὑποχόνδριον ἀνεσπασμῶν, μὴ βύβριος αἵματος ἐκ φρένων, ἐς φρενιτικὸν περίεσθαι.

*Capitis dolor, reuulsa præcordia, nisi effluat sanguis è naribus, in phrenitidem procedunt.*

**I**nter signa futuri profluij sanguinis *κεφαλαλγίη* capitis dolorem & *ὑποχόνδριον* *ἔσω τάνεδα* *τὴν μήτε* *ἔσω ὀδύνη*, *μήτε* *ἔσω φλεγμῶν*. In præcordiis aliquid contendi citra dolorem & inflammationem scripsit Hippo. in Progn. Eadem in Proxh. sed obscurius. Itaq; in salutari morbo superior natura è mediis visceribus & venis sanguinem, qui materia morbo est, vehementer excitat, & in caput emouet. In qua contentione naturæ & agitatione sanguinis multa vis spiritus & halitus concurrat. Copia verò venæ capitis distenduntur, distentæque membranas cerebri contrahunt. Atque hinc *κεφαλαλγίαι*, multo magis si acrior sanguis & inde vapor est. Hic ergo robusta vis naturæ vias sequitur, quæ feruentem noxiūque sanguinem excludat. Apertis itaque vel ruptis venis, quæ ad nares pertinent, sanguis profluit, materia oscula venarum irritante & natura foras excitante. Iam verò hypochondrij contentio & reuulsio hac fit ratione. Natura comparatum est, vt si quid conamur aut ammoliatur, colligamus corpus & contrahamus. Sic enim collectæ vires melius excernunt & abigunt, quod excludendum est. Eodem modo hepar origo venarū & fons sanguinis, alia quoque vicinæ partes vires suas colligunt, ac sese contrahunt, vt noxia molestaque materia sese liberent. Ac contracto hepate hypochondrium quoque contrahitur. Sursum verò reuullitur atque intenditur, quia eò naturæ impetus est. Cæterum ea reuulsio ab inflammatione partium, quæ hypochondriorum nomine continentur, aliquando fit, sed ea cum dolore & calore est. Propterea rectè Hippocr. *μήτε* *ἔσω ὀδύνη* *μήτε* *ἔσω φλεγμῶν*. Iam verò si sanguis in caput excitatus imbecillitate naturæ vel malignitate morbi subsistit, aut vocatam *ἀπέληξιν* & *ἀφωσίαν* dementia quoque, vel denique orta inflammatione phrenitidem inuehit.

## VI.

Τὰ λεπτουργικά μὴ χολέρας ἐπιγενόμενάς, ἢ λυγῆς.

*Lipyria febres non soluuntur, nisi cholera superueniente.*

**V**ariè scribunt *λεπτουργικά*. Ferè inuenitur scriptum *λιπυρικά*, alij *λυπηρικά* ab anxietate, grauitate, & molestia. Sunt autem febres quædam ardentes & ma-

lignis, in quibus igne exaestuant interna, externa vero frigent, excrementa resistunt, fitis est vehemens, fauces, lingua exasperantur, atque inarescunt, pulsus debilis & parvus & calor nativus emarcescit. Ac ferè fit inflammatis summis partibus hepatis. Aetius ab igne sacro ventriculù incendente lipyriam facit. Iisdem quoque partibus crasso humore intercepto cauo hepate, & quæ ad folliculum fellis pertinent. Interipiuntur autem fere à crudis humoribus, unde intercepta bilis putrescit, & cruda corrumpitur, retinentur excrementa, ex quibus incendium quoddam nascitur, & λοιπυριη. At cur cholera morbus εστι χολης πάθος lipyrica soluat. Cholera enim seorsum acutissimus morbus, & qui vna die aut altera sæpe hominem interficiat. In lipyricis viz, quâ bilis & excrementum corporis in intestina decurrit, præclusæ sunt. Præclusæ quoque quâ alimentum à ventriculo & mesenterio in portas hepatis transfluat. Vtrinque ergo plurimum excrementi colligitur. Bilis, quæ non expurgatur, & eius succi, qui corruptela alimenti in excrementum vertitur. Itaque naturæ contentione, siquidem salutaris morbus est, & vires impetum cõciatæ materiz sustinent, liberatis viis cruda corrupta: bilis multa, pallida, flaua, aliquando vitellina & æruginosa vomitione & alui profluuiio expurgatur, quæ certè vacuatio, cum sit ferè cõtinua & vehemens, χολέρα appellatur. ε λένεται non soluitur. λένει pro κρινεται vsurpat. Verùm non protinus cholera superueniente æger liberatur. Fieri enim potest, vt in ea perturbatione æger moriatur. Vixibus ergo opus est, quæ insignem eam perturbationem sustineant. Cuius rei argumentum est, si pulsus vegetior exurgat, si facies melior, lingua & fauces humescant, si somnus blandus influat, & moderatus calor recurat in partes exteriores.

VII.

Ἰκτερος πρό μὲν τῆ ἐβδομῆς ἡμέρης ἐπιγινώσκουσ, καὶ κόν. ἐβδομη δὲ ἢ ἐνάτη, καὶ ἐνδεκάτη καὶ τισσαρεσκαδεκάτη, κρισιμον, μὴ σκληρωῶν ὑποχονδρια. ἢν δὲ μὴ, σιδοιασόν.

*Morbus regius ante septimum quidem diem malo est. 7. vero 9. 11. 14. iudicialis est, nisi hypochondria dura sint. Si vero non, ambiguum.*

EX duobus Aph. Hippo. constat hæc oratio, quam sententiam multi reprobant. Scimus (inquit Plinius) ab hoc mortifero signo multos reuixisse. Alij in regionibus calidis & temperamentis, tum etiam morbis bile feruentibus, morbum regium vel ante septimum salutarem esse volunt. Galenus semel, bis Archigenes, Auerrois sapius salutarem auruginem ante septimum annotarunt, vt 5. Ego certè ea controuersia ambigens diligentius obseruaui, sed maxime anno vno, in quo is modus fuit febrium acutarum, vt aurugine ægri fœdarentur ante septimum. Comperique iusta obseruatione eum casum sapius lethalem, aut unde vix ægri reualecant. Quidam 6. factus auruginosus commota alio biliosa deiecit, vrinas minxit, quales auruginosis, nigras, & multo intinctas felle: febris intermisit, ambulauit, qui sibi omnino liberatus videretur. 14. recidiua. 17. obiit. Aliis duobus idè accidit. Alij sine excretionem & recidiua obierunt. Quidam admodù robustus inde reualuit, sed diutius laborauit, multis interpositis recidiuis, multis casibus usque grauibus & periculosis subinde interiectis. Phanagoras apud Hippo. 3. die auruginosus, cum nihil excreuisset, mortuus est. Hermippus ab ea aurugine multum excreuit, sed vixibus non sustentibus vim vacationis interijt. Hermocrates 6. auruginosus multis incidentibus recidiuis 27. obiit. Heraclides & alij permulti 6. die auruginosi: seruati sunt quibus aut sanguis è naribus profluxit, aut vomitus, vel deiectio, vel vrina multa fuit. Itaque plurimi quidem ab aurugine ante 7. moriuntur: pauci conualescunt. Et qui cõualescunt, iis superuenit aliqua vacuatio, nec omnibus quidem, vt à

vacuatione

vacuatione faneferent: sed quibus & ea vacuatio iusta contingit, & vires firmiores fuerint. Atque vacuatione quosdam euasisse argumento est, quod in multis exemplaribus legimus additum Aph. ε μὴ ξυμ δόσεις ἢ τὴν κοιλίην γενῶνται, nisi reddatur & vacuatio bilis per aluum: vna deiectione notata, reliquas, vt solet φιλοσωστόμου, intelligas: quomodo & antecedentia pro consequentibus in libro de ratione victus in acutis, vbi morbum regium ante septimum salutarem facit cum horrore, sine horrore lethalem: horrore rigorem quoque intelligens, & vacationes, quæ ab eiusmodi motionibus insequuntur. Morbus autem regius abscessus quidam est ἢ μετὰ δόσεων, aut ἢ μετὰ θέσεων, aliò transfluente vel transposita materia & magis in superficiem corporis, vbi quomodo in reliquis abscessibus & excretionibus criticis ad iudicium, quæ consequantur, obseruanda. Si inde soluitur febris, si remittit, si cætera leuius æger habet. Ac de legibus salutaris abscessus & excretionis alio loco pluribus. Cur autem malum dicat, quod alij mortiferum dicunt; Gale. in Comm. Aph. ostendit: quia cum vel tumore duro, vel inflammatione, vel obstructione aurigo fiat, fieri non potest, vt ante 7. natura salutarem bilis excretionem moueat, idque doctus experientia Hippo. Apho. conscripsit. Sed qui à scirrho fit, ferè hydrorem gignit, & longus morbus est. Hic ergo de ea aurigine, quæ fit in febre continua, biliosa obstructo hepate vel inflammato. Sed nec post 7. statim salutaris est. Potest enim, vt reliqui abscessus & excretiones, vi morbi & vitio hepatis commoueri, potest & robore naturæ incitari, quæ contendit quidem excernere per cutem, quomodo sudores mouet, sed vel materia crassiore, vel astrictiore cute, vel certè non ita potente vi naturæ resistit in cute bilis: quod fieri consuevit in reliquis abscessibus. Post 7. vero Diocles ex toto prodesse scripsit, etiam si non substent mollia præcordia. Occidere vero si sequatur febris. Verisimile quidem, si die critico moueatur & inde extinguatur febris. Alioqui non potest prodesse, propterea notat Hippo. 7. 9. 11. 14. quanquam alij codices 9. alij 11. omittunt, & Philotheus tres dies notatos ab Hippo. scribit, vt sit verisimile vsum codice in quo vel nonus, vel vndecimus omitteretur. Ferè tamen & hoc loco, & libro πρὸ κρισίων quatuor illi scribuntur. μὴ σκληρωῶν ὑποχονδρια. σκληρωῶν vocem ambiguum apud Hippocr. Galenus de tumore duro inflammatione & obstructione communiter interpretatur, hoc est, nisi aliquod eorum vitiorum accesserit, hoc est, mota aurigine, vel quod ante vitium extitit, relinquatur, vel recens appareat: sed illud verisimilius. Quomodo enim in crisiibus oportet mota excretionem vel abscessu extingui febrem & symptomata deleri, quæ vel obstructio vel inflammatio inuehebat, sic in morbo regio. Propterea Cellus ex Hipp. vt verisimile est, periculosum est (inquit) post auriginem febrem oriri, vti que si præcordia dextra parte dura maserint, ac dolentibus his leua. Nec certè minus periculi est, si vel prius orta febris & se prodès vitium hepatis vel lienis vtrinque permaneat, iam commota aurigine. Aliter quoque vsurpauit Hipp. verbum σκληρωῶν pro σκληρέντεν, quod est assicare & arefacere. Hic simpliciter hypochondria in Aph. & lib. πρὸ κρισίων ὑποχονδρια δὲ δέξιον legitur. εὶ δὲ μὴ, hoc est, si aliis diebus, quàm criticis. Aliter si dextro tumente hypochondrio non succedit morbus regius, vt Oribasius, Philotheus, si existente morbo regio diebus illis criticis dextrum hypochondrium obduruerit, non bonum. Sic enim inflammatio visceris significatur. Non bonum autem, quia oportuerit abscessu facto ægrum liberari. Ac sapius notatum fuit, quid denuncient periculi τὰ κρισίμα μὴ κρινόντα nata iudicare, si non iudicent. Quod autem hic & lib. πρὸ κρισίων ὑποχονδρια, hoc est, ἀμφιβολον ambiguum, in Aph. εὶ ἀγαθόν non bonum. Hæc autem sententia in febribus ardentibus & continuis, quibus materia bilis est, quas febres author πρὸ κρισίων ἀφορμῆτες appellat, quia feruente bile in medio corpore δυσφορίη difficilis tolerantia morbi insequitur.

VIII.

Αἱ πυκναὶ διὰ τῶν ἀπῶν ὑποστροφαι, περὶ κριση ἀιματώδεις, μελάνων ἕμετον σιτίες (ε. γίνον) ἢ καὶ βοιωδέες.





nis, quæ venis colligantur, dolor fit. Cæterùm palpitatio & pulsatio naturæ sursum mouentis magis, quàm deorsum signa sunt. Omnis enim calor & spiritus exagitant magis ad superiora, quàm inferiora contendit. Itaque eiusmodi palpitationes pulsationes ceruicis magis & huius dolores inter signa profluuij sanguinis non dysenteria notantur ab Hippo. Fieri tamen potuit, quod rarum est, vt concitata sursum materia aliqua de caussa deorsum recurrit, vnde quod aliquando fit, in acuta febre & ardente dysenteria critica nata fuerit. Id tamen in iis, quæ rarius contingunt, censendum est, vt videlicet in febribus pulsante vena colli & dolente dysenteria sequatur, cum sæpius hæmorrhagia è naribus expectanda sit.

## XI.

Τὸ μετέβαλλον πολλάκις χροῖμα καὶ θερμάσιν, χροῖμα.

*Vbi in morbo color calorque sæpius emariat, vtile.*

**S**Vnt qui non καὶ, sed καὶ θερμάσιν legant, velintque hanc esse sententiam, Colorem immutari ex caloris ratione vtile esse, quia videlicet alius color ineuntis accessionis, alius vigentis & inclinantis. Atque hæc quidem naturæ rerum consentiunt. Intro enim concurrente calore expalescit corpus, erubescit autem cum is foras sese explicat: inclinatione & remissione mediam rationem tenent. Contrà verò si vigente morbo exalbescit facies, si inuadente incenditur, maligni morbi argumentum est. Cæterùm videtur supposititia vox χροῖμα, & χρόνιον potius legendum est. Nam hæc eadem sententia in Aph. scripta, & libr. πρὸ κρίσεων, vbi eiusmodi mutationes fiunt. μήποτε νόσος σημαίνειν significare longitudinem morbi. Alioqui χροῖμα legatur, vt ostendat repente alternantibus calore, frigore, rubore, pallore, imminentem crifim significari. Multæ enim eiusmodi mutationes fiunt in critica perturbatione, in qua natura modò victrix, modò resurgit morbus, & altero oppugnato alterum inualefcit. Est autem calor, qualis æstare: frigus, vt hyeme. Atque in eo certamine, vbi in horas hæc contingunt, siquidem malignus morbus est, & vires infirmæ, mors: bene verò cum ægro agitur, si inde protrahatur morbus, nec est lethalis. Ostenditur autè ea varietate vel naturam laborare dum oppugnat morbum, vel multiplicem esse affectionem, vt vna oppugnata altera se prodatur, ex quo natura laboret atque conturbetur. Omnino verò, vt scripsit in Prorrh. mala est subita in contraria mutatio à calore in frigus, à colore rubro in pallidum & contrà, similiter si qui sitiebat vehementer, iam non sitiat. Hinc igitur, vt breuiter dicam, vel mors in propinquo, vel morbi longitudo pronuncianda est.

## XII.

Τοῖς χολώδεσι πνεῦμα μέγα, καὶ πυρετὸς ὄξυς καὶ ὑποχονδρὶα ἐντάσιος, παρ' οὗς ἀφίτησι.

*In redundantibus bile spiritus magnus & acuta febris cum tensione hypochondrij abscessum ad aures denunciat.*

**X**ολώδεις, quos aliter πικροχολός appellant: in quibus redundat multa bilis. In iis igitur siquidem acuta febre laborant, quæ nondum ardeat, parotides expectari possunt. Cæterùm coniungenda sunt & alia signa, quæ scripsit in Prognosti. surditas, capitis grauitas, in somnum inclinatio, deinde quæ hæmorrhagiæ communia sunt, tensio hypochondrij, refrigeratio inferiorum partium, & alia prius conscripta, & quæ legas in Prorrh. Quod autem πνεῦμα μέγα spiritum magnum dicit, respirationem intelligit, quæ & magna & frequens est: πνευματομένους dixit, qui ita respirant. Atque de repente mota ea respiratione naturæ sursum mouentis signum est: deinde vel hæmorrhagiæ, vel parotidum. Acuta febris est, quæ vt remittat, neque tamen

tamen intermittit, eademque σάχευς continua appellatur, sed à celeritate ὄξυς. Ardente febre, quæ pura sit, profluuium sanguinis magis accidit.

## XIII.

Οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες ἔντροι, μηδὲν ἐπιδιδόντες, ἐπιτρέφουσι καὶ κοίτης.

*Qui ex longis morbis reualescunt, & bene vtuntur cibis, nihil tamen proficiunt, nisi recurrente morbo malignè habent.*

**I**N morbis longis plurimum decedit infito calori & virtuti ventriculi. Itaque paulatim renutriendos iubet Hippocrat. verùm plurimis ἐυσίτη appetentia multa est, & multo cibo appetentiæ inferuiunt. Siquis igitur bene appetens, & liberaliter edens non confirmatur, non recorporatur, alterum duorum necesse est. Aut enim reliquæ morbi sunt, aut largius ingeritur cibus. Ab vtroque nouum excrementum, noua materia morbi colligitur, ex quo recidiua, nisi, quod voluit Hippoc. ita reformetur vita, vt frugalius æger nutriatur, & quod iam collectum excrementum medicamento detrahas, vitium denique relictum attemperes, ne vel moderatum cibum corrumpat, & de integro excrementum colligat.

## XIIII.

Οἱ ἐν πυρετοῖσι φλέβες αἰ ἐν κροτάφοισι σφυγματώδεις, καὶ πρόσωπον ἐρυθρόμελον, καὶ ὑποχόνδριον μὴ λαπαρόν, χρόνιον, καὶ ἐπάυονται χροῖς αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν πολλῆς, ἢ λυγγὸς, ἢ αἰσισμῶς, ἢ ὀδύνης ἰχθίνου.

*Quibus in febribus venæ, quæ sunt in temporibus pulsant, & facies bene habitata est, hypochondrium verò molle non est, diuturnitas morbi significatur, qui non desinat, nisi multus sanguis è naribus effluat, singultus, conuulsio, vel coxarius dolor accedat.*

**A**rterias venarum nomine complectitur Hippocr. Palpitationes autem hypochondrij & magis partium superiorum colli, ceruicis, & temporum profluuium sanguinis ferè antecedunt. Itaque concitato sanguine in magna vena & arteria facilè insequitur motus in iugularibus venis, & carotidibus arteriis, atque is motus manifestius se prodit, vbi locus extremus est & nudatus carne. Illic enim arteriæ magis emicant. Appellat autem πρόσωπον ἐρυθρόμελον, quod aliquando θαλερόν. Ea facies est bene corpulenta & viuido rubore tincta. Atque eiusmodi signum vt & multum rubentes oculi inter hæmorrhagiæ indicia magnam vim habent. Est autem eiusmodi, quia natura sursum concurrit, secumque subuehit calorem, sanguinem & spiritum. Atque eadem ratione motione accedente pulsant & ceruicis & temporum arteriæ. ὑποχόνδριον μὴ λαπαρόν, λαπαρόν Galen. μαλθακόν interpretatur, μαλθακόν autem molle, κενόν vacuum intelligit, κενόν verò neque tumidum, neque durum, neque tensum. Erit igitur μὴ λαπαρόν, quod vel tensum, vel durum & tumens, τὸ μετὰ ὄγκου ἢ ἰσχύσεως, quod vel tumet, vel contentum est, quanquam in Heremocrate & aliis locis ὑποχόνδριον ἐν τασίσι λαπαρόν intensum molliter hypochondrium, quia videlicet ea tensio sine tumore & duritie esset. Dixit idem in Epidem. tumores λαπαροειδῆ, hoc est, προστέλλεται καὶ ἀφανίζονται contrahi, subsidere atque euanescere. Hæc tria igitur pulsatio in temporibus, corpulenta facies & rubens, intensio hypochondrij citra dolorem & inflammationem inter efficacia signa profluuij sanguinis è febribus censenda sunt. Quod autem χρόνιον dicit, parùm conuenit. Illa enim acuti morbi & celeris inditia sunt. Absurdum quoque magna ex parte, quod sequitur ἐπάυονται &c. Conquiescunt quidem illa pulsatio in tempori-

bus, & alia si largiter profunditur sanguis: si verò singultus & conuulsio superueniunt, præ copia quidem esse possunt, sed inter λυτήρια non ponuntur mala malis addita, nisi quis dicat ea concussione quomodo & rigore & calore, epilepsiam dissolui. Sic vomitus, sudor & aliæ vacuationes conuulsione vehementi & concussione moueantur. Abscessus autem in coxas λυτήριον esse potest, sed minus acutis morbis, longis magis conuenit.

XV.

Ἐν χύσῳ κοιλίῃ κατάρραξις, θανάσιμον.

*In febre ardente multa semel effundens aluus, lethale.*

**K**ΑΥΣΟΣ febris ardens, quo nomine & omnis acutior febris sæpe intelligitur. Sic πύρ in Epid. κάυσωμα, πύρωσις in lib. Hippo. vsurpatur, vbi videlicet acuta febris igneum calorem manifestius edit. Ac de eius differentiis in lib. de ratione victus in acutis. Vox autem κατάρραξις scribitur ab Hippocrate, vbi æger ἀθρόως ἐκβάλλει πολλά, vbi æger semel excernit multa. Id autem non proinus lethale pronuntiandum est. Nam inter signa λυτήρια, quibus in ardoribus seruabantur ægri, Hippocr. in Epid. 3. tempest. p. scribit ἢ κοιλίῃ παραχώρα χολώδεα ἐπικρίως καὶ δυσεντηρίας seruatos maximè, tum aliis vacuationibus, tum soluta aluo, perturbata multam bilem egerente & superueniente dysenteria. In Aphorif. distinxit salutare perturbationes alui, siquidem & noxia materia morbi expurgatur, & ægri inde leuius habent. Clazomenius multis aquosis & qualia dysentericis in iudicio per aluum expurgatis conualuit. Sed id pluribus confirmandum non est. Coniungenda tamen & alia signa sunt salutaria, lethalia, antecedentia, præsentia, consequentia, priusquam de euentu profluentis alui præfagias.

XVI.

Ἐν κοιλίῃ ἀλγήμετος ἐπιπόνος, πυρετὸς καυσώδης, δλέθριον.

*Ex laborioso dolore ventris febris ardens lethalis.*

**A**ΛΓΗΜΕΤΟΣ ἐπιπόνου dicit, vnde æger δυσφορῶς habeat, atq; anxie perferat morbum. Huiusmodi dolor esse potest voluuli, quod ἄλεον appellat, interioris in inflammationis ventris, vel erysipelatis, à quibus febris ardens. Dolor ergo sæpius repetens & inualescens ἐπιπόνου vocat, vires dissoluit ac nouo adiuncto hoste graui febre, qualis ardens est, exitium ægri denunciari potest.

XVII.

Ἐν τοῖς καυσώδεσιν ἤχων προσγενομένων μὲν ἀμβλυωσµῶν, ἔπειτα βάρους, ἐξίστανται μελαγχολικῶς, μὴ αἰμορραγήσαντες.

*In febre ardente aurium sonitus superueniens cum obscuratione visus & grauitate in nares incumbente vehementem insaniam firmamque denunciat, nisi largiter profluat sanguis è naribus.*

**H**ΧΩΝ non tam curiosè, quàm Philosophi solent, definiendus est. Sed sit satis perturbato sursúmque concitato spiritu & sanguine magnam vim flatus progigni, qui dum conclusus est in cerebro, & exitum quærit, anfractibus aurium sese insinuat occurratque & oisi duro, & externo aëri. Illic ergo restitans, vagus, inuolutus strepitum facit, qui ἤχων appellatur. Fieri quoque potest, vt inflammatione cerebri febris ardens incendatur. Eiusmodi verò flatus tum à reliquo corpore in caput assurgit, tum

git, tum etiam in capite generatur. Atque is siquidem per vasa, quæ ad oculos pertinent, excurrat, obscurat hebetatque visionem, ἀμβλυωγµόν appellat. Si verò in nares incumbit, grauitas quadam percipitur. Itaque concitatus sanguis incalefcit, atque exitu negato melancholicam naturam trahit, putrefcit, & malignam qualitatem concipit, atque corrumpitur, vnde ἐκασσις μελαγχολικὴ, de qua antea pluribus. Ac certè nihil mirum videatur, cum in sanis sanguis diutius loco conclusus parùm liberè fluens ac refluxus in melancholiam vertatur, quod viduis mulieribus & adultis virginibus suppressa vteri purgatione accidit. Copia quoque sanguinis melancholiæ naturam trahit, nisi matura vacuetur. Et in acutis febribus ommissa venæ sectio melancholicos morbos aliquando efficit. Contrà verò si vel ruptis, vel apertis vasis, quæ ad nervos pertinent, sanguis largiter profluit, melancholicæ dementiæ periculum auertitur, & alia conquiescunt. Rectè igitur addidit μὴ αἰμορραγήσαντες, ac profluuij sanguinis signa sunt in febribus ardentibus hebetudo visus, perstrepens in auribus sonus, in frontem incumbens supercilia & nares grauitas.

XVIII.

Τὸς ἐν χύσῳ ὄσους, παρακοπή λύσις.

*In febribus ardentibus tremores delirium soluit.*

**E**TIAM si hæc sententia non hoc solum loco, sed in Aphorif. & lib. πρὸ κρίσεων scripta est, spuria tamen indignaque Hippoc. videri possit. Est enim in iis, quæ rarissimè accidunt. Pythion tertio Epid. tremuit, delirauit, ac nec tremore febris, nec tremor delirio conquieuit. Ac tremoris causas requirenti non facilè occurret quamobrem tremor delirio dissolui possit. Tremor enim fit animi perturbatione, graui copia neruis incumbente, intemperie, vt vi morbi nimium resiccatis neruis, exoluta virtute multis vigiliis, motionibus corporis, quales ῥιπασµὸς dictus adferre solet, lassitudine, & multa Venere, multo vino, fame longiore ac breuiter nimio humore solutis neruis, aut contrà nimium siccatis; infirma denique potestate, quæ è cerebro est, & violato spiritu qui influit. Contra quæ omnia nulla vis delirij esse potest. At contrà in Prorrh. φρενιτικὰ νεανικῶς προμώδεια τελευτᾶ, phrenitides vehementes in tremores desinunt. Similiter multis delirij in ardoribus tremor succedit lethali ferè præfagio, quia paulò post conuulsio insequitur. Deinde λυειν verbum malè vsurpatur, cum sublato priorè malo grauius malum insequitur. Pone igitur materiam febris, quæ venis inclusa est, transfluere in nervos: hic tremor fit. Iniuriam verò neruorum cerebrum statim persentiscit, & partem concitata materia excipit, vnde delirium. Quòd si cui accidit, vt ea materia relictis neruis in caput concurrerit, non solius delirij, sed conuulsionis aut tremoris grauioris periculum incidit. Hæc autem μετὰ δεσµαι verbo significantur. Eiusmodique transpositio humoris ἀπὸ σπείσιν ἢ μετὰ δεσµαι potius dicatur, quàm λύσις. Atque vno verbo, si quis in ardente febre intremiscetum ægrum videat, qui per integram valetudinem non sit tremulus, & à tremore delirium superueniat, conuulsionem verius præfagiat, quàm tremoris dissolutionem.

XIX.

Ἐν χύσῳ ῥύξις ἐκ μυκτήρων τεταρταία, κακὸν ἢ μή τι ἄλλο ἀγαθὸν ξυμπέσῃ. πεμπλίαιον ὅσον κινδυνώδες.

*In febre ardente sanguinem è naribus fluere quarto die malum, nisi bonum aliquod signum incidat: quinto verò minus periculosum.*

**I**N ardentibus, qui sanguis aut stillat aut fluit, ferè niger est, quod ἀκρητον αἷμα scribit Hippocr. vt ei, qui in Dealcis hortu iacebat, cui & 2. & 4. paucus meracus effluxit

effluxit è sinistra nare, vnde conualuit quidem, sed ægerrimè insequentibus salutaribus vacuationibus & abscessu. Idem accidit stillationibus sanguinis maiore periculo, vt niger exeat. Metoni 4. bis è dextra nare paucus effluxit sanguis, sequuta die quinto larga sanguinis vacuatio è sinistra nare & iudicialis sudatio. Sed & post iudicium quædam reliquæ morbi, vigilia, delirium, vrina mala. Omnino liberatus, quia à iudicio sæpius è naribus erupit sanguis. Nec è particularibus exemplis præfagium concludi potest, nisi ratio vniuersalis accedat. Pauci enim ab eo fluore sanguinis, qui in diem quartum incidit, conualescunt, aut ægrè quidem conualescunt. Nam febris ardens aut imparibus mouetur, aut paribus. Si paribus, ferè lethalis est: si imparibus, inutilia omnia quæcunque quarto moueantur, sudor, fluxio sanguinis, vacuatio, abscessus. At quia iudicia, & quæ ea imitantur, magis incidunt in dies accessionum, si cui quarto die fuit sanguis, argumento est morbum paribus moueri. Quod si fit, duplici ratione periculofum, & quia accessio paribus, & quarto effluxit sanguis. Adde quod omnis vacuatio & infra modum & supra modum mala est. Itaque stillatio pessima, fluxio mala est, vt & eruptio, quæ vires ægri superat, ex qua vix ægri releuentur.

XX.

Οἱ ἐν τοῖς καύσιν ἐπιπεριφύχου διαχωρήματα ὑδατοχόλοι συχοῖν, ὀφθαλμοῖς κακόν. ἄλλως τε, κ' ἢν χύτοχοι γένωνται.

*Qui in febribus ardentibus leuiter refrigerantur deiciuntque aquosa bili mista densis oculis malum, tum alias, tum si catoche capiantur.*

Corrupta hæc sententia restituenda est ex Protrhet. vbi non ὀφθαλμοῖς, sed ὀφθαλμῶν ἰλλωσις legitur. Vox autem συχοῖσιν ad deiectiones referenda est. Hic ergo diuersi generis symptomata colliguntur, quæ tamen iuncta perniciè ægro denunciant. Itaque febris ardens periculo non vacat. In ea verò æstare corpus, & velut ignem in cutem & extremas partes expirari oportet. At contra si vel leuiter refrigerant, malo est: si plurimum, lethale. Sic enim vitalis potestatis & insiti caloris exinectio significatur. Quod si liquida pallida, quæ ὑδατοχόλα appellat, subinde deiciant, cruditas multa & fortasse infirmitas virtutis naturalis iudicatur, efficiturque tam multa deiectione, vt vires totius corporis exolefcent. Tertia potestas superest, quæ in cerebro sita est, in qua manifesta vitia se produnt ἰλλωσις, & fortasse catoche. Est autem ἰλλωσις peruersio palpebrarum. Inter lethalia signa notauit in vxore Oeceti δ' ἐπὶ ἰλλωσίν, quia dextri oculi palpebra distorta est. Sed de ea peruersione alio loco pluribus: & quid ἰλλωσίν verbum, & quæ inde deducitur Galenus copiosè scripsit in Epid. non aliud esse, quàm διαστροφή & ἰλλωσις διάστροφη peruersio palpebrarum. De catoche verò sæpius diximus, neque hoc loco repetere opus est. Hoc autem semel dicendum est in ægro, vnde hæc transtulit, omnes potestates, quibus vita sustinetur, grauiter laborasse atque verisimile esse inde periisse.

XXI.

Καύσις ῥίγεος ἐπιγενομένη λύεται.

*Febris ardens rigore superueniente soluitur.*

4. aphor. 53.

IN Aph. & lib. πρὶ κρίσεων καὶ καύσις ἐπιγενομένη ῥίγεος λύεται. Qua sententia vehementem ardorem rigore solui intelligit, voce ἐπιγενομένη rem augente. Idque author libri πρὶ κρίσεων reliquis febribus attribuit ὅσοισι πυρετοῖσι ῥίγεος ἐπιγίνεται, πρὸς λύεται. Quibuscunque febribus superuenit rigor, febris soluitur. At cum varius sit febrium modus, variæque materia, paulò liberius scripta ea sententia

tentia videri possit. Celsus eam sententiam ita conuertit, Febrem ardētem subitus horror exoluit, horrorem à rigore non distinguens. Rectè autem subitum dicit, qui videlicet derepente nec opinantibus ægris accidit. Eiusmodi autem rigor signum quidem critieum, sed non λυσιέου. Sed, vt solet Hippocrat. id quod antecedit pro consequentibus ponit. Rigor enim, vt reliqua omnia signa critica, quæ tantum signa sunt, solent antecedere, & in salutari morbo consequuntur alia quæ & signa sunt, & causæ rationem suscipiunt, quia reuera morbos dissolunt, vnde λυσιέου, sudor, deiectio, profluuium sanguinis, vrina multa, abscessus. Id autem plenius exposuit author πρὶ κρίσεων. Ἐν καύσιν ἐπιλάβη ῥίγος, φιλεῖ ἐξιδρώειν, qua oratione derepente correptum ægrum liberatum iri vult largis ortis sudoribus: quanquam sudorum nomine non excluduntur reliqua genera vacuationum. Neque tamen falli oportet incidente rigore. Sed nec ambiguitate vocis ἐπιγίνεσθαι, aut ἐπιλαμβεῖν. Atque relicta vocum disputatione de re differendum. Contingit aliquando in febribus vt infirma virtute sæpius rigor moueatur, sed celeriter subsistat. Ab eo rigore aliquando sequitur excretio, sed quæ naturam expletam dissoluat. Nonnunquam non sequitur excretio, sed in vanum concitata rigore materia intro recurrit, & naturam opprimit, vt trunque ægri exitio. Rigor autem salutaris antegressa concoctione die critico, salutaribus signis prius editis, derepente & vehementer commouetur. Rigorem sequitur sudor, deiectio alui, vomitio, profluuium sanguinis, vnde subito exoluitur morbus, quæ propriè crisis appellatur. Alterū genus rigoris, qui subinde incidit, celeriter resistit, damnatur ab Hippoc. ἢν ῥίγος ἐμπέσῃ πυρετῶ μὴ διαλείποντι ἢ δὲ ἀδύνατι ἐστὶ θάνατος. Si rigor subinde incidit nec inde intermittat febris, egro iam debili lethale. Alij ἐπιπέσει, alij ἐπιπέσει. Ac breuiter hanc sententiam experientia confirmabis in veris ardoribus, ætate media, florente ætate. Rigore enim vehementi septimo apud nos concitato sudor vehemēs ferè, aliquando aliud genus deiectionis febrem exoluit.

XXII.

Καύσις ὑποβοηθήσει ἐν εἰώθει, ἢ ἡμέρας θέσσαρας ἐπισημηναντες, ἐπεὶ τε ἐφιδρώειν. Ἐὶ δὲ μὴ, τῇ ἐξιδρωτῇ ἢ δεχθή.

*Febres ardentes recidua opportuna esse solent. Atque vbi dies quatuor inualuerunt, desudant. Alioqui septimo vel decimo.*

Febris ardens vtriusque generis, quod libro de ratione victus in acutis describitur, recidua opportuna est. Tum quæ salutaris, vt Cherioni, tum quæ lethalis, vt Euryanactis filia. Idem quoque in eodem opere scripsit Hippocrat. quod historis Epid. & quotidiana experientia confirmare licet. Quod autē ἐπισημηναντες scribit, de accessionibus dici tum videtur, quæ prima periodo inualescunt. Ac de ratione ἐπισημιασας prius diximus. Si igitur cum quatuor dies inualuerint, leuis sudor effluit, poterit quidem remitti febris, aut intermittere quidem, sed vnde recidua expectetur insequentibus criticis diebus. Aliquando quoque oborto sudore multo recidua fit. Quod Cherioni cōrigit, cui septimo rigor, sudor toto corpore, & iudicium, intermisit febris octauo, nono reuerfa est. Id quoque aliis exemplis intelligas. Cæterum siquidem prima periodo non incidit sudor, septimo quidem moueri potest: potest & nono, non decimo, quia criticus non est. Potest 11. 14. 17. 20. 21. & aliis diebus iudicialibus. Propterea melius ἐνδεκάτη, quàm δεκάτη legas. Ac notatis duobus criticis diebus alios complectitur, atque hæc sententia in ardentibus à copia bilis. ἐφιδρώσει enim cum ab imbecillitate naturæ & morbi malignitate vel copia sit, ab imbecillitate lethalis est, à copia reuersionem denunciat.

XXIII.

Τὸς καυσώδεας διακρίνειν αἰ τεσσαρεσκαιδεκα ἡμέραι, καὶ φέρεται ἢ ἀναρῶσαι.

Quib

*Quibus febris ardens, ij 14. diebus iudicantur, leuius habent, aut intereunt.*

Vniuersalis est sermo Hippocr. 14. diebus acutos morbos iudicari. Hic in ardoribus, qui sapius acutissimi sunt, eisdem fines<sup>1</sup> circumscripsit, quam multis ante quartumdecimum, aliis post 14. Illis robustior vis & clementia morbi salutem, infirmitas naturæ & malignitas morbi interitum breui attulit, vt quibusdam prima periodo, aut reddita valetudo, aut consequuta mors. Nota est sententia Hippocrat. in Prog. de simplicissimis & malignissimis febribus, quæ vel prima periodo exoluuntur, vel interficiunt. Aliæ his proximæ, quæ sexto interimunt, vt tempestate 2. primi Epid. quibus prius editis signis lethaliibus nulla recidua, sed sexto die mors. Accessiones enim paribus diebus. Mirum quodd. Pericles quarto iudicatus sine recidua. Caluus Larissæus quarto periit acutissimè. Nec minus mirū, quodd. Parus in Epid. 120. obierit: Heropytus 100. iudicatus. Vtrique febris ardens. Itaque vt acutorum, ita ardentium iudicatio magna ex parte 14. definitur. Aliis celerius, aliis tardius. Id quodd. vniuersalem sententiam non abrogat. Vis enim vniuersalis orationis est, vt si non perpetuò, magna tamen ex parte vera probetur.

## XXIII.

*Εν κούσῃ, μὴ γεννημένη πυώδης παρ' ἑς ἀποσθήματος, & πάλιν σάζονται.*

*Si ex ardente febre abscessus facti non suppurent, non multum seruantur.*

Vt constet hæc oratio, distinguenda febrium ardentium natura & materia abscessuum qui in glandulis consistunt. Febris ergo ardens alia clementior est, qualis ea tempestate austrina & squalida, quam describit primo Epid. vbi ante ver pauca febres ardentes, ex quibus nemo interiit. Eadem ratio fuit tempestate boreali humida frigida, in qua neminem periisse nouit Hippocrates ardente febre, neminem in phrenitidem incurrisse. Hæc autem vere vbi salubriores morbi esse solent, vt æstate media, autumno ferè exitiosæ. Nam eadem tempestate autumno ab æquinoctio ad occasum Vergiliarum alius modus febrium ardentium, vnde phrenitici, & ex iis plurimi moriebantur. Ac rursus aliæ febres simplices, aliis inflammatio viscerum, aut sacæ ignis incendium fouet. Clementia verò & malignitas distinguitur iis, quæ quia superueniunt ἐπιγενήματα nominant, qualia sunt constantia mentis atque perturbatio, facilis aut difficilis spiratio, excretionum varietas, ac breuiter iis quæ toto corpore apparent. Parotidum similiter aliæ clementiores, aliæ magis malignæ. Ac vere clementiores, æstate & autumno magis periculosæ. Materia interdum simplex, vnde laxa, fusca, magnæ, sine inflammatione, sine dolore parotides. Aliis pestilens & maligna materia est, vnde dolor, inflammatio, vnde neque difficilis respiratio, neque delirium, neque aliud quicquam in meliorem conditionem permutatur. Itaque sic distinctis & ardente febre & parotide, certius præsagium constitui potest, vtrum oporteat ægros non seruari nisi suppurent. Ego quidem in malignis ardoribus excitatas primis periodis parotides ferè lethales vidi, nec suppurantes, sed sub exitium euanescentes. Et si quæ suppurent, ægerrimè tamen perstantur. In ardoribus autem simplicibus, quæ tempestate illa prima ante ver extiterunt, quomodo & sanis plurimis parotides motæ sunt, quæ minimè suppurarunt, sed euauerunt. Et tertia tempestate parotides multis extiterunt. Atque aliter sudore, excretionem, soluta febre die critico perstiterunt parotides, quæ non suppurarunt. Verùm postea perturbata aluo & bilem expurgante dysenteria commota, vrinis

nis crassis euntibus, nullo ægri periculo parotides dissolutæ sunt. Et in eadem tempestate multis parotides non suppurarunt, facta transpositione materię ad vesicam. Cratistonactæ & Picthoris ancillæ suppurarunt: vterque obiit. Ac rarum quidem, parotides sanescere sine suppuratione. Rarius quoque si nulla commota vacuatione, alui profuuiuo, vel vrinis dissoluantur, nec inde extinguatur æger. Nam sæpe fit, vt euanescentibus moriantur ægri. Id maximè contingit initis morborum, & vbi crudo etiam dum morbo existunt. Vbi verò suppurent, distinguendum. Potest enim fieri vt materia in venis conclusa nondum maturata parotides suppurent, vnde ægri moriantur. Ergo parotides prius maturata materia febris, quæ in venis est, extumescant. Tumque vel suppurent, vel aliò conuersa materia commota aluo, vrinis crassis multis, aut alio genere vacuationis dissoluantur. Alioqui ferè sunt lethales.

## XXV.

*Οἱ ληθαργικοὶ, τρομάδες ἀπὸ χειρῶν, ὑπνώδες, δυσχάτες, διδηματώδες, σφυγμοῖσι καθροῖσι, καὶ μετὰρ (κατὰ ὑποφάσμα, καὶ ἰδρώτες ἐπιγίνον), καὶ κοιλίας ὑπιδέει (καὶ χολώδεις, καὶ ἀκρατέας.*

*Lethargici tremuli à manibus, somniculosi, male colorati, subtumidi, torpido pulsu, inflatis genis, sudores iis superueniunt, & subtumidum ventrem habent, deiciuntque bilem meracam.*

Lethargi signa describit non tam prognostica, quam ἀγνωστία. Lethargus multiplex, quia, vt Archigenes & Posidonius voluerunt, vitio earum partium quæ in hypochondriis, peculiari iniuria cerebri nascitur. Deinde quia primum inuadit, aut morbum alium insequitur, phrenitidem exitiali transmutatione. Aliqui rursus perpetuo somno tenentur: alij per morborum accessiones quotidianæ, semitertianæ, quartanæ in contumaciorem somnum ferri solent. Atque vt plus minusve bilis est, aut pituita, ita grauior somnus & morbus leuior. quoque is est. Familiaris morbus est senibus multum saluantibus autumno, & iis qui intemperatam vitam agunt, vario genere alimentorum nullo discrimine vescuntur, multæ venter incumbunt, meracioribus vtuntur vinis; pomeridianum somnum dormiunt, & in omni genere incontinentis vitæ valetudinem exercent. τρομάδες non omnes quidem, sed quibus vel natura, vel in multo vino & venter antea vita neruofum genus exoletum est. Aliis ergo saltus quidam membrorum: Aliis tremor: quibusdam ἀσυστόμος ex tremore & conuulsione permistum vitium motus, nonnullis conuulsio. ἀπὸ χειρῶν quia cum porrectis manibus iaceant supini, motus illi saltus, tremor, conuulsio ea parte magis se prodant. Nam aliquando dentes contrahuntur & strident, labrum inferius intremiscit, & aliæ partes modò conuelluntur, modò resoluuntur. ὑπώδες. Commune est omnibus lethargicis, sed aliis grauior, & vnde vix excitantur maiore malo, aliis leuior. δυσχάτες. Color is pallidus similis iis, qui edormita crapula exurgunt, plumbeus, liuidus contractis superciliis, tristi vultu & mororem quendam præferente. Nam id peculiare lethargicis. διδηματώδες subtumida facies magna vi vaporis crassi, quem permista bilis & febris excitat è frigida pituita. σφυγμοῖσι καθροῖσι. Mirum quodd. hic meminit pulsus, qui ferè omittitur ab Hippocrate. Est autem pulsus lethargicorum magnus, rarus, inflatus, quomodo in gemitu respiratio maior, sed tardior, nisi vbi imminet exitium: quia tum crebrior est, stertor quoque accedit: quanquam lethargo qui accessiones febrium sequitur, pulsus faciunt manifestiorem, aliis minimum, & motioni repugnantem. Sic enim ex Archigene & Posidonio Aëtius,

α μὲν γὰρ ἦν περίσθον ὑπὸν βῆπιζόμενοι σαφέστερον τ' σφυγμὸν ἔχουσιν. οἱ δὲ αἰεὶ δὲ πάλῃ ἔχοντες σμικροτάτον καὶ δυσκίνητον, Alij rursus pulsus annotant minorem, sed frequentiore iis, qui ex dementia in lethargum inciderunt. Ac profecto ex natura & temporibus morbi febris & ægri euariare pulsus aliquando necesse est. καὶ μετὰ τὴν ὑποφθάλμια. ὑποφθάλμιον genam inferiorem dicit, quæ vel fanis profundiore somno exurgentibus flatuoso spiritu facta exturgescit. καὶ ἰσθώτες ἐπιγίνονται. Sudores eiusmodi ferè frigidi & glutinosi è facie & ceruice existunt. Aliis declinatione accessionum mador quidam tenuis diffunditur. καὶ κοιλίας ὑποίθεσι. Torquet me hic locus, vt qui corruptus videatur. Primum enim conuenit lethargicos aluo esse astrictiore, quod ferè fit in humidioribus morbis capitis, adeo vt etiam irritata aluo clysteribus, materia in ventrem & os recurat, & quod in apoplexia vidimus, clysteres vomitione reddantur. Et quamquam in lethargo ferè & vrina & aluus supprimatur, vt inde aliquando soluto morbo confirmata disuetudine ægri nihil meiant, & ita moriantur: contingit tamen inclinante in mortem ægro, ac iam exoluta natura, vt præter voluntatem nullòque sensu & meiant ægri, & aluuiū deiciant. Neō ignoro scriptum ab Hippocrate libro de morbis κατὰ ὑποχρῆσιν ἐπὶ πολὺ ὑγρὸν, Aluum deicere multa & liquida iam morituris. χαλῶδεις decurrende bile è malè affectis viceribus. Nam si aluo liquida sunt ex vitio ventris magis, quàm natura morbi accidit. Cur autem ἀκρατίας dicat, an meracas, an incontinentes, dubitari potest, quia nullo sensu & præter voluntatem excrementa reddant. Id enim contingit aliquando lethargicis, vt antè diximus.

XXVI.

Ἦν δὲ κατὰ ξήρως ἰχθῆσιν, ἔρα καὶ διαχωρήματα προϊόντα λαθραίας.

*At si admodum siccitas aluos habeant, vrina & alui excrementa clam nullòque sensu prodeunt.*

Hæc oratio ostendit voluisse proximo sermone intumescere ventrem lethargicis, multaque bile tincta liquidaque egerere. Opponit enim κατὰ ξήρως aluos, iis qui multa liquidaque deiciunt. Quod ferè accidere lethargicis dicebamus, nisi vel peculiari vitio præcordiorum, vel resoluta natura multa liquidaque effluent. λαθραίας, hoc est, ἀκρατίας præter voluntatem, quod omnino damnatur ab ipso Hippocrate. Quamquam λαθραίας in Prorrhethico de iis dictum sit, qui nec opinantibus quidem ægris, nec iis, qui ægro inferuunt, de repente moriuntur.

Τὸ αὐτὸν ὑποζυγίς.

*Vrina qualis iumentorum.*

A Vthor Prorrheth. τὰ ὑρῶματα μὴ ὑπομνησάντων ἀλέθρια, ἔρα γὰρ τυττίσις ἔρεται οἷον ἐπὶ τῶν ὑποπτικῶν ἀναπαράφειας. Generalior quidem oratio est, quam tamen de phreniticis Galenus interpretatur, qui violata mente ne moniti quidem vrinam reddunt, sed nullo sensu effundunt in lectum. Ac lethargicis magis proprium est, quàm phreniticis, vt non nisi admoniti & incitati vrinam reddant: & si petiuerint maculam, offeraturque, oblatam quidem datamque nesciant. Et siquidem meiant, turbulentam meiant. Est enim phreniticis vrina ferè tenuis, lethargicis perturbata, qualis ὑποζυγίς iumentis, aut, vt in Prorrheth. οἷον ἐπὶ τῶν ὑποπτικῶν ἀναπαράφειας, perinde ac si sedimentum crassum videlicet, multum

multumque cum reliqua vrina perturbaueris. Ea verò vrina fit, quia crudus humor, qualis plurimus lethargicis febre & bile agitatus magnam vim flatuosi crassique spiritus commouet in venis. Ac de eo lotio plura alibi, vbi de vrinis egimus.

Πιεῖντε ἐκ ἀπτεῶν, ἔδδὲ θάτερον ἕδδεν.

*Neque potum neque aliud quicquam expetunt.*

O bliuio, ignauia, atque segnities sensus, peculiaria sunt lethargicis. Nam ab iis nomen lethargo inditum est. ληθῆ enim obliuio est, ἀργία verò ignauia atque segnities, quam is morbus corpori & animo inuehit. Ac si occupata mēs est, vt cōpuncti, excitati, interrogati, ægri tardèque respondeant, ac verbo vno edito, loqui desinant, quæ contineant manu, nullo sensu dimittant, iaccant supini, inettes, expansis cruribus & manibus, salina multa, qua perpetuò madescit os, mentum, vicina lintea, & stragulas contaminent, siquidem expuere contendunt, oscitent aliquando, nonnunquam delirent, atque etiam phrenitici euadant meliore conditione, quàm vbi phrenitis in lethargum commutatur, singultiant, gemunt, suspirant, stertunt, guttur iis extat atque prominat, respiratio aliquando naturalis, interdum grauis & difficilis, atque sublimis quam ἐπνευμένην dicit. Hæc omnia quidem ἀγνωστὰ, sed vt vel inualeſcunt, vel mitiora fiunt, ita de magnitudine & clementia morbi, de euentu quoque præſagire licet.

Ἐμπροσθεν δὲ γενόμενοι, ζάχλην ἐπὶ ὀδύων φασὶν ἔχεν, καὶ διὰ τῶν οὐράτων ἤχως διαίσσειν.

*At iam compotes mentis collum se dolere dicunt & sonitum per aures egredi.*

I N lethargo non solum memoria læsa, sed & ratio aliquando violatur: cuius rei manifestum argumētum est, quòd cum loquuntur, vno verbo edito silent, & paulò post obliu prioris verbi, in aliud desultant, & aliena quædam adiciunt. Sæpe enim ex lethargo & phrenitide mistus morbus est, quam quidam προφραϊδίαν appellarunt, quamquam lethargus plus pituitæ habet, quàm cerebri corpus imbibit. Itaque euictò morbo redduntur menti, aiuntque iusta ratione dolere collum & sonitus per aures egredi. Nam qui fiat, vt læso cerebro & copia grauato non decurrat aliquid per foramen an. plum, quo ceruix capiti postica parte committitur, multò magis si, quod quidam voluerunt, lethargus est posteriore parte cerebri, vbi memoriā locant, quamquam alii imaginatricis vitium faciunt. Satis sit, in lethargo memoriā lædi & rationem. Ergo decurrende parte materiæ in neruos, musculos, & tendines colli, quibus collum capiti colligatum est, dolere collum par est. Ac colore iam euincente flatus fiunt, qui exitu dato per aures impetum faciunt, vnde sonitus.

Ὅμοιός δὲ σάζον τῶν ληθαργικῶν, ἔμπροσθεν ὡς ἐπιτοπολὺ γίνον.

*Qui verò lethargici reualeſcunt, magna ex parte purulenti fiunt.*

C Onualeſcunt ægrè lethargici, & si qui lethargo liberantur, alij in mediam quandam conditionem inter lethargum atque phrenitidem: alij in phrenitidem incidunt, sed non protinus certa valetudo est. Quòd autem dicit, ἔμπροσθεν γίνονται, variè legitur in opere de morbis secundo lib. Si (inquit) septem dies



lethargicus effugeret, υγιής γίνεται sanus euadit. Tertio verò libro de morbis ner-  
tatis lethalius indicium ην δε εμφύγη εμπίου γίνεται. Si verò periculum, quod ea si-  
gna ostendunt, effugerit, purulentus euadit. Hic addidit ως επιπροσολύ, quia id per-  
petuum esse non potest. Iam verò εμπίου purulentus in genere quidem quacun-  
que parte vomica colligatur, peculiariter in pulmonibus. Hic verisimilius in capite.  
Multos enim vidimus, qui à desperatis & diuturnis malis fuerūt liberati pure mul-  
to per aures magis, interdum quoque per nares expurgato. At rursus inter signa  
lethargica distillatio & tussis ponuntur à veteribus medicis. Quod si eui conti-  
git, vt in pulmones secedens materia in pus vertatur, an debeat eger conualesce-  
re ambiguum est, & ad signa, quæ scripsit Hippocrát. in Prognost. de purulentis  
decutrendum.

XXVII.

Οκόςου εν πυρετοίεν ακριτως τα ζομάδεα πίνεται, τετίοι χελώνες  
αργρα αποστασις δδιδωδης ενπύου, ηη κύσις επιδωως.

*Quibus in febribus tremores subinde incidentes acquiescunt, iis  
tandem in articulos abscessus dolens suppurat, & vesica laborat.*

**P**ythioni frequens tremor, abscessus in sede suppurat, & stranguria vesicam  
exercuit. Mulieri, quæ in littore habitabat, tremor 7.14. sine abscessu & stran-  
guria, quod vrinæ stillicidium appellamus, sed vomitione & sudore liberata est. Et  
nos tremores in ægris sæpe vidimus neutro horum non abscessu, non vrinæ stillici-  
dio consequente. Potest igitur eiusmodi tremor effusa materia è venis & lacessente  
neruos commoueri. Atque in ea concitatione in articulum tandem decumbere.  
Quia verò non iudicat is tremor, reliquæ materiæ venis cõcluduntur, putrefcunt-  
que & maiorem acrimoniam contrahunt, atque aliquando ad intestina, vnde dy-  
senteria, nonnunquam ad vesicam, vnde stranguria, aut si in cutem secesserint, pu-  
stulas, carbunculos, & varia tuberculorum genera excitant, qualia pestilenti condi-  
tione 3. Epid. describuntur ab Hippo. Sed hæc omnia sine tremore antecedente esse  
possunt. Iam verò tremor inter critica signa, vt rigor, numeratur. Si ergo fit ακριτως  
hoc, neque vacuatione, neque abscessu consequente, malo est, vt critica omnia, quæ  
non decernunt. Ergo vt seruetur æger, quando morbus diuturnior est, cõcoctiõne  
materiæ opus est, vel abscessu. Et abscessu quidem simpliciter, vel aliter. Est enim  
αποστασις multiplex κατ'εκραν, hoc est, ηη κενωσιν, per excretionem, vel vacuatiõ-  
nem, quale est cum materia in ventrem secedente, vel vesicam, dysenteria & stran-  
guria commouentur. Est & ηη αποθεσιν, cum materia loco mota alia parte corpo-  
ris colligitur, vt si è venis in articulos in glândulas, è pulmonibus in testiculos. Quod  
si materia collecta in pus vertitur, αποστασις δ' εμπύηματ' appellatur & κατ'εμ-  
πίουμα. Est & μεταπύωσις, abscedente materia, quæ morbum facit, vt inde nouus  
morbus generetur è pleuritide, peripneumonia: è phrenitide, lethargus & similia.  
In genere abscessuum συσροφαι collectiones quædam, quæ fiunt extante tuberculo,  
pustulæ φλωζακια, carbunculi, morbus regius, & alia id genus καί κύσις επιδωως,  
quia in vrinaria instrumenta conuersa acri materia stranguria fit. Id enim potius  
intelligas, quam inflammationem vesicæ.

XXVIII.

Τον πυρεσόντων οίμιον ερυθμια, επι πρωσώπων, ηη πίνος κεφαλης ισχυ-  
ρος, ηη σφυγμος φλεβων, εμγτος ρύσις τα πολλα γινε.

*Febricitantibus siquidem rubores in facie, & vehemens capitis  
dolor, & venarum pulsatio profluum sanguinis sæpe prænuñtiant.*

Iam

**I**am antè notata sunt quædam inditia profluij sanguinis, inter quæ ερυθμια τα  
rubores, præsertim in facie & oculis. Sic enim hoc loco ερυθμια vocem ambi-  
guam interpretatur: Aliter enim lib. 2. & postea quinto vsurpatur. Adhæc vehe-  
mens capitis dolor, qui ferè grauis est: ac sæpius venarum pulsationes idem signifi-  
cant, venarum quidem, vt arterias comprehendas in spina tum dorfi, tum ceruicis,  
& collo & temporibus. Ac vna communisque omnium causa est, feruens & conci-  
tatus sanguis in caput. Addit autem τα πολλα, quia aliquando retinetur, nec sequi-  
tur profluum sanguinis, sed, vt antè, εμπασις μελαγχολικη furor quidam & extin-  
ctio naturæ consequitur.

XXIX.

Οίσι δ' ασια, ηη καρδιωγομοι, ηη πλυαλισμοι, εμετος.

*Quibus verò anxietas & cordis mordicatio, frequensque sali-  
uatio, vomitus accidit.*

**I**n multis signis vomitionis, quæ scripsit Hippo. in Progno. hæc certè magnam  
vim habent, ασια, καρδιωγομος, ηη πλυαλισμος. Est autem ασια nõ fastidium ciborum,  
sed molesta quædam nausea & anxietas, quæ contingit vomituris, quia humor  
acris & vitiosus inclusus venis quæ ad ventriculum pertinent, illic feruet, & vt ex-  
eat, à natura commouetur, vnde ασιαδης εμετ' in Prorrh. ab acriore bile. Atque  
eadem ratione καρδιωγομος, vbi ea agitatione bilis assurgit & vellicat os ventriculi,  
quod καρδιων veteres appellabant: Cor quoque vulgus nominat. ηη πλυαλισμος tenuis  
quædam & liquida spuratio, de quo prius. Addit Hippo. in Prog. capitis dolorem &  
veluti tenebras quasdam præsentas oculis ορφνωδες τι προ ην οφθαλμων. Iisdem  
os amaricat, inferius labrum contremiscit, quibusdam reuellit hypochondrium,  
& frigeicit. Interdum rigor præcedit, vrina & alui excrementum retinetur, quæ  
omnia pluribus persequitur Gal. ex Hippo. 3. libro de Crisibus.

XXX.

Οίσι δ' ερωγμοι, φύσαι, ψόφοι κοιλιης ηη επάρσις, ηη εκτάραξις κοιλιης.

*At quibus ructus, flatus, strepitus ventris, iis extuberat venter,  
atque conturbatur.*

**B**reuius in Prog. & Aph. perturbationis ventris inditium βορβορυγμον dixit.  
Atque horum omnium, murmuris, strepitus, ructus, communis causa est fla-  
tulentus spiritus, qui vbi agitatur & caua parte reuoluitur, murmur strepitumque  
facit. Sed aliquando è ventre per gulam excussus ructus est ερευγμος, per antrum cum  
sonitu exclusus πέρσις crepitus. Atque quemadmodum materia calida & ferui-  
do sanguine ad excretionem sursum commotis palpitationes pulsationesque gi-  
gnuntur, ita vbi crassior, nec ita calens materia circa ventrem commouetur, gene-  
ratur flatus, qui vnà cum humoribus agitatus & circumuolutus demurmurat, ac fe-  
rè lumbis incumbit, donec aperta via excludatur. επάρσις κοιλιης, hoc loco quæ  
in Progno. κυρτώματα δε μετέωρα υποχονδρια, non ideo quia inflammatione ali-  
qua aut alio tumore eiusdem generis extuberent, sed, vt ait Gale. εμπενυσόμενα,  
flatu exturgentia, φουσάδνη ηη ην ογκω μέζονι γινόμενα, flatuosa & magis, quam na-  
ture conueniat, tumentia. Nam & antè dictum est επάρσις δε επάρματα aliquan-  
do tumores ad aures dici, aut qui aliis partibus existunt. Hic ergo sit quod εμφύ-  
σμα. Addit in Progno, vt sententiam magis explicet, τες δε (inquit) εν ην υποχον-  
δριων πόνος τε ηη κυρτώματα λυ η νύαφα, ηη μη ξυη φλεγμονη λυει βορβορυγμος  
&c. recens natos dolores & tumores ex hypochondriis, quæ sunt sine inflamma-  
tione obmurmuratio soluit. Addit, vt in Aph. & alui excrementum & vrinas & fla-  
K. k 3

tus vnà egredi, sed opranda magis per aluum vacuatio. Alioqui relictis hypocho-  
driis materiam cum flatibus deorsum euolui ἐκ ταραχῆς in Aph. κοιλίαι καθυγρά-  
νονται. Est autem ἐκ ταραχῆς ταραχὴ γαστρῶς, vt in Aph. cūm videlicet multa & ex  
abrupto deferuntur, quæ obiter intestina mordicant, & dolorem mouent. Hinc κοι-  
λίαι ταραχῶδες ab Hippo. & δὲ ταραχῶδες. Hæc autem in febribus.

XXXI.

Τοῖς χρονίσις ἐν ἀσφαλέως ἐν πυρετῶς ἐπιχειρῆσι, χωρὶς πόνου, ἢ φλεγμονῆς, ἢ  
ἄλλης προφάσιος, ἀπὸ τῆς ἐν προσδέχεσθαι πόνου καὶ οἰδήματος, καὶ μᾶλλον ἐς τὰ  
κάτω χωρία.

*Qui in febre continua diutius agrotant, nullo tamen periculo  
sine dolore vel inflammatione & alia externa causa, iis abscessus  
expectandus est cum dolore & tumore & magis in partes corporis  
inferiores.*

**H**æc sententia scripta in Prog. paucis mutatis. Vbi enim hic χρονίσις ἀσφα-  
λέως, eadem sententia in Prog. μικρῶν πόνου καὶ φλεγμονῆς ἢ ἀθρόω. Sed  
& melius, quod sequitur eodem libro μικρῶν ὀδύνης ἐχέσθης δὲ φλεγμονῆς τινὰ, μή-  
τε δὲ προφάσιν ἄλλαν μηδεμίαν ἐμφανέει. Nullo dolore habente ægrum, neque pro-  
pter inflammationem quandam, neque propter causam vllam manifestam. Subiit  
expectandum esse abscessum ἐς τὴν ἀρθρῶν, καὶ ἔχουσιν ἐν ἑνὶ κάτω. In ali-  
quem articulorū & eorum maximè, qui sunt inferiores: & vbi hic πόνον, illic ὀδύνην  
scribit. Itaque in Progn. melius. Nam verisimile non est febrem longam conti-  
nuam esse sine dolore & offensione alicuius partis. Sed esse sine dolore quidem,  
quem vel inflammatio moueat, vel causa manifesta. Iam verò lōgitudinis morbi  
aliæ causæ sunt internæ, aliæ externæ. Internæ natura materia, locus vbi contine-  
tur, pars corporis affecta, viarum excretionis restrictio. Externæ, quæ peccantur ab  
ægris, medicis, & ministris, locus, ætas, regio, æris constitutio, animi affectus. Ac quæ-  
admodum pauca calida & tenuis materia breuem morbum facit & ferè iudicatur  
per excretionem, ita multa crassa frigida longius morbum trahit, & concoctione  
vel abscessu magis terminatur. Alia pars minus caloris habet, minorem vim habet  
& concoquendi, & excernendi, & transponendi quod nocet, vt quæ exanguis est, &  
longius posita est ab vtroque fonte caloris & naturalis, & vitalis. Sunt & quædam  
partes affectæ intemperie, imbecillitate, vbi febris focus est. Aliis quoque restrictius  
& densius corpus est, viæque angustiores, per quas natura excernat. Atque febres,  
quas describit, salutare, benignas, non malignam materiam habent, sed crassam &  
frigidam, quam natura alioqui integra in articulos reponit, coxæ, genua, & pedem,  
quia neque excernere potest, neque concoquere. Pōnit autem sine dolore & in-  
flammatione, quia sic non transponeretur materia, sed ferè qua parte dolor infide-  
ret atque inflammatio, concoqueretur, & vbi dolor, illic abscessus fiunt. Excludit  
quoque causas externas, quia tum abscessus non fit, sed si reformes corrigatque,  
quæ ab ægro & aliis peccantur, si arte frigidiorum locum humidiorum temperes, si  
cura, solitudine, & aliis perturbationibus animi ægrum liberet, æger sine abscessu  
poterit conualescere. In articulos aut quia laxi, ampli, commoti & excernendi po-  
testate imbecilli: οἰδήματα more suo omnem tumorem intelligit.

XXXII.

Προσδέχεσθαι ὃ δὲ τὰς ἀποστάσεις, τοῖς ἐν ὑπερτακτικῶν ἔτεα μᾶλλον.

*Abscessus autē expectandi in iis, qui triginta annos superarunt.*  
Parum

**P**arum conuenit hic locus cūm Prognostico, vbi hoc modo scribitur, μᾶλλον  
δὲ γίνονται καὶ ἐλάσσονα χρόνον αἱ τοῖαντοῖα ἀποστάσεις τοῖσι νεότεροις κρη-  
μοντα ἔτιω. Fiunt autem magis & celerius eiusmodi abscessus iis, qui nondum tri-  
ginta annos attigerunt. Et paulò post τοῖσι δὲ γερατέροις ἡσσαν γίνεσθαι, seniori-  
bus autem, hoc est, qui triginta annos superarunt, fiunt minus. Itaque vel corruptus  
hic locus, & ὑπὸ legendum, aut aliter non ὑπέρ. Cæterum abscessus fiunt hoc mo-  
do, vbi calida materia est & firmissima natura celeriter dissoluitur morbus excre-  
tione, idque die critico. Vbi verò non ita robusta natura est & materia calida, po-  
test quidem morbus iudicari excretionem, sed interpellata, vt 7. die pars sudoribus  
excludatur vomitione, deiectione, sanguinis profusione: reliqua pars vndecimo,  
decimoquarto, & aliis deinceps criticis diebus. Idem efficitur vbi maior materiae  
copia est. At labefactatis viribus natura succumbit. Iam verò frigida materia robo-  
re naturæ concoquitur, quia crassior & frigidior est: integra natura in abscessum  
deponitur. Infirma verò & languente potestate, quæ excernit, concoquit, loco mo-  
uet, & transponit in abscessum, ea materia corrūpitur, ac tandē æger conficitur. Sic  
ergo cōparatis viribus naturæ & conditione materiae de celeritate, tarditate excre-  
tionis, concoctionis, & abscessus, de salute & morte ægri iudicabis. Aliquando mali-  
gnus morbus est, vbi die nō critico vel excretio, vel abscessus commouetur, vtrun-  
que vel maius, quàm vt natura sustineat, vel minus, quàm vt leuet, vel dissoluat  
morbum. Omnino verò lethale vtrunque est, si iam arefacto corpore & languenti-  
bus viribus excitatur. Vtrunque inutile, nisi die critico moueatur. Ab ætate verò  
virium iudicium esse potest. In pueris potestas naturalis plurimum viget, ex quo  
sola exhalatione febres sæpe iudicantur. Adolescentibus & ætate florentibus inte-  
gra ea potestas est. Florens ætas iam inclinat anno tricesimo, aut certè tricesimo-  
quinto. Ea verò vt multam bilem per ætatem, ita multam pituitam per intempe-  
rantem vitam colligit. Ac tum quidem plurimi febricitant. At quod solet contin-  
gere in multiplici materia, bilis quidem excernitur: pituita verò concoquitur, vel  
in abscessum reponitur, idque per virium robur magis & celerius. Senibus autem  
per infirmitatem virium multo minus, multò tardius. In media conditione con-  
sistens ætas, quæ tricesimoquinto & sexagesimo circumscribitur. Atque vt ætas  
longius relinquit florem ætatis, & propius ad senectutem accedit, ita minor vis est  
insiti caloris, minus ac tardius fiunt excretio, concoctio, abscessus.

XXXIII.

Ὑποσκέπτεσθαι ὃ τῆσιν τὰς ἀποστάσεις, ἢ τὰς εἴκοσι ἡμέρας πυρετῶς  
ὑπερβάλλη.

*Considerare oportet in ijs abscessus ipsos, siquidem viceesimum  
diem febris excefferit.*

**M**elius in Progn. ὑποσκέπτεσθαι δὲ χρὴ ἐνθὺς τὰ περὶ τῆς ἀποστάσεως ἢ εἰκοσι  
ἡμέρας ὁ πυρετῶς ἔχω ὑπερβάλλη. Ac protinus considerare oportet, quæ ad  
abscessum pertinent, siquidem pertinax febris viginti dies excefferit. Alij legunt  
eadem sententia τὰ τῆς ἀποστάσεως. Itaque morbi acuti quatuordecim diebus iu-  
dicantur, neque qui si ad viceesimum perueniant, non statim diurni sunt. Ad qua-  
dragesimum enim extendūtur, vbi acutorum finis & diurnorum principium est.  
Ac primis quidem periodis, quæ decimoquarto circumscribuntur, excretionibus  
magnis soluantur morbi: quanquam & post 14. ad 20 vsque. Ex quo si excretio  
fit, ea ferè defecta & interuallis redit 27. 34. 40. 60. 80. &c. quanquam iisdem pe-  
riodis & coctio dissoluit morbos & abscessus fiunt. Nos autem rarò videmus mor-  
bos, etiam si viceesimum excefferint diem, abscessu iudicari: sed fere coctione & ex-  
cretionem. Id autem fieri arbitror, quòd sapius iniectis clysteribus, multis medica-  
mentis, detracto sanguine materia crassior, quæ alioqui abscederet, paulatim vacua-  
tur, ex quo natura copia oppressa, pigra ita excitatur & confirmatur, vt reliquias

partim concoquat, partim excernat. Quæ res efficit quoque ut raræ crifes videantur, in quibus commota perturbatione critica derepente mota excretionis ægri liberentur. Hæc autem, quia paulatim attrita vi morbi dubio certamine committere naturam non ita tutam iudicamus: & qui in subsidium naturæ designatur medicus, fomitem morbi & veluti comæatum subducit, & naturam confirmat. Sed ad rem. Speculari (inquit) oportet τὰς ὑποστάσεις, hoc est, τὰ τῆς ὑποστάσεως signa quæ abscessum prænuñtiant. Qualia sunt urinae diutius crudæ, sputa, alui excrementa, cruda omnia: adde pigram naturam in concoquendo & excernendo, vires integras, ætatem, anni tempus, locum, regionem, dolores quosdam partium, & lassitudinem in articulis, copiam crudæ materiæ, quæ longius morbum trahit. Nam quæ κοπῶδεις febres sunt, citius ad aures abscessum faciunt, ut quæcunque calida constant materia. Ea enim & celeriter & facillè attollitur, ut vel hæmorrhagia, vel parotis insequatur, & ubi hypochondria incalescunt. Hæc ergo speculari oportet, quantum, ut antè diximus, aliquando editis signis abscessus, liberat ab abscessu urina multa &c.

## XXXIII.

Τοῖσι δὲ πρεσβυτέροις ἥσων γίνονται, καὶ πολλῶν χρόνων γονομῶν τῶν πυρετῶν.

*Maioribus ætate minus fiunt abscessus in febribus, quæ trahuntur diutius.*

Πρεσβύτερος, & quos in Prognostico dixit γεραιέρος, intellige maiores natu, quam qui tricesimum annum agunt. Neque enim πρεσβύτεροι hoc loco qui proprie senes & ἡμολέροντες, qui videlicet crudam viridèmq; senectutem agunt. Itaque ab anno trigesimo plerisque inclinans ætas, alius 35. quod tardissimum est quadragesimo. Ac ut firmior natura, qualis ætatis flore, ita celerius promovet abscessus. Iam inclinans & minus & tardius promovebit, ex quo longius trahitur morbus, & paulatim concoquetur, καὶ πολλῶν χρόνων, etiam si reuera tardius abscessus ætate inclinante fiant, ad febrem tamen referendum. Nam in Progn. πολυχρόνως ἔσονται πύρετ, longius prorogata febre. Atque hæc in continuis febribus.

## XXXV.

Οἱ δὲ διαλείποντες ἢ λαμβάνοντες πεπλανημένως, φθινοπύρεθ μάλιστα ἐς τετραετία ἢ ἑξαετία μεθίστανται, καὶ μᾶλλον τοῖσιν ὑπὲρ τὰ βήκοντα ἔτια γεγονόσιν.

*Quibus verò febris intermittit præhenditque erraticè, autumno maximè, in quartanam facile transit, ijs magis, qui triginta annos superant.*

Dubitari potest, quos διαλείποντας intelligat. Nam & de continuis, quæ in intermittentes desinant, & de iis quæ primùm intermittunt, nec è continuis relinquantur. At res sic habet. In febribus continuis longioribus speratur abscessus, siquidem continuæ perseverent, nec excretio aliqua superueniens abscessum antevertat. Quod si, ut sæpe fit, è continua fiat intermittens, eaque, ut contingit, tertiana, aut erratica, metus est ne in quartanam transeat, idque autumno, vel appetente vel instante. Fit quoque eadem anni parte Augusto & Septembri ut genus quoddam tertianarum vigeat, sed paulatim oberret: nec iam tertianæ ordinè retineat, eamque quartana ferè consequitur. Hæc facillè obserues anno maximè in quo inclinante ætate febres continuæ & pertinaces tertianæ & erraticæ vigeant, atque ex iis quartana. In Prog.

In Prog. non φθινοπύρεθ, sed τῶν φθινοπύρεθ προσπελάσσει, aduētante autūno. Atque utrunque verum. Quamquam sæpius eiusmodi permutationes fiant, antequam æturus oriatur, quàm ubi autūni initium Hippocrati. Videas enim multas eiusmodi febres inclinante Augusto, ubi diēs caniculares desinunt, tepeseit æstas, & matutina frigora oriuntur. ἐπιεικῶς autem dupliciter intelligas, vel quod obscuris & clementibus initiis. Primùm enim ita febris intermitit, ut omnino desisse imperitis artibus videatur. Ac diligentius obseruanti deterior valetudinis conditio quarto quoque die apparet, & è leuibis initiis & obscuris tandem confirmatur. ἢ μᾶλλον in Prog. τοῖσι προήκοντα ἔτιωμ ἢ γεραιέροις annū agentibus tricesimū, vel etiā senioribus. Sunt qui in Prog. legant τρισσαράκοντα, sed προήκοντα melius. Itaque reliquias febris, hoc est, focæ sanguinis diutius calefacta, ut videlicet ignis, quod tenuius & humidius depascitur, fomes sit & materia quartanæ. Atque ea ætas, quæ 30. annū aut 35. superat (nec enim satis de limitibus ætatis conuenit) sicior iam ac frigidior est. Nam cum vita duobus maximè constet, ut voluit Hippoc. igne & aqua, calido & humido, humidissima quidem & calidissima ætas pueritia est. At quia humidum calido alimentum est, ignis perpetuo motu aquā depascitur, partemque eius in incrementum corporis conuertit. Accedunt quoque ætati exercitia corporis, sic inualefcit ignis & minus aquæ relinquitur. Atque ea ratione ut plurimum humidus & caloris habet pueritia, proxima genitura, ita ut procedit ætas & longius genituram relinquit, propius ad corruptelam accedit. Nam ut generatio & vita in calore & humore est, ita corruptela & mors in frigido & sicco. Quomodo enim lucerna ardens oleo alitur & externo spiritu conseruatur, ita calor insitus corpori humido nutritur & conseruatur aëre. Itaque magna parte insiti succi absorpta à calore, calor alimentum minus fruitur & languescit, ex quo siccius & minus calens corpus relinquitur, ubi initium ætatis inclinantis. Initium verò ferè anno 30. quāquam alius tardius. Ergo coëunte natura & temperatura ægri, quæ tum in melancholiam vergit, accedente autūno, præeunte febre, quæ plurimum humidus dissoluit, facilis in quartanam via est.

## XXXVI.

Αἱ δὲ ἀποστῆσις τῶν χειμῶνος γινόντων ἔτι μᾶλλον, καὶ πᾶσι βραδύτερον, ἢ ἥσων περιδρομέσιν.

*Abscessus autem hyeme fiunt magis, desinunt tardius, & minus recurrunt.*

Æstas rarius, laxius, & solutum magis corpus habet: hyemis densius, astrictius & magis cogit vires, æstas tenuiorem, calidiorem & magis fluxilem materiam; hyems crassior, frigidior, & minus sequacem gignit. Æstas externo calore foras euocat, laxat, rarefacit, & vias aperit: hyemis externo frigore intro comprimit, densat, astringit, & vias intercipit. Quas ob res æstate excretiones, hyemè abscessus magis expectandi. Ac per hyemem ventres quidem non modò, qui ventriculus peculiariter appellatur, sed & conceptacula sanguinis, atque adeo cæca omnia plus insiti caloris continent, in quo naturæ robur est. Sed ob id non excernitur materia morbi, quia etsi natura firma est, repugnat tamè crassa pigraque. Accedit viarum corporis & cutis astrictio & naturæ foras excludenti aër frigidior occurfat. Ex quo multò rarius hybernæ febres sudoribus, sæpius æstiuæ iudicatur. Quæ cum ita habeat, materia crassa & frigida à natura partim concoquitur, partim reponitur in abscessum. Concoquitur quidè, quæ minus crassa minùsq; frigida est. At quæ cōcoqui nō potest, secedit in abscessum: abscessus autem is tardius desinit iisdè argumētis. Videas enim ætate abscessus, qui primis periodis moueatur, & rursus cōmota loco materia per vrinas, alui deiectiones, vomitiones aut aliter excludatur. Aut si retinetur loco, ut ad aures celerius vel suppurat vel dissoluitur. Hæc autè quia fluxilis magis, & sequax ætate materia est. Contrà habent omnia hyeme. Nam & tardius mouentur abscessus, & moti tardius desinunt. Ac vel resolu in halitū, vel in pus verti necesse

neceffe est priusquam definat. At quando frigidior & crassior materia est, tanto tardius & discutitur, & maturatur. Contra vero abscessus omnis quod materia constat calidior & tenuior, qualia φύματα à posterioribus medicis vocata celeriter crescunt, & suppurant. Ησσομ παλινδρομήσει, hoc efficit pigra nec facile mouenda loco materia. Deinde quia natura vicens eam partem, quæ pertinacior sit, in abscessum reicit & paulatim discutit, vel maturat, minus repugnantem concoquit, & ferè per urinas vacuat.

XXXVII.

Τὸ ἴδιον πολλάκις ὑποβοηθῶσιν, ἢ ἐξάμηνον ὑπερβάλλωσιν, ἰσχιαδικὴ φθίσις ἐπιεικέως γίνεσθαι.

Quibus sapius recidiva fiunt, siquidem sextum mensem superent, in coxariam tabem facile incidunt.

Υποτροπιάζειν & de recidiuis dictum ab Hipp. & de recurrentibus casibus per recidiuas, quomodo si in singulas redit sopor, delirium, singultus, sudor, aliaq; id genus. ὑποτροπιάζειν, inquit Galin expositione vocum Hippocr. ἢ μόνον ἢ ὑποτροπιάζειν, ἀλλὰ καὶ ἢ ἐναλλάξ μετὰ ἀλλήλων ὡσαύτως ἢ ἐπιπροσώπων ἐν ὑποτροπιάζειν. Itaque non modò redeunte morbo, sed & alternantibus per recidiuas quibusdam symptomatibus, & cum intermissione febris intermittentibus ὑποτροπιάζειν fit, qui ὑποτροπιάζειν alio loco appellatur. Nunc autem πολλάκις ὑποτροπιάζειν de febribus còtinuis, sed quæ non in typos & periodos intermittant, intermittant tamen eo modo, quo in multis historiis Epid. videas acutas & φιλοπόροφα, ardentis à defecto iudicio intermittere & redire, vno verbo φιλοπόροφα scripsit in hoc opere. Ac prius quidem expositum de causis frequentis recidiua. Cæterum in ægris ducta hæc sententia, qui firmis quidem viribus pertinaci febre & acuta quidem laborarunt è multa cruda, crassa, frigidaq; materia, quæ nec excerni potuit à natura, nec semel concoqui, nec deniq; loco transmutari, aut certè oportuit, quod sæpe fit, ea exclusa, concocta vel in abscessum reposita vitio corporis nouã materiam regenerari, quæ diutius fouerit morbum. Alioqui peccatis ægri, medici & eorum, qui ægro inferuiant, fomitem mihi in integrũ colligi, vnde tam pertinax febris, tamq; opportuna recidiuis. Iam vero quæstione dignum est, cur sextum mensem potius, quàm quintũ, septimum vel alium scripserit. In quo liceat mihi breuiter interponere iudicium. Multa sunt & in tota natura rerum & in re medica, quorũ iusta ratio, aut certa quidem reddi non potest, potest quidem verisimilis. Eius generis est, vt multis placuit dierum criticorum obseruatio, quòd q; acuti morbi imparibus mouentur, & qui paribus, ferè sunt lethales. Diuturni magna ex parte paribus definunt, tum diebus, tum mēsis; ac rursus interpoles morbi epilepsia septimo mense, anno vel septimo, vel 14. dissoluitur. Atq; hæc quidem obseruatione rerũ constant fortasse magis, quàm ratione. Quorum curiosa inuestigatio, nec si è cælo ratio repetatur, ad curationē morborũ magnopere conferre potest, vt nec de annis, quos κλιμακτηριώδεις appellant, genethliaci fabulantur. Porro constat obseruatione diuturnos morbos, & qui ex acutis longi relinquuntur, 60. 80. 100. 120. paribus numeris iudicari. Quartanas 4. mense, 6. 8. 12. 16. 20. 24. 30, aliquando, & deinceps paribus mensibus definiri, vt non sit mirum hoc loco ex obseruatione in aliquot ægris sextũ scripsisse mensem, quasi limitē, intra quem vel excretionē, vel concrecionē, vel deniq; abscessu longius ac sapius reuertēs morbus debeat iudicari. ἰσχιαδικὴ φθίσις dicitur eo modo, quo νοτίας φθίσις, tabes dorsalis 2. de morbis, familiaris iis, qui nimia venere sese cōficiunt, Denaturatos vulgus nostrum appellat. Et in lib. περὶ τῆς ἐν τοῖς παθῶν meminit tabis renalis, quam φθίση νεφρίτιδα appellat. Atq; eodem libro alia quædam tabis genera describit. Nunc autem tabes coxaria fit confecto corpore longitudine morbi, deposita materia cruda, crassa, & frigida in articulum, laxum & magnũ. Atque ea materia cum etiam dum firmo corpore, calidiorē loco non fuerit maturata, iam frigidiorē articu

articulo & fractis viribus concoquetur. Articulus enim offe multo & neruo cōstans natura frigidior est. Hic ergo deposita materia nervos distendit & vellicat, multo magis cum iam putrescit atque corrumpitur. Hoc enim necesse est. si neque resouitur, neque suppurat, ex quo articulationis quoque vitium tandem faciet dolor, vigilia, febris, inflammatio, à quibus celerius æger intabescet. Επεικέως variè vsurpatur ab Hippoc. Nam in hoc opere & Prorrh. vbi scribit ἐν κοφάσει ἐπεικέως τὰ παρῶτα interprete Galeno vox ἐπεικέως hunc sensum facit, è furditate mediocriter sperandum vt parotides existant. Itaque hoc loco ea ratione ἰσχιαδικὴ φθίσις ἐπεικέως γίνεσθαι expectandum fortasse vel mediocriter, vt coxaria tabes fiat: quod est perinde ac si dicas, id aliquando contingere. In iis ergo, quæ neq; raro ὡς ἐλαττον, neque ὡς ἐπι το πολὺν, vt plurimum, sed ὡς ἐπίσης, quia in vtrunque euentum vt fiant, vel non fiant, ambigunt.

XXXVIII.

Ὅσα πυρετῶ ἀντιδιδόντα, ἢ ἀποσηματώδεια σημεῖα, κακοήθεια.

Quacunque signa abscessum enunciant, si ab ijs non sequitur abscessus, malignum.

Obscura hæc oratio propter vocem, ἀντιδιδόντα. Nam cum ea vox de retributione & mutuis vicibus officij vsurpetur, nunc autem quid velit, non satis intelligo, nisi ἀντιδιδόντα dicat, quæ signis in febre editis ostēdunt abscessum futurum, à quibus non sequatur abscessus, quod communi sententia malignũ est, quia quibusve signis editis, si quod salutare significant, non sequitur, malignũ. ἀποσηματώδεια σημεῖα sunt, quæ abscessum significant, vt ἐμετριά, αἰμορραγία, & alia id genus.

XXXIX.

Τῶν πυρετῶν οἱ μῆτε ἐν ἡμέρῃ, κρισίμησι, μῆτε μετὰ σημεῖων λυτηρίων ἀφίεντες, ὑποβοηθῶσιν.

Febres quacunque neque diebus criticis, neque cum signis solutionis decedunt, in recidiuam incurrun.

Qvod in Apho. scripsit τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κεφίρσιν ἢ δὲ πισύειν non esse credendum morbis, qui sine ratione leuiore sunt, hoc loco plenius explicat. Nam quod illic μὴ κατὰ λόγον, hæc μῆτε ἐν ἡμέρῃ κρισίμησι, μῆτε μετὰ σημεῖων λυτηρίων. Atq; vt morbus iusta ratione & fideliter exoluatur, vel mitior euadat, id quidē fieri die critico necesse est & cum signis, quæ λυτήρια appellat. Ac de diebus criticis iam sæpe disputatũ fuit. λυτήρια vero signa sunt, quæ morbos exoluant, excretio, concoctio, abscessus, quibus & signi & causæ ratio attributa est. Hanc eandem sententiã scripsit in Prog. quæ inter vniuersales & Hippocrate dignas censeret debet. Contingit quoq; vt die critico febris definat, sed sine excretionē, concoctio, vel abscessu, vbi recidiua quoque expectari potest, quomodo si die non critico moueatur horum aliquid. Sed tum certissima recidiuæ expectatio, cum vtrunque deficit. Atque vt vtrunq; coeat, non protinus excluditur metus recidiuæ. Ad perfectum enim iudicium alia quoq; desiderantur iudicata prius, concoctio antegressa, iustus excretionis modus, vel abscessus, quæq; alio loco pluribus explicata.

XL.

Ἐξοφάνη κλαγγώδης πομπόν.  
Vox acuta clangosa prava.

Vtrunque scriptum in Prorrh. & prius expositum.

Οδόντων περίσσεια δάκρυον ούκ μη σωυγής η υγιαίνου πυγμύς εν τέτοις πανύ κριόν.

Dentium stridor letalis siquidem per integram valetudinem non sit assuetus. Suffocatio in his valde mala est.

Conuulsione musculorum temporalium & maxillarum stridor fit, de quo plura in praefatio e dentibus Suffocatio quoque eadem de causa nervis, qui efflationem faciunt, & qui ad laryngem pertinent, eodem malo correptis.

XLII.

Προσώπης ευχρεια η το λινη σκυθρωπον πονηρον.

Facies bene colorata est valde tetrica prava.

Quid est χροια, & quam vim habeat, prius expositum, vbi & σκυθρωπον, quae in hunc locum referri possunt.

XLIII.

Τα δεξα των νοσημάτων, εν ημερηι κρινεται τεσσαρεσδεκα.

Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur.

Οξύ à celeritate & vehementia vsurpatur in morbis. Itaque acutus morbus, qui celeriter properat ad statum, & cui magna ex parte febris coniuncta est. Apoplexia enim celer morbus est & vehemens, sed sine febre esse potest, vt angina, conuulsio, cholera. Ceterum quod scribit in quatuordecim diebus iudicari, variè expositum fuit ab interpretibus Hippocra. Alij enim quatuordecim numero esse dies, in quibus acuti soluerentur, tertium fortasse 5.7.9.11.14.17.20.21.27.30.34.37.40. quae sententia à Galeno reprobatur. Is enim morbos acutos 14. vel diebus criticis, qui infra 14. numerantur, iudicari ex mente Hippocrat. existimauit. Idque multò magis in morbis, quos bilis excitat calida regione, aetate, & anni tempore, ac breuiter quaecunque pleno cursu, nec intermisso ad iudicium properant. Neque ignorandum acutum morbum vltra hos limites interdum progredi ad 17.20.27.& 40. Vbi acutorum finis est: sed eorum, qui in 40. diebus iudicantur vt loquitur Hippo. vel vt alij, δεξείς εν μεταπήσσεως, quosdam etiam ad 120. extendi. Hæc autem in acutis, quos εν μεταπήσσεως, quia ex acutis & celeribus tardiores & longiores euaserunt, & aliis quos à varia conuersione in melius aut deterius τροπικώς e frequentibus recidiuis υποσφοδώς nominant. In libr. περί κρισέων addit ως επι το πολύ, quia reuera multi acuti morbi his finibus exoluuntur. Aliquando tamen ad 17. & 20., aut eo longius procedunt. Quare non potest ratio iudiciorum certis limitibus definiri. Propterea in Apho. statim subiicit 17. debere obseruari. Ac sæpius in Prog. & Epid. vicesimi meminit, atque adeo quadragiesimi. Vix tamen fieri potest in acutis, quin vel 14. vel prius iudicatio aliqua fiat. Ea autem interdum perfecta, nonnunquam imperfecta est, quia vt conuersio sit in melius aut deterius, aliquid tamen nouo iudicio relinquitur, qui non simpliciter acuti dicuntur ab Hippocr. sed acuti, qui in 40. diebus iudicantur. Ab aliis δεξεία εκ μεταπήσσεως à quibusdam, vt antè dictum fuit, δεξεία τροπικώς & υποσφοδώς, in quibus & ανώμαλα, quæ aliquot diebus vehementius vrgent, postea remittuntur, ac denuo veluti inita pugna inualescunt. Iis ergo 40. dies terminus est, intra quem soleant iudicari, quem si superent, iam longis annumerantur. At qui simpliciter acuti, ij intra 14. aut 14. insignem permutationem incurrunt, quæ crisis proprie appellatur.

XLIIII

Τριταίος ακριβής εν πέντε, η εν επτά περιόδιον, η το μακρότατον, εν ενέα κρινε.

Tertiana exquisita quinque circuitibus, aut septem, vel quod longissimum est, nouem iudicatur.

Tertianæ nomen ἀδωρίσως sine distinctione pronuntiatum notham quoque includit. Sed vbi ἀκριβής addidit, excludit. Ea autem fit à meraca bile, astate feruida regione plurimum calente, ætatis flore, ac breuiter coeuntibus omnibus, quæ bilem flauam gignant. Accessiones habet violentissimas, sed quæ horas duodecim non superant. Initio rigor vehemens, ex quo ardor, sitis, iactatio corporis, delirium aliquando, ac postremo sudor, vomitus, ac larga deiectio. Horis duabus, quatuor, & eò pluribus anticipat, & septem circuitibus, vt voluit Hippocr. in Aphor. dissoluitur. Postrema autem circuitus 13, aliquando tribus aut quinque definit, ratioque iudicium in 14. extenditur. Hic autem nouam periodum adiecit, vbi quod longissimum est, iudicatur. Nostro cælo breuissimæ Martio tertianæ, ineunte æstate sæpe longiores. Eadem inclinãte, & autumno longissimæ: sed hæc illegitimæ sunt. Quanquam & illegitimas videas propè omnes nostro cælo, sed in quibus alia propius ad descriptionem legitimæ tertianæ accedunt, quæque & tertia accessione, & quinta, & septima desinant. περίωδοισι totum pro parte, circuitus pro accessione. Est enim παροξυσμός & χείρον μώριον καὶ σφοδρώτερον η ὅλης περιόδου deterior pars & vehementior totius circuitus, quod Gale. definit & η πρώτη εισβολής ἀρχι η ἀκμής, quod est ab initio accessione ad vigorem vsque. περίωδος autem ἡ ἄθι & αὐτὸ ὁμοία ἐπ' ἀνωθ' & ὁμοίως ἰδὲ recursus, vel, vt Proclus, ἡ ἀρχὴ τῶ αὐτῶ εἰς & αὐτὸ κίνησις ab eodem in idem motus, quale tempus est ab initio accessione ad initium alterius, & huius ad initium consequentis accessione. Ab ineunte morbo ad primum, quartum, & hinc ad secundum. Ad primum septenarium, & hinc ad 14. In tertiana pura circuitus duobus diebus totidemque noctibus absoluitur, sed non integris quidem, quia anticipatione aliquid detrahitur.

XLV.

Οἱ εν ἀρχομοιοις πυρέσσειν αίματος εστίεις εν ρινῶν ψαρμιε γενομνός, λαλεην υπόστα εν τὸ ούρον ἴχει εν τῇ τετάρτῃ, λύεν εν τῇ ἐβδόμῃ σημαίνει.

Febrim initio siquidem à sternutatione extillat sanguis e naribus, vrinæque quarto die album habeat sedimentum, solutio morbi in septimum iudicatur.

Hæc in febre acuta. Ceterum neque sternutatio, neque stillatio sanguinis hoc loco ad praefagium faciunt. Nisi si quis dicat sternutationem scribi salutarem ab Hippoc. In aliis morbis quamplurimis stillatio sanguinis alioqui salutaris nullam vim habet, quia non malignitate morbi aut infirmitate naturæ, sed violenta motione extitit. Iam verò album sedimentum quarto die potentissimum est, quia septenariorum quartus est index, & concoctio celeritatem iudicij atque securitatem pollicetur. Rectè igitur septimo salutare iudicium expectandum est.

XLVI.

Τὰ δ' δεξεία κρινε αίματος εν ρινῶν ρυέντος, εν κρισίμω, καὶ ἰδρωτός πολὺ γενομνός, η ούρις πυώδεις η υαλωδεις γενομνός, υπόστα εν χροσην έχόντος, η ἀρθρόα γενομνός, η ἀποστήματος ἀξιολόγος, η κοιλιῆς μυζώδεις η αίματώδεις η ἐξαπίνης κατάρρα γέσις, & ἐμέτων ε μοχθηρῶν χτ κριεν.

LI



Acuti morbi iudicantur die critico effluente sanguine è nari-  
bus, sudore multo, urina purulenta, vitrea, quæ optimum sedi-  
mentum habeat & confertim effundatur, abscessu quoque iusto,  
ventre muccosa, sanguinolenta & derepente profundente, vomiti-  
one quoque, quæ circa iudicium mala non sit.

Compendio signa colligit, quæ λυτήρια nominantur. Ea triplici genere conti-  
neri diximus, excretionē, cōcoctionē, & abscessu. Et apud nos rarius incide-  
re repentina illa & perturbationis plena iudicia, quas κρίσιες propriè appellant:  
sæpius autem exolui morbos alternantibus cōctione & excretionibus. Idque fieri  
vel natura cœli nostri, vel intemperante vita, vel denique medicorum arte, qui na-  
turam sæpius leuant parte materiæ, datis subinde pharmaciis, & secta vena detra-  
cto sanguine. Adhæc quod nostra consuetudine plenius nutriantur ægri. Ac breui-  
ter, quia iis omnibus materia colligitur cruda & frigida, quæ parùm sequax sit, vt  
excretionē moueatur, & pars eius arte, quàm natura potius excluditur, ac denique  
multis modis iudicium vel inturbatur, vel omnino antevertitur. Commune est  
omnibus, vt die critico existant, vt antegressis iudiciis, diebus, quos ἐπιδήμιες &  
θεωρητιές nominant, vt iusta ratione & modo, ne videlicet plus iusto minùs ex-  
cernatur, quàm morbus exposulet, & vires ferant. Quæ ratio in abscessibus lo-  
cum habet. Et in cōctione accidit, vt in multiplici morbo vnius materia concoqua-  
tur, alter integer relinquatur: in multiplici materia similiter. Sed de iis alio loco.

αἵματι ἐκ ρίνων ῥέειν. De hæmorrhagia sæpius dictum est, in qua præter ea,  
quæ cōmunia dicebamus, κατ' ἴξιν, vt loquitur Hippoc. esse oportet. Est autem ἴξις  
vox Ionica ἐνθὺ significans. ἐνθυωρέων Galenus interpretatur. Atque ideo scriptum  
in Prorrhæ. τὰ ἀνάπαλιον αἰμορραγέοντα κακὸν εἶναι ἐπὶ ἀπλῆσι μεγάλῳ ἐκ δεξιῶν  
ῥέειν ἢ τὰ κατ' ἴξιν ἀποχονδρῖον ὁσάυτως. Sanguinem ex opposita parte effluere malum.  
Quale est si liene magno è dextra nare effluat. Atque eadem ratio malè affectis  
præcordiis. Sed & lateribus quoque, & aliis partibus corporis. Nam in Epidem.  
κατ' ἴξιν καὶ πλευρῶν ὀδύνην καὶ φευτῶσιες ἀποχονδρῖον καὶ ἀπλῆσι ἐπάρσιες, καὶ  
ἐκ ρίνων ῥέειες, qua ratione & ea quæ consequitur, profluvia critica sanguinis, in la-  
terum præcordiorum & aliarum partium inflammationibus è directo fieri vult. Id  
quod ars imitatur in detrahendo sanguine. Etenim è vena, quæ lateri dolenti aut  
visceri è directo respondeat, sanguinem detrahit, & narem è directo sitam irritat, vt  
vnde sanguis profluat: καὶ κρίσιμῳ die vel paroxysmo criticis, quod & aliis cōmu-  
ne fit. καὶ ἐδρωτ' ὁ πόμα. Sudor is diebus criticis, quos describit in Aph. moueri  
debet, semelque multus antegressis cōctionis signis, vnde extinguatur febris aut  
certè plurimum minuatur. Alioqui sudor multus sæpe inutilis, qualis in genere fe-  
brium, quas ἰδρωδέας sæpe appellat in Epid. & in præhumidis, qualis τυφώδης &  
ἐλώδης. In quibus nulla cōmoditate ægri ferè perpetuò exudatur, & in Epid. i. tem-  
pestate frigida, humida boreali, ἰδρωτέες πόμασι καφίροντες ἄδέν, ἀλλὰ ὑπεναντίον  
βλάβας φέροντες. Sudores multi, vnde ægri nihilo magis leuabantur, sed contrà  
deterius habebant. Ac de sudore suo loco pluribus. καὶ ἔρα πυώδης & ὑαλώδης.  
Parùm vitatæ voces Hippocrati Heraclidæ filio ἔρον πυώδης & ὑαλώδης. Est  
autem urina purulenta vel puri simili sedimento, vel reuera purulento: quale for-  
tasse secunda tempestate primi Epid. vbi scribit multis critica fuisse ἔρα πολλα πα-  
χέα, καὶ ποίικλα & ἐρυθρὰ μυσώπια μετ' ὀδύνης vrinæ multas, crassas, varias, rubras,  
nūc purulentas, vbi alij legunt μυσώπια. Verùm non eo solo sedimento morbi iu-  
dicantur, sed albo leui & æquabili. Et quod τραγγυριώδης ab Hipp. scribitur ea tem-  
pestate, & in Ptychionis historia, parùm criticum est, quia non similiter sudori, pro-  
fluuiò sanguinis, vrinis bene cōctis morbos exoluit. Illa enim subitò & nullo do-  
lore. Hoc verò diutius ex cruciat, ac paulatim varia genera excrementorum cor-  
poris & materiam febris expurgat. Qua quidem ratione sæpe videas morbos pau-  
latim

latim solui commotis vrinis multis, crassis, nigris, quasi reliqua fæce aut cineribus  
morbi per renes & vesicam ductis. Hippocrates aliquando sedimentum album &  
leue notat, vt in Melidia: aliquando rubrum & leue, vt in Cleonactide, sed in iudi-  
ciis vrinis cōctis ferè aliud accedit: sudor, alui perturbatio, & alia id generis, quod ex  
historiis Epid. intelligas. Cæterùm rupta vomica interiore ab interna inflamma-  
tione potest quidem pus album, læue & æquabile excerni per vrinæ in salutem  
ægri: verùm rarissimum id est in acutis febribus. Quare πυώδης melius quòd puri  
sit simile, intelligas: quomodo & ὑαλώδης non vitrea, sed quæ fuso vitro similia. Ea  
autem sunt γονοειδέα genitura familia, qua voce sæpius vtitur Hippoc. Vtraque  
verò dupliciter fiunt. Alia quidem colliuationis sunt pestiferæ, de quibus postea:  
Alia verò critica, qua ratione γονοειδές κρισιμόν dixit in Peryntho. Itaque crassa  
viscidâque pituita elaborata, & per vrinæ ducta & ὑαλώδης & γονοειδές apparet.  
Ac si ἀθρόως, vt vult, criticum est: si paulatim & interuallis, ἄποσφραγίδες καὶ προ-  
πιόν, vt antè dictum est. Quomodo enim excretio quædam repentina semelque  
multa critica est: alia verò quæ fit interuallis, ita concoctio nonnunquam semel  
perficitur, vnde vrinæ semel multa: aliquando verò paulatim & interuallis absolui-  
tur. καὶ ἀρσήματι ἀξιολογῶν ἀξιολογῶν ἀπόσημα editis signis concoctio-  
nis. κατ' ἴξιν, vt voluit in Epid. Neque minor, quàm morbus postulet, neque maior,  
quàm vires ferant, à quo æger morbo absolvitur, aut certè plurimum leuatur.  
καὶ κοιλίης μυσώδης καὶ αἱματώδης. μυσώδης Galenus interpretatur γλυκρὰ  
καὶ λευκὰ viscida, & alba. Quomodo igitur in vrinis sedimenta alba, læuia γονοειδέα  
quædam sunt: alia verò nigra, rubra, aut aliter colorata, & vrinæ naturali colore tin-  
ctæ interdum multum flauæ, nigra, & aliter colorata: ita contingit in excrementis  
alui quæ crises consequuntur. Ea autem fiunt, quia natura pituitam quidem conco-  
quere & maturare potest, maturatam verò, sed inutilem alimento per vrinæ & al-  
uium excludere. Alios humores bilem varij generis non ita conficit, sed ab vtili ma-  
teria sepositam excernit. Vnde τραγγυριώδης & vrinæ varia: vnde φυματώδης δυ-  
σεντεριώδης ἀσχωρήματα notantur in Epid. historiis. Itaque multa pituitam cras-  
sam viscidâque maturatam incitata natura semel aliquando excludit, vnde μυ-  
σώδης interdum cum excernuntur, acria sunt, & clausulas venarum aperiunt, vnde  
αἱματώδης, qualia fortasse in iudicio Clazomeni ἀσχωρήματα πολλοῖσιν ὑδατώδεις  
μετὰ δυσεντεριώδων profluxit aluius multis aquosis cum strigmentis, qualia dysen-  
tericis. Nam δυσεντεριώδης φυματώδης interpretatur Galenus. Et verò, qui in  
Dealcis horto iacebat, πικραρακοσὴ διαχώρησε φλεγματώδης λευκὰ ὑπόσχητα,  
qualia fortasse μυσώδης appellat. Sed Heropyti iudicio πρὶ ἑκατοσὴν κοιλίην πολλοῖσι  
χολώδεις ἐπέταραχθη, καὶ ἦν χροῖον ἐκ ὀλίγον πολλα τοῖαυτα καὶ πάλιν δυσεντεριώ-  
δης. Ac δυσεντεριώδης illa sunt & pituita falsa putrique & acri bile per aluum de-  
currente. Quod cum fit irritatis venis, sequuntur quoque αἱματώδης, qualia in dy-  
senteria morbo contingunt. Addit autem ἔρα πίνης κατ' ἀρσάγαιος, quia ea  
derepente crumpant. Subiti sunt enim crisis motus. καὶ ἐμέτων ἐκ  
μοχθηρῶν. Quæ vomitiones bonæ, quæ non bonæ & lethales, suo  
loco exponemus. Ac lethalia quidem vomuit mulier illa in  
Epid. quæ 13. μέλαινα δυσώδης πολλα ἡμέρα, & 14.  
obiit. Mulier verò, quæ in littore iacebat,  
14. ἡμέρα χολώδης ξανθὰ ὑπόσχητα,  
atque accedente sudore libe-  
kata fuit. Paucos enim vi-  
deas solo vomitu  
iudicatos.

IACOBI HOLLERII  
STEMPANI MEDICI IN  
COACA HIPPOCR. PRAESAGIA  
COMMENTARII SECUNDI  
LIBER QUINTVS.

## I.

Ἰπνοὶ βαθεῖς, μὴ ταραχώδεις, βέλτερον κρίσιν σημαίνουσιν.

*Somni profundi nec turbulenti quidem, firmam iudicationem significant.*



OMNVS in morbis variè notatur: vt παθολογικόν, vt in morbis, qui κοιμάτῳδες, lethargo, & aliis generis eiusdem: vt ἐπιγινόμενον, quomodo scriptum ab Hippocrate ἢ ἡ νοσήματι ὕπνου πόνον ποιεῖ θανάσιμον, & quæ consequuntur, quæque de somno scripta in Prognostico: vt criticum κριτικόν & hoc quidem, vt signum, quod iudicium prænuntiet: vt signum, quod vim causæ habeat. Hoc autem loco utramque vim habet & signi & causæ, siquidem leuis & profundus somnus est. Nam per somnum & placidum & profundum neque morbo, neque vitio corporis, neque perturbatione vlla anima commouetur, sed iam αὐτὴ ἑαυτῆς, vt loquitur Hippocrat. omnia perlustrat, coquit, separat, quæ abeunte somno excludat, alia quidem in halitum, alia in sudores, quædam per aluum & vrinas. Multis itaque excitatis somno hoc contingit, vt vel sponte de certa valetudine pronuntient, bene iam appetant, redeant ad mentem, qui prius delirabant, alacres ad sensum omnemque motum redeant. Id pueris magis contingit, qui edormito die vno atque altero cõualefcunt. Aliis longa vigilia fractis obrepens somnus, leuis, longus & profundus integram valetudinem restituit. Sed is somnus in diem criticum incidat antegressis indicij, quæ salutem polliceantur. Neque enim qui vel malignitate morbi, vel multa pituita delibuto cerebro aliter accidit, salutaris est. Propterea interrogat in Prorrhet. ὅ καὶ ῥώδες ἀράγε πανταχῶ κακόν, quia interdum quidem bonus & salutaris, interdum malus, atque adeo exitialis est.

## II.

Οἱ δὲ ταραχώδεις μὲν ἀλγήμετος σώματος, ἀβέλτεροι.

*Qui verò turbulenti, siquidem corporis offensio accesserit, infirmum iudicium denuntiant.*

QVI somnus dicatur ταραχώδης, & vnde moueatur, prius definitum: quæ si tenueris memoria, faciliè intelligas non solum infirmum iudicium inde præfagiri, sed deliria, phrenitidas, conuulsiones, aliæque id genus. ἀλγημα dicere videtur, quem πόνον dixit in Aph. hoc est, βλάβην offensionem corporis. Eiusmodi autem offensio in iis, quæ dicta sunt, deliriis, conuulsionibus, doloribus, distillationibus, aucta febre, & inflammatione, & virium labefactione.

## III.

Ἐβδομοῖσιν, ἢ ὄναρτοῖσιν, ἢ τεσσαρεσκαίδεκατοῖσιν ῥώδες ἐκ ῥινῶν λυθῶσιν ὡσεπιπελὸ τῆς πυρετῆς

*Septimo, nono, decimoquarto fluxus sanguinis è naribus vtriplurimum febres exoluit.*

Fluxus

FLUXUS sanguinis familiaris febribus ardentibus, quas meraca bilis gignit, non ita moderatis nothisque ardoribus. Ille igitur in breui iudicatur, quomodo & quæ σωχοὶ dicuntur. Itaque 14. diem definit, intra quem is fluxus moueatur. Potest tamen, sed multò rarius, aliis diebus, quàm imparibus excitari, vt sexto Lariffæ virginis, vnde conualuit: nisi si quis dicat ad maturatum iudicium, quod in febre, & à iudicio menstrua primùm profluxerint. Nec si vndecimū scripsit, is protinus excludendus est, nec alij critici.

## IIII.

Ὁμοίως δὲ καὶ κοιλίης ῥώδες χολώδης καὶ δυσεντεριώδης.

*Similiter & alui fluxus, in quo reddatur bilis, & qualia dysentericis.*

EXCRETIONES fieri die critico oportet, siquidem futuræ sint salutares. Multis iudicia die vndecimo secunda tempestate primi Epid. profluvia sanguinis vrinæ copia, perturbata aluus, & δυσεντεριώδης: alius verò post 14. perturbatur aluus, quod ex historiis prius notatis intelligas. δυσεντεριώδεια verò ξυσματώδεια intelligas, qualia in dysenteria. Nam excrementis ramenta multa intermixta videas.

## V.

Καὶ πόνος γουάτων, ἢ ἰχίων.

*Dolor quoque genuum & coxarum.*

HOC est, Si natura deponit materiam in articulos, & abscessus aliquis existit, id certè debet cõtingere diebus criticis. Atque antè dictum est abscessus in articulos inferiores plurimum fieri post vigesimum. Debet quoque & abscessus esse κατ' ἴξιν.

## VI.

Καὶ οὖρον πεπωγὸν πρὸς τὴν κρίσιν.

*Et urina cocta circa iudicium.*

BRUIUS aut tardius concoctio se prodit in vrinis, & ea è colore, sedimentis, in bibus captari solet, de quibus suo loco. Atque inter firmissima signa breuis & salutaris iudicij in febribus vrina cocta est.

## VII.

Ἐν γυναικὶ δὲ καὶ ἐπιμηνίων ῥώδες.

*In muliere autem & menstruorum fluxus.*

PER vterum non solus sanguis menstruus interuallis naturæ legibus collectus ad eas venas multas & amplas, quæ ad vterum pertinent, expurgatur, sed interdum vniuersum corpus eò deponit, quod noxium est. Atque inter λυτήρια cen setur per vterum purgatio, quale contigit tertia tempestate primi Epid. τῆσι μὲν δὲ πλείεσσι ἢ τοῖσιν πυρετοῖσιν γυναικῶν ἐπιφαίνεται. ὅτι δὲ ἦσιν ἐκ ῥινῶν αἵμα ῥάγνησεν, καὶ παρθίνοισι πολλοῖσι τότε πρῶτον ἐγένετο, hoc est, Multis mulieribus in febribus menstrua apparuerunt. Aliis quoque è naribus profluxit sanguis. Multis quoque virginibus id primùm accidit, quibusdam etiam sanguis è naribus profluxit, vt Dætharis filia. Subiicit autem καὶ ὁ δέμιν οἶδα ἀφθανάσαν ἡσὶ τῶτων τι κα.

λῶς ἡροῖτο, nullamque periisse noui, cui aliquid horum ritè contigerit, hoc est, vel mentitua purgatio, vel largum profluuium sanguinis è naribus, vel vtrunque. κα- λῶς autem ea ratione, quæ antea præscripta est, vbi communes leges crisis salutaris posuimus. Ac die quidem critico non solo 7.9.14. sed & tertio, vt Thasix mulieri, cui tertio die sudor multus & multa menstrua descenderunt. Ex quo è graui morbo conualuit. Lariffæ virgini sudor multus sexto die, ante & post iudicium muliebricia primùm profluxerunt, vnde conualuit, nec sequuta recidiua raro exemplo. Nam & paribus accessiones, & sexto iudicium. Adde si vis hæmorrhoidas, quæ inter λυτρηια à Galeno numeratur. Et, quod rarum quidem, venas quasdam apertas sponte naturæ, alius ad hypochondria, quibusdam in pectore, nonnullis eas, quæ è iugularibus propagantur in capitis superficiem, quæ interdum quasi phlebotomo punctæ sanguinem reddunt.

VIII.

Οἱ ἐν πυρετοῖσιν αἰμορραγήσαστες ἰκανῶς ὀκονοιοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι κοιλίαι καθαυραίνονται.

*Quibus per febres sanguis largiter effluxit ex quacunque parte, iis dum recorporantur, alui profluunt*

**H**æc eadem sententia scripta in Aph. & Prorrh. Aliis igitur à multa sanguinis eruptione perturbantur alui, non tam imbecillitate insiti caloris, quam robore, quale contigit sæpius citata tempestate primi Epid. τῖσι, inquit, ἢ ἀνοσιάντων ἔστι καὶ αἰμορραγία γίνεται ἐς δυσεντερία δὲ ἐτελεύτησεν οἷον τῶ ἐράτωι ὅσπ πάλιν, καὶ μάλιστὰ τοῦ αἰμορραγίης, ἡχοικίης ἐς δυσεντερία δὲ ἐκατάσασιν πόδι ἐγένετο. Aliis quoque accidit eadem tempestate, vt parte materiæ per nares vacuata reliqua per vterum, per aluum, per vrinas, per sudores denique excluderetur, quod efficiebat naturæ robur & copia materiæ. Aliis autem largo sanguine effuso aliquid virium calori insito & naturæ, quæ concoquit & alimentum distribuit, detrahatur. Ex quo non tam excrementi febris reliquæ, quàm alimenti aluos conturbat, de quibus hoc loco. ἰκανῶς autem superatam copiam indicat, vox πλεῖς in Aph. & πλεῖς in Prorrh. Neque enim à moderata hæmorrhagia alui profluuium sequitur. ὀκονοιοῦν primùm quidem è naribus, deinde è viis naturalibus, ex vtero & marilicis, quanquam quomodocunque & è quauis parte sanguis largius effluat, calorem inde lædi necesse est: vnde & vrina ferè cruda est, atque inualescente malo hydrops consequitur. ἀναλήψι in Prorrh. παρεληλύθοντῶ ἡρόν. Neque enim vnà cum hæmorrhagia, aut paulò post, quomodo Myllo & filio Eratonis. Aliisq; ea tempestate dysenteria accidit, sed infirmitate naturæ, collecto excremento, quod cum copia ledit irritatque, alius profluit. καθαυραίνονται in Prorrh. πονρεύονται, hoc est, malè afficiuntur alui, quas tormina & flatus, ructus quoque acidi exercent. Hæc autem vt in Prorrh. λυ μὴ τὰ δὲρα πεπληθῆ. Vrinx enim coctæ vel integri, vel iam instaurati caloris signa sunt. Atque ideo vel non profluet alius, vel quæ profluxit comprimetur.

IX.

Οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδρώοντες, κεφαλαλγίες, κοιλίαν ἀπολεγεμμένοι, αἰομαδές.

*Qui in febre subinde sudant, capite dolent, aluo sunt suppressæ in conuulsionem incurrunt.*

Parte

**P**articulare est quod scribit, & eorum quæ rarius accidunt. Si cui igitur præcopia caput dolet, & exudat (id enim ἐφιδρωσις significat) & præterea alius supprimatur, fieri quidè potest, vt inde sequatur conuulsio, sed multò sæpius vt non sequatur. ἀπόληψι autem sæpius vsurpat de vrina intercepta & suppressa aluo.

X.

Αἰ ἐπὶ ὀλίγον θρασέως παρακρίσεις, καὶ θηριώδη, καὶ αἰομαδὸν σημαίνουσιν.

*Quæ feroces desipientiæ in breui desinunt, in ferinam dementiaem euadunt & conuulsionem prænunciant.*

Exposita prius hæc sententia.

XI.

Σπασμὸς ἐν πυρετῶ γινώμενος, καὶ παύομενος αὐτῆμερον, ἀγαθόν.

*Conuulsio in febre siquidem eodem die fit & desinit, bonum.*

**C**onuulsio bona esse non potest in febre. Quæ si accidit, bono est, si in breui desinit. Infirma enim caussa est, quæ eam commouit. In morbis autem cōtrā bonæ existunt vrina cocta, mentis constantia, facilis spiritus, firma esse oportet: infirma verò quæ mala sunt, quæ que celeriter desinant, deliria, animi deliquia & alia id genus

XII.

Σπασμὸς ἐν πυρετῶ γινώμενος, πάλιν ἢ πυρετὸν αὐτῆμερον, ἢ τῇ ὑπέραιη, ἢ τῇ τρίτῃ, ὑπερβάλλον ὃ ἢ ὄρη ἐν ἢ ἤρξατο, καὶ μὴ παύομενος, κακόν.

*Conuulsio in febre mota febrem soluit eadem die, aut certè altera vel tercia. Si verò horam superat, qua primùm inuasit, neque conquiescit, malum.*

**D**amnauit multis locis Hippoc. eam conuulsionem, quæ febrī superuenit. Ac reuera ferè lethalis ea est in ardoribus calidis & ficcis morbis. Sed nec in aliis hominem interficiat. Iam verò oportuit in paucis ægris id obseruasse, qui cum præcopia frigidæ materiæ febricitarent, per accessiones conuulsione tenerentur effusa è venis in nervos materia. Succesit autem ea concussione & violenta motione, quam conuulsio intulit, vt concalfacta, tenuata, incisaque materia partim exhalaret, partim sudoribus excluderetur. Ac si pauca & sequax illa fuit, vna accessione dissoluta febris est: si multa & pigra, altera vel certè tercia: si plurima & tenax, processit longius, quod malo est, neque quarta neque quinta accessione febrem exoluens. Maior enim vis putrentis materiæ, quàm vt conuulsione agitatione dissolui possit. Dissolutio verò febris à concussione illa fit, quomodo quartanæ rigor epilepsix medicina est, & febris aliquando conuulsionem soluit. Vt enim motus, ita febrilis calor commouet, tenuat, incidit & discutit.

XIII.

Οἱ διαλείποντες, ἀνωμαλῶς ὃ χλιαροὶ μύχοι, κοιλίης ἐμφουσιμύχης, μικρὰ διαδιδύσσης, ὀσφραλγία μὲν κρείται, τρεῖσι κοιλίαι καθαυραίνονται.

*Febres intermittentes in æqualiter verò intepescentes statulenta*

alio & quæ pauca reddat, dolore è lumbis præeunte à iudicio venter ijs perturbatur.

Coitio est ex obseruatione naturæ in febre, quam multiplex materia putrescens inæqualiter commouebat. Voce enim χλινομένοι significatur febris, quæ inæqualiter tepesceret, & recalesceret. Tepor autem is declinationis est atque remissionis: quomodo calor vrgentis accessionis. κοιλίη verò è μικροσπομλή naturam materiæ ostendit, quæ cum frigida sit & tenax, calore nondum vincente, sed tenuitate quidem & concoquente in flatu parte aliqua resoluitur. At quia vt humoris, ita flatuum sua cruditas sua maturitas est, flatus quidem etiam dum crassi in ventre retinentur, vnde inflatus venter qui alio loco πνευματώδης. Humor autem ille parte sui tenacior & frigidior, parte minus frigidus & tenax primas venas occupat, & quæ ventri & hepatis vicina sunt, & partim ex natura propria, partim è loci, quem occupat, tardius & celerius & putrescit & maturatur, vnde ανωμαλία inæqualitas febris est. Ac tandem edomita ea materia costa incisâ; insurgit calor naturalis vt excludat. Atque vbi in colum & cœcum progressus factus est, dolent lumbi, ac eadem impetu factò & natura auctis viribus exturbante κοιλίαι καταρρήγνυνται. Atque inter signa perturbationis ventris lumborum dolor est. Lumbos dico non solum muscululos lumbaris, & vicinum spinæ os, sed & renes & intestina cœcū, colum, vincula denique, quibus omnia inter se copulantur. Iam verò cruda etiam dum materia alius reddit μικρά, hoc est, vel pauca, vel quæ σπυρατώδεια, quia caprillo stercore similia. Hippocrates enim quæ alio loco σπυρατώδεια, in Epid. σμικρά μέλαινα sepe appellat. Id autem fit lenta pituita vias præcludente, atque ita diutius cohibitum excrementum interiore febre siccatur magis, siccatum verò in pillulas nigras caprillo stercore similes conformatur. Sunt qui legant διδύσσης, non διαδιδύσσης καταρρήγνυνται, hoc est, καθυγραινονται, quod prius definitum est.

XIII.

Oi ἡ περιχαιέες πρὸς χεῖρας, καθροί, διφώδες, ασώδες, κοιλίης ἀπειλημμένους βαρυνόμενοι σιλίον. ἔστι δ' ὅτε καὶ τὰ ἐξέρυθρα ἐν ποσὶ κατακαύματα, τὰ αὐτὰ σημαίνει.

Amburentes autem si manu contigeris, torpidi, siticulosi, anxij, intercepta alio inducta gravitate corporis exoluuntur. Est autem cum velut ambusta in pedibus valde rubentia talia significant.

Περιχαιέες ardentissimæ febres, quomodo Epid. 6. πρὸς χεῖρα verò & τῆ χειρὶ, quia si manu cõtigeris manum ægri, frontē, thoracē, hypochondria vehemēs ardor se prodar, quibus opponuntur in Epid. οἱ δὲ πάντες βληροί. καθροί propriè de obtorpescente motu & sensu, infirmitate potestatis, quæ à cerebro defluit. Interdum tamen, vt hoc loco, de proiectis viribus qualescunque hæ fuerint, quod contingit iis, qui inde ἀδύμονες in Epid. de quibus antea. διφώδες inter præcipua accidentia febris ardentis scis est, quæ caliditatem & ariditatem maximè sequi consuevit. ασώδες dupliciter cum oppressa virtus corpus non sustinet, nullumque figuræ genus facillè sustinet, vt æger variè moueatur, quod voci καθροί hoc loco respondet. Aliter cõmorfo ore ventriculi ab acri materia, quæ in ventriculo & primis venis effervesceus sursum repit, & os ventriculi sapius conuellit. Atque ij quoque disticiunt corpus & figuram subinde mutant: sed præterea nauseant. Ac de iis sapius iam dictum fuit. κοιλίης ἀπειλημμένους. Omnia enim excrementa internum incendium perurit, vnde excernunt se hæ σμικρά μέλαινα, quæ σπυρατώδεια dicebamus. πρὸς ἀνάγκη nisi imbecillitas magna totius nature, aut certè iecoris accesserit, coliquatioque corporis: tum enim bilem feruidam, ruffam, spumantem deiciunt.

Βαρυν

βαρυνόμενοι. hac voce significatur δυσκινσία difficultas motus totius corporis. vult autem Hippocr. ἀλγιόντα ῥηδίας ερεφείσαι ἢ ἐν τοῖσιν μεταωρισμοῖσιν ἐλαφρόν εἶναι. εἰ δ' ἐ βαρὺς ἔων φάσιντο, ἢ τὸ ἄλλο σῶμα, ἢ τὰς χεῖρας, ἢ τὰς πόδας ἐπικινδυνότερον. Facillè igitur & alacriter sese conuertat æger à latere in latus, exurgatq; similiter, si fuerit opus. At contrà graue corpus esse, vt nec exurgere possit, nec facillè commoueat corpus pedes & manus, egeatq; ministris, periculosum est, & quantum grauior, quantum difficilius se mouet quo denique pluribus ministris eget, vt loco aliquo moueatur, tantò periculo propior est. Itaque multo frugiq; spiritu eiusque libero discursu per corpus libera consuetudine cum externo spiritu & aère expeditus & agilis æger est. Huic enim vigent sensus & alacre ad motum corpus est. Diocles, qui propter gloriam artis Athenis nomen promeruit Iunioris Hippocratis, naturam animalium constare dixit ἐκ τῆ φέροντος ἢ τῆ φερόμενης ex virtute, quæ sustinet corpus, & corpore quod à virtute sustinetur & mouetur loco. Ac motus omnis animalis partim ab anima, partim à natura est. Ergo quâ animal est, ab anima mouetur, quâ graue corpus à natura. Ac dum assurgit ἀνάγκησιν animal natura quidē renitente maior vis animæ mouet. Cum verò κατάρρωπον in decliue agitur, aliquando quidem sola grauitate & natura agente corruit, & præceps rapitur. Aliquādo verò maior quidem naturæ vis est, sed quam animæ potestas moderatur. In extenso corpore & membris anima sic agit, vt anima quiescere videatur: & quæ κίνησης τινική solius animæ est. Eodem modo in decubitu quem quidam τινική κατακλίση esse volunt, molliter inflexo corpore & membris in latera conuersis. Itaq; soluta animæ potestate graue corpus in dorsum iacet, proiectis cruribus & manibus ad pedes deuoluitur, vel extate mento & gutture caput in posteriorem partem recidit, vel quasi annuens clauiculis incumbit. Hæc autem omnia grauitas corporis inuehit. Grauitas autem exoluto spiritu & dissipata animæ potestate. Quod cum accidit, desperatio vitæ est. Quid enim aliud vita est, quàm animæ & corporis firma copulatio? Mors autem animæ à corpore disunctio. Ac nihil mirum si ardentissima febre sæuiente in corpore spiritumque in halitum dissipante, insitum calorem oppugnate, indeque graui torpidoque corpore interiore flamma exagitante sequatur ἐκλυσις, ἐκλυσις autem exolutio primùm vitæ, quæ in corde sita est: deinde reliquarum potestatum animæ, quibus vita conseruatur. Hæc ergo omnia non copia, quod initius morborum sit, vbi ea in corpus effusa hebetè torpidumq; motum efficit, non antegressis laboribus & longis itineribus, nulla denique externa causa, sed vel interno vitio, vel grauiore febre vires exolente, vel vtroque coeunte. ἔστι ἡ ἢ ἢ ὅτε. Dubitari potest an posita ea accidentia rubores, quales ambustis, significant, an hi ea accidentia. Sed prius verisimilius est. Potest enim exagitata bilis acrior & tenuior secedere in crura, & pedes, vnde ἐξέρυθρα κατακαύματα. Sunt autem κατακαύματα & καυσώματα πύρωσις exquisiti ignis facti, in quibus ita pars rubet & calet, vt quasi concepta flamma partes inardeant. Augendæ rei κατὰ & ἐξ addidisse videtur, vt voci περιχαιέες ac rei ipsi potius respõdeant φλόγες alio loco dici videntur, quæ hic κατακαύματα.

XV.

Oi χειμερινοὶ τετραταῖοι πυρετοὶ, ἐπιεικέως μεθίσταν) ἐς τὰς ὀξείας νόσους.

Hyberna febres quartana fortasse transeunt in morbos acutos.

Estiuas quartanas dixit breues esse Hippocrat. autumnales longas & maximè si ad hyemem vsque protraxerint. Hybernarum rarius meminit. Ac omnium consensus est, quod reipsa confirmatur, autumno magis quartanas commoueri. Quanquam apud nos, vbi celerius æstiuus calor languescit, inclinante æstate, nec expectato autumno multæ quartanæ fiant. Et si quæ autumno magna ex parte eius initus. Hyeme verò, cuius principium occasu vergiliarum definitur, ad circiter Nonas Nouëbris rarissimæ sunt quartanæ. Ac contrà fit, vt autūno & æstate declinante

nante genitę solstitio hyberno vel definant, vel leuiores fiant. Id apud nos accidit inclinante Decembri. ἐπιεικώς autem dixit in re ambigua, quanquam id in iis, quæ ὡς ἐλαττοῦ, quia rarò eueniunt, quàm quæ ὡς ἐπίσης. Transmutationes autē quartanæ sunt in duplicem & triplicem quartanam. Rarum quod semel vidi, vt in quin-tanam transeant. Ac factum fortasse, vt prohibitis sudoribus, inclinante febre, culpa ægri, latente vitio corporis quibusdam quartana in acutum morbum transferit. Sed nec definit quod genus acuti morbi. Verisimilius tamen est febres acutas dici.

## XVI.

Κεφαλῆς πόνος σιώτωνος μετ' ὄξείας πυρετῆς, καὶ ἄλλης σημεῖα τῶν δυσκόλων, θανάσιμον ἀνδρὶ ὃ σημεῖα φάλλω, ὑπερβάλλων τὰς εἰκοσὶν ἡμέρας, αἵματος ῥύσιν, ἢ πύον ἐκ μύτης, ἢ ἀποστύχιας ἐς τὰ κέτω σημαίνει.

*Vehemens capitis dolor cum acuta febre alióque difficili signo, lethale. Citra verò signum malum, siquidem vigesimum diem superat, fluxuum sanguinis aut puris è nare, vel abscessus in partes inferiores significat.*

Ἀτακτότερον, inquit Galenus in Progno. vbi hæc sententia scripta est, præflagium hoc describitur. Parum enim definiunt dies, intra quos sanguinis fluxus sæpius, aut pus magis vel abscessus incidat. Nam sanguinis fluxus sæpius intrā septimum rarius post vigesimū. Abscessus contra post vicesimum magis. Pus à 7. expectari potest ad 20: quanquam & post vigesimum, sed minus, quàm abscessus. Is autem abscessus inferiores partes magis appetit. In Progno. δὲ δυνάει ἰσχυροῦ τε καὶ ξυμμετῆς. Vult enim dolorem esse vehementem & continuum. Ac vehemens quidem dolor est, quia materia magna parte acris est & mordax, magisque anterior caput occupat. Continuus, quia illic materia conclusa est, neque interuallis, aut cum accessionibus febrium redeunt. ὄξείας omittit in Progno. quanquam eiusmodi febribus intelligenda est. Quæ hic δύσκολα in Progno. θανάσιμῶν melius, quanquam in multis locis δύσκολα dici videtur non modò de ambigentibus ad salutem & mortem, sed de perniciosis, vt hoc loco. θανασιμῶν hinc in Progno. ὁλέθριον κάρτα adiecta voce Ionica, vt magnitudinem periculi ostendat. Galenus τελείως ἀλέθριον, ἄνευ δὲ σημεῖα φάλλω. Hoc vult in Prog. Hippo. si sine lethalibus indiciis. Galenus autem si salutaria indicia existunt, non lethalia, & qualia in conualituris eueniunt. ὑπερβάλλων τὰς εἰκοσὶ ἡμέρας, non hoc modo diiudicandum putat Galenus, sed distinguendum ea ratione, quæ iam dicta est. ante 7. sanguinis profluuium magis. Post 7. suppuratione: post 20. abscessus. Superet autem vigesimū & dolor & febris, vt expectetur abscessus primū, deinde suppuratione, aut quod rarius sanguinis profluuium ἢ πύον, alij πύον legunt. ἐκ πύονος. Hippoc. suppurationem capite collectam, quæ per nares vel aures expurgetur. Sæpius tamen per aures, alius quoque in os pus defluit, quòd fortasse è radice narium relabitur.

## XVII.

Μάλιστα μὲν νεώτεροι τῶν τετρακονταπέντε, τὰς ῥύχιας. τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, τὰς ἀποστύχιας προσδέχεται.

*Maximè quidem iunioribus trigintaquinque annis profluuium sanguinis expectabis: senioribus verò abscessus.*

DVo efficiunt, vt facilius natura excitet profluuium è naribus, copia sanguinis & feruor. Vtrunq; coit ea ætate, quæ à 18. ad 25. annum extenditur. Addit in Progno. ἢ δὲ δύνῃ ἢ νεωρῆ. si dolor recēs, quod est ante septimum, & is plurimum vigeat

geat circa frontem & tempora. Vbi enim dolor est à copia sanguinis & feruore, sollicitantur magis ex partes, in quas propagines vasorum definunt, quæ à iugularibus & carotidibus propagantur. Contra verò occipitio insidit dolor, vbi frigidior & crassior materia est. Et rursus vbi diutius traxit dolor, & sanguis quidem effluit, & suppuratione colligitur. Vt in Progno. distinctione, scribitur αἵματος ῥύχιας ἢ πύονος ἢ ἐκ πύονος. Sed suppuratione tardius, eruptio sanguinis è naribus maturius accidit. Quod autem scribit τοῖς πρεσβυτέροις τὰς ἀποστύχιας in Progno. τὴν ἐκ πύονος τοῖς νεωρῆ. Sed hæc ambiguitas iis, quæ prius scripta sunt, facile dissoluitur.

## XVIII.

Περὶ μέτωπον ὃ καὶ κροτάφους ὄντος τῆς πόνος, καὶ σιωτῆς ῥύχιας.

*Atque vbi dolor frontem & tempora sollicitat, isque vehemens est, fluxorem sanguinis expectare oportet*

Sive natura excretionem per nares, siue suppurationem molitur, necesse est ea parte, qua illa calore & spiritu stipata contra morbum vehementius contendit, vehementem dolorem commoueri: augerique, qui prius vehemens fuit. Atque in incipite materiam restitisse par est, quæ paulò post euicta per nares expurgetur: & vt prius dictum est, siquidē materia tenuis, calida & feruida est, facile subit propagines vasorum, quæ in incipit disperguntur, vbi crassior & frigidior restitit in occipitio. In Protrhet. Iunioribus quidem 35. annis profluuium sanguinis, senioribus suppurationem expectari magis.

## XIX.

Οἱ κεφαλαλγία καὶ ἦχοι ἐμπυρέτοις, καὶ σκοτοδίνῃ, ἔφωνης βραδυτῆς, καὶ νάρκῃ χειρῶν, ἢ ἀποπληκτῆς, ἢ ἐπιληπτικῆς προσδέχεται τῆς ἐσείας, ἢ καὶ ἐπιλήσμονας.

*Quibus capitis dolores, sonitus aurium, tenebræ & vertigines, vocis tarditas, manuumque torpor, hos vel apoplecticos vel epilepticos, vel denique obliuiosos fore expecta.*

Opleto capite crassa viscidæque pituita hæc consequitur, capitis dolor intemperiem, flatum, & distensionem causas habet, sonitus & tinnitus aurium commotionem flatulenti spiritus, dum à natura excutitur, & is sponte sua ex angustis laxum liberumque spatium & familiarem aërem petit. Nam etiam si calor est qui mouet, omni tamen spiritui sua natura subest, vt huc atque illuc moueatur. Externus enim aër ad humorem, vnde nascitur, propius accedit, & trahentem ignem sequitur, in latera se dispergit, & circulo conuoluitur. σκότοδίνῃ à perturbato & fluctuante spiritu fiunt, sed quia is spiritus crassior est & turbidus, seque ocularibus nervis insinuat, tenebras offundit. Itaque à varia motione omnia in orbem verti & circumagi videntur ægro: à turbida natura spiritus tenebræ oculis prætentantur. Nimiùm vigen epilepsiam denunciat, vnde parua epilepsia καὶ φωνῆς βραδυτῆς non tam vocis, quàm articulationis & motus linguæ tarditas, sæpe etiam balbuties nimio humore madescit lingua & nervis, qui in articulos conformant, quod ebriis quoque cōtingit. καὶ νάρκῃ χειρῶν. Irrigato & imbibito principio neruorum spiritus & à ceruice primū facile partem humoris combibit, ex quo torpor significatio quædam imminentis resolutionis. Hæc ergo vbi cocunt, omni ratione procurandum, vt quæ deinceps scripta sunt auertantur, alioqui inualefcete malo apoplexia, epilepsia, & obliuio in breui existant: vbi enim vel maiore copia collecta, vel loco mota pituita & humor alioqui crassius ventriculos cerebri occupat, siquidem postero



posteriorēs, epilepsia: si anteriores, apoplexia sequitur. Αποπληκτικὸς autem dicit non solum qui vniuerso corpore resoluitur, sed & παραπληκτικὸν dicitam & ἀποπληκτικὸν, quomodo crus ἀποπληκτικὸν dicit, & ἀποπληκτικὸν γλώσσας ἐπιλησμονας obliuione captos, vel lethargicos. Contingit enim multis, vt insueta quadā obliuione capiantur: quod vbi contingit, metus est, vt ne apoplexia, epilepsia, lethargus, aliāque id genus insequantur, sitque interdum nullo se prodente morbo refrigerato præter modum cerebro, ex quo infirmitas partis inualefcit, magna vis frigidi excrementi generatur, quod postea præscriptis morbis materia fit. At obliuionis & frigus & pituitam causas esse constat, & libro de morbo sacro à pituita, inquit, ὁ ἀνθρώπος ἐπιλήθεται, hoc est, ἐπιλησμονὴ γίνεται. Hæc autem ἀπυρετικῶσι non febricitantibus, quanquam in quibusdam codicibus non legitur, sed legi melius est. Febricitantibus enim ea signa alia prænunciant, vt prius exposita sunt.

XX.

Οἱ κεφαλαλγίες κατ'ὄχως παρακρῶντες κοιλίης ἀποληφθείσης, ὄμμα θραυσθέντες, ἀνηροί, ὀπισθοτονώδεις γίνονται.

*Capite dolentes cum catoche delirantes suppressa aluo, feroci oculo, erubescete facie, in scapulas conuelluntur.*

Nisi me moueret interpretatio Gal. κατ'ὄχως non cū catoche morbo interpretari, sed pertinaciter. Etenim quæ pertinacius hærent, κατ'ὄχως interdū appellat Hippoc. In catoche morbo sensus aut nullus, aut torpidus. At sine integritate sensus dolor esse non potest, qui in κεφαλαλγία morbo esse consueuit. In catoche mutitas est, vnde & ἀναυδία ab Antigene, ἀφωνία à Diocle & Hippoc. non modò quia non loquantur, non vocem edant, sed quia neque sentiunt, neque mouentur. Vnde igitur delirium intelligas, si neq; gestu, motione corporis, neque sermone id prodant? In catoche non ferox oculus, sed clemens & modestus. Ergo ea voce vel pertinaciter vrgeri capitis dolorem intelligas, vel catoche non stabilem, sed quæ in periodos incideret, quales veteres medici annotarūt Asclepiades & Archigenes. Atque hæc omnia oppleto capite, accedente caliditate nasci oportuit in vno aut altero, ex quibus hanc sententiam descripsit. Aluus autē suppressa nullo modo denunciat conuulsionē in scapulas, sed eam vim habet, vt iam laborans caput grauius afficiat. Contuitus ferox vesaniæ & phrenitidis potius est, quàm catoches, vbi iam sanguis nimium concalescit, & in atrā bilem conuertitur. ἀνδροί, ἀνδρῶν ἐξήρουρον interpretatur Galenus. Est autem color is magis, quàm floridus & viuus, quālis ab exercitio pueris & virginibus quibusdam esse solet. Ac in morbis color is floridus & viuus quidem non illaudatus moderati calor is inditio. Aliquando vero ἐρυθμία κατὰκρῶς saturatus rubor auctæ caliditatis & copia in cerebro argumento. Nonnunquam ἐπιεικῶς ἀνδρῶν moderanter floridum. Id quod in Poly-cratis vxore scripsit in Epidem, πρόσωπον εὐχρῶν ἐπὶ γνάθῳσι, ἐρυθμία, ἢ κατὰκρῶς, ἀλλὰ ἐπιεικῶς ἀνδρῶν. Atque vt is rubor magis saturatus est, ita periculosior esse consueuit: quanquam nec qui moderatè rubet, suspicionē caret, si quidem præter naturam ægri est. Ac fere sequitur inflammatos pulmones, aut cerebrum. ὀπισθοτονώδεις non solum in scapulas rigent, & aliis quoq; generibus conuulsionis rapiuntur. Et à catoche temporalium musculorum ferè conuulsio est, vnde stridor dentium & buccarum contractio. Alioqui materia, vnde capitis dolor, delirium, ferox contuitus, & rubor in occipitium versa conuulsio in scapulas esse potest.

XXI.

Τὰ ὑποσείοντα κεφαλῆς, ὄμματ' ἐξέρυθρα παρακρῶντα. Ἐφῶς, ἀλέθρα, ἢ ξυναποθήσκει τὸ εἶδος, ἀλλὰ παρ' οὗς οἴδημα ποιεῖ.

*Qua caput succussant, oculi prærubri manifestè deliria lethalia. Sed hoc non commoritur, sed circa aurem tumorem faciunt.*

Abfurda

Abfurda hæc oratio & obscura. Nam quæ ὑποσείοντα κεφαλῆς, dicat, & paulò post κεφαλῆν σείοντα ne veteres quidem Græci interpretes Hippocra. satis cognouerunt. Alij enim pulsationem temporum: alij tremorem & veluti succussationem capitis atque adeo totius corporis: nonnulli omnia, quæcunque caput malè afficiunt. Atque temporalium venarum pulsatio quid significet, prius expositum. Tremor autem & succussatio capitis infirmos neruos & potestatem, quæ mouet, apertè ostendit. At quæcunque omnia caput malè afficiunt, seorsum singula prius distinguenda, quæ in inde præfagium colligas. Hic autem cū sequatur ὄμματα ἐξέρυθρα & σφῶς ἀξυκρῶντα, ad palpitationem venarum temporalium, aut etiam tremulam motionem capitis potius ea vox ὑποσείοντα referri debet. Omnia enim eò conspirant, vt intelligatur caput copia feruentis materiæ inardescere. Oculi enim prærubri aut stomachi inflammationem, aut cerebri significant: sed cū nulla connectantur signa, quæ vitium stomachi ostendant, in cerebro potius inflammatio ponenda est. Hinc etiam venarum totius capitis, sed apertè temporalium vehemens agitatio. His subscribit, quod sequitur σφῶς ἀξυκρῶντα, manifestè delirantia. Est enim Hippocrati alia desipientia manifesta, cū ægri exclamant, exiliunt, feriunt, nugantur. Alia obscura, in qua non solum idiotæ, sed medici quoque decipiuntur. Nam & taciti iacent, & quieti, aut si loquuntur: ita composita est oratio, vt non facillè delirium deprehendas. ἀσφῶς ἀξυκρῶσσις dicitur ab auctore Prorrhæ. At quod sequitur & absurdus & obscurus videri possit. ἀλέθρα enim dicit. Subiicit autem ἢ συναποθήσκει τῷσιν non commoritur hoc nisi fortasse hoc velit, posita concussione capitis, prærubris oculis, manifesto delirio mors quidem sequitur, sed non protinus vbi hoc accidit; sed prius commotis parotidibus, vnde iam moriantur, recurrente intro materia, aut parùm ritè commota parotide.

XXII.

Κεφαλαλγία μετ' ἔδρης, καὶ αἰδῶν ἀλγῆμος, καὶ νωθρότητα καὶ ἀρησίνην παρέχει, καὶ φωνὴν παραλύει, τῶν δὲ χαλεπὰ ὑπνώδεις ἢ καὶ λυσώδεις γίνονται. ὀνάτω μνηστέων, φωνῆς λυθεί (ἢ εἰς τὸ αὐτὸ κέρταται).

*Capitis dolor cum sedis & pudendorum dolore, & torporem & impotentiam inducit, & vocem resoluunt, hæc horrenda non sunt. Verum somnolenti ac singultientes sunt nono mense: ex quibus soluta voce in idem restituntur.*

Malè cohærens & inepta oratio. Nihil enim dolori sedis & pudendi cū capitis dolore & aliis commune est. Nec omnis dolor capitis torporem & impotentiam corpori inuehit, aut linguam resoluunt. Et vbi ea omnia coeunt, nescio qua ratione dicat ἢ χαλεπὰ, cū reuera periculo non careant, læsò grauius cerebro & imbibitis noxio humore neruis, vnde torpor & impotentia corporis, vt vix sentiat æger, neque possit corpus commoueri. Est enim ἀρησία quasi dicas ἀκίνησία. Accedit quoque linguæ resolutio & musculorum gutturis, vt nec vocem edant, aut siquidem edant, non exarticulant. φωνὴν enim & ἀσφῶν aliquando permiscet Hippoc. Accessio quoque mali est, quod imbecilliore cerebro frigidiore iam & humidiore ὑπνώδεις, quia breuib; interuallis singultiant neruis oris ventriculi consortio mali violatis. Absurdum quoque quod nono mense liberari scribit. Morbi enim longi paribus mensibus soluntur magis. λυθείσιν φωνὴν intelligit liberatam, & expeditam, similiter us, qui colligat exoluuntur.

XXIII.

Ασχελεδάδες ἢ γενόμμοι.

*Vermiculosi verò facti.*

M m

Imperfecta oratio, quæ neque priori iungi, neque insequenti connecti debet. Sunt autem ἀσκαριδῶδες, qui ascaridas dictos vel subinde excludunt, vel colligunt. Ascarides verò ἐλμίνθες ἰχθυαὶ καὶ μακρὰ καὶ τῶν ἀπειθυσιμῶν γένεω γρόμμοι, lumbrici tenues & longi, qui in postremo intestino generantur.

XXIII.

Ἐν κεφαλαλγίῃ κόφωσις καὶ κῶμος παρακολυθῆναι τὰ παρ' οὗς ἐπαίρει. Si in capitis dolore surditas sequitur, frequens somnus, parotides exurgunt.

Ita scripta in Prorrh. hæc sententia, nec habet initio ἀσκαριδῶδες δὲ γενόμενοι. Iam verò inter præcipua signa parotidum capitis dolor est, surditas, & frequens somnus, quæ omnia prius satis exposita sunt.

XXV.

Οἱ κεφαλαλγέες, κατόχως ὀδυνώδεις, ὄμμα ἐξέρυθρον, αἱμορροεῖ. Capite dolentes & pertinaciter dolentes, prærubri oculi signa profluvij sanguinis.

In Prorrh. τραχὺς ὀδυνώδεια ὄμματα ἐξέρυθρὰ αἱμορροεῖ ἀγνικὰ. Ceruice dolentes, prærubri oculi, profluvium sanguinis è naribus prænuntiant, quanquam & capitis dolor in Progn. & Prorrh. inter signa hæmorrhagiæ scribitur. Inter ea verò maximam vim habet, quod scribit, admodum rubentes oculos copia sanguinis parte aliqua corriuante in venas oculi. At κατόχως ὀδυνώδεις intelligi non potest eorum modo, qui catoche laborant. Non dolent enim cataleptici. Itaque mallem per tinaciter dolentes interpretari. Quandiu enim ea copia vrgeat, distendat, calefaciat, tandiu dolor confirmabitur, donec videlicet ruptis aut apertis narium venis excludatur. Sed quid κατόχως, prius expositum.

XXVI.

Τὰ σείοντα κεφαλήν, τὰ ἠχόδεα αἱμορροεῖ. ἢ γυναικῶν τὰ γυναικῆα καὶ τὰ βιβλάζουσι, ἄλλως τε τὴν κατὰ τὸν κόμμα παρακολυθῆναι. ἴσως δὲ τὴν δυσεντερικῶν. Pulsationes in capite, sonitus aurium, profluvium sanguinis è naribus significant. Alioqui mulieribus purgationes uteri deducunt tum alias, tum si secundum spinam urens calor sequatur. Sed fortasse res in dysenteriam conuertitur.

Pulsationes venarum capitis τὰ σείοντα cum Galeno verisimilius interpretamur. Neque enim tremor aut concussio signa sunt hæmorrhagiæ. At ea mixtio venarum & agitatio feruentis & concitati ad exitum sanguinis inditium est, quomodo & ἠχόδεα. Etenim commotione sanguinis nati spiritus angustis anfractibus aurium sese insinuant, vnde sonitus & tinnitus. Mulieribus autem, vt prius dictum fuit, & è naribus quidem sanguis profluit, vel recurrente materia per vterum sanguis excluditur. Addit autem significationem recurrentis sanguinis, ardorem secundum spinam, tota magna vena, quæ spinam perrepat, sed ad lumbos maximè feruida motione sanguinis æstuant. Est enim καύμα πύρρον igni propinquus ardor. Eum ardorem acrior bilis permixta sanguini gignit. Quæ si relictis venis in intestinum ruit, dysenteria fit. Scribitur hæc sententia in Prorrh.

XXVII.

Οἱ κερταεμοὶ, καὶ βρέγμα ὀδυνώδεις, ἀγρυπνοὶ, αἱμορροεῖσι, ἄλλως τε καὶ ἢν τις ἐς τράχηλον σιωτῆται. Qui

Qui gravitate capitis laborant dolentque syncipite, vigiles, sanguinem è naribus fundunt tum alias, tum si quis tendi aliquid in collo sentiat.

Eodem modo in Prorrheticis, nisi quod in fine ἢν τις τὸν τραχὺν γένει. Est autem καρβαρὶς gravitas capitis & perturbatio quædam, qualis ebriis contingit. Fitque è copia & agitatione spiritus, quod accidit, vbi natura febrilem materiam è medijs venis in caput sustulit. Quod si accedit syncipitis dolor, materia calidæ signum est & sequacis, quæ relictis venis occipitij in angustiores venas syncipitis permeant. à posteriore enim capite in anterius venarum rami disperguntur. Ac ferè calidus dolor in syncipite: frigidus in vertrice & occipitio. Vigiliæ à calore & agitatione materiae, vt somnus à frigiditate & quiete magis est. Tensionem in collo utrunque efficit plenitudo & spirituum motus. Atque iis positis profluvium quidem sanguinis esse potest, quanquam id necessarium non est, neque sæpius accidit.

XXVIII.

Τὰ ἐν κεφαλαλγίῃ ἰάδεα ἐμέσμεθα μὲν κωφώσιος ἀγρυπνοὶ, τὰ κατὰ τὸν κόμμα. Qui in capitis dolore æruginosa vomunt accedente surditate, & vigilia, celeriter in vehementem insaniam incurrunt.

Neque capitis dolor, neque vigilia, multò minus surditas & æruginosa vomita firma sunt indicia futurae vesaniæ. Fieri tamè potuit, vt ea bilis, quæ vomitu reddebatur, in caput excurreret, à qua capitis dolor & reliqua, quæ scribuntur: ac tandem vehementer æger insaniat: quod ἐκμαίνεσθαι dicere consuevit.

XXIX.

Οἱ κεφαλῆς καὶ τράχηλος πόνος, καὶ ὅλας δέ τις ἀφατὴν ἱσχυρομένη, αἱμορροεῖσιν λείπει. ἀπαρτῆσθαι καὶ χρονοῦ λυόν. αἱ δὲ κύστες ἐν τῷ τῶν λαμβάνον. Quibus capitis collique dolor & totius corporis tremula quædam impotentia sanguinis profluvium remedio est. Sed & tempora ita solvantur. Atque tum vesicae intercipiuntur.

In Prorrhético non scribitur finis huius sententiæ de intercepta vesica: quam & suppressa aluus, & vesica excretionis criticæ signa quædam sunt. Peculiariter autem hæmorrhagiæ capitis dolor, venarum pulsatio, iugularium palpitatione, prærubri oculi, eadem facies, splendores obuersantes oculis, subita difficultas spiritus, hypochondrij contentio sine dolore, & ad præcordia leuis refrigeratio, aliæque hoc opere dispersa & in Prorrh. Idque magis accidit verè & æstate febrilis æstivus & ardentibus internis inflammationibus ætate, quæ à 18. ad 30. extenditur. At cum redundans copia sanguinis & feruor ætate fitma & viribus profluvia sanguinis maximè excitent, notavit hoc loco copiam magis, quàm feruorem: quam & facile is intelligi possit. Copia ergo dolore capitis & colli plenioribus tensisque venis explicatur: magis quoque tremula quædam impotentia. Corpus enim plenius grane est, nec facile mouetur, torpidum est, quod hoc loco ἀφατὴν nomine continetur. Tremor autem non tam neruorum infirmitate, quàm oppreffione fit. At hæc tempore solui æquum est paulatim depleta & in halitum discussa plenitudine, nisi semel largiter effuso sanguine de repente febris extinguatur. Aegri igitur, vnde hæc sententia translata est, febre à copia sanguinis laborarunt. Ea verò

febris ferè salutaris est. Soluitur autem larga eruptione sanguinis, vel paulatim vt interualis effluat sanguis, & alia genera excretionum moueantur.

XXX.

Εν τῇ τῶν δ' ἐξείησι κεφαλαλγίῃσι, καὶ τῇ τῆς ναιρικώδεσι μὲν βάρειος, ἐθ' ἔλπει αἰσιομώδεα γίνεσθαι.

*In acutis doloribus capitis est cum grauitate torpidis conuulsiones fieri solent.*

Quod vehemens repugnat torpido. Itaque melius est constitucere duo genera dolorum capitis, à quibus metuenda sit conuulsio. Alterum, vbi humor acris est & mordax, qualis est bilis. Alterum vbi copia crudæ materiæ, quæ neruorum principium opprimit. In priore genere commoris membranis: in altero oppresso neruorum principio sequitur conuulsio. Potest quoque frigidus humor febrili halitu concalescere, & putrescere, vnde conuulsio. Hæc autem verisimilius, quàm copia sanguinis calore fusa ea commoueri, quanquam ea ratione dolor, grauitas, torpor excitari possint, & aliquando, sed rarius conuulsio. Nimum enim concafacto sanguine & in atram bilem verso melancholicæ vesaniæ primùm quidem fiunt, in quibus aliquando existit conuulsio,

XXXI.

Κεφαλαλγίην λύει πύον δια ῥινῶν, ἢ πύελα παχέα καὶ ἀνοσμία. λύει δ' καὶ ἐλκείων ἐκθύσις. ποτὲ δ' καὶ ὕπνος, καὶ κοιλίης ῥύσις.

*Capitis dolorem soluit pus per nares effluens, sputa crassa est sine odore. Soluit quoque ulcerum eruptio, aliquando etiam somnus est alui profluuium.*

Non omnem capitis dolorem solunt, quæ hic scribuntur, sed eum quem copia cerebro conclusa gignit: quanquam & huius alia quoque remedia sunt profluuium sanguinis, parotides & alij abscessus, multa pituita per nares ducta, vrinarum copia, menses, hæmorrhoides, & alia id genus. Hæc autem omnia sponte naturæ fiunt. Itaque pus vomitam certò designat collectam in capite, cuius materia sanguis & pituita ea, quæ tempore maturata & in pus versa calore & spiritu id agente, eaque natura, quæ solidis partibus insita est. Ac nec per nares semper: sæpius enim per aures, interdum quoque per os palati pus foras deducitur. Aliquando verò non suppurat materia, sed concoquitur ea ratione, qua pituita, quæ per vrinas in sedimentum deposita excernitur, eaque & per os palati & per nares vacuatur. ἀνοσμία verò dicit in odore: quia quæ bene concocta odore carent, quæ putria grauius olent: pus medium locum tenet. λύει δ' καὶ ἐλκείων ἐκθύσις. Pueris in exteriori capite, ore & facie, aliis quoque locis, vt est impetus materiæ. Ea verò vlcera alienum genus acris materiæ ostendit, quam natura neque in pus vertit, neque concoxit. ἐκθύσις autem vox est familiaris Hippocrati in erumpentibus pustulis & vlculculis. Nam 3. Epid. pestilenti conditione ἐκθύματα μεγάλα de eruptione magnarum pustularum dixit. 6. verò ἐλκυσθίων κατὰ ἐκθύσιν dixit, quomodo hoc loco. Estque ἐκθύσις, vt ita dicam, ἐξόρμησις, & ἐκθύειν ἐξορμᾶν, cum videlicet vi nature vel morbi impetu facto in pustulas, vel vlcera foras erumpit. ποτὲ δ' καὶ ὕπνος. Somnum dolores sedare & deliria, eadem quoque interdum inuichere & augere ex iis sunt, quæ scripsit Hippoc. & experientia confirmauit. Sedat quidem spiritu & calore intro collectis, vnde materia coquitur atque interdum discutitur. At si pertinacior materia est, si vitiosa tum quæ in capite, tum quæ in reliquo corpore: accidit

cidit quidem vt somno caput repleatur magis & irritetur. ποτὲ igitur rectè addidit, καὶ κοιλίης ῥύσις deturbata materia è capite ventrem perturbat. Atque ita pars fomite doloris liberata dolere definit. Eodem modo & alius excretionibus sudore, vomitione, vrina multa, & aliis.

XXXII.

Κεφαλῆς ἀλγυμὴ μέτερον μὲν διήθησι νηδύσεως, ἢ μὲν ἰδρώτος μὴ λυόντος τὸν πυρετὸν, ἀποστρέφασιν ἐλκοῖσιν, ἢ περὶ οὗς σημαίνει, μὴ κοιλίης ἐκτρέφεισιν.

*Capitis dolor mediocris cum siti inexhausta vel sudore, qui febrem non exoluat, abscessus in gingiuis vel ad aures significat, nisi venter exturbetur.*

Moderatus capitis dolor, quia neque frigidior, neque calidior, neque denique multa materia est. Hic enim ad intemperiem dolor referri non potest. Sed quid velit μετὰ δίψας νηδύσεως diuinatrice opus habet. Satis intelligimus vñ habere vim augendi & fortasse νηδύσεως legendum esse, vt sit sensus, magnam esse sitim & quæ intro subeat, & præcordia malè habeat, illic æstuante febre. Et quomodo νηδυμὸς ὕπνος placidus & profundus, ita νηδυμὸν δίψην, quæ magna sit & profunda. Nolim tamen aliquid in re tam obscura constituere. μετὰ ἰδρώτος. Sudor malus est, qui non soluit febrem, aut imminuit τὸ κρισίμον μὴ κρινόν. Solet eiusmodi sudor cruda etiamdum materia, & aliquando non die critico emoueri. Ergo cum natura excretionem nihil efficiat, ad concoctionem, suppurationem, & abscessum conuertitur. Abscessus rarus in gingiuis, sæpius ad aures colligitur. Aliquando verò natura vigena materiam exturbat excluditque per aluum, quæ alioqui secederet in abscessum. At quid ἐκτρέφεισιν prius definitum.

XXXIII.

Κεφαλαλγίην θερῶδης μὲν βάρειος ποιεῖ τι αἰσιομώδες. *Soporosus capitis dolor cum grauitate nescio quid periculi conuulsionis denunciat.*

Dolor is à multa frigida materia, quæ cerebrum imbuit, eaque & soporem Dinuchit & grauitatem non modò capitis, sed totius corporis: multo enim humore potestas, quæ mouet, clauuescit, & irrigati nerui relaxatque resoluuntur. Copia igitur & vitij qualitas neruorumque infirmitas conuulsionem aliquando accersunt.

XXXIII.

Οἱ κεφαλαλγικοὶ διψῶδες, ὑπάρχοντες, ἀσάφεις, ἀδυάτοι, ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ κοπιώδεις, ἢ ῥά γε ἐξ ἀνίτην. *Qui capite dolent siticulosi utcumque vigilantes, obscure delirantes impotentes cum aluo liquida delassati, an non ij mente mouebantur?*

IN Prorrh. hoc modo ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ κοπιώδεις κεφαλαλγικῶν διψῶδων ἀγρύπνων ἀσάφει ἀδυάτω ὄσει τὰ τοιαῦτα ἐλπίς ἐκστῆναι. Ab aluo liquida delassato, da- M m 3

lente capite, siticuloso, vigili, obscure deliranti, impotenti, cuiunque id accidat, mentus esse debet, ut ne moueatur mente. Vbi videtur initium fecisse morbi ab alio liquida & profuente. Atque ut hæc omnia vim habeant, denunciandæ infantiæ materiam acrem mordentemque habere necesse est, ut alius deiciat acrem bilem, & magis si ea expuunt, capitis dolor vehemens sit, mordax, & cum caliditate manifestata, sitis similiter & vigilia. Lasitudo verò vel vlcerosa, vel vocata φλεγμονώδης, ασάρεις Gale. dici putat vel de iis, qui adeo obscure delirant ut vix appareat delirium, vel iis quibus adeo summissa vox languidâque est, ut vix exaudiri possint, & virtute & vocalibus instrumentis. ἀδύατοι ἀδύμονες & ἀκράτοι exoluta virtute, qua sustinetur moueturque corpus: ἐκκνίσαντα & ἐκσῆσαι utrunque de vehementi infania vsurpatur.

XXXV.

Κεφαλαλγίες, ὑπόκωφοι, χεῖραλο βρομώδεις, βράχην οὐδυνώδεις, ἔχοντες μέλανα δέδασιμύδα, ἐμείοντες μέλανα, δλέθριοι.

Capite dolentes, surda stri, intremiscentes manibus, dolentes ceruice, meicetes nigra condensata, vomentes nigra lethaliter habent.

Vo coeant oportet, ut hæc existant, febris ardentissima & cerebrum male affectum. Hinc dolor capitis & ceruicis, surditas quædam, manuumque tremor: illinc nigra vrina & vomitus. A quibus reuera mors expectanda est. διδάσκειν variè exponunt interpretes Hippocratis. Melior interpretatio videtur mihi si de crasis & turbidis intelligatur, quales in quibusdam febribus ardentibus, in quibus multa perturbatio est bile multa permista crudis humoribus. Scripta in Prorrh. ὅτι οὐ τῶντα ἢ μέλανα προσδέχεται ἢ ξέν. Ex quo dubitat Galenus vtra vel deiectio, vel vomitio nigra expectanda: quàm dubitationem locus hic absoluit.

XXXVI.

Οὐ κεφαλαλγίες, ἐφιδρῖντες, καίλην ἀπειλημύδα, ασαρμώδεις.

Qui capite dolent, leuiter desudant, aluo sunt suppressa, facile in convulsionem incurrunt.

Exposita prius hæc sententia.

XXXVII.

Τὸ κωμάδες πανταχὺ κακόν

Sopor ubique malus.

IN Prorrh. τὸ κωμάδες ἀράγε πανταχὺ κακόν? Iam ante soporem in morbis diximus notari, ut παθογνωμονικόν, ut ἐπιγινώσκον, ut κριτικόν. Propterea melius in Prorrh. quia rem putauit egere distinctione, ἀράγε addidit, quod vim habet interrogandi, non affirmandi. καρῶ ergo profundus est somnus & vnde vix ægrum excites. Hippocr. damnauit ὑπνόν μέρδεις μάλλον γρημύδα. Somnum, qui nondum excedit, quia videlicet & longior est & sæpius redit. Differt tamen somnus longior ab eo, quod κωμάδες, quia è somno longo facile excitantur ægri: non ita è caro aut comate, lethargo, apoplexia & catalepsi, aliisque id genus morbis. Atque omnino παθογνωμονικὸς ὑπνός & ἐπιγινώσκος in vitio est. In laude verò κριτικὸς: παθογνωμονικὸς in soporosis morbis, caro & aliis: ἐπιγινώσκον in phrenitide & genere quodam febrium quæ inde κωμάδες & κωματώδεις: κριτικὸς in pueris & aliis, ut prius exposuimus, cum λυτήρια vocata percurreremus. Sunt itaque febres quædam κωματώδεις, quales Romæ annotauit Asclepiades ex semiterianarū genere, Diocles & Archigenes non modò continuas quasdam, sed intermittentes, in qua-

rum

rum accessione soporifusus aliquis affectus incidere. In morbis calidis & sicis phrenitide, ardete febre, sopor is periculosus, nisi salutaribus signis prius editis sub iudicium incidat, antequam parotides exurgant. κῶμα enim ut signum criticum sæpe notatur ab Hippocr. Sed & ex consequentibus notare, quanquam artificio caret, ad multa tamen annotasse iuuat. Lasitudo quædam totius corporis, dormientibus autem varia perturbatio. Neque minus nocet sequente inflammatione in visceribus, si grauis somnus initio accessionis accidat. Galenus testis est se vidisse adiutos plurimum, qui cum tribus & quatuor diebus vigilassent, dormissent postea diem integrum & noctem: pueris quoque id interdum accidisse, ut duos dies integros salutariter dormierint. Itaque naturalibus causis & præter naturam necessitate multa, vel nulla consequente euentu, sopor aut est malus aut salutaris est. Naturalis causa blanda suauisque vapor, & moderata cerebri cordisque refrigeratio. Longius petita quidem lunæ vis, ut voluit Hippoc. quæ humorem intro compellit. Sed enim humorem frugi esse oportet. Præter naturam vapor vitiosus cerebrum refrigeratum & multa pituita madès. Necessitas est, quia refouendus spiritus animalis. Atque ea non horarum numero modum habet, sed longiorem aliquando, nonnunquam breuiorem somnum exigit.

XXXVIII.

Οἱ κωματώδεις ἐν ἀρχῇ γρημύδα, κεφαλῆς, σφύρος, βράχην, ὑποχονδρῆς ὀδύνης, ἀγρυπνούντες, ἠράγε φρενιτικοί, μυκτηρ ἐν τστέροι (ἢ ἀποσφύζων, ὀλέθριον, ἄλλως τε καὶ τεταρταίσις ἐστὶ, ἢ ἀρχομύδα).

Qui in coma initio morbi incidunt cum capitis, lumborum, colli & præcordiorum doloribus vigilantes an phrenitidem incurrant? Atque iis extillans sanguis è naribus lethalis tum alias, tum si vel quarto vel morbi principio.

Id scripsit in Prorrh. Iam verò κῶμα seorsim, vigilia seorsim ægrum habet. Aliquando verò & somniculosi ægri sunt, & vigilantes. Ac rursus κῶμα quoddam & ὑπνός, ut vigilia quædam somniculoso malo permista sit: interdum vicissitudine coma, vigilia, vigilæ rursus κῶμα insequuntur. Hæc omnia è multiplici materia vel simul, vel deinceps putrescente. Ac de iis abunde libro primo, vbi res multis historiis confirmatur. Contendunt interpretes Hippocratis, an his positis iam sit, an solam denuncietur phrenitis. Idque quia in aliis exemplis ἄσιν vox scribitur: in aliis, ut hoc loco, omittitur. At prænucciari, nondum esse, verisimilius est. Ac rursus non sine τὸ ἀράγε dixit. Eget enim distinctione. Distinctio verò est eiusmodi. A comate sine vigiliis, quod vel profundum, vel certè somniculosum, phrenitis non est. Atque ij putrescente materia potius fiunt lethargici. Si verò initio vigilia est: & accedat ceruicis, capitis, lumborum & hypochondrij dolor, ij in phrenitidem incurrant, multò celerius si reliqua signa phrenitica se prodant. Ea verò prius conscripsimus. At capitis dolor grauis & aliarum partium sine vigilia, delirium cum vigilia phrenitidem denunciat. At vbi vigilia & coma coeunt, aut vicissim incidunt, res quidem ambigit. Modò enim phrenitici fiunt, modò sine phrenitide morbum transigunt. In Pythodoro delirij meminit, non phrenitidis, de quo ὅτι μὴ μίαν, ὅτι δὲ δ' ὄνομα τῆς ἀγρυπνῆς, τὸ δὲ λοιπὸν ἀπέναντον γένος κατὰ κωμάδες ὑπνῶν ἐγείρειν ἐργον. Sileno modò κῶμα, modò vigilia, lumborum dolor, capitis grauitas, hypochondrij distensio, à quibus delirium non phrenitidem. Paro κῶμα initio, deinde vigilia, nec phrenitis sequita est. At contra mulieri, quæ abortuerat, accidit, de qua κωματώδης (inquit) ἀρχομύδα καὶ ἀγρυπνῆς πάλιν ὄσφου: ὀδύνη κεφαλῆς βάρη: delirauit, ac tandem obiit phrenitica. Et in ardoribus tertix tempestatis tertij Epid. κῶμα ἀγρυπνῆς κατὰ φροσὶ stillæ sanguinis, phrenitides, mortes. Rectè igitur vigilias κῶματι adiuuauit, & ἀράγε scripsit. A comate enim sine vigi-

liis phrenitis non est, & utriusque mistis non statim phrenitis denuncianda est, sed, ut prius, adhibenda distinctio. Atque hæc omnia, dolores, & alia, somnus, vigilia, ut ad præfagium valeant, ut morbi non externa causa, commota esse oportet. Iam verò κῶμα initio morbi copiam frigidæ materiæ ostendit. Post initia verò iam progressu morbo & idem significat, siquidem ante extitit. Si verò qui prius non fuit, iam incidit, exolutio virium ostenditur: aut externa causa id inuexit, perfrigeratio ab aere medicamenti, aliisque id genus. Fit autem capitis, cervicis, & lumborum dolor, quomodo & corpus κοπῶδες multa cruda materia eas partes irrigante, acri interdum materia vellicante & colliquatione. Hypochondrium autem dolet graui obstructione, flatu, tumore præter naturam, sed in acutis magis inflammatione, quam aliis differentiis tumoris præter naturam μυκτῆς ὑποσφύων sanguinem stillare è naribus quarto die & quinto, quam vim habeant ad lethale præfagium prius expositum, & multò magis, si is sanguis & crassus & niger est. Cæterum varia lætio est Prorrh. & Coaci operis. In Prorrh. enim τεταρατοισιν ἀρχομῶσιν sine distinctionis particula, ἢ in Coacis ἢ interponitur. Illic sensus est, quod primùm quarto die extillat: hic quòd vel quarto, vel ante quartum, quod est morbi principio. ἀρχῆ enim in hac sententia pro principio ἢ πλάτῳ, quod tertio die vel quarto circumscibitur, Sileno, Philisco, Epaminonti tertio die primùm stillauit, deinde quarto omnes obierunt.

## XXXIX.

Κακὸν ὃ καὶ κοιλίης περιπλευσῆς ἐξέρυθρος.

*Mala quoque ventris valde rubens proluuiis.*

IN Prorrh. hoc modo κοιλίης περίπλευσις ἐξέρυθρος, κακὸν μὲν ὃν πᾶσι τοῖσι νοσήμασι ὅτι κίσει δὲ ἐπὶ τοῖς προσημνύοις. Et in quibusdam exēplis περίπλευσις legitur, ut in Coacis. Est autem περίπλευσις, cum tenuia liquidaque deiciuntur. Atque ea aliquando flauo tineta, quia videlicet aquosa ferosaque humiditas bile tingitur. Interdum cruenta proluuiis eadem humiditate, paucio sanguine, neque satis elaborato coloratur. Est autem hepatica eiusmodi deiectione retentrice eius potestate læsa, aut ea quæ sanguinem conficit. Atque ut paucus vel multus minus magisve crudus, ita vel diluitor excrementorum rubor, vel minus dilutus. Itaque principe viscere pessimè habito eiusmodi proluuiis, cuiusque morbo accesserit, malo est, cum & seorsum mala sit. Quòd si alijs malis coierit comati, doloribus capitibus, cervicis, lumborum & hypochondrij, stillationi sanguinis iam admodum lethale est cerebro & hepate affectis in maligna febre. Cæterum hic seorsum scripta sententia. In Prorrheticis priori utcumque connexa, quanquam oporteat in præfagium seorsum signa conscribere, quæ idem malum eiusdemque potestatis affectum ostendant, & quæ in idem ad præfagium coeant, quæ ὁμογενῆ appellat, non quæ diuersa mala, diuersas potestates affectas significant, diuersa præfagia efficiant. Qualia hoc loco si hanc proluuiem prioribus casibus annectas. Proluuiis enim hepatis, illa cerebri vitium ostendunt.

## XL.

Οἱ κοματώδεις ἐξ ἀρχῆς ἐφιδρώσαντες ἔροι, πέποι, χυμοί, ἀκρίτως ὃ περιψύχοντες, διὰ τῶν περιχέει, νοῦροι, κοματώδεις, σαομῶδεις, δλέθριοι.

*Somniculosi qui ab initio leuiter desudarunt urinis coctis, vehementi febre ardentes & citra iudicium refrigescetes ac breui maximè recalescentes torpidi, somniculosi, conuulsi lethaliter habent.*

NON legitur κοματώδεις initio sententiæ in Prorrh. Est autem coitio lethalis, nec erat opus addere sudationes & urinas coctas, cum reliqua satis esse possint, unde

sint, unde præfagium mortis conficias. πέποι verò aliqui interpretes Hippocratis non admittunt, quia urinae initio coctæ breuem securamque valetudinem prænuntiant. Propterea ἐπιπονοῖσι legunt, qua voce intelligunt urinas acres & mordentes, quæ obiter dolorem inuehant. Alij πέποι non quia reuera coctæ, sed crassæ & albæ similes concoctis. Potest & hoc addi coctas quidem initio, sed ἀνωμαλῶς inæqualiter, quia hodie coctæ, postmodum crudæ sint. Ac ἐφιδρώσις initio non ita metueda. Tum enim copiam magis ostendit, quam vim morbi. Pessimum verò quod sequitur, ardere vehementer, refrigerescere celeriter, magis quam antè inardescere, obtorpescere, somniculosum esse, conuelli. κομῆτικοί enim de iis, qui ardentissima tenentur febre, dictum est, & περιχέεις particulam augmenti habet. Et quam vim habeat à calore refrigerescere, & rursus incalescere, prius definitum. Quid præterea torpor significet, quid κῶμα progressu morbo. Hic autem exolutionem virium & torpor ostendit. Conuulsio verò subinde incidens, quod innuit voce σαομῶδεις, idque in ardentissima febre, certissima desperationis argumentum est. ἀκρίτως addit, quia interdum circa iudicium rigores & frigora, quæ imminet excretionem prænuntiant, vel iam absoluto iudicio refrigerescunt ægri, hoc est, febricitate desinunt. Utroque enim modo περίψυξις ab Hippocrate usurpatur.

## XLI.

Οἱ κοματώδεις ὕπνοι, καὶ αἱ χεῖρες ἰσχυρῶς, δλέθριον.

*Somni similes iis, qui comate laborant, & perfrigerationes lethales sunt.*

Κοματώδεις ὕπνοι vel profundi, vel è quibus excitati celeriter redormiunt. Id autem accidit, ubi cerebrum multa frigidæque materia delibutum est, & corpus vniuersum eodem vitio laborat, unde oppresso calore infuso nihil in superficie corporis exhalat, aut parùm quidem exhalat & interuallis. Itaque κοματώδεις perfrigeratio frequens, atque ita extincto calore mors.

## XLII.

Κοματώδεις, κοπιώδεις, κεκωρωμένους, κοιλίης χεῖρῶν γέλης, ἐρυθρὰ διεληθόντα περι κριση, ἀρελέει.

*Somniculosi de lassati obsurdescentes iuuari solent, si circa iudicium aluus erumpat & rubra prodeant.*

COITIO hæc videtur esse in febre, cui materia bilis pituita mista. Neque enim κῶμα est sine pituita. Hæc ergo à bile sursum euecta & calore febris caput imbuit, unde somniculosi ægri. Eadem quoque materia cum multum effumet & magna parte colliquescat, musculos & articulos duplici ratione lædit. Nam & ab eiusmodi vaporibus & colliquatione κόπος lassitudo est. Ea verò pars, quæ cerebro concluditur, auditorios nervos violat & intercipit, ex quo surditas. Iam verò natura concitata & è cerebro, & è reliquo corpore materiam morbi excutit, & in ventrem deturbat, unde κοιλίη κετῆρῶγεν, quia perturbata aluo semel confertimque multa exeunt. Id quod optima ratione iuuat. Primùm quidem, quia inde surditas desinit. Scriptum enim ab Hippocrate δκόσοισι, κώφωσις χολωδῶν γινώσκων πένεται. deinde κῶμα & reliqua conquiescunt, aut certè leuora fiunt. Siquid enim pituita parùm sequacis relinquatur, breui maturatur, & cum urinis excluditur, aut in sudores dissoluitur. ἐρυθρὰ verò hoc loco non oportet interpretari αἵματώδεια sanguinolenta. Etenim multus sanguis semel erumpens tantum abest, ut inuict, ut etiam breue atque adeo præfens exitium sæpe adferat. ἐρυθρὰ ergo dicit ruffa, quia vi-





Iara perfectum naturæ opus ostendant: quod est sequutus Hippoc. in Prognostico. In Prorrhethico & Coacis præfagiis multa perturbata nulloque ordine collocata inuenias, quæ hoc loco. Alia enim potestatis animalis, alia naturalis, omnia permixta. Primum igitur κοίμησις αἵμα cerebri vitium ostendunt. Quod si κωστική legas, vt in Prorrheth. ardentissima febris intelligitur, vnde commune malum totius corporis, sed peculiare cordis aut fortasse alterius visceris. Alij κωστική ad extremam ardore quadam vrentia, qualia à meraca bile, vnde celer morbus & periculosus designatur. Ac fortasse κωμωστική hoc loco legendum erit. vt Prorrhethico consentiat, μεμωστωμένη siquidem propriè vox exponenda est, ad cogitantem intelligentemque animam vitium referri debet, cuius deprauata vis & defecta μώρωσις appellatur. Ea senibus familiaris, & inde vetus sententia, δις παύδες οἱ γέροντες, bis pueri senes. Temulentis quoque aliquando id accidit, vt puerorum more & fatuorum ridicula effutiant, saltent, pudenda nudent. Sed is morbus in reliquis quoque ætates incidit. Rarè tamen in febribus fatuitas illa est, quanquam videre licet qui fatuis similiter rideant, ridicula loquantur. Sacrificus quidam cum hæc scriberemus, ex acuta febre decumbebat perpetuò subridens, & risu digna effuties, moderanter cætera agebat. Inter nugas ex iis qui aderant, sacrificum amicum rogat, vt propius accedat: esse aliquid, quod vni illi vellet detegere. Amicus accedit: aurem admouet. Aeger hanc mordicus præhendit, & turpiter lacerauit. Eaque fatuitas aut desipientia fatuitati similis in phrenitidem abiit. Etenim sanguis calidus quidem tempore putrescit, & ignem concipit vnde è moderata desipientia phrenitis & vana. κατὰ γὰρ vel firmiter hærentia & quasi pertinacia, vel quæ κατὰ γὰρ inferant. ποιήματα ad corpus & hypochondria referri potest. Id autem quia modò caleant, modò frigeant, aut quia deinceps sese consequantur. κῶμα fatuitas catoche: quomodo in non ita dissidentibus morbis contingit. Vidi enim qui iaceret apoplecticus, paulò post comitali conuulsione rapiebatur, ex quo incurtebat in κατὰ γὰρ vocatam. ὑποχόνδρια ἢ κοιλίην ἐπικυμένον inflatione aut inflammatione. ἀποσίτοι in Prorrh. σίτων ἀπολελαμμένων, qua ratione velle videatur intelligere vel eos, qui cibos fastidiant & auerfantur, vel quibus intercepta alio excrementum retinetur. Primo enim libro de ratione victus. & in Epid. σίτων pro excremento alimenti dixit ὀσίοισι γὰρ (inquit) σίτος αὐτίκα ἐγκατακεκλίσει, quibus enim excrementum intestino retinetur, atque includitur. Et in Epidem. de nephriticis λόντου δὲ ὅταν σίτος κενωθῶσι, Soluitur autem vacuato excremento, quod intestino concludatur. ἀπολελαμμένοι. si de intercepta alio, ἀποσίτος interpretari oportebit qui cibos auerfantur. Alioqui de ea quam ἢ φλεβῶν ἀπόληψιν medici appellant. ἐφιδύοντες quia vel è toto corpore, vel superiore parte, capite, ceruice, & thorace tenuè & paucum exudant. ἢ τὰς τρεῖς ἰσθμῶν πνεῦμα. Galenus in expositione vocum Hippocratis θολερὸν πνεῦμα μέγα ἢ δειδιωμένον. θολερὸν θερμὸν ὡς ἀπὸ ἡλίου παρά τὸ θερμεῖν γέγονε τῶνομα. Et de diffentione interpretum in expositione eius vocis antea disputatum. καὶ τὸ γονοσάδες διελθόν, Et hoc obscurum vnde prodeat genituræ simile, an per vrinas, an per aluum. Sæpe in vrinis ea voce vsus est Hippoc. quod quam vim habeat suo dicentur loco. λύγα σημαίνει, vnde singultus prius definitum. Hic autem non video vnde significetur. Non à spiritu, quod πνεῦμα τολερὸν: non ab eo quod genituræ simile prodiit, nec aliis. κοιλίη δὲ ἢρα χολώδης προσδέρχεται. alij προσδέρχεται, quasi antecedant & θολερὸν πνεῦμα, & genituræ similia & in Prorrheth. ἐπιφραὶ χολώδεις. Sunt autem ea colliquationis indicia & magni incendij, de quibus suo loco. ὁ λαμπάδες. ænigmaticum rectè purat Galenus, quæquam vrinam turbidam & impuram bonum est commutari in eam, quæ puritate quadam aurea eluceat. Sed id neque antecedentibus neque consequentibus intelligitur. Ac aluum conturbati bonum, vacuatis quæ morbum fouent.

XLVIII.

Ἐγκεφάλου σφακελισμῶτος, οἱ μὲν ἐν τῇ τελευτῇ τῆς ἡμέρας, οἱ δὲ ἐν τῇ ἐβδομῇ τελευτῇ. τὰς δὲ διαφύγοντες, σωζονται. οἱ δὲ ἀνατηρηθεῖσαν τῶν τοῖστέων διετηκὸς δὲ ἔσται ἀπόλυται.

Quibus

Quibus cerebrum syderatur, alij quidem in tribus diebus, alij in septem moriuntur. Atque si hoc tempus effugerint, seruari solent. At si adhibita sectione inueniatur os separatim, moriuntur.

IN Aphorismis hoc modo ὀσίοισι σφακελισμῶ δὲ ἐγκεφάλου ἐν τρισὶν ἡμέρησιν ἀπόλυται: ἢ δὲ ταῦτας διαφύγῳσι, ὑγιῆς γίνονται. Galenus non sine re dubitat quid velit vox σφακελισμῶ. Si enim, vt in expositione vocum Hippocratis σφακελος φθορὰ πάσα καθ' ἣν αὐτὴ γίνηται τροπῶν, vel vt in Aphorism. comment. φθορὰ δὲ δόσις ὀλης ἐκείνῃ ἢ σφακελισμῶν μορίων. Ea autem corruptio fit interdum cum putredine, vt cum ab inflammatione gangræna σφακελος propriè appellatus: interdum extincto calore partis, exhaustaque insita humiditate, quale contingit osibus deciduis inopia alimenti. Sic enim vsurpatur ab Hippocrate libro de capitis vulneribus, & libro de articulis peculiariter dici in osibus testis est Galenus. Libro de locis aëre & aquis σφακελῶς ἢ ἐγκεφάλου intellexit de corruptela, quæ inflammationem sequitur. Et in osibus quidem aliquando nascitur quid simile inflammationem sequitur. Calor primùm igneus concipitur: deinde sequitur nigrot & corruptela. Quomodo igitur in carne inflammatio primùm nascitur, deinde inualecente malo gangræna, ac postremo syderatio, quam σφακελισμῶν appellant: ita in cerebro esse potest. Quæ omnia fiunt, quia primùm calor igneus insitam humiditatem absument, & calorem natium dissipat: deinde quia multitudine materiæ oppressæ arteriæ, venæ quoque & quæcumque causæ partes frugi spiritum & calorem continent, oppressæ (inquam) neque suo calore, neque spiritu vegetantur. Liberum enim motum foras intro & in circulum esse oportet, vt vult Hippoc. Sic δὲ κοινωμία corporis naturalis, & cum anima copulatio conseruatur. Itaque tum corrupta pars est, cum iam extinctus calor est, & insita humiditas, quibus viuere in durioribus corporibus, vt osibus, non ita manifesta ea progressio ad corruptelam, atque in carnibus quomodo in arboribus & plantis ἀσβεβολισμῶν & σφακελισμῶν carbunculis & quasi exustis ardore solis. Atque ita notata ratione σφακελισμῶ, qui fiat vt corruptum cerebrum reparetur, & inde æger reualecat, cum sæpe à gangræna & corruptione partis ignobilis cruris, aut manus teretis halitus inde prodiens vitam extingat, quid in cerebro? Itaque vel imminente gangræna & σφακελισμῶ res audienda est, & vt Philoth. ἀρχομένη νομῆ καὶ σφίσις incipiens depasci & putrescere σφακελῶς definitus est. Alioqui decurrendum ad descriptionem σφακελῶς ἐγκεφάλου, quem 2 de morb. & 3 describit. Cuius ea videtur esse natura. Sanguis aut bilis feruens aut pituita madens putrescit: è putredine calor accenditur, & inflammatio, ex quo & medulla spinæ, & consortio membranæ omnia è cerebro deducta dolent. Et per arterias magis cor, per nervos officium ventriculi irritatur, inde animi deliquia. Sudor natura laborante. In certamine natura vincit aut vincitur. Si vincit, fluit sanguis è naribus: idem euomitur, aut per eas venas, quæ ex interiore cerebro in caluariam abeunt, tumor in sincipite paulatim nascitur, qui suppurat & secatur, vt via pateat materiæ. Si vincitur, inualefcit malum, maius incendium, gangræna, & qui σφακελισμῶς dicitur. Atque hæc fiunt, rigor, febris & alia suboriuntur. Ac victa natura 3 die, vt in Aphor. 3, aut 5, vt in libro de morbis, ægri moriuntur. Hic ad 7 diem mortem extendit. Atque vt materiæ vis & copia, atque in putredinem malignam procliuitas, &c. vt naturæ robur & imbecillitas, ita celerius mors & salus, aut tardius cōtingit. In vulneribus capitis suppressis grumis & sanie idem contingit, vt cerebrum ignescat & corruptatur. Atque hæc ordine fiunt; inflammatio, gangræna, quæ ad corruptionem via est. σφακελισμῶς cerebri, deinde osis, & huius ἀποσίσις δόσις, cum os corruptum & syderatum à vicino offe secedit, vt eximendum sit. Hocum igitur periculum 7 die definit: quem si effugit æger, magna ex parte seruari solet. Sed serè sectione opus est. Ferè quidem, quia aliquando vacuatione per nares æger liberatur. Aliquando verò abscedit materia in sinciput, quod rarius est, tenuius, & plures vias habet, qua se cerebrum expurget. Plurimæ enim venæ illinc è cerebro transcur



# HIPPOCRATIS

MAGNI COACORVM PRAE-

SAGIORVM SECTIO

SECUNDA,

CVM

## IACOBI HOLLERII

STEMPANI, MEDICI PARI-

SIENSIS, INTERPRETATIONE, ET

COMMENTARIIS:

*Desiderij Iacotij Vandoperani Medici, in eandem sectionem  
Commentariorum libri septem, in quibus omnium signo-  
rum, quae in morbis particularibus à capite ad pedes  
apparent, causa, vires, & significa-  
tiones explicantur.*



Nn

DE HOLLERIO ET  
IACOTIO MEDD. C. C.


Francisci Le fort Andini.

*Abstulit Holerium nuper fera Parca: Poëta  
Fundite non parca plurima dona manu:  
Æternum-ne vale miserabilis insonat Echo?  
Signat & aternis funera funeribus?  
Fallor, & ipsa mihi falsò iactatur imago.  
Vivunt: & id cupiunt qui monumenta legunt.  
Nam si morte carens vacuas volat altus in auras  
Spiritus: & Samij sint rata dicta senis:  
Crediderim Holerium rursus potuisse renasci,  
Atque in Iacotio vivere posse putem.  
Ex animoque animum nasci, de nomine nomen.  
Scripta animum: nomen namque anagramma sonat.  
Scripta dedere viam scriptis: & nomina nomen.  
OLERIVS sic iam datque deditque vias.*

DESIDERIVS JACOTIVS.

Anagrammas

Olerius sic dedit vias.



IACOBI HOLLE-

RII STEMPANI, MEDICI

PARISIENSIS INTERPRETATIO ET

Commentarius primus in secun-  
dam sectionem Coacorum  
præfagiorum.


Liber I.

APHORISMVS PRIMVS.

Ὡτὸς πόνος σιώτονος, μὲν πυρετῶ ὀξείας, καὶ ἄλλης τῆς σημεῖς τῶν ὑπο-  
δυσκόλων, τὸς μὲν νέους ἑβδομαίους κτείνεῖ, καὶ σωτομώτερον παραφρονήσαν-  
τας, μὴ γέντος πολλῶ πύς ἐκ τῆ ὠτὸς, ἢ ἐκ ῥινῶν ἀίματος, μηδὲ ἄλλης τῆ  
σημεῖς χροστοῦ γενεῶν.

*Aurium dolor pertinax cum febre acuta & alio signo eorum,  
quæ leuiter difficilia sunt, iuuenes quidem septimo die interficit, &  
multò celerius adfert delirium, nisi pus multum ex aure, aut san-  
guis è naribus effluat, aut aliud quoddam bonũ signum compareat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.



V AE vicina & principio de proximo colligata, siquidem semel violantur, ea periculosa sunt, quomodo tempora: proximè dicebamus summo periculo concuti atque vulnerari. Sic & auris interior, quæ in cerebrum desinit, & per neruum è quarta coniugatione cerebro proximè consentit. Ac reuera quantum licuit cognoscere experientia, grauis dolor auris interioris in acutis admodum periculosus est. Hoc idem scripsit in Prognostico, vbi quod hinc πόνον σιώτονον, ὀξείαν ὀδύνην dicit; & loco πυρετῶ ὀξείας, ἰσχυρῶ, καὶ ἄλλης σημεῖς, fallax hoc signum dicit in Prognostico, & adiungenda alia signa, priusquam ex aurium dolore mortem prænuncies. ὑποδυσκόλων. videtur in hac voce, ὑπό, habere vim minuendi, quanquam parùm consentiat. Siquid enim lenioris signi ad fallax iudicium accesserit, non protinus mors pronuntianda est. ἑβδομαίους, non solum septimo die, sed vt in Prognostico, ἢ ἐπι θάνατον, & citius. ἢ σωτομώτερον παραφρονήσαντας. Delirant, quia in iuuenibus maior vis febris esse solet: dolor quoque acrior, tum quia vegetior in iis sensus est, tum quia idem humorem mordaciorem colligunt subtilioremque. Itaque ex aure interiore facilè is humor in proximum cerebrum trasluit, vnde delirium & mors aliquando paulò post, siquidem derepente maior copia humoris in cerebrum irruit. Ac iuuenes quidem potius moriuntur senioribus propter magnitudinem morbi & symptomatum. Senibus id aliquando accidit imbecillitate vitium. μὴ γέντος. Solius puris meminit in Prognostico, neque ἀίματος addit. Hoc autem vult, iuuenes magnitudine morbi & accidentium sæpe

2.Prog.69.



rapiuntur, antequam materia vertatur in pus. Si quid tamen salutarium signorum accesserit, & pus ex auribus effluat, seruari possunt: si verò nihil horum euenerit, non salutaria signa, non pus, celeriter moriuntur. *μηδ' ε' άλλος σημεῖον χρεῖται γενόμενος.* Ut nec aliud signum bonum appareat, id est, si neque signum bonum, neque pus, neque sanguis, moriuntur. Hoc modo in Prognostico, *ἐπιγυγέει πύον λευκόν ἐκ τῆς ἀπόδος, ἐλπίς τῆς νεωτέρας ποδὲ γενέσθαι, ἢ γυγέει ἄλλο τι ἀντίον ἐπιγυγέει χρεῖται σιμαῖον.* Id est, Nam si pus album effluxerit ex aure, spes est iuuenem superstitem euasurum esse, si sane & aliud quoddam bonum signum ipsi accedat.

DESIDERII IACOTII COMMENTARIORVM IN SECVNDAM SECTIONEM Coac. praefagiorum Liber primus.

6. Epid. cō. 6.



*ἰ δυνάτων, ἢ δυνάτων τὰ πολλὰ θνήσκουσι τριταῖα,* (inquit Hippocr.) Id est, Per aures, ex auribus plerunque tertio die moriuntur. Quod enim aur (ex auribus) significat, interdum primario aurium affectu id accidere: propter aures verò, ex consensu. Etenim saepe grauis morbus aures inuadit, qui continuatione quadam ac serie altius per neruum & membranas ad cerebrum vsque manans nec-opina morte perdit aegrum. Sæpe etiam cōtingit, vt cum magna materix copia cerebrum obsidet, eam natura ad aures amandet, ægotantique perniciem afferat. Siue ergo pars ipsa proprio affectu laboret, siue neruus, qui ad eam è cerebro fertur, siue ipsum etiam cerebrum, magnam vim habet ad praefagium, si quis accuratè & locum affectum, & causæ magnitudinem, & symptomatum vehementiam obseruet. Locus autem affectus interdum visu conspicuus est, vt in parte externa, quam auriculam vocant: interdum altius reconditus. Vbi itaque præter auditoriam facultatem nihil læsum est, neruum proprium affectum esse, coniectre oportet; vbi verò reliquæ faciet partes simul cum ipsa læduntur, in cerebro dispositionem præter naturam esse existimandum, ipso vel vt similari, vel vt instrumentali parte, affecto. Inter omnes autem affectus grauisima est phlegmone; parte intima & imo meatu audiendi sub dura ac tenui membrana intus ossa ambiente, aut inter crassiores meningem & membranam, quæ audiendi meatu prætenditur, aut in musculo paruo mallei, & vicinis partibus ab acri tenuissimòque sanguine per interiores meningum venas eò irruente, ac tandem putrescente. Tunc enim neruus ipse, quem auditorium appellant, afficitur, qui cum cerebro non parum coheret adeo, vt plurimi non præter rationem præ vehementia doloris aurium interierint, cerebro in doloris consortium perducto. Conueniunt enim doloris grauisissimi omnes in vniuersum causæ: sensus illius partis exquisitissimus: humoris acrimonia membranas pungens: calor vehementissimus: & copia distendens ac diuellens. Quare multi aegri & delirant, & derepentè quidam etiam moriuntur, perinde atque apoplectici, vbi fluxio, quæ dolorem aurium concitabat, cerebrum confertum peruaferit. In externa autem parte phlegmone obsessa nunquam magnus dolor inuadit, nec si quando inuaserit, periculi quicquam habet, quòd particula hæc nullius penè dignitatis sit, nec vlli principi parti continua esse videatur, nisi fortè geminato malo interna in consensum trahantur. Docet ergo Hippocrates huiusmodi inflammationes finiri hæmorrhagia, suppuratione, aut morte, atque ex symptomatum vehementia iuniores septimo die, vel etiam celerius mori, quia vehementius febricitant, & phrenitide facilius præhenduntur propter biliosum calidumque temperamentum, vnde mors antè accedit, quàm aures suppurent. Senibus verò hæc quidem minus adferre periculum: morbum verò reuerti, quoniam humor, qui parit dolorem, non absolūtè concoquitur, propter temperamenti frigiditatem.

*ῥόνος σπύρονος.* Pulsans & vehementer lancinans dolor excruciat, qualis & per phlegmonas omnes, quæ circum arterias & membranas accenduntur. Nam sensus partis exquisitus: cum incendio & humoris acrimonia dolorem facit: arteria vicinæ

cinæ pulsationem. Quia autem magnæ inflammationes non resolutione terminantur, sed suppuratione, ipsa accedente pulsatio maior percipitur, commissa inter naturam & humorem pugna, quam dolores & febres sequuntur. Nam & augetur calor, & humor ex fusione magis implet, ac minus cedit, vnde pressæ & intentæ membranæ atque arteriæ grauius dolent. Ob idque Galenus differentiam quandam magnitudinis dolorum faciens iuxta locos, in quibus fiunt, coli dolorem omnibus præfert; mox auris; deinde oculi: post, dentis. Plinius id non probat, quòd suus cuique ad præsens quisque atrocissimus videatur. De hoc tamen auos iudicasse experimto, asperrimos cruciatus esse calculorum à stillicidio vesicæ: proximum stomachi: tertium eorum, qui capite doleant, non ob alios ferè morte conficita. Hoc postremum Galenus negat in dolore capitis, nisi in eo, quem auris phlegmone tentata mouet.

*σπύρονος μετὰ πυρετῆ ὀξείος.* Hæc distinguunt auris inflammationem ab omni alio dolore, vt à flatulento spiritu, frigore, serosis ac saniosis humoribus, mordacium humorum prolapsione, animalculo. Sic in Prorrhetico dolor pectoris *ἰσχυθῆς*, id est *σπύρονος δυσλύτως*, firmatus & constans phlegmone signum esse dicitur, & alibi addit Galenus cum æstu & calore. Licet itaque dolor acerbus fiat à flatulento spiritu exitum non reperiente, & membranas distendente ac diuellente ab osse, neque tamen ardor est, vt in hac inflammatione, neque grauitas, sed sola distentio cum tinnitu aut strepitu valido. Præterea dolor à flatu per interualla intenditur ac remittitur. Attenuatus enim ac discussus dolorem lenit, deinceps verò excitatus alius eundem auget. In aliis verò multò leuior dolor existit, maximè quem frigidus crassusque humor intimæ auri impactus ciet. Neque verò *σπύρονος* idem, quod continuè vrgens. Nam accedente delirio non ita percipitur. Metus autem est à febre, dolore, inflammatione, ex quibus phrenitis, conuulsio, & mors tracto in consensum cerebro propter vicinitatem, & societatem per duas neruorum propages intignes à quinta coniugatione. Febris autem illa & symptoma est, & morbus. Nam cum febris omnis sine medio lædat functiones, morbus est, nec idcirco symptoma inflammationis non erit. Quicquid enim præter naturam morbum sequitur, iymptoma est, siue semper sequatur, siue aliquando. Præterea inflammationis nomine non solum sanguinis immodicam copiam in locum inanem collectam intelligimus, sed quamuis excedentem etiam in paruis membri vasis. Etenim experimento in dissectione pleuriticorum raro tumere pleuram obseruamus, tametsi phlegmone antecesserit.

*καὶ άλλος τῶ σημεῖον.* De morte pronuntiandum antè non est, quàm alia signa in exitum aegri conspirent, quæ videlicet ostendant humoris, febris, & inflammationis cachectiam, vt vires præter rationem infirmæ, vrinæ crudæ aut confusæ, vigilie, deliria, dolor, totius capitis, & similia.

*τὸς μὲν νέος.* Pueruli, si ætatis temperamentum spectemus, calidissimi & valde humidi, plurimum habent sanguinis: si victus rationem, quia & assatum & sine ordine cibos ingerunt, aliquos etiam humores crudos reponunt. Adolescentes paulò sicciore, non tamen frigidiores, siquidem melius educati victu vrantur bono, solo sanguine redundat: sin prauo, cummulata humorum crudorum copia, asiduis & vehementibus morbis consistantur. Iuuenes à vigesimo quinto anno ad trigessimum, vel trigessimum quintum biliosum humorem gignunt, hi potissimum, qui praus cibus vicitant adeo, vt non modò sanguis redundet, sed bilis etiā pallida & flaua. Primus enim terminus conuersionis ad habitum frigidiorum anno trigesimo incipit: extremus trigesimo quinto. Neque enim certò constitui potest vnus omnium communis modus, quòd alia aliis mutationes incidant tum propter naturam ab ipso ortu contractam, tum propter alia omnia, quæ circumstantis, aut consuetudinum, vel studiorum varietate adolescentiam ac iuuentutem immutant, & calor in frigus mutationem adferunt. Hinc sensim frigidius fit corpus, sed multò siccius perpetuò, humidi primigenij consumptione: humidius verò excrementis. In iuuenibus ergo temperamentum calidius, humores tenuiores, calidiores & acriores, sensus vegetior periculum augent, & morbum ac mortem accele-

2. 157 τὸ πρῶτον. 25. cap. 3.

2. Prorrh. 36.

4. de rat. uict. in ac. 21.

1. Epid. 2.

rant. Nam doloris vehementia, humorum feruor atque agitatio, & cerebri facili-  
rior inflammatio phlegmonem ad suppurationem peruenire non sinunt. Quomo-  
do Hippocrates alibi scribit, in febre continua maximè interuisse adolescentes, iu-  
venes, ætate florentes.

1. Epid. sect. 2.  
84.

Πολλὰ πύρ. Non ex quantitate puris, sed ex qualitate iudicandum est, si album, læ-  
ue, & æquale fuerit. Propterea in Prognostico dictionem (πύρ) prætermisit. Sed  
nec inde certa salutis spes est, nisi alia signa salutaria consentiant, vt delirij ac febris  
remissio, somnus æctus & suavis, vrinæ coctæ, pulsus constans, spiratio libera. Po-  
test enim quaptiam in parte priuatim coctio fieri, toto morbo incocto. Sic Crati-  
στονάδα & Πικτορίσ ανιλλά suppurarunt parotides, nec tamen euaserunt crudo  
adhuc, aut putrente vasorum humore. Pus autem rupta vel exesa audiendi mem-  
brana foras per auris anfractum manat, magna doloris lenitione, quale in quibus-  
dam diu diffluit imbecillo cerebro, & excrementis abundante. Liberantur & co-  
piosa sanguinis è naribus profusione, quanquam nec ipsa omnino tuta est, quòd  
sæpe symptomatica sit vi febris, aut inflammationis, Proderit ergo tantùm inuen-  
te morbo sanguinem reuellendo, aut in statu die critico & antegressis coctionis si-  
gnis, vnde sequatur omnium symptomatum alleuatio.

II.

Τὸς ὁ πρεσβυτέρους βραδύτερον, καὶ ἥσσον ἀναίρεσι. τὰ τε γὰρ ὅσα φησὶ  
ἐμπύρετι, καὶ παραφρονέουσι ἥσσον. ὑποσφύρουσι δὲ οἱ πολλοὶ τῶν τῶν, καὶ οὕτως  
ἀπόλλυται.

*Seniores autem tardius & minus interficit. Nam & aures sup-  
puratione praeueniunt, & minus delirant. Verum ex his multi re-  
labuntur, atque sic pereunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**eniores dicit, qui ὁμογέροντες & μεσαιπόλοι. cruda viridisque senectute, & qui  
iam canescunt. Decreperit enim & extremam vitæ fabulam agentibus virium  
imbecillitate mors accidit celerior, & minus suppurant. Iuuenes verò prius ra-  
piuntur magnitudine febris, & doloris & delirij, quàm suppuret auris. Hæc autem  
omnia in senioribus leuiora dant inducias naturæ, vt tempore concoquat, & in pus  
materiam conuertat. Itaque vt doceat leuius habere, ὡς φρονέουσι ἥσσον (in-  
quit) id est, minus delirant. In Prognostico verò, οἱ τε γὰρ πυρετοὶ καὶ αἱ ὡς φρο-  
σύναι, ἥσσον αὐτέουσιν ἐπιγίνονται. ὑποσφύρουσι δὲ οἱ πολλοὶ τῶν τῶν ἀπο-  
λλυται. Recidivæ autem multis horum fiunt. Senes intelligit quibus iam languet-  
cit calor, qui vt partem materiæ concoquat, partem crudam relinquit. Hinc igi-  
tur recidiva, quæ cum corripit ægrum parùm firma ætate fractum prius dolore,  
vigilia, & febre, facillè interit, interdum malis recidivæ reuocatis, Iuuenes ergo vi  
morbi prius intereunt, quàm suppuret auris. Senes verò recidiva præ virium im-  
becillitate interimit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N membris senilibus mixta est quodammodo temperatura ex partium siccita-  
te & pituitæ humiditate, quam multam, crassam, & sæpe propter moram in  
corpore, salsam aceruant, quia vniuersum alimentum non conficiunt, sed inco-  
cta manent nonnulla paulo crassiora, quæ vim & efficientiam caloris concoquen-  
tis effugiunt. Is enim inefficacior est conseruando humidum primigenium ali-  
menti affluxu, quàm id ipsum consumendo. Ob idque ratione subiecti, id est, calo-  
ris natiui minor aptitudo est ad habitum intemperiei calidæ contra naturam fla-  
grantis in corde & cerebro: ratione verò materiæ ad inflammationem membra-  
narum, quæ non nisi tenuissimum succum admittunt. Cum autem tres sint gra-  
dus se

us senectutis, in primo periculum ab inflammatione paulò minus est, quàm in  
adolescentibus, & ætate florentibus. In tertio vires infirmæ grauitatem morbi  
non sustinent. In secundo à quadagesimo anno ad sexagesimū sanguis deseruescit,  
& calor natiuus, qui subiectum febris est, minus accenditur. Quæ tamen omnia  
non tam annorum numero, quàm temperamenti qualitate, & vitæ instituto defi-  
nienda sunt. Morbum autem reuerti solet, quoniam humor, qui parit dolorem, to-  
tus ab exiguo calore cum infirmitate naturæ coniuncto non concoquitur. Quod  
relinquitur, recidivam facit, quæ fractis viribus lethalis esse solet.

III.

Κόφωσις ἐν ὀφθαλμοῖς καὶ ἐν τῶν ἰχθῶν, καὶ ἐν τῶν  
μακροῖς ἀγγείαις ἐν τῶν ἰχθῶν, καὶ ἐν τῶν ἰχθῶν.

*Surditas in acutis & turbulentis febribus consequens, mala.  
Mala quoque in longis, excitatque dolores in coxas.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**urditas fit temporaria, fit quoque contumax. Temporaria quidem modò bre-  
uior, vt in quibusdam crisi- bus, quæ subita excretionem absoluuntur: modò paulò  
longior, vt quibusdam febribus continuis quidem, sed frigidior materia, vbi salu-  
tari signo surdastri fiunt, pluribusque diebus obtusius audiunt. Idem quoque solet  
contingere imminentibus parotidibus, humore quidem auditorio meatui impa-  
cto. Contumacior autem, vbi longius insidente vitio neruus auditorius violatur,  
& firmiorem intemperiem contrahit, refrigeratus immodicè aut siccatus. Id quod  
etiam sanis solet contingere. Atque surditates eiusmodi temporariæ quidem, sed  
vel longiores, vel contumaciores longioribus & non ita acutis fiunt. Quæ verò  
breuior, acutis morbis accidit, dum vel subita mouetur crisis, vel pernices immi-  
net, idque magis turbulentis, hoc est, in quibus ægri παραχρῆμα. Ac iam antè di-  
ctum est ita appellari, qui spectris visisque perterrentur, exclamant, exiliunt, viresque  
domesticos agnoscunt, atque adeo vehementer insanunt. Id quod contingit agita-  
ta bile, sursùmque appetente, ac iam sedem principis animæ occupante, meatum-  
que auditorium violante. Ex quo nisi sequatur excretio critica, largior sanguinis,  
aut sudoris vel per alium vacuatio natura ita commouente non κακόν, vt hic, sed  
κακιστόν. Quòd si vt in Aphorismis scripsit, μὴ ἀκούειν ἀδενέος ἰόντος τὸ σῶμα  
τος, ἐγγὺς ὁ θάνατος resoluta virtute. Robusto verò ægro sequitur, quod alio loco  
scripsit, ὀκόςισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὅσα κωφώδῃ, αἵμα ἐκ ῥινῶν ῥυέν, ἢ κοιλίῃ ἐκ  
τῶν ἰχθῶν. Alio loco in coxam & genua, communiter quidem in partes inferio-  
res. Ac constat longos morbos abscessu, acutos excretionem sæpius iudicari. Hæc  
autem omnia, vbi nondum firmatum vitium in instrumentis auditoris. Sic enim  
neque excretionem, neque abscessu soluetur morbus. Hæc quidem sententia in  
Prothetico scripta est.

4 Aphorif.  
49.60.

4 Aph. 68.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Π**αντελῆ βλάβη τῆ ἀκοῆς κώφωσιν ὀνομάζουσι (ait Trallianus) id est, auditio-  
nem in totum offensam, surditatem nominant. Nihil tamen prohibet hic  
grauem etiam auditionem intelligi, sola magnitudine à surditate disiunctā, quam  
ἀυσκοσίαν vocant, vel cerebro, vel primo audiendi organo, vel aures anfractu aur-  
is, aut impedito. Vtraque si ab ipso ortu contracta sit conformationis insti-  
tutorum vitio, vel etiam post primam natalem diem, sed longissima iam & ab-  
soluta, vt post duos annos, nulli remedio cedit. Quæ verò non absoluta quidem,  
diuturna tamen ab humore frigido, crasso, & pituitoso nascitur penitus impacto in  
auditorio meatu, ne ipsa quidem curationem recipit, nisi admodum difficilem. Im-  
pedimenta sunt, quæcunque auris anfractum obstruunt, vapor crassus, concretæ

lib. 3. cap. 9.

forde, pus, tuberculum carnosum, callus, scirrus, & quæcunque incidentia tenacius inhærescunt. Verùm in febre ea intelligitur surditas, quæ nondum inueterata est, nec in habitum firmata, sed repente, aut aliter vi ipsius febris superuenit, eiusque est ἐπιγενήμα. Iubet ergo Hippocrates diligenter considerandum esse per febres, an æger acutè audiatur, quòd surditas cerebri affecti signum sit certissimum, quæ parte in aurem definit. Ea autem accidit & criticè, & symptomaticè. Est enim critica surditas in diuturnioribus morbis, & materia paulò frigidiorè, si spem abscessus afferat, parotidum prænuncia, præsertim accedente comate, per Aphorismum, In capitis dolore coma & surditas abscessum aliquem post aures eructant. In calidioribus verò ac tenuioribus humoribus, hæmorrhagiam, aut profluuium alui, aut abscessum ad coxam, aut omnia simul denunciat, ut in historia Heropyti in Abderis. Ac certè constat experimento, in acutis febribus sæpius liberari, quibus obtusior audiendi vis sub iudicium apparet, tamen si diebus aliquot permaneat. Symptomaticæ verò triplex generatio est. Nam quibusdam à febre, quanquam rarò, stabilis firmaque manet, quod è tertiana febre doctissimo poetæ Ronsardo contigit affecto grauitè instrumento auditus. Aliis surditas obuenit, humore aliquo in auditorio meatu infixò atque impaeto, nihil, quod malignum sit, habens, ut scribit Galenus. Eum humorem, bilem esse vult Hippocrates, quæ per suppressionem in caput rapta sit absque vilo peculiari aut insigni vitio instrumenti auditus, aut facultatis. Nam bilis ad inferiora translatione & vacuatione facillè conquiescit. Quibus (inquit) deiectiones biliosæ exeunt, eæ surditate superueniente sistuntur, & quibus surditas adest, biliosorum deiectione finitur. Et alibi, Quibus per febres aures obsuruerint, iis sanguis è naribus profluens, aut alius perturbata soluit morbum. Addit autem hoc loco, in longis morbis surditatem à crassiore materia finiri etiam abscessu, ad coxam, quod ex historia Heropyti sumptum videtur. Et libro de morborum decretorio huius surditatis solutionem fieri prodidit non solum perturbata aluo, aut hæmorrhagia, sed etiam coxæ genique doloribus excitatis, vel communiter ut alio loco, abscessu ad inferas partes. Sed & vrinis, & sudoribus, & mensibus commotis reuulsio naturalis esse potest. Tertia surditatis symptomaticæ differentia omnium deterrima est, & maximè lethalis, extincta audiendi facultate, quæ est acuti morbi ac turbulenti cõsequens, id est, in quo iam leuiter mens offenditur, vires infirmæ collabuntur, & sentiendi facultas extinguitur. His enim notis ab aliis distingui docet Hippocrates, ut in Aphorismo, In febre non intermittente si labrum, aut supercilium, aut oculus, aut nasus perueritur, si non videt, si non audit, imbecillo iam corpore, quicquid horum acciderit, in propinquo mors est. Vbi rectè additum est (imbecillo iam corpore) quòd virtute valida in perturbationibus criticis eadem interdum vtiliter appareant.

## I I I I.

Ἐν πυρετοῖσι κώφωσι, κοιλὴν ἐπίτησιν.

In febribus surditas aluum sistit.

I A C O B I H O L L E R I I C O M M E N T.

**P**Ars est Aphorismi vigesimioctavi libri quarti, quod Herophontis historia in Epidemius explicat. Hoc autem ita audiendum est, nisi parte materiæ sursum reuocata pars aliqua supersit, quomodo Herophonti, cui non omnino restitit aluus à surditate, sed ut è liene sursum aut deorsum materia mouebatur, ita surditas maior & minor.

D E S I D E R I I I A C O T I I C O M M E N T.

**S**urditas ab extincta audiendi facultate planè lethalis est. Inueterata non curatur: firmata neque aluum sistit, neque alui biliosis deiectionibus tollitur. Temporaria translata bilem ad aures, hoc est, ad meatus auditorios ostendit, unde aluus

aluus sistitur, & conuulsionis, aut delirij periculum impendet, nisi humor è cerebro excludatur, hæmorrhagia, vel parotidibus: aut ad inferiora recurrat, ut in Herophonte, in quo varius humorum motus surditatem fecit, imminuit, reuocauit, sustulit. Hoc autem non solum ad præsagium annotandum est, sed etiam ad curatio-nem. Etenim (inquit Paulus) quæ ob biliosum humorem sursum vergentem surditates nascuntur, vacuationibus per medicamenta bilem ducentia ex facili abolentur. Quidam etiam sua sponte affectu liberantur, bile inferius descendente. At ex crasis & crudis humoribus natas surditates, vel grauem auditum, venæ incisionè curato, aut omnino purgatione.

## V.

Ἦτα ψυχρὰ, ἢ διαφανέα, ἢ σαρκαλωδέα, ἰλεθρίον.

Aures frigida, pellucida, contracta lethales sunt.

I A C O B I H O L L E R I I C O M M E N T.

**A**Vres frigidas & contractas damnauit in Prognostico cõnexu itque mortife-  
ris signis, quæ è facie captantur. Cartilagineæ aures inter ἰλεθρίον, quæque pauci sunt sanguinis & carnis numerantur, longiùsque à caloris fonte positæ sunt. Vbi ergo paulatim conficitur calor natiuus, primùm quidem extremis partibus extinguitur, & quicquid reliquum est, ad sua principia quasi arcem confugit. Meritò ergo ignobiles partes extinguntur frigentque. Languent autem & flaccidæ sunt, destitutæ suo calore & spiritu, à quibus omnes partes vegetiores existunt. Quomodo enim corpus vniuersum exhausto calore & spiritu, inedia, vigiliis, laboribus languens & flaccidum apparet: ita partibus singulis accidit. Contrahuntur autem tum cartilagineo corpore, tum imis partibus, quæ ῥοβοὶ ἀπεσραμμένοι in Hippocrate dicuntur. At contrahitur corpus hac auricula durior & cartilaginea natura frigida & sicca iam sua sponte cõtracta aduentitia frigiditate & siccitate. Siccitas exhausto pauco humore ardore febris. Lobi autem molliores partes auriculæ inuertuntur, quomodo coria molliora, quæ vi ignis resiccantur, ita ut ea pars auriculæ mollior sit, tamen exsiccat, ex quo, ut vult Celsus, exiguo humore resiccato inuertuntur, quàmque & frigus contrahit. Et neruorum quoque reuulsio contrahit corpus cui inseruntur. Trahunt enim ad suum principium. Aures autem sensorios neruos habent à mistura quintæ & tertix coniugationis, atque quæ subit intro carotis arteria, mistura illa foras prodit, & propagines ex occipitio ad aures mittit. Quid autem διαφανέα pellucidæ aures dicantur, non ita conuenit. Nam si adiectionum aduerbij loco positum, clara est oratio, quæ significet aures insigniter frigidas lethales esse. Si verò pellucidæ parum constat. Scimus enim Philosophos pellucida & diaphana corpora dicere æthera, ignem, aërem, aquam, vitra, aliæque id genus, quæ cum facillè lumen concipiant, facillè transmittant aut excipiant radios emissos oculis. Neque ignoramus quosdam Philosophos terrâ quoque ipsam diaphanum corpus posuisse. Nihil tamen repugnat magis diaphano, quàm quod frigore in alit siccitate contractum & natura propria terreum est. An quod siccatum iam pellucidum magis, laterna magis pellucidos dicunt admodum extenuatos? Et reuera aures quibusdam transpirant vitri crassioris modo.

D E S I D. I A C O T I I C O M M E N T.

**I**N morbis diuturnis, & laboribus, & animi deliquis, & morte potissimum, non solum aures frigida, & contracta, & imis partibus inuersa, & pellucida apparent, sed etiam oculi concaui, tempora collapsa, cutis circa frontem dura, intenta, & arida, colorque totius faciei niger, aut etiam pallidus, & liuidus, aut plumbeus. Horum omnium duæ sunt in vniuersum causæ, Intemperies in illis partibus exhauriens spiritus, humores, & humidum primigenium: deinde neruofarum partium propter breuitatem versus suum principium contractio. Singularum autem multæ sunt species. Nam intemperies illa prouenit aut ab aliquo, quod exedit, & carnosas

carneas animalium partes absumit: aut imbecillitate caloris natiui, qui ad extremas vsque corporis partes proferre se, & exerere non potest, sed solis in visceribus exiguis remanet. Quod fit, vt tantum sanguinis ac spiritus in extremas corporis partes amplius non influat, quantum antea, quum secundum naturam se habebant, influebat. Cum enim partes tum ossæ, tum humidiores, tum carnosæ sibi mutuo adiaceant, ac ossæ quidem, quod terrena earum substantia sit, sibi similes perpetuo existant, humidiores autem, atque carnosæ absumi facillime possint, & spiritus atque sanguinis inopia concidere, affectus euidentissimus est. In morte enim & animi deliquis inopia caloris vel contractio ad interiora partes extimas extenuat & graciles reddit: in acutis caloris extranei acrimonia: in diuturnis morbis refrigeratio & humorum consumptio. Verum neque calor natiuus, quia paucus & intro conuersus: neque extraneus, quia acris: aut frigus, quia frigus, aut syncope, quia ipsa: sed quia tanta & tali intemperie afficiunt humidum primigenium, extenuationem conciliant partibus solidis in facie. Idem iudicium de contractione, cuius composita causa est, repletio, inanitio, vellicatio. Sed hic muscoli & partes cartilagineæ retrahuntur, & quam maxime possunt, ad originem nervorum recurrunt, à quibus sensum accipere propter siccitatem & attritionem. Conuelli namque coriaceis omnibus exsiccatis commune est. Ad partem autem illam reflecti potius, & reuerti, vnde nerui, qui in ipsam inseruntur, originem ducunt, proprium est singularum corporis partium. Hoc nanque etiam in digitis apertissime potest videri. Nam si tendo internus aliqua de causa male affectus fuerit, videas aperte digitos inflecti: si vero externus, distendi. Sed cum causa ita exsiccans insit primo & per se cordi, tanquam subiecto in febre acuta, in qua hoc præsagium veritatem habet, quomodo in facie, maxime vero in auribus eiusmodi affectus apparent? Nimirum in causa est *διὰ θερμότητος*, & aptitudo quædam, gratia cuius ita est auris *ἐν μετὰ βλητος* in hanc dispositionem contra naturam. Nam aures cartilagineæ sunt, & sine carne, parumque sanguinis habent. Itaque ocysissime refrigerantur, ad affectum sua natura propensæ, quod commune est his omnibus, quæ Græcis *ἀλιγυαίμα* dicuntur. Pellucet verò, non quod transmittant lumen, quod proprie dicitur *σφαιρανῆς*, sed quia cum læuore quodam exalbescunt destitutæ sanguine, quo efflorescere solent, vt scribit Aristoteles. Verum cum hæc refrigeratio, vel à qualitate refrigerante esse queat, vt in regione frigida, aut hyeme, aut frigiditate cœli statu: vel à caloris paucitate, vt in senectute, aut morbis diuturnis: vel à caloris ad interiora contractione, vt in rigore ac deliquis animi: vel denique à caloris extinctione, vt initio morbi maxime acuti, aut progressu, siue euidente aliqua causa, vt immoderata vigilia, aut inædia, aut alui profusio; hoc postremo modo periculosissima est, & prorsus incurabilis aurium refrigeratio, & maximam morbi malignitatem ostendit, cum facultatis imbecillitate, humorum tenuium acrimonia, & vehementi febris incendio intra præcordia, quæ instar cucurbitulæ sanguinem ac spiritum trahunt intro, ac dissipant. In cæteris tantum est periculi, quanta est causæ efficientis magnitudo. Aurium autem lobi & partes imæ inuertuntur consumpto humore, quem habent exiguum; neruis exsiccatis, quos accipiunt à miftura fibrarum quintæ coniugationis ac tertiæ; & substantia propter spiritus & sanguinis inopiam refrigerata, quæ mollior est, quam reliquarum partium, cum non aliud sit auris exterior, quam tenuissima cartilago, tenui cute obducta. Ob has igitur causas infimæ aurium partes extenuantur, inuertuntur, sicciiores densioresque euadunt in acutis, signo maxime lethali.

## VI.

*Βόμβος ἐν ἀκούσει, ἔν ἤχῳ ἐν ὀστέῳ, γὰρ ἀκούσιον.*

*Bombus in acutis, & sonitus aurium, lethale.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**eutrum lethale esse potest, sed tantum indicium cuiusdam perturbationis spirituum in materia, quæ capite includitur, quæ dum dimittit flatus à loco amplo

amplo in angustias, & hinc in amplum locum, alij in bombum sonant, alij in longiore tinnitum aures euerberant. A quibus rectè quis delirium aut excretionem denunciaret, non statim mortem. Videtur autem vtrunque & bombum & sonitum aurium in capite dici vel à pituita, quæ in flatus resoluitur, vel ab agitata bile. Sunt qui inde iam læsa mente & via auditus, tibicines abigi contendant, aut aliis sonis falsò eludantur. *Βόμβος* fit amplo loco conuoluto flatu, & in angustias irrupente, atque ita prohibito.

DESID. IACOTII COMMENT.

**T**Ametsi non sine vaporibus sonitus aurium fiunt, non tamen quæuis vaporum copia horum causa est, cum alioqui in sanis caloris natiui opera multi excitentur, ac ferè in caput efferantur, sine huiusmodi sonitu. Opus est ergo & agitatione, & angustia. Nam si causa interior, quæcunque ea sit, conquiescat, aut liberè expitet, sonitus nullus obauditur, nisi quomodo Aristoteles scribit, incolumitatis aurium indicium esse, si aures admota manu tinniant. Duplex enim aër ex ipsius sententia in auribus sonum facit: externus ad aures delatus, & internus externum suscipiens. Aëri autem id insitum est, vt suapte natura & impetu semper moueatur, & huc illuc impellatur (Id enim insectilia corpuscula, quæ per Solis radios fluitare semper conspicimus, testantur) eodémque modo & internus ille aurium aër, si incolumis est, nunquam non dimouetur: commotus verò leuem quandam sonitum facit, quem tamen non sentimus, nisi admota ad aures vel manu, vel re aliqua, præsertim concaua & læui. Quæ ratione salubre indicium est, quo intelligimus propriam interni aëris naturam seruari. Proximus est, sed iam morbosus, tinnitus ob exquisitam sensus audiendi subtilitatem ex ore ventriculi exhalantibus vaporibus ad aures ipsas, quomodo in oculis symptomata suffusis similia oboriri solent. Deterior multò ex humore crasso, qui intimam aurem occupat. In febribus autem præsertim acutis, alia causa sunt, ex quibus variè præsagia instituuntur. Est enim symptoma male affecti cerebri à flatulento spiritu, qui amplo loco coercitus per meatum auditorium, potissimum secundum eius extremitatem, vbi dilatatum neruum attingit, variè agitur, nec exitum reperiens propter copiam, aut continentis corporis densitatem, aut angustiam *βόμβον* facit, aut *ἤχον* strepitum, si per angustias peruadens, refrangitur. In vtroque enim soni incerti sunt, & deprauata auditio, non ablata, vel imminuta, vt in superioribus Aphorismis. Verum in *Βομβῶ* graues sunt, in strepitu acuti. Alij ita distinguunt, vt *ὁ στρομιδῶς* sibilus ex flatu tenui exiliter illabente fiat: *ὁ βόμβος* tinnitus, ex illius cursu interrupto, *ὁ ἰσθμῶς* sonitus, ex crassiore plenius erumpente: *ὁ ἤχος* strepitus ex impulsu valido, quibus interdum coniungitur fluctuatio ex humoris iactatione. Primum ergo discernere oportet, sit ne symptoma febris, an ventriculi intempestiuè exhibitio cibo, propter eos, qui à ventre sursum feruntur, vapores. Quod si vi febris excitatus fuerit, tempus ipsius obseruare oportet. Nam huiusmodi sonis implentur aures in perturbatione critica propter humorum in venis agitationem, vt ex his repente obortitur à crasi præsagium liceat, modò cætera consentiant, dies triticus, vires, edita cõctionis signa, & similia. Præterea in declinatione, & his, qui ex morbo reficiuntur, propter aurium imbecillitatem, & resolutionem humorum, strepitus obaudiri solent. Atque his duobus modis nihil inest periculi. His ergo remotis vel febris acuta est: vel à cruditate. Hic flatulentus spiritus agitata in cerebro pituita, aut in partibus inferioribus sonitum edit, qui si crassus glutinosusque fuerit, non subito, sed paulatim soni crescunt, eodémque modo, quo de vertigine tenebrosa alibi diximus, maximam circa statum morbi futuram perturbationem præmonstrant. At in acuta febre, vel ex biliosa materia, quæ per venas fertur, inibi que est condita, nascuntur soni, cuius motu & agitatione flatuosus spiritus ad caput peruenit: vel ex inflammato cerebro, & vehementius commoto habitu ab incendio intus concluso. Vtroque modo huiusmodi *ἐπιγένημα* lethale est, præsertim prauis aliis signis coniunctis, qualia sunt vrinæ crudæ, confusæ, mentis leuis perturbatio, & similia. Inde enim significatio fit phrenitidis & melancholix, vt scribit Hippocrates Aphorismo

2. de animo.

Paul. li. 3. ca. 3.  
1. Proorrh. 18.  
2. de uic. rat.  
in acutis.

Aphorismo sequente. Non abs re ergo addidit hoc loco εν εξισι, in acutis. Interdum per summum februm ardorem, nec non sine febre citra vllam auris offensionem, sed capitis consensu, leuis sonitus accidit, cum e subditis visceribus calida copiosa que exspiratio in caput effertur. Etenim tum hac, tum flatuoso spiritu distenta arteria vehementius pulsant, multumque calidi spiritus in cerebrum & aures effundunt, atque tum maxime, cum impura sunt viscera. Sic adhibita limitatione statuendum est de periculo, & alia signa coniungenda.

VII.

Ηχοι εν αμβλυωσι, η εν ρινας βαρειος, παρακρυσικον, η αιμορραγετι.

Sonitus aurium cum hebetudine visus & gravitate narium, mentem mouet, & sanguinem e naribus significat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc sententia in Prorrhethico scripta, & antè in hoc opere paucis immutatis. Addit enim locis illis in febribus ardentibus hæc fieri. Deinde loco vocis παρακρυσικον, scriptum illic εν εξισι αυται μεγαλοχολικος. Neque addit η εν αιμορραγετι, sed conditionem ponit μη αιμορραγισαντες. Est autem ηχος proprie refractus, aut reciprocus spiritus, & velut aures reuerberans, de quo multa apud Philosophos. Fit autem commoto e capite spiritu qui cum in solidum, non molle auris corpus incurrat non dissoluitur quidem, sed reciprocatur, atque ita resonat, quod ηχων est, & nec alia ratione αμβλυωσις oculis mouetur, nisi quod quum spiritus in oculos molle corpus incidat, non resonat, sed illic circumagitur & perturbat visum, & consuetudinemque aeris externi & spiritus visorij. Reliqua prius satis exposita.

DESID. IACOTII COMMENT.

EX hac symptomatum syndrome in febre acuta superuenientium significatio fit vel cerebri phlegmone oblecti, si succedat ex propriis phrenitidis signis continuum delirium: vel biliosa materia, qua per venas fertur, atque in ipsis exæstuat, ex qua flatuosi spiritus excitati transmittuntur ad caput: humorum vero copia ad aures, oculos, & nares. Nam αμβλυωσις oculorum caligo, quam Plinius hebetationem vocat paulo infra αμαυρωσις, quia repente incidit, ac vi febrilis materia nascitur, crasso quodam humore, vel halitu constat qui e cerebro per opticum neruum in oculos delatus crystalloidem humorem inficit. Grauitas vero in naribus percepta, ab humoris copia ortum habet, qua in eas partes irruiat, atque in angustiis densata veluti ponderis cuiusdam incumbentis sensum refert. Siue autem ardentis febris focus sit in cerebro, siue in venoso genere, manifestum est ex his bilem incendi atque aduri, ob idque mutari in atram bilem, & in cerebrum rapi: unde infamæ & phrenitidis melancholicæ, vel etiam hecticæ periculum impendet, nisi copiosa sanguinis profusione cerebrum ab oppressione liberetur. Conueniunt enim omnes phrenitidis causæ. Nam & afficitur anterior pars cerebri: & visus atque acris humor, aut inflammatio feruens facultatem ac sensus interiores exagitat. Cum ergo atra bilis visione genita fuerit, si acrimonia sua, tanquam æstro quodam cerebrum stimulet, ac spirituum turbulentam concursionem faciat, ferina exortietur phrenitis: sin indelebili impressione euertat mentem, hectica, & cum palpo. Periculum & afflictum auertit copiosa hæmorrhagia vacuato humore: pauca lethalis est. Sed hæc ex superiore Aphorismo intelligi possunt. Scribitur prioris sectionis Prorrhethici commentario primo, Aphorismo decimo octauo.

VIII.

Οις κωφωσις εν κρηβαριη, η υποχονδριου εντασις, η προς αυγας ενοχλησις, αιμορραγετι.

Quibus

Quibus surditas cum capitis gravitate & hypochondrij tensione, & ad splendorem oculi perturbatione profusum sanguinis significatur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc omnia sapius exposita, signa quædam hæmorrhagica, hypochondrij quidem tensio citra dolorem materia sursum lata, & ad expulsionem materia hepate, diaphragmate quoque sursum tendente, aut se contrahente. προς αυγας ηνοχλησις idem, quod in Prognostico, αμβλυωσις η εν οφθαλμοις, & μαρμαριγας προσφαινεσθαι, ex quibus ad splendorem perturbatur oculus. Sed inter hæc signa surditas minus congruit hæmorrhagia.

DESID. IACOTII COMMENT.

IN febre non lethali, qua vacuatione iudicari debet, hæc maxima sunt & præcipua σημεια εν τω κεφαλιω σημεια, humoris sursum in caput ascendentis documenta, qui si calidus ac tenuis fuerit, vel delirium, vel hæmorrhagiam denunciat: si crassus ac frigidus, comata & parotidas. Vtrisque communis est capitis dolor, quem κρηβαριη vocat (vox enim κρηνη Græcis caput est, unde κρηβαρια grauitas perturbati capitis, vt ebriosus à crapula parum discussa: hinc κρηνη, crapula, capitis grauedo, & somnus profundus) communis quoque est & surditas. Sed in calidis humoribus capitis dolor: in frigidis surditas magis superuenire solet. In Prognostico hæmorrhagiæ signa propria exactius persequitur, & à notis vomitum indicantibus distinguit. Primum enim febris speciem constituit non lethalem, sed salutarem, biliosam, & acutam, aut qua inflammationem in præcordiis coniunctam habet. Deinde addit ætatem, in qua sanguis decretoriè profundus solet, nimirum in iunioribus, in quibus sanguinis abundantia est, atque etiam vomitus biliosus esse in ipso ætatis vigore. Tum (inquit) qui dolore capitis consistantur, si pro nigris, qua ante oculos apparent, ipsi oculi hebescant, aut splendores quosdam cernere videantur, proque cordis dolore hypochondria citra dolorem, citraque inflammationem dextra, vel sinistra parte distendantur, non vomitus, sed sanguinis e naribus profusio expectanda, præsertim si iuuenes sunt. Non æquè, si triginta annos iam attingere, aut prouecta magis est ætas. Hi namque vomere magis solent. Est autem υποχονδριου η εντασις hypochondrij tensio, sine dolore maximum inter cætera signum sanguinis ad superiora ascendentis. sicuti & spirandi difficultas subito exorta sanguine per thoracem transeunte. Nam cum simul concurrunt, caliditas sursum sanguinem trahens: & iecur impellens, sanguinis profusionem expectare oportet. Quod si illa hypochondrij tensio cum dolore coniuncta sit, hæmorrhagiæ proprium signum non est, sed inflammationis internæ: quanquam inde hæmorrhagia sæpe consequatur. Præterea quidam fulgoris motus ob oculos obuerfatur, quoniam humor flauus est: atque oculi etiam ipsi caligant, quia multus & totus simul elatus ad superiora spiritus meatu obscuratur. Vtrumque expressit his verbis, προς αυγας ηνοχλησις. Nam ante vomitum quædam etiam ob oculos versari putat æger, sed ea nigra sunt, qua Hippocrates εφ οφθαλμοις dixit, flaua bile sincera, supra modum astuante, & superadusta atrum quendam vaporem non dissimilem fuligini exhalante in caput, & humorem oculorum splendentem purumque offuscante adeo, vt præ fumo aut fuligine obscuratur, quem vaporem ille videndi spiritus, qui a cerebro in oculos proficitur, hauriens nigra illa, sicut per suffusiones, imaginatur. Sed cum vapor ille tum splendens in hæmorrhagia, tum niger in vomitu, possit etiam ex pulmone efferti, hic cordis dolore discernitur ab eo, quem ventriculus mittit: ille hypochondrij tensione. Nam neque dolor est in pulmone, quia non facile sentit, neque ex conatu in præcordiis tensio. Rectè autem dixit εντασις κρηβαριη, cum capitis grauitate. Nam & vomitum & hæmorrhagiam capitis dolores antecedunt, qui ab illis vaporibus proueniunt. Verum ante vomitum quasi mordax est ante hæmorrhagiam quodammodo grauis, extendens ac pulsans. Accedunt etiam interdum oculorum lachrymæ ob fluxionis multitudinem, & rubor, quo etiam sæpe



genæ cum naribus suffusa conspiciuntur. Quæ omnia si componas, atque his præterea adiungas, quæ alibi in hoc opere prodita sunt, futurum sanguinis profuuium nunquam non præfagies, & maximè si vacationis signum, quod pulsus exhibent, quòdque semper decretorias sanguinis profusiones præcedit eo tempore deprehenderis.

I X.

Εν δ' εἰ πυρετῷ ὄτι κωφὸς ὄναι, μανικόν.

In acuta febre aures surdescere furiosum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

6, Aph. 21, 56.

Quod signum ὡς ἐλαττοῦ rarem est, quasi ὡς ἂν πλὴν, quòdque plurimùm tale, quid significet, malè scripsit. Furor enim sine surditate, & hæc sine furore sæpe visa est. μανικόν autem dicere consuevit Hippocrates de infania vehementi, quomodo & verbum μανῆναι, & μανία & ὄρεφροσύνη, & μανία δὲ in Epidemiis ab affata bile in phreniticorum febribus. Quamquam non ignoro μανικόν dici de delirio sine febre, qualem quibusdam senibus fieri dixit in Epidem. imbecillitate naturæ, & iam languescente infito calore. Ac ut arte ratio vocis constringatur, Mania, ut diuidit Plato in Phædro, altera diuinitus inspirata, αἰθερσιασμῶν vocant, qualis vatibus & Sibyllis. Furor, ecce furor, inquit Poëta. Altera vitio corporis contrahitur. Hanc continens delirium sine febre definiunt. Quæ contagio corporis nascitur, ferè à bile est, ut in Isagoge, quæ Galeno attribuitur, notatum est, & aliis locis ἐκασίς τῶ λογισμῷ ἂν ἐκαστὴ χολῆ. Id Philotheus. Hæc tamen aliquando ab Hippocrate ad eam melancholiam, quæ sine febre, & alteram, quæ atra bile concitatur in phreniticis. In Aphorismis, τῶσι μαννομήνοισι κιστῶν ἢ αἰμορροϊδῶν γρηγορήων μανίας λήσις. Maniacis varices aut hæmorrhoides excitatæ maniaæ solutio. Vbi Philotheus μανίαν usurpatam dicit pro ea, quæ propriè μελαγχολία appellatur. Et hæc est delirium sine febre. Et in quindecimosexto libri sexti maniam nunquam fieri à pituita, sed ab humore irritante & mordaci, qualis est flaua bilis & aliquando melancholia, vbi videlicet vel præter modum incaluit, vel malignam qualitatem aut putredinem concepit. Videtur quoque maniaæ genus esse ex puro sanguine, vbi incaluit, aut nescio quid ineffabilis vitij contraxit, quod accidit quibusdam virginibus, mensibus diu suppressis. Viduis enim & senioribus ea ratione magis melancholica mania illa ferè, cum risu, quæ à bile serua magis est & crudelior: quæ ab atra bile iam furiosa est. Has tres differentias vna sententia complexus Hippocrates, ὄρεφροσύνη αἰ μὴ μετὰ γίλωτῶ γινόμεναι ἀσφαλές εἶναι δὲ μετὰ ἀπὸ δ' ἢ ἀπὸ φάλεσ εἶναι. σφαλερώτεραι πικρῶν θρασία. Quamquam loco ἀπὸ δ' ἢ ἀπὸ φάλεσ alij κλαυθμῶ legunt, & postremam partem sententiæ omittunt. σφαλερώτεραι πικρῶν θρασία. Sed in Prorrhetico & Epid. μανώδως desipere in febribus phreniticorum dicitur. Quomodo vxori Hermozugi, quæ in acutissima febre ἐκμανεῖ & muta obiit. In Prorrhetico & alio loco eiusdem operis, vnde videtur hæc sententia translata, ἐκμανεῖ dicit de vehementi infania. μανώδως enim ὄρεφρονόνας, σφοδρῶς interpretatur Galenus, & ἐκμανῆναι ὄρεφρόνας ἰχνρῶς tertio Epid. vnde ἐκμανομένους similiter appellant. μανώδεις igitur desipiētias dicere consuevit vehementissimas affata flaua bile, & iam imbuta maligna qualitate. Itaque mania quædam diuinitus inspirata φθροσιασμῶς: quædam vitio corporis contracta. Hæc sine febre & cum febre. Quæ sine febre, aliquando à frigiditate & imbecillitate virtutis peculiariter μῶρωσις, ut senibus in Epid. Aliquando à cohibito puriore sanguine, sed qui mora ineffabilem quandam & malè conuenientem animali qualitatem contraxit, ut in virginibus. Aliter quod fit sæpius à bile: postremò à melancholico succo, qui iam acrior sit factus. Cum febre verò in phreniticis affata bile aut melancholico sanguine, vnde in febribus ὄρεφρόνας μανώδως.

DESID.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hippocrates μανῆναι & ἐκμανῆναι semper ferè pro vehementi delirio ab acri & calido humore excitato vsurpat, interdum cum febre, interdum sine febre, ut docemus alio loco, quamquam mania propriè dicta febris causa non est, ut phrenitis. Fit & per consensum à vaporibus atrabilaris, & à quouis humore exusto, sed præcipuè melancholico & bilioso. Vno tantum loco pro ea mentis abalienatione vsurpatur, quæ propriè μελαγχολία appellatur, Aphorismo nimirum vicestimoprimo libri sexti. Alio verò, pro ea, quæ μῶρωσις, quem notat Hollerius. Ab omnibus tamen propriè differt feritate & importuna immanitate. Nam mania ita propria est feritas, ut si in phrenitide appareat, ea dicatur μανώδης. Aëtius ex Archigene & Posidonio maniam prodidit nonnunquam fieri à sanguine copioso nec putrente, sed bene temperato, solaque copia, ut in temulentis, molesto, cuius propria sint signa ac symptomata, risus, vultus hilaris, & perpetuus cantus. Verum generalius vsurpant nomen φλημανίας, & præter morem Hippocratis. Nam quod à copia sanguinis fieri Hippocrates scripsit Aphorismo quadragesimo libri quinti, Galenus interpretatur de sanguine feruidiore & iam adusto. Infania ergo symptoma sit affecti cerebri, ut genus. Subiectum, cerebrum ipsum. Causa, vel acris humor facultatem ac sensum internum lædens: vel inflammatio cum febre & humoris putredine. Nam cum nondum putret contentus alicubi humor, nec corpori calorem impertit, erysipelas est, aut œdema, aut scyrrhus, non pleuritis, aut phrenitis. Ob idque Paulus separat erysipelata cerebri à phrenitide. Vbi ergo vel bilis cum putredine ac febre continua seruet in substantia cerebri (non in meningibus, ut recentiores volunt) vel phlegmon subest, phrenitis dicitur Hippocrati. Vbi sine putredine mania, si atra bilis, tanquam cæstro quodam internos sensus exagitet. Alia deliria fiunt à sanguine, aut succo melancholico, aut defectu & inopia humorum ac spirituum, de quibus alibi dictum est. Mania autem interdum ipsa per se oritur: interdum phrenitidi succedit manente febre. Præterea maniaci sæpe febre tarda laborant, sed non maniaæ causa. Itaque non sola febre distinguntur phrenitici à maniacis, sed ea acuta, ut quæ ab inflammatione oriatur. Adde quòd in maniaco delirium antecedit: in phrenitico sequitur febrem, & quia phrenitici pulsus paruus est & densus, interdum etiam non valde inæqualis: in maniacis quandoque magnus. Postremò, ut dixi, propria est maniaæ ferocitas cum immanitate, ut nisi vinciantur ægri, in proximos quosque ferarum more insiliant. Sed ut ad præfagium veniamus, ex surditate in acuta febre superueniente nemo tutò præfagire potest maniam, nisi adhibita multiplici limitatione. Nam dictum est antè, hanc surditatem interdum criticam esse: interdum mortis prænunciam extincta audiendi facultate, ut in acutis ac turbulentis febribus. Quæ verò ex bile nascitur meatus auditorios occupante, atque ibidem coercita, bilis eiusdem vacatione per hæmorrhagiam, aut deiectionem biliosam, finitur: vel translatione ad partes infimas, in quibus abscessum facit. Sola ergo ea vehemētis phrenitidis & ferina signum esse potest, quæ ab inflammatione cerebri ducit originem, & à bile exastuante, quam natura imbecillior nec reuulsione, nec vacatione, nec abscessu excludere potest à cerebro. Nam vltione & mora flaua bilis in atram degenerat, quod μανικόν esse scribit.

X.

Οἱ δύσκειφοι, ἐν τῷ λαμβάνειν τρομάδες, γλασσοῦ περιελελυμένοι, νοσηροί, κερκόν.

Valde surdi, in præhendendo tremuli, lingua resoluti, torpidi, malum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Surditas, tremor, resoluta lingua, torpor omnia malè affecti capitis indicia sunt. Affectio autem ex cocuntibus id genus indicis à frigida materia, quæ & ner-

ιδίον πύρρα κρετακόν.

Progresso morbo surditas cum vrina subrubra appareant, quæ nihil deponant sedimenti, sed sublimamentum habeant, emouenda mentis signum est.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Am progresso morbo, quo tempore concoctio expectari potest, si vrina subrubra sunt, & quæ nihil deponant sedimenti, imbecillitas quidem natura, aut repugnans concoctio materia ostenditur. At quid vrina eiusmodi cum sublimamento significet, in sermone de vrinis pluribus dicitur. Hæc autem omnia materia sursum lata, quam videlicet crudior flatus è materia frigida euehit. Atque ea ratione ἀκατάστατον duplici ratione lotium est, tum quia velut seditio quædam à permisso flatu commouetur, qui ne deorsum subeat, quod crassum est, prohibet, utroque contra alterum certante: tum quia nihil deponatur. Ac verisimile est in ea vrina aliquid fuisse perturbationis acri crudaque materia mistis. φαιωρεσιμείνον autem non necessario delirij signum est: sæpe tamen motum materię sursum indicat, & inde delirium, quod in Larissa virgine & Prorrhethico annotauit.

DESID. IACOTII COMMENT.

Vrina presentem materię dispositionem, naturę victoriam aut expugnationem, partium hepatis, renum & vesicę affectus tantum indicant: præterea vasorum sanguinem continentium, & virtutis humores generantis tum robur, tum imbecillitatem. Urinas tamen inter phrenitica signa hæc recenset, vt aliis multis locis, tametsi neque partem affectā, neque affectum per se ostendere queant, sed ἢ συμβεβηκός tantum. In Prorrhethico pro ἕρον ὑπέρυθρον vrina subrubra, scribitur ἕρον ὑπέρυθρον, prærubra. Sunt enim tres rubentis vrinę gradus. Subrubra laudatur tanquam salutaris, & solius diurnitatis index. Prærubra, quæ videlicet impensè rubra est, dicitur ἀπειρήθη, cruda & sine coctione: & αἰματώδης cruenta, qualis in nephriticis multis excernitur à labore, exercitio, vehementiore motu, vt affecto iecore rubens proluuiet, ὑπέρυθρον verò, id est, vrina rubens in medio est, ob idque medium obtinet tum laudis, tum vituperij. Rubent ergo vrinę vel vbi cõcactus sanguis quodammodo colliquatur in febre: colliquatio enim in bilem rubrã, quæ reuera serum sanguinis est ita eliquati, degenerat: vel propter rarefactã renum substantiam, vasorũ apertionem, & imbecillitatẽ renum, vt in senibus, quando tenuis sanies sanguinis mingitur, similis excrementis, quæ in hepatici affectus initio excernuntur, nisi quodd magis videtur cruenta: vel cum ora, aut meatus, per quos, ex caua vena in renes vrina percolatur, supra modum dilatantur, aut vas rumpitur. Nam duo vasa ingrediuntur renem dextrum in quinque ramos distributum, & in totidem sinistrum, quæ circumdant renis molem, & extremis oris mutuo coeunt. Per hæc vasa serum paucissimo sanguini mistum destillat in renem carnem, non per ora, quæ mutuo coierunt, sed per laterum poros. Ren ergo suscipiens, quicquid sanguinis permistum labitur, serum demittit in suum. Hinc fit, vt scissum vnum ex his vasis non per poros serum sanguinem destillet in renem, sed per vulnus purum sanguinem cum sero reni affundat, vnde in vreteras delapsus multo sanguine vrinam inficit, quæ reuera est αἰματώδης, cruenta. Sed cum neque bilis rubra, quæ vrinam rubram facit, & permittione flatus è crudiore materia per agitationem geniti, enæorema attollit, phrenitidem prænunciare possit, sed solius morbi diurnitatem: neque vrina cruenta affectis renibus, aliud genus subrubentis vrinę intellexisse videtur. Docuimus autem in librum huius operis de Vrinis, vt rubram bilem, ita flauam co-

uos imbuunt, & meatus auditorio infarcta sit, δύσκωφοι, vel surdastri, vel qui valde oburduerunt. Δύς enim in compositione aliquid de priuatione in totum minuit: aliquando malè significat, vt in voce δύσώδες, malè olens. Interdum difficultatem ostendit, vt in verbo δύσκειρα μάλινεδιαι. δύσκειρον autem & quod malè, & quod ægrè atque periculosè iudicatur. ἢ ἔξ λαμβάνειν, vocem προφήνυ audire oportet. Reliqua prius exposita, nisi ἢ ἔξ λαμβάνειν pro initio accessionis intelligas.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

Hæc symptomata ineunte morbo oppressionem in cerebro, & origine dorsalis medullæ indicant ab humore multo: progresso verò aut frigus nunquam sanabile, quod calori febrili per resolutionem natiui succedit: aut facultatis animalis infirmitatem vel extinctionem, quorum vtrunque lethale est, illud minus. In voce autem (δύσκωφοι) δὲ δύς significationem augere potius, quàm minuere videtur. Nam hic deprauatam actionem minimè significare potest. Intelligere ergo conuenit (vt in dictione δύσάνιθη) firmatam iam surditatem & pertinacem vel ab humore crasso penitus impacto, vel ab extinctione facultatis audiendi læso temperamento cerebri & exhausto humido primigenio ipsius à calore febrili. ἢ ἔξ λαμβάνειν τρομάδες. Tremorem in capiendi cibo significat hoc loco, non accessionem febris, vt in Hermoptolemi vxore, πρόμοι δὲ πρὶ τὰς χεῖρας ἐγένοντο, tremores circa manus fiebant: & paulò post, καὶ τὰς χεῖρας ἀμφοτέρω ἀπὸ τὸ σῶμα φέρονσα ἐμασάτο, τρομάδες ἔθεσα, & ambas manus admouens manducabat, cum tremula esset. Causa tremoris vna est generalis, tonicę facultatis imbecillitas, quę grauitati membri liberè dominari non potest. Particulares quatuor; oppressio ab humore multo, vt in his qui iniusto onere opprimuntur: agitatio, aut resolutio, aut ex vniuerso corpore ad cor, vel cerebrum spirituum reuocatio, qui membra firmata & erecta continebant, vt in iratis, timore perterritis, animo deficientibus: intemperies neruofarum partium, vt in nimio vini vsu marcescentibus: extinctio facultatis motricis, in moribundis. Quia autem paralysis motus & sensus, aut alterutrius ablatio est, stupor amissum sensum: tremor motum deperditum antecedit. Ex tremore ergo colligit paralyfim maximè in parte cerebro affecto proxima, vt lingua. Sola enim magnitudine differunt stupor, tremor, resolutio. Propterea subiicit, γλώσσης ἀπὸ γλεῦμα, lingua resoluti, vel humore nimio madefactis neruis septimæ coniugationis: vel facultate animali ad extinctionem properante. Nam obstructio alterutrius foraminum dorsalis medullæ (duo enim esse septo intermedio distincta, morborum euentus, & diligens exploratio ostendunt) paraplegias & hemiplegias facit, id est, dimidij corporis resolutiones: tenuis autem humor non extendens poros, sed nerui substantiam emolliens, aut crassus obstruens foramen, vel poros ἀκαδητὸς, per quos defertur animalis spiritus ad peculiare aliquod membrum: aut aliquid aliud neruum condensans, vt frigus, vel siccitas: aut comprimens & facultatis commeatum in totum nerui ductum impediens, particularis resolutionis author est. Sed vt tremor ablationis motus: sic torpor vel stupor, ablationis sensus prænunciatus est. Subiicit ergo: νωθροί, torpidi scilicet fiunt, vel iam sunt. Nam νωθρότης torpor cerebri affectus est ab humiditate, vel frigore, vel utroque, vt stupor membri alicuius à valida refrigeratione, aut nerui angustia, vel compressione. νωθρότης (inquit Galenus) ex frigidis crassisque & glutinosis, & omnino moueri contumacibus humoribus nascitur, non autem ex calidis, tenuibus, & acerbis, cuiusmodi est flaua bilis, nisi æger ita morti propinquus sit, vt iam propter extinctionem virtutis conualescat. Nam desidia huiusmodi non propter humorem sed propter virtutis extinctionem accessit. Fieri autem nequit, vt qui ita torpidi euaserunt, seruentur. Est enim symptomata commune omnium ob immoderatam intemperiem morientium, nec proprium phreniticorum. Quod ergo tandem scribit κακόν, idem est, ac si diceret, ex his vel paralyfim, vel mortem esse in propinquo.

XI.

Πραγματικὸς ἀρρώστιας κώφωσις, καὶ ἕρον ὑπέρυθρον, ἀλγύτατον, ἐν τῷ ἔργῳ μάλινον

7. Epid.

3. Prorrh. 13.

piofam, aut in atram degenerantem cum magno incendio, in vrinis igneam ruborem acuere, & in auruginosis rubere vrinis præ copia bilis experimentum docet, quanquam ruboris à cruento non parùm distat. Cùm ergo longius progrediente morbo (quod his verbis προσηκός τις ἀρρώστιας significauit) non modò incalcescat sanguis, ed etiam aduratur, siquidem vrina subrubra & flammea appareat, eaque fuerit ἀντισταστικὴ sine crassamento subsidente, cuius quidem loco crassiora quaedam per totam substantiam vrinæ sursum ferri videantur, vtrunque conicere oportet, & maximam in venis perturbationem vnà cum calore præter naturam non pauco congesto acruatòque spiritu flatuoso: & in hac perturbatione crudorum humorum impetum in caput ferri, accedente præsertim surditate, quæ iam cerebrum à bile oppugnari testatur. Flaua autem bilis & quodammodo vsta, tum propter calorem, acrimoniam & substantiæ tenuitatem, tum propter admixtum copiosum flatum, in sublime celerrimè rapitur, & cerebrum inuadit, ex quo significatio conficitur futura phrenitidis. Non tamen simpliciter præfagiendum delirium, quoties in ea vrina enæorema conspicitur, sed cùm prauum est, aut lorium confusum. Etenim optimum semper enæorema est album, læue atque æquale. Ac ne id quidem fidum adhuc satis est, nisi & morbo, vt scribit, crescente prauum illud enæorema superuenerit, & cum surditate coniunctum sit, aut, quod certiore multò fidem facturum est, cum aliquo signo ex his, quæ phrenitidis propria sunt. Magna autem ad id significandum vis est enæorematis diuulsi, nigri, rotundi, & genituræ similis. Sic in historia virginis in Larissa, causo cum vigiliis laborantis, postquam scripsit ipsam quarto die minxisse tenue paucum, & in illius vrina apparuisse enæorema sublime, statim infert, ipsam delirasse. Eòque ostendit (ait Galenus) ex his enæorematis delirium sequi, quanquam in Prognostico vrinarum differentias omnes percurrens, nullius omnino mentionem facit, quæ phrenitium præmonstret. Etenim signum hoc per se nunquam vllum insanix genus denunciat, sed interdum per accidens eam clarè & apertè ostendit, quoniam flatuosum continet enæorema. Nam in eo, quod omni flatu destituitur, enæoremata ad fundum vasis subsidunt.

ἐ. Epid. comment. 3.

XII.

Τὸ ἰκτεροειδὲς ἐν τῆστοις κακόν. κακὸν δὲ καὶ ἐπὶ ἰκτέρις μύρωσις. τῆστις ἀφώρις, αἰσθητομυώσις συμβαίνει πνήγεσθαι. τάχα δὲ καὶ κοιλίη πονηρεύεται τῆστοις.

*Fædari colore regio in iis, malum. Et fatuitas à morbo regio mala. Hos quidem mutos, sentientes tamen, præfocari contingit. Fortasse verò et alius male afficitur his.*

**M**Ali accessio est. Quòd si expurgata bile in superficiem die conuenienti & tempestiuè fiat, malum non est. Si interna viscerum iniuria commoueatur & intempestiuè, pessimum. Fit ergo morbus regius in hac coitione tenuiore bile separata à crasso frigidòque succo, & in cutem effusa. μύρωσις autem antea diximus fieri refrigerato cerebro, quomodo quibusdam senibus, de quibus dici solet, Bis pueri senes. Est autem non solùm refrigeratio, sed qualitas quædam animæ impressa, quæ vix oratione exprimi possit. Hæc autem affectio cur sequatur morbum regium, parùm constat, & eorum est, quæ ὡς ἐλάττω. In sequenti oratione verbum πνήγεσθαι non legitur in Prorrhetico, quomodo neque προσηκός τις ἀρρώστιας: sed loco πνήγεσθαι, γίνεσθαι, & loco vocis ὑπερθερρόν, ἐξερθερρόν, & Galenus eam lectionem agnoscit. Cæterùm ἀφωρία fit læso communi principio, vnde commune malum omnium actionum, quæ inde procedunt, vt neque sentiat, neque moueatur æger:

æger: vel tantùm læsis vocalibus instrumentis, atque ita sentiunt quidem ægri, & aliquando signo edito quid velint, explicant. Alij quoque consignant literis sensa mentis, quod minus periculosum, neque tamen sine periculo est. Nam & quibusdam moribundis id accidit. αἰσθητομυώσις autem dicit ἀσυνείρηστος, quomodo cogitata animo Latini sæpe sensa dicunt, & illud longius viuens vidensque morior, & quæ prospicimus animo, videre dicimus. πνήγεσθαι autem inde contingit, quod affecti vocales nerui, & qui in laringem disperguntur, contracti, laringem contrahunt: atque inde via spiritus intercepta præfocari ægros oporteat. πονηρεύεσθαι generalis voce vsurpatur Hippocrati, & in ventre, & in capite, & in aliis denique corporis partibus. In ventre quia diffluit, torquetur, commordetur, excruciatu flatibus, aut non concoquit, aut breuiter malè afficitur. Hic tamen αἰσθητομυώσις, vel vt in Prorrhetico, vbi hæc sententia scribitur, vox πονηρεύεσθαι, hoc est, καί τι καὶ ταρβήγνυσθαι, quæ vox sepius exposita est. Addit autem in Prorrhetico, vt Hermiippo contigit, qui ex eo obiit. Vbi enim rarius obseruata res est, aut non ita cõprehendi potest, certa demõstratione, nomen ægri adicere consuevit Hippocr.

**P**ARS est superioris Aphorismi, vt ex Prorrhetico perspicuum est. Sententia autem vera quidem est, sed sine exquisito illo artificio scripta, quo vti solet Hippocrates. Quòd enim plures partes, aut facultates afficiuntur, eò periculum grauius. At signa sunt ἐπερογενῆ. Icterus autem in febribus tantùm vtiliter & ad salutem apparet, cùm die impari & antegressis coctionis signis exoritur, vt die septimo, aut post septimum, bile affatim in vniuersi corporis habitum per crisi diffusa. Paulò deterior, sed rarior, ex nimia bilis copia, quam venæ præcalida sensim gignunt, ac sensim diffundunt. Non enim facultatis secreticis tantùm, sed & alteratricis symptoma est. In vtroque alui & vesicæ excrementa secundum naturam habentia, nullum visceris affectum subesse declarant. Deterior multò, cuius ex fellicæ vesicæ origo meati, aut vtroq; In hac quòd vrina magis tincta est, eò salubrior. Conatur enim natura non retinere ad aquam intercutem, sed pellere, quâ potest, superfluentem bilem. Hepaticus autem icterus ab inflammatione, aut lentho lethalis, de quibus dictum est alibi copiosè. μύρωσις autem Galenus hic interpretatur νοσρότητος, cùm tamen νοσρότης id est, torpor, aut ignauia, aut δυσκίνησις mouendi corporis difficultas, oblectio sit facultatis eius, quæ sentit, ac mouet: μύρωσις verò ratiocinationis & memoriæ vitium, à frigore citra delirium ægros naturaliter fatuis similes reddens, quales sæpe euadūt senes, cùm ad vltimam senectutem ventum est. Huic symptomati similia sunt, non tamen eadem, ἄγνοια καὶ λήθη. Nam duo mala iuncta, ab eadem tamen orta dispositione, μύρωσις stultitiam aut fatuitatem constituunt, rationis, videlicet, & memoriæ lapsus ingens. Interdum enim, explicante Paulo, rationis læsio incipit, quæ accersit memoriæ læsionem, vbi incrementum acceperit: nonnunquam verò initium est à læsa memoria, cui deinde coniungitur rationis defectus. Vnius tamen dispositionis effectus est, frigidæ nimirum intemperiei cum siccitate coniunctæ, aut sine magna humiditate. Frigus enim intensius animales actiones torpidas facit, obtundit, atque etiam tandem perimit. Ad quod adiuncta humiditas exuperans, soporem ac stuporem affert. Ex quibus etiam intelligitur, neque μύρωσις, neque νοσρότητος in ictero cum febre fieri posse, nisi cùm æger mediâ iam morte tenetur, vt propter extinctam virtutem conquelescat. Etenim bilis calida, tenuis, & acris, vt calor omnis immoderatio, mobilitatis omnis ad delirij author est, non torporis aut ignauix. Sic in Aphorismis scribit, regio morbo laborantes non ita flatibus abundare natura morbi & materiæ quæ biliosa est, quanquam ratione imbecillitatis partium ad ventrem attentum flatu generati queant. Nisi fortasse, vt apud nos, sic tempore Hippocratis, icterum ex copia crudi humoris aliquando natum suspicari liceat, qui imbecillitate caloris colligitur, & obstruit. Nam hi & πνευματώδεις semper sunt, & aliquando pituitam multam in cerebro colligunt, ac perfrigerantur imbecillo calore natiuo. Non

1. Prorrh. 31.

1. Prorrh. 31.

5. Aphorif. ult.

enim tantum frigus, ut qualitas agens, consideratur a medico, sed per comparationem remissior natiuus calor, frigus est. Qua ratione non tantum corporis superuenire potest moribundis in ictero, sed quandoque etiam, licet rarissime, ante mortem, & sine morte. Ob eam enim causam dicere videtur & malam in his facultatem esse, tracto in consortium cerebro cum ventre: & fortasse alios male affici, quod Hermippo contigit: & aphoniam ac suffocationem seruato sensu ad hec omnia interdum accidere. Ceterum cum ἀφωνία, id est, vocis priuatio fiat vel laesis organis vocis, quae sunt guttur, musculi ipsum mouentes, & nerui, ij praesertim quos recurrentes vocant; vel ipso neruorum principio affecto, vnde facultas mouendi thoracem prodit: vel denegata vocis materia, quae est exsufflatio, aut cessantibus musculis intercostalibus per resolutionem, vel conuulsionem, aut spiritu vitali suffocato vel resolutio; siquidem in acutis aeger neque vocem edat, neque sentiat, cerebrum ipsum & spinalis medullae originem laedi necesse est, siue opprimatur, ut in apoplexia, morbo comitali, venarum interceptione; siue spiritus vitalis denegetur, ut in syncope, stragulatu vteri, laesione carotidum: siue facultas ipsa iam extingatur, ut in moribundis. At cum sensus manet cum aliis actionibus voluntariis, solaque vox laeditur, in ipsis musculis intercostalibus vitium est, qui exsufflationem efficere nequeunt, aut in laringis meatu, vel musculis eius, vel neruo recurrente, ut cum incisus est, aut refrigeratus. Quia autem cum vocis priuatione suffocationem coniungit hoc loco, rationi consentaneum est in hoc agro angustiam laringis interceptam fuisse a fluxione confertim in pulmones irruente: aut conuulsos musculos, qui guttur claudunt, vel thoracem mouent. Galenus tamen ἀφωνίαν hic intelligit eam, quae tandem incidit, cum ad vltima ventum est, quia in Prothetico γίνεσθι legitur pro πίνεσθι. Quod subiicitur, κοιλίη πονηρένεια, Galenus scribit forte hac voce complecti voluisse & fluxionem alui lientericam, & egestionis albae difficilem excretionem, & quaecunque in ventre contra naturam fiunt, quia alij morsum sentiunt, alij inflantur, vel ructu acido praehenduntur, vel prorsus non concoquunt, quae in ictero euenire solent propter bilis absentiam, & caloris natiui infirmitatem. Geminatur enim tandem malum, & contrariis causis affectus constat, bile in venosum genus & corporis habitum diffusa: cruditate verò & pituita multa in aluo congesta, quae nec concoquitur, nec detergetur. Optime autem ex aluo male affecta de ictero symptomatice selleo, vel hepatico iudicandum docet, quod in critico excrementa secundum naturam habeant.

3. Protrh. 40.

XIII.

Τὰ δὲ ὀδυνηρὰς πῦρ' οὖς ἀντιμύθηα, δλέθηρα.

Quae vero ad aures dolenter exurgunt, lethalia.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Non omnia quidem lethalia, sed quae proximè scriptis casibus vel omnibus, vel pluribus superueniunt. Nam salutare sunt parotides aliquando. Vnde Διοσκώρως dici Celsius testis est, a fausto salutis omine. At viribus collapsis ferè sunt lethales, & vbi importunè excitantur, ut antè dictum est. Particula δὲ interiecta, videtur hæc priori sententiae connectere.

DESID. IACOTII COMMENT.

Præfagia ex parotidibus superiore sectione copiosè explicata sunt: hæc differentias quasdam repetit. In vniuersum in febrilibus acutis omnis parotidis locum dat suspicioni alicuius mali, & metum iniicit eruditò medico duabus de causis. Vna propter febrem antecedentem & coniunctam. Nam ferè superueniunt fractis iam viribus, ac videntur nouam morbi historiam ordiri, causasque attexere lethi, ut ait Propertius. Etenim fessus aeger magnos abscessus, qui tempore ac virium robore opus habent ad coctionem & suppurationem, vix sustinet: parui non soluunt morbum. Sic Hippocrates in Epidemiis conqueritur, cum tempora longa fuissent, laborèsq;

1. Epid. 2.

borèsq; multi, & colliquatio mala, in aëgris, quos curabat, abscessus extitisse, vel maiores, quam ferri possent, vel minores, quam conferrent, sed celeriter recurrebant, & in deterius abirent. Altera ratio est, propter naturam loci, in quo consistunt & vnde manant. Siquidem ut supra exposuimus, ex auribus, & propter aures plerique moriuntur, idè iudicium de parotidibus, quae & cerebro vicinae sunt, & in eo germen habent, interdum etiam in vniuerso genere venoso. Ob idque ne ipsarum quidem suppurationi fidendum est, quòd frustra fiat quapiam in parte priuatim coctio, toto morbo incocto, aut reliquo vasorum humore perniciosè affecto. Nam Cratistonaetæ & pitioris ancillæ suppurarunt parotides, nec tamen euaserunt curante Hippocrate. Sola igitur parotidis periculi metu liberat, quae moderata est, sine dolore, & integris viribus erumpit; praeterea die critico, antegressis coctionis signis tum in toto venoso genere, tum in parte, quaeque aut ad suppurationem sine molestia ducitur, aut facilè resoluitur propter materiam caliginosam: aut citra hæc, superueniente bilioforum excrementorum excretionem per aluum, vel vrinas, materiam morbificam expurgat, ac symptomatum omnium remissionem affert. Sic enim Celsius rectè Διοσκώρως, aut Διοσκώρως dicuntur, quo nomine Castor & Pollux nautis affulgunt, & procellas, turbines ac tempestates leniunt, quasi τῶν Διὸς κήρυξ. Aliæ omnes aut in cerebrum resiliunt, aut vehementia symptomatum aegros conficiunt, aut diffusa in thoracem & pulmones materia praefocant. Quocirca rectè monet hoc loco Hippoc. quae ad aures cum dolore exurgunt, lethalia esse, necessitate videlicet medica, idque καδύλησιν continet, non καδύλατον in ictero. Tales sunt parotides, quae ex aduersa valetudine accidunt, morbosam materiam in corpore relinquunt, magnam phlegmonem concitant, & ab acriori materia proueniunt. Nam dolorem inferunt, quia & repenti influunt, & copia materiae vehementem tensionem, acrimonia morsum acerrimum, inflammatione calidam atque inaequalem intemperiem concitant. quae grauisissimi doloris causae iuuenes potissimum celeriter rapiunt. Nam vigilis, inquietatione, spirituum omnium motu & agitatione dolor sanguinem biliosorem reddit, febrem auget, conuulsionem accersit, & quasi momento vires prostermit. Tensio etiam fit (inquit Galenus) propter crassos lentosque humores, qui pertinacissimè afflictis partibus infarcti sunt: valida verò intemperies, quia valde calidi aut frigidi existant, vnde geminatur periculum. Nam praeter doloris acerbiteriam, calidi quidem humores, tenues & acres promptissimè ad cerebrum referuntur: crassi verò & lenti, in doloribus à calore concocti domari non possunt. Sola igitur spes est in viribus, alui profluuium, & vrinae crassae copia. Tumores (inquit Hippocrates) qui circa aures fiunt, & in febribus cum dolore exurgunt, quibusdam cessante iudicatoriè febre, neque sedati sunt, neque suppuraerunt. Factum his bilioforum profluuium, vel dysenteria, vel crassarum vrinarum sedimentum soluit, quod Hermippo Clazomenio contigit.

1. Epid. sect. 2. 84.

1. Epid. 1.

1. Epid. sect. 2.

XIIII.

Τὰ πῦρ' ἔς ἐκ τῶν ἐμπροσθεν ἀλγήματος ἐρυθήματα ἐν πυρετοῖσι γινόμενα, σημεῖον μὴ ἐρυσιπέλατος ἐπὶ προσώπῳ ἐσομένης ἀπὸ τῆς πάσης καὶ τῶν τοιαύτων γίνονται μὲν ἀφρονίας ἢ ἐκλύσιος.

Rubores qui ad aures ex priori dolore commouentur in febribus, signum quidem sacri ignis, qui in facie eueniat. Sed & conuulsionones ex his cum priuatione vocis & virium exolutione.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Ἐρυθήματα rubores, qui effuso sanguine fiunt, intelligit. Sanguis enim effunditur primùm: deinde putrescit, & fit vel inflammatio, vbi purior, vel erysipelas, vbi multa bilis sanguini permixta est. Vt ergo ἐρυθρὸν ἕκαστον dicitur Hippocrati, ita ἐρυθήματα, vbi parte aliqua peculiariter sanguis suffunditur. Aliquando tamen

tamen & inde phlegmones, & erysipelata ἐρυθήματα appellat. Fiunt autem ad aures, quæ pluribus venis ab occipite & temporibus cinguntur decumbente sanguine in caua illa & glandulosa corpora, quæ auribus vicina sunt, verum occupatis venis iis & locis, in faciem quoque præ copia rubor extenditur. Sæpius enim videas parotidibus excitatis ruborem spargi in regionem, quæ mento subiacet, & faciem, vt mala, buccæ, genæ quoque & labra rubra extumeant. τὸ ἐμπροσθεν ἀλγυμα. vel quod antecessit, vel quod ex anteriore parte corporis excitatum fuit. Sed prior sententia melior est. Cum enim in capite venæ anteriores è posterioribus propagentur, à maioribus in minores venas ferè tranfluxio est. σημεῖον μὲν ἐρυσίπιλατος. Tenuior acriorque sanguis in minores venas tranfluit: crassior maioribus retinetur. Itaque in faciem, vbi minores venæ sunt à maioribus propagatæ, faciliè tranfluens humor acris tenuis, quæ bilis est, erysipelas in facie cõmouebit. Sanies enim & velut ἰχθὺρ sanguinis innatans bilis est, quam nonnulli veterum ἐρυθρὰν χολὴν, bilem rubram appellarunt. ἀτὰρ ἰχθὺς αἰσώμοσ. Ex iisdem quasi tunicis venarum, hoc est, è iugularibus propagines in caput interius, exterius, & faciem variè disperguntur. Si ergo iam plenioribus venis exterioribus materia cursum teneat in caput, aut quæ exteriora occupat, maligna vi morbirelictæ sede ignobili transcurrat in nobilem, optimo iure conuulsio à copia & acrimonia vitij mouebitur, & ἀφωνία læso vocis principio & exolutio. Grauius enim affecto vno è tribus principiis, reliqua facile consentiunt. Itaque mori ægrum par est.

DESID. IACOTII COMMENT.

De const. art. tit. 18.

6. Aphor. 25.

3. Prorrh. 39. 6. Epid. 29.

4. 27.

**P**hlegmones dictio, quæ pro feruore & sine humore à præfiscis vsurpata est, interdum ex benigno & naturali sanguine propriam exquisitamque inflammationem significat: latius verò erysipelata complectitur: sæpius ex omni fit humore. Non tamen erysipelas sub phlegmone tertio modo sumpta comprehenditur. Nam & Paulus separat erysipelas cerebri ab inflammatione phreniticorum, & Galenus scribit in pleura erysipelas fieri, quandoque pleuriticum, licet pleuritis ex omni fiat humore. Est ergo inflammatio, cum humor contentus alicubi putret, atque incalcescit, siue suapte natura calidus iam sit, siue frigidus, vnde inflammatio dicitur erysipelatodes, vel œdematodes. At vbi humor ille nondum putredinem concepit, nec calorem extraneum impertit corpori, erysipelas est, aut œdema, aut scyrthus. Erysipelas itaque fit à bilioso sanguine nondum putrente intra tumorem, sed integro adhuc & fluctuante, licet non ita multò post corrumpatur. Quo fit, vt erysipelatis tum ad exteriora, tum ad interiora conuersio prompta sit ac facilis, quam Hippocrates diligenter obseruari debere sæpe admonet. Nam (ait in Aphorismis) erysipelas foris intrò conuerti, malum: intus verò foras existere, bonum. Hoc ergo loco ex rubore ponè aures, qui dolorem capitis in febribus consequatur, præfaciendum erysipelas & parotidas docet Hippocrates, humoribus calidis ab intimis partibus capitis eò confluentibus, in quibus præsertim caput vel delirio, vel dolore, vel grauitate torquebatur. Tum subiicit, in his metum esse à conuulsione cum priuatione vocis & virium exolutione. Nam humor tenuis & calidus, necdum in parte putrescens faciliè refluit, suæque acrimonia nervos vellicans conuulsionem accersit, & ἀφωνίαν. Verum improprie voce τὸ ἐκλύσιος vsus esse videtur. Nam exolutio immoderatam excretionem, non suppressionem sequitur, & exolutum corpus cum molli & resolutio similitudinem habet, licet non eadem sit affectio. Languente enim facultate, quæ mouet musculos, corpora ægrorum iacentia ἐκλυτα ἢ πᾶρα τὰ dicuntur, exoluta ac defæcta, cuiusque exolutionis signum est decubitus supinus, aut ad pedes prolapsus, cui omnino contraria est conuulsio, quæ motus ciet, naturalibus etiam vehementiores, & paralyfi sæpe remedio est. Nisi dicamus exolutionis nomen pro resolutione & facultatis motricis defectu vsurpari. Etenim conuulsio resolutioni superueniens interdum utilis esse potest. At cum antecedit, non rarò in resolutionem desinit, frequentique & violento motu interrupta vires dissipato spiritu exoluit. Quod Hippocrates docet de victus ratione in acutis. Vbi Galenus, Conuulsiones (inquit) quæ totum corpus concutiunt, vniuersas cal

fas calfaciunt partes, adeò vt ex multitudine aliud per cutim digeratur, aliud ad aliquam ex non præcipuis expellatur partem, vbi cum pertinaciter impactum fuerit, paraplexiam facit. Ex quibus intelligitur ex sententia Hippocratis, periculosas esse omnes parotides cum dolore, vt superiore Aphorismo docuit. Periculum autem esse aliud in aliis. Nam quæ ex crasis & lentis humoribus constant, neque resolui, neque ad suppurationem duci possunt: quæ verò ex tenuibus & acris, in cerebrum refluyente materia conuulsiones afferre solent, ἀφωνίαν & resolutionem tum corporis, tum virium. Sic in Epidemiis parotidum alias molles & laxas facit Hippocrates ex substantia caliginosa, quæ siue suppuratione faciliè discutitur: alias œdematis participes ex crassiore pituita: quasdam cum rubore & phlogosi aut à flaua bile, vt erysipelatos, aut à sanguine, vt phlegmonodes, quas ἐρυθμήματος καὶ ἀλγυμάτος nomine hic expressit. Quod autem eas ex priori dolore commoueri ait, ex consensu fieri intelligit, quod alibi propter aures dixit. Quando videlicet copiosa & acris materia cerebrum obsidet, ac dolorem capitis aut phreniticum concitat, deinde tenuior pars in aurium glandulas diffunditur. Plenior enim locus, nec totius materiæ capax partem in nervosas partes extrudit, partem in faciem, aut natura infirma motui humorum dominari non potens, ab exterioribus ad interiora ipsos recurrere sinit. Hinc enim erysipelas in facie: illinc conuulsio, ἀφωνία, ἐκλύσις: quæ omnia ancillæ contigisse obseruauit, paulò antequam hæc scriberem, vnde tamen conualuit.

1. Epid. sect. 1.

6. Epid. sect. 6.

XV.

τὰ παρ' οὐς ἐπὶ πλείστοις δυσώδει πυρετῶ δέξει, ὑποχονδρίῳ σωτῆρον χρονοτέρας ἀρθέντα, κτείνεσι.

*Tumores circa aures post expurgata plurima grauius olentia, acuta febre, hypochondrio intento, tardius excitati interficiunt.*

IACORI HOLLERII COMMENT.

**I**D in vno ægro obseruauit, qui acuta febre correptus & contento vtroque hypochondrio, plurima per aluum deiecit, nigra, porracea, cruenta, biliosa, grauius olentia. Atque in morbis aliquando breuis καταφορά, surditas leuis, breue delirium, è quibus parotides expectabantur. Sub finè morbi eò vergente natura, sed per imbecillitatem succumbente, graui orta spirandi difficultate obiit trigesimo. In altero eadem ferè omnia, & eò grauiora singultus, animi deliquium, frequens ἀφωνία, pulsus deficiens interuallis: sed parotidas non audio sub mortem excitatas. Obit & is eodem modo difficili spiritu. Obit autem ad trigessimum. Plurima ergo exciata grauius olentia magnam putredinem indicant, & interdum corrupta viscera. Nam dissectis cadaveribus vtriusque nihil viscerum integrum inuentum est, sed abcessu & marcere confecta omnia, lien, hepar, pulmo. ὑποχονδρίῳ σωτῆρον. Et hinc quoque sæpius præfagium fecit in hoc opere futurarum parotidum, maximè, vbi non ita acris materia est, & paulò inde longior morbus est. σωτῆρον autem, quia inflammatum. Ac de intensione hypochondrij multa prius χρονοτέρας ἀρθέντα. Quia materia frigidior, quia natura imbecillior. Ac in parotidibus hæc obseruauit primo septenario ortas graues esse: deinde quæ tardius excitantur. Ac rarissimè vidimus salutare.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N Prorrhethico eadem ferè sententia legitur, nisi quod pro πλείστοις, scribitur, ἐίλεισι, hoc modo, ἐπὶ ἐίλεισι δυσώδει πυρετῶ δέξει, ὑποχονδρίῳ μετέωρα χρονοτέρας, τὰ παρ' οὐς ἐπαρθέντα κτείνεσι. Ex voluulis malè olentibus cum febre acuta hypochondriòque sublimi diutius perseverante parotides exurgentes perimunt. Quasi dicat, In ileo, qui fit vel à duro stercore, quod à crasis, quibus vicinum est, obdurescens ileum intestinum excipit: vel ab inflammatione, cui ex tenuibus ileon ob

vasorum



vasorum lugentium copiam maximè patet, parotidas interdum fieri; & si fiant, lethales esse, si ileus coniunctus sit cum febre acuta, & hypochondrij tensione firma, quòd illa inflammationis signum sit, hæc hepatis per consensum grauer laborantis ob vicinitatem & inflammationis magnitudinem: maxime verò mortem insequi, si ileus ille δυσώδης, foetidus & graueolens fuerit, id est, vt Galenus interpretatur, si in illo ileo stercois reddatur vomitu, aduersa naturæ via, & inuerso cōtractio- nis intestinorum ordine ab infernis ad superna: vel exspiratio foeteat, vel ructus, vel flatus, vel totius corporis habitus. Deterrimus enim est stercois vomitus: mitior aliquantò foetens sudor per totum corpus fusus: soli expirationi communicatus leuior: eructatione tantò facilior, quantò magis consentit ventriculus intestinis, quàm pectus. Crepitus autem purus magnitudinem obstructionis intestinorum arguit, ob idque Aurelianus, foetidum commendat, quem tamen hinc Galenus vituperat propter immoderatum foetorem, qui caloris præter naturam & ingentis putredinis soboles est. Sed cum hæc affectio toto genere sit exitialis, non propter parotidas, quæ tardius excitatæ sint, sed propter febrem acutam, & lethalem tum hypochondrij, tum intestinorum affectionem intereunt ægri. Quid enim magnū aut ex parotidibus, aut ex bonis etiam vrinis in tam graui morbo speres? aut quæ relinquitur mortis dubitatio, si particularis morbi extremo discrimini accedat viscerum nobilium cōsensus, & facultatum omnium resolutio, quam expurgata pluri- ma grauer olentia denunciant? Rationi ergo & experimentis cōuenientius scribitur hoc loco, ἐπὶ πλεῖστοις δυσώδεσι, in multis graueolentibus, & foetidis excrementis alui. Nam hæc cum tensione hypochondrij & febre acuta coniuncta febrilis affectionis focum in hepate consistere significant. hypochondrij enim vox numero singulari posita dextrum designat, authore Galeno, propter excellentiam, qua alteri præstat. Modus ipse febris, quæ acuta est, & linguam exurit, coniecturam confirmat. Tensio autem hypochondrij ( cuius differentias & præfagia expo- suimus alio loco ) quæ momentanea non est, aut interrupta per interualla, sed per- tinax ac dolorifica, certissimum signum est inflammationis subiectæ siue cum tu- more fuerit, siue sine tumore. Nam parua phlegmone hepatis, aut in concaua tan- tum parte tensionem sine tumore facit: magna autem, aut in parte gibba, cum tu- more, cuius moles per intermedios musculos abdominis tactu facilius deprehēdi- tur. In omnibus autem excrementa alui robusto adhuc viscere sicca & exusta sunt, veluti quæ αὐροδύδην appellantur: eodem verò infirmo liquida & chylosa sunt, quando non trahit è ventriculo: aut foetida, corrupta, nigra, porracea, cruenta; quando propter resolutionem caloris natui neque sanguinem probum conficit, & qui confectus est, febrili incendio ac mora mirandum in modum corrumpit. Sic vt in pure, ita in excrementis alui & foetoris absentiam improbat Hippocrates, & immoderantiam, de qua copiosè dictum est in vltimum librum tertæ sectio- nis huius operis. Parotides ergo in huiusmodi inflammationibus tardius oborun- tur, quàm vt tam grauem morbum soluere queant, resoluta iam hepate. Oriun- tur tamen interdum impetu quodam incitato, & quasi vltimo naturæ conatu ad humoris excretionem, sed frustra & symptomatis ratione.

3. Epid. sect. 1.

XVI.

Τὰ παρ' οὐς, φάβλα τοῖς παραπληκτικοῖς.

Parotides mala paraplecticis.

**P**araplectici fiunt aliquando quidem soluta apoplexia, cuiusque materia in par- tem aliquam corporis, vel dimidium eius conuersa, quæ paralysis dicitur. Peculiariter partis alicuius, vt brachij, linguæ, & id genus. Ea fit nonnunquam nec antecedente apoplexia. Nascitur autem serè à frigidiore materia, quæ è capi- te in partem aliquam defluit, quomodo, pluribus accidit Thasis statu aquilonio, australi

australi autumnno, hyeme frigida & aquilonia exprimete humorem è capite, quem antegressa autumnni conditio collegerat. Aliquando refrigerata insigniter parte, vt sphynctere iis, qui diutius consistunt aqua frigida. At vndecunque fiant paroti- des inuiles, quæ morbi magnitudini non respondeant. Deinde videntur eiusmodi parotides fieri in paraplecticis, non recurrere è neruis resolutæ partis ad aures ma- teria, sed noua materia è capite in glandulas aurium dilabente. Hoc modo legitur in Prorrhetico, τὰ παρ' οὐς φάβλα τοῖς παραπληκτικοῖς.

**N**eruum actio duplex est, sentiendi videlicet, & mouendi. Omni enim ner- uo vis sentiendi inest; nempe tangendi, non tamen mouendi, nisi duris. Cùm ergo actio quæuis vel auferatur, vel imminuatur, vel deprauetur: si auferatur sen- sus tactus, resolutio dici potest: si imminuatur, torpor & stupor dicitur. Idem iudi- cium de motu. Nam si imminuatur, torpor etiamnum vt imminutus sensus, nūcu- patur: si auferatur, vel id in toto accidit corpore, & apoplexia est: vel in totius cor- poris medietate dextra vel sinistra; vel in parte aliqua corporis tantum, vt brachio, cture, lingua. Prior affectus παραπληγία & aliquando ἐμιπληγία, vel paralysis di- citur: posterior verò improprie quidem, sed & is latius sumpto vocabuli significatu paralysis nuncupari solet, interdum etiam Hippocrati apoplexia, vt cùm appellat crus apoplecticon. Galenus autem paralysem potissimum appellat, cùm auferatur motus manente etiam sensu. Vbi verò sensus perit solus, non contendit, sitne pa- ralysis, quanquam vulgarem verbi vsum esse ait, vt motus perditus simpliciter re- solutio siue paralysis datur: sensus verò non simpliciter. Vtrunque autem fieri po- test. Nam coacta natura à mouendi vehementia alios neruos ad profunda ossa in musculos adaugendos mandauit, alios extrorsum ad cutem, cui externæ molestiæ sensum impertunt. Accidit itaque, vt causa, quæ morbum gignit, modò hos, modò alios obideat. Est ergo (ait Galenus) παραπληγία affectio vnius partis corporis talis, qualis ἐμιπληγία totius, vel, vt alio loco, qualis est totius corporis apople- xia. Et eas, quæ ex apoplexia, vel epilepsia ad aliquam ex non præcipuis partem irruunt paralysis, Hippocrates paraplexias dicere consuevit. Causa autem, quam vulgo formalem vocant Philosophi, impedimētum est commensus facultatis ani- malis. Non enim oportet, quod quidam putant, neruosam longitudinem humore occupari, sed obstrui tantum foramen, quo vel facultatis irradiatio, vel spiritus ip- se animalis penetrat in partem, quæ mouetur & sentit. Quoties autem principium spinalis medullæ in ceruice obstruitur, densatur, aut comprimitur altera parte, quæ medio septo diuisa est, fiunt paraplegiæ, tumque illeæ faciei partes manent. Quòd si faciei pars aliqua simul cum toto corpore resoluta sit, resolutionis dispositio in ipso cerebro consistit, quia nerui, qui per faciei partes disperguntur, à cerebro or- tum habent. Accidit itaque nonnullis, vt faciei partes duntaxat afficiantur, quem- admodum & vna aliqua particula, vt lingua, oculus, mandibula, labrum. Etenim non omnibus ab vno loco principium influit, vt pote quæ ex diuersis cerebri parti- bus neruos suscipiant. Ex quo intelligitur, cur parotides paraplecticis semper malæ sint. Ex his enim manifestum est non solum partes inferiores, quæ resolutæ sunt, sed etiam cerebrum ipsum ab humore occupari. Nam cùm particularis est resolu- tio, humor (de ea enim resolutione locus hic intelligitur, qui fit ab humore, non à solo frigore, aut compressione nerui) aut crassus, aut glutinosus in neruo impactus est, qui sensum motumque partibus, quibus inseritur, aut minuit, aut prorsus auferit, vnde neruose partes relaxantur, atque exoluntur, membræque interdum otio hu- midiora fiunt & refrigerantur, interdum etiam extenuantur, & atrophia, extabescunt. Prohibita nempe spirituum transmissione nutriri partius resolutam partem & refrigerari necesse est. Is igitur humor temperamento frigidus, substantia cras- sior, & sine acrimonia haudquaquam recurrere in caput potest, vt inde parotides fiant, nisi cùm adhuc est in motu, vt alibi docuimus. Quòd si recurrat, abscessus perniciosus est, quia morbo impar, & in superiorem fit partem. Optimorum enim

3. de locis af- sect. cap. 10.

3. Prorrh. 26

4. de iud. rat. in ac. 27

2. Prog. &  
2. Epid.

abscessuum notas duas Hippocrates docet, vt respondeant magnitudini morbi, ac deorsum & longissimè à morbo discedant. Altera parotidibus perpetuò deest: hic vtraque, cum & morbo sint inferiores, & per locum nobilem materia morbifica diffundatur.

XVII.

Τὰ παρ' οὖς ἐν μακροῖσι μὴ ἐκπνέουσιν, ἰσχυρὰ ἔχουσιν, κοιλία δὲ τοῖσι τρυφεροῖσι (ἔχει φέρον). Ἄραγε οἱ παρ' ὠτὸς κεφαλαλγιοῖσι; ἢ ἤρα τι ἐφιδρῆσι τὰ ἄνω; ἢ ἤρα τι καὶ ἐπιρριγέσιν; ἢ ἄραγε αἱ κοιλίαι καὶ ἐρρηγνύονται; καὶ τι καὶ κωματώδεις; ἄρα καὶ τὸ ὑδατώδες οὖρον ἐναωρέυμενον λευκοῖσι, καὶ τὰ ὑποκοιλία, ἐκλεβήσῃ, δυσώδεις;

*Tumores circa aures in longis morbis non suppurantes, lethales. alui verò his deorsum feruntur. An non capite doleant, quibus parotides excitantur? num & à superioribus partibus exudant? num & subinde leuiter rigent? an non & alui erumpent? num utcumque comate tenentur? an non & urinam aquosam mingunt albis sublimamentis, & subuaria, subalbida, grauiiter olentia?*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**Am ante dixit in ardentibus si non suppurent parotides, rarè ægros sanescere: Nunc in longis morbis. Si ergo non vertuntur in pus, infirmitas caloris infiti & partium simularium intelligitur. Confectis ergo longo morbo viribus, exigua spes est. Alui verò τάρχα, fortasse κάτω. Sed rectè τάρχα, quia id contingit aliquando, vt excitatis parotidibus, quæ non suppurent, aut aliter resoluantur, natura ad ventrem deturbet materiam, quod prius annotatum est. Itaque robusta virtute æger sanari potest soluta aluo. At iam confectis metus est, vt ne natura vim solutioris alui sustineat. κοιλίην verò φέρον dicit pro eo, quod sapius dixit ἐκπνέουσα, καὶ πρρηγνύουσα &c. An non capite doleant. Inter signa parotidum capitis dolor & grauitas. Ac excitatis parotidibus si nihil reliquum sit in capite, neque materia, neque qualitas illa dolorifica, non dolebit caput. Alioqui dolere par est. Sudabunt autem præ copia natura oppressa parte superiore, quia qua parte morbus, inde ferè exudatur. Num & subinde leuiter. Sæpius commota ad excretionem materia, sed recurrens celerius rigores eiusmodi commouet. An non & alui &c. Si sapius concitata materia, & ex aurium regione mota ad ventrem decurrit, exturbatur aluus. Num utcumque comate. Hoc quoque inter signa parotidum plenius caput frigidiore materia indicans. Aliquando quoque à parotidibus coma lethale excitatum vidimus. An non & urinam. Quisquis author fuit huius operis, obseruasse in ægris multa necesse est. Plurima enim quæ & hoc loco & aliis scribit, cuius medico non quæstuario, sed humanæ salutis studio liceat cognoscere. Hic ergo omnia complectitur, quæ ad parotidum rationem pertineant, quæ antecedunt, quæ connexa, quæ consequuntur. At non facilè intelligas urinam aquosam esse, hoc est, albam, tenuem, pellucidam, quæ album habeat sublimamentum. Nam quæ aquosa omnino cruda est; quæ album sublimamentum habeat, cocta est. Oportet igitur partem materię coctam, vnde sublimamentum; partem incoctam, quæ vertatur in abscessum. Et quomodo in quibusdam excretionibus criticis vrina manet tenuis aliò conuersa materia ad excretionem, ita fieri potest in abscessu. Et subuaria, subalbida. Hæc in Prorrhetico ad yrinas refert Galenus. Hic autem commutatur numerus. ἕρον enim ὑδατώδες dixit numero singulari. Nunc autem ὑποκοιλία numero plurali

plurali: quod ad alui deiectiones conuerterem, nisi aliter Galenus exposuisset. Nam ad yrinas refert in Prorrhetico, vbi alia quoque addit stillationes è naribus & linguam leuem.

DESID. IACOTII COMMENT.

**P**arotides neque in valde acutis morbis, neque in diuturnis fieri solent, sed mediis inter vtrunque genus. Nam morbi acuti, quos calidus & tenuis humor excitauit, per vacationem iudicantur. In vetustis autem multum morbis tum propter frigiditatem crassitiamque humoris, tum naturæ imbecillitatem longo iam spatio fatigatæ, in inferioribus partibus oriuntur. In acutioribus iuxta aures. In his enim & humor minus crassus, & caliditas multa, & virtus robustior est. Qui proximè ad hos & illos accedunt, abscessus indifferentes committunt, nec in iis ex tempore coniectura esse potest, sursumne, an deorsum potius erumpent, sed ex aliis signis id oportet diiudicare. Parotides ergo in morbis valde diuturnis merito lethales sunt, præsertim quæ non suppurant fractis iam morbi diuturnitate viribus, & vt Hippocrates scribit, prægressis multis laboribus ac colliquatione mala. Nam vbi multorum humorum incoctorum copia fuerit, abscessus fuit, qui si exigui sint, nihil conferant: si magni, à virtute sustineri nequaquam possint. Diuturnitatis autem morborum causa est per se duplex, tertia per accidens. Vna quidem eaque frequentissima, visceris alicuius latens vitium vnde perennis est, ac perpetua noui humoris generatio. Altera, copia, vel crassities, vel lentor, vel frigiditas materię. Tertia, ignorantia medici, aut ægri negligentia. His autem, quibus parotides fiunt, nec suppurant, interdum remedio est alui profluuium, aut vrina crassa, & multa. Interdum autem impetu inani facto natura imbecilla èd humorem noxium cum deponere nequaquam possit, ἢ τὴν πάλιν παλινδρομήσῃ abunde fluente aluo exoluitur. Num autè recurrentes parotides eo profluuiio vacuentur, an natura, non indicatio nis ratione, sed propter hepaticę facultatis infirmitatem noxios humores deorsum excernat, ex aliis signis sapius expositis sectione prima diiudicandum fuerit. Quæ sequuntur, dubitandi notam (ἄρα) præpositam habent ambiguitatis euentus argumentum. Etenim cum ex reicessentia fieri non potest, vt per demonstrationem aliquid affirmetur, neque ad id quicquam probabile experimento ipso habet author, quod non sæpe res ipsa visa sit, ea coniunctione vitium. Nos autem ad interrogata singula breuiter sic respondere possumus. Ad primum, Neque cephalalgicis parotidas semper euenire, neque cephalalgiam signum esse parotidum proprium. Nam capitis dolor parotidibus quidem, vomitui & hæmorrhagię commune signum est, cum repentiè circastratum incidit: sed in calidioribus succis capitis dolor potius commouetur: in frigidioribus coma & surditas, vnde parotides. Perè tamen à capite oriuntur parotides, aliàs sine febre, aliàs in acuta febre, in qua præsertim caput vel delirio, vel dolore, vel grauitate torquebatur. Sed in prælagio primum illud constituendum est, num abscessu morbus iudicari debeat. In quo hoc caput est, morbum ægrè quidem concoqui posse, nec tamen esse mortiferum. Nam si facilè concoquatur, non per abscessum, sed per excretionem, aut paulatim concoctus desinet: si verò lethalis est, non potest vllus abscessus bonus exoriri. Itaque illum inter faciles, & perniciosos medium esse oportet. Hoc ita constituto, obseruanda est humorum inclinatio, ad quam videlicet fiat partem, cuius signa copiosè exposuimus in prima sectione. Cephalalgia autem ex eorum est numero, quæ humores ad superas partes cursum inflectere denunciant. Ad secundum constat ἐπιρροή id est, sudorem tenuem in toto corpore, aut in capite & thorace tantum, siquidem à virium resolutione, aut spirituum vitalium motu & agitatione fiat, nihil minus quàm parotidas præmonstrare: si ab oppressione, parum momenti habere ad parotidum prælagium. Ad tertium, rigorem experimenta docent multis de causis fieri. Est enim vehemens totius corporis concussio cum refrigeratione dolorifica neruorum partium, cuius causa est inæqualis contra-

1. Epid. sect. 1.

ditio caloris nativi à contrariæ materiæ motu & occurfu. Illa autem materia est vel acris humor, vt bilis, motu suo vellicans nervofas partes: vel frigidi & crudi humores (qui fi extra venas excreti putrefcant, febrem quoque inferunt: fin abfque putredine moueantur, rigorem sine febre pariunt) vel fuppurans vapor aut fanies membranas & fuppurante materia per morfum afficiens. Inde enim fit, vt fanguinis ac fpiritus impetu quodam factio verfus interiora partes extimæ & nervofæ exangues quodammodo frigore afficiantur, quæ poftca refrigeratio vnâ cum horrore, calore naturali & febrili ab internis verfus exteriora, quafi poftliminio prorumpentibus & recalfactis nervis difcutitur, atque aliquando fequitur excretio, aliquando nulla est. Cùm ergo illius frigoris caufæ efficientes multæ fint, rigoris quoque fpecies multas effe neceffe est, nec ex omni rigore idem fignificatur. Quare in parotidibus & rigor antecedere poteft, cùm fit fubita materiæ tranf- latio in caput; & confequi, cùm fuppuratum concipiunt, aut intro recurrunt. Ad quartum, profufa alius humorum inclinationem ad partes infimas potius præmonftrat, quàm parotidas. At fi parotidibus profluuium alui fuperuenerit, interdum illâc vacuata materia ægrum periculo fubducit: interdum refolutam hepatis & ventris facultatem confequitur. Ad quintum coma cum furditate, in quibus & quo tempore fpecs est abfcelfus, parotidum certiffimum fignum est: fuperueniens verò, mortis, vt pote quod cerebrum copia humoris opprimi, aut refolui, aut refrigerari oftendit. Ad fextum, aquofæ vrinæ cum enæoremate albo ad parotidum prænotionem per accidens conferunt, quia neque omnino crudum effe morbum indicant, vt aquofæ sine feditamento atque enæoremate: neque coctum, vt quæ feditamentum album, læue, & æquale continent. Mediæ igitur funt inter planè crudas & coctas, & medium quoque, atque femicoctum effe morbum declarant, qualis eorum morborum natura est, in quibus expectandi funt abfcelfus. Alba verò & graueolens vrina, aut vlcus in meatibus vrinariis, aut malignum & peftiferum morbum denunciat potius, quàm abfcelfum: qui fi eueniat, prauus omnino futurus est. Puris autem fœtidi per vrinas excreti caufa vel in renibus est, vt reteribus, aut vefica: vel in fuperioribus partibus, vt in thorace, de quo poftca: vel etiam in ipfis vafis vt fanguis excrefcens & verfus in pus, qui ad meatus vrinæ falubriter à natura pellitur. Frequentiffima tamen caufa est vlcus renum dolentium, quanquam neque neceffe est vlceratos re- nes dolere, cùm eorum fubftantia neruorum fit expers: neque fi doleant, & pus ex- cernatur, vlcerari, qua de re exactius alibi.

XVIII.

Τὰ παρ' οὐς λαπαύσσει βηχία μετὰ πτυαλισμῶν ἰόντα.

*Abfcelfus ad aures foluunt tufsicula cum fputationibus.*

**Π**τυαλισμὸς & πτυελισμὸς dicunt: λαπαύσσει & ἐπαλλάσσει in Prorrhethico. ἴοντα in Prorrhethico, ἴοντα hîc. Aliò conuerfa materia per palatum in os & afperam arteriam veriffimile est deleri, hoc est, vacuari parotidas, non quia paroti- dum materia eò decurrat: fed quòd eas fouebat, eò conuertitur. Fontem enim fqualefcere videmus deducta aliò aqua, quæ in fontem decurrebat. Saliuatio au- tem, quam πτυελισμὸν dicit, & tufsiculæ à tenui materia in os defluente, & irri- tante fauces & arteriam, excitantur. λαπαύσσει dicit mollire. Quod enim plenu- dine tenfum est, durum apparet: vacuata parte mollefcit: quia iam non renititur & cedit. Idem igitur est, quod ἐπαλλάσσει dicit in Prorrhethico. ἐπαλλάσσει enim idem quod κενῶν vacuare. Atqui vacuari fequitur & diffolui, & mollius fieri. In exegefi vocum Hippocratis λαπαύσσει κενῶν τὸ κενωθῆναι εἶναι τὰ δὲ κενῶν μαλακτῆναι.

**I**N Prorrhethico pro, λαπαύσσει, legitur ἐπαλλάσσει, id est, vt explicat Galenus, pro- priè quidem vacuantur, inde verò mollefcunt. Ex eo enim, quòd vacuentur pa- rotides, fequitur, vt & contrahantur & molliores fiant. Et in Epid. λαπαύσσει in- terpretatur προσέλιπται & ἐφανίσει de tumore omni, qui quouis modo depletur & ad æqualitatem reducitur. In Prognostico λαπαύσει τὴν γαστέρα dicit κενῶν ἢ προσέλλειν τὰ τ' γαστρός οἰδήματα. Dicitur ἀπὸ τοῦ λαπαύσει, cui vis inest emolliendæ alui & laxadæ, vt vult Erotianus. Sic enim fcribit, λαπαύσσει, idem, quod μαλάτ- τοςαι, κενῶσαι. αἰὸς δὲ ἀπὸ τοῦ λαπαύσει εἰρηθεῖν τ' λέγειν, ὅπερ δὲ τὴν κοιλίαν μαλακί- κόν. Ex quibus etiam intelligitur parotidas, vt omnem alium tumorem, interdum fubfidere, quia finiuntur depleta ac digefta materia, quod femper falutare est: in- terdum quafi derepente euanefcere, humoribus, qui eas pariūt, refluentibus in ea- dem loca, vnde venerant (id quod Hippocrates παλινοβρομῆν propriè reuerti ap- pellant) vel in quædam alia, quæ imo in corpore habentur, loca, vnde affectus gra- uioris metus imminet, vitiofis humoribus in principes partes remeantibus. Hunc modum explicat in Prognostico, Si quæ etiam abfcelfere (inquit) fubfidunt, & re- uertuntur, fputo non exeunte, & manente adhuc febre, ingens malum est. Pericu- lum enim afferunt delirij, atque interitus. Alterum hoc loco, fed fputo exe- unte cum tufsicula, quæ parotidas difcutiunt, difufa earum materia in afperam ar- teriam, ac thoracem. Nam facta intro inclinatione per meatum naturalem effluit pars materiæ tenuior in oris capacitatem, vnde fit ptyclifmus. Tufsiculæ verò ob eandem caufam mouentur leuiter irritata afperæ arteriæ fuma parte. Nec verò folum parotidas difcutiunt, fed pulmonem quoque liberant à fluxione. Nam ab inflinctu natura incitata, quàm primùm in pulmone (non enim tufsis excitatur an- te pulmonis offenfam & arteriarum, quæ in folo pulmone vifuntur) vndecunque noxam perfentit, contractis volūtario motu & peftoris & fepti mufculis, celer- rimè multum aërem & confertum per afperam emittit, quo expurgat, quicquid noxium obftrictumve in ea vafa inciderit. Vt enim cartilaginea afperæ arteriæ fubftantia attenuatoriam obftructionem prohibet: ita tufsis coarctatoriam, cuius motus à voluntate est, & inflinctu. Illa cum electione thoracem mouet: hic cogit, quia vis quædam est, quæ feruit naturæ ad corporis commoda, & habet connatam fpeciem fuæ conferuationis. Ex hoc etiam loco perfpicuum est, ptyclifmum, id est, frequentem expuitionem, duplicem effe à deftillatione è capite cum tufsicula: & ab humore aquofo multo in ventriculo innatante, aut ventriculi tunicis impacto, vnde falua multa in os exurgit sine tufsi.

XIX.

Οὐρά τοῖσι παρ' ὧν τὰ χεῖρ' ἔχει ὀλίγον πεπεπνυμένα, φλεῦρα δὲ τὸ χεῖρ' ἔχει δὲ πονηρόν.

*Vrinæ in abfcelfibus ad aures citò & parùm coctæ, malæ, & fic perfrigerari laboriofum.*

**V**Rinæ celeriter concoquuntur, quæ prima periodo: ἐπ' ὀλίγον autem quæ breui tempore coctæ perfeuerat, vt quæ tertia die coctæ apparuit, iam quar- ta & quinta cruda videatur. Hic enim ἀνωμαλία, quæ in omni genere concoctionis damnatur. Rectè igitur φλαύρον. Ac refrigerari quoque malo est. In febribus enim & in aliis ardentibus æqualiter corpus incalefcere, manfuetæ febris indicium est. Neque damnandus ardor est partium extremarum, fiquidem æquabilis est in ar- doribus. At in iis peftiferum extremas partes frige fcere. πονηρόν ergo laboriofum. In his enim ferdè ἀλυσμός, ρυψήσμός, & alia id genus.

6. Aphorism.

Quod Hippocrates scripsit, ex coctionibus celeritatem iudicij & securam san-  
 nitatem ostendi, de vera, continua, & propria ac totius materiae morbificae  
 coctione accipiendum est. Nam falsa & simulata coctio speciem verae coctionis  
 saepe representat, ac medicum decipit, ut crudus succus in vrina subsidens,  
 vero sedimento haud absumilis. Interrupta vero aut naturam exolut, calorem-  
 que natium extingui aut materiam contumacem esse & inaequalem denunciat,  
 cuius pars quaedam coquitur, alia incocta manet. Potest etiam, ut diximus, coctio in  
 parte aliqua fieri, toto morbo incocto. Praeterea interdum accidit, ut quae firmo ad-  
 huc calore nativo cocta sunt, animali vi infirma, expelli nequeant, ut in pulmo-  
 nia, pleuritide, & aliis morbis thoracis, qui praeter materiae morbificae coctionem  
 in tussiendo & expectorando facultatis motricis robur & firmitatem laterum re-  
 quirunt. Non igitur in solis parotidibus damnanda est vrina *ταχὺ καὶ ἐπὶ ὀλίγον*  
*citò & paulisper cocta, deinde vero cessans, quae videlicet modò cocta, modò cru-*  
*da apparet: sed in omni alio affectu, omnibusque aliis coctionis signis idem iudican-*  
*dum. Ordinatus enim est & compositus naturae vincens progressus, non repenti-*  
*nis, non interruptus, aut intercisus noui mali occursu. Sed & alia multa tum in hoc*  
*opere, tum in Aphorismis, atque aliis libris Hippocrates particulatim efferre solet,*  
*quae vniuersalium theorematum & praceptorum exempla sunt, à quibus euiden-*  
*tiores rei euentus experientiam habere possumus. Eiusmodi enim esse debent*  
*exempla. Ex quo etiam intelligitur semel conspecta vrina praua, aut bona, statim*  
*de periculo, aut salute, aut alio morbi euentu pronuntiandum non esse: nec solum*  
*manè, sed etiam vesperi vrinas diligenter obseruandas, quod Hippocratem fecisse*  
*in librum huius operis de vrinis docuimus. Praeterea cocta excrementa in his tan-*  
*tum coctionem esse factam, restari, à quibus secernuntur. Dignoscitur vero*  
*coctio in tenuibus ex superueniente crassitie: in crassis accedente mediocritate,*  
*quia concoctio humorum duobus inest, nempe humoribus crudis tenuibus, quoad*  
*à calore nativo & *κρᾶσι* inspissantur: & crassis contra naturam, quoad eodem per*  
*crasin naturalem liquefcunt, fiuntque aequabiles & apti ad excretionem, cui tum*  
*crassa resistunt, tum tenuia, in quibus fieri compressio non potest. Est enim coctio*  
*caloris nativi actio ad aequandos succos, tum in substantia, tum in qualitate. Eadem*  
*est ratio symptomatae perfrigerationis aut corporis, aut extimarum corporis par-*  
*tium. Nam non solum in parotidibus, sed in omni febre ardente maligni & pessimi*  
*morbi nota est: quemadmodum totum corpus equaliter vri, benigni morbi ac mi-*  
*tis argumentum est. Perfrigerantur enim in febre non intermittente, sine crisi, &*  
*oppressionem ventriculi, quibus interiora viscera phlegmone obfessa sunt: aut qui-*  
*bus calor nativus extinguitur. De quibus dictum est alibi copiosè.*

X X.

*Τὰ παρ' οὗς ἐν τοῖσι χρόνοις ἐκπνεύματα μὴ λευκῶ, σφῶδρα καὶ ἀνόδμου  
 εἶναι, καὶ μάλιστα γυναικας.*

*Tumores circa aures in diuturnis morbis suppurati pure quidem  
 non albo vehementer & sine dolore interficiunt, & maxime  
 mulieres*

Alij *σφῶδρα* omittunt & *ἀνόδμου* odore carentia, non *ἀνόδμου* legunt, ut ve-  
 lit pus esse sine odore In longis ergo morbis parotidas fieri a iquando con-  
 stat, ac prius dixit lethales esse, quae non suppurent, nisi aliò conuersa materia dis-  
 soluantur. Nunc autem quae suppurent, lethales esse scribit, siquidem pus neque al-  
 bum neque laeue sui simile est. Solet enim albi nomine laeue & sui simile complecti  
 in pure

in pure & sedimētis. Pus ergo, quod eiusmodi non est, imbecillitatem naturae osten-  
 dit, vel malignam putredinem. Ac mirum est, si inodorum eiusmodi pus est, cum  
 & quod naturali calore confectū, & album est, non omnino careat odore graui. Si  
 verò dolore careat, id esse potest extincta vi sentiendi, quod admodum lethale est.  
*σφῶδρα* magna dicit. Quòd autem mulieres magis interficit, imbecillitati naturae  
 potius quàm magnitudini morbi tribuendum. Interficiet ergo fractos longo mor-  
 bo, sed imbecilliores citius. Quòd si diutius perseueret morbus, vix fieri potest,  
 quin parotides in fistulas ducantur.

Dictum est antea, in morbis diuturnis à materiae contumacia, raro parotidas  
 fieri, tum propter frigus & crassitiem humoris: tum propter virium spatio  
 temporis languentium infirmitatem: sed in his tantum, in quibus humor minus  
 crassus est, copia caloris maior, valentior facultas. In valde ergo diuturnis paro-  
 tides lethales sunt, quae non suppurant, nisi profluuio alui aegri liberentur periculo,  
 ut ante docuit, sed & quae suppurant, pure tamen crudo, aut corrupto, quod vide-  
 licet minimè album est, aegros interficiunt. Nam partes solidae, quae proprio calo-  
 re & insito, vitali adiuto concoquunt, succorum elaborationem mixtionis probi-  
 tate perficiunt, & temperatione quadam vel ad nutritionem, vel ad excretionem,  
 eademque ratione colorem inducunt, rubra, ut hepar, rubrum, caetera, quia alba,  
 album, dum illos sua induunt similitudine non temperamento tantum qualitatium  
 primarum, sed & in iis, quae eas sequuntur, inter quas color numeratur. Ita fit, ut  
 in pure color albus, solidarum partium integritatè: aequalitas, materiae bonitatem:  
 laeuitas, caloris nativi robur denunciet. Sublato ergo colore albo, antecedentia,  
 quorum est consequens, tolli necesse est, ac vel partes solidas minimè sanas esse,  
 vel materiam valde contumacem. Ob idque artificiosè puris non albi voce cae-  
 tera puris vitia comprehendit. Nam si album non est, neque aptè temperatum erit.  
 Ex eo igitur vel corruptio partis, vnde manat: vel *μύλωσις*, inconcoctio ob defe-  
 ctum caloris in circumfuso humido; vel putredo ipsius humoris significatur. Pri-  
 mum vitium detegunt ipsius puris substantia & colliquationis signa: secundum,  
 odoris priuatio: tertium foetor, qui in colliquatione etiam maior est. Iure itaque  
 Hippocrates & odoris absentiam vituperat in excrementis & immoderationem,  
 quia ut foetor putredinis & caloris extranei nota est, ita moderatus odor coctionis.  
 Propterea rectius legitur *ἢ ἀνόδμου* sine odore, quàm *ἀνόδμου*, quam etiam le-  
 thionem habent vulgata exemplaria. Pus autem crudum & inodorum, siue ex ne-  
 gata in totum coctione tale sit, siue ex coctionis inopia propter frigus humoris, aut  
 copiam, aut caloris concoquentis infirmitatem, simpliciter, ut nec alia cruda ex-  
 crementa, mortis signum non est, aut salutis, sed ex adiuncto virium robore, vel  
 infirmitate. Ob idque ex virium statu in morbis diuturnis inde mortem colligit  
 Hippocrates. Nam cruditas in morborum principijs diuturnitatem solum eorun-  
 dem ostendit: in progressu verò & fractis iam viribus, mortem. Longiori enim  
 tempore morbo crudo perseuerante, periculum est, ne aeger intereat, nisi robustif-  
 sima sit illi natura, quae morbo repugnet, quod in Aphorismis ipse prodidit, con-  
 siderandumque quantum sit robur facultatis, & quantam postulet morbus conco-  
 ctionem. Itemque an aeger ad summum vigorem morbi sufficiat. Idem scribit Hip-  
 pocrates de vrina ruffa, & tenui, quae cruditatis morbi indicium est. Si verò (inquit)  
 & morbus longus sit, & vrina talis, periculum est, ne sufficere aeger nò possit, quoad  
 concoctus sit morbus. Et alio loco Galenus admonet, tametsi aeger sufficere queat,  
 multa interuenire, quae mortem praecipitent, & aegrum de medio tollant ante tem-  
 pus, ut aegri ipsius, vel famulorum errata, vel aliquid eorum, quae exterius posita  
 sunt, ut tempus anni, regionem, temporis constitutionem, habitationem malam,  
 molestias, curas, tristitiam, & similia, ut in morbis diuturnis cum cruditate nul-  
 quam sit tuta salus. Quòd autem subiicit, celerius mulieres inde interire, quàm vi-  
 ros, in causa videntur esse, temperamentum frigidius & humidius, calor imbecil-  
 lior, & corpus minus perspirabile, vnde humores cruditati & putredini sunt magis

2. Prog. 31.  
 3. Prog. 23.

obnoxij. Nam quod nonnulli probare conantur, mulieres viris calidiores ex sanguinis copia, & venæ cauæ amplitudine, ea in mulieribus caloris maioris effectus non sunt primò atque per se: sed formæ ui domicilij architectricis, quæ in finem agens sibi & foetui prospicit. Constat enim multa in corpore fieri, & finis cuiusdam gratia, & quia non possunt non fieri propter necessitatem materiæ. Sic Aristoteles generationis membranarum docet *ἡ δὲ ἀνδρῶν, καὶ ἐνεκα τινός, ὡς ἴψα* loquitur.

De generat. animal. 2.

X X I.

Τὰ παρ' οὐδ' ἄλλοις ἐκ τῶν δέξων ἐν τοῖς καυσώδεσι γίνεται. καὶ μὴ κρῖσιν ποιήσῃ, ἢ ἐκπεπαινηται, ἢ ἐκ ῥινῶν αἵμα ῥυθῆ, ἢ οὖρα ὑπὸ στασι παχέαν λυβῆ, ἀπολλύεται. Ἐπὶ πολλὰ δὲ τῶν τοιούτων οἰδημάτων προαποκαθίσταται.

*Tumores circa aures maximè ex acutis in febribus ardentibus fiunt. Quòd si morbum non soluant, neque maturantur, aut ex naribus sanguis fluat, vel urina deponant sedimentum crassum, moriuntur acri. Vt plurimum vero antequam moriantur, eiusmodi tumores subsident atque abolentur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**Cuta febris, quæ ardens appellatur, siquidem hyberna est & materiam habet pituitam salsam permistam bili, parotidibus opportuna est. Sed quod ante dictum est, raro fit, vt eiusmodi abscessus fiant salutares. Nam neque solunt morbum, sed deliria relinquunt & comata, ac paulatim recurrentes suffocant aegros. Rectè ergo ex obseruatione dixit, vt plurimum euanescere, antequam acri moriantur. Hoc enim significat *προαποκαθίστανται*, hoc est, *προαποφρονίζοντα*. κρῖσιν autem ποιήσιν dixit, vbi inde soluitur morbus, quod à laudabili & salutari abscessu contingit. ἢ ἐκπεπαινηται. maturatur tumore verso in pus laudabile. πεπαινωτός enim celeritatem iudicij & securitatem pollicetur non modò in vrinis, sputis, & deiectionibus, sed abscessibus. ἢ ἐκ ῥινῶν αἵμα. Hoc prius dictum est, vbi robusta natura & abscessum frustra ammollita est veluti providentia quadam relicto veluti priore consilio vitium aliò reuocat, vnde aliquando sanguis è naribus profluit, exturbatur alius, aut conuersa ad vesicam materia vrinæ multum crassumque sedimentum habent. Quorum si nihil accidat, imbecillitas naturæ ostenditur, quæ vt reuocet intro materiam, præ langore virium excludere non potest. Itaque opprimitur, atque extinguitur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**M**ateria parotidum interdum à toto corpore prouenit, quæ vi quadam sursum euehitur, præsertim cum minus crassa est: sæpius verò à capite, è quo facillè decumbit in glandulas ponè aures. Ob idque lethargos potius, & cætera capitis mala parotides indicant, quàm febres ardentes, nisi spuria sint: ac minus legitima. Spuria verò, quæ focum habent & quasi fomitem mali in pulmone, per hæmorrhagiam soluntur magis: in hepate verò & ieiuno per abscessus ad partes inferas, vnde & coxæ dolor, & pudendi liuor, & testis tēsis ita affectis potius euenit, vt scribit Hippocrates. Abscessus itaque pituitæ putrescenti imprimis conueniunt. In causo autem non legitimo (inquit Galenus) non abscessus tantum memorat Hippocrates, verum quoq; & sanguinis profusionem adiecit, magisque in his causis, quorum sedes in pulmone exiit. Nam in eiusmodi affectionibus caput incalcescit, sanguine repletur, effunditque quod ex eo redundat tum ruptis, tum adaperitis venis. Omnibus aliis ardentibus parotides conueniunt, in quibus caput vel delirio, vel dolore, vel grauitate torquebatur: aut humores neque tenues & acres omnino sunt,

4. de rat. med. in ac. 17.

ibidem.

funt, vt in legitimo causo, neque crassi planè ac frigidi, vt in diuturnis. Quamquam nihil verat, quominus multi etiam crassi & crudi humores propter caloris febrilis vehementiam, copiam, atque acrimoniam sursum in caput efferantur, ac parotidas faciant cælematis participes, quemadmodum biliosi, erysipelatis. Verum vt optima sint & sine periculo, ea conditione exoriantur, vt crisi afferant nimirum circa statum, non autem in principio, in quo nihil bene iudicari potest: idque cum signis coctionis tum vniuersalis, tum particularis, & cum remissione symptomatum omnium, delirii, febris, comatis & similibus. Quæ enim contrario modo se habent, omnes sunt periculosa, malignæ, ac sæpius lethales. Præterea suppurato perfecto est opus, vt dictum est ante, vel eius loco materiæ morbificæ expurgatione per alia loca, vt hæmorrhagiam, multam & crassam vrinam, dysenteriam vel diarrhœam. Nam interdum seorsum febris, & seorsum parotides iudicantur, vt illa sudoribus, hæ dictis vacationibus per materiæ translationem. Non enim semper & coctionis & symptomatum vigor aut status simul fit, nisi morbus sit vniuersalis. Nam in particulari, vt pulmonis vel pleuræ, cum vniuersali iuncto sæpius affectio, qua laborant acri, mitior est, symptomata tamen augentur, vt in parotidibus, & phlegmonè obfessis partibus, quia cum pus conficitur, dolores fiunt & febres magis, quàm vbi confectum fuerit. Sæpius autem inuicè augètur & minuitur tum affectio, tum symptomatum vires, vt in his phlegmonibus vulnerum, in quibus pus effluit, quod iam confectum est, & in febribus, quæ totius corporis sunt morbi, status tum incidit, cum symptomatum summa sunt omnia, & manifesta proferuntur coctionis signa. At in pleuritide statim in principio cum cruditate vehementia sunt symptomata, quæ remittuntur apparentibus signis coctionis, vt sputo albo, læui, & aquali. Habèda ergo ratio & morbi particularis & vniuersalis, vt particulari coctione & remissioni symptomatum nequaquàm fidamus, nisi morbus vniuersalis in summam proficiat. Sic nec parotides sine suppuratione permanentes, perpetuò praua sunt: nec cum suppuratione semper tuta. Quomodo in Heemippo Clazomenio & quibusdam aliis scribit Hippocrates, febres indicatoriè defuisse, id est, die critico, & cum sudore vel alia excretionem, permanisse tamen parotidas: deinde processu temporis subsidisse per vrinas, deiectiones, dysenterias, expurgatus morbum parientibus causis: contra Cratistonaetem & Scymni pictoris aucillam perisse suppurationis parotidibus, quia febrium, quæ in venis continebantur, causæ non prius concoctæ erant. Potest enim, vt sæpe iam dictum est, particularis in parte aliqua fieri concoctio, morbo toto haudquaquam concocto. Vbi ergo parotides neque remittunt febrem, neque suppurato finiuntur, aut materiæ translatione, vel vacatione per inferiora, moriuntur acri, recurrente humore aut in cerebrum, vnde deliria, comata, conuulsiones: aut in thoracem, vnde suffocatio, dispncea, peripneumonia, & similia. Proinde subicit, vt plurimum, antequam moriantur, parotidas eiusmodi residere, atque euanescere, quod mortis significationem confirmat. Ex quibus etiam efficitur parotidas tribus modis sine suppuratione subsidere, ac detumescere, qui diligentissimè distinguendi sunt à medico, tum ad præsagium, tum ad curationem. Primus est, quem Hippocrates posuit primo Epidemiôn, per resolutionem materiæ contentæ in parotidibus, si caliginosa & spiritiuosa fuerit, facillè discutatur, ac transpiret. Id dignoscere licebit, si paulatim, non repente, minuatur tumor, isque digitis cedat, mollis & latus appareat, atque appressi digiti vestigia seruet sine calore ac dolore. Eiusmodi enim parotides consistunt & euanescent sine suppuratione, & sine periculo. Alter est paulò periculiosior, non omnino tamen inutilis, per diffusionem materiæ in os & asperam arteriam, quam tussi acri expectorant, de quo dictum est paulò ante, cum de parotidibus cum ptyelismo & tussicula ageremus: aut per translationem eiusdem materiæ in aliu vel vrinæ meatus, cuius hic & aliis multis locis Hippocrates meminit. Tertius pessimus ac planè lethalis, humoribus, qui parotidas pariunt, propter copiam & feritatem in cerebrum, vnde venerant, refluuntibus, quod hic *προαποκαθίστανται*, in Prgnostico, *παλινοβρομαίν*, id est, reuerti proprie appellat. Quod intelligere licebit, si non paulatim, neque artificio medici, sed repente ferè subsi-

1. Epid. sect. 2.

1. Epid. sect. 1.

1. Epid. sect. 1.



dant, sputum non exeat, neque vrinae crassae & multae fundantur, neque copiose alius feratur: quin potius maneat adhuc febris, & infesta symptomata virgeant. Nam tum minime dubium est, quin parotides corpus in ipsum ad partes nobiles se receperint. Si enim per halitum digesta essent febris quoque nulla esset, & facile expuerent. Quare probabile est fluxionem totam in cerebrum aut pulmonem reuertisse, unde futurum etiam delirium rationi consentaneum videtur, praesertim cum vnum id sit ex illis, quae sic affecto pulmone accidere consueverunt. Tutum itaque praesagium mortem, nisi excretio aliqua per vrinas & aluum succedat. Sed & modum mortis eadem ratione praesagire licebit. Quod enim delirabunt, & spiritum difficulter trahentes morientur, facile ex praedictis cognoscetur. Si vero ex reuersione parotidum ad interiora, imminuantur symptomata, neque tamen tollantur, recidua expectanda est, de qua sequente Aphorismo.

XXII.

Προσεπιγεωρέειν ὃ ἐν τῶν πυρετῶν, ἢν τε ἐπιτείνωσιν, ἢν τε ἀνωσῶν, ἢ ὕ-  
τως ἀποφαίνεσθαι.

*Ac priusquam praesagium edatur, spectare oportet, num febres inualescant, aut remittantur, atque ita praesagium definire.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Communis haec ratio in omnibus excretionibus & abscessibus, quae in naturalibus & spontaneis posuit in Aphorismis tum sanis, tum aegris hominibus conferre & leuiter ferre. Hoc vult igitur non omnino desperandum, si nihil horum accidat, quae dicta sunt, fieri posse, vt beneficio naturae resoluatur materia parotidis, & si quae febris reliquae paulatim concoquantur.

DESID. IACOTII COMMENT.

2. Prog.

EX his, quae scripsimus in superiore Aphorismo, sententia perspicua est, & ex illo loco Prognostici, si quae etiam abscessere, subsidunt & reuertuntur. sputo non exeunte, & manente adhuc febre, ingens malum est. Periculum enim afferunt delirij, atque interitus. Cum ergo a causis contrariis parotides subsidant, aliae quidem, quia discutiuntur vt molles & laxae ex caliginosa & flatuosa substantia: aliae vero, quia per alios ductus expurgantur, vt per haemorrhagiam, aluum, & vrinas: quaedam denique per recursum humoris in nobilia viscera, maxime certe contrarios exitus sortientur, quos ex consequentibus symptomatis diiudicare oportet, additis etiam antecedentibus, & coniunctis. Cum enim digeruntur, paulatim subsidunt, febris & infesta omnia symptomata discutiuntur, atque ex his aut omnia aut plurima antecesserunt, quae humorem facile digeri ostendunt, qualia sunt, humoris tenuitas, partis raritas, circumfusi nobis aeris caliditas, ad moti medicamenti potentia, & aegri virium robur. Haec enim omnia si concurrunt, tumor, qui praeter naturam ortus est, protinus digeretur. Quoniam autem excretio omnis humoris inutilis vel robore naturae fit, vel vi morbi propter materiae morbificae feritatem & facultatis retentricis imbecillitatem, vel pharmaci trahentis efficacia, primo ac tertio modo si parotides subsidant, perspicuum id fuerit ex facili tolerantia, quam Hippocrates *ὑποφίαν* vocat, & ex remissione symptomatum ac febris, maxime cum signa coctionis apparuerint. In *παλινοσμίᾳ* & recursum humoris ad interiora contraria sunt omnia. Vel enim augentur symptomata, vt coma, delirium, capitis dolor, febris, quae mortem in propinquo esse denunciant, maxime cum vrinis prauis: vel neque augentur, neque valde minuuntur, ex quibus recidua praesagienda est, vt alibi scribit Hippocrates. Quibus enim (ait) tumores secundum aures circa iudicationem facti, non suppurant, appressis his & euanescentibus reuersiones sunt iuxta rationem reuersionum. Reuersione facta rursus attolluntur, & permant, quemadmodum febrium reuersiones in circuitu simili. In his spes est, vt in articulos

6. Epid. sect. 4

articulos collectio fiat. In libello de crisi addit, aut vrina crassa, qualis est alba in quartanis delassatoris, liberat ab abscessu. Ex quibus intelligitur cur hoc loco ad euentum ambigui praesagium obseruare iubeat febris magnitudinem ac motum, & symptomatum vel remissionem, vel incrementum. Quod praecipuum commune est omnibus abscessibus criticis & omnibus excretionibus. Iudicatoria enim quae non iudicant, aut lethalia sunt, aut difficilis iudicij.

XXIII.

Ἐπὶ κωφώσῃ ἐν νωθρίᾳ ἐν ῥινῶν ὑποσφύζῃν, ἔχει τι δύσκολον. ἔμετος τε-  
τέλεισιν ἀρμόσῃ, ἐν κοιλίᾳ ζεραχί.

*A surditate et torpore substillare sanguinem e naribus, nescio quid habet difficile: vomitus in iis et perturbatio ventris confert.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

SURditas & torpor frigiditatem indicant. Atqui frigiditas non iuuatur sanguine vacuato, in quo calor & spiritus vis posita est. Haemorrhagiae enim ardentibus febribus & internis incendiis partium magis conueniunt. Nam vero stillare sanguinem cum omnino damnatum sit ab Hippocrate, magis quidem damnandum est in ardoribus, minus in frigida materia. Illic naturae infirmitas & malignitas morbi: hic adstrictio quaedam & violenta expressio pauci sanguinis iudicatur, quam frigiditas & venarum oppressio extrahit. Sic enim solet contingere iis, qui perfrigerant. Recte igitur non *δύσκολον*, sed *ἔχει τι δύσκολον*. Et quemadmodum tenuis feruidusque humor summa appetit, unde phrenitis, haemorrhagia; ita crassae frigidaeque materiae vel in abscessu imarum partium coeunt, vel in vrinis crassiora sedimenta colligunt, vel ad ventrem commouentur. Itaque aliquando robustiore fundo ventriculi, & imbecilliore orificio, suscitantibus quoque vaporibus, permista interdum bile vomitionibus expurgatur; in contraria conditione per aluum exturbatur. In parotidibus maior vis calidae materiae & calor partium frigidam materiam sursum euehit. Hoc idem efficit, vt phrenitis in lethargum, *κόμα, κάρον* & alia id genus degenerent. *ταραχὴν κοιλίης*, vt in Aphorismis dixit, & unde alij *ταραχάδαι*, de quibus antea. Vt igitur his via sit & frigidis & calidis humoribus, quae per ventrem fit expurgatio, magis tamen peculiaris frigidis.

DESID. IACOTII COMMENT.

STillicidij sanguinis causae & praesagia alia loco exposita sunt, nec repetitione est opus. Tantum annotabimus, quod Galenus scribit in hanc sententiam tertio Prorrhetici, minus recte illud dictum esse; *ἔχει τι δύσκολον*. Nam vox (*δύσκολον*) in his symptomatis vsurpari solet, quae exigua sunt, nec magni mouenti. Stillicidium autem non paruum malum est, sed malignum, vt & omnes excretiones, aut abscessus, qui morbos non iudicant. Deteriores enim multo sunt, quam si nullo pacto apparerent, quod aut partium resolutionem significant, a quibus manant: aut naturae infirmitatem, quae infesta abigere conatur, nec potest: aut humoris copiam ac feritatem ante tempus naturam ad excretionem irritantis. Eiusmodi sunt sudores, tubercula, pustulae, parotides, deiectiones, haemorrhagiae, menses, quae vbi fieri coeperint, protinus desinunt refluxente intro materia. Augetur autem humoris signi malignitas, si sanguis, qui excernitur, meracius sit ac niger: absoluta est, si quarto die fiat, quo omnia signa firmiora sunt: lethalis plane, si cum symptomatis coniungatur, quae grauiter affectum cerebrum testantur, qualia sunt surditas ac torpor. Illa enim in acutus superueniens aut meatum auditorium a bile occupari denunciat, aut facultatem animalem extinguere: hic vero a frigiditate tantum fit, aut extinctione caloris natui, siue animalium omnium actionum inertiam & rationally, & sensutricis, & motricis significet, siue ad tactum referatur, vbi quis non sentiat toto corpore. Nam in parte obstructio, frigus, compressio, materia praesertim pituitosa

3. Prorrh. 48.

pituitosa aut melancholica, prohibito spirituum sentiendi vim afferentium tran-  
 tu, stupidum ac torpidum membrum reddunt: toto vero corpore ita affecto cere-  
 brum grauitur offendi necesse est, quod & surditas ostendit. In febre ergo acuta,  
 quæ ex calidioribus succis & acrioribus ducit originem, torpor cum surditate con-  
 iunctus, ipsam à bile non fieri declarat, quia bilis mobilitatem ac delirium inducit,  
 non autem torporem: febris verò acuta pituitæ redundantis suspicionem tollit.  
 Vtrumque ergo ab extinctione caloris natui, & facultatis animalis ac cerebri re-  
 solutione prouenit, nec solum aliquid difficile id habet, sed mortis imminentis cer-  
 tissimum est signum. Nisi fortasse dicas surditatem cum torpore significari, quæ  
 ineunte morbo, aut non multum progresso euenerit bile fermentante pituitam. At  
 hoc etiam pessimi morbi signum est, cum vterque dictus humor redundat, cui se-  
 mitertianam superuenire vult Hippocrates, ut scribit Galenus in historiâ vxoris  
 Philini. Quod igitur stillicidum sanguinis difficile quid habeat, aut exiguum  
 malum sit, in eo tantum verum est, in quo non propter naturæ infirmitatem, aut  
 materiæ malignitatem sanguis restitit, sed vel propter sanguinis pituitosi crassitiem  
 sine visione; vel partium densitatem, ut hyeme: vel loci naturâ, unde effluit. Quan-  
 doque enim ex ipsarum narium venis ex ore & palato ad ipsas excurrentibus pro-  
 dit: quandoque è superioribus partibus, venis scilicet, vel arteriis capitis ipsius  
 internis. Illic stillatim ferè manat: hic confertim naturæ robore redundantem &  
 calidiorem sanguinem excernentis: aut stillatim quidem eiusdem infirmitate & vi  
 morbi. Vtrum verò sectio venæ, an ventris perturbatio his utilis futura sit, distin-  
 ctione quoque ac limitatione habet opus. Nam in cacochymia pituitæ, vel alter-  
 utrius bilis medicus & vomitionem, & purgationem alui mouere debet: in pletho-  
 ra venæ sectionem facere, siquidem vires valeant, nec excretiones naturales rectè  
 procedant. Verùm sub finem morbi collapsis iam vitibus & cerebri facultate reso-  
 luta vtrumuis horum factum fuerit, vel arte, vel natura, planè perniciosum est.

1. Epid. sect. 3.

XXIII.

Εκ κωφώσεως ἐπιεικείως τὰ παρ' ὅτα ἄλλως τε καὶ ἢ ἀσώδεις τι γίνονται. ἄλλα  
 καὶ τοῖς κωματώδεσιν ἐπὶ τὴν τρέσιν καὶ μάλιστα τὴν παρ' ὅτα.

*Ex surditate mansuetæ parotides, tum alias, tum siquid fastidio-  
 si superueniat. Sed Et comate adueniente magis sunt parotides.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**πιεικείως & ἐπιεικῶς dictum, quia neque sunt malignæ, ut quæ intempestiuè  
 nullis editis signis, nihil leuata febre non suppurât, neque tam certa spe, quàm  
 quæ criticè excitantur & breui suppurant albo pure, omnemque febrem extingūt.  
 Mediæ ergo ἐπιεικῆς parotides inter eas, quæ in certa, aut certè magna spe salutis,  
 vel in nulla aut pauca ægros habent. Aliter Galenus. Nam ἐπιεικῆς dicit scribit, ut  
 fit hæc sententia, Surditas ἀμφιδόσον & ambiguum parotidum signum est, quia  
 inde neque omnino sperandæ parotides, neque omnino desperandæ. Aliter quo-  
 que, quia inde moderanter doleant. Ut enim à calore capitis dolor & aliarum par-  
 tium maior est, ita à frigiditate moderata minor. At surditas frigiditatem, dolor ca-  
 liditatem sequitur magis. ἄλλως τε καὶ. Inter signa parotidum & surditas & κῶμα,  
 tum quia hæc præcedant magna ex parte, & vbi hæc accidunt in acutis, sæpe pa-  
 rotides insequantur. ἄσπιν verò nihil habet ad generationem parotidum. Itaque si-  
 quam vim habet hoc signum, habet ex particulari obseruatione, & quia aliis con-  
 nexum, quæ propria sunt. Ac rectè Galenus commune quidem signum esse & sur-  
 ditatem, & κῶμα desipientiæ & parotidum, quia in materia calida & acutiore ma-  
 gis desipientiæ, in non ita acuta & cruda materia magis parotides. Vtrumque ve-  
 rò proprium signum translationis materiæ in caput, multò magis si æger sentiat  
 manifestè eò materiã ferri.

DESID

DESID. IACOTII COMMENT.

**E**πιεικῆς Hippocrates dicere consuevit in his symptomatis, quæ medium lo-  
 cum tenent inter salutaria & perniciosa. Sic hominem Græci vocant ὑπερικῆ  
 modestum, à quo in vita nihil fit nimis. Vel ergo ad parotidas refertur, vel ad e-  
 uentum rei. Priore modo significat parotidas moderatas, quæ nec maiores sunt,  
 quàm sustineri queant, nec minores, quàm morbo cōueniant. Posteriore verò per-  
 inde est ac si diceret, posita surditate, præferim cui annexa sit inquietatio, neque  
 semper, neque rarò sequi parotidas, sed aliquando. Si itaque surditas incidat, futuras  
 parotidas mediocriter, expectandum. Idque iusta ratione. Nam surditas repentè  
 oborta, itémque anxietas aut inquietatio non magis parotidum signa sunt, quàm  
 phrenitidis. Tantum enim declarant humorum impetum in caput, Quocirca li-  
 mitatione est opus. In biliosis enim humoribus circa principium apparentia phre-  
 nitim denunciant: in crassioribus & crudis, morboque diutius trahente, parotidas.  
 Certius verò præsagium fuerit, si generationis parotidum signa quædam iam in  
 facie conspiciantur. Antè hæc verò considerandum, num morbus ad abscessum  
 conuertatur per signa omnium abscessuum communia, quæ hæc sunt, morbum diu-  
 turnum esse, aut non valde acutum: abesse perniciosa signa, nec tamen cum saluta-  
 ribus solui, nec vrinam multam & cum crasso sedimento effundi, sed mediocriter  
 coctam ac tenuem esse. Ad hæc deinceps propria parotidum signa adiungenda  
 sunt, ut si morbus calidior sit, quàm qui abscessum ad partes imas mouere soleat,  
 & ceruicis atque capitis grauitas cum dolore & faciei rubore quodam coniungat-  
 tur. Tum enim surditas & inquietatio, maximè superueniente subita spirandi dif-  
 ficultate, quæ breui tempore desinat, & graui somno parotidas in propinquo esse  
 doceat. Humor siquidem, qui transfertur, meatum auditorium inuadens, surditatis  
 causa est: euaporatio autem copiosa, & in cerebrum humoris illapsus, grauis  
 somni & comatis ἀσώδεις verò, hoc est, anxij in voluntariis motibus sunt  
 ægri in generatione tum parotidum, tum phrenitidis, feruente excitatæ sur-  
 sum materia, & agitata cerebri spiritibus. Ea enim agitata proxima est inquie-  
 tationis causa.

XXV.

Κωφώσων ἐν πυρετώδιν, ῥύσις ἢ ῥινῶν λύσις, καὶ κοιλίης ἄραξις.

*Surditas ex febribus fluor è naribus soluit, ac alui perturbatio.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**urditas, ut ante dictum est, sæpius ab impacta pituita meatui auditorio nasci-  
 tur: interdum à bile. Si ergo accesserint ad surditatem signa hæmorrhagiæ, spe-  
 rabis quidem solutionem surditatis. Signa autem superius scripta. Rarò autem ea  
 signa se produnt in frigida materia. Ac de iis, quæ surditatem soluant, antea plu-  
 ribus. Alui turbatio accidit, materia, ut in parotidibus dictum est, ad ventrem  
 versa.

DESID. IACOTII COMMENT.

**R**epentinam ac temporariam surditatem intelligi perspicuum est, quæque  
 nec vilo instrumenti auditorij peculiari vitio incidit, nec sit perturbatæ men-  
 ti consequens, qualem à bile fieri sæpe dictum est. Bilis autem, quæ non solum  
 meatum auditorum perfundit, sed etiam in cerebro feruet, ex surditate insaniam  
 prænunciat, nisi alicunde vacuetur, ut Hippocrates scribit in libello de Crisibus.  
 Quibus (inquit) in febribus aures obsurduerunt, his non soluta febre insanire ne-  
 cesse est. Vacuatur autem vel sanguinis è naribus profusio, vel alui perturbatione,  
 vel abscessu. Proinde subiicit Hippocrates, Soluit enim sanguis ex naribus erum-

Q 9

pens, aut alius biliosa egerens, aut dysenteria accedens, aut coxarum, aut genuum dolor. Sed hæc iam ante explicata sunt, & in Aphorismorum libro quarto, Aphorismo 28. docentur.

XXVI.

DE FACIE.

Πρόσωπον ἐν μετέωρῳ ταπεινὸν ὕδρον, καὶ φωνὴ λεπτότερη καὶ ἀσθενέστερη γινώσκῃ, καὶ πίνδ' ὑγ. μακρότερον, καὶ λεπτότερον, ἀνεῖ(ν ἐς τὴν ἐπιούσῃ σημαίνει.

*Facies, quæ ex tumente subsidet, & vox lenior atque imbecillior facta, spiritus quoque rarior & lenior remissionem in posterum diem significant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Videtur, qui hæc scripsit captus obscuritate sermonis. Hippocrates enim vocibus & vñtatis, & popularibus suæ Ionæ vti consuevit. Quod autem scribit, eiusmodi est. Aegro facies extumet ab inflammatione, quantum licet cõiicere, quæ faciem non solum, sed & partes vocales & spiritales occupabat. Vnde vox asperior & fortior, quæ violentius edebatur, respiratio quoque frequentior & asperior viis inæqualiter occupatis. Natura deorsum mota materia effecit, vt quæ facies extumebat, subsideret, vox aspera leuigaretur, violenta languidior esset, spiritus rarior & purior esset. Ex quibus non solum in posterum diem, sed ante hoc tempus remissio quædam & quies expectetur. Ac μετέωρον dici in tumoribus præter naturam constat ex iis, quæ in hypochondriis scribit Hippocrates.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

6. Epid.

Dinceps agit Hippocrates de signis, quæ in facie conspiciuntur, quod ea tum cernantur primum, tum vires magnas habeant. Proinde faciem vocat in Prognostico πρώτον φαινόμενον, primum quod medico obicitur, iubetque ante omnia eam in ægris considerandam esse, similisne sit, an dissimilis ab ea, quam gerebant cum essent sani. Illius enim facies optima est, quæ sibi ipsi quàm similitima perfererat. Pessima verò, quæ ab ea longissimè distat. Optimam quoque faciem in magnis morbis ac vehementibus optimum esse signum scribit in Epidemiis: pessimam verò in paruis, exitiosissimum. Quod autem in facie affectionum corporis & humorum superfluentium signa maximè eluceant, ex eo accidit, quod omnium corporis partium sola cutim obtineat à subiecta carne minimè diuisam, & quæ non aliud esse deprehendatur, quàm subiectæ carnis portio quædam resiccata. Inde enim fit, vt quæcunque in corporis molem effunduntur, aut præter naturam abfunt, conspectius ac dilucidius in facie, quàm in reliqua corporis cute efflorescant. Accedit partis nuditas, & quod aëri exposita est, ac cerebro proxima, à cuius anteriore parte nervos habet, vt partes facie inferiores à posteriore, præter linguam; cuius muscoli voluntario motu cientur per nervos, quos à parte posteriore accipiunt à septimâ coniugatione non longè à spinalis medullæ initio. Prima ergo & cerebri iniurias persentiscit, & totius corporis affectus representat. In ictero prima flavescit: in arquatò nigro, liuescit: in elephantiasi cum liuore crassescit & extuberrat, pilique decidunt: in lue venerea pustulis foedatur: in leucophlegmatia, pallefcit ac tumet: in pulmonum inflammatione, rubore perfunditur: in iecinoris aut lienis obstructione scirrhove obscuro colore marcescit: in phthisi cadauerosa est. Eademque ratione in acutis omnium ferè prima imminētis mortis signa refert, vt & motionum ac pathematum animi, omniumque commutationum, quæ crises antecedunt

cedunt. Exorditur autem ab ipsius mole quæ vel intumescit, vel extenuatur. Tumor siue inflatio significat vel feruentem in vasis sanguinem, qui venas distendit propter plenitudinem ac vapores, vnde etiam totius corporis grauitas existit, vt in synochis febribus: vel inflammationem cum humoris affluxu vt in parotidibus: vel cruditatem vaporosam refrigerato hepate, & vitata sanguificatione, vt in pituitosis febribus & leucophlegmatia. Extenuatio verò signum est interdum celeritatis morbi ac malignitatis in acutis febribus ab humorum tenuitate, spirituum vitalium paucitate cum imbecillitate facultatis retentricis totus habitus corporis coniuncta, vnde intra biduum aut triduum facies subsidet, quod lethale est. Interdum quoque minore periculo extenuatur facies propter euidentem causam, vt immoderatam vigiliam, aut incediam, aut alui profluuium: aliquando etiam propter resolutionem materiæ ibidem contentæ. Quoties itaque ex tumente facies subsidet, quia id tribus modis fieri potest, in duobus sanitatem significari docet hoc Aphorismo: in tertio mortem, vt in Aphorismo sequenti. Nam in febre non maligna à sanguine feruente, qui in sublime fertur, ob caliditatē & spiritus copiam inflata facies si detumescat cum aliis signis salutaribus, indicat calorem febrilem euaporari: natium verò propter inopiam sanguinis & spirituum seipso imbecilliorum relictum efficere, vt spiratio minor ac rarior euadat, quomodo fit in his, quos Hippocrates βραχυπνους vocat. Vox quoque lenior est & imbecillior debilitata facultate animali, & vocali materia deficiente, quæ omnia sæpe in conualescentibus ex graui morbo manifesta sunt. In certamine enim naturæ & morbi omnia grauiora sunt, & vehementissimi motus apparent: eadem victa aut victrice quiescunt ac remittuntur. Quò fit, vt hæc symptomata in moribundis extinctionem caloris natui significant, præsertim si frigidum ex ore & naribus ægri expirent. Quòd si tumor ille ex parotidibus factus fuerit, de quibus superioribus Aphorismis dictum est, vera quoque & experimento consentanea sententia est. Nam voce hæc (μετέωρος) Hippocrates vti solet tum in sublimi respiratione, in qua scapulæ mouentur: tum in tumoribus præter naturam, vt sit sensus, Quibus facies ex tumente & inflata propter parotidas humore discussio, aut vacuato, aut aliò translato subsidet; & vox, quæ ante asperior erat ob diffusionem humoris in asperam arteriam, iam facta est lenior: spiratio quoque ex crebra & inæquali rarior & æqualis; in his à refluxu materiæ ad interiora metuendum non esse, quoniam hæc symptomata resolutione materiæ & naturæ vincētis signa sunt. Contrà verò tumore subsidente cum difficultate vocis ac respirationis, maximè verò cum stertore, materia in pulmones conuersa ostenditur, vnde suffocationis periculum imminet. Eandem sententiam Hippocrates repetit initio libri de crisis, vbi signa exponit, quibus ægrum sanatum iri statim à principio conicere liceat. Ex his enim hoc primum est ac maximum, si febris ardens, aut quiuis alius morbus nulla symptomata secum afferat præter ea, quæ ipsi propria sunt & familiaria. Alterum verò, si constitutio temporis sit salubris aut contrà. Quoties enim & morbus quantumuis mitis, & aëris circumfusi morbida vis simul oppugnant ægrum, periculum mortis impendet, quia plerunque hominis natura vniuersi vim non suppurat. Tertium est, si (inquit) partes circa faciem gracilescent, & venæ in manibus, & in oculorum angulis, & superciliis quietem habeant, cum prius non quieuisissent. Huic si vox fuerit debilior, & fit lenior, & spiritus rarior ac tenuior, sequenti die remissio contingit.

Lib. de crisib.

XXVII.

Πρόσωπος διαφθαρῆ, γαμάσιμον. ἥσσαν δ', εἰ δὲ ἀχρυπνίον, ἢ λιμὸν, ἢ κοιλίης ἐκτάραξιν γέννται. κατὰ τὰς διὰ ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ τὸ διὰ ταῦτα διαφθαρέν.

*Faciei corruptio lethalis: verum minus, si ob vigiliam, incediam,*

Q 9 2

*vel solutiorem aluum id acciderit. Restituitur autem die ac nocte, qua ab eiusmodi causis facies corrupta fuit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Δ**ιαφορὴν προσώπου dicit, quum similiter iis, qui mortui sunt, subsidet forma illa viuentis hominis, permutata, collapsa mole, caractere, & colore viuo in demortuū degeneratē, vnde νεκρῶδες πρόσωπον cadauerosam, & vulgus Hippocraticam faciem appellat, quia sit descripta primū ab Hippocrate. Fit ergo ea facies intro reuocato calore & spiritu, vt in quibusdam vehemēti metu percussis. Fit exoluto spiritu & calore non insito quidem, sed subuentitio, qui videlicet fouendo primigenio quotidie regeneratur & exhalat. Fit dissoluto hoc, & eo iam prope extincto, qui congenitus appellatur. Itaque in animi deliquis & syncope aliquando exoluto spiritu, aliquando nimium compresso & in angustias contracto, facies apparet collapsa, pallida & cadauerosa. Et quemadmodum in vehemēti metu, in concussis temporibus coactus in angustias & constipatus spiritus mortem adferre potest, aut aliquid, quod morti propinquum sit ita subita gestiens latitā, subita spirituum dissolutione, exhalatio idem efficit. Id aliquando paulatim efficit vigilia, inedia, dolor, labor, aliāque id genus non irreparabili malo. Sed vbi in ardente febre tenuior spiritus exhalat, tenuior acrisque materia est, & corpus rarius, febris denique ex earum genere, quæ σωτηρικὸὶ & διαφορητικοὶ πυρετοὶ dicuntur, breui natiuus calor ab igneo euincitur, breui exhalat quicquid caloris & spiritus in corpus sparsum, atque ita irremediabili vitio facies cadauerosa contrahitur. Rectē igitur διαρίσθη vsus addit, minus lethalem esse, si ob vigiliam, inediā, vel solutiorem aluum id acciderit. In Prognostico quoque eadem aliis verbis. Rectē etiam ἡσυχίαν. Nam etiam si grauiora omnia, quæ vi morbi & intus latente causa excitantur, quā quæ externa occasione, vt vigilia, fame. Fieri tamen potest, vt & hæc externa communicent internis, simulque lateat internum vitium, & externa in perniciem accedant. Fieri quoque potest, vt vigilia internam causam habeat, quæ & vigiliam inferat, & resoluat corpus. In ardentium genere, quæ διαφορητικοὶ & σωτηρικὸὶ, vigilia est, auersantur cibos, sæpe etiam aluus liquidis, spumantibus, acris & mordentibus, flauisque admodum deiectionibus profluit. Coitio hæc & sigillatim & vniuersim corpus resoluit, & cadauerosam faciem inducit. Hæc autem, vt nequis putet externam causam positam, internam excludere. ἡσυχίαν igitur, si tantum causa externa id effecerit. Longam quoque inediā id efficere certum est. Quod etiam contingit nec febricitantibus sanis. Fames enim acriter calorem reddit, vnde & iracundior homo, & grauis ira, quam fames excitauit, lingua amaricat, sitis & alia. Et quia vicissitudinem quandam esse oportet regeneratæ substantiæ & effluentis, nisi quod perpetuò effluit, constantissima naturæ lege, id ipsum nouo alimento repares, intabescere corpus necesse est. ἡ κοιλίης ἐκταρασίς. In Prognostico ἡ τὰ ἐπινοιλίης ἐκταρασίς ἢ ἐκταρασίς idem utroque significante. ἐκταρασία enim ἐκταρασίς est, & alui vehemens exturbatio. καθίσταται autem dixit, quod κρίνεται in Prognostico, hoc est, reformatur. κρίσιν etenim hoc loco Prognostici ἐπανόρθωσιν Galenus interpretatur. Reformatur ergo, & pristina constitutioni restituitur corrupta facies die vna atque nocte, siquidem vigiliæ, somnus: fami cibus: solutæ aluo constricta suppressaque succedat. Notatis autem tribus generibus vacationis alia quoque intelligere necesse est, vacationes, hæmorrhagias, aliāque eiusmodi.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Δ**ιαφορὴν faciei corruptionem vocat, quam in Prognostico πρόσωπον νεκρῶδες faciem exitalem & cadauerosam dixit, affectum videlicet, quo facies à natura

à naturali permultum immutata manifestò cernitur, nimirum & à bene valentium facie, & imprimis à seipsa in colore, substantia, habitu ac mole. Is affectus extenuationem sequitur, non criticam, de qua dictum est superiore Aphorismo, sed symptomaticam & vi morbi inductam. Ea duplex est. Imperfecta cum laxa cute, in qua spiritus tantum & humores dissipati sunt vacatione, vt alui profluuium: alimenti defectu, vt in fame: exiccatione, vt vigiliis: aut consumpti, vt in diuturnis morbis & laboribus: aut ad interiora contracti præ ca' oris natiui imbecillitate, qui ad extremas vsque corporis partes proferre se, & exere non potest, sed solis in visceribus exiguis remanet, vt in moribundis, & animi deliquis. Altera est perfecta cum ariditate & tensione cutis, in qua non modò spiritus & humores, sed etiam carnosæ animalium partes absumuntur, & humidum primigenium solidarum partium aut sensum exiccatur, vt in marasmo, ac tabe; aut intra biduum vel triduum colliquatur propter occultam totius corporis expirationem, quæ sensui euidentis non est: vt in febre acuta colliquante, pestilente, & diaphoretica, quam planè lethalem esse scribit hoc Aphorismo. Ea igitur fit intra primum quaternarium morbi acuti, in quo tria hæc concurrunt, ἀσθενεία ἢ καθυστερήσις τῶν δυνάμεων: λεπτότατοι χυμοὶ: πυρετός θερμὸς, infirmitas facultatis retentricis totius habitus corporis: humores biliosi, tenues & acres: febrilis calor, qui ignis instar obuia quæque depascitur. Nam propter infirmitatem illam semper aliquid extra cutem vacuatur, quod propter paruitatem oculis cerni non potest, effluentibus nimirum tenuibus humoribus. Febris verò tenuissimos quidem humores etiam magis absumit, crassos autem extenuat, adeo vt mora nulla vacationi interponatur, nec multum differat ab asiduis vomitibus. aut profluuiis alui, aut immoderata per vrinas, menses, hæmorrhoidas & similes excretiones vacatione, nisi quòd hæc sensu deprehendi possunt, & humores tantum initio dissipant, licet etiam tandem ad humidum primigenium perueniant: illa autem de qua modò dixi, propter eorum, quæ vacuantur tenuitatem, visum fugit, in qua celerrimè partes carnosas depascitur calor acrior, qui instar flammæ sursum conscendit. Atque ob id nunquam facies talis ab initio contingit in morbo pituitoso, vt nec in plethorico propter sanguinis redundantiam: sed in bilioso tantum, præsertim cum indigentia in corpore inest, & labores curæque præcesserunt. Sic enim aliquis plurimum biliosi humoris accumulatur. Adiuuant regio calida, tempus anni æstiuum, cæli status calidus, & siccus, temperamentum biliosius, rara habitus textura, propter quam corpus resoluitur, atque diffatur perfacilè, ventriculi os imbecillum, victus, & similia. In quibus enim hæc conueniunt, eos hoc affectu corripere facillimum est, à quo lethalis hic vultus nascitur, nisi prius opportunè alantur. Quoties ergo eam faciei corruptionem cernimus, ad intelligendum, sitne mortifera, iubet Hippocrates considerare, primū in quo morbo talis euaserit. Nam in diuturno progressu temporis absumi corpus, ac partes extimas perfrigerari haud mirum est, sicuti nec in deliquis animi, & senectute. Plurimos enim videre licet quasi effossos terra, vt vulgus loquitur, & præ macie planè osses citra periculum vbi autem conspicerit morbum acutum esse, tum altera distinctio adhibenda est, ac videndum num à sola aliqua euidente causa & externa cadauerosa facies extiterit, vt vigilia, inedia, aut alui profluuium. In his enim (modò ne simul coniuncta sit causa aliqua interior exedens) minus inest periculi, quanquam præstaret nec ab his quidem causis vires per initia morborum exolui. His absentibus febris malignitatem causari oportet, quæ primis diebus faciem mortiferam reddiderit. Tribus autem illis causis externis inediæ, vigiliis, & alui resolutioni addere oportet alia ipsi similia, vt immodicam sanguinis è naribus, aut vtero, aut hæmorrhoidibus, aut vulnere, aut alio quouis modo, vacationem. Nam aluus plurimum profluens, omnis immoderatæ vacationis exemplum est. Præterea tristitiam magnam, quæcunque eam occasio inuexerit. Sed hanc forte sub vigiliis ab Hippocrate comprehensam, non absurdè existimari possit. Nanque vt alias ob causas, sic solent etiam & multò quidem frequentius, à tristitia excitari. Quòd autem minus lethalis sit extenuatio, & facies cadauerosa, quam huiusmodi cause induxerint, ex facilitate

restitutionis ad integritatem perspicuum est. Ea enim fit intra diei vnius & noctis spatium; quia quæ à causa externa inferuntur, celeriter abeunt, & extenuatio illa imperfecta est. Sola ergo exitiosa est in acuto morbo, intra biduum aut triduum, à malignitate febris & colliuatione: interdum etiam post primum quaternarium nondum iudicata febre. Nam post crism tum in acutis, tum in diuturnis extra periculum est vitrice natura, & marcescente morbo.

## XXVIII.

Γένετο δ' ἂν τοῖσιν. ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, ῥίς ἀξεία, κρόταφοὶ συμπεπλωκότες, ὠτὲ ψυχρὰ καὶ σωεσαλιδῶα, δέρμα σκληρὸν, χρώμα ὠχρὸν, ἢ μέλαν.

*Est autem ea facies eiusmodi. Oculi concavi, acutæ nares, tempora collapsa, aures frigida ac contractæ, cutis dura, color pallidus, aut niger.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**O**culus suo thalamo comprehensus moderanter eminet beneficio caloris & spiritus, qui humori circumfusis hoc efficit. Itaque resolutio spiritus subfidet oculus, quomodo mœrore confectis, quibusdam vigilibus & famelicis, aut longitudine morbi confectis. Id in cadaueribus, & iam aliquot diebus mortuis auiibus, quadrupedibus, & piscibus. Recens enim mortuis elucet etiam dum oculus. At paulatim euanescente spiritu & humore marcescente caui oculi & obscuri fiunt. Neque inficiandum est humorem quoque reficari, sed spiritus tenuis admodum in oculis, homini præcipuè, celerius dissipatur. Sed & musculis mouentibus & confirmantibus oculum intabescantibus, & ariditate contractis, neruis quoque & membranis reuulsis ad principium idem effici potest.

*Acute naves.* Nares cartilagine constant, pauca quidem carne in exiguis musculis, qui è malis obliquè ducti nasi pinnis inferuntur. In quibus vis retentrix imbecillior, calor acris efficiunt, vt tenuis spiritus, & humor tum insitus, tum conspersus ad instar roris, facillè in halitum disperdatur. Ex quo concidit pinnae corpus, vt tenuis, gracillisque nasus extrema parte appareat. Non omittendum, quod non temerè vulgo notatur lethali signo, naves fodere: siquidem neque à lumbricis, quod vermiculosis pueris accidit, neque consuetudine, aut humore falso insuente, vel pilo titillante, aut imminente hæmorrhagia. Sic enim sine periculo est. Alioqui graue delirium & melancholicum portendit, ῥίνας σκλήρειον notauit melancholicum signum auctor postremæ partis operis πρὸ ἰσχυρῶς ὀφθαλμῶν. Est aliud quoque è naribus ad præfagium annotandum, spirare commotis vehementer & ampliatis naribus formidabili signo. Aperiuntur naves & ampliatur inspirantibus musculis ad sua capita & malas commotis. Mobiles autem pinnae nasi necessitate quadam, vt necessitati respirationis, quæ per naves editur, inferuiant, in angina, peripneumonia, pleuritide, graui asthma, purulenti, inflammatione cerebri, ac breuiter, vbi respiratione thoracis nimium laboratur, vbi interceptæ viæ, incendium vehemens, aut proiectæ vires efficiunt, vt ne necessitati respondeat spiratio. Id genus respirationis spectari potest in sanis, vbi diutius & contento spiritu sese confecerunt. In iis ergo omnibus deffatis instrumentis spiritus naves quasi subsidio dehiscent. Nec id quidem suo robore concitatis musculis (vis enim vt plurimum languida est) sed impetu irruentis spiritus, quem musculi insequuntur. Id quod ira perturbatis, feruente spiritu, naves, labra, oculi, atque adeo vniuersum corpus commouetur & intremiscit. Itaque cum præter consuetudinem naves spirantes ampliatur, metus est suffocationis, multò magis sicui natura & adstrictiores sint naves, & angustiores. Itaque athletas legimus ea de causa in certaminibus suffocatos, quibus videlicet spirituales viæ per naves essent angustiores. Quod adstrictioribus quoque

viii

viis ab ore ad pulmones celerius accidit. Eiusque rei consilij veterinarij suis equis naves diuidunt, ne in cursu inopia frigidioris spiritus extinguantur. Eadem quoque vrinatores & spongiarios solitos sibi naves discindere scripsit Aristoteles. Efficit ergo naturalis aut parata arte narium amplitudo, vt ne tam celeriter suffocentur ægri. Cæterum defecta natura viribus celerimè succumbit ab eiusmodi respiratione: deinde ab interno incendio tardius interceptis viis quidem iis, sed non omnibus. Atque his quidem interdum refluit potus per naves ingeminante periculo, vbi viæ, quæ ad fauces pertinent, occluduntur.

*Collapsa tempora.* Tempora plurimis venis & arteriis contexta & calidiora & rariora sunt, illicque ferè vis maior feruentis spiritus & sanguinis manifestè deprehenditur. At tenuis admodum musculus ossi insidet. Quæ omnia efficiunt, vt celeriter eliquescat pars, atque ita absumpta & tabefacta tempora collabuntur. Quod subiicitur de auribus, prius expositum est. Δέρμα σκληρὸν. Quid σκληρὸν & σκληρὸν, quàmque vim habeat, abunde definitum est antea. κρόμα ὠχρὸν. Quod ὠχρὸν dicit, χλωρὸν scripsit in Prognostico. Is autem color & moribundis, & cadaueribus familiaris. Color enim floridus à spirituoso sanguine. Iam verò exhalant spiritus, sanguis autem corruptus, torpidus, ac ferè ad sua principia, qui iam paucum erat, refugit. Color autem niger rarius apparet, nisi præfocatis, sanguine in faciem verso, astrictis iugularibus, ne refluat, atque ita concrecente, nec se mouente, cohibito motu caloris & spiritus. Alioqui μέλαν colore terraceo, & qualis aurugine è liene corpori inducitur. Quibusdam enim quasi conspersa terra è ruffa nigricante, facies nigrescit squalescitque, vulgus terraceam faciem appellat, notatque lethali signo.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**H**abitus faciei periculosissimi, & planè lethalis, quo extenuatur eius substantia subito intra biduum, aut triduum, τεκμήρια signa sunt, quorum tamen quædam non solam illam colliuationem febrilem sequuntur, aut vacuationem insignem, ac manifestam, sed etiam sanguinis & caloris penuriam, aut victa natura, vt morte imminente: aut eadem vitrice, vt post diuturnum morbum. Itaque diligenter causæ distinguendæ sunt, antequam præfagium edatur, videndumque num ægro facies ea peculiaris sit, vel vitio manifestæ, aut externæ causæ fiat, vel non ab initio morbi. Iure autem illud queritur, cur carnosarum partium consumptionem hinc ex partibus faciei tantum exquirat: in tabidis verò febribus, ex aduicis vnguibus: & in elephantiasi confirmata, ex detumescente media carne inter pollicem & indicem vbi ad se inuicem ambo adducuntur. Non enim sine iudicio eam varietatem à veteribus medicis factam esse verisimile est. Causam afferunt acuti morbi calorem multò acriorem, & instar flammæ sursum conscendentem, qui absumit exiguas illas carunculas, cartilaginibus & ossibus incumbentes, quoniam minus, quàm musculorum tori renitentur & durant. Tabidorum calor æquè vniuersa, tamen multò & tardius & imbecillius extenuat: cumque æqualiter sese in omnes exiguas carnes insinuet, euidentius digitorum extrema tabefacit, quia extranei caloris vi & diuturnitate tandem extinguitur innatus calor carnes reparaturus. Is ergo prius in extremis deficit, quàm aut in facie, aut in medio corpore locis cordi vicinioribus. In elephantiacis ea est morbi proprietas, vt ad extremos digitos atra bilis crassitiem amandet, ex qua extuberant ac deformantur, nec extenuari permittuntur, & vngues inflectere. Sunt autem sex signa huius mortiferæ faciei. Primum est, oculorum cavitates, qui cum sint humidiores atque molliores cæteris partibus, plurimumque animalis spiritus, & calorem non exiguum contineant, facillimè absumuntur à calore febrili, aut contrahuntur & excuantur consumptis, resolutis, vel ad viscera propter paucitatem reuocatis spiritibus: aut conuulsis musculis subsidunt. Secundum signum est ῥίς ἀξεία, id est, vt Galenus interpretatur, ἰσχυρὸν καὶ ἀκράς, vel ἡ πέραις, extrema sui parte tenuis, non firmis natura, aut aquilinus, aut rectus, sed vi morbi talis effectus, & à naturali forma mutatus, atque præter naturam propriam astrictus, vt in moribundis, ex diuturno morbo



macie tabefactos, nimio labore accisis, aut alio quouis modo exolutis, aut animo deficientibus, atque adeo mortuis omnibus. Cum enim nasus, tantum quā alas habet, carnosus sit, reliquis autem omnibus partibus ossis & cartilagineus, carnositas eius portio tabefacta, vel vacuata concidit. Ad eundem modum, si sit vehementer refrigeratus, sicut illis accidit, qui vita functi sunt. Namque carnosae partes frigore densatae, summis partibus extenuantur. Ossea vero & cartilaginea substantia manet eadem, propter terrenam substantiam, quae non facili, ut carnosae, absumitur, aut astringitur, aut vacuatur. Tertium est, *μεταφοι συμπεπρωότες*, collapsa tempora, consumptis musculis temporalibus, quos *μεταφίτας* vocat Hippocrates. Cum enim multae venae & arteriae constent, nervis quoque mollioribus à tertia coniugatione, & durioribus à quinta, rariorem & molliorem habent substantiam, quae facili & astringitur à frigore, & siccatur à colligatione, & vacuatur ab immodica aliqua fluxione. Absumpta autem carne reliquae partes collabuntur, & cauae manifeste apparent. Quartum est in auribus, quae (ait Celsus) frigidae languidaeque sunt, & imis partibus leuiter versae. Quia enim cartilagineae sunt, ex carnes & exangues, celerrimè perfrigerantur tum à frigore externo, tum caloris & sanguinis penuria, ut ante dictum est. Leuiter inuertuntur vel siccatore humore, quem habent exiguum: vel refrigerata carnosae parte: vel nervis ad suam originem reuulsis. Quintum est, *δέρμα σκληρόν*, cutis dura: in Prognostico, *τὸ δὲ ῥμα τὸ πρὶ τὸ πρόσωπον πᾶν σκληρόν τε ἢ πῶς τεταμμένον*, cutis circa frontem dura, intenta & arida, ob eandem siccitatem & stipationem; qui affectus manifestius cernitur in fronte, quod carnosae substantia tenuior hac in parte cuti subtendatur. Tensio autem cum duritate sine plenitudine indicat non solum humores ac spiritus dissipatos, ut in extenuatione inchoata, sed etiam humidum primigenium solidarum partium. Nam integris adhuc solidis partibus cutis laxa est, & in rugas contracta: consumptis vero tensa ac dura, ut scribit Hippocrates sexto Epid. Sextum & extremum signum est color pallidus, aut niger. Notatis enim extremis pallido & nigro medios intelligit. Expallescunt vero, ut & mortui, extincto calore ac spiritu, & inopia sanguinis, à quibus color floridus est. Nigrescunt autem sanguine in faciem diffusio atque ibidem concreto, quia refrigeratur & à vitali spiritu destituitur, ut iam non diffuset; interdum etiam à crassiore fuligine aut sanguine atro, quia cutis color humorum naturam indicat, nisi in profundum recesserit, potissimum ubi pars cute nudata est, quales sunt oculi: aut cute tegitur tenui, ut facies & lingua, quoniam intra os condita est. In Prognostico addit colorem liuidum aut plumbeum.

X X I X.

*Πελαινομήμον δ' ἐπὶ τρεῖσι βλέφαρον, ἢ χεῖλος, ἢ ῥίς, συντόμως θανάσιμον.*

*Quod si vel labrum, vel palpebra, vel nasus lineat, in propinquo mors est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**L**iuor nisi mœtore, aut peculiari natura insit, vel externa causa, extinctionionis nota est, quae celerius apparet cartilagineis palpebris & genis, deinde naribus & labris.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N Prognostico damnat venulas rubras in oculorum albo, multo magis liuidas, vel nigras. Rubor enim vel copiae signum est, vel inflammationis cerebringror ac liuor refrigerationis. Refrigerantur autem (ait Galenus) quod mors sit in propinquo. Quare colores eiusmodi nunquam non exitiales sunt. Pauld post, Si vero (inquit Hippocrates) palpebrae, aut labra, aut nares una cum cuiusdam alterius signi accessione peruertantur, aut liuescant, aut pallescant, mortem non longè abesse

x. Progn.

abesse scito. Mortale vero est, & labra resoluta, suspensa, frigida albaque videri. Vbi Galenus scribit liuidum colorem signum esse extincti emortuique caloris: peruersionem vero palpebrarum, vel tensionis cuiusdam conuulsoriae, vel resolutionis vnius, aut alterius musculi, qui oculum claudit. Et si autem vtrumque horum perniciosum sit, vult tamen Hippocrates aliorum etiam signorum testimoniis confirmari praesagium mortis; qualia sunt sudor ac spiritus frigidus; non videre, non audire; deficientem, crebriorem, & minorem pulsus apparere; quasi vnum ex his signis mortem non possit certo denunciare. Idque non sine causa. Nam liuidus color vnus habet communem causam, nimirum vehemens frigus: particulares vero multas. Si enim constiterit subesse cacochymiam in vasis, liuor mœtus vel alio permixtus significat abundantiam pituitae in corpore non cuiusuis, sed valde refrigeratae, quales sunt vitrea & crudus succus: Praeterea vitiosa hepatis coctio ex frigoris vehementia gignit liuorem. Tertio pauca atra bilis mixta, liuidam facit deiectionem, ut multa, nigram. At hoc loco neque frigus, ut qualitas est positua, quam vocant, neque mixtio liuoris causa est, sed caloris natui defectus aut in parte liuente, aut in toto. Nam extinctio caloris innati, quae extremis communicat, vel visceris ingens inflammatio, quae sanguinem ad se instar cucurbitulae trahit, atque partes extimas calore ac spiritu destituit, liuorem tum in facie, tum in extremis inducit, quod lethale est, quia affectus malignus. Sic tertio Epid. frigus extremorum cum liuore ascribit, vel vehementi intestinorum inflammationi, vel extinctioni innati caloris. Vulgo quoque genarum colorem liuidum obseruant in signis lethalibus, quoties quasi contusa & suggillata apparent, ut in moribundis iam frigidum sudantibus contingit, modò ne id peculiari natura aegri, aut mœtore & lachrymis euenerit.

X X X.

*Προσώπῳ εὐχρῶσι, ἢ σκυθρωπότητι ἐν ὄξει, καὶ ὄν. μετώπῳ ξυμωγῶν ἐπὶ τρεῖσι, φρενιτικόν.*

*Faciei color bonus cum tetrico aspectu in acutis, malum. In iis contracta frons phrenitidis signum est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**uid color bonus faciei & tetricus aspectus significet, prius expositum. Cur autem corrugatio frontis phrenitidis signum sit, requirendum. Atque ea ferè quae sequitur tetricum aspectum, phrenitidi non omnino iuncta est. Plurimos enim phreniticos videas exposita fronte, non contracta. Sicuti tamen natura explicata frons est, & sine animi mœtore & tristitia contrahatur, mutata ea facies phrenitidem potest portendere. Sed quae ab animi affectu, celeriter potest restitui. Reuulsis quoque neruis frons potest corrugari. Mouetur autem sursum inrertexta neruis à primis vertebrae ceruicis & fibris peristitij. Itaque etiam sanis ex voluntate corrugatur frons. Conuulsio autem similis motui naturali, nisi quod violenta est. Morbi quoque natura hoc efficit, ut in muliere, quae *δυσάνιος*, vbi austerata tetricaque facies è mœtore & signa omnia melancholica. Quomodo enim exportigere frontem ex hilaritate dicimus, ita corrugare frontem & contrahere de mœtore, & frons inde caperata. Aliter quoque corrugatur frons ariditate, ut ante dictum est. Id in pueris, quos vulgus *hecticos* appellat, in senibus quoque videas. Siccatio autem duplex, tum quia subiacens humor absumitur, tum quia insita humiditas. Ita *ῥυτιδωδύς ἐν ὄξει* oculos corrugatos damnat Hippocrates in Epid. tum quia siccior extima oculi membrana, tum quia inani parte interiori oculi & vacua laxior & solutior euadit, neque iam distenditur. Quomodo vesica suis siccata rugas trahit & caperatur. Humectata siquidem plena, leuis, & tensa: si vacua, contrahitur in rugas. Ergo ut ad rem, vel animi affectus, vel siccitas, vel conuulsio hoc efficit, ut frons caperetur: & in delirantibus ac mente laxis, ut est materia & natura insana.

4. de sanit. tuen.

5. de locis aff. sect.

2. Prog.

3. Epid. sect. 2. comment. 5.

6. Epid.

niæ, ita ve l exporrecta, vel contracta frons est. Sed in melancholica infania magis in aridi rate & conuulsione nihil aut parùm, indicant phrenitidem.

DESID. IACOTII COMMENT.

**S**olidæ partes, quæ ex probè concocto semine prodeunt, vt cutis, exactè albæ sunt, vnde alimentum ipsarum exactè concoctum candet, tantùmque à perfectiōne deficit, quantum ab albedinis integritate. Sanguis verò exactè percoctus, nulla vitiatu cacochymia, ruborem floridum ex hepatis carne repræsentat, qui ad cutem accedens alimentu gratia pulchro rubore faciem suffundit ex albo & rubro per mixto. Nam vbi cutis exactè concocta cum sanguinis accedentis puritate iungitur, color euadit modicè ex albo rubroque constans, vt candor seminis integritatè, rubor sanguinis ostendat. Tantùm ergo in sanguine intelligitur esse prauu succi, quantum ab exacto rubore relinquitur. Vt enim vase secto in tria resoluitur: aquam, rubrum, & nigrum subsidens: refrigerat usque in aquam abit, & grumum, sic in corpore extra vasa grumescit, aut corrumpitur: intra vasa refrigeratus exalbescit magis, ac pituit osus & aquosus euadit: vbi verò excalcatus supra modum fuerit & ab immodico calore exaffatus, primùm quidem ichores aquosi putrescunt, aut consumuntur; deinde partes optimi sanguinis tenuiores in bilem abeunt: tandem crassiores in atram. In qua mutatione tantò magis augetur rubor ille floridus, quantò propius accedit ad nigrum. Rubor ergo intensior sanguinem crassiorē denunciat, & ad melancholicum humorem atque atram bilem maximè idoneum, vnde melancholia morbus, cuius proprium ac pathognomonicum signum est citra occasionem manifestam mœstitia cum timore, aut si ex occasione diutius, quàm pro causæ ratione durauerit. Proinde in Prorrhethico scribit Hippocrates, faciei colorem bonum & mœstitiā multam, malum esse. Nam cum faciei cutis rara sit, atque tenella, caro autem subiecta laxa, & mollis; illa ceu per vitrum oculis repræsentat colorem: hæc substantiam tum sanguinis, tum fuliginis & vaporum crassiorum faciliè combibit, vt ex faciei colore manifestum sit, qualis sit in corpore sanguis, maximè verò in capite. Fieri autem non potest, vt in morbo bene colorentur ægri secundum naturam, quòd morbus decolorat faciat. Quare subesse causam aliquam præter naturam necesse est, quæ ægros bene coloratis similes reddat, & rubore aliquo suffundat. Ea in febribus multiplex est. Sanguinis in pulmone putrentis fuligo, in affectibus thoracis: in plenitudine capitis, copia cum grauitate: in accessione & vigore, vapor natura sua sursum latus, & in faciei superficie diffusus, nec exhalans propter epidermidis densitatem: imminente crisi & in febre acutiore, instans hæmorrhagia: in diuturniore, parotis: extra crissim in lethali febribus modò cum mœrore, modò cum risu, infania principium. Quoties ergo sine criseos expectatione florida ac rubens facies apparuerit in febre essentiali, idque præter naturam peculiarem ægri, siquidem æger valde tristis deprehendatur cum terrico vultu & perturbato, quædam in cerebro valde calida affectio esse videtur, quæ sanguinem exurit, eamque ob causam bilem atram generat, vnde certò phrenitidem in acutis, & melancholiam præfagire licet. Frons autem contracta & corrugata mœrore prænumcia est, vt exporrecta, hilaritatis, nisi vel reuulsis fibris neruorum, quos recipit à ceruice, contrahatur, vt in conuulsione vel ariditate, vt in senibus & conualescentibus. Terricus verò aspectus ostendit magis vltam materiam, vt & taciturnitas, ac mœror. Licet enim mœstitia proprium signum sit & inseparabile melancholiæ, quædam tamen in ipsis deliria interdum apparent cum risu, cantu, iocis, tripudiis, vbi permiscetur sanguis, qui dum vritur, multò, quàm ante, magis splendet, vnde animo spes, vigor, & alacritas per intervalla oriuntur, licet non absoluantur à communi melancholiæ mœrore. Vt enim sanguis splendore imprimit in animum; ita melancholicus humor & atra bilis obscuritate. Illinc lætitia sanguinei humoris soboles: hinc tristitia & terricus aspectus. Dum enim animalis spiritus simul cum cerebri substantia nigredine inficitur, fit, vt quamcunque externam speciem horridè & corrugata fronte recipiat, atque cum mœrore, non secus, quàm si triste esset, quod recipitur. Particulares autem imagina

2. Prorrh. 14.

imaginationis quædam ex humoris aut vaporis qualitate originem trahunt: aliæ ex specie, quæ aut primùm, aut maximè infanienti impressa est: quædam etiam ab occulta ratione.

XXXI.

Περὶ προσώπων εὐχροία, ἢ ἰδρωτὲς ἀπυρέτοις, κόντρανα παλαιὰ ὑπερβύζει οἱ σημεῖα, ἢ διαίτης ἀλλοτρίης.

*Circa faciem color bonus & sudores non febricitantibus, stercore vetusta subire significant, aut inordinatum victum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**υχroia color est rubeus & floridus, qui aliquando naturalis est, aliquando aduentitius vaporibus & humoribus fit. At diutius cohibito stercore necesse est caput vaporibus & humoribus repleti, qui si acriores sunt & calidi, ruborem faciei inducunt, sudores quoque mouere possunt. Et intemperata inordinatæque vita vapores in caput: cruda, in corpus feruntur. Cruditas in ventre, quæ dum diffluit, vetus excrementum depellit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**n febre, quid faciei rubor præfagiendum esse indicet, superiore Aphorismo dictum est. Absque febre verò, multis de causis fieri potest. Nam pustulae rubentes tum in naso, tum in reliqua facie tenuis biliosique sanguinis immodicè aucti, aut consuetæ eius vacuationis suppressæ in eas sedes impetum denunciat: rubor verò sine pustulis perpetuus ac constans, feruidioris sanguinis nota est: ex interuallis recurrens, solius vaporis eò sublato, aut tenuis humoris nondum impacti, præsertim in ætate media. Nam in pueris ac senibus non insalubris. In iuuenibus verò color ille viuidus sæpe ex viscerum internorum impuritate ortum habet. Quòd si malæ suffundantur rubore saturato & vt cunque nigricante, partes autem vicinæ ad tempora, nasum, & buccas expallescant, vomice si visceris alicuius argumētum est non contemnendum; sæpe malè affecti pulmonis, aut inflammati, cum insignis rubor ambas maxillas inuadit. At si præter consuetudinem facies rubeat cum sudoribus, humorum copiam ac plenitudinem in capite, sanguinisque calidi sursum impetum denunciari certum est, ex quo conicere licet in calidiore hepate immodicè sanguinem augeri, aut consuetam aliquam vacuationem supprimi, aut egrum praua victus ratione vti. Omnis enim rubor vel sanguinis copiam, vel interiorem phlegmonem, vel calidam intemperiem sanguinem exurentem, vel visceris corruptelam, vel sanguineos vapores ostendit. Duriorē autem aluum in his esse, qui plus æquo rubent ac sudant, rationi consentaneum est tum propter humorum motum sursum: tum propter hepatis immodicum calorem, cum raritate habitus corporis coniunctum. Sudor enim humorum copiam, tenuitatem, & cutis raritatem sequitur. Sic in Aphorismis, ex sudore noctu plurimo absque manifesta causa corpus plurimo cibo vti colligit Hippocrates. Si verò cibum non assumens eger idem patiatur, significat, quòd vacuatione indiget. Etenim sudor ab imbecillitate sola & corporis raritate esse potest: multus verò semper immodicam copiam ciborum testatur, qui vel assumuntur, vel assumpti sunt. Illud inordinatam victus rationem sequitur: hoc stercorea vetusta significat. Perinde igitur est, ac si diceret, faciei colorem bonum cum multis sudoribus absque febre, ostendere hominem vel plurimo cibo vti: vel purgatione opus habere, aut vacuatione per venæ sectionem.

XXXII.

Τὸ εὐχρῶδες ἐρυθρῶμα, καὶ ἰδρῶτες ὑγχαμοδῶντος σημεῖα.

Rubo



& nubes incidat in spiritum humoribus intermiscetur, vel macula quaedam membranis inducatur, ἀλαμπες ὄμμα sine splendore, aut eò certè impuro redditur. In aëre ἀχλὺς & θόλωσις est. Quomodo enim aër externus & caliginosus & nubilus vaporum copia redditur, & limpida aqua commota & aliis confusa perturbatur, eodem modo & spiritus corporis & humores pati necesse est. Est & aliud vitium è venis, quas notat in Prognostico, ἢ λευκὰ ἐρυθρὰ ἢ φλέβια πέλια, ἢ μέλμα, unde & καθαρότης puritas oculi videtur. Itaque extrema tunica supernata musculis, qui oculum mouent, ὑμένα ὑπερφυσία vocat, quæque copula est reliquarum membranarum è pericraeo vnà cum venis deducitur, & ad coronam vsque pertinet. Atque eiusmodi venæ, nisi pleniores existant, vix apparent, quomodo in ebriis, temulentis, iratis, inflammationibus & suggillatis. Sed hæc sine periculo ferè sunt. Quòd si maculantur rubro, neque eorum quicquam in causa est, inflammatio vel cerebri, vel ventriculi significatur, ab utroque periculum graue est, nisi deterfo rubore sua oculo puritas reddatur. Ex eo in capitis vulneribus lethale signum facit rubere oculos Hippocrates, unde videlicet inflammatio cerebri cognoscitur. Facile enim per futuras ineuntibus exeuntibusque venis, & è pericraeo ad eam tunicam adductis cerebri iniuria se prodit. At quomodo in externis inflammationibus, quæ in gangrænam abeunt, rubor in nigrorem & liuorem permuratur: ita è rubro color venularum in nigrum, aut liuidum transit extincto calore & spiritu, vbi iam quasi emortui oculi impurique languent. Atque hæc, quod ad oculum attinet, quæ quidem à medico conspiciuntur. Nam & ægro impuritas quædam & obtenebratio sentitur aliquando quidem purissimo, quæ quidem intueri licet, oculo. Sed de hoc paulò post. Ergo si quidem eiusmodi oculus vel rubens, vel turbidus, vel à venulis liuens & niger in integrum restituitur, salutare indicium expectatur: breuius quidem, si ea omnia celeriter: tardius, si lentè reuocatur ad naturæ colorè & splendore. Ex eo enim interna vitia sanescere, & perturbationes cõquiescere intelligimus.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**A**D affectus oculorum transit Hippocrates, quos non immeritò vulgò aiunt primos omnium interire ac senescere, cor vltimum. Oculi enim vt valent (inquit Hippocrates) ita & totum corpus. Cùm enim cutis color sitis naturam indicet, nisi in profundo occubuerit, potissimum id efficitur, vbi pars cute nudata est, quales oculi sunt. Præterea oculus & mundissimus est, & tam mollis, vt vitri instar contentum colorem latere non permittat. Splendet quoque, quia multo spiritu ex cerebro repletur: ob idque totius corporis dispositionem omnium ferè primus recipit ac representat, maximè verò humorum, spirituum, cerebri, meningum, & omnium facultatum. In his enim, qui in animi deliquium incurrunt, vel vires aliter exolutas habent, nemo manum, vel crus, vel aliam faciei partem relictis oculis contemplatus, de virtutis robore, vel debilitate quidpiam inuenire poterit, quomodo faciet, si oculos conspexerit. Etenim in ipsis tanquam in speculo quodam perspicuè elucet ac leguntur tum robur facultatis, tum imbecillitas, cùm alij palpebris apertis clarè videant, alij verò ipsas aperire nequeant. Ex colore quoque ipsorum ac mole de vitibus coniecturam facimus, quòd his imbecillis concaui oculi appareant, & squalidi, & malè colorati; firmis verò & constantibus colorentur, tumescant, & splendidam habeant humiditatem. Illic enim spirituum inopia, hic verò copia horum effectuum maxima causa est. Sic igitur oculi & robur atque debilitatem, & bonum ac malum colorem mutant ex consequo dispositionis totius corporis. Nam si boni coloris fuerint oculi, τὸ γῆγον (ait Hippocrates) id est, totum corpus salubriter habere ostendunt. Si verò malum quendam colorem contraxerint, confestim & corpus totum læsum esse indicant. Meritò ergò Hippocrates in his præfagijs, quæ ab oculis sumuntur, obseruandam imprimis iubet puritatem illam & nitorem admirabilem, quem καθαρότητα vocat, atque ex eò colorem, quem venulæ in ipsorum albo similem humoribus intus contentis inducunt, cùm in oculis celerius quàm aliis partibus, colorū mutatio appareat propter munditatem ac splendorem. Est autem καθαρότης puritas perfecta & integra, quous neque in spiritu,

spiritu, qui multus affluere debet & æthereus: neque in pupilla & humoribus cristalloide, albugineo, ac vitreo: neque in membranis vlla obscuritas, perturbatio, tectio, corrugatio conspicitur. Sic enim oculi natura duplex est. Vna ætherea, propter quam igni dicuntur Platoni, ignis nomine non pro flamma, aut pruna, sed pro splendore sumpto. Altera aquea propter humores & membranas, quæ sunt frigidæ & humido temperamento. Puritas ad vtramque pertinet, cùm & albū lacteo candore nitidum est, & è pupilla serena acies emicat, suoque splendore nitet sine aliena mixtione, unde certissimum argumentum sumitur integritatis facultatis animalis, vitalis, & naturalis in ea dispositione, in qua alia signa totius iunguntur ad eandem significationem. Ita enim audiendus est Hippocrates, cùm ex oculorum temperamento totius temperamentum colligit, nempe in tēperatura corporis aequali, in qua indicium de vna parte habet locum in reliquis, aut alia signa non repugnant: idēque iudicandum de intemperie & affectibus præter naturam tum in visione, tum in oculorum motu. Impuritas verò ex contrariis dignoscitur, causamque habet vel aduentitium humorem aut vaporem: vel spirituum animalium perturbationem & inflammationem, vt in febribus acutis à bile, cerebri inflammatione, calore totius igneo, critica agitatione: vel eorundem spirituum & sanguinis inopiam, vt in deliquis animi, vacationibus manifestis ac morte. Cur autem venulæ liuescant, aut nigrescāt, dictum est paulò ante. Sed si, vt ibi exposuimus, liuor aut nigror à refrigeratione est, & caloris natui extinctione, quomodo pristino colori ac nitore restitui possunt? Præterea si restituantur, quomodo id signum criticum erit, cùm in agitatione critica nitidi etiam ac puri oculi variè perturbentur & colores mutant? Nimirum nigror non semper sequitur ad auctā calidi extinctionem, sed etiam ad decumbentem humorem ex vasis in partē nigrescentem: liuor verò tametsi ad solam extinctionem sequi dicatur in pedibus ab Hippocrate: alibi tamen etiam fit in transitu à nigro ad album. Nam secundo de fracturis duplex liuidi coloris generatio traditur: vna dum à floridis caloribus flauo, vel rubro peruenitur ad nigrū per extinctionem caloris: altera, dum à nigro ad album per eiusdem caloris actionem. Primæ mutationis exemplum est, dum sanguis extractus à vasis continētis frigore primū liuescit, tandem ater euadit: secunda, dum quod nigrū est, suppuratur, tendensque ad puris albi generationem, vel ad resolutionem, liuescit. Ita ergo venulæ nigræ ac liuidæ restitui possunt, quādo fuligo aut humor nigroris causa est, non caloris absoluta extinctio. Id autem κρίσιμον (ita enim legendum est, non κρίσιμὸν; quia sequitur, σημαίνει κρίσιμ) dixit Hippocrates, non quòd criticam perturbationem significet, sed mutationem in melius. Hippocr. enim verbum κρίσιμὸν variè vsurpare solet, propriè quidē pro eo, quod est, morbum omnino solui, vel efficere mutationem insignem in melius, vt primo de victus ratione in acutis: interdum etiam pro, minui, aut degenerare in alium morbum, vt πρὶ παθῶν, κρίσιμὸν (inquit) ἐστὶν ὅταν τοῖσι νόσοισι ὅταν αἰ νόσι ἢ ἀξωνται, ἢ μαρῶνται, ἢ μεταπίπτωσιν ἐς ἕτερον νόσημα, ἢ τελευτῶσιν, id est, iudicari in morbis dicitur, cùm morbi augentur, minuuntur, aut degenerant in alium morbum, aut terminantur. Perspicuum autem est, quòd puritas & color celerius redierint, eò celerius futuram crīsim, & contrā. Nam inde naturæ victoria, & humoris aut vaporis resolutio significantur.

## XXXV.

Τὸ ἀχλὺδες τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ τὸ λευκὸν ἐρυθραμόμυρον, ἢ πελαμομόμυρον, ἢ φλεβῶν μελάνων πληρέμυρον, ἐκ ἀστῆτον.

Caligo oculis, aut si album rubescat, vel liuescat, vel venis nigris impleatur, non est bonum.

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**T**ὸ ἀχλὺδες dixit, quia vel hebetior est oculus, vel quia velut umbra quadam & caligine suffusus. In Aphorismis Austrū dixit ἀχλὺδες, quia tardet perturbatio.

bétque sensus. Ergo in oculo laudatur λαμπρόν lucidum : damnatur ἀλαμπες. In laude καθάρων purum: in vitio ἐρυθρανόμονον, πελαγονόμονον, μελαινόμονον, quia sic oculos commaculent. Probatur αἰθρῖον serenū: vituperatur ἀχλὺ δέσ, & quod alio loco ἀμαυρόμονον, obscurum est. Est autem ἀχλὺ duplex, quia crassior & caliginosus spiritus, & quia ad instar commotæ aquæ perturbatus. Itaque spiritus, qui antea blanda leuīque exhalatione sanguinis fouebatur, aut mediocriter humido tepidōque vapore, nunc crassiore fuligine, obscuris fumis, & vaporibus perturbatur, orbatusque suo calore elanguescit & splendorem suum omittit. Quomodo enim purus aër est & serenus, vbi calor cœli, qui non vrat, sed omnia foueat, illustratur, & nihil crassioris frigidiorisque vaporis, aut fuliginosæ expirationis aliunde recipit. Contrā verò vrens calor excitat fumos vaporesque crassos, & σκιώδες, & ἀμυλώδες, & ορφνώδες, & νεφελώδες, aliāque id genus fiunt. Neque enim alia ratio aëris & vniuersi, alia spiritus in nobis. ἐρυθρανόμονον & cetera proximè exposita. ἀσείον intelligit signum bonū & facilè, quomodo ἀχρῖον pefsimū & fetinū dicit aliquando.

DESID. IACOTII COMMENT.

2. Protrh. 11.

**I**N Protrhetico, ὁμια ἀμαυρόμονον, φλαυρόν, καὶ τὸ πεπηγός, καὶ ἀχλὺ δέσ, κακόν. Hebetatus oculus, malum: & cōcretus immobilisque & tenebrosus si fuerit, malum. Galenus ἀμαυρόμονον genus facit ἀχλὺ δέσ ὀφθαλμοῦ. Etenim in utroque affectu obscure cernit æger, verūm in amaurosi (offuscationem, seu hebetationem visus appellat, recentiores guttam serenam, cum morbus est per se, non febris symptoma, vt hoc loco) nihil turbulenti aut caliginosi obuertatur ob oculos. Est enim ἀμυρωσις, vt ibidem scribit Galenus, obscura imbecillaque instrumentorum sensio, sine turbidæ imaginis conspectu, in qua oculi mortuorum, aut morientium similes cernuntur, aut eorum, qui ad extremam senectutem peruenerunt, interdum cum febre, nonnunquam sine febre: peculiari oculorum vitio: aut etiam cerebri & facultatum. Nam quæ sit repente, in opticorum neruorum affectum reicitur, qui humorum crassorum defluxione cum grauitate capitis laborant; aut resolutione, in qua vel tardè, vel nihil omnino mouetur oculus: aut rupta ab istu vel casu, in qua oculus intus prominet, deinde excauatur, nec alitur. Interdum etiam nerui optici vel inflammatione, vel scirrho intercipiuntur, aut quomodolibet aliter obturantur, vnde animales spiritus ad cristallinū humorem ferri prohibentur continuata serie. Potest enim obstructo optico distendi cornea & spiritu visorio turgere, nec tamen facere visionem, quia vis animalis ita in musculis sensoriis per spiritus præsentiam operatur, si continuitate ad principium non priuatur, idemque iudicium est de arteriis & neruis, quibus ligatis, aut compressis, illic non fit pulsatio, hic motus. Sed cum cristalloidi ab interna quidem parte retiformis, choroides, scleritica, & cōiunctiua tunica: ab externa verò, arachnoides, vasa, & cornea circumstent: adit etiā & vitreus humor, quo nutritur, & aqueus, à quo cornea sustinetur, ne in illum collabatur, perspicuum est non in opticis tantum neruis, sed etiam inter vitreum & cristallinum, retiformem & vitreum, choroidem & retiformem, scleroticam & choroidem, posse aliquam esse obstructionem, à qua deferri iidem visorij spiritus prohibeantur. Verum quoties aliquid interponitur inter cristalloidem & corneam, visa apparent suffusis similia, quod assueta cristallois externæ visioni, quæcumq; intus sentit, extra sita esse iudicet. Ante glaciale verò opacū si in totū obstruit, visio tollitur; si partē, ob exiguū spiritū delatū exiliter vident ægri, & omnia obscura discernūt: imagines tamē nullas in obiectis fingūt, quod est amaurosis proprium. Quod si non repētè, sed sensim incidat amaurosis, vel humorū oculi inopia, aut crassities & lentitas in causa est: vel membranarum corrugatio aut densitas: vel spirituum paucitas, aut crassities. At in caligine, quam ἀχλὺ vocat Hippocrates, & τὸ ἀχλὺ δέσ, præter visionis hebetudinē ægri se veluti per caliginē quandā mediā inter nubē ac nebulā cernere putāt. Si tamen quis oculū diligenter intueatur, ipsum quidē acie hebetiorē deprehendet, absque tamen vilius humoris præter naturam cōcretionē, nisi quod humidū in pupilla obscuritate quadā suffusū & caliginosū cernitur, quod sanitatis tempore lucidum ac nitidum esse solet. Hoc autem fieri potest mutato

mutato propter substantiæ arefactionem colore albescentis glacialis, aut intra albuginem recepto crasso & opaco humoris halitu, necdum vt in suffusis, concreto: aut vaporibus è cerebro, vel ventriculo ad cerebri membranam ascendentibus, & ob vixæ cum illa cerebri continuitatem mox ad oculi pupillam delapsis, & substantiæ suæ opacitate intra albugineum iudicium visilium interturbantibus, vt ante bilis vomitionem contingere solet. Visorum enim duo genera sunt: quadam delirantium propria, & propè omnium, qui vita funguntur. Hi enim clausis oculis propter idolorum vagum & incertum motum videre se credunt, quibus cum loquuntur, à quibus terrentur, & exiliunt. Alia sunt qualia suffusis, nempe apparitiones, vt ita dicam, externæ propter opacum vaporem interpositum cristalloidi, & corneæ, quæ intuenti sese offerunt, quasi ante oculos sitæ sint, cum nihil minus reipsa content. Is autem vapor aut è ventriculo, aut è cerebro in eum locum fertur, aut è pulmone, vel totius vasis, vt in phrenitide, cephalalgia, pulmonia, acuta febre, exustis humoribus, & capitis intercessu ad oculos accedente halitu, in quo nō suffusionis periculum est, sed vitæ ex significata humorum vitione. Cum enim non quiuus halitus visum ita obscuret, & impediatur, nisi præ vitione crassescat, multa intelligitur corporis inflammatio simul cum vaporis copia, quæ intra caput contineri non potuit. Vereres Hippocratis interpretes ita ἀχλὺ δέσ accepere, vt caliginem quandam in oculis concreuisse putarent ob affectus siccitatem & calorem. Alij causam dicebant esse in spiritu animali, quem vapor teter caliginosum reddidisset, aut humorem à cerebro per neruum opticum in oculos irruentem. Quod subiicitur, τὸ λευκὸν ἐρυθρανόμονον, album oculorum rubens, distinctione opus habet. Interdum enim is rubor à causa externa excitatur, vt ab istu, casu, calore, propter quem spiritus & sanguinis fit concursus, & ex his rubor, cuius rei argumento est frictio, quod ad præfagium nihil confert: interdum verò signum est criticæ hæmorrhagiæ, quomodo scribit in Protrhetico, Cervicis dolores, impensè rubros oculos, eruptionis, sanguinis prænuncia. In ophthalmiis quoque quibusdā & ebris ac saggillatis oculi rubescunt. In febrilibus verò symptomaticè accedens rubor, aut copiam sanguinis ostendit in capite, aut inflammationem cerebri, vel ventriculi. Ac cerebri quidem & membranarum inflammationes aut in cerebro feruentissimæ: bilis motus sanguinem ad oculorum venulas exprimunt præ copia, atque effundunt in extimam tunicam oculi, quam adnatā vocant, quæque ad coronam protenditur, & reliquarum membranarum copula est. Etenim venas habet à pericranio: pericranium verò propagines quasdam recipit eorum vasorū, quæ foris intro subeunt, & ab anteriore cerebro foras disperguntur per suturas. Ita fit, vt affectus cerebri & meningum inde dignoscantur, qua parte extremum pericranii vnā cum venis ad eam membranam pertinet. Ventriculi quoque inflammationes is rubor interdum denunciat, præsertim cum singultu, modò ne ob vehementiam motus & conatum ad vomendum inductus sit per Aphorismum, A vomitu singultus & oculi rubentes malum. Obseruatum quoque est, quibus hepar aut pulmo dextra parte nimium incaluit, aliquot diebus ante mortem dextrum oculum crubescere, ac dolere: & alius dextrum, alius sinistrum oculum emarcescere in morbo exitioso, quod vulgus annotat. Liuor autem in oculorum albo, semper caloris extinctionem significat refrigerato sanguine cum spiritu, aut intercepto, nisi quando fit transitus à nigro in album, aut colorem medium, vt ante exposuimus. Nigror verò in iisdem venulis, vel ad eam causam sequitur, vel ad sanguinem corruptum aut atrum ab inflammatione meningum. Quod autem signa hæc maligna sint, & cæteris consentientibus lethalia, ex grauitate & magnitudine causæ intelligitur semper excipiendo eos rubores, qui in perturbatione critica, aut peculiari oculorum vitio sine consensu cerebri exoriuntur, quod perpetuò in his præfagiis subaudiendum est.

3. Protrh. 44.

7. Aphorif. 3

XXXVI.

Ἡ λαυρόν ὁ καὶ τὸ πῦρ ἀγγλῶ φέρειν, ἢ διακρύβειν, ἢ διασπέρφειν, καὶ τὸ ἕτερον ἐλάσσω γίνεσθαι, πονηρόν. καὶ τὸ τὰς ὀφθαλμοῦ διαρρίπτειν, ἢ λημία



μικρὰ περὶ αὐτὰς, ἢ αἰγίδα λεπλῶ ἴχεν. ἢ δ' ἄλκυον μέζω γίνεσθαι, ὅ δ' μέλιν ἐλάσσω. ἢ κρύπτεσθαι ὅ μέλιν ὑπὸ δ' ἄνω βλεφαρόν.

*Malus est oculus, qui refugit lumen, aut lachrymat ur, aut distorquetur, & alterum minorem fieri, malum est: & oculos frequenter agitare ac iactare, aut paruas lemas ac sordes circa ipsos, aut concretionem tenuem albicantem habere, aut albam partem maiorem fieri, nigram verò minorem: aut nigram sub palpebram supernam occultari.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**R**efugiunt lumen ægri peculiari vitio oculi nullo periculo, nisi commune malum à principio, hoc est, cerebro connectatur, aut quia viscus aliquod malè affectum, vnde aliis tantum dexter, aliis tantum sinister oculus ante obitum emarcescit, & obscuratur lethali signo, vel plebeculæ annotato. Idque vel viscerum internorum contagione, vel peculiariter oculi morbo & infirmitate. Est autem naturale gaudere luce & tenebras fugere. Sequentium symptomatum causæ in Prognostico expositæ sunt. *Αἰγίδα* verò quid intelligat, parum constat, nisi vel *πάραφρι* quendam morbum oculi, vel agitationem oculorum, qualem procellæ turbinesque terra marique commouent, aut concretum quoddam implexis cilliorum pilis lentore pituitæ, vel denique vlcuscula quædam, aut abscessus in angulis. Quæ omnia perturbationem animæ, aut excrementorum copiam, quam imbecillitas contrahit, ostendunt. *λεπλῶ* autem leuem intelligit, quomodo antea. ἢ τὸ λευκόν. Aut album quidem maius, nigrum minus. Hippocrates multum vitur vocibus popularibus, & *Ionía* vulgò vsitatis. Itaque oculum ferè partitur εἰς τὸ λευκὸν καὶ μέλαν, in candidum & nigrum, ac album quidem manifestum. Nigrum autem peculiariter pupilla est, deinde quicquid iride circumscribitur. Ergo nigrum minus apparet dissoluto spiritu, qui antea in eum humorem fusus, qui inter cristalloidem & rhagoidem medius est, pupillam ampliabat. Aut etiam humoris eius medij inopia atque consumptio. Alioqui concidens & elaxata rhagoides, vel extensa. Ac ferè in humore & spiritu vitium est, quia vterque consumitur, *φθίσιν* Paulus appellat. Est cum sublata in genam superiorem pupilla album cernitur maius, nigrum minus, quod *ὑποφασίαι* alij vocant in hoc opere. Sed de hoc alio loco. At vt album maius appareat, corneam tendi & rhagoidem contrahi oportet. ἢ τὸ μέλαν. Si pupilla superiore gena occultatur, quod in Prognostico ἢ γὰρ τὸ ὑποφασίαι εἰς λευκὸν ἢ βλεφαρόν. Id autem aliquando resolutis viribus multa vacuatione, vel consuetudine. Præterea addit in Prognostico, *μὴ ἐκ διαφθορῆς ἢ φαρμακοποσίης, ἢ μὴ ἐθισμένω*. Hoc ergo sic apparet vel palpebris non commissis imbecillitate musculorum claudentium & coniungentium, vel reuulso nigro cum rhaguide versus principium (nascitur autem rhagoides à tenui meninge) aut reuulsis iis, qui oculum sursum adducunt. Hoc vulgus torquere oculos in caput.

DESID. IACOTII COMMENT.

**L**umen refugere Galenus interpretatur *ἀποσπέρεσθαι* auersari, nec posse ferre. Causa communis est imbecillitas facultatis videndi, quæ à cerebro in pupillam affluens obiecti vehementioris occursum offenditur. Ea autem vel ob instrumentorum affectionem laborat: vel per seipsam affecta est. Illud non ita periculosum est, quod oculi potius, quàm facultatis vitium sit, vt in ophthalmia. Oculi enim (ait Galenus) vlcere laborantes, aut suppuratione, aut staphylostate, aut phlegmone insigni, aut denique acri fluxione, ex quocunque vel paruo lumine offenduntur quàm maximè. Interdum etiam ex multa vini potatione, aut vomitione vehementi, aut vetriculi inflammatione incute morbo lucem auersantur oculi, lachrymantur

x. de officina  
med. cap. i.

mantur peruertuntur, exeruntur, extumescunt, rubent signo per se non lethali. At in febribus cum facultas per seipsam laborat, & graui symptomata cerebri inuadunt, aut phrenitidis prænuncia est illa lucis auersio, aut mortis. Nam cum viscerum spiritus ex luce excitentur, vbi per incrementa febris vel ex calore, vel ex dolore capitis, aut partis in eo alicuius concitati iam sunt, lumen refugit æger. quod ab hac spiritus agitentur etiam violentius. Ex hac itaque summa spirituum animalium commotione phrenitidis suspicio iniicitur, quanquam & hoc ipsum in Cephalæa accidit ob eandem causam. Sin verò remisso iam certamine natura expugnata fatiscat, oculorum autem splendidum instrumentum collabatur, & aquæ humor absumatur, tunc quidem lucis auersio exitiale omnino signum est, & ægri iam iam morituri certissimum argumentum.

ἢ *δακρύσιον*, aut illachryment: in Prognostico addit *ἀπροαιρέτως* sine voluntate. Lachrymæ enim, quæ præ dolore, misericordia, aut animi alia affectione exprimitur, nihil mali denunciant. Quæ verò inuoluntariæ sunt, licet in oculis ipsis videantur habere generationem, atque ideo ipsis, non cerebro, aut toti corpori attribuari, interdum tamen à cerebro deriuantur, & à toto corpore interuentu cerebri, vt possint illius statum indicare. Sed & in ipsis oculis obortæ, indicia quoque sunt similitum affectionum in reliquo corpore. Primum ergo ad præfagium distinguere diligenter oportet, num illæ lachrymæ inflammatis oculis decident, aut ex fluxione aliqua è capite oriantur, an verò ab imbecillitate facultatis retentricis existant. Primis enim duobus modis contra naturam quidè sunt, non tamen proflus mortiferæ, quin interdum etiam non imutiles. Nam circa statum morbi antegressis coëtionis signis perturbationem criticam adesse ostendunt, & hæmorrhagiam potissimum denunciant. Sæpe etiam per morborum initia ex multa vini potatione, aut vomitione violèta, aut ophthalmia, vel antiqua distillatione lachrymæ funduntur periculo non admodum metuendo. Deteriores multò sunt in vehementi phrenitide, vt in Dealcis vxore, sanie tenui ex inflammato cerebro in oculos redundante. Omnium autem exitiosissimæ sunt in acutis *δι' ἀρρωστίαν τὴν κατέκτησεν οὐκ ἀμωσ* exoluta & extincta facultate retentrice insita ipsius oculi substantiæ, musculis ac carunculis, quas angulis oculorum natura obduxit, quasi præsidia quadam arcentis lachrymis. His ergo partibus contabefactis, & musculis resolutis lachrymæ nolentibus effluunt, quarum materia in nares diuertere debuit, haud sic utique resoluta sphinctere vrinæ & feces. Quam causam à cæteris discernere licet ex oculorum cauitate & extenuatione. Quod si itaque retentrix in membro natura humilissimo deficiat, proximum exitum inde præfagendum esse docet Hippocrates, & in reliquis partibus iam iam defecturam similiter retentricem.

ἢ *ἀσπέρεσθαι*, aut distorqueri. *ἀσπέρει* in oculis duplex. Vna, cum ipse oculus peruertitur: altera, cum palpebræ tantum. Oculi autem motores musculi sex numerantur à Galeno, quibus accedit septimus opticum circundans. Primi quatuor sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, oculum mouent, quæ motus differentie reliquis etiam corporis partibus communes sunt: duo verò adduntur circumuoluentes, ad angulum minorem vnus: ad maiorem alter. Hi ergo musculi conuulsif ad se præter naturam oculum trahunt: resoluti verò vna parte in oppositum situm adduci sinunt. In musculis enim, qui alternis agunt ac cedunt, resoluta vno trahit alter, vt pars immobilis maneat, quæ resolutio frequentissima est absque febre: vt cum febre, conuulsio. Quod si voluentium musculorum alter resoluatur, obliqua erit totius oculi peruersio, ita vt secundum sanæ pupillæ reſtitutionem collocetur, sed inclinè infra minorem angulum in conuulsione voluentis musculi in eo angulo constituti: vel infra maiorem, vbi voluens angulum maiorem conuulsus est. Qui verò circumdat opticum, vt oculus in opere suo tendatur, & animalis spiritus per rectos ac tenfos opticos defluat, si resoluatur, quoniam non commode sustinet oculum, ipsum foras exeri, & quasi procidere sinit: si verò conuellatur, prohibet, ne circumducatur oculus, & in varios situs deflectat. Quoties ergo oculi peruertuntur his musculis conuulsis, si affectus illorum tantum est peculiaris ac proprius, non magno opere metuendum: si verò à principio neruorum, id est, cerebro prou-

niat, extrema pernicijs significatur. Siquidem principij passiones proximi nervi ante alios sentiunt, modò quidem illi, qui ad hos oculorum musculos feruntur: modò verò temporales, qui à Græcis κρηταφίτοι dicuntur. Porro alterum oculum minorem fieri, quàm natura factus sit, symptoma quoque mortiferum est, vt quod indicet spiritum, calorem insitum, humorem tum natium, tum alimentarium deficere, & facultates principes extingui humoribus ac tunicis præ siccitate concidentibus. Alterum autem non vtrumque dixit, quòd non similiter facultas animalis in vtrumque descendat vel ob maiorem vnus, quàm alterius infirmitatem: vel ob visceris interni, cui è directo situs est, latens vitium, vt ante diximus.

καὶ τὸ τὰς ὄφθιας πικρὰ διαβήσκειν. Id est, oculos subinde, & assiduè dimouere. In Prognostico oculi sublimes & ἐναωρῆμοι dicuntur ab Hippocrate. Galenus interpretatur ἀσηκτὸς ἢ κινωλὸς διαπαντός instabiles & perpetuo motu agitato à musculorum tremore propter siccitatem, quæ prorsus est incurabilis: aut à delirio propter inflammationem cerebri, aut bilis feruorem, qua parte nervi in oculos perueniunt, aut propter defectum maiore periculo imbecillioribus tum virtute, tum instrumentis. Deliria nanque grauissima sunt, quæ ob defectum proueniunt. Oculi autem ad eum affectum aptissimi sunt, quia mobilissimi. Nam & leuissimi sunt, & à pluribus, usque validis musculis mouentur, & vaporibus ac spiritibus peruij. Ea etiam frequens oculorum agitatio ab ortu quibusdam tributa est ex imbecillitate natua musculi mouentis: aut calore cerebri. Vt enim quidam oriuntur debili inter membra capite, alij ventriculo, aut articulis: ita musculorum quosdam alius alio habet ab ortu debiliores, aut firmiores. Vnde fit, vt qui infirmos habent palpebrarum nervos, assiduò nictent, & vocatur ea affectio Græcis ἵππος, nobis equus: qui oculorum, oculos perpetuò agitent, quidam Petos vocant: qui mandibularum, per somnum dentibus strideant: qui reuerfius, somniantes loquantur, & ita de cæteris. Verùm quia ea mobilitas oculorum frequens est caloris indicium, iudicantur eiusmodi homines inconstantes aut temerarij, quia calor cerebri in sanis opinionum mobilitatem facit: in febriculis deliria.

ἢ λευκὰ μικρὰ, aut leuæ parua. Sordes circum oculos & lemæ excrementa sunt crudioris alimenti & semicocti, aut pituita concreta. Harum generatio triplex. Vna instrumentis ipsis affectis, vt inflammatis oculis, aut alio morbi genere laborantibus, tam propter humoris, qui præter naturam est, copiam, quàm organa ipsa malè affecta, alimento ipsorum haud probè concocto, & tunc quidem nihil habet periculi. Altera est, vbi caput pituita plenum fuerit, cutis verò frigore astricta, vt in secundo statu primi Epidemion, in quo scribit ægros exercuisse λευκὰ ἐπιδημίας συμφορὰς. Frigido enim statu humido & boreali in capite multa pituita coacervatur, cuius tenuis fluxio per angulos & poros quosdam tenuissimos irruiat, qua exeunt ciliarum pili: astricta verò cute vi frigoris ob densitatem & moram concrefcens, lemas genuit. Tertia est ab imbecillitate naturalis, quæ oculos moderatur, facultatis, non qualibet, sed tali ac tanta, vt ne modicum quidem oculorum alimentum concoquere possit. Hanc à duabus reliquis discernimus, tum quia post tertium, aut quartum diem, non ante, vi morbi incidit: tum quia simul concaui sunt oculi. Cùm enim penuria, quam cauitas prodit, manifesta fit, ad copiam causa referri nullo modo potest, sola autem superest facultatis imbecillitas, & ea quidem non leuis. proindeque signum est prorsus lethale. Paulò post, ἀχνυδὲς damnabit, quod fit lemis exarescentibus circa oculos: & ἐπιχρῶν ἐπιπαγὼν χρωάθῃ in Exegefi, quia humor concretus sic inaruit, vt abierit in puluisculum. In eo quod sequitur, alij λευκὴν legunt, alij λεπτήν. Et suspicari licet pro αὐγίδα, ἀγλίην legendum, vel αὐγλίην, de qua Galenus in Exegefi, vt λευκὰ sint concretæ lemæ: λευκὴ, ἀγλίη, ἀχνυδὲς, lema in puluerem redacta. Aut αὐγίς in substantia oculi, lemæ circa oculos. ἀγλίη (ait Galenus ibidem) ἢ ἢ τῶν ὀφθαλμοῦν ἰσολευκὸς ἀυλὴ, καὶ ἀπὸ τῆς ἐξ ἡμέλωνι προσήκοντος κῶ. ἢ οἱ λευκαυδίζοντες ἐπιπαγοί, ὡς ἢ Κωακαῖς προγονώσσειν. Alij legunt αὐγλίη. Significat ergo apud Hippocratem in oculis albicantem cicatricem, vt in Prorrhetico: & abscentes humores concretos in his Coacis prædictionibus.

ἢ τὸ λευκὸν μέζω, aut album quidem maius, ἔστω. In moribus, adnata tunica, quæ à pericra

à pericranio ortum habet, ob immodicam siccitatem tenditur ac dilatatur in latera: vna verò siue ῥαγαδιῶς, quæ corneæ subiecta est, & vnà cùm neruo optico ex tenui cerebri meninge ad oculum peruenit, ad suam contrahitur originem, & in angustum cum neruo adducitur. Musculo quoque, qui opticum circumdat, resiccato, aut conuulso album oculi maius, nigrum verò minus apparet, quia pupilla imminuitur. Album etiam vndiquaque distenditur ad suas apophyses, nigrum verò contrahitur, & intro reuellitur magis, aut concidit, dissipato calore ac spiritu, qui multus affluens dilatat pupillam. Idem fit vitreo humore quauis de causa consumpto, vt in oculi phthisi & atrophia. Tum enim contracta rugatæque vna, & in sese quasi concidens foramen coarctat. Eodemque modo, paulò ante mortem, & in deliquiis animi, ac quibusdam conuulsionibus oculi in caput conuelluntur lethali signo, ita vt nigrum sub palpebra superiore ferè lateat toto oculo, aut musculis, qui sursum mouent, ad suam originem conuulsis, quomodo conuulsis, qui deorsum retrahunt, aut superioribus resolutis, pupilla in inferiorem genam detrahitur. Atque ab hoc signo vix quisquam euadit.

XXXVII.

Πονηρὸν ὃ ἢ κοιλότης διμμάτων, ἢ ἐκθλιψίς ἐξω σφοδρὰ, ἔλαμπηδόνος ἐκθλιψίς, ὡς ἢ μὴ δύνασθαι τὴν κόρην ἐκτείνεσθαι.

*Mala est oculorum cauitas, & vehemens foras euibratio, & splendoris expressio, vt pupilla extendi non possit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Ἀτροφίαν dicunt, quia quasi destitutus alimento oculus emarcescit, nec iam copia spiritus & humore foeto eminet. Damnantur in Prognostico ἰγμοίλοι ἰχνύρωες. Prominulos esse oculos oportet, neque exertos nimium, vt in quibusdam furiosis, neque nimium cauos. At qua ratione id fiat, in facie cadauerosa dictum est. ἢ ἐκθλιψίς. Videre licet in iratis & ad vindictam properantibus, in quibusdam quoque phreniticis, quibus videlicet temeritas quædam & plurima corporis motio coniuncta est, eiusmodi oculos: iratus quoque animalibus, & ad ultionem percitis id accidit. Id autem concitato foras multo spiritu. Ergo in phreniticis cùm tota vis sanguinis & spiritus rapiatur in caput, atque ea ratione ferueant in cerebro, magna vis quoque fertur in oculos, vnde euibratio illa. Quibusdam non euibrant oculi, sed exerti & quasi fixi manent, quod furorem melancholicum ostendit. Atque hæc omnia videre licet in perturbationibus animi. Quòd enim anima, eò spiritus & sanguis. Itaque in metu & tristitia concidentes oculos, externa omnia contracta & pallida, quia videlicet anima ad sua principia reuocatur. Contra verò in ira & lætitia gestiente. In phreniticis incitata vis animæ spectris quibusdam foras vertitur, atque ita secum rapit, quasi satellitium quoddam sanguinem & spiritum, vnde exerti, & vt in quibusdam codicibus Prognostici, ἐξίχοντες, valde exerti & prominentes oculi. *Euibratio splendoris.* Id in felibus domesticis & iratis quibusdam animantibus videas, in temulentis & furiosis. Spiritus enim motu incalescit, tenuiorque redditur, ac propius ad igneam naturam accedit, atque is quòd feruet magis, eò celerius mouetur. Multus ergo in conum actus atque in angustias pupillæ irruens eliditur, atque ita scintillas quasdam emittit. Quæ res efficit, vt quidam Philosophi igneos oculos esse dixerint. *Vt pupillam extendere non possit.* Pupilla ad splendorem moderatum sese explicat: ad id, quod immoderatum, tenebras & nimium splendorem se contrahit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**E oculorum concauitate dictum est antea. Causa triplex. Externa aut euidens, vt immoderata vigilia, inedia, alui profluuium: interna exedens, & carnosas partes absumens, humores tres, & septem musculos, aut eosdem conuellers

uellens ac retrahens ad suam originem, quod non nisi triduo, aut quadriduo fieri potest. Tertia, caloris natui imbecillitas, qui in solis partibus interioribus exiguus manet, nec ad extimas usque diffundi potest. In morte enim coeunt spiritus cum calore in corde, qui ubi deficiunt, alia putrescunt, alia resiccantur. Prominet autem & foras exeritur oculus interdum peculiari vitio musculi circumdatis neruum opticum, siue vnus sit, siue plures. Cum enim oculi pondus sustineat, ne cum noxa mollissimi nerui procidat, suaque collectione dum agit, dirigat pupillam, per quam recta per meatum feratur spiritus, resolutus prociduum oculum facit, quia extenditur opticus. Quod quidem visum non laedit, nisi magna sit resolutio, vt etiam opticum coafficiat. Conuulsus autem idem musculus dirigit quidem opticum, & inde pupillam, vt recto tramite celerius descendat spiritus, acutiôrque procedat visio, quomodo in priapismo ferè contingit meatum dirigi, sed prohibet, ne facile, vt alibi diximus, oculus voluatur, & in varios situs mutetur. Altera causa est, spiritus multus, aut halitus confertim foras delatus in phrenitide & validis capitis doloribus, adeo vt vapor aut fuligo per oculos exiens sentiat in aëre representans figuram & colorem vaporis. Vt enim cum oculus in sanis comprimitur, ita, vt cogatur confertim exire spiritus splendidus, vel etiam cum caput percutitur violenter, vel quispiã à somno expergiscitur post acervatum per somnum spiritum, fit, vt exiens splendor ab oculo sentiat in aëre, & inde foras oculus exeratur: sic ab inflammatione interiore spiritus cum calido halitu extruditur, aut vehementi agitatione, aut imminente obstructione optici & cæcitate, quod Galenus refert accidisse homini cuidam per multas noctes ante cæcitate aduentum. Ita ergo in phreniticis, vel imminente phrenitide prominent oculi foras commoto spiritu & calore, aut spectris in aëre interiore spiritum quasi allicientibus, ad quorum amplexum effunduntur. Idemque contingit in vomentibus ex crapula, quibusdam anginosi, iracundis, lætitia gestientibus, & similibus. Per fulgoris *τὴν ἐπι-ψυ* elisionem, vel expressionem, alterutrum intelligit, vel fulgorem quendam & lucis imaginem, quæ ex oculis emicat, vt in iratis diximus, furentibus, phreniticis, in quibus oculi ferè ardent: vel attritionem & corrugationem pupillæ non amplius spiritum animale admittentis. Hoc resoluti spiritus visorij, absumpti humoris vitrei, nerui optici resiccati, & contractæ vae signum est, quæ omnia prohibent, quominus pupilla dilatari possit, quæ sese ad spiritum copiose affluentem explicare solet: illud verò copiosi luminis ex spiritu animali plurimo inflammato, vt ante diximus, argumentum est. Sic quod oculi interdum luceant, veteres Philosophi tum in spiritus referunt, tum in humorem oculi, qui in medio continetur. Aliquid enim fulgoris emittere potest etiam in tenebris: primum, quia aqua cum sit perspicua plana que, vbi in oculo inspissatur, aliquid habet lucis: est enim lux actus perspicui. Deinde, quia lumen receptum à continente non statim euanescit ab oculo, sicut nec visiliū species, sed aliquid illius in oculo seruat. Postremò copiosum lumen ex spiritu animali plurimo ex perforatione opticorum agnoscitur, & ex eo, quod clauso altero oculorum altera pupilla dilatatur. Nec ideo sequitur, debere à quiescente oculo perpetuò videri eam lucem. Nam cum recipiatur in cristalloide, vbi fit externorum visio, interna non percipit, cum nec vae circumdantis colores percipiat, quæ tamen distat à cristalloide magis, quàm fulgor ipsius cristalloidis. Ob eamque causam non ineptè veteres habita huius luminis ratione oculos igneos dixerunt, licet humorum ratione magis sint aquei, id est, frigidi atque humidi. Eadem ratione horridum aspectum & veluti exterriti hominis vulgò notant inter lethalia signa. Qualis interdum fit in colliquantibus febribus, & in elephante absumptis angulis & musculis oculorum. Idem contingit in febribus cum melancholica phrenitide spectris quibusdam & terriculamentis animæ obiectis. Aliis *θράσος ὀμματος*, ferox, minax, impudens oculus desipientiæ signum in Epid. In quibus omnibus signis multam intelligimus corporis inflammationem cum vaporis halituosi copia, quæ intra caput contineri non potest. Quod verò cerebrum natura frigidum in eum feruorem adducatur, arteriarum & venarum multitudo cum

7. de plac. 8.

cum infirmitate membri ac mollitie in causa est. Quæ enim tenerrima sunt, non minus intra corpus, quàm extra, & gelantur facile, & vruntur.

## XXXVIII.

*Καὶ ἐλεφάριδων καμπύλων, ἢ πῆξις ὀμμάτων, σιωχέας τε μένει, ἢ χροματὰ μεταβάλλει, ἢ βλέφαρα μὴ συμβάλλειν ἐν τῷ κεντρῷ, ἀλλ' ἐξερῶν. καὶ ὁ δὲ ἰσχυρῶν ὀφθαλμοῦ.*

*Et extremitatum palpebrarum curuitas, & oculi fixi, & assidue nictare, & colores permutare, & palpebras inter dormiendum non committere, perniciosum est. Malus est & oculus perversus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**Oc est, quod in Prognostico scribit, ἢ δὲ καμπύλον, ἢ ζύγνον βλέφαρον. Vbi lege annotata, vt & in ea, quæ sequuntur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**P**alpebrarum occulti affectus solo motionis vitio spectantur, quarum inferior immobilis est: superior verò ad elevationem & apertionem (quæ grauitatis ratione maiore robore opus habet, quàm clausio) non solum musculus accipit, à nasi vertice ad tarsi medium procedentem, cuius contractione suspenditur; sed etiã in fronte musculū oppositum carentem habet, cuius munere cutis illa non fronti hærens, sed nutans sursum conuelleretur, ne palpebra superna in se tota plicaretur, sed maxima ex parte in frontem, & parum ad supercilium retracta sine noxa facile officium præstaret. Ita conficitur duorum ministerio elevatio, vnus depressio. Si ergo resoluuntur aperientes musculi, descendit palpebra si claudens, hiat & supina est. Si conuellit alteruter ex dictis musculis, contra fit: si ambo, palpebra intorta apparet, & fracta. Dum enim sursum conuellit palpebra, quæ ad nares est: deorsum reliqua mediæ minorē intorquetur, & fracta apparet. Conuulsio autem in febribus acutis à siccitate est: resolutio à colliquatione. Aliud verò significat καμπύλον, hoc est recuruum, perversumque: aliud ζύγνον, rigidum. Nam rigida fit palpebra à frigore densata cutē, membrana & cartilagine, ex quibus constat: quod extincti, emortuique caloris signum est æquè ac litidum. Perversitur verò musculorum, vt dixi, claudentium & apparientium conuulsione, vel resolutione vnus aut alterius. Tensio autem illa conuulsifica, quæ resolutione in acutis multò frequentior est, aut accedit peculiari vitio ipsorum musculorū, quod minus habet periculi: aut reuulsa fronte & corrugata præ siccitate, quæ vnã palpebram eleuat, maiore metu: aut, quod planè perniciosum est, cerebri consensu & neruorum immodica resiccatione à calore febrili, quos palpebræ habent à tertia coniugatione. Proinde in Prognostico antequam hinc mortem præfagiamus, vult Hippocrates aliorum signorum testimonia adiungi, dicens, Vnã cum cuiusdam altetius signi accessione, quasi vnum ex his solum mortem non possit certò denunciare. Et oculi fixi & assidue nictare: Mobilis oculorum vel in palpebris est, quas quidam à natura, alij vi febris aut alia occasione perpetuò motitant: vel in oculis, quos etiam tum ab ortu, tum à calore febrili quidam perpetuò agitant. Hæc affectio Græcis ἰσχυρῶν, nobis equus dicitur, quam diximus in sanis vel calidi cerebri & inconstantis signum esse, vel nativæ imbecillitatis musculorum motientium. Accedit etiam in re venerea, & temulētibus quibusdam, eamque, cum ab ortu contracta est, Galenus stridor dentium naturali & congenito comparat. Quæ verò si bis acuta ἐπιγύνημα est, vel à bile in cerebro feruente excitatur, qua variè agitantur animales spiritus, & nerui, qui in musculos oculorum inferuntur, acriter vellicantur, vt in phreniticis: vel à tremore & imbecillitate musculi firmatis & corroborantis oculum, qui comprehendit basim visorij instrumenti: vel à nimij fulgoris occurfu. Quæ omnia

2. Progn. II.

2. Prorrh. II.

omnia, quid portant, ex superioribus intelligi potest. Atque id est, quod hoc loco *σωχεύς μίση*, continenter nictare dixit. Sic in Epidemus, in Cydis filio notatur *ἢ ἀφθαλιῶν πυκνὴ κίνησις καὶ ἐμβλεψίς*, & quædam alia, quæ ex hoc loco intelligi possunt. Huic affectioni contraria est *πῆξις ὀμμάτων*, non ubi aliqua substantia in oculo concreuit, quod aliquando significat; sed ubi oculus confans est, immobilis, & quasi concretus, vnde in Prorrhethico *ὄμμα πεπηγὸς* dicitur. Causa est musculorum, qui oculos mouent, immobilitas vel propter omnium ipsius musculorum resolutionem: vel æqualem conuulsionem: vel exactam facultatis, quæ musculos mouet, imbecillitatem. Interdum etiam melancholiæ atque insaniam signum est, vsta iam materia, & natura in exitium inclinante: interdum verò catalepticos virtute torpida, & oculis præ siccitate rigidis. Clauduntur autem perpetuò oculi conuulsis claudentibus musculis, & ad maiorem angulum contractis, aut resolutis aperientibus, aut facultate non amplius potente palpebram attollere. Perpetuò verò aperiantur, vel aperientium insigni conuulsione, vel claudentium imbecillitate, aut resolutione.

*καὶ χρώματα μεταβάλλει.* Mutatio coloris tum in tota facie, tum in oculis dupliciter intelligi potest. Aut quia color natiuus vi febris valde sit à naturali immutatus: aut quia frequenter variæque coloris & caloris vicissitudines fiunt. Priore modo per communem epilogismum omnem colorem perniciosum esse putare oportet, qui naturali sit aduersissimus: prout verò magis minùsve aduersus fuerit, etiam magis minùsve perniciosum esse. Itaque in Prognostico colorem totius faciei nigrum, aut liuidum maximè damaat, tanquam omnium pessimum, vt qui sanguine refrigerato proueniat, non aliter, quam cum extra vasa effusus, in grumos concreuit. Pallidum verò & plumbeum initium quoddam esse nigritiei & liuoris à frigiditate. In oculorum autem albis ruborem apparere propter copiam aut inflammationem ibidem scribit, atque in iisdem venulas liuidas, vel nigras esse, quia extincto calore natiuo refrigerentur, ex quo mors in propinquo denunciatur. Posteriore autè modo varia coloris mutatio alternatim facta cordis in vniuersum symptoma est. Cum enim operatio cordis in corpore sit calorem totius moderati, simul & toti impartiri colorem, splendorem, & viuudum quendam ex spiritu florem: meritò in cordis affectibus illa mutantur ceu cordis opera. Sic calor totius & color immodicè augentur in febris generatione: à sanguine: vel immodicè remittuntur in rigoribus retrahente corde à toto calore. Similiter & in animi per sanitatem affectibus, vt & in cardiacis alterato corde frequens est coloris & coloris vicissitudo. In morbis ergo, cordis oppressionem, & magnam ac frequentem variam multiplicisque materiæ inde colligimus tantò deteriorem, quantò illa mutatio longius à natura discesserit: interdum etiam, vt alibi exposuimus, caloris natiuæ extinctionem. Particulatim verò squalescere & obscurari oculos sine criseos significatione, & sine causa externa, aut peculiari vitio instrumentorum, deterrimum signum est. In Prognostico *αἱ ὀφθαλμοὶ ἀσπίδες καὶ ἀλαμπείς*, squalescentes & obscuri oculi dicuntur. Splendet enim oculus, cum multus & æthereus spiritus in ipsum diffunditur, humoresque vnà cum membranis puri nitent, is præsertim, qui circa coronam & splendens & albicans cernitur, quem proinde albugineum vocant. Hoc splendore mutato, aut extincto visus iners, obscurus & squalidus euadit. Ac si quidem nihil, quod nebulosum sit, impedimento esse dicat æger erit *ἀμάυρωσις*, de qua antea: sup. tanquam per fumum aut vaporem sibi videatur intueri: *καθ' ὄψιν* affectus. Obscuratur autem in vniuersum color oculorum ac splendor labefactatis videndi instrumentis: sed in posteriore affectus humore, qui in pupilla est, crassiore facto & impuro.

*καὶ βλέφαρα μὴ συμπύλλει.* Id. fit, quoties palpebræ, per somnum non bene committuntur, sed inter has ex albo oculorum aliquid apparet. In Prognostico *ἀποφασίας* vocat à verbo *ἀποφάσσει*. Causa est interdum perturbatione critica, interdum etiam peculiare vitium & ab ortu contractum in musculis oculum claudentibus, quorum vtrumque sine periculo est. In morbis, verò symptoma est facultatis imbecillæ, quæ palpebras mouet, imbecilla est autem propter immodicam siccitatem & con-

& conuulsionem musculorum superioris palpebræ. Siccata enim cartilagine rigida cute frontis, & conuulsis musculis, non bene committi potest, præsertim cum palpebræ facilius ac celerius, quam ceteræ partes, exiccantur, quia ipsæ sunt natura sicca. Quemadmodum enim coriacea omnia exiccata ægrè tendi possunt, sic nec corporis partes ita affectæ. Quinetiam quòd viribus laborantibus, vt in crisi, aut collapsis, vt in morte non solum oculos, sed os etiam exactè claudere nequeant (vnde hiante ore dormiunt) vnicuique naturam diligentius contemplanti manifestum est. Huius autem siccitatis & imbecillitatis causa duplex. Vna euidentis & externa, quæ non adeo perniciofa est, quanquam melius esset vires non ita exolui, vt ventris resolutio, quam vel profluuum, vel medicamentum acius inuexit, aut tristitia ingens, aut vigiliæ, aut alimenti penuria, aut copiosa sanguinis profusio, aut alia breuiter immoderata vacuatio. Altera est interna & mortifera, calor videlicet igneus febris & malignitas morbi, quibus humidum omne absumentur, & vires resoluuntur. Quod sequitur de peruersione oculi, iam explicatum est.

XXXIX.

*Ὄφθαλμοὶ ἐρυθροὶ ἐν πυρετῷ γινώσκουσιν κοιλίης πονηρίαν χροῖνιον σημάδιον.*  
*Oculorum rubor in febre motus diuturnum ventris vitium significat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**Ntea diximus ruborem oculorum fieri peculiari vitio oculi: sæpius autem in morbis, quia vel cerebrum, vel orificium ventriculi inflammatum est. Nunquam quoque viscere & pulmonibus excafactis. Paulò ante mortem obseruatum dicebamus alterum oculum erubescere. At qua ratione id significet diuturnum ventris malum, parum constat. Diuturna enim vitia ferè materia frigida fouet, ruborem calor excitat. Aut certè id animaduertit, in eo, cui pleniore cerebro diarrhœa longa commota fuit, pars in oculos delapsa ruborem excitauit. Poterunt ergo & oculi rubor, & longa ventris affectio communi vitio oculi diutius exercere ægros. *πονηρίαν* autem eadem ratione intelligas, qua antea *πονηρένεια*.

DESID. IACOTII COMMENT.

**O**bseruat Galenus in Aphorismis vocem hanc (*κοιλίης*) cum articulo de ventre tantum inferiore dici sine articulo verò de omni cavitare in profundo posita, vt cerebri, cordis, iecinoris, & reliquarum partium. Idem confirmat Philoticus in Aphorismum decimum quintum libri primi, & vigesimum sexti, vbi sic scribit Hippocrates, Si in ventrem sanguis præter naturam effusus fuerit, is suppurat necesse est. Vox autem *πονηρήδης τῷ πονηρένεια* deducta in vniuersum complectitur, quæcunque in his cavitatibus perperam fiunt. Hoc modo sententia erit, ruborem oculorum ortum in febre, non antiquum, aut ab ortu, nec criticum (eum enim excipit vox *ἢ πυρετῷ γενόμενον*) signum esse prauæ alicuius ac diuturnæ affectionis in aliquo viscere, vt cerebro, ventriculo, hepate, pulmone, nimirum vel corruptelæ, vel inflammationis, vel plenitudinis, vt suppressa solenni vacuatione, vel intemperici calidæ. Sic Auicenna etiam ipse, & Galenus ruborem oculorum sine febre cum ariditate cutis coniunctum calidæ intemperici signum faciunt. Tamen si enim copiam sanguinis potissimum significet cum album ipsum rubescit, non solæ venulæ à causa externa, ad intemperiem tamen immodicè calidam sequitur, quia fit spirituum & sanguinis biliosi concursus ad partes superiores & laxas. Eadem ratione quando vi febris superuenit, neque criticus est. Criticus enim celerem solutionem morbi denunciat: vi febris motus, aut internam inflammationem cerebri, vt in phreniticis: aut copiam in cerebro ac meningibus: aut latens visceris alicuius vitium, quod diuturni morbi causa esse solet. Non enim morbi diurnitas ex solius materiæ frigore, lentore, & crassitie prouenit, sed etià ex interno vitio

6. Aphor. 20

Fen. 1. libro 3. tract. 1. cap. 19. Gal. 2. de cõp. med. sec. loc. cap. 1. et 2

nobilium partium, & errore ægri, vel medici. Impressio enim facta, aut relicta similem priori humorem continenter regenerat. Sin per vocem  $\varphi$ λαιλίας, ventrem inferiorem acceperis, per  $\pi$ νοησίην vero, eiusdem profluuium, perinde erit, ac si diceret, per inflammationes oculorum, vel viscerum corruptionem, aut sanguinis copiam, quæ rubore quodam oculos inficere solet, sæpe superuenire alui fluxum, vel translata in ventrem materia: quod vtile est, vel resoluta facultate hepatica, quod perniciosum. In quo cauendum est ab illo errore vulgari, quo plerique medici in prælagiando labuntur, & quem recenset in proœmio acutorum Galenus, vt sumantur frequentia pro perpetuis. Sunt qui legant  $\alpha$ πυρετώ, vt significetur rubor sine febre constans ac perpetuus, certiore prælagio. Nam & faciei, & oculorū talis rubor diuturnum ventris, præsertim hepatis & pulmonis vitium semper significat. Notandum autem venulas rubras oculorum sæpius vitio ipsius oculi fieri: candida verò interno & latente rubescere.

## XL.

Αἱ παρ' ὀφθαλμῶν ἐπαναστάσεις ἐν τῇ ἐν ἀνακομιδῇ, κοιλίῃ καὶ ἄρρηγνύουσιν.

*Circa oculos pustularum eruptiones in virium refectionibus, aluum prorumpere faciunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**παναστάσεις dicit, quum membranæ imbibito humore extuberant pleniore cerebro. Ac sæpe fit pleniore cerebro & inde laxis oculis, vt materia in ventrem mota profluuium gignat. Id quod ante ex Hippocrate in capitis vulneribus, & inde dolentibus oculis fieri salutare est. ἀνακομιδές appellat, qui reualefcunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Π**αρ' ὀφθαλμῶν ἐπαναστάσεις prominentem oculi molem significat, aut pustulas, quæ (sed rarius) in cornea tunica & cohærente membrana extuberant, quales exanthematum phlyctenæ dictæ, quibus ruptis vlcera exigua remanent, sed varia & sordida. Oriuntur autem ex corruptis & acribus humoribus per venas pericranij in eum locum diffusis, quemadmodum foraminis pupillæ dilatatio præter naturam ex humore in vena tunica concluso, quo ipsa distenditur. Quod si eodem humore non acri, sed multo membranæ impleantur, interdum ita contenduntur, vt non solum totus oculus infletur ac tumeat, sed etiam pupillam obtegat, vt in magnis oculorum inflammationibus videre licet. Quoties enim in oculos irruit humor, quod in eo tenue est, ophthalmias humiditas parit, id est, cum fluxione humida & aquosa: crassius verò affectis partibus infarctum in tumorem oculum attollit. Ob eamque causam Hippocrates ophthalmias ab humore acri curat balneo: à crassiore & plethora, viui meracioris potu. Solet autem oculorum dolor interdum abscessus ratione salutaris esse, vt primo Epid. & tertio in Clazomenio, & eo, qui in Dealcis horto iacebat. Cum ergo illud euenerit ægro iam conualescente & restituto, corruptos adhuc humores subesse conicere licet, qui ex morbo relicti sunt, aut cibos, qui in refectione assumuntur, nec probè concoqui, nec assimilari propter solidorum partium infirmitatem. Ad vtrumque autem diarrhœa sequi solet, aut lienteria, quia facultas imbecilla prauos succos euincere haudquaquam potest: robustior facta excretionem per aluum molitur. Sic alibi scribit Hippoc. ophthalmiam diarrhœa sanari, quibus in ventrem superflui humores conuertuntur. Huius autem cacochymiae causa & generatio tum in hepate est, à quo humiditas alendo vtilis corpusque irrigatura manat, vt calor febrilis in toto à solo corde: tum in partibus remotis ac solidis. Nam abundantia humoris licet potissimum sequatur temperamentum hepatis, frequenter tamen tertiae etiam coctionis vitium causa est cacochymiae, & illius interuentu tumorem præter naturam, ac profluuij alui. Vbi enim natura membrorum euincere nequit totam materiam accedentem, nec per-

mixta

mixta excrementa sanguini emendat, permittit manere in vasis abundantem ex hepate cacochymiam, quæ paulatim augetur in tumores abijt præter naturam. Hi autem si totius materiae capaces non sint, vt in oculis, quasi postliminio ad interiora materiam remittunt adstricta præsertim parte externa, aut aëre refrigerata, aut prouidentia naturæ quadam abundantiam humorum ampliore per ventrem expurgantis, quoniam ille locus excrementorum capacior est, & decliuus, naturaque sua & consuetudine excipiendis corporis excrementis comparatus,

## XLI.

Ἐπὶ ὀμμάτων διαστροφῇ, κοπῶδες, πυρετώδες, ῥίγος ἀλέηριον. καὶ οἱ κομμάδες ἐν τῷ τέλει, κακόν.

*Ab oculorum peruersione cum lassitudine & febre rigor lethalis. Coma quoque in iis accidere, malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**E peruersione oculi lege annotata in Prognostica. An autem velit κοπῶδες referri ad oculum constat. Est enim oculus κοπῶδης languidus, qualis est longa via delassatis, & qualem Theodori vxori fuisse scribit in Epid. πυρετώδης quoque oculus dici potest, cui inest calor multus. Alioqui ad corpus referatur. Ab iis autem rigor & criticus & exitiosus esse potest. Propterea non statim lethalis. Coma verò omnino malum est, quod iam ante satis expositum est.

7. Epid.

DESID. IACOTII COMMENT.

**S**Aepe dictum est rigorem symptomaticum, aut suppurationis internæ notam esse: aut translationis materiae in caput, causam: aut extinctionis caloris natui in pugna superati principium. Præterea Hippocratem modò postremam iniuriam expressisse in suis operibus, vt cum scribit, Ex rigore vocis interceptiones non recalescentes, malum. Et, Si rigor inciderit febre non deficiente, ægro iam debili existente, lethale: modò & hanc, & secundam simul, vt hoc loco. Oculorum enim peruersio à conuulsione musculorum mouentium, aut vnus resolutione materiam in caput ascendisse denunciat. Lassitudo verò siquidem antecesserit vel comitetur febrem, firmaque sit (quia parùm durans nec morbi præsentis, nec futuri indicium est) aut copiam materiae ostendit, si grauatos se esse ægri querantur: aut cacochymiam, si moueri conati horrent, & per corpus morsus quosdam percipiunt instar vlcerum, ac se veluti spinis confixos sentiant: aut plethoram cacochymiae coniunctam, si musculos vniversos habere se contusos & calentes dicant. Prima enim vlcerosa est: secunda, tenuis: tertia phlegmonosa. Sed omnium paratissima est ad materiam translationem in caput vlcerosa, propter bilem acrem, calidam & tenuem. Quæ verò lassitudo sequitur ex rigore, fractas in pugna vires ostendit, & squalens contractumque corpus propter siccitatem immoderatam & caloris resolutionem, quam vulgò arefactiuam lassitudinem vocant à superioribus distinctam, qualis nonnullis exercitatorum occupare solet ab ariditate musculorum. Similis est oculorum lassitudo à calore multo & siccitate. Vt enim qui validè oculum claudunt, minorem oculi angulum dolent, qui verò aperiant, narium radicem, quia ex illis locis nervi operantes oriuntur: sic iisdem nervis resiccatis vi febris, tum in aperiendo, tum in claudendo oculo noxa quadam percipitur, idemque iudicium de musculis oculum ipsum mouentibus. Atque hæc est oculi lassitudo, quanquam Galenus interdum reicit hunc affectum ab ea appellatione, qua tres tantum illas lassitudinis species vult comprehendere. Præter hæc verò ad hunc symptomaticum rigorem coma accedens vel multum humorem sine acrimonia ostendit in prima parte sentiente, incunte morbo: vel eodem progressu, frigus, vel resolutio iam calore virium imbecillitatem. Quod si hæc symptomata non ex rigore sequantur, sed rigorem

S s 2



antecedant & comitentur, ne tum quidem rigor is criticus esse potest, quod cum pravis signis & virtute imbecilla nihil bene iudicari queat.

XLII.

Ὁφθαλμίαντι δὲ πυρετῶ ἐπιγενομένη, λυγρῆ. Ἐὶ δὲ μὴ, κινδύως τυφλωθῆναι, ἢ ἀπολέσθαι, ἢ ἀμφοτέρω.

*Ophthalmia laboranti viro febris superveniens solutio. nisi vero solvatur, periculum est, ne vel cæcus fiat, vel moriatur, vel utrumque accidat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**D parùm constat. Nam inflammato oculo in cornea, ὀφθαλμίαν vocant. Mali enim accessio est febris, nisi dicas calore febris materiam coqui discutique, unde inflammatio. Quomodo morbos frigidos aliquando curat: sed ophthalmia calidus morbus. Si ergo curat, id per accidens. Eorum, quæ sequitur, nihil esse est. Imò rarius id contingit, nisi maligna febris, cerebri inflammatio, quæ foueant inflammationem oculi. Ac fortasse quod vni accidit, id vniuersale scribit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**ualis sit affectus, & ex quibus causis, ophthalmia, distinguere oportet, vt veritas aliqua è præfagio eruatur. Non est ergo epiphora, in qua tenuis humor lachrymarum specie in oculos irruit ex sincipite & summo vertice, aut aquosus & frigidus sine dolore ac rubore; aut acris & falsus cum rubore & palpebrarum exulceratione quarum solum cilium rubescit. Neque verò ophthalmia illa est, quam author introductorij distinguit ab inflammatione oculi, maioris & minoris ratione; sed vera inflammatio à causa interna, quæ in adnatâ tunica incipiens affluentibus è cerebro ac toto corpore humoribus vniuersum oculum exercet, qui propter imbecillitatem recipit, vel propter dolorem aut calorem trahit per venas, aut arterias, aut vtrâque fluxionem. Ea autem fluxio non nunquam propter aëris frigus superficiei densatus, aut propter humoris crassitiam foras non effluit, vnde ophthalmiæ siccæ: nonnunquam verò pars tenuis & aquosa excernitur tenui lachrymæ similis, crassa intus relinquitur, Hippocrati humida, dicta & ῥοδῶδης, manans, quæ solet in humida aëris constitutione generari. Vtriusque speciei causæ diuersæ, quæque non eandem curationis rationem requirant, vt ex Aphorismo illo intelligi potest, in quo Hippocrates scribit, Oculorum dolores meri potione, aut balneo, aut fotu, aut sectione venæ, aut purgatione solui. Interdum enim humor affluens tenuis est, calidus, acris, & mordax: interdum verò sanguis crassus, qui oculorum venulas distendit. Prior non modò febre superveniente non soluitur, sed etiam augetur. Exiccantur enim ægri, & quicquid humidissimum est atque aquosissimum, absuntur: crassissimum verò & acerrimum remanet, vnde febres tum acutæ, tum diurnæ, quibusdam etiam bilis atra cum ophthalmia sicca. Hanc speciem Galenus Hippocratem sequutus initio curat fotu, tentandi causa, num corpus totum plethoricum sit, aut cacochymum: deinde purgatione, aut venæ sectione: tandem balneo aquæ dulcis, suspecta habēs emplastica & narcotica, quæ vehementes fluxiones non reprimunt, sed ne excernantur, prohibent, & coercito intus humore intolerabiles dolores creant, exulcerationem inducunt, ac visum minuunt, aut tollunt. In posteriore specie, in qua oculi squalidi sunt, & venula supra modum extumescunt à sanguine crasso vini meracioris potione imperat, atque inde somnium, quia vinum & attenuat, & vacuat, & motus vehementia obstructions liberat. Eadem ergo ratione huius doloris febris remedium est, modò nulla in corpore plethorica affectio subit, quod ex fotu, qui dolorem & fluxionem non auget, agnoscitur. Nam febris sanguinè crassè attenuat, ac discutit, vt & flatus, materiamque antecedentem ophthalmiæ crassæ coctione & crisi expurgat, ratione calor non admodum sicci. Nam vt calor per se attenuat & rarefacit: sic calor admodum

cap. 15

5. Aphor. 31.

siccus

siccus sanguinem gignit crassiore, siccioremque moderato. Proinde subiicit à febre perseverante, nec solvente morbum, metum esse vel à morte, vel à cæcitate, vel ab vtroque. Etenim febris illa, accessio mali est periculosa, vt signum, & causa. Acrior enim redditus calor extraneus exiccat, morsu dolorem auget, humorem in oculo sparsum exasperat, & calorem natium resoluit. Hinc mors: illinc cæcitas in metu est. Signum verò est corporis impuri, & viscerum interiorum grauius laborantium, cum perenni biliosi humoris affluxu in oculos imbecillos, vnde & facultas ipsa, & videndi instrumenta corrumpuntur. Potest quoque iudicata febre, & ophthalmia contumacius perseverare cæcitas tandem sequi, vt experimentis constat. Præterea ophthalmia non solum biliosa est, aut sanguinea, sed etiam pituitosa interdum, aut melancholica ac flatuosa, quarum omnium signa alio loco exponuntur.

XLIII.

Οἱ σὺν ὀφθαλμῶσι κεφαλαλγίᾳ προσγίνεσθαι, καὶ παρακολεσθῆναι χρονον πικρῶ, κινδύως τυφλωθῆναι.

*Lippienti siquidem capitis dolor accedit, idemque diutius comitatur, cæcitatatis periculum denunciat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**I pauca materia est, quæ capitis dolorem moueat, eaque secedat in oculum, vnde lippitudo, conquefcet capitis dolor. Quòd si noua materia in caput feratur, iam lippiente ægro ea materia inflammationi oculi fomitem sufficiet, longiusque perseverabit, nisi arte vel beneficio naturæ aliò conuertatur. Ac ferè docet experientia rebelles eiusmodi lippitudines adferre cæcitatatem. Concrefcit enim in pupilla & tunicis materia, vnde cæcitas, aut neruus intercipitur, aut is longo morbo intabescit, arctiorque in se concidit desperato malo, συμπτώμασιν appellant.

DESID. IACOTII COMMENT.

**O**phthalmiam veteres non solum ex materiæ varietate distinxerunt, quæ aut biliosa est & acris: aut sanguinea, pituitosa, melancholica & flatuosa: sed etiam ex locorum affectorum natura. Nam alia exterior tantum est à fluxione è partibus externis & pericranio in obscuras & latentes oculorum venas irruente cum tensione in fronte, palpebrarum inflatione, rubore ac pulsatione. Alia verò interior, cuius origo ab intimis cerebri sedibus ducitur per interiores venas ac neruum opticum cum plethora totius capitis, aut cacochymia, quæ à superiore discernitur, quia partes oculorum ac frontis externæ non ita tument, sternutationis cupiditas adest, & pruritus quidam percipitur tum in naribus, tum in faucibus cum dolore capitis & grauitate. Interdum etiam accidit, vt cum fluxio in adnatam tunicam, quam Græci ἐπιπεφικῶτα vocant, recipiatur, eaque ex pericranio originem ducat, graui ophthalmia tentata, non modò dolorem sentiat, sed etiam & capiti, & genis, & reliquis partibus communicet. In his ergo duabus differentiis grauis cephalalgia ostendit non solum in consortium mali adduci pericranium, sed etiam durā meningē & cerebri intimas partes fluxionis copia vtrâque partē & externā, & internam occupate, cuius non solum curatio & remediis & vtēdi ratione variat, sed etiā præfagiū. Nam hic nisi summa cura provideatur, cæcitatatis periculū impendet à materiæ copiosæ ac corruptæ cōtinuo affluxu & diuturno, quo tandē neruus obticus obstruitur, humores tum in venoso genere tum in oculis vitiantur: ac membranæ aut exulcerantur, aut crassescunt, aut cicatrice obducuntur, aut nubescula inficiuntur, ac tandem albugine prehendantur, quæ est humor crassus & albus in vicia, aut etiam supra hanc ita cōcretus ac densatus, vt omnē plerumque videndi aciem perstringat. Fluentis enim continenter humoris cōmercio tēperies evertitur membri, ac tandem vnitas soluitur. Ad debilem autem ex solutione locum, maximè verò perpetuò dolentē, confluxio fit ab vniuerso corpore. Præterea & calor totius capitis

communi nomine caloris trahit, si febris vigeat: quod intelligere videtur Hippocrates: & meatus in calido patentes facile excipiunt ascendentem halitum, qui cephalalgiam auget. Adiuuat capitis situs. Nam & sursum confcendunt calidi humores, & vasa ad caput terminantur, quæ contentum superfluum humorem in oculos exprimunt, vt mirum non sit eiusmodi ophthalmias summa cum difficultate curari, ac persepe cecitatem adferre. Ob idque ab Hippocrate alibi scriptum est, instar cucurbitulæ calidum caput à toto trahere.

XLIII.

Ὀφθαλμιαὶ διὰ βροχῶν ἀπὸ ταυτομάτης, χεῖρ Ἰμων.

Lippienti profluvium alui sponte natura motum, utile.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

5. Aph. 17

1. Aphor. 2. 6. Aphorif. 14

7. Aph. 78

13. meth.

Abcessus omnes laudat Hippocrates, qui relictis partibus superioribus, deorsum vergunt. Διὰ βροχῶν abcessus quidam est ἢ ἐκ κερσιν excretionem. Hoc idem scribit in Aphorismis, ὀφθαλμιαὶ διὰ βροχῶν ἀπὸ ταυτομάτης ἀγαθόν. Eadem sententia ἐκ ταυτομάτης apud Hippocratem sæpius quidem ἀνεὺ φανεράς αἰτίας, vel φανεράς, sine causa externa; sed maximè vbi vi naturæ potius, quàm morbi vt in Aphorismis πρὶ παραχῆς ἐκ ταυτομάτης ἢ γαστρὸς de perturbatione spontina ventris. Galenus αὐτομάτη definit ἢ μὲν γενόμενα ἢ χεῖρ αἰτίας, ἀλλὰ χεῖρ αἰτίας, ἀλλὰ χεῖρ αἰτίας ἢ ἐξ ἑμῶν αἰτίας. Aliter quoque ἀνεὺ φανεράς αἰτίας τὰ τεσι μὲν δὲ μίας αἰτίας ἐκ τῶν ἰατρῶν γνομένων, ἀλλὰ προγνοία φύσεως. Atque eo modo saepe vsurpauit Hippocrates in Aphorismis. Aliter quoque pro ἐξ αἰτίας repentè, vt in iis, qui sponte, hoc est, repentè sanguinem mingunt. Itaque quemadmodum libro de capitis vulneribus inflammatos oculos diarrhoia solui scribit, ita & extra ea vulnera. Neque tamen si arte fiat, damnandum est. Natura enim velut exemplum quoddam nobis positum est, quod ars imitetur. Itaque vt naturalis illa & αὐτομάτη ἀντιπαρασῆς reuulsio salutaris est, ita quæ paratur arte. Scripsit enim inter remedia doloris oculorum, qualis in lippitudine φαρμακοποίησιν, & multos se vidisse Galenus scribit laborantes lippitudine, medicamento dato percuratos, quod & nos & alij, quibus datum est multis in ægris remedia experiri, sæpius probauimus, multo maximè, vbi vehemens dolor est, & acris materia.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

Repulsionem humorum in oculos affluentium multa initio impediunt, corporis plenitudo; humoris in parte contenti copia, crassities, tenuitas; & dolor oculorum acerbissimus. Crassities enim medicamentis non obsequitur, sicuti nec copia: tenuitas compressionem eludit, præterlabitur, & in parte figitur. Dolor ab astringentibus & repressa materia augetur: visio periclitatur ex narcoticis. Præstantissimum ergo remedium est, à termino fluxionis ad originem, & inde per partem communem ac remotissimam reuellere simul & vacuare, quod ea reuulsio exactissima sit, quæ simul vacuat, vt extra corpus humor trahatur. Id efficit diarrhœa ophthalmiæ superueniens sponte naturæ. Nam tumor ille externus non sola constat meatuum plenitudine, sed vasorum etiam interiorum distentione, quæ cum sibi continua sint, partim descendentem sanguinem mutuo excipiunt, partim per meatus & poros internos latiores humorem excludunt. Ob id ergo Hippocrates de vulneribus capitis scribit quibusdã vulnerato capite ophthalmias superuenire, quæ purgatione conquiescunt, idque magis vbi acrior humor est, quia in plethoricis sectio venæ præcedere debet. Solet enim medicus naturales reuulsiones, quæ vtilitatis aliquid secum ferunt, & obseruare & imitari. Illud itaque (ἐκ ταυτομάτης) non excludit, quæ artificio medici, clysmatum, purgantium medicamentorum, & aliorum opere repulsiones fiunt. Verùm summa cura vtilissimum illud Galeni præceptum vulgò ignotum obseruare oportet, ne toto fluxionis tempore in his reuulsio-

6. Epid. sect. 28.

foriis acquiescamus: sed interponatur medium tempus in vacuatione humoris, qui in parte affecta continetur: habeamusque rationem & in reuulsione, & ante reuulsione, doloris sedandi. Sic enim facillimè ac sine periculo auertetur materia confluens, & dolor calorque partis, quæ sunt fluxionis causæ, vtraque illa tum vniuersali, tum particulari vacuatione tollentur. Ex quibus exactissima omnium fluxionum præsertim in oculos, curandi methodus perspicua est. Quod autem ἐκ ταυτομάτης dixit, vsitato verbo vtitur, & medicis ac Philosophis recepto in his, quæ naturæ soli debent sua principia, licet ἢ φύσις οὐδὲν μάτην, ex Aristotelis sententia. Vulgus tamen τὸ μάτην vsurpat etiam in naturæ opere procedentibus, quia causa manifesta non est, nec externa & euidens, quasi sit αὐτὸ ἀφ' αὐτῆς.

XLV.

Ὀμμάτων ἀμύρωσις, ἢ τὸ πεπηγὸς, ἀχλωδές, κακόν.

Oculus obscurus videns, fixus, & lemulis siccis aspersus, malus.

Holler. Regiè ἀχλωδές.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Scripta hæc sententia in Prorrhethico & Epidem. In Prorrhethico quidem ὄμμα ἀμύρωσιν φλαῦρον, ἢ τὸ πεπηγὸς, ἢ ἀχλωδές, κακόν. Obscuratus oculus, malus: malus quoque, qui concretus & turbulentus. In Epid. κακόν δὲ ἢ τὸ ἐπιξηραίνον, ἢ βλεφαρόν, οἶον ἀχλωδές, ἢ τὸ ἀμύρωσιν, ἢ ἀχλωδές, ἢ οἱ φτυγόμενοι ἐν ὀφθαλμῷ, ἢ οἱ πεπηγότες, ἢ οἱ μόλις σφραγόμενοι, ἢ οἱ φιδεθνήμενοι ἰσομήκιοι, ἢ τὰ ἀλλὰ ὅσα παρῆται. Hoc est, malum quoque si palpebra exarefcit velut spuma, & quod obscuratum est, quodque squalidum & rugatum interiori parte, & concreti oculi & vix commoti, & qui intro obtorquentur, quæque talia adsunt. Est igitur ἀμύρωσις ἐχρατὴ βλαβὴ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνεὺ αἰτίας φανεράς. Atque in his aliquando nullum in oculo vitium conspicuum est, sed tantum iners hebésque sensus est. Aliquando apparet, quod vocat ἀχλωδές, vt & ægro & conspicientibus amicis obscurus nubilusque oculus apparcat, qualis natura ipsa quibusdam est, & moribundis, ac iam mortuis. Illic quidem communi iudicio ægri: hinc medici, quod vulgus annotat, & iam alterum oculum, vel alterum emortuum dicunt, vbi splendor ille naturalis oculi extinctus est, & oculus obnubilatus. Est autem duplex splendidum in oculis. Alterum quidem spiritus, qui micans & splendidus euibratur foras integrè, acutèque cernentibus. Alterum humor, & is maximè, qui & cristallinus, & inter rhagoidem & pupillam est. In iis, qui ἀχλωδές, vtriusque perturbatio est. ἀμύρωσιν tantum habet imbecillum languidumque fulgorem illum spiritus, aut omnino abolitum. Propterea cæcos videas senes, moribundos, mortuos, & alioqui fanos, quibus quasi acutè cernentium oculus est. Sic ergo ἀμύρωσιν, hoc est, obscuracionem nō oculi quidem, sed spiritus visorij & ex eo hebetudinem visus, & ἀχλωδόν perturbationem humoris & obnubilum oculi corpus inertemque sensum distinguere oportet. ἢ τὸ πεπηγὸς ἀκίνητον interpretatur. Erit igitur πῆξις (sic enim appellat aliquando) ἀκινήσια, quam σάσιον nominant in libris de ratione victus in acutis, in descriptione ἀποληψῆος τῶν φλεβῶν, quæ ab eo ἀφωρία, à multis κατὰ λυψῆς appellatur. Apparet enim eiusmodi vitium in eo morbo. Confixis enim sunt oculis ca-taleptici. Contingit autem eiusmodi constantia resoluta, imbecilla, extincta musculorum virtute, qui oculos mouent, aut quia hi æqualiter in sua capita continentur, τὰσιν ἰσόρροπον appellant insignis conuulsionis argumento. Quæ constitutio ei repugnat, quam ἰππον appellant, vbi instabiles atque incontinentes oculi assidue mouentur, neque vlla parte temporis conquiescunt. Quod vitium multis ab initio & ortu ipso inest, aliis è morbo, vt quibusdam phreniticis tremor quidem perpetuus palpebrarum & musculorum, qui oculos mouent, sed eius præcipuè, qui interiori parte oculum confirmat, neruumque visorium ad basim. Id aliquando quoque infirma virtute & præcipiti spiritu agitatione. Eiusmodi oculos ἐναο-ρεμῶδες videtur appellasse Hippocrates ἀσθητικὸς ἢ κινεμῶδες διαπαντός. Galen. interpretatur instabiles, & qui assidue moueantur, quanquam acie pupillæ & pupil-

In Isagoge.

la sursum ad superiorem genam mota *φαιωρομένης* videtur intelligere, qui hæc scripsit, quum loco eius vocis *φαιωρομένης* in sententia, quam videtur ex Prognostico transcripisse, scribat *ἡ κρῦπτεδνα τὸ μέλαν ἐπὶ τὸ ἀνω βλέφαρον, nisi quis legendum putet ἐν φαιωρομένη. Atque eiusmodi affectus communi genere inclusos, variis nominibus appellant. πεπιγότες oculi ἐναωρομένοι ἀσπρηκτοὶ διαπαντὸς κινέμενοι πυκνὰ κινέοντες σιωχεῖως μόντες. Sic & πυκνὰ διαρροῦσιν ἐν φαιωρομένη, & ἐρριψιν, ἵππον quoque in sanis. In quibus commune est, quod assidue mouentur, sed in aliis tremula quædam imbecilla motio est, in aliis temeraria & præcipitans. In re venerea concitatis quibusdam temulentis aliis id à natura inest, argumento impudentiæ & animi inconstantis. ἀχνῶδες, hoc est, quod in Epid. ἐπιφραζνόμενον οἶον ἀχνῶ. Est autem res eiusmodi. In morbis, vbi caput redundat excrementis, ad angulos & palpebras pituita quædam colligitur, quæ appellatur *λημὴ* lema. Hæc autem ardore febris inarescit, & pars eius, quæ inaruit, consistit hæretque firmius, pars pulueratur, & ita tum palpebris, tum ciliis inspergitur. Hoc *ἀχνῶ* est, vnde *ἀχνῶδες μικρῶν παντὶ λημυδρίων* paruis admodum lemulis in oculos incidentibus, atq; exarescentibus. In phreniticis damnat *ὄμματα ἐπιχρῶν ἔχοντα* oculos puluerulentos, nihil aliud ea voce intelligens, quàm quod hic *ἀχνῶδες*, & in Prorrhethico, vbi *ἀχνῶδες*, alij Hippocratis interpretes legerunt *ἀχνῶδες* admodum verisimile, cum in eadem sententia author huius Coaci prælagij *ἀχνῶδες* scribat: prius autem scripserit τὸ ἀχνῶδες.*

DESID. IACOTII COMMENT.

4. de locis aff. sect. cap. 1.

**H**Aec & superius exposita sunt, & ita copiosè tractantur à præceptore Holletio, nihil vt addi possit. Tantùm apponam Galeni sententiam. Visum hebescere scribit ac languere tribus in vniuersum de causis, quæ particulares multas comprehendunt, humorum oculi inopia; membranarum corrugatione aut densitate; & visorij spiritus paucitate, qui vel intercipitur in nervo optico ab inflammatione, scirrho, humorum defluxione, aut alia obstructione: vel nullus transmittitur omnino, aut perexiguus à principio: quod in cerebro consistit. Alio verò loco oculorum status tres recenset, per quos videndi actio vitatur, cristalloidis albescens colore mutatum propter substantiæ arefactionem: suffusionem veram concreto intra albuginem crasso & opaco humoris vapore: & imaginem visionem propter vapores à ventriculo ad cerebri membranam ascendentes, & ob viciæ cum illa cerebri continuitatem mox ad oculi pupillam delapsos, ac substantiæ suæ opacitate intra albugineum iudicium de obiectis interturbantes. Ex quibus primus ferè curationem non admittit: alter difficillimus est: tertius facillimè sedatur bilis vomitu.

1. de loc. affect. cap. 2.

In Prorrhethico verò ita scribit in hunc Aphorismum: Oculus *ἀμαυρόμενος*, id est, hebes obtusisque: & *ἀχνῶδες* turbulentus ac tenebrosus, tum ipsi ægro, tum videntibus fit manifestus. Aegro quidem, quum non amplius conspicuè videt, quomodo antea in hebetibus conspectibus: veluti in turbulentis, præter id, quod obtusè respicit, adhuc per quandam turbulentiam videre putat. Vocant autem *ἀχνῶ* aëris *θόλωσιν*, id est, turbationem, quæ medium tum nubis, tum nebulae habet crassamentum, ita vt quàm nebula quidem magis concreuerit, quàm nubes verò minus. Fit autem tale in oculis pathema & non paucis, qui febre carent: veluti & *ἀμαυρωσις*, quæ obscura imbecillaque instrumentorum sensio existit, sine turbulentiae apparitione: iam verò & laborantibus multis. Est autem *ἀμαυρωσις*, *ἀχνῶδες ὄψεως*, id est, turbulento aspectu generalior. Nempe cum in vitroque obscure cernatur, ægris tamen ipsis sensio veluti turbationis cuiusdam in turbulentis conspectibus euenit: extrinsecus verò videntibus oculus acie inertior hebesque, nullam humidi præter naturam habere videtur substantiam. Perit autem ex eotum splendidum, tum lucidum, quod in acutè videntibus oculis inest. Hebetes item imbecillique mortuorum oculis similes existunt: multisque morientium, atque adhuc tamen viuentium tales oculi videntur, veluti & iis quos extrema habet senectus. Turbulentis verò non omnibus, sed solis iis, quibus turbatum in pupilla videtur humidum: quod sanitatis tempore tum lucidum, tum candicans erat. Hæc

Galenus

Galenus. Erotianus verò, *ἀχνῶδες* ita interpretatur. *ἀχνῶδες λέγεται ποιότης ἀμαυρωσις ἐν σκοτίᾳ ἐπὶ τὸς ὀφθαλμούς, ὡς ἐν ὄμματος ἢ τῆ ε. τ. Ἰλιάδος, ἀχνῶ δ' αὐτοὶ ἐπ' ὀφθαλμῶν ἔλθον, ἢ πρὶν ἐπιέν.* In hoc affectu cristalloidis aut vitrei humoris color natius in glaucum, aut fuscum mutatur propter crassitiam ex siccitate & febre, aut turbulentum spiritum, aut humorem crassum. *πρὶν* autem in oculo Galenus intelligit non coagulationem, aut concretionem humidi ab exiccatione, sed immobilitatem à conuulsione æquali musculorum oculos mouentium, aut à resolutione eorundem, aut absoluto defectu facultatis mouentis, vel torpore quodam functionem in neruorum principio. Quod si ægrè tantùm mobilis sit oculus, indicat ad hunc affectum proximè ventum esse. Eadem affectio, sed temporaria quibusdam phreniticis superuenit fixis in conum stabilem spiritibus. Et Hippocra. naturam melancholicam describens, Balbi (inquit) iracundi, oculis non nictantes, celeri lingua præditi. Vbi per illa verba, non nictare, immobilitatem oculorum intelligit. Nam melancholici ex quinque causis balbutiei, linguæ breuitate, quæ anteriores dentes premere non potest ad prolationem r. post t. aut ariditate, aut largo cerebri humore, aut imbecillitate caloris musculorum linguæ formarricis, aut calore cerebri præ velocitate imaginandi linguam impediente, aut flatu velociter impellente linguam, propter hanc postremam potissimùm balbutiunt: non nictant verò, propter siccitatem, aut mentem in spectris occupatam. *ἀχνῶδες* autem *ἐπιχρῶσις*. ἐπιχρῶσις, *χρῶσις*, vt in exegesi, quia concretus humor sic exaruit, vt abiicit in puluisculum. Manifestum autem est, singula hæc symptomata, cum vi febris inciderint, non solum mala, sed etiam lethalia esse.

2. Epid. sect. 5. 6.

XLVI.

Ὀμμάτων ἀμαυρωσις ἄμα ἀψυχία, ἀσασμῶδες συντόμως.

Oculorum obscuratio cum animi deliquio conuulsionem accersit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**O**bservatio est particularis. Nihil enim habet commune visus hebes & animi deliquium cum conuulsione. Quare conuulsionem adferre nata non sunt, sed variis causis commotis hæc conuulsionem, alia obscuritatem visus & animi deliquium alicui ægro attulerunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**n Prorrhethico eadem ferè sententia legitur quibusdam additis, quæ simul iuncta minus dubiam faciunt conuulsionis expectationem hoc modo, Cervicis dorsique perfrictiones apparentes per totum corpus, in his & spumosa vrinarum excretiones cum animi deliquio, atque in oculis totius lucis impedimentum conuulsionem prope esse indicant. In quibus signis animi deliquium, quod *ἀψυχία* dicitur *ἀπὸ τῆς λεπτοψυχίας*, & *ἀμαυρωσις*, quam interpres vertit totius lucis impedimentum in oculis, facultatis animalis imbecillæ signa sunt, quæ per accidens tantùm conuulsionem portendunt, quod neruorum principum affectum sit, aut per resolutionem facultatis animalis & resiccationem totius oculi, ac neruorum partium, vt morte iam iam impendente: aut per oppressionem in morbo incipiente vel aucto. In conuulsione tamen, quæ ex ariditate fit, id est, ex humida substantiæ defectu inæqualiter ac dispersè exhaustæ à calore febrili, quia sæpe sentim inducitur, non fit *ἀψυχία* deliquium animi, nec syncope, nisi rarè aut per accidens. Nam cum paulatim deficiunt vires, deliquium non sequitur, sed cum repente collabuntur. Quare hæc duo symptomata antecedunt magis conuulsionem à plenitudine neruorum partium, quæ semper repenteprehendit, vel eam, quam bilis ventriculi os erodens inuehit. Affecto enim ore ventriculi conuulsio accedit consentiente cerebro propter insignes neruos, qui ex ipso ad stomachum perueniunt: consentiente verò corde, deliquium, aut syncope. Illic fit euaporatio ac doloris sensus, proindeque adsunt duæ conuulsionis causæ, sensus acrimonia in illis neruis, & com

3. Prorrh. 20.

& communio, ac commeatus ad neruorum originem. Inde enim excitatur vis animalis, quæ infestam qualitatem deuitans neruum conuellendo contrahit. Hic vero dolor proprietate quadam potius, quam magnitudine, aut intemperies ad cor peruenit. Conuulsionem ergo stomachicam, vt sic dicam, antecedunt ventriculi morfus quidam ac nausea, aut æruginosa, vel porraceæ bilis vomitus, qui etiam aliquando succedit, & conuulsionem soluit: imminet enim verò iam, & aduenientem amaurosis, & deliquium animi ostendunt ex contractione inæquali & subita spirituum ad cor, & caloris innati defectu, aut suffocatione. In exolutione enim concidit animalis facultas, quia spiritus vitalis ingreditur in illius opera. Quò fit, vt affecto corde, aut constrictis arteriis refrigerentur partes cerebri, & inhabiles reddantur tum ad motum, tum ad sensum, quia densati nerui cerebri vim non deducunt, aut animalis spiritus materia deest. Sic videre licet plerisque antequam conuellantur. repente queri de oculorum obscuracione, totius lucis impedimento, & virium exolutione. Hoc tamen signum conuulsionis proprium non est, cum & syncopen, vt dixi, tum cardiacam, tum stomachicam præcurrat, & præfocationem vteri. Idem iudicium de conuulsione à plenitudine, quæ vel sine febre incidit, vel post febrem à colliquatione pituitæ, aut acrimonia humorum. Nam in turbatione humorum & recurfu caloris repëtino ad interiora, fiunt & amaurosis, & virium exolutio, quam hic Galenus refert inter signa facultatis animalis, licet syncope proprius sit cordis affectus. Rectè autem dixit σωματικός. Non enim ex his signis certò præfagiri conuulsio potest, sed vbi alia conuulsionis signa edita fuerint, hæc superaddita iam ipsam adesse docent. Quare optimum fuerit addere, quæ citato Prorrhethici loco ponuntur, spumosas videlicet vrinas, aut crudas, aut incoctas: & ceruicis dorsique perfrigerationem vnà cum toto corpore. Nam spumosa vrina, siue ob colliquationem, siue ob perturbationem quandam, flatuosumque spiritum oriantur, suspectæ vtroque modo ad conuulsionem existunt: perfrigerantur autem ceruix ac dorsum vel caloris innati absentia, vel pituitæ in neruofas partes & corporis habitum diffusæ præsentia. Eiusmodi enim partes & neruosa sunt ac frigida suapte natura, & propter crassitiem interpositam musculorum atq; ossium minus incalescunt à corde, licet in medio thoracis locato. Ideo tum in conuulsione, tum in rigore primæ omnium refrigerantur, sicut sudores multò magis vrgent pestibere, quam dorso. Per apichiam autem intelligit animi deliquium. Dioscorides in Prorrhethico apoplechiam scripsit, quæ est exolutio à syncopa distans. Hæc enim semper cū sudore symptomatico coniuncta est, deficiente præ magnitudine symptomaticis retentrice: illa citra sudorem. Multò autem certiora hæc futura sunt, si dentes strideant, oculi aut immoti sint, aut palpitent, vel peruertantur. Immobilitas enim factæ iam in illis partibus conuulsionis argumentum est: mobilitas verò & contractio motibus interrupta contra naturam, eius quæ adhuc fit, aut fieri incipit, de quibus sequente Aphorismo agit.

XLVII.

Ομμάτων ὀρθότης ἐν δέξει, καὶ κίνησις δέξει, καὶ ὕπνος ἀπαυγάνης, ἀγρυπνία, ποτὲ δὲ καὶ ἐν κίνησι.

Oculus rectus in acuto morbo celer motus, somnisque turbulentus, vigilia, interdum quoque stillatio e naribus.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Sunt qui in duas sententias diuidant, quæ sequuntur. Posterioris initium faciunt Sapientibus æquum: huius verò fini δὲ ἀγαθὸν inducunt. Cæterum oculum rectum dicit, qualis ferè est in eo vitio, quam proximè ἀκίνητον dicebamus. Oculis enim sursum, deorsum, in latera motus est. Ad hæc omnia musculi à natura positi. Si igitur quies est omnium musculorum resolutio quadam, aut tensio illa, σφόδρα re-  
cta pupil-

ita pupilla constat, nec in vllam partem dimouetur. καὶ κίνησις ὀφθαλμοῦ. Parùm constat an ad oculum, an ad vniuersum corpus referatur. Si ad oculum tantum, quies erat statuenda recti musculi. Ac statim commota materia & naturam excitante, musculi quoque commouentur, & contraria oculorum affectio nascitur, quæ ἐξέλιξις dicebatur. Nec id magis mirum esse debet, quam quòd ægri modò somniculosi, modò vigiles, modò loquaciores, statim silentes atque taciturni, nunc rident, cantant, itatim lachrymant, modò calent, modo frigent. Si ad corpus, ad δυσφορίαν dictam pertinebit. Nam κίνησις aliquando in Epide. eò referri videri possit. ὅτι πρὸ παραχρᾶδός, ἀγρυπνία. Prius de turbulento somno, & vigilia cum comate. ποτὲ δὲ καὶ ἐν ἀσθῆσι. σφόδρα legendum puto, ac quam vim habeat stillatio sanguinis, satis expositum est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Rectius hic Aphorismus ad antecedentem referetur, quam ad consequentem, vt intelligatur ad finem, ἀσσομώδες. Quanquam & per se ac sepe ratum legi potest, atque intelligi, κλονίον, vel φρενιζιόν, aut aliquid simile. Causa est, dubia significatio vocis illius δέξις. Nam cum rectus oculus maneat, aut quia moueri non potest; aut quia non mouetur, quanquam possit: aut quia difficulter mouetur: Primo quidem modo conuulsionem æqualem musculorum mouentium, aut omnium resolutionem significat, vt dictum est; atque hæc immobilitas firma est, non temporaria. Huic tertius modus similis est, nisi quòd non solum fit ab his causis remissis, sed etiam à conuulsione circumdantis opticum musculi, qui oculum dirigit, & illius pondus sustinet, vt exposuimus. Eo enim musculo conuulso, & proinde directo optico, & pupillæ directæ constituuntur, & non nisi cum difficultate circumducitur oculus, aut in varios situs desleat. Proinde Arabes docent conuulsionem huius musculi non solum non officere visioni, sed prodesse etiam, quia animalis spiritus per rectos & tenfos opticos facilius ac celerius descendit, acutiòrque procedit visio, nisi intemperies à conuulsione, oculo, optico, aut cerebro communicata visum minuat. Si itaque propter hanc causam rectus sit oculus, sententia erit: Præter signa conuulsionis superiore Aphorismo posita, directum oculum & immotum factæ conuulsionis argumentum esse: celerem verò motum oculi & immodicam palpitationem, eius, quæ adhuc fit, aut fieri incipit. Cum autem conuulsionis fiant aut citra febrem à vehementi admodum refrigeratione & copia crudorum crassorumque humorum: præterea neruorum atque tendinum inflammationibus, si quando malum ad ipsum principium ascenderit, hoc loco ostendit se verba facere de his conuulsionibus, quæ per febres generantur, quia addit ἐν δέξει, id est, in acutis, aut iis, qui ex ipsis degenerant. Conuulsionem igitur, quæ in talibus morbis proueniunt, in adultis quidem notæ illæ testantur potissimum, tum quæ per graues phrenitidas apparent: tum quæ partium faciei deprauatum motum indicant. Prioris generis sunt vigiliæ immodicæ, somni nulli, aut exigui ac turbulentis: interdum quoque stillatio sanguinis natura infirma, quæ cum non possit collectam in capite copiam excernere, humore in neruofas partes recurrente, conuulsionem accersit: aut infirma retentrice, quæ amplius humores continere non potest. In pueris verò ad præfagiendam hanc conuulsionem vigilare modò satis est, interdum verò & clamare, & supra modum expauescere, & flere magna cum vehementia, & alium non descendere, quæ non solum signi, sed etiam causæ rationem habent in neruis maximè imbecillis puerorum. Posterioris autem generis notæ sunt peruersio musculorum faciei, stridor dentium, & hæc oculorum directæ acies, aut mobilitas, vel inuersio. Hippocrates ad hæc signa addit colores præter naturam in facie. Nam colores mutant & in syncope & in conuulsione duobus modis. Aut enim viridescunt, vel liuescunt, qui colores sunt defecti caloris innati: aut rubent, vel nigrescunt, vel pallent ex humorum prauitate, qui conuulsionem afferre solent. Hac itaque ratione hic Aphorismus & aptissimè coniungitur cum superiore, & illum tertij Prognostici explicat, in quò Hippocrates ita scribit, Pueri conuulsionibus corripiuntur, si febris acuta est, si aluus nihil reddit, si vigilat, si expauescunt, ciulant,

3. Progn.

3. Prorrh. 32.

1. Prog. 24

1. Prorrh. 4.

3. Aph. 24.

eiulant, si color pallidus, liuidus aut ruber euadit. His quidem facillimè obnoxij sunt pueruli recentissimi ad annos septem. Grandiores autem pueros, atque viros non item conuulsiones in febrisprehendunt, nisi signum aliquod valentissimum, deterrimumque accesserit, qualia pleraque in phrenitide exoriuntur. Quòd si ὁ μάλιστα ὁρθότης oculorum illa restitudo temporaria sit, ita vt æger modò fixis & intentis oculis intueatur, modò celeriter oculos moueat, possunt quidem & hæc omnia conuulsionis esse prægnancia, sed magis & immediatè phrenitidis. Non enim à conuulsione est ita immobilis oculus, sed ἄτενός fixus & intentus, id est, vt interpretatur Galenus, θρασύς, ferox & audax. Nam cum oculi ἐκλάμπουσιν supra modum relucent, signum est per se hominis ira perciti & incipientis phrenitidis, quia propter sanguinis feruorem bilis augetur, ac spiritus confertim in caput & extra feruntur. Quòd si id fiat ἄτενός accedente ferino quodam aspectu, vehementior in acutis præmonstratur insania. Auget periculum velox oculi motus, quòd videlicet quieta bile, & spectris accedentibus, quæ animam retinent, feroces & immoti oculi cernantur: eadem mota & formis deletis, variè agitentur. Hos Hippocrates interdum vocat ἐνδεδινημένους intus agitados, quod etiam à tremore musculorum propter siccitatem fieri potest. Ab hoc autem signo non simpliciter scribit Hippocrates delirium significari, sed vehementem insaniã vsta bile. Sic enim scribit, Quòd si in præcordiis pulsus quoque inquit, perturbationis vel delirij indicium est. Verùm oculos eorum intueri oportet. Si nanque crebrò moueantur, hos μανῆσαι, id est, vehementer insanire expectandum est. Creber ergo ille oculorum motus delirij suspicionem affert, quia illorum musculi affectiones cerebri primi sentiunt. Cerebrum verò ipsum aut per se laborat, aut ab aliis neruosis partibus, maximè à septo transuerso & ore ventriculi afficitur. Huic affectui contraria est oculorum abiectione, quæ ostendit oculos diu apertos teneri non posse propter imbecillitatem facultatis palpebras mouentis. Turbulenti quoque somni ac tumultuosi & insomnia inter phrenitica signa numerantur ab Hippocrate: & in Prorrhetico παραχάδεις vocat, id est, turbulentos, qui non insigniter adhuc turbantur, quod leuiter offensa mente fieri solet. Adaucta autem, quæ initiò exigua erat, affectione, non παραχάδεις simpliciter, sed iam ἀσφρονέστες deliri dicuntur. Fiant autem huiusmodi somni vel propter bilem acrem, quæ cerebrum diluit: vel propter halitus è venoso genere, qui membranas cerebri vellicant, & varia spectra animo offerunt: vel propter vitiosum humorem in ore ventriculi aceruatum. Propterea inter pueriles morbos referuntur ab Hippocrate insomnia & pauores ex ventriculi cruditate: & in adultis, qui cruditate laborant, tumultuosi somni & mentis terricula quadam, vt ex cibo melancholico, oriuntur, quia mens per somnum quasi soluta sensibus ociatur, & tanquam ex specula corporea sæpe exactius percipit, vnde vermibus obnoxij exclamant, mastlicant, dentibus strident: sicut communicato suauis vapore rident. Deliria autem fiunt etiam à ventriculo, quia cum à cerebro nerui omnes oriantur, quæ partes neruos plures, aut maximos recipiunt, illæ principium suum in confortium mali haud sine ratione pertrahunt. Vigiliæ verò, quæ à siccitate & bile ducunt originem, non solum in signis phreniticis habentur, sed etiam causæ sunt, quia exsiccant & sanguinem biliosorem reddunt. De stillicidio sanguinis dictum est.

XLVIII.

Πρὸς τὴν ἀφῆν μὴ περιχάδεις, φρενιτικοὶ γίνονται, καὶ μάλλον ἢ αἷμα ῥυῖ.

Qui ad manum parum ardentem febricitant, phrenitici fiunt magis, etiam si sanguis fluat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hoc est, quod in Epid. πυρετοὶ οἱ μὴ δεινότεροι τῆ χειρὸς οἱ δὲ πρῆτες. Nam vbi τῆ χειρὸς πρῆτες dixit, hic πρὸς τὴν ἀφῆν μὴ περιχάδεις. Atque eiusmodi ferè genus

genus pestilens est. Calor enim neque mordax, neque vrens, si manum aut latera contigeris, quum tamen cetera interni incendij & pestiferæ conditionis indicia præ se ferant. Φρενιτικοὶ γίνονται & hoc maligni morbi, cum materia in caput versa phrenitidem indicat. καὶ μάλλον. Vidi quibus tantum stillauit: vidi, quibus largiter eruperit, nec hoc tamen perpetuum est. Nisi enim admodum pestilens morbus est, aut interpestiue effluat, phrenitidè febrèmq; potest dissoluere larga sanguinis effusio.

DESID. IACOTII COMMENT.

Dictum est sæpe, calorem febrilem in omnes corporis partes æqualiter diffundi, febris esse signum, cui nulla inflammatio maligna coniuncta sit: interiora verò vri, & exteriora perfrigescere, aut non calere pro ratione febris, malignæ ac lethalis, quales sunt lypniæ, & quædam ardentes à phlegmone visceris alicuius nobilis ex crassis succis orta. Quò autem frigus extimarum partium vehementius fuerit, eò imbecillio rem virtutem significari, quia calor natiuus aut suffocetur, aut extinctioni sit proximus, nec amplius in corporis habitum diffundi queat. Hos itaque phreniticos fieri consentaneum est. Vei enim bilis in venis magnis feruens celeriter rapitur in cerebrum: vel focus febris ardentis est in cerebro, vt inflammatio. Confirmatur expectatio, si sanguis è naribus symptomaticè fluxerit, non criticè. Nam cerebrum oppressum copiosa sanguinis profusione liberari solet à periculo phrenitidis. Sed hæc alibi copiosè explicata sunt.



SECTIONIS SECVNDAE COACORVM PRAESAGIORVM HIPPOCRATIS

SAGIORVM HIPPOCRATIS

LIBER SECVNDVS.

I.

Γλώσσα ὃ καὶ ἀρχὴς μὲν περικυβία, τὰ δὲ χεῖρα μὲν διαμύσσει, προϊόντος δὲ τῆς χεῖρος, σαχωμομένη, καὶ κελαινομήνη, καὶ ῥηγγυμένη, γαστέρα.

Lingua, qua in principio quidem inhorruit, in colore verò permanet: progressu autem temporis exasperatur, & liuc scit, & rumpitur, lethalis est.

IACOBI HOLLERII COMMENT.



ERSE QUITVR præfagium è facie eiusque partibus. Ac linguam videtur omisisse in Progn. quia inde parum firma præfagia sunt. Scriptum autem in Epid. γλώσσα δμύχνης ἧσι προβάσει διότι ταῦτασι γινώσκονται τὸς χυμὸς, vincti in corpore materię concolor est. Sinc ergo humores diiudicatus. Ac primùm quidem venarum & arteriarum indicia præ se fert lingua: deinde totius corporis. Quamquã prius distinguendū, vnde lingua immutetur, quam inde edatur præfagium. Lingua igitur immutatur potu, cibo, medicamento, quæ extra ratione præfagij censenda sunt. Immutatur vapore è venis, arteriis & corpore, quod præfagio accommodatur. Immutatur quoque destillatione è capite. Quæ omnia inter se conferenda prius, quam inde prognosticum instituat. Intingitur autem celerius ea pars corporis, quia mollis & spongiosa est, quia eò extremæ venæ plurimæ perti-


T t



neant. Eo denique loco sita est, ubi magna vis exhalationum totius corporis suspirantis coëat, serosusque humor tenuis & sequax colligatur. Hinc ergo, hoc est, serosa materia, & suspiris totius corporis lingua immutatur. Ex quo redundans materia non solum intelligitur, sed natura morbi, & ex his præfagium colligitur. Omnia autem suo loco explicabuntur. *Lingua igitur initio.* Initia morbi intelligit prima periodo & quaternario definita. Quæ autem *πεφριμδα* dicatur, non satis constat. Ea enim vox inusitata in linguæ vitus, vnde vel tremorem intelligere oportet. Sepe enim *προμωδης* lingua hic, & in Prorrhethico legitur, vel *πεφριμδα* legendum est, quod retorridam sonat, quomodo *πεφριμδα* de marasmo, hoc est, marcore vsurpatur. Horror igitur aut tremor non alia ratione fit in lingua, atque in reliquo corpore. Mista enim frigida materia cum acri & calida *φριμδα* febres fieri iam ante dictum est. Ergo & eadem materia lingua imbibita, eaque mota leuis quadam concussio horrori similis poterit excitari. At tremor imbecillitate virtutis & nervorum, qui in linguam sparsi sunt à tertia quidem ad gustum & tactum, à septima vero conjugatione ad motum. Retorrida autem magnam siccitatem totius venosæ naturæ indicat. *Colorem suum retinens.* Color naturalis linguæ rubidus est, atque initio quidem nondum putri materia etiamdum languente febre vix colorem alienum trahit. At hoc retorridæ linguæ parum conuenit. *Procedente tempore.* hoc est, post primam periodon inualescente febre. *Exasperata.* Siccatur primum lingua, deinde exasperatur & nigrescit. Siccatur ergo in sicco morbo vaporibus aut exhalationibus potius: deinde quia exhalatio saluatrices glandulas exsiccat, *σιαλοχες* dicunt, à quibus lingua humiditate quadam irrigatur. Sed ab immoderata siccitate scabrescit & exasperatur: ab immodica caliditate nigrescit. *Lingua.* extinctionis signum est. Ac maximè liuere potest copia, quia videlicet humor linguæ imbibitus oppressis & interceptis venis, per quas refluit, vt gutturis & faucium vitis extincto calore & spiritu corrumpitur, & liuorem trahit: deinde quia totius corporis communis extinctio est. *Et rumpitur.* Præ ariditate lingua interdum rimas quasdam & fissuras trahit. *Lethale.* Non est pronunciandum lethale esse, nisi prius alia signa conueneris. Videas enim linguas perpetuò rubentes, nec ita squalidas in morbo, vnde moriuntur ægri. Per multos videas cum eiusmodi lingua, qui conualescant.

DESIDERII IACOTII VAN-  
DOPERANI COMMENTARIORVM LIBER  
secundus in Coac. præfagiorum sectio-  
nem secundam.

6. Epid. 5.



sect. 4. 27.  
sect. 5. 14. 16.  
4. de sanitate  
tuen. 7

NON solum in acutis, sed etiam in diuturnis morbis præfagium ex lingua ab Hippocrate in Prognostico prætermissum, in Epidemiis diligenter annotatum, vim haud minorem habere, quam ex vrina, authoritas Hippocratis, ratio, & experimenta docent. *γλωσσα* (inquit in Epidemiis) *δμοχρως ηησι προς ασεισι, διοηης ταιησι γινωσκουμεν τες χυμους.* Lingua vincenti materix, aut coniunctæ, quæ scilicet morbum facit, concolor est. Hinc ergo de humoribus iudicium facimus. Et paulò ante, Lingua humorum serum indicat, linguæ virides biliosæ; biliosum autem à pingui: rubræ à sanguine; nigræ ab atra bile, valde aridæ à fuliginosa exustione & materna parte; albæ autem à pituita. Ratio sic habet. Cutis color succi naturam indicat (ait Galenus) nisi ad profundum recesserit, potissimum ubi pars cute nudata est, quales oculi sunt, de quibus superiore libro: aut cute tegitur tenui, vt lingua, quoniam intra os condita est. Accedit & illa ratio, cur manifestiora indicia lingua præbeat, quia flaccida est, laxa, & mollis cum vasorum amplitudine. Habet enim insignes venas, & instar lanæ, aut spongiæ serosos humores combibit, & ex aliis partibus in se excipit longè facilius ac promptius cæteris membris, quæ dura sunt ac densa. Indicio est, quod facillimè intingitur potu, cibo, ac medicamento.

amento. Præterea cum articulata vocis & gustus sit instrumentum, non solum cerebro à medico spectanda est, sed etiam qua ratione voces informet, quòsque sapores referat, diligenter obseruandum. Modus autem est eiusmodi. Per continuitatem tunicæ interioris pulmonum ac ventriculi, colorem, substantiam, & exhalationem humorum refert, qui in illis partibus continentur, aut præ calore extraneo fusi, atque in fumum versi feruntur in sublimem. Per venas verò & arterias tum succum nutritioni dicatur, tum humorum serum ac vapores è venoso genere ac toto corpore & suscipit, & oculis representat. Ob idque vt est vapor & humor venarum atque arteriarum, sic affectus linguæ & totius corporis. Ratione autem substantiæ spongiosæ & facultatis gustatorix, cum impura fuerit, excrementis imbuta, pro ipsius excrementi natura in cibus saporem redundantium humorum percipit, tamen si expertes sint saporis vehementioris. Præterea bile in lingua amara omnia videntur: salia, ubi obtinet linguam salia pituita, quæ affectio Galeno corrupta sensatio dicitur, tamen si sensatio obiecti vera est. Lingua enim tertiaria laborantis ideo corruptè gustat, quia iudicat sensibile non externum, cum eius proprium sit externa, non interna sentire. Præterea in infecta lingua percipitur imbutus humor etiam absente obiecto externo: aliquando non nisi præsentem tantum. Nam tertianarius sentit amarorem: quin etiam præsentem obiecto dulci externo falsò iudicat in eo amarorem, aut saltem multò minus dulce esse putat, quam re ipsa sit, quia multus humor (ait Auerris) contentus mouere sufficit, paucus requirit externum gustabile, quod concutiat paucam quiescentemque materiam. Cum verò naturali corporum situ vasa sanguine dulci pinguique oppleantur, fit, vt propter assuetudinem sensum non inferant linguæ interni hi sapores, sed aduersi insoliti que, salus & amarus auctore Aristotele. Atque hæc origo est symptomatum gustatorix facultatis. In motu autem, tremore & conuulsione tentatur eorum musculorum, quos sibi proprios habet lingua, atque per hæc cerebri affectus & vicinarum partium ostendit, quia proximè à cerebro hi muscoli nervos recipiunt. Quatenus verò loquutionis etiam instrumentum est, lingua oblata balbuties oritur, vel quia breuior est, quam vt possit anteriores dentes premere ad prolotionem r. post t. quod vitium Græcis *πρωλισις* dicitur: vel quia ficcior, quod iis euenit, quibus longa oratione lingua exaruit, vt tendi nequeat: vel ex largo cerebri humore, propter quem etiam & infantes, & ebrij balbutiunt: vel quia ex primo Epid. frigidum natura temperamentum est, quoniam imbecillitas caloris musculos linguæ formantis vim premendi linguæ roburque tribuere non potuit: vel denique propter caloris, & magis in capite incrementum, quoniam præ velocitate imaginandi lingua concepta assequi nequeunt, vnde præpediuntur in loquendo, & ob eam causam balbutiunt adusti melancholici auctore Aristotele. Acutius verò ait, quoniam status velociter impellit linguam, sicut & ad Venerè, & appetitus quosius immodicè feruntur melancholici, quia flatibus abundant. Præter hæc verò humorem è cerebro defluentem, & calorem in eo feruentem refert propter glandulas quæ saliuam affundunt, & humiditatem vnà cum vasis ipsi linguæ suppeditant, Græci *σιαλοχες* vocant, quæ si officio desint, lingua exarescit, scabrescit, & exasperatur. Tot igitur ac tanta ex lingua minimo corporis membro, ad præfagium & morborum diagnosim annotantur ab Hippocrate. Sed hoc admonere etiam oportet, ne fallamur, vt positus in lingua horum omnium signis, ea quæ significantur, in corpore contineri necessarium esse putemus, non tamen cōtrā. Neque enim bile in ventre aut venoso genere præsertim inferioribus ramis venæ cauæ feruente necesse statim linguam immutari, vt inde nigrum colorem aut pallidum trahat. At si nigra sit, atram bilem, fuliginem, & iecinoris calidam affectionem necessario ostendit. His ita constitutis sequentium de præfagiis ex lingua Aphorismorum ratio facilius explicabitur. *Lingua quæ in principio inhorruit.* In principio morbi, quod primo quaternario, aut signis cruditatis definitur, lingua dicitur *πεφριμδα*, quasi horrens *αφ τω φριττειν*, quo significari videtur inæqualitas quadam, vel in motu ab agitatione humorum ac spiritu, quomodo Græci dicunt, *φριττων γλωσσαν ε νοω, και διανοιαν:* vel in superficie à leui quadam asperitate horridè cuti simili. Quod

3. collect. 35.

34. probl. 5.

6. Aphor. 31.

sect. 2. 78

11. probl. 38.

duobus modis fieri potest: contracto introrsum humido & calore (huius enim illud vehiculum est) propter penuriam & extinctionem: & inæqualiter ac dispersè exhausto à calore igneo febris, unde exarescit lingua, nec ita liberè extrà exeritur. Priore modo frigus coniunctum est, quod in exploranda digito asperitate percipitur, estque omnino lethale signum, nec nisi in magnis viscerum inflammationibus, aut sub mortè, aut in febre pestilente talis lingua apparet. Posteriore verò & aspera est, & calida sentitur minore periculo: sed in principio deterior: quia inde febris celeritas, vehementia, & malignitas significantur. Sic in Sileno secundo die lingua superaruit: & in Philisco, tertio, quorum uterque accedètibz pravis aliis signis obiit. Nam ad faciendam fidem alia signa adiūgi oportet. Primum enim à calore febrili, & calida sicca totius corporis dispositione exhauritur humor & glādulis affluens, & attenuatus exhalat: deinde superficies exasperatur absumpto humido, quo partes continuatæ æquantur aucta immodicè siccitate, quæ est caloris ignei effectus. Causa igitur est febris acuta, & frequentius inflammatio viscerum nobilium, maxime iccinoris, diaphragmatis, aut lienis. Ex his tum caloris cōmunicatio, tum fuliginosus halitus per cesophagum ascendens linguam exiccant, exiccata exasperant primum quidem leuiter, & in superficie tantum, deinde inualecente morbo altius, ut etiam findatur in rimas, & quandoque extrema parte sursum torqueatur ac reuellatur cum tremore quodam. Hæc autè inæqualitas distinguenda est ab ea, quam fuligo linguam operiens inuexit, ex cibo aut humore corrupto in ventriculo, vel cerebro aut siti, quæ nihil ferè per se, aut certè minus habet periculi. Illa perniciosissima, maxime in principio, quod circa statum minus mirum sit humores absumi. Quod enim calor acerrimus breui interuallo efficit, id etiam non valde immoderatus, longo. Addidit autem sine mutatione coloris, vel quia nondum morbi iuitio prolunt sero humoris morbifici: vel quia in interiore inflammatione totus collectus est, ut solo calore exasperata sit, necdū exusta; vel quia causus nothus est, in quo lingua quidem sicca & aspera redditur, non tamè nigra, sed falsa, quia huius causi materia est pituita falsa. Qualem intellexisse ex eo suspicari licet, quod statim opponat linguam nigram, ut in hoc Aphorismo ex lingua in causo notho lethale signum colligat: in sequente agat de causo legitimo Proinde addit, *Progressu temporis, &c.* (cum ad statum morbi ventum est) exasperari, & liuescere & rumpi, nulla coloris facta mentione: quasi diceret in causo notho certissimam mortem portendi, in quo hæc gradatim fiant, ab incendio in vasis concluso, interdum etiam à corruptione & marcore interiorum viscerum. Liuescit autem lingua vel in mutatione à flauo aut rubro in nigrum propter ingentem visceris alicuius inflammationem & caloris extranei abundantiam cum defectu innati: vel in extinctione caloris nativi. Etenim diximus has esse causas liuoris, quibus interdum Galeus addit abundantiam pituitæ in corpore valde refrigeratæ, ut vitreæ, aut crudi succi, & mutationem à nigro in album per suppurationem. Cum autè liuor in acutis semper indicet caloris defectum in parte luente, non tamen semper in toto. Nam in toto extinctionis absolutæ nota est, quæ extremis communicatur, in parte ingentis inflammationis intus latens, ad quam tracto sanguine relinquatur caloris nativi extinctio in extremis. Sic Hippoc. in Prognost. liuor è pedū dānat, nigrorem non semper, quod liuor ad solam sequatur calidi extinctione: nigror verò interdum ad eā auctam, interdū etiā ad decubentē humorē ad imos pedes. Proinde diximus, si digito eiusmodi lingua cōtingatur, frigidā sentiri, idq; esse mortiferū. In rimas autè finditur ob eādem causam. Etenim instar pingui terræ siccatae ardoribus diuiditur, atq; abrupitur aucta siccitate à calore igneo, ex quo tantum nativus minuitur, quātū febrilis augctur.

II.

Σφόδρα ὁ μελαγχολικὸν τεσσαρεσκαιδεκάτη κριθὴν γυνέσθαι δηλοῖ. χαλεπωτάτη ὅ ἐστιν ἡ μέλαινα, ἢ χλωρή.

Qua verò valde nigrescit, iudicium fieri in quatuordecim diebus significat. Periculosissima autem nigra & pallida.

IACOBI

Quomodo acutos morbos in quatuordecim diebus iudicari scribit, sic hoc loco è nigra lingua eo tēpore iudiciū fore pronūciat. Vbi enim lingua admodū nigra est, magnū incendium intelligendū, & quod ex bile feruida ac fuliginosa moueatur. Celer igitur & acutus is morbus est: quique prm̄is periodis, vel ad summum decimoquarto iudicetur. Nigra melancholici atrique succi: pallida redundantis bilis indicia sunt. Atque febres acutæ ex his humoribus periculosissimæ, atque celerrimè hominem rapiunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

Restè addidit σφόδρα ad distinctionem nigræ humidæ, vel fuliginosæ, quæ videlicet colorata est veluti quadam fuligine, & sicca propter exhalationem, nec ita periculosa, ut nigra. Est autem lingua nigra, causi legitimi à bile vsta indicium, ut scribitur li. acutorum quarto. Cum enim eius causi propriū sit inexplibilis sitis, ea primum aridam constituit linguam: post asperam: tandem atram. Proinde subiicit ex ea intra decimumquartum diem iudicationem significari, quia hic terminus est morborum verè acutorum, ut prima sectione expositum est. Periculosissima autem est nigra, modò ne sit humida. Nigrescit enim ex vrente febre, quæ veluti ignis sanguinem exurens fumo magis, quàm vapori similem reddit euaporationem. Quod si cum asperitate, & veluti quodam liuore coniuncta sit, non solum fuliginis, aut feri atræ bilis soboles est, sed extincti caloris consumpto ferè humido χλωρὴν verò appellat cum virore pallidam, cuius color ad biliosius transferit, nimirum quod pallida & crocea bile tingatur. Hæc autem valde prava est, si conferatur cum rubra à sero sanguinis, aut cum alba à pituita, tum propter bilis ipsius acrimoniam & calorem, quæ ardentissimam febrem gignit, tum propter eius motum sursum, ex quo periculum est translationis materiæ in cerebrum.

comment. 4.

III.

Γλώσσης παρὰ τὸ διεκρούειν, ὡς περὶ Σιάλω λαδὸν κῆρα λείπεσθαι, σημεῖον ἀνέστως πυρετῆς, παχέος μένοντος τῆς ἐπιγενήματος ἀσθήμερον. λεπιοτέρη δ', ἐστὶ ὑπεραιμία. ἐστὶ λεπιοτέρη, τεταμένη. τὰ δ' αὐτὰ σημαίνει κῆρ' ἐπ' ἀκρην τῆς γλώσσης γινόμενα, ἥσσον δέ.

Linguam, qua parte diuiditur, velut salina alba obduci signum remissionis: siquidem id quod superinductum est, crassum fuerit eadem die: si verò tenuius, in sequentem diem. Quod si eò tenuior ea salina, in tertiam diem. Eadem autem significant, siquidem extrema fiant lingua, sed minus.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Διεκρούειν in Exegefi vocum Hippocratis τὸ εἶναι διεκρούον ὑπὲρ κῆρ' ἀκρὸς ἀνομάζειται τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἠδ' ὑπερὸν δηλοῖ, hoc est, velut biceps, quod idem bifidum dicitur, & ἠδ' ὑπερὸν. Hoc autem loco lineam mediam, quæ recta duas linguæ partes dextram ac sinistram diuidit, διεκρούειν appellauit. Ac lingua quidem albida & mucosa à pituita, quæ aliquando infidet linguæ lateribus, aliquando medio, qua scilicet parte incaua lingua est. Vbi igitur materia è pulmonibus, ventriculo & faucibus linguam intingit, ferè ad radicē eius, qua epiglottis est, humor infidet: vbi à venis & cerebro reliqua magis. Sed in morbis pituitosis initio quidem serosa ferè & cruda pituita est, quæ diffluit, nec inhæret linguæ: vbi cocta iam crassior fit & paulò viscidior, atque sic inhæret. Desidet autem magis qua parte lingua caua est. Quomodo aqua atque humor omnis in ripis in alucum magis decurrit. Atqui concoctio remissionem facit. πυρετῆς παχέος &c. Non πυρετῆς, sed κῆρ' τῶ, vel ali-

quid tale, ut sit hæc sententia. Et si crassum perseverauerit id quod in lingua genitum est eadem die. Nam ut λεπτὴ πυρετός dicatur tenuis febris, παχέια tamen non dicitur. Deinde sequitur λεπτότερος quod opponit voci παχέια. Quomodo igitur in sputis tenuitas cruditate, crassities coctionem indicat, & in iis, quæ oculis defluunt, lachrymis similiter: ita in vrinis & pituita, quæ linguæ inhæret, & tota salua oris, quanquam, ut postea dicitur, eiusmodi crassities modus est. Quamvis igitur magis processerit concoctio, quam saluæ indicat crassitudo, tantò celerius remissio febris expectanda est, Tenuiore quidem in diem seq. Tenuior quidem, ut ad crassitatem comparetur. λεπτότερον enim, quasi crassum minus intelligit. Quòd si eò tenuior. Quod ad instar aquæ tenue est, crudum est. Quod paulò crassius, obscurè, eò etiam crassius manifestè, quòd iam crassum perfectæ coctionis indicium est. At constat perfecta coctione remissiones febrium & declinationes fieri, obscura & manifesta etiamdum crescere. Eadem autem significant. Extrema lingua est, qua turbinata desinit, quòdque dentibus imminere solet. προγλωσσίδα vocant, quæ & ipsa aliquando pituita obducitur. Inde idem præfagium est, sed minus firmum.

## DESIDERII IACOTII COMMENT.

**L**ingua in febribus interdum non mutatur, aut quia morbificus humor inferioribus ramis venæ cauæ continetur, ubi sanguis crassior, minus calidus, & longius distans eò neque serum transmittit, neque halitum: aut quia humor è cerebro defluens linguam proluit, ut etiam interdum cibus, potus, medicamentum. In his ex lingua certi nihil ad præfagium sumi potest. Nam tametsi media sui parte, quæ bifida est, velut salua alba obducatur, febris interdum perseverat, ac tandem interficit. Vbi autem sine his naturali coloris atque humiditatis restituitur, non abs re febris remissionem promittit, præsertim cum latera secundum naturam iam habere videntur, ac summa & extrema pars deterfa est; media verò, quæ caua apparet, & media linea diuiditur, pituita mediocriter crassa imbuitur. Id enim in febre acuta remissi feruoris indicium est, & restituti temperamenti glandulis, quæ saluam affundunt linguæ, quòd amplius neque halitu exiccentur, neque humorum vstorum sero imbuantur. In ea autem febre, cui origo est à pituita, deterfio laterum tum materiam ipsam, tum vaporem eiusdem imminui declarat, quia à lateribus ad centrum via est, quomodo in vlcibus latera primùm naturæ redduntur, postea centrum. Crassities autem moderata è tenui, aut è maximè crassa & viscida materia coctionis perfectæ signum est. Nam calor, ut calor, attenuat: ut coctionis opifex æquat succos ad nutritionem, aut excretionem. Crassa ergo dum coquit, attenuat moderatè: tenuia incrassat & constantia reddit, & quia resoluat aqueum tenue, & quia permiscet illi terreum, cuius permissione crassescit. Crassi autem humores generantur in corpore, vel à plurimo frigore congelante, vel à plurimo calore resoluente. Ob idque pituita crassescit præter naturam à calore extraneo & vehementi exsiccata, vnde περιγλωσσία Hippocrati in Aphorismis, id est, lentor ac sordes, quæ dentibus obhærent, aut pituita glutinosa ac viscida, quæ neque aceto, neque vino ore colluto detergeri potest, quod est vehementioris febris argumentum. Ea ratione & laterum linguæ deterfio, & moderata in medio humiditas remissionem febris præmonstrant tantò celeriore, quantò coctio perfectior fuerit, quam ex gradibus tenuitatis ad crassitatem distinguit. Ac nos empyricum vidimus in pestilente aëris constitutione, qui peste correptos certissimè ex his signis deprehenderet, & morituros prædiceret, quibus lingua cernebatur operata in superficie, ad latera, & mucronem quocumque colore aut humore: conualituros verò, quibus bifida tantum linguæ pars nigrore, aut alio colore obduceretur, præterquam purpureo, quem maximè lethalem experimentis affirmabat. Minus certum præfagium, si hæc circa extremam linguæ partem appareant, quam ἀκρὴν vocat, alij προγλωσσίδα, quæ medios dentes contingit. Frequentius autè præsertim cum materia morbifica continetur in ventre, lingua obducta albo vel nigro, primùm quidem extremo, ac tandem ad radicem, & alborem & nigrorem amittit.

IIII

## IIII

Γλώσσα τρομάδης μὲν ἐρυθματός τε ῥίνας, καὶ κοιλίας ὑγρῆς. τὰ δὲ ἄλλα ἀσημῶς ἔχοντα, καὶ πλέυμονα, πονηρὰ, καὶ ὀξείας κρητάρους ὀλεθρῆς σημαίνει.

*Lingua tremula cum robore circa nasum & aluo liquida, si quidem in ceteris nulla eduntur signa, circa pulmonem vitium est, & celeres purgationes lethales significat.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**C**oncurfus est varius, in quo linguæ tremor imbecillitatem facultatis animæ indicat, atque ea imbecillitas sæpe à siccitate est. Ac quibusdam intremiscit lingua, siquidem iubenter exerere. Sed hi ita iussi vix linguam excludunt, aut extremam eius partem tantum produnt. Alii etiam si non educant linguam, ore tamen aperto manifestè videntur intremiscere. Phrenitidis aut parum constantis mentis indicium facit author Prorrhetici. Rubor autem circa nares aliquando copia caput calfaciente, nonnunquam pulmonibus aut aliis visceribus malè affectis. Pulmonis autem inflammatis signa magis se produnt generis rubentibus. καὶ κοιλίας ὑγρῆς, liquida aluo pulmonibus inflammatis perniciofa est. καὶ τὰ ἄλλα ἀσημῶς ἀσημῶς sæpe dicit Hippocrates ἀκρίτως, quia videlicet nulla signa melioris valetudinis offerantur. Αλλὰ autem maximè, quæ ad concoctionem, excretionem criticas, abscessus eiusdem generis & ἐπιγινώμματα pertinent. καὶ πλέυμονα. Lingua colore rubens, genæ, malæ, nasus, similiter colorata omnia pulmonem affectum indicare possunt. Alia signa non ita. ὀξείας καὶ κρητάρους. Nec illa quidem celeres repurgationes lethales indicant. Nam in lethali peripneumonia sputa sæpe retinentur, aut tardius exeunt. Itaque quod vni aut alteri contigit, quasi vniuersale scripsit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**L**ingua contremiscit, dum exeritur, aut sermonis gratia mouetur per sympathiam cum cerebro vel resoluta ipsius facultate motrice, vel oppressa humorum mole, aut qualitate, vel propter calidam affectionem, quæ linguam quiescere non sinit. Ut enim frigus immobilitatem facit, ita calor diutius manens semper mouet. Ob eam causam in Prorrhetico contremiscentem linguam scribit signum esse non constantis mentis. Rubor autem circa nares, modò ne sit criticus, calidæ quoque affectionis nota est à biliosi feri affluxu, quod propter copiam ac tenuitatem à cerebro inflammato eò redundat, aut à sanguinis putrentis fuligine in pulmone, si quidem vnà coniuncta sit spirandi difficultas. Sursum enim conscendens evaporatio ambas maxillas insigni rubore suffundit, ut postea fusius explicabitur. Quòd si cerebri inflammatio pulmonis inflammationi superuenerit, & grauissimum pulmonis affectum esse necesse est, (Alioqui enim cerebrum in consortiū mali haudquaquam adduceretur) & calidum subesse humorem, qui copioso & acri halitu cerebrum inuadens phrenitidis affert periculum per Aphorismum. A peripneumonia, phrenitis malum. Ad hæc tam graua symptomata alui profluuium accedens necessariò symptomaticum est, quod & vires celeriter prostermit & aliam, quam à parte affecta, materiam cum periculo educit. Hepar enim in consensum pulmonis, aut cerebri propter grauitatem primigenij affectus trahitur, & naturæ vires collabuntur. Confirmabit iudicium, si quæ vtiliter circa pulmonem fieri solent, non appareant, ut expectoratio facilis, liberior, quam ante, spiratio, vrinæ meliores, parotides, hæmorrhagia, quæ interdum tametsi χαρὸν, peripneumoniam soluit. Ad quæ etiam referri possunt hæc verba, τὰ δὲ ἄλλα ἀσημῶς ἔχοντα. His omnibus in perniciè ægri consentientibus, ac tribus principibus facultatibus affectis non solum malum, sed etiam lethale malum est. Ex quibus intelligitur tremorem linguæ non tanquam pulmonis signum hic annotari, sed ἐπιγινώμματα perniciosum. Solet enim in hoc affectu lingua fieri ἀγλόλευκος ex pallore albicans, ut in Cydis filio septimo

Tt 4

4. Aphor. 53

I. Prorrh. 20.

7. Aph. 12.

Epidemiā aut valde rubens, vel quia multus per venas linguæ consensus est cum pulmonibus: vel quia inspiratio inspirato aëre refringitur: vel quia materia peripneumoniz sanguis est. Per καθάρσις autem, si ea, quæ pulmonibus repurgantur, intelligas, sententia erit, Ex his signis significationem confici perniciosæ in pulmone suppurationis, quæ & celeri eruptione, & expectorationis difficultate perniciem minatur. Si verò purgationem alui acceperis, constat quidem à medico tentari non debere. Etenim purgandi occasio in principio tantum est in acutis, atque ad eò in his solis, in quibus conueniunt humor turgens, corpus non imparatum purgationi, & æstimata vtilitas maior ex vacuatione, quàm ex calore noxa. Quæ tria simul concurrere rarissimum est. Quinetiam in febre intermittente leuius & cautius purgandum est, quàm in pari cacochymia morbi sine febre propter calidissimorum viscerum cordis & hepatis feruorem; propter calorem humorum ex motu contractum: & propter deleteriam qualitatem, qua principes partes medicamentis purgantibus inficiuntur. Quocirca expectat magis Hippocrates languescētem humorum ebullitionem, & digesta parte tenuiore decrementum, in quo cum maiore vsu, minore damno peragatur, vt ex Aphorismis, Prorrh. & libro acutorum intelligi potest. Sponte autem facta purgatio propter eas causas, quas diximus, lethalis est per Aphorismum, Pleuritide, aut peripneumonia detento diarrhœa superueniens, malum: quanquam moderate peripneumoniz aut pleuritidi vtilis esse queat in principio ad reuulsionem, aut editis coctionis signis circa statum, vel in declinatione.

2. Prorrh. 37.

V.

Γλώσσα παρὰ λόγον ἀπαλωμένη, ἢ ἀσώδης μετ' ἰδρωτός ψυχρῆ ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, μελάνων ἐμέτων ἐστὶ σημεῖον τὸ κοπιώδες ἐν τρεῖσι χρόνοις.

*Lingua præter rationem mollis & fastidiosa cum sudore frigido ab aliuo liquida, nigrarum vomitionum signum est. Lassitudo in iis mala.*

Lingua vt siccitate durior, ita multa humiditate intincta mollior efficitur, quæ res efficit, vt in magna humiditate ventriculi & cerebri lingua præter modum humecta ægè moueatur, & sermonem suis articulis confingat, καὶ ἀσώδης. Nimum irrigatis neruis qui à tertia coniugatione prodeunt ad gustum, voluptas illa, quæ lingua percipitur, perit. Propterea humidior ventriculo & lingua ferè deiecta est appetentia, donec cibo sicciore siccata parte humiditatis melius auidiusq; cibus perfruamur. In quam rem panis optimus, siccus maximè conuenit, salamenta, vinum meracius, aliæque id genus. Dixit autē ἀσώδης, quæ vox magis accommodatur ventriculo. μετ' ἰδρωτός ψυχρῆ. Sudor frigidus, lingua ἀσώδης & præter rationem mollis magnam vim pituitæ crudæ & frigidæ commōstrat. Quid autem sudor frigidus notet in febribus ex sententia Hippocratis, Frigidi sudores in acuta febre mortem &c. prius expositum fuit. ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ: & hoc quoque respondet. Cerebro quidem pleniore ea pituita sæpe sicca adstriditæque alius est. Id quod experientia ferè docet, & naturali lege prius demonstratum. Cæterum fieri potest, vt decurrente pituita è cerebro & venis in ventrem alius liquida reddatur. Potest quoque & ventriculus esse humidior atque imbecillior. Aëre enim humidior & auctis fluminibus fieri potest, vt terra larga longaque pluuia combibatur, & in viscera eius è fluminibus aliquid recurrat. μελάνων ἐμέτων. Non satis constat corpore humidior vomitiones nigras fieri. Oporteret enim serofas potius & pituitofas. Sed in ægro fortasse, ex quo hæc annotata, colluuias quædam nigra è liene in ventriculum erupit, vade vomitiones nigra. At reuera, quæ prius scripsit, nulla ratione vomitiones nigras significant. καὶ τὸ κοπιώδες. Lassitudo in liquatis

quatis fusiſque in corpus crudis humoribus esse potest. Funduntur autem à febre, & id quidem accessio quædam mali est. Malum igitur rectè adiecit.

Γλώσσα ἀπαλωμένη eodē modo dici videtur, quo ἀπαλὸς σφυγμὸς, mollis pulsus, quæ vel laxam molliemque habet substantiam, calorē ac spiritum intra se exolutum, & motum imbecilliorē ab humore multo è cerebro, aut neruo è septima coniugatione prodeunte: vel, quod huic loco magis conuenit, quæ ex dura, arida, & aspera, tenerescit, reditque ad molliem naturali similem, sed ὀρθολογῶς, id est, sine crisi consentanea, aut artificio medici, aut præter naturam morbi calidi & sicci, & manentibus prauis signis. Mollities enim tactu percepta non semper significat membrorum humiditatem, quibus inest, quia potest mollem tactum efficere humiditas per superficem, aut poros sparsa, vbi plurima fuerit & tenuis: quemadmodum crassior ac minor membra sicciora ostendit. Exempla sunt in cachecticis & senibus, in quibus mollities tactu deprehenditur propter copiam pituitosi alimenti in poris membrorum contenti à frigiditate hepatis morbida, aut ex senio minore facta alimenti sanguificatione, tametsi partes solidæ exarescāt. Idem iudicium de lingua resiccata, quæ repente & sine causa manifesta mollescit, quia madescit à tenui humore in ventriculo innatante per continuitatem membranæ, quam cum ventriculo habet cōmunem. Falsum enim est, quod à quibusdam scribitur, pituitam ex ore profluentem & inde sputum, nisi vomitu, aut tussi reddatur, semper ex capite effluere, cum in nauseante paulò ante vomitionem interna ventriculi tunica à bile demorsa labri inferioris motum quendam concitet: humectata πηλοισμῶν. Coactio enim in viscera calore tenue sputum, quo os assidue plenum est in vomituris, linguam imbuat ex compressione ventriculi per continuitatem membranæ (ait Galenus) quæ toti ori interno, faucibus & stomacho communis est. Et alio loco, Didicimus, inquit ex anatome hanc totam tunicam omni ex parte continuam esse tum vniuerso ventriculo, tum gulæ, tum linguæ, tum palato, tum toti ori. Hæc igitur est, quæ labra motu exagitat, si quando ab acri bile in ore ventriculi collecta mordeatur. Solet enim his humor præ lauitate emergere. Eamque ob causam relicto ventriculi fundo in os ipsius conscendit, & vomitu facile educitur. In Prorrhethico verò scribit hoc tenue sputum in phreniticis maximè idoneum signum esse ad vomitum præmonstrandum, Si (inquit) in phreniticis frequens cum refrigeratione sit creatus, nigra reuomuntur. Idem ergo significari per linguam tenerescētem rationi & experimentis consentaneum est. Non enim aliter in febre calida & sicca, quæ linguam siccissimam efficere solet, tenui humore proluta lingua potest, nisi è cerebro defluat, quod hic minimè fieri antecedens ariditas ostendit. Adiungit ad eandem significationem fastidium & iactationem ab eodem humore os ventriculi vellicante, non autem ab oppressione virtutis in toto corpore, aut inflammatione interna. Nam ventriculi os (quod etiam cor vulgè dici solet) propter neruorum, quos habet, sentientium magnitudinem, nihil non percipit, quod in ipso est. Itaque demorsum ab humore bilioso cordis dolores inuehit, cum bilis vomitus procedunt: fastidium verò & inquietationē cum alius humor. Refrigeratio verò ac sudor frigidus eius humoris, quem æger vomitione excludere debet, qualitatem ac malignitatem prænunciant, quod in eo conatur calor languere, ac partes solidæ resoluantur. Quod si bilis tunc ventriculum infestet, horror hominem inuadit, ex quò non modò citius, verum etiam abundantius euoiet. Horror enim sæpe vomitum bilis prouocat, vt Hippocrates in Prognostico ostendit. Ab eodem humore atrabilario alius irritata humescit, vt in cholera morbo. Supra enim per vomitum erumpunt, quæ in ore ventriculi & gula congesta fuerāt: infra deiciuntur humores, qui in intestino ac ventriculo superfluunt. Ex his itaq; vomitionem nigrorum expectandam esse meritò scripsit Hippocrates, maximè si, vt ponere videtur, febris fuerit acuta, & à bile, quæ mora, suppressione, calore immodico conuertitur in atram: atque à venoso genere & hepate in gulam, ventriculum, & intestina retro fluens, vomitum facit lethalem, vt causam & signum, de quo

in arte par.

1. Prorrh. 30.  
3. Prog.

3. Progn.

quo dictum est alibi. Verum ad certitudinem impendentis huius vomitionis aliorum signorum testimonii vti oportet, quæ Hippocrates tanquam nota prætermittit, cuiusmodi sunt labri, vt dixi, inferioris agitatio: καρδιωγμὸς, capitis dolor, & atra quædam oculis obiecta: de quibus citato loco Prognostici, Sicui, ait, in febre non lethali caput dolet, & nigra quædam ante oculos apparent, cordisque dolor insuper accedit, ille bilem euomet, multoque citius, si & horrere cepit, & hypochondria refrixerint. Quod si aliquid sub hoc tempus ederit, vel biberit, quàm citissimè vomitus subsequetur. Lassitudo autem in his pessima est, vel quia ostendit colliquamentum in solidis partibus ex superfluo vomitu: vel arefactionem dissipatam per febrem, tum per vomitionem media humiditate carnis & partium solidarum, vt densitas quædam percipiatur, quemadmodum in lassitudine vlcerosa inæqualitas molesta est; in lassitudine neruosa partis torpor: in phlegmonosa, grauitas: in tensua, tensio, à cacoehymia, plethora, vitio mixto, arefactione. Tantò autem perniciosior est ea lassitudo, quantò fractæ vires magis, quantòq; diutius continuantur nigrorum generatio, ad superiora impetus, & symptomatica vomitio à toto corpore, vnde lassitudo, lypothimia, & breui mors sequi solet, vt à vomitu critico alleuatio & ἐνφορία.

## VI.

Αἱ τρομώδεις γλωσσαι τισὶ καὶ κοιλὴν ὑγρὴν ποτὲ ποίεουσιν, μελανθῆσαι δ' ἐν τῆσδε, & χυμὸν θάνατον σημαίνουσιν. ἢ ῥά γε τρομώδης γλωσσοσημαίνει δοχὴν ἰδρυμένην γνάμην.

*Tremula lingua quibusdam aluum liquidam reddunt: nigra verò in his facta celerem mortem denunciant. Nonne lingua tremula non constantem mentem significat?*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**T**remor omnis concusio quædam est, quæ à commota materia in neruos excitatur, à qua aliquando excretio aliqua per aluum sequi potest. Si verò à sola imbecillitate neruorum, qui à radice cerebri in linguam ducuntur, nihil est, quod inde liquidior aluus euadat. *Nigra verò in iis facta.* Lingua nigra nò protinus mortem denunciat. Sed si linguæ tremulæ & nigræ coeant cum aluo liquidiore, periculum graue est. Oportuit enim citata aluo & liquida ea deici, quæ linguam intingerent, & interdum incendium extingui materia foras exturbata, quorum nihil efficitur. Nam liquidiore aluo vires ea ratione labefactantur, tremor imbecillitatem ostendit, nigredo vigere febrem, necnon reuocatum deorsum materiam. Rectè igitur ex iis mors in breui denunciabitur. *Nonne lingua tremula, &c.* In Prorethico affirmat tremulam linguam signum esse non constantis mentis. Est autem signum, è quo non proximè & continenter delirium colligas. Primum enim imbecillitatem neruorum & virtutis, quæ linguam mouent: deinde commune vitium animatæ virtutis & cerebri, ex quibus delirium colligi potest. Neque hoc perpetuò, quum affecto cerebro sensu motuque læsis, aliquando γνάμη, hoc est, ἀνακρίτη animæ potestas, quæ διάνοια vocatur, integra perseveret. Hic ergo melius dubitanter scripsit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**L**ingua tremulo motu agitatur, vt diximus, propter facultatis animalis & tonica infirmitatem, cuius causa triplex: oppressio: resolutio: animi grauior affectus. Cerebrum enim, musculi ac nerui opprimuntur humorum copia, tanquam pondere: resoluuntur à graui intemperie: vt siccitate: intercidunt vel contractione immodica spirituum, vel fusione præter modum, quorum vtrumque ex æquo noxium est, ac sæpe lethale. Quorum enim duratio constat vicissitudine contrariorum

riorum motuum, vt ignis & spirituum: pereunte alterutro eorum, aboleri ipsa necesse est. Contractus enim ultra modum spiritus exurit, aut suffocatur: dissipatus refrigeratur. Primo modo collectam in cerebro copiam natura victrix interdum per aluum excernit, quod criticum est antegressa coctione, & comitante ἐνφορία: interdum verò conatur quidem, sed nequid propter cruditatem, copiam, & propriam imbecillitatem. Apparet enim naturæ quidam impetus, quem ὄρμηξ vocant, in quo tamen præ infirmitate ipsa succumbit, quod signum deterrimum est. Secundo modo ex lingua tremula profusa aluus lethalis est, natura scilicet non ratione criseos, sed propter hepaticæ facultatis resolutionem humorem & alimentum deorsum excernente. Tertius modus tremoris per accidens, & raro aluum mouet laxato sphinctere. Atque hac ratione lingua tremula quandoque & quibusdam signum est profuuij alui. Vtrum autem cum hæc duo simul euenerint, in periculo versetur æger, postea exponit per distinctionem. Nam si præter tremorem nigro colore suffusa sit, mortifera signa sunt: siquidem neque crudo morbo, neque fractis viribus, neque cum prauis signis crisis vlla vtiliter incidere potest. Crudus autem, est non per absentiam solam coctionis, sed per contrariam coctioni dispositionem, in quo bilis flaua cum sanguine in atram à calore extraneo mutatur, ac sursum cursum inflectit, quocunque tempore id inciderit. Periculum augetur, si caloris extranei copia in cerebro collecti cum vitium infirmitate fuerit, quam testatur tremor cum saturato nigrore. Merito ergo subiicit in his celerem mortem denunciari. Quod autem addubians quærit, Nunquid lingua tremula mentem infirmam significet, in Prorethico affirmat hoc modo, Linguæ obtremiscentes signum non constantis mentis. Galenus tamen cum limitatione respondet, Signum quidem esse phrenitidis, at non proprium, sed per sympathiam partium, quæ alteri cuidam primogenio affectu laboranti consentiunt propter vicinitatem, vel societatem, vel vtrumque. Vt enim frigus torporis & quietis, ita calor motionis author est. Eamque ob causam laborante cerebro, & calida existente affectione lingua quiescere non potest, cum propter vehementiam affectus & vicinitatem facilè in consortium mali adducatur.

## VII.

Αἱ δασεῖαι καὶ ἄγροισι, φρενιτικαί.

*Lingua densa squalida phrenitica.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**G**alenus προχέαι legit, non δασεῖαι. Quæ enim densa est, aliquid madoris retinet. Non potest igitur vtrumque madens exaruisse. κατὰ ξηρόν enim valde siccum significat. Primum igitur est, vt exhausta parte humiditatis, quam ad naturalem temperaturam lingua recipit partim è vasis, partim è glandulis saluantibus (σπαιλόχης inde vocant) densitas sit: aucta siccitate squaliditas, atque asperitas: eo quoque inualecente magis squalore ἐρηγνισίς, quia videlicet in rimas quasdam lingua diffunditur. Fiunt eiusmodi linguæ in febribus ardentibus, à quibus phrenitis facilè succedit.

Addita quædam ad præsagium è lingua.

**A**uæ notantur linguæ ab Hippocrate ἀπὸ λιγνυώδους ἐγκάουσεως interpretè Galeno, καὶ ἰκανῶς ξηροῦ, hoc est, quæ interno incendio veluti fuliginem edente, & fuliginis colorem trahunt, & exarescunt, αὐαῖ enim κατὰ ξηροῦ & ἀυασμῶν dixit Hippocrates de squalore corporis: λιγνυώδης autem καὶ ξηρὰ notata ab Hippocrate magna ex parte lethali signo. Quamquam Lariffæ virgini in Epidem. ab ea lingua reddita valetudo. Minus periculosa, quæ quum nigra sit, humida tamen perseverat. Nihil autem ad præsagium confert, si ab alimento, vel medica-

mento



mento eiusmodi est, quomodo à punico malo, prunis, pharmaco nigro tingentibus. Eadem ratio in aliis coloribus. Est hoc quoque obseruandum de balbutie, difficili sermone & obscuro, in quibus notantur signa interdum lethalia. Eiusmodi enim vitia naturalia quidem breuitate linguæ & musculorum innato vitio, qui linguam mouent. Sed in febre siccatis neruis, & vtcumque contractis, vel resolutis id accidit. In gultu vitia sunt vel ab imbibito humore, vel delirio. Scriptum igitur ab Hippocrate ἢ ἀλμυραὶ σάρκες γενόμεναι περίσωσις σημῶν. Si salæ carnes gustanti appareant, redundantis vitij signum est, hoc est, pituitæ salæ: si amaræ, bilis flauæ, vt in morbo regio & febribus biliosis, aliæque eadem ratione. Quod indicium si modò relictum non fuit ab alimentis & pharmacis, certius diiudicandis humoribus, quàm color, quanquam vniuersalius idem Hippocrates scripsit. γλώσσα δμώγης &c. id est, Lingua vincenti materiæ, quæ videlicet morbum fouet, concolor est. Hinc ergo redundantem humorem diiudicamus. Itaque χλωρὰ, hoc est, ὄχρα, pallida, bilis redundantis signum est: ἐρυθρὰ rubra, sanguinis: μέλαινα, nigra, λευκὴ pituitæ indicium est. Ac mirum videri possit quod multis peripneumonicis lingua rubra est, multis quoque maligna lethali & acuta febre habitis rubra est. Ac pulmone inflammato nullus per venas cum lingua pulmone consensu est, & exspiratio acris inspiratione frigida refringitur. Et peripneumoniæ materia ferè sanguis est. At in quibusdam febribus nulla in lingua eduntur signa, quia vel eæ leues sunt, vel in venis, quæ ad inferius corpus pertinent, aut non ita linguæ consentiunt, qualis lien & uterus. Intinguntur linguæ, vbi copiosa materia incaluit, vbi æstuosa febris sanguinem exagitat, & ab agitatione vapor multus & serosa materia sursum euehitur, vel in ventre materia febris inclusa est.

DESID. IACOTII COMMENT.

1. Prorrh. 3.

**I**N Prorrhethico eadem sententia legitur hoc modo, αἰ δασεῖαι γλώσσαί, καὶ κατάρσσοι, φρενιτικῆ, vbi vox κατάρσσοι immoderatam siccitatem significat, quod τὸ ἤϊ ostendit. Ex quo efficit Galenus non bene densam linguam dici κατάρσσον. Nam cum lingua natuam & congenitam humiditatem habeat tum à vas, tum à glandulis, quas σιαλόγης Græci vocant, primus quidem (inquit) ipsius defectus densam linguam facit: maior verò asperam. Immoderatio adhuc siccitas eam perrumpit & huic reddit, sed madentem, non secus quàm pingue solum diuturni squalores propter imbrium defectum & solis ardorem. Lingua itaq; κατάρσσος valde sicca in secundo gradu continetur, & principio tertij; densa verò in primo. Sicca enim non habet humoris copiam: siccissima nullum, nisi fortasse primigenium: densa verò in poris adhuc aliquem retinet, quo partes vniuntur, & internum vacuum, quod est in laxitate, repletur. Nam densatio est compositio partium, vt fiant propiores: cuius effectus est stipatio, quia succus ex ea partium cohaesione compingitur. Causa est frigus cogens, aut calor, quod tenue est, exurens. Ob eâque causas pro densa lingua scribendum fuisse videtur, aspera. Dicit tamen potest δασύ etiam pro aspero sumi ab Hippocrate, quomodo de articulis δασύ πνεύμα pro aspero usurpauit. Hæc asperitas vehementis siccitatis effectus est: siccitas caloris ignei, qui humidum omne depascitur. Talis ergo lingua non nisi in ardentibus febribus aparet, & in phrenitide propter viciniam ac societatem cum cerebro, in quo bilis æstuar, & calor extraneus feruet. Proinde id phrenitidis proprium signum non est, quia & aliis morbis conuenit: & à phrenitide abesse potest. Verùm quoniam phrenitica affectio valde sicca est, quæcunque siccitatis symptomata in vicinis cerebro instrumentis existunt, aut quamlibet cum eo societatem habent, ea quoque & futuram dementia ostendunt, vt sitis, lingua aspera, aut tremula, aut conuulsa, vox clangosa, aut tremula. Etenim hæc omnia ob immodicam in capite siccitatem fieri consentaneum est, quæ mentem emouere consuevit. Sed multa similia iungi debent, vt certa instituat prædictio, quemadmodum in his, quæ ad diagnosis pertinent, nisi multa iungantur, nunquam efficiant certam scientiam.

DE DENTIBVS.

Ὁδόντας σωμαρίζει, ἢ πρίειν, ὃ μὴ σωήθης ἐκ παίδος, μεμεινὸν καὶ θανάσιμον. ἢ δὴ ὃ παραφρονῶν ἢν ποιεῖ τὸτο, παλιελῶς δὲ λείθριον. ὁ λείθριον ὃ καὶ ξηραίνεταί τῆς ὀδόντας.

*Collidi & stridere dentibus, quod nec inde à pueritia solemne est, insaniam ostendit, mortemque denunciat. Si verò iam delirans hoc efficiat ager, omnino lethale est. Lethale quoque siccari dentes.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N Prognostico eadem sententia omiffa voce σωμαρίζειν. In Prorrhethico ὀδόντων πρίσις δὲ λείθριον οἷσι μὴ σωήθης καὶ ὑγιαίνουσι πνιγμὸς ὃ τῶτοισι πάνυ κακόν. Stridor dentium lethalis, quibus per integram valetudinem consuetum non est. Sufocatio in his admodum mala est, vbi videlicet non solum temporalium musculorum conuulsio est, sed eorum qui ad guttur pertinent. Sunt qui in Prognostico πρίσειν legant eadem sententia. Quamquam eam vocem ad lugubrem miserabilèmq; vocem alij referunt. Stridor ergo tremula quædam motio est, qualis ἴππῳ in oculis. Fit autem primùm è maxilla inferiore, deinde dentibus, musculis tum temporalibus, tum masticatoriis in conuulsionem motis. Atque iam inualescente malo fit σωμαρίζεις collisio atque adstrictio dentium, vt ægerimè difungi laxarique possint. μεμεινὸν autem vehementem insaniam denotat. Vidi in vulneribus capitis insaniam vehementem cum stridore. Ac stridor inter signa inualescētis cataleptis scribitur ab Hippocrate, in qua ferè latus musculus, & qui ad maxillas & tempora pertinent, conuelluntur. Si verò iam delirans. Vidi qui ab utroque & delirio & stridore aliquot diebus conuulsi videbatur, sed postea ad conuulsionem rapto ægro exitium breui consequutum fuit. ἢ μὴ σωήθης. Id quibusdam sanis familiare est, & ea de re sapius à nobis petitum cōsiliū. Excludenda autem præfatio non solum consuetudo, sed & externa causa frigus, & quædam accessionum initia. *Lethale quoque siccari.* Dentes salua tenui aluntur, quæ è cerebro desluit. Si ergo morbo admodum sicco cerebrum resiccatur, & iam nihil desluit, lethale esse dicit. In Aphorismis lentorem, qui infideat dentibus, & pertinacis morbi indicium scribit, fortisque febris, πρὸ γλώσσης vocat. Vbi enim in materia cruda crassaque æstus succedit, fortis ignis & pertinax esse solet. In calida & sicca celeriter quidem accenditur, & vehemens est, sed celerrimè intabescit. Difficilis lethalisque morbi signum est, vbi glutinosa illa interstitia dentium nigricant. Sexto Epid. multis meminit, cui inquit γένυες σωμαρίζουσι καὶ ἔτι τῆς ὀδόντας πλέον ἢ μίλην παρέρχεται, cui maxillæ contractæ & dentes ipsi magis, quàm vt specillū admitterent, conuulsi. Erat enim id vitio peculiari è distillatione, quæ ceruicem totamque spinam occupabat. Et in Anginosa ὀδόντων σωμαρίζεις, dentium collisio: obiit quinta, aut sexta. Distinctio quædam adhibenda.

4. Aph. 53. et 4. Epid.

DESID. IACOTII COMMENT.

**E**Dentibus præfagia sumuntur non solum propter viciniam cum cerebro, sed etiam propter consensum, quem habent cum principibus partibus, cerebro, corde, hepate. Nervos enim accipiunt molles, quibus sentiunt, à tertia coniugatione præter naturam aliorum ossium, quæ ideo neruis carere dicuntur, quia in ossa ipsa haudquaquam inseruntur, tam etfi periostium sensu præditum sit, ac nervos recipiat. Quod autem nerui dentibus inserantur, aut, vt quidam volunt, in præfatiola dentium insigantur, sæpe testatur Galenus. Cordi verò & hepati consentiunt per venas & arterias, quæ penitiori ipsorum sedi inseruntur alimenti causa, & caloris vitalis ac naturalis, sine quo haudquaquam conservarentur. Hinc & pulsatio

11. de usu part cap. 8. et 5. de medic. comp. ἢ τῶν τῶν cap. 8.

9. de plac. cap.  
8. de humo.

5. de compo.  
med. loc. cap. 8  
et 9.

2. probl. 116.  
3. Prob. 34

5. Aphor. 18.

nis sensum habere sentiuntur non propter spiritum variè concitatum, qui sensum interdum pulsationi non abfimilem inuehit, vt in auribus, sed propter arteriam, quæ perforato dente sæpe tantum sanguinis fundit, vt vitæ immineat periculum. Etenim ex alimento ferè per omnem animatis ætatem incrementum accipiunt: sed quantum augetur, tantum mandendo atteruntur. Hippocrates quoque in lib. de carnibus scribit solas ex ossibus maxillas ipsas in seipsis venas habere: ob idque alimentum amplius ad ipsas, quam ad alia ossa trahit: quanquam Galenus ad ossa singula, quæ trecentis plura sunt, venas pertingere, quæ alimentum deferant, aliquando scribit. Præterea dentes salua irrigantur, & inopiæ ac redundantie alimenti obnoxij sunt, vnde attenuantur & mobiles fiunt in senili ætate, cui vitio parum auxiliij præbent adstringentia. Quinetiam aliquid inflammationi simile, haudsecus ac partes carnosæ, interdum patiuntur, & quod admirabilius est, cum substantia constant durissima, promptissimè tamen à frigidis, calidis, & exasperantibus afficiuntur, celeriusque externarum iniuriarum vim sentiunt, quam ginginæ molliores, non ob id tantum, quod terreni ac frigidi, frigida qualitatis excessum quemlibet ferre non possint, vt vult Alexander: aut quod meatibus contineantur tenuibus, quibus calor inditus exiguus est, vt prodidit Aristoteles, cum illius impressiois facilitas in aliis etiam, quam frigidis appareat: sed quia nervos mollissimos habent, qui & maximè sentiunt, & ab omni excessu, sed magis à frigido offenduntur, quod est (ait Hippocrates) ossibus, dentibus, nervis, cerebro, & spinali medullæ inimicum. Ob has igitur causas interiorum affectuum signa quædam, eaque conspicua leguntur in dentibus, è quibus deinceps Hippocrates, vt ex aliis capitis partibus præfagia docet, quorum causæ breuiter explicandæ sunt.

*Colidi et stridere dentibus.* Non sine causa vtrumque dixisse videtur *σκιερὸν, ἢ πρῶτον*, quanquam in Prognostico alterius tantum meminerit. Nam illud contractionem dentium significat, vt ægrè difungi, aut laxari queant, fitque à conuulsione musculorum temporalium, qui maxillam inferiorem mouent: Hoc verò collisionem eorundem & conflictationem notat cum stridore, perinde ac si ferra, quam *πρῶτον* Græci dicunt, diuiderentur, musculis tum temporum, tum maxillarum conuulsorie motis, aut propter imbecillitatem tremētibus. Hi autem musculi extra febrem conuellantur, aut tremunt, interdum quidem ab oppressione, vt in epilepsia, conuulsione, capitis vulneribus: interdum verò propter natium imbecillitatem musculi mouentur. Vt enim quidam oriuntur debili inter membra capite, alij ventriculo, aut articulis: ita musculosam partem alius alio habet ab ortu debiliorem, aut firmiorem. Vnde fit, vt qui infirmos palpebrarum nervos, assiduo nictent: qui oculorum assiduo moueant: qui mandibularum, per somnum dentibus strideant: qui reuerfusos, somniantes loquantur: qui infirma habent labra, faciliè illis tremunt, alij manibus, quidam sphinctere, vt sonoros flatus, aut vrinam retinere diu non possint. Dentibus ergo à natura, & peculiari vitio instrumentorum stridere nihil aliud mali denūciat, quia leuissima de causa homo ita cōstitutus afficitur, vt à solo vapore incluso, & in principiis accessionum, quemadmodum in oscitatione, aut à putri euaporatione è vermibus, aut facultatis animalis contractione ad interiora inter dormiendum. At per febriles morbos eos malè affecta sua origine conuelli, perniciosum signum est, quia effectus exhausti humidi primigenij, & immoderate siccitatis cerebri, aut oppressionis. Exiccati enim nervi contrahuntur ad suam originem, & imbecilla facultas motrix mouere, vt ante, liberè non potest. Sunt enim corpora quædam, in quibus oculorum musculi procliuus affecta prima origine noxam participant: alia verò, in quibus temporum aut maxillarum. Dentium ergo stridor, qui præter morem est in febre acuta, symptoma est futuri delirij, non cuiuslibet, sed vehementis. Etenim in cerebro calidissimam affectionem & siccissimam ostendit, ac febris malignitatem natium humorem solidarum partium absumentis, & bilem exurentis. Propterea dixit, *μικρὸν*: quia duæ vehementis phrenitidis causæ coeunt, humoris malignitas, & calida ac sicca cerebri intemperies, quarum signa conspicua sunt in partibus cerebro vicinis. De morte autem sic statuit Hippocrates in Pro

in Prognostico, quia quando æger nondum delirans stridet dentibus, id solum simpliciter indicatur, insaniam nimirum, mortemque significari. Quum verò iam delirat, simūque stridet dentibus, haud procul abesse mortem. Vtriusque causa est præstantia partis affectæ, quæ nervorum est origo, & magnitudo affectus, quia conuulsio à consumptione humidi natium curationem non recipit. Dubium tamen non est minus periculosè hæc fieri interdum ab exhalatione humoris biliosi, aut, quod nos vidimus, eiusdem erosione in orificio ventriculi, ex qua multi euadunt. Considerandum verò num stridor delirium superuenerit, aut stridor delirio, quia priore modo æger diutius vitam trahit, & adhuc in alteratione est: posteriore mors est in propinquo ab hæctica intemperie cerebri, quæ elui amplius non potest. Quò fit, vt non nisi per vehementissimas phrenitides ægros stridere, aut collidi dentibus, aut aliis partibus contremiscere ab exoluta virtute tum vigiliis, tum variis agitationibus & nervis planè resiccatis.

*Lethale quoque sicari dentes.* Quia dentes, vt diximus, non solum salua irrigantur, sed redundantie etiam & inopiæ alimenti sunt obnoxij, mirum non est reliquis partibus vi febris planè resiccatis dentes quoque siccescere ac nigrescere, & in cerebri laborantis confortium adduci, quod in acutis lethale est, quemadmodum cum nigra fuliginis copiam, aut glutinosam substantiam suis interstitiis contraxerunt. Nam vtrumque & calorem febris acerrimum, & bilis sursum impetum, & cerebri immodicè auctam siccitatem denunciat. Eadem ratione scripsit in Aphorismis, Quibus per febres circa dentes lentor quidam obnascitur, his vehementiores esse febres. Neque enim eiusmodi sordes dentibus obhærent sine multo calore humiditatem pituitosiorum exsiccante.

## IX.

*Ὁδόντος σφακελισμὸς, ἀπόστημα παρὰ ἔλρον γενόμενον λέει.*

*Dentis corruptio abscessum factum ad gingiuas soluit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

*Σφακελισμὸν* dici de corruptela partium omnium corporis, sed ossium magis prius annotatum est. Ac dens ferè corruptitur destillatione mala, salsa, acris è cerebro defluente. Ac magna pars excrementorum eò decurrit. Et in gingiuarum abscessu genarum quoque & partium faciei, ossium maximè & interiorum musculorum dentes, violari contingit sanie eò decumbente, aut parum liberata via, quæ à maxillis & gingiuas ad dentes pertinet. Itaque corruptio efficit, vt dens excidat atque ea ratione repurgatur liberè abscessus, & repurgatus facilius potest sanescere. Atque hoc imitati medici in metu corruptionis maxillarum suppresso pure in pleniore cerebro vel dentes sæpius laceffunt, conscalpunt, euellunt denique, vbi grauius malum, quod in metu.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**entes multis affectibus obnoxij sunt propter causas communes, quas exposuimus. Nam vehementissimo dolore cruciantur, & commouentur loco, & eroduntur, aut perforantur, aut franguntur, & ob humiditatem vario colore inficiuntur, & vermibus squarentur, aut stupent, aut præter naturam crescunt: interdum etiam in *σφακελισμὸν* incurrunt, quem alibi diximus esse *νεκρωσιν* cum putrefactione. Fit enim è gangræna per ablationem, aut extinctionem, aut corruptionem caloris natium, *παρὰ τὸ σφάττειν*, quasi *σφάγγειν*. In partibus carnis gangræna terminus est, quæ in medio consistit magnæ phlegmones, & sphaceli. In ossibus verò *σφακελῶ* est Hippocrati ipsius ossis ex toto corruptio: idque accidit, cum à superficie carne sanies perniciofa in os ipsum defluit, quamquam nihil vetat in dente sphacelum eodem modo vsurpari, quo in partibus carnis, pro magnæ phlegmones & gangræna termino. Nam Galenus testatur se non dolentem modò, sed & pulsantem dentem manifestè percepisse ab inflammatione in ipsius dentis substan-

5. de comp.  
med. loc. cap. 8

4. Epid.

ria, quam tamen duram & lapideam alibi scribit. Hippocrates quoque eundem tumorem præter naturam in substantia dentis agnouit. Nam in Hegesistratij postremo dente duos nodos supra gingiuam notat, vnum iuxta cauernam: alterum ex alia parte: & quintum dentem ex medio nodum habuisse vnum, duos autem anteriores. Ibidem quoque scribit circa tertium dentem suppurationes plures, quam iuxta alios omnes. Ero duntur verò tum præ mollitie, in quam degenerant (Ob eam causam Galenus scribit expedire, vt duriores reddantur) tum propter humorum acrium influxum assiduam à capite & venoso genere, vnde variis modis putrefcunt. Ob idque miratur Plinius dentes, quos nec ignis cremat, nec flamma domat, tabe pituitæ excauari. Quoties ergo in his affectibus vitalis & naturalis calor, quo integri dentes conseruantur, extinguitur propter magnitudinem affectus, sphacelus est, qui si vitio aut inflammatione primigenia ipsius dentis ortus fuerit, in principio abcessum circa gingiuam facere consuevit, tractis in consensum vicinis & lociatis partibus. Hunc abcessum solui corrupto dente, aut extracto consentaneum est, quia auferitur causa. At si primario affectu gingiua aut maxilla abcessu laborent à defluxione è cerebro, id non est necessarium, quamquam sæpe vitale exitu puri dato. Omnium enim affectionum, qui in dentibus fiunt, origo triplex est, à propria dentis substantia: à neruis: ab offensis gingiuis. Materia verò antecedens tum ex toto corpore: tum ex ventriculo, & frequentius è cerebro manat. Appellat autem gingiuam ἐπὶ τῷ ἄλῳ, quod est inuolueri. Nam continendorum dentium gratia, ipsi inuoluntur: vel à cicatrice vulneris, quod ex ortu dentium factum & sanatum est. Ea enim Græcè ἐλῶ dicitur.

X.

Ἐπὶ ὀδόντος σφρακελισμοῦ πυρετὸς ἐπιγενόμενος σφοδρὸς, καὶ παραφροσύνῃ, θανάσιμος. ἢ ὁ σῶζον, ἔλκεα ἐκπυήσεται, καὶ ὄστια ἀφίεται.

*A corrupto dente febris vehemens & delirium superueniens, lethale. Quod si seruentur, vlcera purulenta fiunt, absceduntque ossa.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**C**orrupto dente non est necesse inclusam materiam & sanie in abcessu totam eò verti, sed & nervos proximos violare potest, & corruptis vaporibus principes partes inficere, qui vbi cor malè afficiunt, febris nascitur ex eo putrescente sanguine. Vbi cerebrum læditur, delirium fit: ac mirum, quòd non addiderit convulsionem. A febre igitur vehemente & delirio vtrumque principium grauter affici constat, vnde lethale dixit, nisi vlceribus factis purulentis liberentur exitu dato materiae, vnde corruptelæ & maleficii initium fuit. Atque ossa abscedere æquum est, quibus sanies illa virosa diutius infedit. ἀφίεται dicit, quia sanie reddunt, suppurant, parte aliqua corrumpuntur, & squammulas reddunt modò spontè, modò cauteris iniusta, aut aliis ferramentis incitata. Id quod in maxillarum vlceribus & abcessibus sæpius experiri licuit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N magnis dentium inflammationibus febrem interdum & delirium superuenire non magis mirum est, quam in inflammationibus aliarum partium faciei & oris propter consensum, quem exposuimus. Itaque sphacelismi vocem hoc loco ita accipi puto, vt principium affectus, & terminum à quo, significet potius, quam abolutam ipsius constitutionem, quæ est totius substantiæ corruptio, & caloris natui mortificatio. Hæc enim nullum doloris sensum infert, & abcessum in gingiuis soluit, vt superiore Aphorismo dictum est. Vt ergo gangræna, quia fit in tractu temporis, non eodem modo periculosa est in principio sui ortus, & termino: sic nec sphacelismus, quem dum adhuc generatur, sanari posse in cerebro, parte recondita & nobili, author est Hippocrates. Tractus autem ille generationis triplex est. Nam aut

ita

513

ita à causa oritur, vt causa ablata confestim cesset affectio, non requirens vllam ad factum providentiam: quomodo sublara inflammatione intercipitur sphacelismi generatio: aut non solum causam, sed etiam facti indicationem præbet, quia neque ex toto producta est affectio, neque omnino non orta, sed eius aliquod effectum iam apparet, aliquod in posterum expectatur: qua ratione sphacelismus non curatur, nisi vltima, aut scilicet parte, quæ cõputruit, aut iam facta est affectio, licet nondum ad terminum ad quæ, quomodo sphacelismus est incurabilis, tametti alij morbi, qui in motu sunt, nondum ad terminum & hecticum habitum, curantur. Ob eam causam de sphacelismo cerebri ita scribit Hippocr. Quibus cerebri sphacelo laborat, intra tres dies intereunt: si verò hos superauerint, sani fiunt. Porro eiusmodi inflammationem in dente, quæ in sphacelum abit, & cui febris ac delirium superueniunt, lethalem esse ostendunt affectus magnitudo, qui cerebro ac toti corpori comunicatur, & partis præstantia, ac nobilitas, quæ coafficitur. Quòd si seruetur eger, vlcera purulenta fiunt, suppurata inflammatione. Vt enim in aurium dolore inflammatorio iuvenes periculo mortis liberantur beneficio puris albi læuis & æqualis, cuius excretio febrem remittit: sic & in hac dentium vehementi inflammatione, vlcera autè relinquuntur in parte carnosâ, & substantia tum calida, tum humida: ossa verò, quæ laxa est, mollis & cauernosa, facillè putrescit, præsertim exitu puri non dato: vnde etiam abscedit, & squamas ac testulas relinquit. Omne enim vlcus, cui os nõ profundè subest, vbi inueterauit, contenti puris acrimonia os exedit, & vitiat durissimam corporis partem ad summum intra annum, vt docuit Hippocrates, qui exesionem mollissimi visceris pulmonis à collecto pure intra quadagesimum diem præscribit. Tantò autè celerius id accidit in dente, quantò facilius per dentis anfractum sinuosum retèta sanies ipsius substantiam corrumpit, quia, vt alibi scribit, Ab sphacelismo, ossis abcessus superuenit, siue ossis corruptionem eiusdem abcessus sequatur, siue carnis circumpositæ gangranam. Vtrumque enim verè dici potest.

7. Aphor. 50.

6. Aph. 45.

5. Aphorif. 15.

7. Aph. 77.

XI.

Ὅτι περὶ τῷ ὑπερών ὑγρὸς ὄστια (ἢ γέννη). ὡς τὰ πολλὰ πύσται.

*Quibus circa palatum humor colligitur, vt plurimum suppurat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**T**otum os calidum & humidum est, atque in eo vlcera ea ratione celerius suppurant, aut certè corrumpuntur. ὄστια ὑγρὸς dixit ἀπόστημα.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**I**N partibus oris interioribus abcessus colliguntur interdum quidè ob confluxum è capite: interdum citra defluxum ex paulatim congesto partis excremento. Vbi tamen inflammatio cõiuncta est, defluxum aliquè subesse necesse est, quoniã sanguis, vbi acervatim vnitus est, cõfestim putret, nec patitur moram paulatim factæ ad iustum tumorem congestionis. Argumento est Βάτραχος, tumor sub lingua, qui aliquando phlegmones, sæpius œdematis mollis & laxi speciei refert, è quo aperto mucosus prodit oui candido non absimilis. Oriuntur quoque pustulæ in ore ob cerebri vitium, vel corruptam ciborum in ventriculo cõctionem: nonniquam & ob totius corporis æstum, vt in febribus. Præterea in pueris propter ciborum prauos & acres succos, aut corruptum in ventre alimentum aut tenuem affluxionem aphthæ à gingiuis incipiunt, deinde palatum, totumque os occupant: tum ad viam, faucibusque descendunt, quibus obsessis non facillè fit, vt puer conualescat. Sæpius etiam tum in his, tum in adultis cõsilla tumet imbutæ destillatione frigida, quæ sub maxilla tumore facit conspicuum, ac mole sua fauces premit, vt vix cibus, potus & saliuâ vorentur. Sed & easdem partes interdum vera phlegmone exercet, quæ post cõctionem materiæ vomica facit, & in os ac fauces eruptione facta vlcus relinquit cum graueolente ex parte ratione. Vlculcula quoque oboriuntur in palato ab halitu calidiore è iecore, & ex bilis feruore per œsophagum, aut etiã per cæca spiracula exurgens: interdum etiã à destil-

V. 3

latione pituitæ falſæ, & in mulieribus à menſiſſuppreſſione. Hæc omnia *ὕψος σφαιροειδές* nomine completi videtur, cui coniuncta ſit deſluxio. Nam *σφαιροειδές* conſtitutio eſt materiæ aliunde affluentiſſimæ, vel collectio, aut concretio ſub certa forma, ita dicta *σφαιροειδές*, quia ante abſolutam conſtitutionem multi ſiūt motus: collectio-  
 ne autem facta accedit quies qui & ſtatuſ dicitur. Quarto acutorum *σφαιροειδές* vo-  
 cat omnes inflammationes, atque vniuerſas morborum collectiones, quæ ab intumefcentibus ſiunt partibus, quoniam in Aſia tumores omnes præter naturam ita vocabantur. Vbi ergo ſanguis, aut humor quilibet alius collectus eſt in ore, eum vtpurimum ſuppurari affirmat tum ob naturam loci calidam & humidam: tum ob vapores: & calorem è ventre, capite, & venoſo genere. Calor enim externus, & influens in partem fouent ac roborant, vt in maturacione fructuum ſolis calor cum calore natiuo, vnde, in nutritione, ſenſu & motu membrorum, atque etiam in ſup-  
 puratione functio nature facilius ac celerius perficitur.

XII.

*Τὰ περί γένυας ἀλγύματα σφοδρὰ, κινδυνὸς εἰς ὄστέα ἀνάπλευσιν ἐλθεῖν.*  
*Fortes dolores ad maxillas periculum minantur, ne os demergatur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Dolores fortes in maxillis intelligit ab inflammatione. Solet autem contingere, vt inde curato vitio neque ſatis diſſoluto oſſa emineant, & vt ita dicam, enatent, *ὄσσεια* Græci dicunt, hic *ἀνάπλευσιν*. Id quod aliquando contingit reuera loco motis oſſibus, atque ita extantibus, nonnunquam accremento quodam, vt oſa amplius, quàm pro natura euadat. Alioqui *ἀνάπλευσιν* intelligit cauum reli-  
 ctum exempto oſſe.

DESID. IACOTII COMMENT.

Genus maxillam tam inferiorem, quàm ſuperiorem ſignificat, niſi addatur diſtinctionis cauſa *ἢ ἄνω*, vel *ἢ κάτω*. Superior autem non vno oſſe conſtat, ſed pluribus, exquiſita harmonia iunctis, vt futura vix appareant, niſi in quibuſdam cadaueribus valde ſiccatis, aut oſſibus coctura fatiſcentibus. Inferior verò geminū etiam os continet, cuius diſtinctio in medio mento eſt, vbi futura apparet, in pueris quidem euidentius, in aliis paulò obſcurius, quòd inter ſe *τῆ συμφορῆς* coaluerint. Vtraque autem ſinum poſidet medulla reſertum cum foraminibus, per quæ vaſa & neruorum fibrae ad dentes feruntur, quibus & alimentum, & ſenſus ipſis ſuppeditetur. Ex quo etiam ſit, vt in illis partibus dolores grauiffimi interdum oboriantur ab inflammatione, aut humorum tenuium & acrium affluxu per venas, quæ è futuris verticis ad pericranium, & per faciem ac tempora diſperguntur: vel per venas intra caluam, quæ ſerò, aut humore multo turgent. Deſtillatio autem interdum in maxillæ membranam, aut articulum ad auriculæ radicem influit, ac immobilem inferiorem plerumque reddit, loci quidem dolore duro atque conſpicio: interdum in dentium neruum, vel etiam corpus decumbit, præſertim ſiquis dens exciſus eſt, in quem iam via pateat. Quia autem fluxio tenuis eſt, rarò malarum tumorem inuenit, qui frigida ſæpe comes eſt. Siue ergo ex inflammatione ſuppurata acris ſanies diu has partes obſideat, ſiue fluxio acris eò irruere pergat, dentes quidem ſæpius exciſat, exedit, putrefacitque ac nonnunquam ab alue oſſis exturbat: interdum etiam, quod nos vidimus, oſſa maxillæ ſuperioris licet duriffima corrumpit, vt ſquamulæ decedant. Poſteſt quoque per rimulas ac futuras oſſium ſerpere roſio, vt ipſa inter ſe diſſungantur, fluctuent ac veluti dehiſcant, quod per vocem (*ἀνάπλευσιν*) ſignificaffe videtur.

XIII.

*Ἡ ὄσσεια συσπνῆσθαι σημαίνει τοῖς κοιλίαις χολάδεος χεστὰ φέρειν.*

Labium

*Labium contractum alui bilioſæ eruptionem ſignificat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Vidi cui in graui morbo id contigerit. Laborabat è febre hyberna, maligna quales erant, quæ eo anno graſſabantur. Frigebant crura, delirium interererebat, labrum contrahebatur primū, deinde reliquæ partes, *ἀφρονία*, vacillatio mentis, deſperatio. Iniecto clyſtere molli, quem ad tertiam horam retinuit, deiecit bilioſa omnia in melius. Sed neque exemplo vno omnia concludenda. Fieri po-  
 teſt, vt ſurſum rapta materia labrum contrahatur imbecillius fortaffe, quàm partes reliquæ, ex quo deturbata per aluum bile malum conquieſcat. Sic autem *κατὰ τὴν κοιλίαν χολάδεος* appellat. Commune enim remedium omnibus morbis partium ſuperiorum alui perturbatio.

DESID. IACOTII COMMENT.

Labrum tunicam habet oris interioris amplitudini, faucibus, ſtomacho & ventriculo continuam, ac præterea ſurſum, deorſum, intro, foras, obliquè in latera per quatuor muſculos proprios mouetur, adiuuante muſculo lato, quem *μυὸς πλατύσμος* vocant, & quem ab aurium radice occipite, ſpinis omnibus ceruicis, ſpina omoplatae, acromio, clauis, ſterno exoriri, ac fibris variis à tam diuerſa origine inferi anatome oſtendit. Inde ſit, vt in conuulſionibus febrium ardentium à tenſione ipſius lati muſculi labrum peruertatur, vt & in Cynico ſpafmo. Po-  
 teſt quoque & alius muſculus propriis vel conuulſis, vel reſolutis hanc eandem iniuriam pati. Idque interdum in criſibus accidit ſine periculo, materia ſurſum eru-  
 pente, & ſubinde vi nature deorſum remigrante, vel exitum moliente per nares: quomodo in Pythione oſa diſtortum eſt nõ increſcente circa cerebrum morbi  
 3. Epid. ſect. 1.  
 litia, ſed humore deorſum tranſeunte. Propter tunicam autem, quam diximus ab ore in ventrem portendi, labrum præſertim inferius leuiter mouetur & palpitat, quoties ea ab humore aliquo, qui in ventriculo continetur, præſertim circa eius oriſicium, mordetur, aut vellicatur, aut concutitur. Poſteſt quoque motus labri ac tremor ex imbecillitate natiuæ muſculorum mouentium oriri, vt de ſtridore den-  
 tium diximus. Labri ergo peruerſio vel tremor præter morè & vomitionis ſignum eſt, & acrium humorum in ventre contentorum aut vermium, & conuulſionis atque affectu grauiter cerebri, vt in Charione tertio Epid. Quæ omnia ex aliis ſignis inter ſe diſtinguenda ſunt. Nam primo modo tenue ſputum coniunctum eſt, quo os in vomituris aſidue plenum eſt: ſecundo *καρδιωγμός*: tertio grauia alia in capite ſymptomata. Ex quibus etiam intelligitur duobus modis aluum bilioſam inde ſequi, quanquam non neceſſariò. Vno, quando humores, qui in venis continentur, relictis ſuperioribus partibus per aluum ſecedunt, veluti interdum per vrinam. Altero, cum membrana ventriculi ab humore bilioſo ita vellicatur, vt non ſolum ſurſum ad oriſicium ventriculi, ſed etiam deorſum curſum inſectet. Craſſeſcit autem labrum, vt in melancholicis, propter ſanguinis redundantiam à natura ad extremas partes tranſmiſſam.

XIIII.

*Τὰ ἀπὸ ὀύλων αἵματὰ ἐπὶ κοιλίᾳ ὑψηλὴ, ὀλέθρια.*  
*Sanguis de gingiuis ab aluo liquida lethale.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Αἵματα dixit numero plurali, vt indicaret, & frequens, & multum ſanguinis fluxum in gingiuis. Vidi lethalem eiufmodi fluxum, quique multis auxiliis potuit cohiberi. Atque is multò periculoſior futurus eſt, ſi ſoluta aluo, & inde fractis viribus, aut affectis incidat. Exemplum eſt particulare.

**A**ίματα, vel quia multus sanguis, & continuè fluens: vel multus & per intervalla: vel paucus, sed ferè continuus. Primo modo apertam venam, aut arteriam ostendit, cui si accedat alui profluuium, vires celerrimè deiciuntur. Secundo copiam sanguinis tenuis indicat à plethora cum quadam cacochymia coniuncta, quæ si sursum ac deorsum viam affectet, perniciofa est, quia rarè accidit toto in corpore duas partes æqualiter imbecillas esse. Tertio denique virtutis infirmitatem in venoso genere, & in ipso sanguine vitium aliquod fluor ille è gingivis declarat. Hunc postremum modum intellexisse videtur Hippocrates, in quo sanguis tenuis est, acris, erodens & malignus, qualem in Epidemiis vocat ichoroidem. Quia enim coniungitur aluus liquida, origo mali in origine sanguinis, id est, hepatis affectu quaerenda significatur, cuius functio non solùm depravatur, sed etiam soluitur. Sic in hepaticis, cum ad extrema ventum est, & sanguis corruptus, aut serosus effluit, & symptomaticè aluus soluitur. Cum enim propter intemperiem vel corruptelam propriæ substantiæ ita hepar imbecillum est, vt ad se attrahere alimèta non possit, aut adducta retinere: illic quidem liquida ab aluo defluunt cremoris specie, etiam sine ventriculi offensa, aut mesenterij obstructione: hic verò ichorosa, liquida, ac faniosa. Quemadmodum autem nerui cerebro malè affecto, vt pote suæ origini, condolefcunt & consentiunt: ita venæ iecori. Ob eamque causam adaucta iecoris infirmitate sanguis sponte profluit è venis, idque vel per nares, vel per vterum, vel per hæmorrhoidas, vel per sputa è gingivis, quæ molliores sunt, & superfluente prava humiditate facilè laxantur, eroduntur, aut putrescunt.

X V.

Πύλας ἀναχρημῖες ἐν πυρετοῖς, πελιδναί, μέλαιναι, χαλιδεές ἐπιτίσαι μὲν κριθῶν, ἀποχρησεύσαι δὲ ἔτι λόγον, χηΐμοι.

*Sputi excreationes in febre liuida, nigra, biliosa si supprimantur, malum: si pro ratione repurgentur, utile.*

**Q**uid ἀναχρημῖς prius definitum. Est igitur axioma medicum, bonum esse vel naturæ sponte, vel arte, quæ vel qualitate nocente, vel copia vacuanda, non supprimenda, & quod natura constans præstare solet, adiungiturque imbecilliori naturæ arte medicus, nequid eiusmodi supprimatur. Ea ergo vacuari iusta ratione ἢ λόγον dicit utile: supprimi malum. ἢ λόγον, hoc est, vt inde reparentur, vires non concidant, inde æger melius habeat omnino depulso malo, aut certè remisso ea vacuatione.

3. de crisi

**G**alenus ἠέλιον & ἠέλιμα ita distinguit, vt illud simpliciter bonum, hoc malum & crudum sit. ἠέλιμα verò Hippocrates appellat in vniuersum, quæ repurgantur è thorace cum tussi: ἀποπνεύματα autem & πνευμαίς, quum cerebro nimio humore fatiscente, & ventriculo inde laxiore atque humidiorè liquida tenuisque pituita in os redundat, vnde multa saluatio, & frequens sputatio. Quæ igitur sputa expectorantur, ac propriè ἠέλιμα sunt, thoracis ipsius & partium respirationi inferuentium affectiones, in illisque materiæ naturam, coctionem, aut cruditatem ostendunt, vt fæces ventriculi, atque intestinorum: vrina venosi generis, renum vterum, & vesicæ. Attestantur autem loco, non solùm quia quod expuendo cum tussi, educitur, spiritalem ventrem affectum esse indicet: sed etiam, quia si spumofum sit, pulmones: si flauum, pleuram magis demonstrat, quia pulmonis laxitas biliosæ fluxioni, cedit: pleuræ durities ac densitas crassitiem pituitæ non admittit. In sputis autem cum & coloris, & consistentiæ, & figuræ, atque expectorationis ratio habenda sit, hoc loco facilitatem repurgationis ante omnia commèdat, quam ἀναχρημῖς

ἀναχρημῖς vocat, & ἀπόχρημῖς, id est, καθαρισμὸς ἢ ἀποχρημῖς, ἢ ἀποχρημῖς ἀποχρημῖς. Neque enim tantum potest prauitas sputi ad signifi candam mortem, quantum prompta & facilis eductio ad salutem, cum ex sputis nigris multos euadere cuius obfcurare liceat: ex suppressis sputis, etiam coctis neminem, siue quia sputum per se vnus tantum partis nõ principis dispositionem declarat, siue quia alunde intingitur, quàm vi morbi, aut robore naturæ sese expurgante pellitur. Si itaq; colorem atque consistentiã sputorum liuidorum, nigrorum, biliosorum per se consideres, perpetuò praua sunt, quia syncera & impermixta sero planè consumpto à calore immodico. Purum etiam exit excrementum, cum natura otatur, nec cum extraneo calore putrefaciens, aut vrente pugnat: valde verò impurum, cum plurimum obtinet extraneus. Præterea biliosum sputum est flauum, aut viride ab vsta bile pallida: liuidum & nigrum aut ab atra, quam calor acris & vrens ex flaua vel crasso sanguine genuit: aut ab extinctione caloris nativi, & partis, vnde manar, mortificatione. Vtiliter tamen & ad salutem hæc interdum excluditur, quia commune est axioma, In omni materia, quæ excernitur è corpore, laudabilem esse εὐφορίαν, eductionis facilitatem, & euacuationis tolerantiam. Nam sæpe natura profligato morbo corpus expurgat, idque multis terrore incutit, qui cum excretorum prauitate intueantur, incerti sunt, an symptomatis modo vacuatio illa cõtingat, an natura vitiosos humores pellente: quæ ex ferendi facilitate distinxit in Aphorismis Hippocrates. Qui itaque eiusmodi sputa simpliciter mala dixerit, verum dicit. Nam quæ ita efferuntur, cum eo, quod secundum naturam est, comparantur omnia. Respectu verò eorum, quæ supprimuntur, vtilia sunt. Superest, vt suppressionis causas exponamus, deinde eius eductionis, quæ ἢ λόγον. Sic enim cur illa semper lethalis, hæc semper bona sit, intelligitur. Supprimitur ergo sputum doloris vehementis sensu: facultatis animalis imbecillitate: materiæ vitio: & bronchiorum obstructione attenuatoria, vel coarctatoria vel membranæ densitate. Dolor enim vehemens, qui thoracem affligit, in tussiendo interpellat, nec permittit thoracem opus, quod adhuc agit, absolueret. Imbecilla autem facultas medio quoque in opere desistit, opusque imperfectum relinquit. Quod autem educitur, si admodum lentum est, ita bronchii pulmonis adhærescit, vt inde non possit eximi: ac sæpe sublatum, intra pulmonis fistulas, glutinis modo adhærens, detinetur: si verò crassum valde est, non nisi magna difficultate attollitur, ac tum longiorem affectum necessariò inducit, tum in angustis quibusdam viis sic intercluditur, vt quoldam ad suffocationem adegerit. Quod si tenue multum est, quia aquosum, spiritus occurrentis vehementia subleuatum circum diffluit, relabiturque in pulmones. Obstructio verò à crassis, viscidis, copia puris & tuberculo impedit materiæ ascensum, aut egressum. His ergo omnibus vita finitur, denegato cordis fuligini exitu & ἀέρι, spiritum vitalem alenti comæatu. Contrariis de causis sputa expurgantur ἢ λόγον, sed additis quibusdam ad certitudinem euentus. Primum quidem quod expuitur, citò, id est, primo morbi tempore, & facilè educitur, id est, sine dolore, viriū debilitate, interpellatione in opere medio, & vt postea docebit, cum spasmate. Vehemens enim compressio thoracis ab animali facultate principium habens, spiritum violenter foras abire compellit. Sic verò ille abiens, ea secum ducit, quæ in pulmonis fistulis, quæ asperæ arteriæ sunt, continentur. Itaque si thorax robustus est, & humor, qui fistulis pulmonis inest, modicè crassus, facilè expuitur. Secundum rationem verò, si febris, dolor, spirandi difficultas, sitis, vigilia, excremento u prauitas, inde remittantur, quæ simul iuncta certissimæ salutis fidè faciunt.

XVI.

Ὅταν ἀλμώδεια σπύλα, ἢ ἐπὶ ὑφίσταται, τὰ τέτοια χροὸς ἐρυθραίνεται οἷον ἐξανθισμαῖα. πρὸ δὲ τὴν λευτὴν πράχυνεται.

*Quibus (albuginosa sputa, & tussis supprimuntur, his corpus erubescit, quasi extantibus papulis. At ante mortem exasperatur.*



**X**pōis ambiguè & colorem & corpus dicit. Sed colorem intelligere melius est, & clarius. Itaque falguginosa sputa pituitam falfam & ideo mordacem indicant. Si ergo ea conclusa pulmonibus supprimuntur, magis incalescit replētque caput, & hoc quum iam nihil dimittat in pulmonē, vnde fortasse tussis acquiescit, efficitur, vt caput humore calido plenum magis incalescat, & inde faciei partes. Salsa enim pituita propria qualitate iam acris est, & mordax. Itaque siquid in cutem corporis, sed præcipuè faciei defluit, præ crassitie exhalare non potest, atque pruriginem mouet: inde papulæ, scabies, vlcerationes. Asperitas autem tum demum est, quum materia magis incalescit, & inde sicciior & acrior euadit. Ac tum fit scabrities quædam, aut aspera scabies, qualis plora & lepra contaminatis. Mors autem fit pulmonibus læsis diutius retento nec vacuato excremento.

DESID. IACOTII COMMENT.

32. Problem. 4

**T**errena substantia adusta, & cum humido aqueo mixta falfum saporem facit, vt fal ex eorum omnium cinere, quæ vruntur, elici queat affuso humore aquoso. Præterea exhalationes calidæ & siccæ si magna copia fuerint mixtæ cum aqua, falfam ipsam efficiunt. Ex quibus experimento intelligitur falguginosa sputa duobus modis sentiri: aut quia talia esse credantur, cum non sint, propter linguam, quæ impuro corpore & vitioso humore, atque inde euaporatione redundante, falgugine quadam imbutur: aut quia reuera talia sunt ex pituita putrida, vel vsta bile cum serosi humoris mixtione. Hæc autem per moram etiam amarescunt: vnde Aristoteles opinatur aurium sordem ex vapore earum partium per moram idcirco amarescere, quonia in sudor, qui in eam sordem abit, falfus est. Quod autem sputa reuera falsa propter acrimoniam & crassitiam erodant, ac vias coarctent, per quas spiritus euadit, manifestum etiam est; quemadmodum quod propter lentorem, pulmonum bronchis pertinaciter inhærescant, aut propter membranæ densitatem, non penetrent. Sunt ergo & causæ, & signa praua. Causæ quidem exulcerationis pulmonum: signa verò materiæ contumacis, & caloris vrenis, & si retineantur mortis imminenti, maximè si vnà quoque tussis supprimatur. Nam materia ad excretionem commota, & dum defluit, spiritui occurrente fit tussis: contrariis verò de causis cessat, aut quia materia omnis exclusa est, aut quia non amplius vehementi illa thoracis compressione commoueri potest emoriēte facultate, quæ nihil mouet, magis, quàm quiescente fluxione. Vtrisque igitur suppressis sputo ac tussi, mors necessariò sequitur: diutius autem trahentibus, aut non pro ratione expurgantibus, quod intus est, corpus omne contabescit, ac pustulæ quædam erumpunt effusa quadam sanie à pulmonibus exulceratis, aut à falfi humoris ichore acri & erodente. Talem autem *ἐξ ἀνθισμάτων* generationem, quæ & *φλυζάνια*, & *φλυκταινίδες*, & *φλύκταιναι* dicuntur, Hippocrates docet secundo Epidemiorum, vbi sic scribit, Sames in cute existit, ibique comprehensa calescit. Hæc enim sames in reliquam cutem, quæcumque laxior est, se insinuans, in exteriori eius superficie, vt pote deniori subsistit. Porro hanc dirimit, & ab interna absistere facit sede; atque in ea collecta pustulas gignit. Contrahitur autem corpus in his, & scabritiem ducit cum inæquali asperitate colliguatis absumptisque non modò humiditatibus, sed solidis etiam partibus supra modum resiccatis, aut partibus tenuioribus exhalantibus. Verùm signa, quibus tabidi à ruptura vasorum, aut ferina destillatione, aut pleuritide, vel peripneumonia agnoscantur, accuratius postea explicabuntur.

XVII.

*Ανάχρησις πυκνή, ἢν δῆτι ἢ ἄλλο σημεῖον προσῆ, φρενιτικόν.*

*Screatio frequens siquidem aliud signum accesserit, phreniticum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**idi & priusquam in phrenitidem inciderent, frequenti screatu & sæpe inani, phrenitidem denunciaffe. Alteri iam phrenitico id accidit. Cæterum læta mente

mente id aliquando accidit. Screatio enim arbitraria virtute fit. Quomodo igitur motus omnis eius virtutis deprauatur, ita screatio delirium ostendit. Sed quia infarcta quadam pituita faucibus eiusmodi screatio frequens esse potest, non omnino in eo vno signo firmandum præfagium, sed alia adiungenda sunt, somnus & vigilia, vtraque turbulenta, oculi micantes & humidi, aliæque superius annotata. Hæc eadem sententia scripta in Prorrhetico. *φρενιτικόν* autem, quia vel signum phrenitidis est, vel à phrenitide symptoma. Ad morbum quoque referri posse Galenus existimat; quanquam hanc sententiam non ita probat, quæ tamen experientia comprobari potest.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**n hac frequenti screatione, de qua iam alibi dictum est, vel sputum excluditur: vel inanis est tantum naturæ conatus. Priore modo quia multis de causis fit, multiplicem quoque habet significationem. Nam interdum à destillatione è cerebro ducit originem, aut à materia in pulmonibus, vel aspera arteria, vel canalibus infarcta, qui à naribus ad os pertingunt: interdum verò in acutis frequens sputatio cum tenui sputo cerebri inflammati soboles est, & copiosi humoris, vnde ichor quidam manat in os lachrymæ tenui haud abfimilis, quæ ex inflammatis oculis exprimitur, per Aphorismum Prorrhetici, In phreniticis principio simpliciter & clementer habere, sed crebrò permutari, malum est: mala quoque & frequens sputatio. His autem absentibus in morbo calido & sicco sine inflammatione cerebri vomitionis signum est certissimum, quia indicat membranam, quæ ab ore in ventriculum protenditur, ab humore vellicari, cuius portio sursum iam per œsophagum conscendens os sputo tenui implet, per alium Aphorismum, Si in phreniticis frequens cum refrigeratione fit screatus, nigra reuomuntur. At si inanis tantum excreandi conatus est, sæpiusque indecorè iteratur sputatio, nec quicquam excluditur, oblæsam mentem, & phreniticam affectionem ostendit. Perinde enim est, ac si quis sine ratione manum dimoueat, vel crus, vel aliquid simile incompositè faciat, aut dicat, quia mens ægrotat. Est enim axioma medicum, Omnes actiones voluntarias, quæ præter modum ac decorum vel deficiunt, vel exuperant, phrenitidis esse signa. Hoc tamen nõ ita firmum est, vt quæ phreniticorum propria sunt, vt turbulenta vigilia, & somnus spectris quibusdam interturbatus, ex quo ægri exclamant, vel exiliunt, & familiares non agnoscunt. Propterea adiecit, Et si quod aliud signum accesserit.

1. Prorrh. 12.

1. Prorrh. 30

XVIII.

*Αἰ μετ' ἐκλύσιν ἀφρονία, κατὰ κράτος.*

*Quæ cum exolutione mutitates sunt, pessima.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**æc sententia scripta in Prorrhetico, nisi quod catochen addit. *ἐκλύσιν* appellat manifestam *ἀδύνην*, ἢ *ἀφροσύνην* è vitis pulsus, sensus, motus animæ ratiocinantis, cogitantis, memoratricis, imaginatricis, eiusque, vnde nutritur corpus. Duplici ergo nomine periclitatur æger, quia morbus omnis cum virium exolutione lethalis est: sed multò magis si qua interna inflammatio, aut vehemens morbus. Deinde accessio mali est, si *ἀφροσία*, *κατὰ κράτος*, & alia eiusmodi, insignes iniuriæ virtutis animatæ, si pulsus deficiens, & inæqualis, si soluta aluus, aliæque id genus. Atque eadem ratione scripsit, *προεξάδωατησαντων ἀφροσύνη κατὰ κράτος*, *ἀφροσία* verò quid & qua ratione fiat, prius expositum, quam in Prognostico manifestè distinguit à catochæ. Quod si *ἐκλυόμενος προεξάδωατησαντας* intelligas cum Galeno, non solùm *ἀδύνην*, sed insignis ac manifesta virium infirmitas inde intelligitur. *ἢ* enim in voce *προεξάδωατησαντων* eam vim habet, qualis in animo delinquentibus, de qua in Aphorismis & prius.

Aphor. 41.

3. Progn. 4.

Quemadmodum per vehementes cerebri affectus, vt apoplexiam, homines pereunt sepius intercepta respiratione: & per affectus iecoris atrophix: sic in syncopa stomachi vitio euemente, & vehemēti dolore, & timore graui, & voluptate maxima præterea in omni immoderata vacuatione, ac febre dissipante spiritus vitales, aut contrahente vltra modum, vt à multa fuligine exurantur, mortis modus est *εκλυσις*, quasi resolutio virium. Vulgò autem separant exolutionem, lypothymiam, casum virtutis repentinum, syncopen, cum tamen secundo Aphorismorum tantum exolutio à syncope distinguitur. Nam nec à lypothymia exolutio differt, nisi minoris maiorisque ratione, nec à syncope præcepta virium lapsus. Sic exolutionem à lypothymia distinximus Aphor. 22. libri 1. sectionis 1. Exolutionem proinde Galenus interpretatur magnam virium infirmitatem in Prorrhethico, vbi hæc sententia ita scribitur, Quæ cum exolutione sunt, & *δατοχα*, aphonix, perniciosæ sunt. Est autem particularis sententia, quæ hoc generali axiomate continetur, Omnes affectus, qui magni sunt, fractis iam viribus lethales esse. Sic in omni morbo grauiore, vt peripneumonia, pleuritide, phrenitide, ac similibus, qui cum virtutis imbecillitate coniuncti sunt, mors expectanda. Etenim si ex his, qui viribus valent, pauci seruantur, infirmos valde euadere non posse perspicuum est. Aphoniam autem hanc fieri constat, non impeditis vocalibus instrumentis: sed neruorum principio grauius affecto, & calore vitali ad extinctionem properante, cuius signum est paruus pulsus, ac languidus. Sic enim & materia vocalis deficit, & musculi intercostales cessant ab officio, vt alibi expositum est.

XIX.

Αἰ ἐπ' ὀλίγον θρασείες παρακρέβει, πονηρὸν ἢ θηριώδες.

Quæ parum durabiles feroces desipientia sunt, mala & ferina.

Ep' ὀλίγον de breuitate temporis dicitur, qua durat semel ferox illa desipientia, sed quæ postea redeat. Cui opponitur ἐπὶ πολὺ. Hoc autem ostendit, quod in quibusdam exemplis Prorrhethici, καὶ μόνον ἐὰν ἀπ' ὀλίγον χρόνον γένηται. Siquis igitur in delirio breui ferox apparet, & paulò post redeat ad mentem & mansuetudinem, ne existimato tutum ægrum esse à delirio. Nam breuis illa feroxque desipientia imminentis ferinæ insanix signum editum putato, neque existimato esse à febre. Nam quæ in vigore febrium deliria mouentur, ferocia esse non solent. Rudimentum ergo ferinæ phrenitidis illud est, à qua calcitret æger, exclamet, pedibus impetat, feriat, mordeat quosque, & hostes conuratos familiares atque domesticos putet, atque ideo vehementer excandescat. Hæc enim descriptio est insanix, quæ θηριώδης appellatur.

Ferocitatem Galeni autoritate & experimento constat nunquam in paraphrenitide apparere, siue ea ferocitas leuis sit, aut breuis, siue magna. θρασὺς enim ferox est, & θηριώδης efferatus, qui temerariam propensionem habet ad excessum. Quoties ergo præter ægri consuetudinem audax aliquod ac temerarium dictum factumve in ipso deprehendimus, tametsi paulò post ad se redeat, eam ferociam suspectam habere oportet, nec fidendum, quasi non esset reuersura. Neque enim ab aucta febris accessione prouenit, quemadmodum leuia quædam deliria & symptomata in vigore febrium, sed in cerebro phrenitica aliter affectio, quæ postea, cum adaueta fuerit, ferina videbitur. Differt autem melancholicum delirium à ferino. Nam illic prompti sunt ægri ad inferenda propinquis mala: vt habetur lib. 1. Prorrhethic. 25. hic vcrò, nisi vinculis contineantur, grauisima per-

XX.

Ὅστι φωνὴ ἀμα πυρετῶ ἐκλείπει μὲν ἀκρισίας, ἱερομάδες θηριώδες.

Quibus vox in febre intercepta sine iudicatione cum tremore moriuntur.

Potesit in accessione febris, qua iudicium expectatur. Nam πυρετὸν nunc ita intelligit, quomodo aliquando πυροφυσμὸν pro accessione critica, in qua videlicet perturbatio critica fit. Vbi grauisimo certamine commisso plurima symptomata mouentur, atque vt inclinatur victoria, ita vel lethalia, vel salutaria sese offerunt. Itaque ἀφωνία, ασφυξία, aliæque id genus nihil deterrent exercitatum medicum, nisi quoddam certaminis spectator euentum expectat, aliquando quidem certò salutarem, vbi & concoctio, & salutis signa antegressa: non nunquam certò mortalem, vbi lethalia, & crudelitatis signa: interdum ambigua. Si ergo ab aphoniam nulla sequatur crisis, vel mala, quam ἀκρισίαν dicit, hoc est, nulla salutis excretio, abscessus aut concoctio, materia, quæ ἀφωνίαν intulit, conclusa cerebro alios, quam vocales neruos occupans, & morticem potestatem violans, tremorem adfert, vnde mors.

IN Prognostico sic scriptus est hic Aph. Ὅστι φωνὴ ἀμα πυρετῶσι ἐκλείπεται μετὰ κρίσιν, ἱερομάδες, καὶ ἱερομάδες τελευτῶσιν. Vbi μετὰ κρίσιν dixit, id est, à crisi, pro μετὰ ἀκρισίας sine crisi, vel cum mala crisi. Nam his duobus modis ἀκρισίαν dicit Galenus testatur. Malam verò crism appellat, quæ cum naturalibus vacuationibus vel abscessibus facta non solum ægros nihil iuuat, verum etiam facit, vt deterius, quam antea habeat, translata in nobilem partem materia, aut natura in pugna superata. Quod enim ex morbis mortiferis alij non iudicatur: alij perperam, id humorum malignitati, & virium infirmitati adscribendum est. Vbi enim natura vel parum superat, vel superatur à morbo, interdum quidem sine crisi & sine pugna obruitur: interdum verò per momenta quædam vires vniuersas colligit, & factò agmine adoritur morbificas causas, atque interdum, licet debilis, propter virium vnionem & conatum vincit: nonnunquam contra, quæ propter conatum robusta apparebat, in certamine concidens propria infirmitate succumbit, vt medicus in opposita iudicia trahatur, nec facile prælagitæ queat, quò tandem res euasura sit. Ob idque sanitas sæpe certò prædici potest, mors multò rarius, incertiusque. Monet ergo Hippoc. vno grauisimo symptomate ἀφωνίας notato, non statim affirmandum mortem futuram, quòd in multis lethalia symptomata videre liceat. vt ἀφωνίαν, casum pulsus, sudorem frigidum, & similia, ex quibus sanitas sit insequuta. Videndum igitur, num hæc fiant μετὰ ἀκρισίας. Nam quoties vel sine naturæ conflictu, id est, sine crisi: vel post malam crism lethalia symptomata, quæ quiescere debuerunt, superueniunt aut ingrauescunt, vt vocis priuatio, vtrumque significatur, & ægrum moriturum per generale illud axioma, iudicatoria non iudicantia, siue causæ sint, siue signa, aut lethalia esse, aut difficilis iudicij: & materiam in cerebrum conuersam, quæ facultatem animalem, qua musculi intercostales mouentur ad materiam vocis præparandam, interceptit. Nonnunquam etiam in conflictu calor natiuus extinctus, aut suffocatus aphonix causa est, maxime si vnà quoque defecisse febris videatur cum perfrigeratione ægri, & pulsu omnino languescente. Vtrumque enim intelligere licet & vocem ac febrem simul deficere: & vocem in febre non iudicata. Cum tremore autem moriuntur vel translata à cerebro ad neruos materia, vel facultate resoluta, vnde tremor & conuulsio.

2. Progn. 59.

1. Epl. sect. 2.

Αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνία, ἀσσομῶδεα ῥόπον ἐκείνη, σιγή, δαλέγριον.

Qua cum febre mutitates fiunt conuulsorio modo, in mētis emotionem cum silentio transeunt, lethales sunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Σασμῶδεα ῥόπον intelligit in morbis, cum vel initio morbi, vel non multo post conuulsio subinde hominem habet, quanquam ad instrumenta vocalia conuulsio referri potest. Itaque qui in febre muti fiunt, & ἀτάκτως conuelluntur, affectionem grauem in cerebro indicant. Vnde putrescente materia & membranas irritante inflammatio esse potest, ab inflammatione ἐκστασις vehemens insania. Sed ea insania absurdis sermonibus & clamoribus, vociferationibusque non proditur. Sunt enim ἀφωνοί. Solo igitur motu alieno à natura & cōsuetudine quod exiliant, quod interrogati neque scripto, neque signo respōdeant, quod excrementa sine voluntate effundant, quod in graui febre non sitiant, quod neque cibum capiant, neque aliquid petant scripto & signo, & oblata reiiciant, aliisque id genus suam produnt insaniam. σιγή, vel verbo ἔπιστάνται iungitur commodius, vt sit silens & taciturna insania: vel, ad perniciosum, quia nec opinantibus amicis moriuntur.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

Aphoniae causam saepe diximus vel in cerebro esse: vel in larynge & eius musculis aut neruis: vel in musculis thoracis: vel in spiritu vitali, cuius contractione, vt in metu, homo interdum obmutescit, aut certe tremulam ac imbecillam vocem reddit. Idemque iudicium de eiusdem dissolutione, aut suffocatione vt in syncope, & hysteris affectibus. Cerebrum autem grauitate affectum tribus modis voce hominem priuat, aut quia opprimitur, vt in apoplexia & comitiali morbo; aut quia venæ crasso sanguine intercipiuntur & organa valde resiccata sunt, vt in melancholicis, & catalepticis: aut quia ipsum cerebrum resolutum est, vt in his qui vita funguntur. Agnoscimus autem cerebrum in causa esse, aut primas partes spinalis medullæ, quia tum vnâ cum voce aliae functiones obleduntur: vt sensus motus. In larynge verò & eius musculis ac neruis tumor, angustia, musculorum aut nerui recurrentis conuulsio, vel paralytis, vel valida refrigeratio, vel causa externa, vt vulnus, aphoniam inferunt integris aliis cerebri functionibus. Idem fit musculis intercostalibus aut resolutis, vt in magnis vulneribus, aut conuulsis. In spiritu vitalis vehementiore contractione, aut dissipatione, aut refrigeratione vt in strangulatu vteri color pallens, aut liuet, quoniam colores sunt defecti caloris innati: pulsus nullus, aut languidus est: torpent sensus ac motus: collum intorquetur, quia rexitudo non fit citra facultatis functionem, quæ ex arbitrio mouet. In valido quoque dolore externo resolutio spiritus, vt & in latitia (licet feratur extrosus copiosus) cor quasi indignum repētē retrahit ad se ex toto, vnde destitutis externis membris, sequitur impotentia, aut deliquium, & interdum aphonia. Cum itaque tot modis aphoniae fiant, nunc eam, quæ conuulsorio modo fit, in ecstasim cum silentio finiri scribit. Perinde enim est, ac si diceret, Si in febre aphoniae, quæ conuulsionis in modum fiunt, desinant in eam, quæ est cum silentio, ecstasim, perniciosum. Quibus intelligit conuulsorium quendam affectum musculorum, qui voci inferuiunt, quando ex arbitrio moueri nequeunt affecto neruorum principio, & resiccato, aut vellicato à bile feruente. Transeunt autem in ecstasim cum silentio, id est, vehementem insaniam, quæ cum silentio esse potest duobus modis. Vno quia humor exustus à neruoso genere in substantiam cerebri diffusus intemperiem inuexit, quæ cerebri partes omnes æqualiter obsidet, vt in lana, quæ eò vsque imbibit turgentem succum, vt nulla parte colorem pristinum seruet. Hi enim, vt alibi expositum est, delirant cum silentio, palpo, nullo aut obscuro & interrupto sermone, languente omnino

nino facultate. Altero quia cum delirio conuulsa sunt instrumenta, quæ voci inferuiunt. Etenim hoc genus conuulsionis sine tumultu & clamore accidit, quod qui ita afficiuntur, vociferari nequeant. Quærebant veteres Hippocratis interpretes, qua ratione phrenitici agnoscantur, si vox, quæ phrenitidem maximè detegit, amissa est. Quibus Galenus respōdet, ridiculam quæstionem esse, quasi ex solo sermone phrenitis deprehendatur. Alia enim signa sunt, eaque permulta, vt familiares non agnoscere: cum interrogantur, qua parte doleant, neque nutu, neque scripto significare: præter honestum ac decorum variè dimoueri in lecto, exilire, conuelli, & alia eiusmodi. Hæc enim omnia manifestè hominem aberrare mente arguunt, ac si vehementer id fiat, non iam delirium simpliciter, sed ecstasis dicitur. Hos autem affectus ἀρχομένως σασμῶδεα, cum formari incipiunt, vix solui, σασμῶδεα δὲ ἀκριβῶς καὶ ἐκπληρωθῆσθαι, exquisitè constantes atque absolutos non amplius solui veterum medicorum consensu & experimentis constat, quod Galenus explicat proposito exemplo de lana, & de ligno, quod ita ardet, vt exemptum à foco nulla parte representet lignum, sed totum abeat in prunam, & cineres. Proinde addit Hippocrates, lethale. Omnis enim intemperies hæctica ab interna causa incurabilis est, quia deficit internum agens.

1. Prorrh.

6. Epid. sect. 2. 47. 1. Prorrh. 33.

XXII.

Αἱ ἐκ πόνος ἀφωνία, δυοθάνατοι.

Qui ex dolore muti fiunt agri, moriuntur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Δυοθάνατοι dicuntur, qui diutius enitentes, animam vix tandem expirant, & qui grauius cruciati moriuntur. Ergo si à dolore mutitas & inde conuulsio, cuius proximè meminit, ægros quidem contingit diutius cruciatos iam tandem extingui.

DESID. IACOTII COMMENT.

EX dolore aphoniae tribus modis fieri possunt, aut quia acerrimus doloris sensus vt in neruo, conuulsionem & inde aphoniam inferat: aut quia præ magnitudine doloris succedat aphonia propter immodicam spirituum contractionem, vel dissipationem: aut denique quia dolor signum sit partis primariæ affectæ, cuius iniuria aphoniam accersit. Quomodo Hippocrates interdum addit partis dolentis nomen, vt capitis, in illo Aphorismo, Si ex capitis dolore aphoniae fiant, atque cum sudoribus febriles soluantur, & mala repetant, diutius perdurant. Vbi capitis dolorem signum esse vult affecti neruorum principij & inde aphoniae: interdum verò sine adiectione, vt hoc loco, ad indicandum localem ipsius aphoniae affectionem, quæ fit cum dolore, qualis est aphonia, quam superiore Aphorismo in conuulsionis modum fieri scribit. Conuulsio enim (ait Galenus) doloris plena est affectio: idque non sine causa, cum fiat in neruoso genere, quod & exactissimo sensu præditum est, & magnam habet cum cerebro communionem. Proinde subiicit vocem (δυοθάνατοι) qua significat eos, qui tardius, aut cum dolore moriuntur. Causa mortis est præter virium infirmitatem intercepta respiratio. Intelligendum autem est, in febre acuta: aut si moriantur, cum dolore mortem euenire, quia ab aphonia ex effectu dolorifico partium vocalium multi euadunt.

3. Prorrh. 1.

XXIII.

Αἱ μὲν ἐκλίσιος κατόχος ἀφωνία, δαλέγριοι.

Qua cum exolutione catocha modo fiunt aphonia, lethales sunt.

XX 2

Catochem quidam è veteribus ἀφονίαν, vt antè dictum est: alij αἰκιδίαν eadem ferè ratione τὴν ἐξ αἰφνης ἀφονίαν, vt catochem describit author postremæ partis operis de ratione victus in acutis. Siue igitur κατόχος dicat cum symptomatibus catoche, siue catochem morbum dicat, siue κατόχος, quia firma & pertinax ea tum ἀφονία, tum exolutio, manifestum est graues affectus principij cum virium languore perniciosos esse.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hæc paulò antè explicata sunt, nisi quòd κατόχος hîc addidit, qua voce affectum grauius cerebrum demonstratur. In eo enim affectu atoniti manent ægri seruata secundum naturam spiratione, & oculis apertis ac tensis propter siccitatem & sanguinis concretionem in venis posterioris partis cerebri, quæ concretio nihil aliud est, quàm humorum in substantiam quandam terream migrantium incrassatio à calore extraneo, quo exhalat serosus humor: aut à frigore non quidem maximo illo, quo aqua concrefcit in glaciem, sed à remissiore calore, qui frigoris nomine intelligitur, vt cum dicimus alias partes alijs frigidiores, id est, minus calidas. Quæ enim in viuente corpore tanta frigiditas esse potest, vt sanguinem cogere in glaciem possit? Frigus itaque illud non simpliciter tale dicitur, sed remissior calor, quo densari & concrefcere sanguis in venis potest per absentiam caloris & spirituum vitalium, qui suo motu, suâque tenuitate sanguinem liquidum reddunt; qua etiam ratione liquidum plumbum concrefcit summotum ab igne, vt non sine periculo vstionis possit attingi. Aliud enim est aliquid liquidum esse propter aqueam humiditatem: aliud verò propter calorem, vt Aristoteles docet. Nam illud densando, aut euaporando fit solidius, rursumque liquatur affusa aqua: hoc verò solo calore liquatur, & solo frigore concrefcit. Quocirca mirum videri non debet, quod alibi diximus, catochi causam sanguinis concretionem esse in magnis venis posterioris partis cerebri, siue calor influens propter copiam sanguinis, aut obstructionem vasorum interceptus sit, siue ad extinctionem agatur. Qui affectus quàm perniciosus sit, cuius perspicuum est. Quorum enim duratio constat, vt ignis & spirituum vicissitudine motuum contrariorum, pereunte alterutro eorum, aboleri ipsa necesse est. Sic contractus ultra modum, & à multa fuligine exustus vitalis spiritus, aut dissipatus, vel refrigeratus mortem accersit. Potest autem etiam aphonía fieri cum catocho melancholiæ vitio. Ea autem taciturnitas, vt non careat periculo, multò minus tamen pertimescenda, quàm mutitas ab exoluta vi, quæ vocem exprimit, & ab instrumentis vocalibus languentibus, aut resiccatis. Præterea nonnullis vox haudquaquam omnino perit, sed ita languet, vt vix audiat sermo, defectis viribus, & iam imminente exitio. Alij ex industria & medici cõsilio id faciunt, vt ne cõteta voce & pleno sermone spiritalia cõcaleant.

4. Meteor.

XXIII.

Αἱ κατὰ κλάσματα φωνῆ μὲν φαρμακείῃ, ἢ ἡρα πομπῶν? τὰ τέων οἱ πλείστοι ἐφιδρῶσι, καὶ κοιλίας καὶ θυγαίνονται.

Effractæ voces à medicamento nonne malum est? Horum plerique exudant, & alio soluta diffluunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Kατὰ κλάσιν dixit in Epid. in distortis peruersisque palp. bris. Nunc autem in voce quum media interciditur: id quod ab imbecillitate naturæ, quæ efflatione facit, contingere par est. Quomodo enim in follibus, quæ musica organa spiritu implèt, si imbecillior is est, qui folles mouet, sonus interrumpitur: eodem modo si ea virtus, quæ thoracem, & ex eo pulmonem mouet ad efflationem, quæ materia vocis est, imbecilla est, restitat, neque cursum suum tenet spiritus, ynde vox refringitur. Quod etiam si à conuulsione laryngis id possit accidere, verisimilior tamen prior ratio est. Quæ enim à medicamento sequitur conuulsio, alias quoque partes occupat, & hæc potius, quàm laryngem. At reuera malum est, neque dubitandum

tandum. Quòd si præterea sequeretur ἐπιδησις, eo ipso imbecillitas indicatur. Neque enim à copia tum fieri par est, quam depleuit medicamentum. Et soluta alius eandem imbecillitatem retentricis indicat. Natura enim constans modum facit purgationis à medicamentis. Ea verò dissoluta ἐπερκαθάρσεις sũnt, quod dicit, κοιλίας καθυγραίνονται. Sed vt hæc omnia accidant, breui momento cibo, potu, somno, quiete, medicamentis vires reparantur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Αἱ κατακλάσματα φωνῆ dici videntur fauces in vocibus cõfractæ eliso quodammodo spiritu, vt in perterritis, & abrupta ac ferè præcipitata voce, aut articulatione, qualis inter signa phrenitica numeratur, si confidentia quædam coniumcta sit. Hi enim etiam interdum balbutiunt, vt & melancholici propter calorem auctum, & magis in capite: de quibus est apud Aristotelem problema: Cur adusti melancholici balbutiant. Solutionem verò affert, quoniam præ velocitate imaginandi lingua concepta affectu nequeunt, quare præpediuntur in loquendo. Quamquam, in phreniticis grauior causa est huius symptomatis, semperque exitium portendit multò magis, quàm si constante mente sibi metuerent ægri atque exterrerentur, in quo minus est periculi. Possumus quoque eiusmodi voces intelligere, quales sunt κλαυθμώδεις querule ac luctuosæ. Nam in Aphorismis Galenus κλαυθμώδεις ἀσπνίας respiraciones luctuosas ad intercisum & offensantem spiritum refert, vt non solum respiratio, sed etiam exsufflatio elidatur in faucibus: quomodo in querulis & plorantibus, præsertim pueris in medijs lachrymis tum respiratio, tum vox ipsa intercipi consuevit. Ac certè hoc genus interruptæ vocis & contractæ perniciosissimum est, & à maiore resiccatione prouenit, quàm vox clangosa. Vocis enim mutatio aut destillationem è capite sequitur, vt in tabidis: aut virtutis infirmitatem: aut siccitatem vocalium partium. Sic enim vox clangosa redditur & acuta propter resiccationem: rauca verò propter humiditatem. Quanquam & calor liquefaciendo, & frigus exprimendo raucedinis etiam causæ sunt. At vox κλαυθμώδης, aut κατακλάσματι grauioris iniuriæ prænuincia est, interrupto videlicet spiritu, ac subsistente inter respirandum & loquendum pectore, rursumque quod ad integram vocem deest, adiciende, vel propter infirmitatem virium: vel duritatem instrumentorum: vel vtrumque simul: vel incipientem musculorum intercostalium conuulsionem. Durities autem & motio conuulsoria à frigore fieri possunt, quod in musculos pectoris & nervos penetrauit: quam affectionem & febris stuapte natura, & calida auxilia sanare solent. Vbi verò coniuncta est febris acuta, ad hanc perfrigerationem causa ferri non potest: sed vel ad duritiem ex siccitate contractam, vel virium imbecillitatem, vel affectionem conuulsioni similem, quæ febribus acutis interdum superuenit. Ac languente quidem virtute atque defessa, durioribusque & malè cedentibus instrumentis præ siccitate, opus tum respiracionis, tum exsufflationis intermittitur. Excitata autem, & iam virgente vsu, maiore vi mouet. Rursum renitentibus instrumentis, aut quodammodo reuulsis ἀνωμαλία quædam & inæqualitas intercidit, quæ vocem in faucibus elidit, ac veluti contractam, aut tremulam & infirmam reddit, non aliter quàm quæ de stridore dentium, & cerebro palpebrarum, vel oculorum motu superius dicta sunt. Sed cur medicamento sumpto, & inde sequuta ἐπερκαθάρσει quasi addubitans quærit, quum ea vox superueniens praua sit, præsertim cum imminere exitium denunciet? An quia interdum ægri sic ad tempus afficiuntur, dum sibi metuunt, & copiosiore purgatione perterrentur? An potius, quòd in ἐπερκαθάρσει, id est, superpurgatione multis modis conuulsio fieri queat tum musculorum thoracis, tum aliarum partium variante discrimine? Ea enim conuulsio, quam acrimonia humoris in ventriculo, vel medicamenti, aut quam conatus in vomendo inuexit cõsentientibus nervis, omnium mitissima est, & exclusa è ventriculo materia breui conuiescit, vt in adolescente, quem Gale. refert in vomitione aruginosa bilis toto corpore conuulsam, & mox tum febre, tum conuulsione liberatū ab euacuato humore. Deterior multò, cui origo est ab ipsa vacuatione, dum ægri ultra modū purgātur, vt in cholera morbo, in quo mus-

11. probl. 38.

6. Aphor. 54.

5. Aphorif. 1.

culi praesertim in furis contrahuntur. Medium locum obtinet, quae propter pharmaci efficaciam ex nervis humores vehementius ad se attrahentis accidit, ut ex labore potius & vexatione aegri conuellantur, quam resiccatione. Omnium verò maximè perniciofa est, in qua vi medicamenti, ut hellebori, ad distributionem vehementius concitata, nervorum humidum violenter & inaequaliter absumitur. Ut igitur aliarum causarum aliis grauiores sunt, & quaedam etiam leuissimae, ita periculum maius, aut minus. Ob eamque causam affirmare non est ausus, tanquam *καθόλου*, voces omnes effractas à medicamēto malas esse. Nam & nos quoque vidimus inde breui conualuisse nobilem quendam Arelatam, qui à sumpto medicamento conuelli, & in discrimine vitae versari omnibus videbatur, quanquam id simpliciter bonum esse nunquam potest. Verum (ait Galenus) antiqui & recentiores ita loqui solent, ut minus malum appellent, vel bonum, vel vtile, vel alio simili nomine, maximè cum magna quaedam fuerit valde mali exuperantia ad id quod mediocriter à natura recessit. Quoties ergo medicamentum intestinis haerens actimonia sua mesaraicarum venarum ora adaperuit, vnde superpurgationes sequi auctor est Galenus, si vasorum vires dissoluantur, eaque educantur, quae sunt naturae charissimae, atque inde nervi resiccati in tremorem, aut conuulsionem incurrant (quod voce in faucibus elisa declaratur) dubium esse non potest ad extrema ventum esse. Curationem autem recipiunt, qui propter metum, aut medicamenti morsum, vel à flatu perturbationem, aut propter contentionem in vomendo in eam affectionem inciderunt. Proinde dubitandi particulam adiecit, ut in his, quorum euentus vel varius est, vel dubius. Quod autem plerique eorum, qui ita affecti sunt, leui madore exudent toto corpore, aut circa frontem, & alio resoluantur, consentaneum est propter extinctionem retentricis facultatis tum in habitu corporis, tum in hepate.

6. Epid. sect. 3

3. Simp. 26.

XXV.

Εν ἀφωνίᾳ πνέουσα, οἷον τοῖς πνιγομένοις, πρόχρητον, πονηρόν. ἤράγε καὶ παραπρῆξιόν;

*In vocis interceptione spiritus velut iis, qui suffocantur, commotis sursum scoptulis redditus, malus. Num etiam delirium accedit?*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Quid sibi velit *πνέουσα πρόχρητον*, satis explicat addita voce οἷον πνιγομένοις, si quis eos animaduertit, qui angina aut peripneumonia suffocantur. Et in fanis, qui diutius cucurrerunt, magis & si perterriti fuga se contento cursu dederint. In iis enim videas manifestam respirationem, in qua scapulae partesque thoracis superiores euidenter attollantur, pinnarum narium dimoueantur ampliatae videlicet, dum inspirant. Itaque *πρόχρητον* dixit, ut ex opposito ponatur *ἐπὶ ἀφασίᾳ μὲν καὶ μὴ φωνομένῳ*, abdito latenti, nec satis manifesto. Respirant enim sani, dum quies est, ut vix inspiratio ab expiratione distinguatur. Commotis iam manifesta editur: à cursu & contento exercitio iam sublimis est. In aegris siquidem incolumes sunt, nec dolent partes spiritales, sublimis respiratione fit, sed rara & magna, hoc est, multum semel expiratur, etiam sublatis scoptulis, sed id longioribus interuallis. Contra verò malè affectis angustia pressis atque dolentibus instrumentis respirationis parua & frequens ea est sublimis respiratione. *πρόχρητον* igitur dicitur, quasi *φωνομένῳ*, quia videlicet sic exposita est euidentisque videntibus medico & aliis, qui adsunt, respiratione, ut & stragula, & indumenta iniecta aegro manifestè moueantur. *μετέωρον* dixit in anginosa muliere tertio Epid. & secundo, quia in eo genere respirationis quasi sursum contendente spiritu superiores partes thoracis manifestius moueantur. Interrogat autem, an delirium sequatur, quod non est necesse, nisi cerebrum ipsum

patia

patiat. Etenim videre licet, qui in ea respiratione prudentes, & ut dici solet, viuui videntisque moriantur, & auxilium contra angustiam spiritus implorent.

DESID. IACOTII COMMENT.

IN strangulatione aëris copia deest, ut nec expiratione fuliginosa sanguinis excrementa possint excludi, nec inspiratione calor natuius refrigerari. Totus proinde thorax inter inspirandum attollitur, parte quidem anteriore ad iugulum: posteriore ad scapulas: lateribus ad cervicem cum dilatatione pinnarum nasi, ut in angina lethali, in peripneumonia, empyemate, orthopnoea, asthma: in quibus aër ad proportionem dilatationis haudquaquam introducit, cum id prohibeat obstructio. Hunc spiritum interdum *φαινομένον* conspicuum & aspectabilem vocat Hippocrates, quia manifestè videtur aegri inspirando scapulas attollere, ita ut sub vestibus motio in altum ferri conspicuè appareat, quod validè superiores thoracis partes laborent. Nonnunquam etiam, ut hoc loco, spiritum *πρόχρητον* dicit, quasi in promptu positum, vel, ut interpretatur Galenus, *εὐτοίμως ἢ βραδύως* promptè ac facillè apparentem his, qui aegrum intuentur. Secundo *Επιδεικνύμενον* sublimem & elatum appellat, quod qui ita respirant, sublimes thoracis partes ad omoplatas vsque mouere videantur. Nam cum inspirando diaphragma satis esse non potest, thoracis musculi & abdominis à natura adhibentur. Quod si ne hi quidem sufficiant, quasi in subsidium accedunt musculi superiores, qui è collo in thoracem protenduntur. Hinc respiratione sublimis, quae non semper est, ut quidam putant, magna: sed interdum parua ac densa, quoniam paucus aër inspiratus non videtur posse pertingere ad inferiores vsque thoracis partes, sed in sublimibus tantum eius partibus consistere. In magna autem respiratione semper multus trahitur aër. Causae verò sunt, angustia in larynge, pulmone, aut thorace, ut in anginosi, & asthmaticis: æstus vehemens, ut in fanis à velociore cursu, vel motu: infirmitas facultatis animalis ab oppressione, ut in phreniticis, aut resolutione, ut in moribundis. Siue igitur partium thoracis vitio, siue principio nervorum laborante tale symptoma cum aponia incidit, mors est in propinquo propter causae magnitudinem, & respirationis necessitatem. An verò inde praesagire delirium liceat, adhibita distinctione intelligitur. Nam si læso nervorum principio magna & sublimis est respiratione sine angustia partium thoracis, delirium vel adest, vel mox aderit: sin ita oblata sunt instrumenta tum respirationis, tum vocis, ut illa sublimis euadat, hæc intercepta, strangulatio proxima est, non delirium. De magna autem respiratione dicetur postea.

in Proverh.

XXVI.

Αἰὲν κεφαλῆ λυγρῆς ἀφωνίαι ἄμα ἰδρωτί πυρετώδεις, χαλῶνται ἐπ' αὐτῆς, ἀνιένται χροιώτερα. ἐπιπνιγοῦνται τῆσιν, & πονηρόν.

*Mutitates ex capitis dolore cum sudore febriculosi siquidem remittunt ea, & subinde redeant, diuturniora, & identidem rigorem reuocantia his non prauum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Obscura hæc oratio ex diuersi generis accidentibus conscripta, & commutata ex his, quae ad affectus, ad symptomata pertinent, ad alia, quae aegris conueniant. Videtur ergo quisquis is aeger fuit, pleniore cerebro & corpore laborasse. Copia verò & cruditas multa, quae cerebro primùm inclusa & commota capitis dolores & aphonias occupatis vocalibus instrumentis effecerit. Sudor autem frequens eiusmodi morbis, qui oppressa natura extingunt magis, quam criticè vacentur. *πυρετώδεις* dicit non qui perpetuò, sed qui identidem febricitant, quomodo *ἰσοθετώδεις*, *λυγρώδεις*, *φρενιτώδεις*, aliaque id genus. Tardius enim ea materia putrescit, quanquam ferè in ea conditione aliquid assiduae febris apparet: sed aliquando manifestior multò, aliquando obscurior, quam ut dignosci possit. Ideoque *χαλῶνται ἐπ' αὐτῆς*

XX 4



ἀντὶς ἀνέναντι, quasi velit laxari remittique tum febres, tum accidentia: neque firma esse, sed aliquando sese prodere, aliquando desistere. ῥονιώτερα optimo iure, ut quæ inde commouentur. Cruditas enim multa tum qualitatis ratione, tum copię longiori eget tempore ut maturetur & ad excretionem comparetur. ἐπιρρηγόνον quod ægrorum est, ad morbum & symptomata conuertit. Itaque ubi iam materia diuturnitate morbi à natura incisa, tenuata, maturata, subinde rigor incidit, quia videlicet natura iam excretionem ammoliatur, & materia, quæ tum frigus aut horrorem inferebat, putris iam & concalfacta rigorem facit. His ergo non malum.

## DESID. IACOTII COMMENT.

Quoniam aphonix generatio vel localis est affectus vocis instrumentis, vel per consensum cum cerebro, ad distinctionem adiecit ἐκ κεφαλαλγίας, ex capitis dolore, quo intelligatur aponia propter affectum principij neruorum exorta, cuius signum est capitis dolor. Vtrumque autem symptoma à copia humorum ducit originem, quæ non solum membranas distendit, atque propriis qualitatibus immutat: sed etiam cerebri substantiam imbuit. Facile enim à membranis cerebri præsertim tenui in ipsum cerebrum transit vel humor ipse, vel qualitas, & contrà, ex quo etiam fit, ut apud Galenum definiatur nonnunquam phrenitis, cerebri & membranæ inflammatio. Illinc capitis dolor: hinc aponia. Quod autem dixit, ἀμα ἰσθῶτι, cum sudoribus, vel tenuis humiditatis copiam: vel retentricis facultatis infirmitatem testatur. Nam sudores, qui febrem non finiunt, à malo sunt, nec critici esse possunt, nisi quandoque imperfectè. Illud verò χαλδόντου ἐφ' ἑαυτῶς, laxantur in seipfos, duplicem habet interpretationem. Aut enim intelligit ægros, qui præter voluntatem excrementa alui deiciunt: χαλδῶν dixit de morbo, qui moderatior quidem fit, ac quodammodo remittit: verum paulò post reuertitur. Propterea in Prorrhethico nonnulli scripserunt in eo, quod sequitur, ἐπανιώντα, id est, ἐπανερχόμενα, non autem ἐπανιώντα, quod est, & mala repetant. Alioqui bis idem dicere cogentur. In verbo enim χαλδῶν id contineri manifestum est. Priore autem modo inuoluntaria deiectio aut mentem læsam indicat: aut musculorum ac neruorum, qui sphincterem claudunt, resolutionem, vel infirmitatem: interdum etiam excrementi acrimoniam, aut tenuitatem. Nam si animalis operatio contrahendo neruum retinet excrementa, non excernit: resolutio, quæ est animalis facultatis ablatio, retentionem vitiat, non expulsionem. Expultrix autem licet naturalis, & naturali quodam appetitu noxium abigens, feratur ad se exonerandam, ubi intestina plena sunt, multò tamen vehementius incitatur accedente per neruum vi sentiente, cuius ministerio vel ab excrementi acrimonia morsu intestina, vel à copia distenta in excretionis opus excitantur: & qua deficiente plurimum deficiunt à pristina vehementia. Ita fit, ut paralysis sphincteris, aut sensus communis oblatius inuoluntariæ excretionis causa sit. Tenuitas verò excrementi sine morfu facile elabitur, quia non sentitur: acrimonia cogit ad festinam excretionem. Sic huius Aphorismi sententia erit, Si ex cephalalgia aponia fiat, febriente ægro cum sudore, & præter voluntatem excrementa alui deiciente, ita ut repetitio quadam ac reuersio horum symptomatum appareat, in longius tempus morbum productum iri. Verum grauius illa symptomata, inuoluntaria excretio, aponia, cephalalgia, quæ sudori (qui est iudicatorium non iudicans) superueniunt, mortem potius, quam morbi diuturnitatem præmonstrant, præsertim cum vires collabuntur, nec diu morbi vim & symptomatum vehementia ferre queant. Posteriores autem significatione sumpta voce χαλδῶν, sensus erit, Si à cephalalgia aponia incidat, & vnà cum sudore æger febricitet, atque his sudor febrem remittat, & mala repetant, diutius ægrotat. Nam sudores, qui febrim non imponunt, cum prauis signis mortem: cum mitioribus morbi longitudinem ostendunt. Quod verò subiicitur (Superperrigere his malum non esse) variam quoque habuit interpretationem. Nam ex antiquis Hippocratis interpretibus alij negationem detraxerunt, alij admiserunt. Quia tamen in omnibus exemplaribus legitur, ob eam causam, rigorem, qui superuenit,

uenerit, non inutilem opinati sunt, quod exolutam naturam excitaret. Exolutam autem esse ea symptomata satis declarant, sudores videlicet, aponia, & inuoluntaria deiectio. Sed hæc interpretatio rationi & experimentis repugnat. Siquidem constat, rigorem ægro iam debili lethalem esse: in diuturnis verò tantum prodesse, cum excretionem affert laudabilem.

## XXVII.

Αἱ μὲν ἀφώνιος ἐκ τῶν ἐξ, ἀλέγριαι.

*In sania vehementes cum vocis interceptione lethales.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Iam antè dixit ἐκ τῶν ἀφώνιος μὴ ἀφώνιος insanias vehementes non etiam intercepta voce lethales esse: nunc cum suppressa voce, ubi de differentiis ἐκ τῶν ἀφώνιος abundè dictum est, qua voce non delirium, sed vehemens delirium indicatur.

## DESID. IACOTII COMMENT.

Ἐκ τῶν ἀφώνιος in vniuersum corruptionem quandam significat, & cuiuslibet rei egressionem à natura sua: hæc verò secessum mentis & alienationem, aut vehementes delirium. Causa huius est flaua bilis vsta, ac per cerebrum diffusa, quæ vigilias coniunctas habet propter siccitatem, acrimoniam, & morsum: ob idque comati contraria est. In ea igitur grauisima affectione aphoniam perniciosum esse symptomata perspicuum est, maxime verò si reuera ægri sint ἀφώνιοι. Nam persæpe tacent, & in silentio ægri continentur melancholix vitio, quod tamen periculo non caret, minus tamè lethale est. Sic Hippocrates in Epidemiis multa verba sapius annotat phrenitidis signa: σιγήν verò, id est, silentium aut taciturnitatem melancholix, quamquam & in veterinosos affectus incidat. Ex quibus intelligitur veram aphoniam cum vehementi delirio coniunctam ab exoluta facultate animali provenire, emortuis iam, aut languentibus instrumentis, quæ vocem edunt, ut in phrenitide cum silètio, tremore, & palpo, & ut in Pythone, qui in febre acuta propter refrigerationem, & νέκρωσιν caloris natui factus est ἀφώνιος. Atque hoc mortis iam iam impendentis certissimum argumentum est, tamen vox non omnino pereat. Est tamen quibusdam coercenda limitibus, & temperanda sententia. Nam incipiente morbo veterinosum affectum cum delirio coniunctum, non mortem proximam, duo illa symptomata significant. Sic Hippocrates in tertio Epidemiā phreniticis describit cum comate, & silentio. Nullus enim (aut) ex phreniticis vehementer insanit, veluti alijs vsu venit: sed alia quadam veterinosa ad somnum inclinatione capite grauati peribant. Quare hæc phrenitis cum comate ab illa hectica cum silentio & palpo ita distinguatur, primum quod hectica phrenitis progressio iam morbo, & natura extinctioni proxima accidat: veterinosa verò (addi potest & melancholica cum silentio) circa principia vel incrementa. Deinde quod veterinosi obscuram quietem non habeant, cum validè mouere se possint: hi verò maxime conquelescant, languida iam virtute reddita, quæ nullos amplius motus, aut eos valde obscuros ciet cum pulsu languido, duro, angusto, & exiguo.

## XXVIII.

Αἱ τοῖσιν ἐπιρρηγόνου ἀφώνια, γὰρ ἀφώνιοι εἰσὶ ὃ κεφαλαλγίαι οἱ τοιοῦτοι ἐπιεικέως.

*Subinde rigentibus mutitates lethales sunt, iis verò moderatus capitis dolor est.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Articularis sermo est, & ἐπερόγενος. Nihil enim cōmune habet mutitas cum rigoribus, & cum his grauis, leuis & nullus capitis dolor esse potest.

EX his, quæ sæpius de causis & signis criticis repetita sunt, manifesta est huius loci explicatio. Continentur enim hæc omnia generali axiomate, quo scribit Hippocrates, iudicatoria non iudicantia aut lethalia esse, aut difficilis iudicii. Nam rigor, cui superuenit aphonia, iudicatorium est non iudicans. In his autem caput moderatè dolet, quoniam aphonia vel translata in cerebrum materiæ, vel refrigerati in cerebro caloris natiui signum est, quorum utrumque moderatus sequitur dolor, maximè verò postterius.

XXIX.

Αἰ μετ' ἐκλύσεως ἀφωνίας, ἐν πυρετῷ δὲ εἰ ἀνιδρωτί, εἰσι μὲν γὰρ αἱμοί, ἢ σ-  
σιν ὃ τῷ ἐφιδρωτῷ τι. χρόνον δὲ σημαίνει.

*Mutitates in febre acuta cum exolutione non sudanti quidem lethales, minus autem exudanti: sed diuturnitatem significant.*

FEbris acuta omnis periculosa, siquidem accesserint grauiora symptomata, quæ vocant ἐπιγινώσκουσα. In iis primæ notæ sunt ἐκλυσις & ἀφωνία. ἐκλυσις virium exolutio, trium facultatum languor, aut certè vitalis & animatæ, quæ in cerebro sedem habet. ἀφωνία eiusdem virtutis vitium indicat, sed quod manifestè in vocalibus instrumentis apparet. Quia tamen utrumque vitium ἐκλυσις & ἀφωνία oppressa natura eiusque instrumentis esse potest: potest quoque dissoluta animæ natura, calore & spiritu languescentibus incidere, grauior omnis iniuria corporis ab inopia, quàm copia. Itaque si nihil sudoribus vacuatur, quod voce ἀνιδρωτί, significat, periculum est, ut ne natura oppressa prius succumbat, quàm materia morbi maturetur. Si verò sudor subinde fiat, natura parte oneris & copię leuata poterit reliquum tandem euincere. Atqui crudi succi copia sudores eiusmodi tenues & interuallis redeuntes paucos quidem semel excitare solent, quam ἐφιδρωσιν dicere consuevit. Rectè igitur addit χρόνον δὲ σημαίνει. Pertinax enim copia eget tempore, ut à natura conficiatur.

APHONIA cum exolutione in febre acuta lethalem esse & cum sudore, & extra sudorem sæpe dictum est, quoniam magnæ & vehementes omnes affectiones in summo virium langore, quem ἐκλυσιν vocat, morte finiri solent. Minus tamen lethales esse cum sudore verum est, modò sudor ille natura criticè mouente, non autem resoluta facultate excludatur. Sed nec in tam grauibus symptomatis tutus æger esse potest ab imperfecta crisi per sudorem, quia periculum est, ne non sufficere virtus queat. Proinde non negat esse lethalem, sed minus lethalem tantùm affirmat. Non enim eadem est certitudo optimæ crisis & imperfectæ. Nam cum optima crisis fiat natura valde superante, nec quicquam incidat, quod interturbet motus naturæ, sed omnia ipsam vincentem ostendant, minimè fallitur in præfagiendo medicus. In crisi autem imperfecta parùm superat: in mala planè superatur. Vtrobique per intervalla temporum, conflietus, & quietis, variè afficitur æger trahens in opposita iudicia medicum. Natura tamen, quæ non doctæ doctissimè omnia facit, ut scribit Hippocrates, quasi agnoscat se in discrimine versari, per momenta quædam virium vniuersarum facta subito collectione & vnione nonnunquam vincit, nonnunquam præ magnitudine morbi succumbit. Quando verò nihil mouet, vel contumaciæ humoris & malignitati ita succumbit, ut pugnare non audeat: vel adhuc ad coctionem intenta est. Priore modo calidum, quo instrumento vritur ad alias functiones, ab humore morbifico diuertit retrahitque. Sic neque sudorem mouet, neque grauiora per tempus symptomata infert, donec repentiè op-

primatur,

primatur, aut resoluatur. Quomodo pars inflammata, quam præ tensione & calore valde dolere oportuit, dum in totum dolore priuatur, in gāgrænam abit: & dum febris, aut aphonia cum exolutione sine sudore, aut vlla alia causa cessare videtur, mors timenda est. Vbi etiam vlcus insigne nihil puris, aut fœtoris emittit, præceptum periculum est. Vbi in graui febre vrina cruda non est, sed ab initio cocta, aut ex perniciofa repentiè cocta, malum penitus latet naturæ intentatum. In vniuersum quoties humor propter summam cruditatem, aut substantiæ ineptam coctioni conditionem, naturæ elaborationem suscipere non potest, contemnitur à natura quasi perterrita, nec applicatione caloris agitur: quò fit, ut non semper verum sit, quod ex Galeno initio Prorrhethici dici vulgò solet, satius esse naturam nihil moliri, quàm frustra. Nam si nihil natura mouet, quia superatur, & pugna se subtrahit, ut in Heremocrate, mors expectanda est. Atque hac ratione aphonia exolutioni iuncta minus lethalis est cum sudore, quàm sine sudore. Sin verò adhuc circa coctionem occupata est, satius est ipsam nihil moliri. Verùm in aphonia cum exolutione id suspicari non possumus. Exolutio enim victam naturam, non autem vincentem ostendit. Proinde tamen illa aphonia cessare videatur sine sudore, lethalis est in febre acuta. Ex quo intelligitur, hæc omnia, quæ sæpe Hippocrates repetere solet in Epidemiis, non sudauit, non profluxit sanguis, non parotidas habuit, aut naturæ extinctionem, aut solutionis morbi, vel symptomatum infidelitatem ostendere. Quod ergo subiicit de sudoribus, qui diuturnitatem morbi denunciant, confirmat, quod diximus, sudorem criticum hinc intelligendum esse, sed imperfectum. Nam διαφρορητικὸς à resolutione proprij vltimique alimenti solidarum partium, aut carundem colliquatione, & dissoluta natura cum aphonia plane lethalis est: ut & symptomaticum cum materiæ in cerebrum translatione, de quo dictum est initio prioris sectionis huius operis. Sed & illud obseruandum in illa diuturnitate, quam crisis imperfecta per sudorem præmonstrat, mortis sæpe latere periculum propter virium infirmitatem, aut errata, quæ vndique circumstant. Ut enim cruditatis signa, ita crises imperfectæ in se quidem solam morbi longitudinem declarant: exitus tamen varios habent pro virtutis tenore: in validis quidem viribus salutem: in lapsis, mortem.

1 Prorrh. 2.

3. Epid.

XXX.

Ἰσως δὲ οἱ ἐξ ἐπιπροφῆς παθόντες τι τοιοῦτον, ἀσφαλές αὐτοῖ. ἀλθριώτεροι δὲ τῶν τοῖστων, οἷα τὰ ἐκ πυρετῶν, οἷα κοιλίαι κρηνησθῆναι.

*Fortasse qui à recidiva aliquid eiusmodi patiuntur, maxime periculo vacant. Perniciosissimè autem ex talibus habent, quibus sanguis ex naribus fluit. Quibus ventres humectantur.*

MORbi, qui ex dissimili materia bile videlicet & pituita, & qui rursus ex eadem quidem genere & crassitie, malignitate, frigiditate, cruditate differente, hi recidiuus patent magis, locus quoque vbi desidet materia. Ac breuiter parte corporis calidiore, succo generis eiusdem non ita crasso, crudo, frigido celerior à natura maturatio & expurgatio, in contraria conditione tardior. Sed quid velit τὸ τοιοῦτον παθόντες. Si enim ad ἐφιδρωσιν referatur, verum quidem esse potest, nisi ea non tam copia, quàm virium infirmitate moueatur. Prior enim morbus tantùm materiam incidit, tenuauit, comparauit ad excretionem. Sed quia πρὸς λόγον & εὐσυνίαν, ut loquitur, solutus fuit & desit, recidiva sequitur, quæ paratiorem materiam nacta sudores mouet, & hos quidem sic esse oportet, ut natura inde leuetur, non exoluatur. Alioqui non possunt ægri esse ἀσφαλές αὐτοῖ. Si verò ad ἐκλυσιν ἀφωνίαν, ἀνιδρωσιν referas, verum esse non potest, qui sic habeant, maximè carere periculo. Vires enim fractæ priore morbo vix ea perferant. In protensa autem febre eius-

bre eius-

bre eiusmodi ex crudorum succorum copia non iuuat, quin potius lædit sanguis è naribus fluens. Iuuat enim ea excretio ardentibus febribus & internas inflammationes, siquidem largiter effluit, & vt prius dictum est, tempestiuè. Sed in proposito conditione vires potius dissoluat, quam confirmet. Scribit autem τὰ ἐκ γινέων, qua oratione videtur velle sanguinem sæpius & parcius è naribus effluere aut stillare. Aluus autem, vbi liquidis & crudis profluit, vires deicit, quæ excretio biliosa febrim magis familiaris est, vt his concoctio, & quæ per vrinas fit, expurgatio.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**D**Vo significasse voluisse videtur, sed obscure admodum & confusè. Primum ex imperfectis crisiibus, de quibus superiore aphorismo dictum est, recidias fieri solere. Deinde recidias tutiores esse, quæ cum symptomatis & excretionibus morbo priori conuenientibus sunt, quàm cum alienis & minimè conuenientibus: aut cum signis plenitudinis & copiar, quàm inopiæ ac resolutionis. Omnis enim febris ἀσβολὴ ingressus cum sudore siue ab initio, siue in recidua plenitudinem significat; hæmorrhagia verò exhausto diurnitate morbi sanguine resolutionem hepaticæ facultatis, vt & profluuium alui, cuius causa non est ventriculi infirmitas, aut alimenti copiosioris corruptio, aut critica totius corporis expurgatio. Quòd igitur recidias ex mala, nulla, imperfecta crisi sequantur, multis locis docet Hippocrates, & nos alibi exposuimus. Nam & imperfectæ aut malæ crisis & recidias vna causa est, quia prius humores erumpunt, aut prius excernuntur, quàm à natura euicti sint: & quia intus relinquuntur, ideo repetunt. Sic enim docet Hippocrates, quæ post crism relinquuntur, recidias faciunt. Præui enim humores in corpore relictæ, aut alij à morbosa dispositione regenerati morbos pariunt, ac temporis progressu putredine concepta febres excitant. Quinetiam in prælagiis ita scribit, Febres, quæ neque salutaribus signis apparentibus, neque criticis diebus desierunt, ferè reuertunt. Nam quæ sine ratione leuata sunt, ea solent repetere, licet id in die critico euenerit. Crises verò ipsæ in omnibus quidem diebus fiunt, sed neque pari numero dierum, neque ita fidæ, aut certæ. Differunt autem, quòd quædam bonæ, quædam malæ sunt: & quædam cum multis grauibûsque coniunctæ symptomatis, & maiore angore, quarum exemplum posuisse videtur aphoniam cum exolutione, & inde sudore. Præueniunt verò nec opportunè fiunt circa principia noxiis humoribus cum bonis abeuntibus, quoniam natura irritatur vel à causa quadam externa, vt à medico, aut ægro, aut absidentibus non rectè aliquid molientibus: vel ab his, quæ in corpore ipso continentur, cuiusmodi sunt morbi, aut causæ, aut exacerbationes. Exacerbatio enim naturam irritat, ac tanquam læsisset, nec quieti dat locum, nec moram concedit, sed excitat, & veluti ad pugnam prouocat. Quoniam igitur natura non semper accommodatis aptisque temporibus impulsu morbos indicat, sed sæpe aliter ab aliis, atque aliis causis stimulat, ideo meritiò, fit vt prærumphant humores, nec perfecta fiat indicatio. Atque vbi id factum sit, ibi expectare recidias oportet. Adiuuant temporis constitutio, praua victus ratio, & similia. Est & aliud recidias genus lethale, in quo natura non redintegrat bellum, sed extincta iam aut penè superata dum quiescit, feruor putrentium humorum, qui remissus videbatur, acrius exæstuat, & victam ac nihil amplius molientem naturam vel opprimit, vt in Hermocrate: vel in periculosum certamen reuocat. In vtroque recidias genere tutiores sunt ægri cum sudore, qui sit criticus, quamquam imperfectus, vt in priore morbo: non tamen maximè periculo vacant, nisi quatenus conferuntur cum his, in quibus signa resolutæ facultatis hepaticæ apparent ex profluuiio alui & hæmorrhagia. Hi enim perniciosissimè habent. In illis paulatim concoquitur humor, & paulatim excluditur per sudorem. Sed alia signa addenda sunt, ex quibus iudicamus excretiones omnes fidæ esse, & salutaris: & infidas, vel mortiferas, de quibus sæpius dictum est. Ob idque, quia incertum est prælagium, rectè dixit ἴσως.

XXXI.

## XXXI.

Ἡ ὀξύφωνη κλαυθμώδης, καὶ ὀμιμάτων ἀμαύρωσις, ἀσπασμώδης. οἱ ἐς τὰ κάτω πόννοι, τὰς τέτοιον ἀφορον.

*Acuta vox & lugubris & oculorum obscuratio conuulsionem accersunt. Laboribus autem ad inferiora versis fit, vt ægri facile ferant.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**Ox acuta graui opponitur. Grauem efficit amplitudo viæ spiritalis, acutam, angustia. Quomodo enim in fistulis & tubulis musicis organorumque musicorum, quibus in sacris ædibus vtuntur, vt amplitudo canalium maior, ita sonus grauior, quòque angustiores fistulæ, eò acutior: eadem in natura ratio est. Ea enim naturæ imitatione ars reperit. Imitatio ex follium è pulmonibus, fistularum ex arteriis, reliqua ex mirabili laryngis artificio translata sunt. At in morbis cum è graui aut moderata voce acutior hæc efficitur, angustia arguenda est. Hæc autem vel intercepta via pure, crasiore pituita, vel tuberculo fit. In febribus ardentibus & malignis ab immoderata siccitate vitium est. Primum ergo acuta, deinde aucta siccitate κλαυθμώδης, quæ si eò magis, etiam inualescat, κλαυθμώδης, qualis plorantium & querulorum vox est, non solum acuta, sed offensans & tremula. Sed de iis antea. καὶ ὀμιμάτων ἀμαύρωσις, resolutis spiritibus & languida inde virtute, cuius potestas in sanguine & spiritu sita est. At hæc pati necesse est à morbo, qui plurimum excitet corpus. De amaurosi iam ante. ἀσπασμώδης, quæ immodicam siccitatem sequitur. οἱ ἐς τὰ κάτω πόννοι. Non est magna spes posita ea coitione, vt natura materiam exturbet in cutra. ventrem & partes inferiores, vnde sequatur ἐνφορία, quia videlicet liberatus eius prioribus symptomatibus facile morbi reliquias ferat. Omnis enim dolor, etiam si grauis, leuis tamen iis est, qui grauioribus liberati sunt.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**H**umiditate irrigata arteria vocem raucam facit: siccitate exarescens primum quidem claram: deinde acutam reddit, quia in angustum coguntur vocalia instrumenta. Hinc si magis adhuc intendatur siccitas, κλαυθμώδης clangosa ac stridula exauditur, qualis est gruum, aut qualis à graui tono inchoata in acutum desinit, vt in cantu plerumque fit, auctore Erotiano: quanquam Bacchius interpretatur σασμώδης καὶ ἀλάλητος: Apollonius, intercisam, inæqualem, & obscuram, cuique maximè similem, quam temulenti edunt. Postremò auctiore adhuc siccitate κλαυθμώδης euadit, lugubris, aut flebilis & quasi suspiriosa, qualem in fletu pueri edunt. Siccitas autem illa contrahitur interdum quidem diurnitate febrium minori periculo: interdum verò igneo ardore resiccatis faucibus, quod maximè lethale est. Quanquam obseruauimus sæpe in ægris lugubrem vocem sine periculo, sed quæ mollitia ægri & deiectione animi talis potius fingeretur, quàm reuera esset. Alioqui enim siccitas vehemēs perniciosissimū signum est cum in oesophago, quæ se ex difficili deglutione & strepitu potionis descendētis pròdit, tum in aspera arteria & larynge, quam vox clangosa, aut lugubris detegit. Tandè ergo flebilis periculosior est, quàm acuta, aut clangosa, quantò maiorem indicat affectionem, nimirum & virium imbecillitatem, & inchoatam conuulsionem in muscibus thoracis ac laryngis ab extrema siccitate. Est enim siccitas quadruplex. à sanguine in vas ferè exhausto, qui est alimentum carni: ab humiditatis carnæ consumptione: deinde roris solida membra alentis: postremò primigenij humidi solida componentis, vnde conuulsio, caloris natui extinctio, & mors. ἀμαύρωσις autem conferre ad conuulsionem prænotionem dictum iam est. Verum illud minus conuenite videtur, in his dolores ad partes inferas toleratu faciles esse. Neque enim in acutis eiusmodi ab-

Y y

2. Πρωτ. 6.

fcessus fieri solent; neque si fiant, facile tolerari possunt in valde resiccatis. Est enim axioma medicum, Bilis vacationem (ait Galenus) tanquam turbationem vehementem, atque in multis morbis vtiliter superuenientem haudquaquam sustineri posse à resiccatis, neque rigorem, neque alui excretionem, neque sudores, neque parotidas insignes, aut aliam quamlibet materiam ex aliqua parte in aliam transeuntem. Ita enim eos qui in acutis fiunt, abscessus non probat Hippocrates, quia vel minores sint, quam conueniant morbo, nec proinde quidquam conferant: vel maiores, quam vt sustineri queant. Abscessus ergo leuiter ferre non possunt, qui vi febris ita exaruerunt, vt suspiriosam vocem edant, nisi ea affectio diuturnitate morbi longi aut ex acuto decidui inducta fuerit potius, quam vehementi incendio febris acutæ. Sic enim tantum vera est sententia,

XXXII.

Ἄμα φωνὴ βομβᾶει, λυγρὴ κοιλίης παράλογος, ὅν τι δέοι διεστηκότι χρονοί-  
σιν ὀλέθριον.

*Cum voce tremula alui prater rationem solutio in iis longiore tempore corpus male habentibus lethale.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**Ox tremula imbecillitate musculorum laryngis ferè fit. Fit & imbecillius mouente natura, vt inæqualiter & dissolutorie transcurrat spiritus. Nonnunquam conuulsio quædam & neruorum vel breuitas vel adstrictio, vt liberè non moueant, sed cum quadam veluti trepidatione. Si ergo tantum incidat alui solutio παράλογος vires deiciantur magis, & quò diutius durabit profluuium, eò plus decidetur viribus. παράλογος autem, id est, ακριβής, vel ἄσσημος nulla coctione, nullis salutaribus signis antegressis, de quo antea. φησὶ τῆσσι &c. Videtur esse hæc sententia, Si hæc mala diutius seditionem moueât in ægro, perturbentque corpus.

DESID. IACOTII COMMENT.

**A**D euentus ex voce tremula prænotionem, imprimis distinguere oportet, in quo morbo appareat. Nam si acutus est admodum, calidissimus videlicet & siccissimus, imbecillitas virium, vel inchoata quadam conuulsio inde præmonstratur eadem ratione, qua ex voce in faucibus elisa, de qua dictum est ante. Sin verò affectio, quæ huic tremori dedit originem, diuturna, nec acuta fuerit, copiosa humiditas ab hoc signo ostenditur. Nimius enim humor superficiem tantum madefaciens instrumentorum vocalium, vocem tantum raucam facit, quoniam in ipsis ictum ab exsufflatione retundit, nec initio musculorum motionem impedit. Vbi verò aut copiosior est, aut altius sese in musculos vocales insinuat, quominus liberè moueantur, impedimento est, vnde vox contremiscit, instrumentis præ mollitudine titubantibus & vacillantibus: ac tandem etiam crescente supra modum affectione vox in totum destruitur musculis paralyti quadam correptis. Hoc autem accidit, vel propter propriam ac peculiarem laryngis imbecillitatem, vel neruorum ac cerebri superfluam humiditatem, propter quam etiam ebrii & balbutiunt, & vocem quandam tremulam edunt, quoniam in ipsis cerebrum non solum multa humiditate madescit, sed etiam præ copia grauatur, atque opprimitur. Quocirca vsu venit, vt quibus tremula vox est, hi vel cerebrum humidius habeant, vel linguam & summam arteriam, vel vtrumque. Cerebrum autem ita intemperatum humidorum excrementorum copiam demittit in ventriculum. Is enim & vicinus est, & palato subest, per quod expurgatur cerebrum, quò fit, vt longis alui profluuiis hominem obnoxium esse consentaneum sit. Præterea partibus oris plus æquo humefcentibus, ventriculum quoque similiter affici par est, vtpote qui tunicam alteram

alteram habeat cum illis communem, quæ propter humiditatem imbecillitate laborat. Virisque enim consentit ventriculus, faucibus quidem ac linguæ per illam tunicam: cerebro verò tum per neruos insignes, tum propter viciniam ac situm. Ventriculi verò imbecilli familiaris est affectio, diuturna diarrhœa. Cum igitur παράλογος est, id est, præter rationem perseverat, aut præter opinionem, vel proportionem (παράλογος enim Græci dicunt ὁ παράλογος, παρά λόγον καὶ πρὸ ἐπιπέδου, καὶ ὁ ἀλόγως γενόμενος, καὶ μὴ ἀλόγως, καὶ ἀπροσδοκῆτον) indelebilem tandem intemperiem in ventriculo creat, quam sequitur imbecillitas & resolutio tum ipsius ventriculi, tum vicinarum partium, intestinorum, & hepatis. Quod mortiferum esse meritò scribit, præsertim cum, vt ait Hippocrates, tempora longa sint, labores multi, & colliquatio mala. Hoc autem ita accipiendum est, ne opinemur profluuium illud necessariò fieri: sed si fiat, diuturnum esse magna ex parte, ac difficile: tandemque perseverans propter imbecillitatem & perennem materię generationem mortem adferre. Non absimilis est Aphorismus ille, quo Hippocrates scribit, Balbos longo alui profluuiio maximè corripi.

6. Aph. 32.

XXXIII.

Αἱ πικναὶ ὑπογρῶδες ἀφωνίαι ξυστάσαι, φθινώδεα προσμηλαιώδεις.

*Frequentes vocis interceptiones cum quadam in soporem inclinatione coeuntes præannunciant tabidum quid.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**UA ratione & leuis sopor & vocis interceptio tabem significant, non constat. Prius enim morietur æger & mutus eo sopore pressus, quam intabescat. Frequentes enim coitiones vtriusque mali cerebri vitium ostendunt, quod frigido humore combibitum ea inuehit. Quæ si diutius perseverent, & pars in pulmone defluat, tussis moueat, vodat, exulceret, tabefaciat pulmonem. Sic quidem tabes esse possit, aut si occipitio conclusus humor, & qua parte neruorum origo est, vocales neruos violet, & per spinam defluat. Sic quoque dorsalis appellata tabes moueatur. Sed hæc parum consentiunt experientie rerum. Male igitur videtur ex vno particulari exemplo vniuersale collegisse. Quòd si pleniore primùm pulmone caput repleatur, & vocalia instrumenta violentur, vnde ἀφωνία & ὑπογρῶδες. Nec sic quidem expectabitur tempus, vt æger intabescat, sed prius morietur. Et si φθινώδεις intelligit marcorem, qualis in facie cadauerosa descripta, nec ea quidem in morbis soporosis est, sed colliquantibus & ardentibus bile.

DESID. IACOTII COMMENT.

**V**Ox minuitur, corrumpitur vel aufertur cum per alios multos affectus, vt laryngis, faucium, neruorum recurrentium, cerebri, diaphragmatis, ventriculi, tum verò maximè per affectus pulmonum. Immodicus enim in ipsis calor exsiccando vocem asperam & acutam reddit; dilatando magnam; liquefaciendo raucam. Frigiditas quoque astringendo acutam, exprimendo raucam, mortificando imbecillam reddit. Quoties verò humore vel sanie redundant, aut destillatione è cerebro implentur, primùm quidem obscurari & raucescere vox solet: commota verò materia, & inde euaporatione, aut catarrho præfocante subito interceptitur. Sic plerisque obseruauimus, quibus sanies in pulmone continebatur, aut asperæ arteriæ ductus comprimebantur tuberculis, aliòue impedimento cum leui destillatione è cerebro, subito incurrere solitos in aphoniam, vel propter præcipitem virium lapsum adducto in consortium mali corde ipso, vel propter euaporationem in cerebrum, aut meatuum interceptionem, aut subitam & confertim factam è cerebro defluxionem: cuiusmodi aphoniæ genus intelligere videtur hoc loco. Ea enim frequenter recurrere solet, & in veterosi affectus modum sensu motuque

hominem priuat sine conuulsis motibus, ita tamen, vt liberatis meatibus facile affectio conuulat. Vidimus, qui inde repente obierint, tamen si saepe aliàs id mali perpeffos conuenientibus auxiliis periculum subterfugisse constaret. Alios, qui restituta voce, sed oborta difficili spiratione praefocati sunt: Quosdam etiam agitata à medicamento purgante materia, & suppresso sputo interfectos. Omnes certe aut iam pathisi laborant, aut phthisi tandemprehenduntur, quia vel suppurationis illuic pulmo immergitur, vel corruptelam patitur, vel ferina destillatione obruitur, quæ sunt tabis & causæ, & signa, de quibus postea fusius.

XXXIII.

De praefagiis ex respiratione.

Πρόσθε, πικρὸν ἰσθμὸν καὶ σμικρὸν ἔδον, φλεγμονὴν καὶ πόνον ἐν τοῖς καρπιοῖς τῶν πνεύματι.

Spiritus frequens & paruus inflammationem & dolorem in locis principibus significat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Πνεῦμα vocare solet Hippocrates respirationem, vt hoc loco, & in Prognostico aliisque operibus. Interdum spiritum internum diffusum in corpus, vt ab externo aere distinguat, vt in libro πρὸς Φυσῶν, quanquam vterque tum externus, tum internus spiritus ea voce saepissimè continetur. In Epidemiis aliquando ponit pro ea spirandi difficultate, quæ frequentior est naturali. At hic duplex est: paruus & magnus. Paruum igitur & frequentem dicit notare inflammationem, & laborem in partibus principalibus. Qualis autem is spiritus, quid phlegmone, labor, quæ partes principes, explicandum. φλεγμονὴν autem dicit plenius ab Hippocrate, quam posteritate medicorum constat, vt etiam φλόγωσις ita appelletur, ardor quidam, qualis in acutissimis febribus, & tumores preter naturam, in quibus is ardor est. πόνος autem proprie quidem dolor est: communiter autem & βλάβη offensio, & μακροπάθεια mala quæuis afflictio corporis hic dolor. Quod hic ἔν τῶν καρπιοῖς τῶν πνεύματι, videtur esse corruptum, & melius legitur in Prognostico πρὸς τῶν πνεύματι τῶν φρενῶν καὶ τοῖς σπλάγχνοις. Nam principes partes appellamus cerebrum, cor, hepar, testes, à quibus non necessarid parua & frequens respiratione, & ab ignobilibus eiusmodi spiritus esse potest à membrana succingente & medium thoracem diuidente, à musculis epigastrii, & qui costis intercedunt. Propterea verior sententia Prognostici. Spiritus ergo frequens est ὅταν προίτερον ἢ πῶν δευτέραν ἐσπνοὴν ἀπὸ τῆς προτέρας ἔκαστοι, quando à priore inspiratione ad sequentem citius properant, πικρὸν πνεύματι dixit Hippocrates vna voce puellam Agefion. Fit autem primùm quidem inflammatis atque dolentibus partibus thoracis, corde, pulmone, membranis, quæ vel succingunt, vel medium thoracem diuidunt, deinde diaphragmate, ventriculi, hepatis, lienis parte superiore: postremò quæ iis connexa sunt, vel ad respirationem aliquid conferunt, quales sunt musculi abdominis. At liberis instrumentis dolore, nec interceptis magna & frequens respiratione esse consuevit: contra verò parua. Quanquam aliquando diaphragma opprimi potest multitudine aut flatu ex inferioribus partibus, vt nihilominus thorax ampliter moueatur, vbi frequens & magna respiratione. Astricta alio vaporibus sublati, & thoracis morbum irritantibus, vt pleuriticorum, frequentior fit spiritus, qui ferè succedit defectui, vt quia vsus & necessitas celerem desiderat, sed vel virtute, vel instrumentis læsis, quando id, quod oportet, non fit, fit quod licet, frequens. At celeritas in motu, frequentia in quiete est. καὶ σμικρὸν. Paruitas est parum liberis instrumentis, quæ ad motum naturæ & incitantè vsum necessitatemq; torpēt. In dolore enim contrahuntur, nec ad solitum motum sese explicant, quia videlicet indole

6. Epid.

indolescant motu, & ad quietem, quum licet, inclinentur. Paruus autem est in eo, quod thorax parum ampliatur. Fit tamen aliquando, vt non ita graui inflammatione & virgente delirio non paruus, sed magnus, non frequens, sed rarus sit spiritus, vt Sileno, diaphragmate: Philisco, liene inflammatis.

DESID. IACOTII COMMENT.

De respiratione breuis disputatio ad praefagium vtilissima.

Nostro more pauca in vniuersum de respiratione subiicienda sunt, quibus praefagia, quæ inde multa & certa sumuntur, facilius demonstrari queant. Spirationem veteres πνοὴ dixerunt, eamque distinxerunt ἀπὸ τῶν πνεύματι, quod πνεῦμα spiritus cunctis in animantibus inesset, πνοὴ minimè, sed eius vice διαπνοὴ transpiratio Aristoteli etiam nota. Vtraque spirandi ratio hominibus tributa est à natura, atque vnius functio pulmonibus: alterius per arteriarum oscula perficitur, quod ἀερινὴν dicitur: cuius solius beneficio quædam animalia, sed & homo ipse interdum vitam aliquandiu tuetur nullo etiam respirationis indicio, vt in hysterice affectibus & syncope frigida apparet. Hippocrates autem vbique ferè πνεῦμα: Spirationem praefertim difficilem vocat, vnde & πνευμασία, & πνευμαθέντες: quam saepe aliter ea voce vtitur, vt cum scribit, πάντα ἰχθύας ἀναπνεῖν, καὶ τῶν πνεύματι, καὶ ἐν κενῷ, & ὡσαύτῃ τῶν πνεύματι ἐν τῷ, & τῶν πνεύματι πασι. Obseruat autem in respiratione Hippocrates modulos quosdam: spiritum, qui efflatur: & instrumenta, quæ mouentur. Moduli illi sunt, ne sit rarior, frequentior, tardior, velocior, maior, minor, inæqualis, intercisa, sublimis: sed suis interuallis iustòque interposito spatio redeant inspiratio, expiratio, iusta quies. Spiritum verò calore temperatum esse vult, ne aut egelidus, aut calidus ac feruens è thorace prodeat. Instrumenta quoque mouenti animali facultati cedere, & hanc suis numeris mouere, vt caloris infiti modus foueatur. Quæ in iis immutantur, tantò periculosiora sunt, quantò causa grauior, magisque aduersa naturæ videbitur. Quæ omnia breuiter descripsit Hippocrates secundo & sexto Epidemiæ, vnde videlicet vitiosa respiratione intelligi possit. Spiritus enim (inquit) parui crebri: magni rari: parui rari: magni crebri: extra magni, intro parui: intro magni, foras parui: tardantes hii illi festinantes. Duplex intro reuocatio velut superinspirantibus: calidi frigidii. Quibus si addas διπλή ἐξω ἀνάπνοια, duplicem foras euocationem, difficilis spirationis (vt Hollerius scribit) capita omnia fueris complexus. Causæ in tribus causis continentibus totius respirationis quaerendæ sunt, quarum prima & maxima facultas est animalis in cerebro & musculis thoracis, quæ: voluntario motu agit, sed duplici. Vno cum electione & cognitione tum finis, tum instrumenti, vt in homine sapiente: altero ab instinctu, qualis infanti recens nato inest, verbi gratia, ad suggendum lac. Est enim vis eadem, quæ seruit animæ ad corporis commoda, & habet connatam speciem suæ conseruationis. Anima enim & mouet musculos, & propterea mouet, licet musculorum officia lateant. Altera causa est instrumentum, idque non vnum. Multa enim cum pulmone consociata sunt, quæ spirandi officium implerent, vt septum, thorax, scapularum musculi: quæ ita mutud sibi consentiunt, vt in naturali spiratione solius septi distentione moueatur pulmo; non pectoris in violenta & virgente vsu pectus quoque dilateatur, & quasi in subsidium accersantur primùm quidem musculi intercostales: deinde verò superiores; quorum maximi scapulas secum manifestè mouent. Tertia causa vsus est, siue necessitas. Galenus triplicem facit: primam eamque maximam innati caloris refrigerationem, vel potius moderationem: minorem sed maximè necessariam spiritus animalis alitionem cum fuliginum purgatione: ita vt inspiratione refrigeratio illa cum alitione comparetur: tertia expiratione. Refrigeratio enim omni viuenti, imò & mixto & elementis, quotquot viuifico calore praedita sunt, necessaria est, ita vt etiam in terra & aqua per ventos expetatur Hippocrate: exusta verò pellenda in animantibus

lib. de flat. 2. de uic. rat. in acut.

lib. nat. puer.



lib. de spirit.

natura calentibus. Addunt nonnulli & humectationem & veram nutritionem spirituum. Nam si (inquiunt) spiritus nostri partes sunt, quod restituitur, spiritus est, partes ipsae restituentur. At restitutio est corpulentiae suffectio in defecti locum. Vera tamen nutritio non est, sed instauratio, cuius etiam meminit Aristoteles, τὸ γὰρ ὄλον (inquit) ἐκ ἀέρος, ἀλλὰ συμβαλλόμενον πρὸς ταῦτα τὸ δυνάμιν δ' αἴρος. Non est spiritus, aër: sed tamen affert aër aliquid naturae spiritibus ipsis. Hæ autem utilitates à dictis non abscedunt. Nam commixtus frigidus aër spiritibus internis excoactis, temperat ipsos frigore conuenienti attractus introrsum videlicet, cuius parte inutili atque concalesceta, impuræque reddita ex eunte liberantur ij, qui relictæ sunt, fumis igneis: quod fit vt calor cordis ac spiritus & refrigerentur, & purificentur, & instaurantur, atque etiam quodammodo humectentur, dum prohibetur exustio, aut aër humectatus inspiratur. Crebrescit autem respiratio, vt à valido exercitio, non propter auctum calorem cordis, quem non percipiunt: sed magis reparandi spiritus animalis gratia, qui præualido naturæ conatu dissipatus est. Horum ergo trium interuentu respiratio mutatur à naturali. Nam cerebrum tanquam agens respirationem mutat penes robur, imbecillitatem, vel conatum, quem facultas assumit, vt cum humorem criticè pellit. Mutat pectus tanquam instrumentum penes dolorem, angustiam, conuulsionem, paralytim, duritiem, siccitatem. Mutat & cor refrigeratum, calefactum, impeditum, in cuius gratiam priora illa operantur. Ob idque ex varia spirandi ratione de his omnibus iudicium facit medicus, num naturaliter, an contra naturam habeant. Ex quibus nonnulli conficiunt maiorem vim in præfagiendo spirationem habere, quam arteriarum & cordis pulsationem. Sed cum in tribus conueniant spiratio & pulsatio, quia constant ambo ex duplici quiete, & eiusdem vsus, saltem proportionalis gratia comparantur, refrigerandi cordis, alendi spiritus animalis, & expurgandarum fuliginum: tertio quia utrobique quies sequens distentionem minor est, interna verò post contractionem maior: tamen in aliis tribus distant, nimirum subiecto, quod in respiratione est pectus cum pulmone, in pulsu cor cum arteriis: deinde in numero motuum, quia ferè quinquies cor pulsatur interuallo vnius respirationis: tertio in agente; quod in respiratione facultas est animalis: in pulsu vitalis, quam etiam Galenus naturalem vocat, quia thoracis motus fit ab anima: cordis à natura. Ex his ergo efficitur, vt ambæ operationes supra vsus æquè significant: supra facultatem etiam ex æquo, videlicet respiratio supra animalem, pulsus supra vitalem: excedat tamen pulsus signum, tum quia facultas vitalis, vitæ scilicet, magis necessaria est prædictioni: tum quia cum sint motus, & plura de motu tactu sentiantur, quam visu, meritò plura ex pulsu, qui tactu diiudicatur, quam ex spiratione, quæ visu deprehenditur. Tantâ tamen vim habere in acutis, vt sine ipsius accurata obseruatione pulsatio sepe fallat, tum ratio, tum experimenta docent, & in affectibus partium spiritalium, aut quæ cum his connexa sunt, sola sæpe mortis, aut salutis discrimen facit. Est enim & causa, & signum, verbi gratia, cum à naturali quàm minimùm abscedit in febre acuta; signum est animalis facultatis integritæ, instrumentorum naturaliter habentium; & mediocritatis vsus: causa verò, quia refrigerationi cordis satisfacit; cuius vsus auget febris. De differentiis autem omnibus respirationis accuratissimè hoc loco agit Hippocrates, vt veluti compendio quodam complexus videatur, quæcunque in aliis libris scripta sunt, vt ex interpretatione perspicuum erit.

*Spiritus frequens & paruus.* Dispnoea omnis aut æqualis est, aut inæqualis. Aequalis quadruplex: magna rara, signum delirij; magna frequens, calor in thorace: parua rara, frigoris: parua frequens, doloris. Ab hac exorditur; cæteras deinde ordine persequitur, inde transiens ad inæqualem. Frequens ergo siue densa ex breuibus interuallis & quiete agnoscitur, quam proinde Hippocrates interdum exprimit his verbis, πνεύμα ἐγκαταλείπει: spiritum intus relinqui, quia vix perficitur altera pars, cum altera succedit. Frequentiæ generalis causa est auctus vsus, siue is sit exhaustus animalis spiritus, vt in fatigatis euenit; siue calor auctus, vt in diariis: siue purganda fuligo, vt in putredine. Augetur autem vel à calore redundante, vel à causa aliqua impediente sufficientem thoracis motum. Priore modo magna est, & frequens

frequens spiratio: posteriore parua & frequens. Etenim aucto vsu, & reliquis duabus causis facultatis & instrumentorum, non valde mutatis, primùm magnitudo acquiritur: paulò post celeritas: quæ si non satisfacit vsui, adiicitur & frequentia. Quocirca frequens & magna, quæ plurimus spiritus trahitur, & calidus ac feruens ex ore & naribus efflatur, ingentem calorem sine obstructione, & φλόγωσιν incendium subesse declarat in his partibus quæ sunt supra septum transversum collocata: nimirum vel in corde, vt per febres, vel in pulmone, vt in peripneumonia, in qua nondum magna est angustia, aut in cauo, quæ focum habet in pulmone. Parua autem spiratio dolori peculiaris est ac propria, quia motum membrum dolens, magis cruciatur, & inceptum motum non absoluit, quasi alligatum sit pectus membro dolenti. Idem facit quodcunque impedimentum siue pulmonibus insideat, vt in peripneumonia: siue thoraci, vt in phrenitide: siue diaphragmati, vt cum ventriculi, iecoris, lienis, aut stomachi mole premitur: siue musculis abdominis, qui omnes respirationi subseruiunt. Rectè igitur scribit, ex paruo & frequente spiritu dolorem significari, aut laborem. In dolore autem illud primùm obseruandum, quod si grauius affectæ sint partes enumeratæ, dolent, vel non motæ: si verò leuius, quando mouentur tantùm: atque hoc pertinet ad loci affecti distentionem; sicut & illud, spiritum minus frequentem esse dolore hypochondria obsidente, quàm si in his, quæ cum thorace coniuncta sunt, doloris causa contineretur. Sic Hippocrates in historia Scopi ipsum habuisse scribit spiritum ἐποπικόν, 2. Epid. subdensum potius, quàm densum, quod hypochondria affecta essent. Nam si thorax doluisset, spiritus fuisset absolute densus. Doloris autem causæ variæ sunt, inflammatio, erysipelas, vlcus abscessus, inæqualis intemperies, crudus flatuosusque spiritus, qui cohibitus partes ambientes distendit, aut violenter erumpens, dolorem infert. Præterea calidi & acris, aut frigidi & lenti humoris abundantia similiter distendens, aut vi erumpens. Sic tertio de dyspnœa Galenus omnem frequentem spiritum gigni scribit vel à dolore, vel ab angustia, vel à caloris copia. In postremo apparent velocitas pulsus cum frequentia, & efflatio in expirando. In primo percipitur dolor aliquis: in secundo stertor quidam & orthopnoea. Nam omnibus propter angustiam aut sputi retentionem difficili spiratione laborantibus non solum parua respiratio editur, sed etiam duo necessaria symptomata accedunt, orthopnoea, & sonus quidam ac strepitus, qui stertendo fit, atque Hippocrati dicitur aliàs nomine fictitio ῥέγμος ἢ ῥέγφισ: aliàs κέρχμος, alibi vtrumque coniungit. Sic quinto Epidemidn, cum Hippothenes æger in solum luctans cecidisset, ab aduersario incumbente pressus, atque inde postridie febricitasset, cum spiritu denso, tussi arida, & pectoris ac dorsii dolore, Medici peripneumonicum putarunt, Hippocrates negat, quia stertorem non habuit, quæ nota est peripneumoniam non fuisse.

XXXV.

Μέγα δ' καὶ διὰ πολλῆς παραφροσύνης ἢ ἀσπασμῶν.

*Magnus autem & rarus delirium vel conuulsionem significat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N Prognostico μέγα δὲ ἀναπνεόμενον, καὶ διὰ πολλῆς χρόνῆς ἀσπασμῶν ἢ ἀσπασμῶν. Ac rectè quidem ἀσπασμῶν omisit. Eiusmodi enim respiratio siue conuulsione, & conuulsio siue eo spiritu esse potest. Est autem delirij signum proprium magnus & rarus, vt conuulsionis offensans spiritus. Sed ambiguum est πνεύμα μέγα, magna spiratio. Magna quidem, cum incitante vsu, quia videlicet calor intus exæltuat, & magna vis est expurgandæ fuliginis: quia robusta virtus multum excitat thoracem, & hic liberè sese amplificat, quæ propriè magna respiratio est, quæ à thoracis motu, quia ampliter distenditur, respirando colligitur. Aliter μέγα πολὺ multum, quia videlicet semel plurimum trahitur spiritus, & vicissim plurimum excluditur. Atq;

Yy 4

vt hic multum ampliter moueatur thorax, quia tamen inspirando & expirando plurimum spiritus introducit, plurimus vapor excluditur, *μέγα πνεύμα* magis appellatur. Qua ratione magnus spiritus phreniticorum & delirantium intelligitur, quem plenius expressit libro *πρὸς τὸν γένος παθόντων ἀναπνεύων ποσὸν πνεύμα, ἀδρῶν*, respirans multum semel, atque vniuersum spiritum. *μέγα* quoque *μακρόν*, hoc est longum dixit in Epidemiis *ἐπιήριον σιωχέων χάσμεων μακρόπνευς*, Continuarum oscitationum remedium longa spiratio, hoc est, magna & rara. Sic enim *μακρόπνευς* à Galeno intelligitur. In oscitantibus longa est respiratio, quæ longiore tempore perdurat, tum inspiratio, tum ea magis, expiratio: ac diutius cohibita anima, vt intermittat respiratio, quod accidit iis, qui cum defixa mente intentis oculis aliquid intuentur, quasi respirationis immemores, tandem excitati vsu atque necessitate longiorem spiritum trahunt, excluduntque. Quæ profectò respirandi forma non alia est, quàm phreniticorum, qui interuallis magnum respirant, & longum. Hoc autem quia in motu & quiete tali est: in motu quidem magnum, in quiete rarum includit. At oritur dubitatio, an eiusmodi spiritus sit proprium atque inseparabile signum delirij. Ac proprium quidem esse constat, proprium quidem *καθ' ἑαυτὸν*, nec hoc simpliciter, sed, vt aiunt, *μετὰ διορισμῶν*, id quod ad rationem signorum, & inde iudicium maximè pertinet. Vt enim in ratione necessariorum quædam necessitas est simplex: quædam *ἢ καὶ ἀόριστον*: quædam *αὐτὸ διορισμῶν*: quædam *μετὰ διορισμῶν*: sic in signis ex quibus differentiarum demonstratio-num *διότι*, & *ὅτι ἐστὶ*: & earum, quæ *θεωρησιώδεις* reperiuntur. Id intelligas exemplis in iis, quæ *μετὰ τὰ φυσικὰ*, demonstrationes, & necessitas simplex, æterna, immutabilis: in mathematicis *ἢ καὶ ἀόριστον*. Ex iis enim, quæ nō sunt, sed ponuntur esse, demonstrationes conficiuntur. In rebus caducis, etiam si res sunt, tamen neque sunt æternæ, neque immutabiles: atque ideo in his non scientia simplex, sed tamen umbra, quia & simulachrum scientiæ, atque adeo sola opinio est. In signis similis ratio est, quæ ab homine captantur de ventis, de mutationibus temporū & euentis rerum. In quibus tamen, vt res ferunt, alia necessaria & propria. Natura enim orationum, naturam rerum sequitur, de quibus suscipiuntur. Itaque gratia exempli, spiritus rarus & magnus signum est ambiguum, & non propinquum conuulsio-nis, quia posito eo signo conuulsio sequi & non sequi potest: non propinquum, quia primū indicat affectam mentem, deinde sedem eius, quæ cum sit nervorum principium, metus est, vt ne ante afficiatur, & affecta conuellatur. Delirij verò proprium signum est, sed *καθ' ἑαυτὸν ἢ μετὰ διορισμῶν. καθ' ἑαυτὸν*, quia temporarium hoc est, neque esse necesse est, sed si est, delirium est, idque *μετὰ διορισμῶν*, adhibita distinctione, siquidem vi morbi, non quia consilio medici aut ægri arbitrio, anima diutius cohibita contra singultum, oscitationem, & internam à flatibus perturbationem eiusmodi sit spiritus, aut quia ægro cogitabundo, tristi imaginatione, aut alia re altius occupato. Et rursus proprium non est, quia posito delirio hoc respirationis genus sequatur. Multi enim delirantium aliter respirant, sed quia adhibita priore distinctione si æger ita respirat, idem delirat. An autem sit inseparabile, id quidem ambiguum est: inseparabile quidē, quia tamen delirij signū est, & ideo à delirio separari non potest, quanquam delirium sine eo est. Itaque ea ratione à delirio inseparabile: delirium verò ab eo separari potest: quomodo proprii ratio est apud Philosophos, quod soli quidem, non omni tamen, neque semper conuenit. Hoc ego dico, quia Galenus libro secundo de difficultate respirandi proprium quidem, sed non inseparabile signum delirij contendit. In Prorrhethico *διον*, inquit, *ἢ ἀχάριστον σημεῖον ἀδραφροσυνίας*. An autem mortem denunciet, ex Epid. intelligas. Sileno ergo *ἢ ἀρχῆς ἢ τῆς τέλους πνεύμα μέγα ἀραιόν*, obiit vndecimo inflammato diaphragmate, neque inde conuulsio. Philisco, qui sexto obiit, lie-ne inflammato *πνεύμα ἢ τῆς τέλους ὁσπερ ἀκαταστάσια ἀραιόν μέγα*, neque hinc conuulsio, sed vehemens delirium. Dromadæ vxori *πνεύμα μέγα ἀραιόν. μέγα ἢ τῆς τέλους, ἢ πάλιν βραχυπνεύς*, mortua vigesimo primo sine conuulsione. In phrenitico adolescente *πνεύμα μέγα ἀραιόν ἢ τῆς τέλους* vigesimo quarto obiit non conuulsus.

vulsus. Hæc autem vt intelligas ab eo genere respirationis delirium & phrenitidem mortem quoque excitari, non conuulsionem. Mortis autem non meminit hoc loco, neque in Prognostico. In Aphorismis autem *ὁκόσοις ἢ ἐπὶ πυρέτω μὴ ἀεὶ πόντι δύσπνοια γίνεται ἢ ἀδραφροσυνίαν θανάσιμον. δύσπνοιαν* Philotheus raro & magno spiritu, quanquam & alia genera sunt respirationis, quæ iuncta delirio nihilominus periculosa sunt, aut certè periculosiora, de quibus postea. Solet autem Hippocrates aliquando scribere *μέγα πνεύμα ἀραιόν* in Dealcis vxore, Sileno, & Philisco: nonnumquam solum *ἢ πολλῶν*, vt hoc loco: interdum *ἢ τῆς τέλους* addit, vel *ἢ πολλῶν ἢ τῆς τέλους*, atque hoc *ἢ τῆς τέλους* quasi *ἢ τῆς τέλους* *ἢ πολλῶν ἢ τῆς τέλους*, quia videlicet non solum rara est respiratio, sed quies admodum longa est, & tardius redit respirationis motus. In Dealcis vxore & adolescente *ἀραιόν μέγα ἢ τῆς τέλους*.

DESID. IACOTII COMMENT.

**M**agna & rara respiratio sine distinctione vnam tantum dispositionem ostendit. Verum ad magnitudinis diagnosis distinctione est opus. Nam cum duobus modis magna dici queat: vel propter dilatationis thoracis magnitudinem: vel propter inspirati aeris copiam, priore modo magna & rara esse potest nulla significatione delirij. Nam quibus vel tumor, vel angustia sine flamme calore spiritalibus membris infidet, in his thoracis quidem dilatatio maxima est: id verò, quod inspiratur, non solum dilatationem proportionem non assequitur, verum etiā minus, quàm secundum naturam inspirari solet, attrahitur. Meatum autem angustiam illam multa efficere possunt, vt angina, copiosa destillatio pulmonis arterias opprensas, tuberculum durum pulmonis, suppuratio, & similia. Præterea propter virium imbecillitatem hoc etiam modo magna sit respiratio omnibus agentibus musculis. Monet ergo Galenus animaduertendum esse diligenter, ne aliquando in hac decipiatur, putantes magnam esse, quæ reuera magna non est. Itaque ne homonymia errore pariat, sublimen vocari ab Hippocrate scribit, quia in ipsa sublimes etiam musculi pectoris operantur, qui thoracem & scapulas plurimum attollunt, licet aer non multus ingrediatur. Posteriore verò modo reuera magna est, quia plurimus spiritus trahitur sine obstructione, aut angustia, & sine virium magna imbecillitate. Itaque constat magnum spiritum pro multo dici. Ad-dendum etiam, hanc posteriorem magnitudinem bifariam fieri posse, vel sine superiorum musculorum actione: vel ipsa quoque concurrente. Nam plerumque intercostales musculi, vnà cum septo, ad multam thoracis elevationem, qua multus spiritus alliciatur, superiorum musculorum auxilio non indigent. Cum ergo tribus de causis thorax plurimum distendatur, aut quia augetur calor viribus constantibus: aut quia angustia impedimento est, ne multus aer subeat: aut quia vires deficiunt, vt imminente morte, prima thoracem dilatare maxime potest: secunda minus: tertia minimum, licet operentur omnes musculi. Ob idque hæc spiratio etiam maior apparet, quàm sit, quia non amplius septum tenditur, quantum ante solebat, in cuius subsidium naturæ instinctu intercostales & sublimes veniunt. Omnium deterrima, in qua iunguntur omnes causæ, vt in pulmonia, calor, angustia, infirmitas. Quod si ad veram magnitudinem cum distentione pectoris, & multi aeris ingressu accedat raritas, quæ ad quietem pertinet, vt illa ad motum, certissimum est magni delirij aut præsentis, aut iam iam adfuturi argumentum, nec quicquid aliud significare potest. Raritas enim hæc solius obliuionis affectus est, non oppressionis, quia aucto vsu & liberis instrumentis sola mens in vitio est. Quoniam enim animalis facultatis opus est respiratio, qui delirant, in ea deficiunt non secus, quàm in reliquis functionibus arbitrariis propter occupationem in spectris obliuione detenti. Sic mingere, bibere, deicere longo tempore cessant, quia obliuiscuntur, aut non apprehendunt impressionem in sensibus factam. Aucta ergo necessitate cum iam valde virgentur, exercent animales operationes ex longis interuallis, ideo magnas: inter quas respiratio numeratur. Quando autem hanc dicimus proprium esse signum delirij, ita intelligendum est, vt proprium duplex distingatur. Vnum

4. de locis assect. cap. 3.

ibidem.

Vnum quidem, quod necessarium rem significatam sequitur, nec ab ea separari potest quia, ut Philosophi vulgo loquuntur, formale est ut ratio in homine: alterum, quod necessarium quidem rem significat, non tamen necessarium sequitur, quia accidens proprium est, ut architectam esse. Hoc tantum posteriore modo magna & rara spiratio signum proprium est delirii. Nam cui ipsa inest, is necessarium delirat, non contra. Neque enim necesse est, ut omnes magnum & rarum spiritum ducant, qui delirant. Cuius rei causa est, quia complicari alius affectus potest delirio maior in deprauando spirandi ordine, ut caloris extinctio, aut angustia in spiritualibus membris, aut dolor. Exempli causa, si solum delirium urget, spiritus magnus est & rarus: si solus dolor, parvus & frequens. At cum utraque simul concurrunt, minus a maiore superatur. Nam si dolor superat, obscura est mutatio, quam delirium afferre solet, & contra. Delirium enim vitare non potest mutationem a dolore illatam, nisi vehemens admodum sit, dolor vero parvus & obscurus. Vehementior autem dolor mutationem a delirio fieri solitam vincit. Sic Hippocrates in Epidemias scribit, Nicostrati uxori spiritum paruum ac densum fuisse. Id enim apponit, quod cum illa deliraret, magnum & rarum spirare debuerit. Quamquam enim caput ipsum afficeretur (nam & desipuit parum; & ceruix, os ac nares peruersa atque conuulsa sunt) maiorem tamen affectum patiebatur circa regionem hepatis. Ex eo enim quod cibis intus conclusus retineretur ad decimum usque diem, & crurorum speciem urinae sedimentum referret, colligit Galenus non paruum fuisse in hepate phlegmonem, quae, utpote, multo superior delirio & affectibus capitis respirationem modo sibi proprio ac peculiari immutauit, praesertim cum non ita magnum delirium urgeret. Num vero conuulsio quoque ex hac respirationis differentia significetur, limitatione eget, ut affirmetur. Sine febre enim magna propter dilatationem thoracis, & rara, vel potius intermittens propter opprellum cerebrum conuulsiois & apoplexiae nota est, in cuius prima differentia parum impeditur spirandi ordo; ut etiam deuorare cibum aegri possint: in secunda intermittitur, sed sine magna violentia: in tertia & violentissima est, & intermittens: in quarta simul cum vita plane intercipitur. In febre vero neque necessarium, neque semper is spiritus conuulsionem ostendit, sed aliquando, nimirum in phrenitide vehementi, cui conuulsio superuenire solet. Quod si raritas cum paruitate coniungatur, calor natiuus extinctioni proximus est, de quo agitur Aphorismo sequente:

4. Epid.

2. de dyspnœa.

XXXVI.

Ψυχὸν μὲν θανάσιμον.

Et spiritus quidem frigidus lethalis est.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN Prognostico ψυχὸν δὲ ἐκπνεύμενον ἐκ τῆς ἐνῶν, καὶ τὸ εὔματ' ἀλεθροῦν κάρτα ἢ δὴ γίνεσθαι. Ex naribus quidem, quae viae sunt respirationis peculiaris spiritus animalis ex ore, qua respiratio fit communis confirmando calori natiuo vitalique spiritui, & nutriendo animali. Vtroque igitur spiritu extincto, quae spes salutis esse potest? Nec certe θανάσιμον lethale solum est, sed κάρτα ἢ δὴ. Vox ἢ δὴ additur, quia mors in foribus est, & iam iam aeger moriturus sit. κάρτα vero vox Ionica, quae quum additur, firmitatem fidemque iudicij adauget. ψυχὸν autem dicit pro parua & rara respiratione, quia videlicet frigiditas sensui magis patet, quam paruitas & raritas. Hinc ergo praesens exitium denunciandum est. Notauit hoc genus respirationis in Dealcis uxore, καὶ πάλιν βραχύπν' ὅτι, quia videlicet parum attolleretur thorax, paucum & inspiraret & expiraret: idque longioribus interuallis, quae reuera βραχύπνοια est, quamquam agra illa post breuem spirituum dies vixit septem. βραχύπν' enim decimo quarto, obiit vigesimo primo: & Pythion secundo βραχύπν' ὅτι, obiit decimo. Iam secundo die hic βραχύπν' ὅτι a putrido calore sic affecto eo, qui natiuus dicitur, ut prope extingueretur: octauo πνεύμα λεπτὸν καὶ μινυθὸν ὅτι, spiritus tenuis & imminutus, quia videlicet ad extinctionem maiorem vitali

vitali potestate declinante paucus iam semel spiritus trahebatur excludebaturque, idque longioribus interuallis. Contingit ergo ea respiratio febrili calore in exhalationem dissoluto, natiuo vero malignitate febris relicto adeo imbecillo, ut non ita eget refrigeratione, quod in quibusdam moribundis sic apparet, ut vix intelligas an respiret aeger.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hippocrates in Prognostico pro raro & paruo spiritu frigidum dixit, eumque lorem ostendit, atque idem esse calidum dicere, quod magnum & frequentem: sic paruus & rarus non alius est, quam frigidus. Quia tamen frigus facilius admota manu percipitur, quam raritas & paruitas visu, contineturque frigidus spiritus causam, propter quam perniciosus est, ideo frigidum dicere maluit Hippocrates, quam paruum & rarum. Tametsi enim alia dyspnoeae differentiae periculo non carent: nusquam tamen tam certo, quam haec, perniciose sunt, quoniam constat permultos esse delirio, pectoris angustia, dolore, calore immodico, & similibus euadere: frigidus spiritu neminem. Tria ergo signa sunt certissima non solum mortis, sed mortis praesentis, frigida naribus & ore exspiratio: pinnarum nasi motus: & pectoris prolapsus, quorum causas & vires hic annotare ad praesagium non erit inutile. Primum instrumentorum respirationi inferuicium & cordis frigus denunciat in acutis per extinctionem caloris natiui, & humidi primigenij ipsius cordis consumptionem a marasmo, quem Galenus vocat πρὸς φροσύνην. Nam marcescente vita, natiua cordis temperies in frigidam mutatur, subtracto ab vrente calore humido; ob idque in Prognostico addidit κάρτα, quod vim augendi habet, & ἢ δὴ, quia ad extrema ventum est. Per marasum vero συγκοπή, aut eum, qui γῆρας πρὸς φροσύνην dicitur, hunc spiritum iam lethalem esse non est necesse: nec in morbis longis, veteri praefocatione, interceptione spiritus, quae vix etiam (tametsi raro) contingere potest, nec in principiis quarundam accessionum. Cum enim perfrigerationis duplex sit differentia: una ab extinctione caloris insiti ipsius cordis; altera perfrigeratis partibus circa cor & pulmonem, vel etiam perfrigerato toto corpore in morbis quibusdam absque febre: illa semper lethalis est, haec minime. Idem enim cordi euenire solet, quod igni ac flammæ, quae vel omni materia consumpta marcescit, ut spiritus in acutis: vel multis viridibus lignis superiniectis suffocari periclitatur, sepius tamen ea vincit, ut spiritus aliis in morbis perfrigeratus. Proinde Hippocrates alibi addit in acutis, & sexto Epidemias post eiusmodi symptoma, aliud aegro iam moriente superuenire scribit, nimirum vaporis calidi per cutem effluuium, qui admota manu percipitur. Signa enim (ait) mortifera per cutem vapor calidus, si naris frigidum spiritum prius reddiderit. Etenim in frigida intemperie cordis, & pituitosis crassisque humoribus nullus talis vapor effluit ante mortem, sed sudores multi cum syncope propter redundantes in corpore humores effunduntur. At quibus febris acuta caloris νεκρωσιν antecedit, eiusque causa est, quia cordis corpus torrefaciendo tandem perfrigerationem inuexit, pro sudoribus vapor calidus, si quis tetigerit, perspirare videbitur, non omni quidem morbi tempore, sed in progressu, cute iam refrigerata, per quam euacuatur halituosa substantia, ab vrente febre, cum tenuarentur humores, collecta. Ob eamque causam hoc signum, non modo mortem, sed & mortis modum, & tempus etiam eiusdem perspicue praemonstrat, si haec tria mutuo sibi succedant, febris vrens, exspiratio frigida cum raritate, & vapor in cute calidus. Pinnarum autem nasi motio, quae etiam coniungi solet, duplicem habet generationem. Aut enim superuenit ebulliente intra pectus calore propter validum aëris tractum, ut in equis ex cursu anhelantibus, & hominibus ira percitis, in quibus facta vehementi spirituum & caloris agitatione veluti consequtione quadam haec alae moueri videntur, quod per se lethale non est, nisi in conuulsione, sed nec ἢ δὴ, aut κάρτα. Aut eiusmodi symptoma in acutis ad absolutam virium infirmitatem sequitur. Progresso enim ad deterius morbo, nec iam septo ad respirandum

6. Epid. sect. 4

dum sufficiente accedunt musculi intercostales, & si ne hi quidem sufficiant vsui, conatusque anhelandi ad extremum perueniant, cartilagine illæ à natura tandem diducuntur, non quòd per has motas amplior aër trahatur, quàm per immotas: sed quia emoriens natura, quasi ita plus aëris intra pectus receptura esset, nares contrahit, haud secus atque nonnulli morti proximi hiare conspiciuntur. Collapsus verò pectoris, vel repentinus casus, quando videlicet non amplius, vt ante, paulatim demittitur, sed aceruatim totus thorax collabatur, proportionem respondet prolapsui corporis ad pedes, qui sic aegrotante facultate mortice. Thorax enim tensionem, quam ante circa inspirationes simul cum septo transuerso obtinuit, omnem accruam deponit, tanquam repente mortificatus.

XXXVII.

Θανάσιμος ὁ καὶ πυρετώδης καὶ λιγνυώδης πνεύματι ὁ τῆς ψυχῆς.

*Lethalis autem est & febrilis, & fuliginosus: verum minus quam frigidus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Opponit aëtuosum & acris fuliginis instar commordentem spiritum ei qui frigidus est. Id autem fit, quia intus lateat incendium, quòd non ita liberè effumet, sed cohibitum diutius incandescat. Quid ergo inde expectes, quàm extinctionem insiti caloris & spiritus? Extinguetur autem ab incumbente hoste, qui iam vitæ præsidia occupat fontem vitalis spiritus & caloris. Hinc quoque animalem spiritum laborare oportet interceptis viis, vastato comætu, vnde nutriatur. Inspirato enim aëre & vitali spiritu nutritur. Inspiratus aër occurrente fuligine corrumpitur, vtraque verò ratione vitæ extinguatur. Ac profectò videtur hac ratione magnum frequentemque spiritum intelligere. Constat enim aucta multum caliditate maiorem incurere necessitatem, tum inspirationis, tum expirationis. At hæc auctæ multum caliditatis signum est, quòd expirat ignem & fuliginosum. Itaque integra virtute liberisque instrumentis magna, celer, & frequens erit respiratio, aut certè celer & magna. ἄσπονδός τῆς ψυχῆς. Nondum enim extinctus calor est, quòd cum accedit, desperatio est. Facilius enim extinguetur incendium, quàm extinctis calor nativus quasi rediuius ad vitam reuocetur. Et omne frigidum morti vicinius est.

DESID. IACOTII COMMENT.

6. Epid. sect. 6

Aliam difficilis spirationis differentiam comprehendit, quã interdum etiam calidam vocat, vt superiorem frigidam. In hac & plurimus spiritus trahitur, & ingens copia fuliginis calidæ ac feruentis ab ore & naribus efflatur, propter quam spiratio simul & frequens est, & magna. Illud voce πυρετώδης expressit: hoc verò voce λιγνυώδης. πυρετώδης enim dixit, quòd in Epidemiis, καυσώδης, cum ita scribit, Si venula sanguinis multitudine calidior fuerit, contrahit quidem caufodes, & statim excernit. Et quibus pingue quidem, bilis flaua: quibus verò sanguis, atra. Vbi Hippocrates scribente Galeno, in febribus respirationis vsu demòstrat, nomine respirationis complexus non solum eam, quæ fit per expirationem ex ore: sed etiam διαπνοήν, & spiritus delationem per totum corpus ex arteriis ad exteriora. Etenim vena (quæ & arteriam significat) sanguinis copia incallescens καυσώδης, aut πυρετώδης contrahit, ac statim excernit λιγνυώδης. Nam caufodes vocat, quòd ex immodico calore genitum est, quòdque veluti fuligo quædam est humoris accensi ac vehementius aëstuantis. Hoc autem quia temperamento calidum est, & substantia tenue, facile excernitur. Cum enim à calore præsertim extraneo & immodico fuliginosum excrementum in sanguine necessarîo generetur, natura sagax ita eius excretioni prouidit, vt è corde quidem per expirationem: ex toto verò

to verò corpore per arteriarum contractionem excluderetur. Ad huius autem excrementi generationem aptissima est bilis tum flaua, tum atra. Quòd fit, vt magna fiat inspiratio frigidi aëris, & fuliginis exustæ longa exspiratio in febribus ardentibus. Vbi autem magnopere increfcit hoc symptoma, putredinis humorum, caloris in corde ac pulmone acerrimi, & malignitatis febris signum est manifestum. Nam propter calorem intus feruentem magna fit inspiratio, qualis est πυρετώδης, aëris trahendi causa, quo incendium in corde conceptum aliqua ratione temperari queat, pectus in omnem dimensionem distenditur. Propter verò fuliginum ex eodem calore, & humorum vsione abundantiam exspiratio longa succedit, καὶ λιγνυώδης, cum feruente efflante. Præterea addidit λιγνυώδης, quia in expirando certius colligitur caloris excessus, quàm in inspirando, quoniam vbi multum & confertim (quòd est exsufflando) expiratur, colligitur necessarîo exustatum fuliginum acruus, solius excellentis caloris soboles. Multa verò inspiratio potest & ex aucto calore, & ex imminuto spiritu oriri, vt in his, qui laboribus & exercitiis fracti sunt. Mortiferum autem signum esse ex eo intelligimus, quòd focum febris circa thoracem latere ostendat, & nobilia viscera vri tum à calore febrili & maligno, tum à fuliginum copia, à quibus retentis nativus calor magis periclitatur, quàm à frigidi aëris inopia. Ob eam etiam causam cum expiratione coniungitur vehemens efflatio, non autem cum inspiratione, vt in his, qui præfocantur, obseruare licet. Hi enim suffocatis spiritibus & exustis à retenta fuligine, quàm maxime fieri potest, expirare conantur. Quocirca Galenus scribit etiam extra febrem ex vehementi expiratione copiam caloris extranei significari magis, quàm nativi, quoniam nativus auctus exigit plurimam inspirationem, qua alatur: extraneus verò purgationem, quæ expirando peragitur. Nec enim nativus, eo modo, quo extraneus, exurit. Cum ergo magna spiratio tribus ex causis originem ducat, & hæc magna sit, duo separant calorem igneum à reliquis duabus causis, fuliginum exitus inter expirandum aspeçtabilis, aut admota manu perceptus: & pulsus cum celeritate frequens. Neque enim qui ita affecti sunt, ex pectoris obstructione, aut virium infirmitate per caloris extinctionem laborant. Nam in his spiritus, qui ex ore & naribus efflatur, frigidus est: in illis non exustus. Quòd autem subdit, hunc spiritum minus lethalem esse, quàm frigidum, ex eo perspicuum est, quòd mutatio adhuc in via est, vt vulgò Philosophi loquuntur, ad maratum πρὸς φρυγῆν. Nam apparente frigida expiratione alteratum iam est, atque adeo à seipso alienatum cordis temperamentum: in calida verò & feruente adhuc est in alterationis tractu. Est & aliud signum huic non absumile ex multo spiritus afflatu per vtramque nares, ex quo Hippocrates præfagiendam conuulsionem docet. Nares quoque (inquit) inspicendæ. Nam si per vtramque spiritus æqualiter trahatur, & si multus ex ipsis feratur, conuulsio fieri consuevit. Quæ si fiat, magnus est mortis metus, quam prædicere pulchrum fuerit. In causis, in quibus humor inferiores partes oblidet sine magno in ore ventris & respirationis organo incendio, eiusmodi signa non apparent, quales Hippocrates secundo morborum vulgarium describit.

lib. 1. de dy-  
spnoea 23.

4. dicit.

XXXVIII.

Καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεύματον, μικρὸν δὲ εἶσω, καὶ τὸ μικρὸν ἔξω, μέγα δὲ εἶσω.

*Quique foras magnus excluditur, intro paruus redit, & qui foras paruus, intro magnus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Notauit iam duas oppositiones pulsuum. Primum quidem frequenti & paruo rarum & magnum opposuit: paruo & raro nomine frigidi magnum & frequentem, quòd πυρετώδης καὶ λιγνυώδης appellauit. Sic enim febris, quæ febris, proprius est, præsertim vbi acuta & vehemens ea est. Clarius secundo & sexto

Epid. has quatuor differentias respirationis descripsit πνεύματα σμικρὰ πικρὰ: μέγαρα ἀραιὰ: σμικρὰ ἀραιὰ: πνεύμα μέγαρα. A quibus, ut hoc loco magis particulares differentias profecit, quæ ex altera differentia motus & partibus respirationis deducuntur. Duæ autem sunt partes respirationis, exspiratio, cum spiritus astricto thorace foras excluditur: inspiratio, cum idem intro trahitur thorace ampliato: motus foras, motus intro magnum & paruum. Prima igitur differentia cum magna est exspiratio, parua inspiratio. Cuius rei causa non aliunde petenda est, atque e causis inspirationis & expirationis. Actriplex in genere causa est, anima quæ mouet: instrumenta, quæ animæ mouent cedunt, musculi videlicet & nerui: postrema causa, sed præcipua incitans vsus. At quum vsus prius sit, seruandum robor vitalis spiritus & caloris insiti, in quibus vita animalis sita est: deinde etiam nutritio spiritus animalis, ut hæc laborabunt magis, ita magis incitabit vsus tum mouentem animam, tum instrumenta, quæ inde ad respirationem moueantur. Et quia ut robor illud conferuetur introducto aëre externo, qui veluti ventulo facto refoveat recreetque spiritum vitalem non solum opus est, sed expurgatione quoque fuliginosi recrementi. Quod si diutius illic moram trahat, violet insitum calorem & spiritum conturbet. Huic exspiratio, illi inspiratio à natura destinata est. Nam ut nutrias corpus optimo & bene succulento cibo, nisi tamen fecedat alui, fæces, vrina, fuligo quædam sparfa in corpus, cuius gratia transpirat vniuersum corpus, naturam laborare necesse est. Sic & vitam & animam, nisi ea excrementa partim per os, partim per nares expirent. Sed aliquando magis vrget expirandi, quam inspirandi necessitas, vbi vincit motus foras minor eum, qui intro procedat, siquidem instrumenta libera sint. Læso enim diaphragmate & musculis costalibus internis non ita libera inspiratio. Itaque tum minor intro, maior foras spiratio est, aut contra externis musculis costarum & abdominis laborantibus pigrior erit exspiratio. Itaque si coeat necessitas expirationis & infirmitas diaphragmatis eorumque musculorum, qui intercedunt costis, maior erit exspiratio, minor inspiratio. Eadem ratione si maior vsus inspirationis, doleatque venter, & exteriores costarum musculi, maior erit inspiratio, exspiratio minor. Hinc ergo intelligas, vnde μέγαρα ἔξω, σμικρὰ ἔσω: & quod sequitur, καὶ τὸ μικρὸν ἔξω, μέγαρα δὲ ἔσω.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hætenus è quatuor primis difficilis spirationis coniugationibus præfagia docuit Hippocrates. Non enim plures, quàm quatuor, ex duabus contrariis oriiri possunt. Nam vel spiritus paruus est, & frequens, ut in dolore: vel paruus & rarus, ut imminente morte ab extinctione: vel magnus & frequens in vehementi incendio cordis & pulmonis: vel magnus & rarus in delirio. Sunt & aliæ differentiæ, in quibus exspiratio cum inspiratione comparatur, de quibus agit modò. Differunt autem à superioribus, quòd in illis tota spirandi functio consideratur secundum magnitudinem, paruitatem, frequentiam, & raritatem. Hic verò partes spirationis conferuntur inter se: inspiratio videlicet, quam sequi diximus ad cordis & pulmonis calorem: & exspiratio, quæ aut sola, aut cum efflacione fuliginum ex eodem calore abundantiam expurgat. Cum ergo actio ita composita sit ex spiritus intra, & extra meatu, extra magnus est, qui multus expiratur: intro paruus, qui paucus inspirando trahitur, & contra. Est autem opus multa inspiratione tum in magnis exercitiis ac febribus ardentibus: tum in his, quibus organa respirationis angustia laborant: expiratione verò in copiosis excrementis fuliginosis. Quocirca in somno exspiratio inspiratione maior est ac celerior: semperque vsus & necessitas aliàs inspirare aliàs expirare multum & confertim cogunt. Exempli causa, Si parua & tarda sit inspiratio, exspiratio verò magna & velox, calorem imminutum dicemus: autem verò fuliginosum excrementum. Si contra fiat, contrarium affirmabimus. Intelligendum autem est coniunctas hoc modo differentias à simplicibus nihil diuersum significare: quoniam vtraque suam seorsim significationem veram retinet. Ut si parua & tarda sit inspiratio, calor natiuus imminutus indicatur. Quòd si etiam exspiratio eodem modo se habeat, idem adhuc significatur: sin verò magna sit & velox

velox, natiuus quidem calor, ut prius, imminutus est: verum præter hæc fuliginosa excrementa redundant. In Prognostico has differentias prætermisit, ac tres tantum recensuit, nempe spiritum frequentem: magnum rarum: & frigidum. Quod fecisse videtur tum propter sibi propriam ac familiarem breuitatem: tum propter peculiarem quandam animi altitudinem, qua quæ aliis nota sunt, præterire solet: tum verò propter exactam horum omnium in aliis libris explicationem.

XXXIX.

Κάκιστον δὴ καὶ πλησιότατον θανάτου, καὶ τὸ ἐκτείνον ἐκ γρηγορίων, ἔμικρον.

Pessimus autem & morti propinquus, extendens, virgens, & obscurus.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Εκτείνον quid significet, parum constat. Nam si tardantem interpretamur, qui fiat, ut iam proximam mortem denunciaret, ut nec κατεπίγειον, si celerem spirationem significat. Itaque quoniam nos docuit experientia, vidimus in morbis lethalis subinde incidere, aut interuallis extensum spiritum, qualis est eorum, qui morere aliquo presens integra quoque valetudine longa producitur edunt suspiria. At in morbis vulgus rude, vbi eam respirationem audiunt, ad latentem animi ægritudinem, non morbum referre solent. Longus is est & protensus spiritus. Atque idem fortasse respirationi, quæ in Aphorismis κλωθμώδης ἀσπνία, luctuosa respiratio dicitur, quanquam de offensante spiritu interpretatur Galenus. Sed nihil repugnat in ea respiratione, quæ luctuosa dicitur, & spiritum offendere, & protendi. Lugentibus enim vtrumque accidit. Ac urgente luctu magis offensat respiratio: confescente luctu suspiria longa emittuntur. Et si quis diligenter animaduertat, obseruabit in multis moribundis, qui angustia spiritus suffocantur, intercedere aliquando media quædam suspiria, longiorisque protensiones spiritus, quasi natura velit in medio cursu respirare, animamque concitatam tantisper sistere, vnde rursus virgens reuocatur spiratio, qualis in asthma & orthopnea solet contingere: Frequens enim spiritus, vbi inualefcit magis atque incitatur, in asthma transit. Hæc autem vbi accidunt, concitata urgenteque respiratione longa suspiria intercedant, reuera in propinquo mors est. Atque ita explicare sententiam Hippocratis iustius, & naturæ rerum euentisque conuenientius esse puto, quàm ἐκτείνον βραδύ, ὃ κατεπίγειον ταχὺ interpretari. Nam neque velox, neque tardus tam perniciosus est, ut de his pronunciarī κάκιστον ἢ καὶ πλησιότατον θανάτου debeat. In libro de ratione vitæ in acutis προάσσιας, vel ut alij, προάσσιας πνεύματος de offensante spiritu dicitur Galenus: & inde προστάμνα πνεύματα ἐγκοπήματα καὶ προσηλαύοντα intercedunt & offendentia, de quibus paulò pòst. ἔμικρον. Quod solet oculis attribui, iam assignat respirationi. Est autem πνεύμα ἄμαυρον, vel quod prius θολερὸν, vel quod ἀσημὸν dixit in Epidemiis. Est autem ἀσημὸν, quod vsque adeo paruus est, ut vix appareat, iam accedens ad intercedam respirationem, quam ἀπνοίαν appellant. Id quibusdam vteri suffocationibus, deliquis animi, & interdum moribundis accidit, ut quia ægri non respirant, de vita & morte quæstio habeatur, donec edito suspirio, aut redeunte spiritu viuere intelligantur. Quid autem πνεύμα θολερὸν prius expositum est.

6. Aph. 54.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hæc differentia alterius tantum partis respirationis propria sunt, si ad motum referantur, cuius propria est velocitas aut tarditas, quemadmodum magnitudo eius, quod mouetur. Itaque si quis animum attendat ad differentias difficilis spirationis, rectè, ut Galenus, per spiritum extendentem, tardum: per urgentem, velocem intelliget. Sin ad præfagium, nulla ex his mortis aut salutis certa prænotio





πνοια in Aphorismis ἐπιπνεύσει: alij ἐπιπνεύσει, quod generalius est: alij ἐπιπνεύσει  
eodem significato.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**Aec differentia, ad inaequalem respirationem pertinet, quae duobus fit modis. Nam vel vna eademque inspiratio aut expiratio ab initio sui motus tarda est, ac mox in celeritatem transit, aut contra: vel quies aliqua interpellat inspirationem, aut expirationem, aliquando (quanquam rarius) vtramque, obstructis, aut compressis arteriis, vt & in pulsu inaequali, aut virtute valde infirma, quomodo senes in itinere saepe propter imbecillitatem cespitant: vnde praefocationis metus impendit. Priorem vocat duplicem reuocationem, quia veluti breui quadam quiete intercipitur opus thoracis, idque nonnunquam inspirando, nonnunquam vero expirando. Causam duplicem affert quarto de locis affectis, nempe conuulsium musculorum spiritalium motum, aut immodicum calorem, qui laborantem cogit continenter vel inspirare, vel expirare. In Aphorismis vero conuulsioni addit instrumenti duritiem: calori vero facultatis imbecillitatem. Nam nisi calor multus cum imbecillitate motricis coniungeretur, semel integrum motum perficeret. Calor enim solus magnam respirationem efficit: debilitas vero sola cito quiescit ab opere, non tamen iterat coeptum motum. Eodem ferè modo pueri inspirant interplorandum, quia cum maximè ducantur affectibus, nimis mœror ob spirituum turbationem (vt à viro doctissimo scriptum est) neruos concutit, quod iratis accidit: vel liquata à cerebro humiditas pra anxietate, & ad neruos septi defluens interturbat spirationem. Verùm in expirando, cum sit cessatio, non interfecant, vt aliquando in conuulsione inchoata aut duritie musculorum thoracis. Suspiriosa autem spiratio oritur in phreniticis, quia haerentes imaginationi respirare obliuiscuntur, quemadmodum qui plorant, finito fletu per interualla suspirant ex immensa ad causam flendi cogitatione. Sed hæc & ab Hollerio, & à nobis alibi copiosius explicata sunt.

6. Aphor. 54.

XLI.

Ἐυπνοια δὲ ἐν πᾶσι τοῖς ἐν πυρετῷ ὄξει, καὶ ἐν τοσαύτοις ἡμέραις κριθεῖ, μεγάλην ἔχει βοήθειαν ἐς σωτηρίαν.

*Spiratio facilis in omnibus, qui cum febre acuta sunt, & in quadraginta diebus iudicantur, magnum momentum habet ad salutem.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**Adem in Prognostico, sed κατὰ μεγάλην δυνάμιν, ἢ πᾶσι, ἢ ἀπασιν τοῖς ἐν ὄξει νοσήμασι ὅσα ξυμ πυρετοῖσιν ἐστίν. Itaque hoc vult in Prognostico perquam magnam vim habere. κατὰ enim, vt ante dixi, additur, vbi & firmitatem, & vim signi annotat. Id autem in acutis non omnibus, sed quibus febris coniuncta est, & intra quadragimum diem iudicentur. Alij enim acuti sunt ἢ μετὰ πένωσιν, qui ad quadragimum diem extenduntur. Cur autem hoc signum tantam vim habeat ad salutem, manifesta ratio est. Nam seruatis modulis naturalis respirationis partes, quae virtutem cum animatam, tum naturalem, & vitalem continent, omni carere inflammatione, angustia, insigni vitio necesse est. Eas potestates valere, instrumenta esse libera, natium calorem esse incolumem, febrilem non inualefcere, spiritum animale non egere insolito subsidio. Nam si virtus, quae mouet thoracem, imbecillior, si impediti muscoli, qui mouenti animæ inferuiunt, si malignus & incendiosus febrilis calor est, si inde natiuus calor immutatus, si spiritus animalis inopia alimenti laborat, immutabitur respiratione. Si igitur integra & omni vi-

tio

tio caret, illa quoque vitio carere oportet. Immutant spiritum immutata, quae conseruant, virtus, instrumenta, & instrumentis alligata, & cuius gratia spiritus est calor natiuus & animalis spiritus.

DESID. IACOTII COMMENT.

**G**alenus in Prognostico ἐυπνοια, id est, spirandi facilitatem interpretatur respirationem, quae naturali modo obitur, nec à naturali abscedit in expiratione, inspiratione, quiete, motu, dilatatione, compressione. Quae enim ita habet, non solum signum est optimum, sed etiam causa in febre acuta, vel ex acutis decidua. Nam & vsui ac necessitati satisfacit, quam calor febrilis auxit, & thoracem, cor, pulmonem, hypochondria, & alias partes, quae ipsis connexae sunt, nullo insigni dolore vexari ostendit. Siue enim tententur phlegmone, siue alio quouis dolorifico affectu teneantur, dolent, quum per respirationem mouentur. Hæc autem sunt, ventriculus, lien, & iecur. Si quando igitur nulla earum laborat, nec caloris copia tanta est, vt exuri atque ardere videantur, nec contra penuria tanta, vt iam extinguatur natiuus calor, iam necesse est permultum ægro spei esse ad recuperandam ab acutis morbis sanitatem, quia in his vel ob magnitudinem febris, vel dictam propriè phlegmonem pericula imminet. Solos autem morbos acutos nominatim expressit Hippocrates, vt exciperet diuturnos. In diuturnis enim facilis spiratio salutem polliceri non potest, quia cum phlegmones & vehementissimi caloris expertes sint, ab his nullum mortis periculum afferunt, sed paulatim vires dissoluunt. Præterea addidit cum febre, vt excipiantur acuti febris expertes, quales sunt distentio, cholera, apoplexia, conuulsio: in quibus totum periculum non imminet ab extraneo calore, aut phlegmone, vt in acutis cum febre. Cum autem acutorum duplex sit differentia, atque alij simpliciter primūque acuti sint; alij ex acutis decidui, quos vulgò acutos ex decidentia nuncupant, utrosque complexus est, cum scribit acutos se intelligere, quibus coniuncta febris est, quique diebus quadraginta iudicantur. Nam qui simpliciter & propriè acuti dicuntur, intra decimum quartum diem iudicantur, ex quo ipsorum acumen apparuit. In acutos vero ex decidentia abeunt propter imperfectam crism, quae in priores quaternarios aut septenarios incidit. Sunt enim hi in initio quidem acuti: postea vero decimo & quarto die, vel etiam maturius, crism imperfectam experiuntur, atque ex ea reliquia quaedam morbi ad diem quadagesimum supersunt. Morbi nanque acuti, qui imperfectè iudicati fuerint, non in eos modò, sed etiam in diuturnos, & maximè in marasimum, quartanam, suppurationem, plethorem, atque hydropas degenerant. Sed hos tamen impræsentiarum Hippocrates excludit, asserens solis simpliciter acutis, quibus coniuncta febris est, atque alijs pariter deciduis, qui ad quadagesimū diem perueniunt, signum optimum esse spirandi facilitatem: non autem acutis omnibus, qui febre carent, nec item longis. Ex quo intelligitur tria esse omnia morborum genera temporum spatiis differentia. Acutum quidem vnum, quod diebus quatuordecim iudicatur, cui ex aduerso oppositi sunt diuturni. Tertium vero ambiguum, & veluti in vtriusque confinio positum, cuius extremus inter eos, qui iudicandi vi pollent, quadagesimus dies est.

XLII.

Τράχυλος σκληρὸς καὶ ἐπύδνωτος, καὶ γενίων σπινδαίσις, καὶ φλεβῶν σφραγιδῶν παλμὸς ἰσχυρὸς, καὶ τενόντων ξώσεσις, δλέθριον.

*Collum durum & dolens maxillarum astrictio & colligatio, venarum iugularium pulsatio vehemens, tendinumque contentio lethalis est.*

Zz 4

**Φ**λεγμονήν à posteritate medicorum intelligit, quem dolore & duritiē multis locis distinguit ab aliis tumorum præter naturam differentis. Ea autem inflammatio rectos, obliquos, & qui è radice aurium enascuntur, musculos occupat. καὶ γενῶν σπασμοῖς. Colligatio astrictioque maxillarum fieri potest conuulsis temporalibus musculis, resolutis aut impeditis masticatoriis. Hic à masticatoriis vitium est, non quia conuellantur: sic enim aperiretur os, vel in latera obduceretur: sed quia colligantur & materiæ copia oppressi prohibentur motu, quod in aliis membris accidit. Alioqui conuelli nervos, qui è ceruice ad tempora feruntur. Venarum autem pullatio, hoc est, arteriarum similiter & venarum, quæ solet esse in magnis inflammationibus, multò magis ubi oppressa natura, quæ lateet in vasis, exurgit, amolitur vitium, vel ad suppurationem contendit. ἰχθυὸς magnitudinem inflammationis ostendit. τὸν τῶν ἐπιπέσιν. Eos musculos exangues, & qui naturam tendinum referunt, ab aurium radice ducti ad clauiculam & inferiores partes. ἀλθέρων propter magnitudinem inflammationis, & consortium insigne partium.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Τ**ράχηλος & ἀνχίω Hippocrati propriè ea est pars τὴν ῥάχιν, quæ proximè subiicitur capiti, eique est antiæxa, spondylis septem constans, cum quibus æqualia sunt nervorum paria, quæ à ceruice in musculos proximos inseruntur, omoplatam videlicet, musculum œsophago substratum caput & collum flectentem: curvaturam capitis, genam, brachia, diaphragma, thoracem. Latius tamen sumpta voce interiorē etiam partem comprehendit, vt in sequentibus explicabitur in dictione hypochondrij. Quæ ratione ceruicis dolor bifariam fieri potest. Nam vel ab affecto cerebro, aut spinali medulla, aut ipsius cerebri membranis ducit originem: vel ab externis & circumpositis partibus, quæ vertèbras ambiunt. Priorè modo semper graue aliquod malum portendit: posteriorè inter mala signa haudquaquam numeratur. Offensum autem nervorum principium ex eo intelligemus, si aliæ quoque partes, quæ inde nervos habent, coafficiantur, verbi gratia, si manuum tremor, aut surditas, aut aliquid aliud simile accedat. Ob eamque causam hoc loco multarum partium affectus coniunxit, inter quos duritas ac dolor phlegmones signa sunt à magna è cerebro defluxione. Sic enim solet Hippocrates duritatis & doloris complexū inflammationem circumscribere: quo modo hypochondrij, veram phlegmonem composita dictione vocat œdema durum ac dolens. Fir autem ea duritas tum à plenitudine, tum à tensione: dolor verò & ab his, & ab intemperie vehementiore. Appellat autem γενῶν σπασμοῖς firmam arctamque connexionem & quasi colligationem maxillæ inferioris, vt aperiri non possit propter tensionem à fluxionis diffusionē, aut conuulsionem musculorum temporalium, qui homine firmante dentes, & os claudente tenduntur; apertente verò laxantur. Idem fieri potest læsis nervis, qui à tertio spondylo in musculos ceruicem extendentes, genam mouentes, & collum torum; caputque retro erigentes: aut in cutem capitis absumuntur. Quod in magnis inflammationibus ac sæpe in parotidibus: in tétano verò & opisthotono semper accidit, ita vt immotum collum rigidumque maneat. Verùm illic copia crassorum humorum, qui musculorum fibras distendunt, in causa est: hic verò conuulsio, quæ multò plus habet periculi, quia non solum muscoli afficiuntur: sed etiam nervorum substantia impleta aut refrigerata ad suam originem contrahitur. Sic in Sileno Hippocrates notat colli tensionem cum capitis grauitate, quæ progrediente in deterius morbo delirium prænunciat, sed cum quadam limitatione. Nam si grauitas capitis coniuncta est, comatosi affectus potius metum affert, quia grauitas humorum non admodum calidorum vel biliosorum nota est. Sin verò vigilie urgeant sine capitis grauitate, phrenitis potius expectanda est. Per venarum autem iugularium palpitationem fortem, quam παλμὸν vocat, aut arteriarum aspectabilem pulsū intelligit, qualis in magnis inflammationibus apparet: aut propriè dictam palpitationem, quæ oritur ex congesto propter frigus spiritu flatuoso in parte aliqua, vnde exitum non habet, vt in cute, musculis, ventriculo, vesica, & ceterisque omnibus partibus suapte natura mollibus, quæ distendi

stendi dilatarique possunt. Quæ motio non naturæ, vt in pulsū, sed solius morbi opus est, & flatuosi spiritus, qui inflat attollitque partes eo modo, quo arteriæ dilatari solent, cum quadam concussione, vt in tremore, sed maiore intervallo. Constat autem παλμὸν priorè modo hic sumi, vt & in Prognostico, quo loco scribit palpitationem hypochondrij delirij vel perturbationis esse signum: & in historia Sileni, palpitationem continuam ab inflammatione diaphragmatis. Hoc ergo symptoma in vehementibus capitis doloribus excitari consuevit. Nā in his, præsertim ubi multus calor coniunctus fuerit, pulsare videtur, & quasi vibrari temporum venarum. Sæpius autem & colli iugulares, quæ in superficie collocatæ sunt, motione quadam conspicua, nec à pulsatione dissimili agitantur: nec non in temporibus ex subiacentibus arteriis motio accidere videtur, quo tempore illæ maximè pulsant, urgente refrigerationis vsu, facultate valida, & instrumentis obsequentibus. Tendinum autem contentionem intelligit, quæ fit in musculis illis exanguibus & naturam tendinum referentibus, quos ab aurium radicibus ad clauiculas deorsum ferri docet anatome: aut in musculis temporalibus, qui à tota temporum cavitare exorti innituntur osi iugali, quo solo à cerebro ipsiusque membranis separantur. Ob idque per tensionem aut alterationem oblæsum tum ob exquisitum sensum, tum ob societatem & viciniam cum cerebro, conuulsiones, stuporem, biliosum alui profuuium, vomitiones synceras accersere solent, vt Hippocrates scribit. Ex quibus intelligitur huius phlegmones perniciem non ex sola magnitudine pendere, sed ex eo, quod symptomata coniuncta ostendant simul cum partibus externis faciei ac ceruicis, ipsum nervorum principium grauitè affectum esse. Quæ obseruatio in omnibus affectibus circa caput, magnam vim habet ad præsagium. Nam si solæ partes externæ, vt musculi, illæso cerebro laborant, non ita magnum periculum impendet, nisi materia intrò recurrat. Sin vnà cum his cerebrum oblæsum sit, conuulsio, phrenitis, coma, apoplexia, paralytis, aut aliquis alius similis affectus expectandus est, nisi medici artificio occurratur: aut naturæ beneficio mota excretionē cerebrum ab oppressione liberetur.

2. de artic.

XLIII.

τὰ ἐν φάρυγγι ἰχθυὸς ἀλγημονὸς πινυάδεα, ἀπὸ κεφαλῆς ἀλγημόνος ὀρμώμενα, σπασμώδεα.

*Faucium dolores sine tumore suffocantes, siquidem à capitis dolore ortum habent, conuulsionem accersunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N Prorrhethico non σπασμώδεα, sed ἔχει τὴν σπασμώδεα, ἄλλως τὴν καὶ ἐν κεφαλῆς ὀρμώμενα. Addit exemplum Thrasynontis fratris filiam. φάρυξ vox est ambigua, quia & præiacentem amplitudinem gulæ significat, quas fauces dicimus, & laryngem extremam partem asperæ arteriæ significat, & pro interiore collo, vel gula, quam οἰσόφαγον Græci dicunt, videtur intellexisse. Philoxenus Erixius, qui τὸν φάρυγα, hoc est, collum gruis à diis exoptabat sibi concedi. Grammatici Græci τὸν φάρυγα dicunt fauces: τὸν φάρυγα, λάρυγα: & propterea Artemidorus & Dioscorides hoc prælagio in Prorrhethico ἰχθυὸς, non ἰχθυὸς legunt. Et in Aphorismis γὰρ τὸ φάρυγι legitur, quanquam aliis locis Hippocratis Galenus sceminino genere vsurpet. Quid autem vox ἰχθυὸς significet, prius expositum est, ubi videlicet aperto ore, depressa lingua, nihil omnino tumens apparet in faucibus. Quibusdam enim interni gutturis musculi inflammantur. Aliis qui arteriam œsophago connectunt, colligunt abscessum, & inde oppressa via spiritali difficiliter spirant: atque ita de strangulatu periclitantur. Ἀπὸ κεφαλῆς ἀλγημόνος ὀρμώμενα. Potest quidem à capitis dolore esse, idque fit magna ex parte, quia inde ferè initium fluxionum. σπασμώδεα. Rarò videt conuelli: sæpius suffocari. Interdum stridor dentium paulò ante mortem corripit ægrum, quod conuulsorium est.

DESID

**Φ**ρυγγ & laryngem significat, quam guttur appellamus, vel caput asperæ arteriæ proprium vocis organum: & nonnumquam fauces, id est, spatium inter gulam & arteriam conspectui aperto ore obuium. Vox autem ἰχθυῖς idem significat, quod nihil conspicuum, aut aspectabile habere, & neque in collo, neque in faucibus tumorem apparere. Tamen enim à faucibus dolere se æger conqueratur, & plurimum hiando os diducat, nihil tamen diligenter conspiciente medico cerni potest, quod tunc, aut intumescat. Interea ob summam laryngis angustiam suspitiosus exoritur spiritus, ut non nisi recta ceruice spirare possit. Ob idque addit ἀλγύματα πινυβάδεια strangulatorios dolores rectius, quàm in Prorrhethico, fauces strāgulantes. Neque enim fauces strangulant, sed angustia, quæ extremam arteriæ partem intercludit: neque fauces sunt partes affectæ, cum nihil mali perpetiantur. Hippocrates in Prognostico pro doloribus suffocantibus proprio differentiæ nomine vsus dolores orthopnceam inferentes dixit. Vocat enim ipse, ut & cæteri omnes, orthopnceam, illam difficultatis spirandi speciem, in qua decumbens æger præfocatur, & vix erecto thorace sufficit dorso ad nullum fulcrum innitente. Nam cum aspera arteria principium habens à summo gutture, in pulmonem diuidatur, quoties quidem thorax cum collo rectè extenditur, arteriam ipsam dilatari contingit vna cum propaginibus omnibus, quæ ex ea in pulmones distribuuntur, eoque fit, ut meatus interior augeatur, & bronchia pulmonis magis hient erecto ægro, qui pectoris angustiam patitur. Sed & altera causa est, cur hi conentur surgere: quoniam minore difficultate distenditur erecto, quàm decumbenti. Nam supino homini venter ascendit inter inspirandum: prono prohibetur attolli ab incumbente corpore: in latus decumbenti ab opposito latere impeditur: erecto sine impedimento ad latus mouetur. Ex quo etiam constat supinum decubitus, qui diutius durat, infirmare vires propter difficultatem eleuati corporis; quanquam eadem figura decubitus per exiguum tempus durans in fatigatis vires quodammodo conferuet ex otio musculorum omnium corpus sustinentium, præsertim cum ex opere thoracis non laborant. Propter quam etiā causam supinus decubitus in febriente improbatur ab Hippocrate, quia fractas vires ostendit, quæ quasi à laboriosis motionibus otium quarunt, & corpus sustinere recusant. In angustia autem pectoris non ut signum, sed ut causa vituperatur, quod inde augeatur affectio. Atque ob id & in peripneumoniis, & in anginis, atque adeo in omnibus asthmaticis affectibus fiunt ἀλγύματα πινυβάδεια, siue orthopnceæ, ita dictæ, quod non nisi recta ceruice spirent, fortè, ait Aurelianus, nomine à sensu contrario imposito, rectæ, quia sint pelsimæ: qua figura fel dulce dicitur, Aethiops albus. Suspiriosam etiam respirationem quidam vocant: quo affectu cum vexaretur Seneca, Satis aptè (inquit) dici suspirium potest, atque hoc valetudinis genus esse, animam agere. Dolor autem adiunctus à duabus causis oriri potest: vna, à phlegmone paruos laryngis musculos (sunt autem proprii duodecim) obsidente, quorum venulas angustissimæ superatis venis latioribus, quæ sunt ad fauces, humor tenuissimus & acerrimus à capite defluens implet, atque inflammat, ut ea tamen inflammatio neque visu, neque tactu percipi possit, quod tertix anginx speciei proprium est, de qua dicitur postea. Altera primigenio affectu laborante cerebro; quam intelligit hoc loco. Propterea enim dixit, ἀπὸ κεφαλῆς ἀλγύματα πινυβάδεια, dolores strangulatorios, qui à capitis dolore originem ducunt. His enim verbis innuit capitis dolorem signum esse affecti neruorum principij, non autem localem anginx affectionem esse in larynge. Vt enim in affectibus partium externarum tumor, aut inflammatio tota simul non fit, nec in tota parte affecta initio apparet: tractu autem temporis incrementum capit, & materia aucta ac diffusa maiorem locum occupat, modò hanc, modò illam partem inuadens: sic & in his, quæ oriuntur in imis corporis partibus. Cum itaque cerebrum insignem habeat magnitudinem, multasque neruorum propagines, consentaneum est, affectus ipsius, ut phlegmonem, aliàs ab aliis partibus primò exordiri. Qua verò parte cerebrum affectum fuerit, ea & neruorum propagines affectæ musculos, quibus inferuntur, mouere non possunt. Ita fit, ut ad musculos laryngis

ryngis perueniēte malo, quorum alij claudunt, alij aperiunt, siquidē in aperiētium neruis affectio consistat, larynx aperiiri vix possit: si in claudentiū, non facillè claudatur. Ita igitur instituendum est præfagiū, ut si eiusmodi musculi peculiari affectu ac topico laborent absque cerebri offensione, ut in angina tertix speciei, præfocationis periculum impendat secundo die, vel tertio, vel quarto ad summum; si origo mali sit in cerebro & neruis inflammatis (quod ex dolore capitis deprehenditur) meritò dixeris propter principij neruorum affectum, symptomata hæc euenire, sæpèque contingit, ut ægri inter hæc os neque claudere, neque aperire queāt. Ex quo vtrumque præfagiendum, & grauissimam esse affectionem, & conuulsionem futuram, quoniam à musculorum tensione, quæ propter affectum principium incidit, conuulsionem sequi omnibus perspicuum est.

## X L I I I.

Αἱ τραχήλας καὶ μετὰ φρένας ψύξεις δοκίουςαι, καὶ ὅλα ὃ τῷ σώματι παυσιμώδεες, ἐν τέτοιαις κριμυνώδεες ἐρηξίαι.

*Perfrictiones colli & dorsi manifesta, totiusque corporis conuulsionē interminantur. in iis mictiones sūt crassiori farina similes.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

HAE C sententia prius exposita est.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N Prorrhethico eadem sententia scribitur hoc modo, Ceruicis dorsique perfrigerationes apparentes per totum corpus, in his & spumosa vrinarum excretiones cum animæ deliquio, atque in oculis totius lucis impedimentum conuulsionem prope esse significant. Vbi meritò per totum corpus apparere dixit, quod fieri nequeat, ut totum corpus simul perfrigeretur. Hic verò vox illa (δοκίουςαι) referri videtur ad perfrictiones dorsi ac ceruicis: conuulsionem verò ad totum corpus minus probabili ratione. Non enim eiusmodi perfrictiones solummodo apparent, sed reuera sunt, & fiunt. Nam partes illæ suapte natura iam frigidæ sunt, primò quia venæ & arteriæ in anteriores partes, nerui in posteriores feruntur magis. Deinde quia licet cor in medio thorace locetur, prohibetur tamē retro operari ob crassitiem interpositorum musculorum, & ossium. Accedit, quod à frigore spinalis & vertebrarum impugnatur cordis calor eò accedens & infringitur, & quod cordis mucro antrorsum vergit. Ideo rigores per dorsum, inuadunt, sicut sudores multò magis vrgent pectore, quàm dorso. Idemque iudicium de omni perfrigeratione siue sit caloris absentia, siue formæ priuatio, siue qualitas agens. Vbi verò per febrem acutam vel rigor, vel frigus (quæ sola ferè magnitudine differunt) illas partes prehenderit, modò absit suppuratio interior, nec vlla sequatur excretio, in caput materiam transferri, aut in diaphragma & partes vicinas, dictum est alibi, unde significatio quædam conficitur futuræ conuulsionis. Diximus autem per febrem acutam distinctionis causa. Sæpe enim quarundam febrium initio horror vel frigus oboritur humore à supernis partibus defluente, ac per corporis habitum disperso, quando præter solitū in hominibus defluxioni obnoxii, aut iis febribus, quas insolatione concitauit, susus ac liquatus fuerit, vel etiam adhuc liquatur, ut in epiala febre: aut quando cruda pituita, vel frigidior cibo grauatur ventriculus, aut febrilis accessio inuadit. Huiusmodi enim perfrictiones signa non sunt cōuulsionis, nisi si quando in neruofas partes fluxio affatim irruat. At ex rigore aut frigore symptomatico acuta febris superueniente per materiam in caput translationem interdum cōuulsio: interdum natiui caloris extinctio sequi consuevit. Docuit enim initio huius operis Hippocrates posteriorum partium frigus esse conuulsificum. Quod verò subicitur ὅτι τέτοιαις κριμυνώδεες ἐρηξίαις, in his vrinis farinam crassiorē referre, in Prorrhethico à

3. Prorrh. 20.

tico à quibusdam ἀφρώδες legitur, quæ sunt spumosa: ab aliis πωδές, purulentæ. Urinæ enim omnes vel colorem ac substantiam referunt potioris, cibis neque immutatis, neque in sanguinem probè conuersis, cum quibus potio ipsa mutatur: vel humorum, qui in venoso genere continentur, idæam representant: vel colliquatarum partium, aut purulentarum excrementa quædam continent. At purulentæ siue reuera tales sint colore videlicet cineritio, & substantia in partes facile secedente: siue à pituita putrefacta, quæ alba est, & lenta, tantùm abest, vt conuulsionem interminetur, vt à conuulsione non rarò liberent, cum morbum concoqui ostendunt. Sic enim interdum totum corpus expurgatur in morbis diuturnioribus: aut è thorace putredo, aut sanguis excrecens (vt ob affluetij exercitij abstinentiam, aut victum solito indulgentiorem) in vasis conuertitur in pus, atque ad excretionum ductus à natura salubriter pellitur. Frequentes causæ sunt colliquata pinguedo, aut superflua quædam circa calculum ex pituita minus viscida, quæ nondum cõcreuit, aut recemento alimenti non probè confecti in vesica imbecilla: frequentiores adhuc renum, aut vesicæ vlcera: quorum omniũ distinctionem docuimus in libro de vrinis. Spumosa verò urinæ siue propter colliquationem, siue propter perturbationem quandam & flatuosum spiritum tales sint, vtroque modo suspitione & coniectura quadam conuulsionem coarguunt, maximè vbi aliorum signorum testimonium accesserint. Colliquatarum autem partium tum colorem tum substantiam indicant orobea, & pultacea, quæ κριμνοειδῆ Hippocrates vocat, simul cum vrinis excreta. Quæ enim sunt eiusmodi in acutis tum magnitudine, tum durtie, nec alba apparent, colliquatæ substantiæ hepatis signa existunt, vt nigra, lienis. Eodem modo carnosa à renibus: laminea, à vesica: pingua, à pinguedine excerni solent. Quod si pultacea illa colore albo cernantur, & genituræ similia sint, idque in morbo diuturno & sub finem, vt in Perintho, vitrei humoris excretio, & morbi inde solutio denunciat, vt Hippocrates docuit sexto Epidemiõn, sectione quinta.

XLIII.

Οἱς καὶ φάρυγγα ἐρεθισμοί, ἐπιεικέως τὰ παρ' ἑσ ἐπάρατα.

*Quibus irritamenta in faucibus, his clemètes ad aures tumores.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Eρυθισμὸς aliàs, & ἐρύθημα phlegmonem & erysipelas complectitur, à quibus in faucibus excitatis abscessus ad aures non necessariò, aliquando tamen excitari possunt. Quid autem Hippocrates per ἐπάρατα intelligat, prius definitum Alij ἐρεθισμὸς irritamenta legunt, non ἐρύθημα.

DESID. IACOTII COMMENT.

4. Aphor. 54.  
3. Prorrh. 72.

Eρυθισμὸς prurimum quendam, & irritamentum significat, interdum etiam erosionem, vt apud Dioscoridem, ἐρεθισμοὶ καὶ ἄλλοι ἄνθρωπων. Videtur itaque intelligere tussis, quas in Aphorismis vocat βραχέα ἐρεθισμοῦ ὄντα, ὅ παρ' ἑσ ἀπαλλάσσει, *Tussicula cum frequenti sputo abscessum post aures tollunt.* Nam tussis irritans fauces, quæ non est à ferina defluxione, non solum sitim minuit in febribus ardentibus, sed etiam humiditatem ex capite trahit. Facta ergo materiæ ad interiora inclinatione per ductus naturales, tenuior humoris portio, qui parotidas concitat, in oris capacitatem decumbit, vnde frequens accidit sputum, ac tussis increfcit, siue iam ab initio originem duxerit, siue à nimia faucium & asperæ arteriæ siccitate exasperante, & inæqualiter partes illas afficiente. Inde igitur subsidunt parotides, contrahuntur, & molliores fiunt vacuata sensim materia, quod verbum ἀπαλλάσσει propriè significat, idque videtur esse intelligendum hoc loco, aut aliud simile. Nam quod scribit, ἐπιεικέως τὰ παρ' ἑσ ἐπάρατα, perinde est ac si diceret, *Quibus circa fauces irritatio est à tussi, his leuiore fieri parotidas, quoniam videlicet vel quæ iã ad sunt, vacuantur: vel futuræ prohibentur aliò diffusa materia.* Quod si irritamenta in fauci

in faucibus acceperis, quæ à destillatione acri, vel falsa sunt, aut ab halitu calidiore è iecore, aut à bile feruente & per œsophagum vel alios meatus exurgente (qualis aphithas, aut inflammationes alias concitare solet) inde nullum certum parotidum signum constitui potest.

XLV.

Φάρυγγι ἐσώδιμος, ἰχθυή, καὶ δυσφορίης, ἀλῆθριον ὀξείως.

*Fauces dolorosæ, graciles, cum inquietatione, perniciosæ acutè sunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Adit in Prorrhethico πινυώδης. Anginam autem periculosissimam describit, quam Hippocrates in Prognostico scripsit, nihil conspicuum habere in faucibus & ceruice. Nam quod illic pluribus verbis explicat, hic ἰχθυή: quod ἐπώδιμος, πλεῖστον πόνον παρέχου: quod hic πινυώδης, infert ἀρθόπνοιαν illic: quod ἀλῆθριον ὀξείως hic, illic τ' ἀχίπα ἀναίρειν, quia videlicet eodem die, secundo, tertio, aut quarto strangulat. Neque tamen feruari ægrum spes est, si quid ruboris in faucibus & ceruice appareat. Potest enim tanta vis esse fluxionis, vt interna externaque faucium & gutturis spatia, quin & collum exterius occupet, vt anginosæ mulieri tertio Epid. quæ cum externo rubore obiit celeriter interioribus occupatis, vt potum redderet per nares. μετὰ δυσφορίης quanquam videatur esse alterius generis, præ dolore tamen excitari potest.

DESID. IACOTII COMMENT.

Paulò ante præfagium expositum est ex faucium dolore sine tumore aspectabili, qui similiter anginæ cruciat, & orthopnoeam accersit, non tamen angina est, sed affecti grauior cerebri symptoma. Hic de eo agitur dolore, qui à musculorum propriorum laryngis inflammatione ortum habet, ac tertiam anginæ speciem constituit. Fluxiones enim, quæ è cerebro descendunt, aliæ (ait Galenus) substantia tenues existunt: aliæ ex crasis & viscosis humoribus constant. Tenues amplioribus venis superatis in angustiores penetrant, atque in his retinentur, quæ guttur & laryngem ambiunt. Crassæ verò in venas illas strictiores ingredi non possunt, ob idque priusquam eò perueniant, in capaciorebus infarctæ cohibentur. Eò fit, vt cum crassior humor in externas colli sedes irruit, non solum fauces intumescant, sed etiam colli musculi, qui per latera œsophagi ad cartilaginem scutiformem feruntur. Hinc prima anginæ species, cæteris quidem diuturnior, sed curatu facilior multò ac tutior, vt propè nullum præfocationis periculum impendat. Altera huic proxima à materia paulò tenuiore & acriore, obfœsis inflammatione faucium musculis cum tumore ac rubore, qui ore aperto conspicuè cernitur, vnde & dolor maior, & periculum grauius insequuntur. Tertia omnium exitiosissima & læuisima, quæque (ait Hippocrates) citissimè hominem è vita tollit, cum nec in faucibus, nec in ceruice quidquam apparet, & tamen ingens dolor est, eaque spirandi difficultas, vt non nisi recta ceruice spiritus trahi possit. Hæc nanque vno, & altero, & tertio, quartòque die iugulat. Sedes affecta, musculi sunt laryngis exigui, in quibus tumor præter naturam neque tactu, neque aspectu percipi potest. Affectus, phlegmone, quæ spiritus viam naturaliter angustam occludit, vt hominem tandem strangulari contingat, vbi circūposita corpora penitus occupauerit. Materia, tenuissimus & acerrimus sanguis in angustissimas venas irruës. Ex his & dolor ingens, & orthopnoea, in qua propter angustiam recta ceruice spiritum trahunt, quò vel tantillum meatum patefaciant. Φάρυγγα ergo haud dubiè hic appellat spatium illud, quod ante gulam, gutturque situm est. ἰχθυή verò æqualitatè naturalem capacitatis totius oris, vt neque ψὶ τῆ φάρυγγι, in faucibus, neque ψὶ τ' ἀχίνα, in collo, vel color, vel calor, vel tumor præter naturam appareat. Ad aperto enim ore linguaque depressa libera cernuntur duo ostia, vnum gulæ, alterum gutturis, ac nihilominus ægri nec spirare, nec cibum

4. Aph. 30.

3. Progn.

A A



deuorare possunt. δυσφορία verò, id est, inquietatio comitatur tum propter dolo- rem à phlegmone: tum propter spirandi difficultatem, & summam meatus angu- stiam, quæ citissimè iugulare solet. Propterea subiicit δλθρον δξείωσ. Aliæ enim strangulationis species sensim euenire & interficere solent, vt in pulmonia, abscessu vel tuberculo pulmonis, aut thoracis, aut membranæ costas succingentis. Inflam- matio autem internæ membranæ asperæ arteriæ nunquam ita increfcit, vt meatus obturando strangulet, quoniã tenuis est, exanguis, & pauci sanguinis. Quartã anginae speciem addit Hippocrates non minus perniciosam, sed multò rariorem ex col- li vertebris in anteriorem partē luxatis, quæ ad hanc reuocari potest, quòd in ipsa gutturis quoque musculi inflammari videantur, de qua agitur Aphorismo sequente.

XLVI.

Οἱ (πνέουσι, ἀέλας), καὶ φωνὴ πνιγμώδης, σπίνδυλος ἐγκάθη, τὰ τέτοιαι ἐπὶ τῇ τελευτῇ (ὡς οἶον συσπώντος τινος τὸ πνεύμα γινεῖ).

Quibus spiritus retrahitur & vox strangulabunda est, vertebra intro desidet, his in morte spiritus quasi trahente aliquo redditur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Varia lectio, quia alij ἀέλας cohibetur: alij ἄνω ἐλας: quidam ἀέλας. Et qui ἀέλας spiritum cohiberi angustia viæ spiritalis: qui ἄνω ἐλας & ἀέλας spiritum, quem προχεραρον & μετέωρον interpretantur. Est autem spiritus eius- modi suffocantibus morbis familiaris, de quo antea. Fit autem spiritus eiusmodi thorace vehementer trahente ad inspirationem violentam concurrente motu musculorum, qui in sima parte scapularum & internis costis. Angustia verò viæ spiritalis cohibito spiritu. Oportet ergo tuberculum quoddam interiora gutture fuisse, aut musculis, qui guttur œsophago coniungunt. Inflammatio ergo copulas intro traherat, copula vertebras, ex quo angustior via spiritus reddebatur, & inde spiritus sublimis & sursum tractus. Est autem in eiusmodi affectibus modò violentior, vt hoc loco, modò minus violentus, vt in anginis, quas describit secundo Epidem. quibus spiritum non admodum sublimem fuisse scribit. καὶ φωνὴ πνιγμώδης. siue hoc modo, siue πνιγμώδης legat: vt in Prorrhethico, non ita refert. Est autem vox eiusmodi, qualis eorum, qui ὑψίφωνοι, & λεπτόφωνοι ob angustiam meatum acuta quidem voce & tenui, interdumque vitio laryngis hæsitans, fracta, in- continens, qualis eorum qui ἐγρόφωνοι, καὶ σπίνδυλοι ἐγκάθη. Hac ratione no- tat rarum genus anginae, quod describitur secundo Epid. in qua vertebrae intro lu- xarentur. ἢ τῆσι τελευτῆσιν, ad mortem, appetente morte. Sic enim sepe vsurpat Hippocrates. οἶον συσπώντος τινος. Iam conuulsio est musculorum: deinde cum vi maiore trahant, & per angustiam spiritus refringatur, eiusmodi spiratio & ve- luti singultuosa redditur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Spinalis medullæ affectus alij proprii sunt, vt sola intèperies, vel humor aliquis affluens, vt in erysipelate, inflammatione, atque vicere putri. Alij ad vertebrae pertinet, quæ suo loco commouentur. Priore modo siue dextra, siue sinistra pars laboret, citra tamen vertebrarum luxationem, omnium inferiorum corporis partium, quæ è regione nocuementi constituuntur, tam sensus, quàm motus læditur, & si vtraque spinæ pars affecta sit, omnes particulae tam in dextra, quàm in sinistra parte, ei, quæ læditur subiecta, similiter resoluuntur. Posteriore verò siue vertebrae in gibbum, siue in cauum, siue etiam in transuersum luxentur, fieri potest, vt nulla omnino partium inferiorum vel in sentiendi, vel in mouendi facultate vitium percipiat. Nam cum non paulatim, sed affatim, perinde ac si frangeretur, pars aliqua curua- tur, subiectas partes lædi necesse est: paulatim verò facta luxatione, atque in orbem magis, nihil notatu dignum patiuntur partes, quæ commota vertebrae sup- ponuntur

ponuntur. In obliquum luxatio lædit omnino partes eas, ad quas nervi luxatæ ver- tebræ perueniunt, idque magis in ceruice: in thorace minus: multò minus adhuc in lumbis. Nam ob tenuitatem vertebrarum ceruicis, timuit natura eas per medium ad exortum neruorum perforare, ideo ex fine superioris & initio inferioris a quæ prodeunt: quòd fit, vt intorta ceruicis vertebra insigniter comprimatur ex altero late- re neruum progredientem, ex altero tendat. Id quod minus in thorace, adhuc mi- nus lumbis contingit, quia in thorace superior vertebra magis, inferior minus con- fert foramini, vnde neruus prodit: in lumbis totus neruus ex superiori excidit ver- tebra. Quoties autem nervi à luxatis vertebris tenduntur, si vnà quoque inflam- matio accedat, conuulsio comitatur: quoties verò opprimuntur sine tensione, para- lysis sequitur. Luxationis autem vertebrarum externæ causæ sunt casus aut ictus: internæ verò immodica siccitas, aut humor vincula laxans, aut tumores præter na- turam, qui neruosa corpora vertebris ipsis atque spinali medullæ insita extendunt. Hi sunt duplices: aut enim ipsi musculi intumuerunt: aut genitum tuberculum ver- tebras è suis euercit sedibus, licet partes ipsæ similes nullum tumorem patiatur. Quoties ergo vel ictus aut casus præcessit, vel ceruicis vertebris adiacentes mus- culi à fluxione afficiuntur, id si circa primas ceruicis vertebrae contigerit, & inter œsophagum ac spinam, aut in musculis mediis inter laryngem & gulam cum op- pressionem laryngis, quarta anginae species exoritur, quæ hoc loco describit, & quam interdum Galenus ad tertiam reuocat, quòd laryngis musculi simul inflammari videantur. Quamquam non est necesse, vt angina morbus constituatur, guttur pro- prio affectu vexari. Sunt enim duo tantum signa pathognomonica, quæ anginam constituunt, & ab aliis omnibus morbis separant, nimirum difficultas respirationis nullo existente vel in thorace, vel in pulmone vitio (quomodo differt à pleuritide & peripneumonia) & angustia sensus in gutture. Quinetiam Hippocrates in Pro- gnostico videtur anginae nomine appellare omnes affectus, qui huic loco accidunt si vnà spirandi difficultas accedat. Hæc autem species anginae cæteris multò rarior & pueris magis quàm adultis familiaris, duplex est ex varietate loci affecti. Nam vel fit circa secundam vertebram: vel sub secunda, circa dentem, id est, partē quan- dam denti canino similem, quæ à secunda vertebra procedit, aut potius processum secundæ vertebrae ad caput extantem. Sub hac dentali vertebra tumore exorto & luxatione cum cavitata tactu percepta in ceruice, angina fit minus acuta, quàm circa secundam vertebram, quia spinalis medullæ partes quòd altiores fuerint, eò sunt præstantiores, ob idque quòd inferior primis duabus vertebris fuerit dispositio, eò minorem inferret noxam, præsertim cum septi nervi sub quarta & quinta ver- tebra prodeant. Hippocrates secundo Epide. exactissimè vtramque hanc anginae ex luxatione vertebræ speciem describit, atque obseruat, cum morbus esset popu- laris ex constitutione temporis, eos omnes, quorum tumor erat reclusus, id est, luxatio non ad latera, sed antrorsum tantum, nec febris laborasse, nec perisse, nec in paraly- sim incidisse, quòd ea non premerentur neruorum exortus. Quorum verò tumor, siue luxatio obliqua esset, & ad latera, paraplecticos euasisse, id est, media parte re- solutos: ex quibus qui febricitarunt, perierunt omnes. Erant (inquit) anginosorum affectiones huiusmodi. Ceruicis vertebrae ad interna conuersæ sunt: aliis quidem plus, aliis verò minus, atque in partibus exterioribus manifesta videbatur in cerui- ce concavitas: dolorem æger, vbi illic tangebatur, sentiebat. Accidit etiam angina cuidam sub ea vertebra, quam dentem nominant, verum non adeò acuta: quibus- dam verò ob rotunditatis magnitudinem, omnino conspicua. Hæcenus Hippocra- tes. Deinceps verò symptomata recenset, quæ hoc genus anginae sunt insequuta. Ea sunt faucium molestia quædam sine inflammatione: sub mento tumor inflamma- tionis quoque expers: adenes sub mento sine dolore, & sine tumore: lingua exerta, & in motu laborans, quoniam à compressa vertebra premebatur: deglutio magno cum labore, & si vi quadam deuorare conarentur, ingestorum per nares refluxus: ex naribus loquela: sublimis spiritus, vel elatus, id est, paruus & densus: vena qui- butdam in capite, temporibus, atque ceruice in tumore sublata: angustia spiritus & strangulatio, cum vel sputum, vel aliud quippiam deuorare tentarent: quibusdam

3. Prog. 18

2. Epid. sect. 2 ad finem.

paralysis, & similia. Modus omnium sic habet. Luxantur vertebræ, cum adiacentes partibus interioribus musculi gulæ substrati, aut gulæ ipsius vel inflammantur, vel quouis modo distenduntur, vt à tuberculo, aut immodica siccitate. Sic enim vertebram totam præsertim secundam ad se trahunt, vt locus in posteriore parte cauus cum dolore relinquatur, in angustum adducto summo gutture, vnde primùm ægri vix deuorare possunt, ac tandem crescente malo strangulantur. Nam partibus illis per neruos & ligamenta communio quædam & societas est cum dorsali medulla, & meningibus ipsam ambientibus, & vertebris. Quòd fit, vt cum ad partes inflammatas ligamenta & nerui tenduntur, vertebras quoque vel intro, vel ad latus trahi necesse sit, quæ fauces, gulam, & gutturis introitum premunt, atque arctius coangustant. Proinde ceruix ponè excuatur, ægræque & cum dolore inflectitur, quibus notis distinguitur à primogenia inflammatione laryngis. Quòd si musculi vnus lateris vehementius conuellantur, in id latus inclinabit vertebra, accedetque deglutiendi difficultas, & quandoque portio rei cæctio per nares. Quamquam sola inflammatio musculorum gulam circumdantium vehementer deglutionem impedit, quæ non solum naturale, sed & animale opus est. Cum enim inter laryngis numerosos musculos, quidam gulam circumdant & gutturi coniungant, eorū ope appositè animal, vbi placet, detrudat alimētum. Quòd verò gulæ inferius est, & detrusionis impetu, & grauitate propria, & naturali villi ope peragitur. Dolor autem cruciat, quoties tensionis causa est inflammatio: minor est, aut planè nullus ab immodica siccitate, quæ sensim euenit, tamen si mortifera magis sit, quàm ab inflammatione. Ob idque hic doloris non meminit: & in Aphorismis de lethali agens adiecit, febre detento. Quasi dicat eam luxationem, quæ ab immodica siccitate, quam febris inducit, oborta est cum difficultate deglutiendi, lethalem esse ratione febris, quæ est & concausa mortis, & signum siccitatis immedicabilis. Eum Aphorismum ita reddidit Celsus. Cui in febre nullo tumore apparente in faucibus ceruix conuertitur sic, vt deuorare æquè non possit, seruari non potest. Hic verò aliud periculum posuit ex strangulatione. Nam initio & gula magis oppressa, quàm larynge, maior est deglutiendi difficultas: in progressu aucta febre, & grauius laborante larynge, maior est respirandi, quamquã oppressio cesophago arteria quoque clauditur. Ex quibus intelligitur in hoc affectu mortis periculum pendere à febre, siccitate, & difficultate tum deglutiendi, tum respirandi: non autè ab inflammatione, aut luxata vertebra, quæ per se lethalia non sunt. Hanc spirandi difficultatem expressit his verbis, πνεύμα ἀναλαβέει, spiritus retrahitur: vel ἀνω ἐλαβέει, sursum trahitur eodè sensu: vel ἀνέχεει, cohibetur spiritu per angustum foramen violenter inspirato: quod postremum in nullo exemplari reperitur. Spiritum autem retrahi, vel sursum trahi idè est, quod spirationem sublimem apparere, in qua thorax inter inspirandum partibus superioribus valde dilatur, vt scapula moueri videatur, quomodo omnes, qui præfocantur, respirant. Etsi autè spiritus sit sublimis, vel elatus, nõ est tamè (quod quidã opinantur) magna spiratio, sed parua & densa: ita dicta, quoniã paucus aër inspiratus nõ videtur posse pertingere ad inferas thoracis partes, sed in sublimibus tantum eius partibus consistere. Rectè autè dixit in morte spiritum quasi trahere aliquo reddi. Nã initio spiratio nõ est admodum parua, quia per cõsensum, nõ proprietate, fauces afficiuntur. At cum ad extrema ventum est, vsu magis ac magis vrgete conuulsiva respiratio apparet, thorace quidè vehementer trahente cum motu quodã conuulsiuo: spiritu verò meatum sufficientem non habente, sed per summam angustiam quadã & summo conatu inspirato. Vox autè redditur πνιγμώδης, id est, cum strangulatione & orthopnoea, aut qualis in his, qui strangulantur intercepto motu laryngis. πνιξ enim strangulationem designat, ad quam recta ceruice spirare coguntur. Atque hæc fusius, quòd à paucis locus ille Hippocratis intelligatur.

4. Aphor. 35.

XLVII.

Φάρυγξ βηχουσι & ἐπὶ ὀλίγον, καὶ κοιλία κενεῖται ἀναστρέφεται μετὰ πνοῦ ἀλγύματα, ψιλοφάδες, ὀδυνώδεις. & ἐκ τῶν αὐτῶν ἀνέχεσθαι, δύσκολα.

Que fauces paulò exasperate sunt in eo, qui inani desiderandi cu-

piditate sapius desurgit, & à fronte dolet, & quasi aliquid venans palpat, doletque: quæ ex his inualescunt, difficilia.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Descriptio est ex obseruatione empyrica alicuius ægri, cui è pleniore cerebro aliquid acris materiæ partim in fauces, partim in ventrem deflueret. Illinc exasperatae fauces: hinc inanis desiderandi libido. Dolor autè frontis ferè comes est plenioris cerebri, aut exuperanti qualitate læsi, vt aliarum quoque partium, maximè brachiorum, ceruicis, lateris, in quas aliquid vitij decurrit. Palpare verò delirij signum est, de quo antea. Atque hæc si inualescunt, reuera difficilia, quia difficiliter soluantur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Adem sententia in Prorrhetico scribitur, sed additis quibusdam de somno conuulsifico, mictione difficili, dolore ex stragulis, ac vestimentis, qui significat vel præ lassitudine contactum eorum, quæ substernuntur, aut circumferuntur, ferri non posse, vel oblata mente dura videri, aut mordentia, quæ reuera talia non sunt. Est autem diuersorum symptomatum parum artificiosa congeries, & ex his coaceruata, quæ sunt ἐπερογενή. In eandem tamen affectionem omnia quodammodo conuenire possunt, nimirum in phrenitidem, in qua per μετέσπρωσιν aut μετέσπρωσιν humorum nondum in vna parte obfirmatorum transfluxionem diuersa & in diuersis partibus ac facultatibus symptomata mutuo sese excipiunt. Nam humoribus firmatis iam, & aliquo in loco infarctis vna species symptomatum sequitur naturæ partis affectæ, & humoris qualitati conueniens. Aut igitur æger falsò sibi hæc omnia persuadet, vel interdum de his conqueritur, interdum verò non (quòd vox, ἐπὶ ὀλίγον, significare videtur) aut reuera hæc patitur. Priore modo signa sunt phrenitica. Duobus siquidem modis in iudicando falluntur phrenitici, quoniam vel quæ sub sensum cadunt, non percipiunt, tamen si dolorem persæpe inferant: vel quæ non sunt, aut sensui non obiciuntur, esse putant, ac se sentire constanter affirmant, quemadmodum qui tibicines abigi iubent læso cum iudicio auditu: aut pondus auferri: quod sibi incumbere putant corrupto sensu tactus. Atque hæc visorum species pedit etiam ex cõsensu ventriculi, vel pulmonis, vel vasorum totius ad cerebrum, exustis vaporibus & intercessu capitis ad oculos accedentibus, vnde interdum crisis, interdum mortis periculum præmonstratur ex significata humorum vstione. Cum enim non quiuis halitus sensus, imprimis verò visum impediatur, nisi præ vstione crassecat, multam subesse corporis inflammationem simul cum vaporis copia necesse est, quæ intra caput contineri non potuit. Sed & morituri propè omnes etiam clausis oculis propter idolorum vagum & incertum motum videre se credunt, quibuscum loquantur, à quibus terreantur, & exiliant. Quòd si reuera horum omnium symptomatum concursus patitur æger, nec in iudicando sibi imponat, humorum migratio ab vna parte in aliam significatur. Cum enim phrenitis facta iam, & absoluta est, humor eius causa firmatus hæret in cerebro, ibique diffusus vnam quidem affectionem concitat, nempe phrenitidem: variis tamen modis & motum, & sensus omnes afficit, prout hanc, vel illam partem magis inuaserit, vnde quædam etiam fit variorum symptomatum permutatio, sed in vna communi affectione. Antequam verò firmetur, sursum deorsumque oberrans, modò in capite, modò in partibus inferioribus consentanea sibi symptomata edit, qualibet parte in aliam à se, quod molestum est, detrudente. Ea ratione fit, vt si æger modò de asperitate faucium conqueratur, modò se nihil sentire dicat, vel mens aberret, vel humores transfluant. Ita enim loquitur Hippocrates. Idem iudicium de alui irrito conatu ad egerendum. Aut enim surgunt ægri egerendi causa, cum tamen nulla causa sit, quæ ipsos vrgeat, nec quicquam infra descendat læsa mente: aut reuera ab humoribus eò transluentibus irritantur. Eodemque modo circa frontem dolent ψιλοφάδες palpando contrectantes, aut cum palpo inani opera aliquid querentes, quod in Prognostico dixit κροκιδίσειν, atque καρφολογεῖν, quæ significant tomentum & festucas legere. Hos manuum gestus, id est, actiones & motus eodem modo, atque in his, qui suffusione, quam ὑπόχυσιν Græci dicunt, laborant, ab

3. Prorrh. 16.

z. Prog. imaginatione prouenire scribit Galenus. Cuncta enim, quæ inter crystallo similem humorem, & corneam, quæ pupillam ambit, tunicam, hi vident, foris posita esse arbitrantur, propterea quod dum recte valerent, omnia soliti semper erant in aduerso aere conspiciere. In febre autem acuta, pulmonis inflammatione, phrenitide, & capitis dolore absque cruditate ventriculi & suffusionis suspitione hæc indicant humorem aliquem nigrum, aut crassum medium sese opponentem veritate, quominus visus splendor foras exeat, vnde imagines nascuntur pro natura impacti humoris, & vaporis eiusdem. Siquidem interdum velut pilos quosdam, vel tomentum, vel stamen, interdum nigros culices, aut muscas prætenuolantes videre se imaginantur, aliquando verò alia lentibus milisue similia. Cæterum graues sunt merito affectus illi, qui pariunt eiusmodi symptomata. Nam febris quidem acuta, & pulmonis inflammatio, & dolor capitis propter humorum abundantiam, capitis repletionem, & humorum in oculos conscensum illa inducunt, phrenitis verò propter affectæ partis dignitatem. Hæc enim toto genere perniciose est: febris autem & pulmonis, capitisque dolores ob magnitudinem. Siqua ergo ex his augeantur, inquit Hippocrates, firmata affectione, & natura in eo quasi conflictu superata, difficilia sunt, vel potius lethalia.

XLVIII.

Τὰ καὶ φάρυγγα ἰσχυρὰ ἀλγήματα, τὸ παρ' οὗς ἐπαρμα, καὶ ἀσσομὲς ἐργά-  
σθαι καὶ σαχίλα καὶ νόσος ἀλγήματα.

*Vehemens faucium dolor tumorem ad aures & conuulsiones excitat, adhuc colli dolores ac dorso.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**ehemens faucium dolor à vehementi inflammatione commouetur, à qua metuus est, ne occupata via spiritus æger suffocetur. Quod si vi naturæ in aurium regionem materia diuertit, πῶρις dicta existit. Si foras vertitur materia, dorso collique dolor mouebitur. Si in cerebrum recurrit, aut neruus habeat, conuellit æger. Quæ omnia in vno aut altero ægro obseruata scripsisse verisimile est.

DESID. IACOTII COMMENT.

lib. de gland.

**Ἰσχυρὰ ἀλγήματα** dolores grauisissimi in faucibus mouentur ab inflammatione graui, aut humore acri, qui in musculos illarum partiū decumbit. Ab his tamen neque conuulsionis, neque parotidum certum præsignium sumi potest. Caput enim (ait Hippocrates) supra situm est, sursum cauum ac rotundum existens, & humiditatem ex reliquo corpore complectens. Corpus verò simul vapores omnis generis sursum in caput demittit, quos caput rursus retro demittit. Non enim immorari ac manere potest id, quod influit, non habens vbi sedem firmet, nisi sanè caput ægrotet. Tunc enim non remittit, sed istuc retinet. Fluxiones autem fiunt ad aures, oculos, nares, guttur, fauces, dorsalem medullam, venosum genus. Similiter in febribus translata in cerebrum materia caput replet, atque opprimit, indeque diffusa in aurium glandulas, parotidas facit: in partes neruosas, conuulsionem: in collum ac dorsum, dolores: in substantiam cerebri, deliria. Sed & oppresso à fluxione œsophago, difficultas deglutendi: impedito laryngis motu, vel rupta vomica, suffocatio sequi consuevit. Est enim axioma medicū, pleno & grauiter affecto cerebro posse quoduis symptoma vel in sensibus, vel in arbitrariis motionibus, vel in vicinis & sociatis partibus exoriri, prout humor redundans huic vel illi parti communicatur. Potest quoque natura morbo robustior inuenta vel hæmorrhagiam moliri, vel salutare parotidas, vel suppurationem.

XLIX.

XLIX.

Μετὰ πυρετῶν ὄξείας ἀσσομοί, ὀλέθριον.

*Cum acuta febre conuulsio lethalis.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**æc sententia frequens est in libris Hippocratis, & quotidiana experientia confirmatur. Conuulsio autem aut particularis aut vniuersalis. Atque hæc lethalis omnino est, illa non omnino vacat periculo. Qualis est in gesticulatione manuum, in offensante respiratione, in blefa vocalabri, nasi, oculi & palpebræ peruersione. Iam verò in febre conuulsio esse potest ab inanitione, quæ omnino lethalis est, & à multitudine crudæ frigidæque materiæ, quod in autumnalibus febribus, hæmitritais, & aliis eiusdem generis videre est. Hic vt non ita sit lethalis conuulsio, neque tamen sine periculo esse potest.

DESID. IACOTII COMMENT.

**C**onuulsio, vt alibi dictum est, tribus modis fieri potest vario discrimine. Est enim conuulsio quædam per proprietatem neruorum perpetua, non interrupta motibus prodiens à causa morbifica parum agente natura, quam Hippocrates scribit ortum habere vel à replente humore, vel à deficiente. Illius exemplum est in opisthotono, emprosthotono, tetano, & in vulneribus, in quibus occluso foramine, & aucto intus dolore, copia humoris, quam dolor allicit, cohibita neruum inflammata & replet, aut humor quiuis etiam sanguis siue inflammet, siue tantum neruum occupet, propter crassitiam aut repletionem neruos in latum extendit, in longum coarctat. Huius verò in febre vrente, & post inanitionem aut conspicuam, aut insensibilem, in qua non à frigore mordente, sed ab ingenti deformique ariditate propter humidæ substantiæ inæqualem defectum, fit partium concursus propter vacui fugam. Tertia conuulsionis differentia, aut verius conuellens motus per consensum partis alicuius affectæ ac demorsæ oritur, nec facta est, & quiescens, sed fit tantum, & in motu est, atque ab agente natura ac pellente noxam, non à solo morbo peragitur. Verbi gratia, in partibus neruosis, quæ & exactum sensum habent, & societatem per neruos cum cerebro, puris, aut humoris, aut medicamenti vapor, aut noxia qualitas neruum, vel cerebrum per neruum offendens excitat vim animalem, quæ inimicam qualitatem deuittans neruum conuellendo contrahit. Disserrunt autè & curandi ratione, & euentu, quia ex siccitate humiditatem, ex humiditate vacuationem, ex morfu lenientia, ex frigore calefacientia postulat. Prima verò species semper difficilis est, sapius lethalis: secunda incurabilis, nisi cum fieri incipit: tertia ambiguum habet euentum. Docet ergo Hippocrates neque à plenitudine, neque à morfu conuulsionem semper esse lethalem, præsertim si eodem die desinat, vel altero, & si materiam è cerebro, aut parte alia nobili excutiat. Etenim conuulsio motus ciet naturalibus vehementiores, ita vt partes violenter concutiantur. Proinde si obstructio, vel copia humorum crassorum aut glutinosorum, vel impactio fuerit in partibus neruosis, vel materiæ in caput translatio facta sit, aut critica motio, iuuare aliquando potest. In pueris quoque minus habet periculi, quia propter neruosi generis infirmitatem leui de causa conuellantur. Hippocrates quoque in statu frigido & humido conuulsiones scribit multis, & pueris magis ab initio contigisse, & febriisse, atque in febribus conuulsiones factas fuisse: quæ omnia (inquit) plerisque horum diuturniora quidem, sed innocua erant, nisi his, qui ex aliis omnibus perniciosè haberent. Idem iudicium de conuulsione propter morsum ventriculi ab acrimonia humoris, aut medicamenti, aut à contentione in vomendo. Præterea spasmo, aut tetano febris superueniens morbum soluit, quoniam (ait Galenus) febrilis calor partim superfluum digerit humiditatem: partim frigiditatem concoquit. In febre autem acuta conuulsio cum dupliciter oriri queat, aut à morfu & acrimonia biliosi humoris, vel vaporis: aut ab humidi innati defectu, hoc quo-

12. meth. ult.

1. Epl. sect. 2.

in Aphor.

que, quod hic scribitur, sine limitatione recipiendum non est. Priore enim modo in febre acuta prava est admodum conuulsio doloris acerbitate, & causa magnitudine: non tamen plane lethalis, ut posteriore, a siccitate, & humidi consumptione, quam vrentis febris calor extraneus inuexit. Etenim cum febris acuta & vehementis, ignis instar, nervos arefecit, ut inde eosdem tendi, conuulsioque necesse sit, nulla iam salutis spes superesse potest. Nonnunquam vero viscera quoque ipsa per talem affectum dolent propter inflammationis & siccitatis vehementiam, quod eadem ratione perniciosum est, idque multo magis, si graues dolores accesserint per Aphorismum, In acutis febribus conuulsiones, & circa viscera dolores vehementes malum. Et alibi, Propter vigiliam conuulsio aut desipientia malum. Galenus causam affert, quia vigilia exsiccant, & sanguinem biliosorem reddunt. Ex quibus intelligitur quomodo & quando conuulsio in febre, aut a febre sit lethalis: ante febre vero, aut initio febris minimè, quoniam illius siccitatem, huius repletionem causam esse consentaneum est. Ob quam etiam causam scribit Hippocrates, conuulsioni febre accedere fatius esse, quam conuulsionem febrili. Meritoque non κακόν, ut in Aphorismis, sed ἀλθέρων dixit hoc loco quia de sola conuulsione a siccitate loquitur. Nervi enim & multum temporis ad siccitatis emendationem postulant, & celerimè conuelluntur rescicati, nec morbi vehementia inducias admittit.

4. Aphor. 66.

1. Aphor. 26.

L.

Τραχήλις καὶ πήχειων ἀλγύματα ἀσασμώδεα, ἀπὸ προσώπου ὁ αὐτοῦ, καὶ τῆς φάρυγγα.

*Cervicis & cubitorum dolores conuulsiones accersunt. Sed a facie, & iis, qua circa fauces talia excitantur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN Prorrhethico πῆχειος ἀλγύματα μετὰ τραχήλις, vbi variè se torfisse interpretes Galenus ostendit. Ac iam materia è cerebro in cervicem & cubitos defluente dolores fieri sepius constat, à quibus non sequatur conuulsio. πρὸς ὅσον autem κεφάλῳ dicit, ut sit hæc sententia, Dolores qui, &c. Conuulsio ergo si quando his accidat, eorum erit, quæ rarius accidunt. καὶ τῆς φάρυγγα. Non est finis huius sententiæ, sed initium sequentis, καὶ τῆς φάρυγγα ὄχι, ἰχνοί, πνευλιζόντες.

DESID. IACOTII COMMENT.

Cervicis dolor affectis partibus externis nihil mali portendit in febre acuta, ut Calibi dictum est. Qui verò ab oppressione partium posteriorum cerebri, & humorum diffusionem in spinalem medullam, aut membranas eius ducit originem, valde perniciosus est, & conuulsionis prænuncius, accedente præsertim grauiore aliquo symptomate in cerebro, ex quo certius intelligatur morbosam in ipso affectionem contineri, cuius consensu cervix doleat. Est enim cervix pars nervosa, ac prope cerebrum sita spinalem medullam continens, quæ per nervos partibus inferioribus mouendi facultatem impertit. Ostendit ergo illius partis dolor copiam materiæ in cerebro, aut malignam quandam qualitatem, quæ cum nec à natura euinci possit, nec loco contineri, in eas partes redundans nervos implet, ac spiritui animali præcludit exitum, vnde conuulsio aut paralysis sequi consuevit. Dolente autem ceruice ac dorso, & quandoque musculis, qui sunt ad omoplatas, lassitudinis speciem perpessus dolor ad cubitum descendit, & nonnunquam ad manum vsque, quoniam eò nervi perueniunt à quinto, sexto, & septimo pari nervorum cervicis. In quo affectu siue per defluxionem fiat, siue per doloris communicationem, Hippocrates sectionem venæ imperat in eo Aphorismo, Quæcunque rupta à dorso in cubitum descendunt, venæ sectio soluit. Vbi Galenus pro ruptis rectius dolores legi scribit. Præterea eos dolores, qui locum mutant, ex defluente humore fieri, aliquando

6. Aph. 22.

quando solo, magna verò ex parte crassum & flatuosum spiritum coniunctum habente, quem humorem excipere & vacuare oportet secta in cubito vena, ad quem fluxio decumbit, quia eò ducendum sit, quò natura inclinatur, & humores repunt per loca conuenientia. Quanquam fluxionis initio nihil impedimento est, quominus ex altero brachio, aut crure directo sanguis mittatur reuulsiois ergo. Addidit autem à facie, & secundum fauces, id est, à capite, ut ostenderet inde esse totius mali originem, & fluxionis continuationem.

L I.

Ὀχλοί, ἰχνοί, πνευλιζόντες, ἐν τετρίῳ ἐν ὑπνοῖσι ἰδρωτες ἀγαθοί. Ἡράγε καὶ τῶν ἰδρωτῶν κερφίξουσι, τοῖς πλεῖστοις ἐπινοῖον? οἱ ἐς τὰ χεῖρα ὄντοι τετρίῳ εὐφοροί.

*Pallidi, graciles, sputantes, in iis per somnum sudores boni. An & sudoribus leuari plurimis non malum? Siquidem dolores iis ad infernas partes transferentur, facile perferri possunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN Prorrhethico καὶ τῆς φάρυγγα ἰχνοί σπυλιζόντες. Sic enim multi interpretantur. Sed qui ita separant, tollunt particulam καὶ. Alij non ἰχνοί legunt, sed ὄχλοι tumultus, ut Dioscorides capito, quomodo in his Coacis ὄχλοι. At omnes ferè σπυλιζόντες, non ἰχνοί legunt. Sunt autem hæc omnia diuersi generis symptomata. Atque hæc posteriora τῆς φάρυγγα, & quæ sequuntur, nihil ad conuulsionis prælagium conferre volunt. Atque in hoc opere eiusmodi sonitus hæmorrhagiæ potius signum fecit. Siue autem πνευλιζόντες legas, siue σπυλιζόντες, non magni refert. Est enim sputatio illa & saliuæ frequens eadem prope, quæ ut screatus inter signa phrenitica numerantur. Quid autem per hæc intelligat, non facile colligas. Nam strepitus quidam in faucibus esse potest, qualis in screatu, aut materia illic feruente à spiritu concitata. Nec si ὄχλοι legeris, & ἰχνοί, quare ad alia transire melius est.

In iis per somnum. Sudor non quia fit in somno, bonus est: sed quia antegressa coctione, die critico, calidus effluit per vniuersum corpus, & morbum soluit. Nisi quis dicat per somnum tepido calore relaxata cute corporis robustam naturam excitasse sudores, atque ea ratione periculo conuulsionis ægros liberasse, quod quidam interpretes Prorrhethici voluerunt.

An & sudoribus leuari plurimis. à sudoribus leuari & bonum, & non bonum. Bonum quidem si feruatis legibus utilis sudor, qui proximè scribebatur: non bonum, si ἀδολόγως. his enim, quæ non ex ratione leuant, non oportet fidere. Sic igitur sudor is bonus, si rectè effluxerit: non bonus, si præter leges sudorum. Siquidem dolores iis ad infernas partes. Mirum quod interpretes ambiguitate verbi ἐς τὰ κάτω μέρη alij quidem εὐφοροί, qui videlicet crura intellexerunt: alij δὲ σφοροί, contraria sententia, qui thoracem & ventriculum infernas partes intellexerunt. Sed homini non controuerso τὰ κάτω μέρη hoc loco facile intelligentur, quomodo sæpius vsurpatum ab Hippocrate crura intelligit in abscessibus καὶ μετὰ δεσιν. Quanquam non ignoro τὰ ἄνω, καὶ τὰ κάτω dici aliquando per relationem, ut caput ut superius, thorax inferior: thorax superior, venter inferior. Ac rursus quæ supra diaphragma gibba hepatis & os ventriculi superiora dici, quæ subsunt his, inferiora. Ac rursus δὲ σφορον si è ceruice & cubitis in thoracem & ventrem. Non protinus εὐφορον si in crura. Quibusdam enim contingit, ut abscessus in gangrænam transeat, liuescant partes & nigrescant, vnde vel exitium, vel partis detrimentum imminet ægro.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hæc sententia cum priore coniungitur in Prorrhethico. Capito vetus Hippocratis interpres (ὄχλοι, id est, pallidi) legebat, ut hic scriptum est. Galenus id repre

3. Prorrh. 22

id reprehendit, quod exemplaria omnia tum scriptum haberet vel ἄχοι, sonitus: vel rectius adhuc ὄχλοι, tumultus, aut irritamenta, quæ excitantur à defluxione è cerebro, & perturbationem ægro pariunt. Hi autem à sudore per somnum iuuantur, modò ne sit à nimio cibo, aut copia grauantem, quod humiditates tenues & acres, quæ fluxionem promouent, aliò auertantur & exeant, multaque fiat distributio. Per somnum verò, quia tum coctio, tum secretio melior fit, corpus intus relaxatur, nec vi morbi sudor exprimitur, qui sub finem somni in his, qui sudandi causas habent, frequentior esse solet. Quare eum sudorem accipere oportet, qui naturæ robore excluditur cum venarum, arteriarum, & pororum laxitate: non autem, qui vel re-tentricis imbecillitate, vel alimentorum, aut humorum copia effunditur. Nam sudor ex somno plurimus absque manifesta causa, significat corpus plurimo cibo vti. Si verò cibum non assumens id patiat, ostendit purgatione opus esse. Cur verò somnus sudorem moueat, & alias omnes vacationes retineat, multæ sunt causæ. Nam torpescente sensu minus irritatur expultrix, corpus non turbatur motu vt in vigiliis, contentas materias intro figit & firmat, nec moueri patitur. Multus tamen sudor prodit, primùm quia alimenti halitus, qui in vigilia occurrit raræ calidæque cuti, vt faciliè & citra sensum perspiret, per somnum à carnium dēsitare cohibetur, & per moram concretescens in sudorem abit. Deinde quia ille halitus à visceribus ad extimas vsque carnes tantò copiosior funditur, quantò amplius alimentum dormienti coquitur, quàm vigilianti. Tertio quia (inquit Aristoteles) vapor corporis, si liberè diffatur, impingens in locum, vbi non moretur, euāescit: cohibitus per moram abit in sudorem vt in alis, inguinibus, & aliis cauitatibus, ex quibus non citò difcutitur vaporosa humiditas: eodémque modo in somno, per quem non diffatur, nec motu corporis dissipatur sudor. Præterea aliarum expurgationum inopiam natura copioso sudore compensat, & multis iuxta cutem serum in vasis continetur, quod confestim exudant per somnum, vel expresso ob substantiæ tenuitatem sero in recursum humorum: vel densitate ipsa carniū exprimente: vel potius re-tentrice propter innati caloris absentiam deficiente. Quòd si in febre sudores hi fluant, copiam humorum designant, & ex communi vtilium sudorum lege diiudicandi sunt. Sunt autè in vniuersum eiusmodi, vtilis esse sudores omnes, & in omni morbo, qui calidi sunt, humore morbifico concocto fluunt, diebus criticis, per vniuersum corpus, & cum febris ac symptomatum remissione. Sudore autè quàm plurimos leuari, bonum esse, aut certè non malum, perspicuum est, modò vera sit alleuatio, nec à victa natura. Sic enim interdum à sudoribus, cum refici videntur ægri, intereunt, vt alibi demonstratum est. Ob idque dubitadi notam apposuisse videtur. Dolores autem ad inferas partes his toleratu faciles sunt, in quibus humores relietis partibus superioribus quàm longissimè ad inferiora abscedunt, vt ad crura. Si enim in thoracem, aut ventriculi os conuertantur, difficiliore multò sunt, quàm cum essent, verbi gratia, in ceruice, aut cubito.

## L I I.

Ἐν ἀλγίματι νότιο ἐν τῆς αἰματώδους ὑρῆς ἐπιπέσει, ὁ δὲ ἄριστος ἐπιπρόσιτος.  
*In dorso dolore & pectoris prærubra vrina subsistens cum dolore mortalis est.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**olores dorso & pectoris intelligit vel pleuritidem eas partes occupantem vel alium simile affectum: quomodo in lib. de morbis, lethalis morbi dorsalis, & pleuritidis è pectore meminit, in quibus vrina αἰματώδης, & mors primis diebus accidit. Ac multò magis si ea vrina suppressa materia sursum in caput rapitur, aut diuertit in thoracem, quanquam aliquando robore naturæ vrina suppressa profluuiū sanguinis, aut alia excretio critica sequi potest, quod aliis signis, quàm vrinæ suppressione distingui debet.

DESID

**S**Aepe solet Hippocrates notata parte exteriori interiora intelligere. Sic ὀσφύς pro renibus: φάρυγγ pro gutture interiori: πλάγος pro spinali medulla, aut eius membranis in ceruice: πωχόνδριον pro hepate: λαγῶνες pro intestinis, & hoc loco ac sequentibus νόστος καὶ σπῆθος dorsum ac pectus pro interioribus vsurpantur. Notata enim parte, quæ sensibus patet, interiorē affectionem medico relinquit inuestigandam. Cùm autem in dorso ac pectore multæ partes sint, quænam ex his patiat, in cuius dolore vrinam cruentam perniciosè suppressi, aut cum labore, scribit, non liquet. Itaque id ex aliis signis perscrutari conuenit. Nam si in musculis consistat affectus, tactu ferè deprehenditur, & ex eo, quòd excrementa alui, vesicæ, & pectoris pura cernantur. Si verò in dorsali medulla, his in partibus torpor percipitur, quæ ex affecto loco enascuntur, & in nervis tremor, conuulsio, aut resolutio. Si in renibus, ex vrinis: in pectore, ex sputis certissima erit diagnosi. Cùm autem nullius horum meminerit, præterquam vrinæ cruentæ, affectos renes conuicere oportet, qui percolandæ vrinæ à sanguine instrumenta sunt, idque aut primigenio affectu, aut per consensum. Dicitur est autem vrinas valde rubras, quas Hippocrates ὑρῆ ἐφῆρθηρα vocat, & αἰματώδης, cruentas esse, quæ carnis recentis loturam, aut puriorem sanguinem repræsentant, ac planè refrigeratæ quasi grumum concreti sanguinis ferè deponunt. Aliæ enim rubent, sed perspicuæ sunt, & quodammodo ardent à calore renum, qui auidius & vberius sero permixtum sanguinem trahunt, nec propter imbecillitatem ex eodem calore extraneo fecernunt, aut bile multa serum tingunt, quòd fit, vt coloratus ad vesicam confluat, & corpus paucius alatur. Aliæ etiam crassæ, obscuræ, & saturato quodam, sed impuro rubore inficiuntur à multa bile rubra, aut vetellina, vel flaua copiosiore, vt in auruginosis. At quæ reuera cruentæ sunt, nec casu, aut ictu in dorsum tales euaserunt: aut imbecillitatem renum, aut nephritidem testantur, affectionem videlicet reni propriam, quæ est lapidis & arenularum generatio. Vt enim hepaticum dicimus eum, qui sanguificandò labitur, & caliacum, qui chylicandò, sic & nephriticum. Cùm autem renum actio sit sanguinis expurgatio, & seri ab eo secretio, vbi id non agunt, vel quia imbecilliter, vel quia corruptè, nimirum copiosius trahunt, vel quia attractum non expurgant, debilitati dicuntur, quod ad varia morborum genera, variâque causas sequitur, maximè verò ad magnam aliquam intemperiem: extenuationem: meatuum dilatationem, & carnis relaxationem. Sed in his nullus dolor percipitur, nisi rarò & per accidens. Atque hoc modo vrinæ cruentæ proportione respondent valde rubenti alui proluiui. Vt enim deiectionis carnis recens macerata loturæ similis, quam Hippocrates valde rubentem proluiuiem vocat, affecti iecinoris proprium symptomata est: ita prærubra vrinæ renum suo munere perperam functorum, vt Galenus docet. Quia autem imbecillitas sola, vt dixi, doloris expers est: hic verò doloris meminit, consistat vel phlegmonem renum, vel calculum ex vrinis prærubris cum dorso dolore significari. Dolor enim renum à calculo, arenulis, pituita, grumo, flatu: aut in febre ab inflammatione, vel calore immodico oriri solet. Phlegmone autem signa sunt febris inordinata, initio & in phlegmone non insigni leuis: tráfacto verò principio, atque inflammatione in peius proficiscente, aut in grauiori inflammatione vehemens, cum remissione & exacerbatione, horrore quodam & refrigeratione manuum ac pedum. Dolor etiam percipitur cum grauitate circa renem inflammatum, si ipsius caro laborat, & pulsatorius est: si inflammatio magna sit, vt arteriæ inde comprimantur. In calculo verò dolor non semper sentitur, vt cùm iam intra carnem renis concretus est: aut ad sinum peruenit, aut ex vteribus in capacitatem vesicæ lapsus est. Contra verò cùm in sinu oritur: solo descensus tempore acer dolor vrget, reliquo sola grauitas: & si in media carne gignatur, acerbis dolor concretionis tempore excitatur: itémque cùm à media carne ad sinum trahitur, vt in vniuersum tribus modis dolor in nephriticis fiat, totidémque mitescat sine excretionem calculi. Præterea supra renes non ascendit, vt in dolore intestini, nec à suo loco vsquam ex toto discedit, & ferè dextrorsum vergit. Adde quòd vacatione sursum



sum ac deorsum is nunquam ita lenitur, aut integrè cessat, vt colicus, sed inanitionis etiam tempore manent, constante adhuc lapidis stimulo, doloris causa. Accedit vomitus initio pituitosi, quoniam pituita in ventriculo & continetur, & gignitur, deinde biliosi, quia à iecore bilis vellicatione quadam conuellit, & propter cruditatem ex inedia, vigiliis, doloribus, sæpe vomitus etiam æruginosi sequuntur. Postremò frequentes in vrina arenæ apparent, ex quibus tamen non necessariò calculus colligitur, sed exigua propensio in lapidem, quia humor adest, & is affatus, & qui paruo momento lapidescat, nisi renes valeant expultrice, & paucus sit humor, nec lentus. Hippocrates adiecit cruris recti stuporem, Alexandrinus etiam testis è regione siti contractionem, quia caua descendens parte tendit ad renem, alia in crus, tertia ad testes. Quò fit, vt ad plenitudinem alentis crus stupor sequatur, tumente verò ea, quæ testem adit, & ideo breuiore facta testis contrahatur. Hæc igitur signa sunt tum phlegmones renum, tum calculi. Atq; reuera in vtroque vrina subsistens cum dolore lethalis est. Verùm in phlegmone vrina prærubra suppressa & mortis signum est, & causa, vt ad hanc respexisse Hippocrates videatur hoc loco. Perinde enim est, ac si diceret, Si in febre ardor ingens, dolor grauis ac pulsans tum in dorso, ea nimirum inanitate, quæ est inter extremam costam & coxendicem, tum in ventriculi regione (quam *σῆθος* interdum appellari ab Hippocrate docuimus) distensio, nausea, ructatio, crebræq; vomitio percipiuntur: in vicinis autem partibus circum præcordia, lumbos, coxendicem & pubem distensio cum extremorum frigore, cruris è directo siti stupore, & aluo pigra, ex his, inquam, coniiciendum renes phlegmone obsideri à defluxione per emulgentes venas, licet ægrè firma & prædura renum caro fluxionem admittat. Quia autem comitari solet mictio cum ardore atque labore frequens, principiò tenuis & cruda, deinde crassa, rubens, & mucosa, perniciosum est prærubram vrinam supprimi, vt signum & causa. Ac signum quidem magnitudinis inflammationis, obstructionis meatuum, & interdum extinctæ facultatis excreticis vesicæ. Causa verò doloris vehementioris, refluxus humoris ad superiora, & incrementi phlegmones. Quòd si ea inflammatio spinalem medullam, vel eius membranas obsideat, frequens ex dorso horror concitabitur cum inquietatione & anxietudine, quæ vrinæ ἀπόληψις, id est, ἐπίσχεσις suppressionem minatur cum dolore grauissimo. Vrinæ autem prærubræ in eo affectu in consortium mali renes adduci ostendunt, vt hepar in comate, quemadmodum alibi docuimus.

## L I I I.

Τραχήλις πόνος, κακὸν μὲν ἐπὶ πυρετῶ παντὶ, καίμεινον δὲ ἐν αἰσὶ καὶ ἐν μανίῃ ἐλαπίς.

*Colli dolor in omni febre malus, pessimus autem, ubi in metu aeger est, vt ne insaniat.*

## I A C O B I H O L L E R I I C O M M E N T.

**C**olli dolor, vt lumborum & capitis, familiaris est febribus acutis. Si verò insanix signa se prodant, & cum iis colli dolor inualefcit, deterior casus est, non quia collum dolct, sed quia insanix in foribus est.

## D E S I D. I A C O T I I C O M M E N T.

**E**xplicatus est hic Aphorismus alio loco, & in Prorrhethico scribitur. Nam si dolor (ait Galenus) vel propter affectum cerebrum, vel spinalem medullam, vel ipsas cerebri membranas oriatur (vt cum inflammatione, aut materiæ ad superiora translatione tentantur) prauum est signum. Si verò affectus his partibus oriatur, quæ extrinsecus vertebrae ambiunt, malum non est. Quoties ergo ad illam doloris cervicis causam alia quedam signa vehementis phrenitidis accedunt, vt indecora corporis

ra corporis motio, verba multa, vigiliæ, oculi perturbati, vrinæ albæ, aut cum encephalate nigro, quæ humores vri ac sursum rapi denūciat, signū planè perniciosū est.

## L I I I I.

Ἐπὶ σῆθους ἀλγῆμα ἀπυρετώδες, καὶ κοιλίῃ τερραχώδης, ναρκώδης, σημεῖα μελαίνων ὑποχορησιῶν.

*In febriculoso pectoris dolore aluus perturbata & torpida signa nigrarum deiectionum.*

## I A C O B I H O L L E R I I C O M M E N T.

**P**ectoris dolor cum febre periculosus in quo robore virium opus est: quæ si perturbata aluo exoluuntur, maior metus est. Cur autem inde nigra deiectio significetur, non satis constat, vt nec quid aluus torpida, nisi quòd parum sentiat ea quæ excernantur, & imbecillius excernat, intelligat.

## D E S I D. I A C O T I I C O M M E N T.

**A**λγῆμα σῆθους vel propriè pectoris inflammationem significat: vel quòd alibi dixit, πρὸ σῆθους δῆξις mordicationem circa pectus ambigua voce regionem orificij ventriculi significans, & cardialgiam. Priore modo diarrhæa cum torpore superuenit pleuritidi aut peripneumonix non simpliciter aut semper, sed cum affectus grauissimus est consentiente hepate, & extincta facultate intestinorum. Inde tamen nigrorum deiectio haudquaquam præmonstratur, nisi vel lien vnà resoluatur, vel hepar crassum sanguinem & faculentum præ imbecillitate excernat, vel ardore febris bilis flaua in atram conuertatur. Posteriore autem modo, In febribus circa ventriculum vehemens æstus & cordis morsus malum: non febricitanti verò cibi fastidium, cordis dolor, vertigo tenebrosa, & oris amaritudo purgatione per superiora opus esse significant. Ex quibus intelligitur dolorem circa pectus febriculosum, aut cum vehementi æstu, siquidem sit oris ventriculi mordicatio, à flaua bile ortum habere, qui in ventriculi tunicis feruet. Si verò sit καρδιολογμὸς verus, id est, cordis ipsius motio palpitationi similis, eam ab inflammatione & feruore cordis esse, in qua summum vitæ discrimen vertitur, quia cor vitæ principium est, quòd quidem dolores crebrò patitur, intemperies, tremores, deliquia, & inflammationum initia, sed in quibus mors ante rapit, quàm morbus ad summum peruenerit, multò magis, vbi manifesta occasio non est, id est, causa externa, aut interna cognita. Hanc motionem cordis duplicem veteres faciunt, pulsus & saltus. Alius enim est affectus, in quo pulsus cordis redditur tantum celerior, vel tardior moderato, alius per quem totum viscus tremulè concutitur. Siue autem oris ventriculi morsus, siue καρδιολογμὸν verum intelligas, ad vtrumque affectū nigrorum deiectio sequi potest, sed non necessariò. Hæc enim omnia symptomata omnium humorum communia sunt, qui vim mordendi habent, in quibus est atra bilis per vitionem ex flaua, aut crasso sanguine genita. Torpor verò alui intelligitur, vel ex eo, quòd excrementa permeantia non sentiat aeger mente læsa, aut excrementis morfu carentibus, vt quando iam biliosi humores propter imbecillitatem caloris hepatis non amplius generantur, aut ad ventrem non confluunt: vel ex eo, quòd iam corpus vix moueri queat, aut facultas sentiendi in intestinis extinguitur. Ex crassis enim & frigidis humoribus torpor hic fieri non potest.

4. Aphor. 65.  
C 17.

## L V.

Τὰ ἐν δέξι καὶ φάρυγγα ἰσχυρὰ μικρὰ ὀδυνώδεα, ὅτε χεῖνοι μὴ φηδῖλος σιωπῆ ἰσχυρῶ, παρακρησινά. Ἐκ τῶν φρενιτικῶν, ἀλγῆριον.

*In acutis circa fauces non tumentes, irritationes parue dolorose*

B B

*cum os hiat, non facile committi gracili delirium significat: ex his phrenitis lethalis est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**nigmatica hæc & è quibus pauca colligas, quæ ad prælagium & curadi rationem pertineant. Ac primùm quidem, quam *φάρυγγα ἰχθυήν* dicat, prius expositū est. At quæ *σμιρὰ* dicat, non video. Nam tuberculis repugnat *ἰχθυήν*. Itaque irritamenta potius intelligere melius est. Quod autem sequitur, *ὅτε χάνοι*, & hoc inter signa delirij est, nisi conuulsis musculis, qui os aperiunt, aut resolutis, qui claudunt, id accidat. Quod si eiusmodi delirium in phrenitidem transeat, accessio morbi lethalis ad grauem morbum optima ratione lethalem morbum efficit.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**A**m de faucium gracilium, id est, tumoris expertium doloribus dictum est antea, quodque interdum peculiari vitio, vt siccatate & inflammatione laryngis, aut œsophagi, vel musculorum eorundem accidant: interdū verò per consensum cum cerebro inflammatione laborante. Priore modo anginae fiunt: posteriore conuulsionem & phrenitidem denunciant. Ex eo enim, quod æger cum febre acutissima malè in faucibus afficitur absque tumore, nec ore hianti, aut cum oscitauerit, facilè tum maxillam reducere, tum os claudere potest, conicere oportet principium neruorum laborare phlegmone ea parte, qua nerui in temporales musculos deducuntur. Cum enim (ait Galenus in hunc locum) cerebrum ipsum magnitudinem insignem habeat, multasque neruorum propagines, phlegmonem ipsius alias ab aliis partibus exordiri par est. Qua verò parte cerebrū affectum fuerit, ea & neruorum propagines affectæ musculos, quibus inferuntur, mouere non possunt. Musculis ergo maxillam inferiorem aperiuntibus læsis, ipsa aperiri non potest: nec læsis claudentibus reduci. Addit autem in febribus acutis, vt intelligatur vi febris & inflammationis cerebri id fieri oportere, non autem peculiari vitio ipsius maxillæ, vt cum luxata est in oscitatio: aut particulari humoris alicuius destillatione in eum sinum, in quo processus breuior maxillæ cardinis modo versatur, propter quam immobilis redditur. Nam & febris abest, nisi ea parua sit admodum, ac symptomata: & loci dolore atque tumore duro & conspicuo facilè discernitur: & externarum defluxionum more deriuatur è vertice. Hæc verò claudendi os atque aperiendi grauior difficultas in febribus acutis altius ducit originem, nimirum à principio neruorum inflammato, quod fit, vt nullus tumor sit in faucibus conspicuus, aut in ceruice, nec dolor sit grauisimus, qualis inflammationis musculis laryngis oritur, nec ceruix ponè excauata percipiatur, vt in angina à luxatione vertebræ. Quæ omnia his verbis obscure significauit, *μικρὰ ὀδυνώδεια, & μὴ ἐπιδύωσ ἰχθυήν*. Etenim neque musculi maxillam mouentes, neque hi, qui in summa gutturis parte existunt, vllam tumoris aut inflammationis speciem videndam præbent, quia origo mali alitūde est. Quod autem non solum deliriū, sed & conuulsio, & perniciēs inde immineat, perspicuum est. Intemperiem enim atque inflammationem cerebri phrenitis sequitur: tensionē verò musculorum, quæ affecto cerebro facta est, cōuulsio. Perniciēs à magnitudine morbi pendet, partis affectæ dignitate, & strangulationis periculo contracto gutture. Ex quo harū triū affectionū signa (anginae scilicet teretiē speciei, à luxatione vertebræ, & difficultatis aperiēdi oris ab inflāmato cerebro) ita distinguere cōuenit, vt prima dolorem acerbissimū moueat: secūda cavitatē in ceruice faciat cum colli rigore: tertia maxillæ inferioris conuulsionem ac phrenitidē. In omnibus verò febris est acutissima, nec vllus tumor in faucibus, aut externis partibus conspicuus est.

LVI.

*Φάρυγγε ἐλκωμένη ἐν πυρετῷ μὲτ' ἄλλης συμπτώσεως τῶν δυσκόλων, κινδυνώδες.*  
*Fauces exulcerata in febre cum alio signo difficili periculosum.*

IACOBI

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**xulcerantur fauces in febribus acri fluxione è cerebro defluente, idque sepius, quàm ab aliis partibus. Itaque præter periculum inflammationis, quæ inde impendet, vitium quoque febrilis materiæ indicatur. Sed alia signa coniungenda. Et si quod difficile accesserit, res non caret periculo. *δυσκόλα* autē dicit, vt ante dictum est, quæ etiam si non ita periculosa sint, tamen difficilia. Nam *δυσκόλα ἀκινδύνα* interpretantur, sed ita vt non sint pernicioſa, tamen difficilia sunt. Alia signa sunt difficultas spirandi, delirium & similia.

DESID. IACOTII COMMENT.

**F**aucium exulcerationem interdum gignit pituita falsa è capite profluēs, quemadmodum aphthas morbum præsertim infantium cōtactus atque qualitas ferrosi lactis & acris, aut corruptum in ventriculo alimentum, aut sanguis ichoroides. Interdum verò grauior affectio intus latens horū causa est, vt lues venerea, vel sanguis corruptus ex mensū suppressione sursum reuertens. At in febre, id est, vi febris excitari solet ea affectio halitu calidiore è iecore, & ex bilis feruore per venosum genus, aut œsophagum exurgente, vel ex pulmonis vehemēti incendio. Iisdē de causis pituita præ siccatate & calore glutinosa reddita dentibus agglutinatur, (*πυρίγλιχρα* vocat Hippocrates) quæ nonnunquā summo gutturi ita obhærescit, vt non solum summa deglutienti difficultate laborent ægri, sed interdū in præfocationis periculum agantur. Verum *πυρίγλιχρα* magis sunt febre in materia illa viscida accensa, vt in viridi ligno, dēso atque compacto, vnde febris vehementiam ac longitudinem cum periculo cōiunctam colligimus. Fauciū verò exulceratio in materia tenui, acri & feruente, aut propter viscus aliquod inflammatum oboritur, ac sepe ex halitu vitæ bilis lentor quidam niger dentium interstitiis interdū concreſcit signo valde pernicioso. Hæc itaque vbi perseverant, vehementis inflammationis & materiæ acris ac malignæ signa sunt in febre acuta: quod fit, vt non nisi in periculosisimo affectu superueniant, nec facilè curētur in parte præsertim laxiore & fungosiore, quæ propterea omne excrementi genus facilè excipit, vnde & eius vlcera facilè depascuntur, præsertimque oris calore dilatante. Vidimus in puella febricente cum variolis mortem inde sequutā, cum febris remissa videretur. A gingiuis incœperunt vlcerula, deinde palatum totūque os occuparūt: tum ad vna faucēque descenderunt: quibus obfessis in cancrū desierunt, ex quo excitata dysenteria mors est insequuta. Verum ad prænotationem periculi aliorum signorū testimonia concurrere oportet, qualia sunt vrina cruda aut vitiosa, delirium, difficilis spiritus, pulsus infirmus, intercepta deglutitio, & similia. Nam cum signa praua & causæ morbificæ non solum perseverant, sed in idem periculum consentiunt cum vehementium symptomatum accessione, perniciēs ægro impēdet, & morbi malignitas significatur. Ob eam causam Hippocr. in Aph. præcipit, vbi fauces ægrotarint, aut tubercula in corpore oborta fuerint, considerandas esse excretionēs: quæ si biliosa fuerint, corpus vnā egrotare: si verò sanis similes, tutò corpus ali. Vbi Philotheus *μετάδοσιν* appellat, quia pars tantum materiæ transfertur à corpore & parte nobiliore in ignobiliorē: sicuti *μετάδοσιν*, cum tota abscedit. Vnus autem est voce (*φάρυγγε*) in feminino genere Hippocrates, vt cavitatem illam *ἀχανίαν* significaret, quæ secundum radicē linguæ conspicitur. Nam in masculino laryngem designat, extremam partē asperæ arteriæ, quæ tribus illis cartilaginibus constat, vt annotat Suidas. In Epistola tamen democriti de natura hominis pro œsophago sumpsit in masculino genere, & Philoxenus apud Aristotelem in Ethicis, qui sibi dari expetebat *φάρυγγα* instar gruis. Homeerus quoque *φάρυγγε* *ἢ ζέουσυτο οἶνον* *φομοί τε αὐθράμοι*, id est, per fauces autem vinum impellebatur, & cibi percurrerant. In libro etiam de carnibus *φάρυγγα* Hippocrates pro aspera arteria dixit.

LVII.

*Ἐν πυρετοῖσι ἐξ ἀπίνης πίνεσθαι, καὶ ἐξ ἀπίνης μὴ δύνανσθαι, χροῖς οἰδηματώσ, κακόν.*

BB 2

1. Proth. II.

2. Aphor. 15.

In febris derepente suffocari, neque posse deglutire, citra tumorem, malum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Suffocatio fit conuulsis musculis laryngis, aut resolutis, qui aperiunt. Deglutitio prohibetur resoluta gula & impedita via. Hæc autè omnia lethalia, non solum mala. Sed quod dicit χωρίς οιδήματ, sine tumore præter naturam ενδύλα manifestò fortasse audiendum. Contingit enim musculis, qui laryngem gulæ colligant, tuberculo teneri, vnde & stragulatio & impedita deglutitio. Sed tumor signa quædam edit, ac ferè in dolore est. πνίγεις autem intelligere oportet, incidere in eam difficultatem spirandi, qua solent qui suffocantur, μετέωρον πνύμα solet appellare.

DESID. IACOTII COMMENT.

4. Aphor. 34

Cum multis de causis in febris ægri præfocari queat, repente tamen id fieri, solius anginæ tertiæ speciei proprium est, de qua iam diximus. In Aphorismis pro φί πυρετοίσι, in febris, scribitur τὰ πυρετῶ χρωλίω, febre detento cum auxesi quadam, quasi habito, & vehementi febre implicito. Tametsi enim absque magna febre hominè interire contingat superueniente repentina præfocatione: in vehementi tamen febre mors est & celerior & certior propter defectum spirationis. Nam cum eius vsum febris maximè augeat, non modò copiosa est, vt esse debet, sed ita exigua, vt præfocationis afferat periculum. Duobus enim modis respiratio deficit in moribundis. Vno propter facultatis animalis, quæ thoracem mouet, infirmitatem, aut vitalis principij vehementem refrigerationem. Altero propter angustiam meatuum, per quos spiritus euadit. Atque hic posterior tantum strangulationem facit. Angustia rursus aut fit à plenitudine inter thoracem & pulmonem: aut in cauernis ac fistulis pulmonis: aut toto pulmone inflamato: aut musculis propriis laryngis phlegmone obfessis sine tumore in faucibus conspicuo. Ex quibus omnibus postremum hoc solum repente strangulat, ob idque addidit Ζαίφυς. Etenim in pulmonia spirandi difficultas paulatim crescens tandè suffocat, vt & in tuberculo, aut abcessu pulmonum, aut pleuritide rupta vomica. Nam hi omnes affectus diuturni esse solent, & paulatim ad strangulationem deducere. Soli itaque gutturi accidit repentina suffocatio eius interioribus musculis inflammatis cum tunica ambiète, quæ affectio, si dolor adfit, angina est. Absque dolore enim suffocatio incidere potest propter pituitæ copiam, quæ interiori gutturi tunicam madefacit, aut tumore interno anodino viam interceptit, aut paralytim affert musculorū aperiētium laryngem. Interdum etiam id euenire potest internis & claudentibus musculis præ siccitate conuulsis. Quod autem subiicit, καὶ καταπίνει μὴ δυνάδεις, in Aphorismis deest. Celsus tamen ita legisse videtur, vertitque hoc modo, Aut deuorare saluam non potest. Causa est tumor gulam opprimens, aut inflammatio musculorū gulam circundantium, qui cum apprimè per sanitatem deglutitioni cōducant, in hoc affectu ipsam vehemèter impediūt. Transglutitio enim tametsi similis dicatur renum attractioni ex vena caua, solius tamè naturæ opus non est, sed musculorū etiā & animi mali ope peragitur, haudsecus atque cibi sumptio, masticatio, & ad gulæ initiū applicatio. Nam inter multos laryngis musculos, quidam gulam circundat & gutturi coniungunt, quorū opera appositè animal, vbi placet, detrudat alimētū. Quod autem gula inferius est, & detrusionis impetu, & grauitate propria, & naturali villi ope peragitur. Quò fit, vt vel resolutis his musculis, vel conuulsis, vel tumore præter naturam obfessis, integris licet facultatibus naturalibus aliis, quidam deglutire vix possint, alij pereant. Addit autem in Progn. ad hæc symptomata, orthopnoeā, & paulo ante sublimè spiritū. Gale. in cōmentario, potionis refluxū per nares: alibi pinnatū nasi motū. Quod verò in Progn. scribitur, neq; in faucibus, neq; in ceruice tumorè existerè, hic χωρίς οιδήματ, in Apho. οιδήματ μὴ ἐντ, quò πῆ φάσιν, sūpto cedematis nomine pro omni tumore. Nam recētiore postea distinxerūt in tumorè cū dolore, & sine dolore. Illū phlegmonè appellat: hunc, si mollis sit, cedema: si durus, scirrhum. Rectius quoque in Aphorismis, θανάσιμον scriptum est quàm hic κακον.

LVIII.

Gale. de diff. uocat. instru. & de locis aff. fecit.

Τράχηλον ἐπισφραφῆναι μὴ δυνάδεις, μὴ δὲ κατὰ πίνειν, θανάσιμον ὡς τὰ πολλὰ.

Collum conuerti non posse, & deglutitionem prohiberi, lethale ferè est.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

In Aphorismis collum peruertere & ægrum non posse deglutire in febre graui lethale scribit, additque οιδήματ μὴ ἐντ. Celsus sententiam Hippocratis hoc modo vertit, Cui in febre nullo tumore apparente in faucibus collum conuertitur, sic vt deuorare æquè non possit, seruari non potest. Atque vt prior sententia de larynge, sic hæc de gula. Quanquam per medios musculos & ea corpora, quibus gula spinæ cervicali alligatur, commune vitium est, & alterum affectum alterum in consortium mali contrahit. Sed affecta magis gula maior difficultas deglutendi, larynge respirandi nascitur. Quod igitur scribit ἐπισφραφῆναι μὴ δυνάδεις, idem quod in Aphorismis, ἀπὸ σφραφῆ, quia videlicet peruersum collum conuerti non potest. Peruertitur intro ἔσω, in profundum & interiorem partem, quæ λέρωσις est, foras ἔξω κέρωσις, in alterum latus σκολίωσις. Id ferè à tuberculo & tumore præter naturam, ex quo nerui contracti vicina & alligata corpora contrahunt, vnde angustia viarum alimenti & spiritus. Quanquam aliquando contingit frigore & fluxione colli musculos & tendines ita occupari, vt æger ceruicem nequeat conuerttere, neque satis possit deglutire. Sed hæc etiam extra febrem. Propterea in Aphorismis non solum in febre, sed ἐκ πυρετῶ χρωλίω. Quòd si nullus dolor est, neque manifestus tumor in faucibus, aut in collo, ad immodicam siccitatem referenda res est, quæ febrem vehementem sequitur. Ergo hic lethale multò, magis quàm in inflammatione, vbi seruari possunt, quomodo in angina secundo Epid. & ex commento Galeni in Aphorismis.

DESID. IACOTII COMMENT.

De angina à luxatione vertebræ ad interiora, in qua non modò ægrè collum inflectitur, sed etiam pondè excauatur, dictum est antea. Hic iterum de eadem agitur, nisi fortasse generalius peruersionem colli intelligat, quæ fit intro, foras ad latera, & gulæ ipsius inflammationem affectis musculis, quæ œsophagum spinæ, aut illum laryngi connectunt cum membranis, collo, neruis spinæ adiacentibus, & ossibus ruptis, vel distortis. Collum enim peruertitur interdum à causis procatarteticis, vt in solutione continui à casu aut istu: interdum conuulsis neruis, vt in empisthono & prosthono: nonnunquam etiam à tuberculis, tumoribus præter naturam, & humoribus eò defluentibus, à pituita etiam crassa, tuberculo, musculorum œsophagi resolutione, & ingenti resiccatione deglutendi potestas tollitur, de qua superiorè Aphorismo dictum est. Ex his autem siccitatem tum in œsophago, tum in partibus vicinis valde lethalem esse docuit Hippocrates multis locis, vt de potu cum strepitu descendente, de resiccatis faucibus ac tensis fibris in collo: de voce clangosa resiccata arteria, ac de duplici spiritus intro reuocatione. Ex tot igitur causis difficultatis deglutendi & collum inflectendi cum aliæ aliis sint periculiosiores, non absolutè, sed cum conditione (ὡς τὰ πολλὰ) id est, vt plurimum lethale esse dixit, pro magnitudine causæ videlicet, & difficultatis varietate tum in respirando, tum in deglutendo. Maximè autem periculosus affectus est, cuius origo localis non est in parte affecta, sed per consensum & materiæ μετέωρον à cerebro.

BB 3



# IACOBI HOLLERII

STEMPANI MEDICI COM-

MENTARIORVM IN SECVNDAM

Coacorum praefagiorum sectionem

Liber tertius.

## DE HYPOCHONDRIIS.

I.

Υποχόνδριον ὃ χρεῖ μαλθακὸν εἶναι, καὶ ἄπρον, καὶ ὀμαλές, φλεγμῶνον δέ, ἢ ὀσμάλως ἔχον, ἢ ἀλγυμένον, σημεῖον ἀρρώστιας ἐστὶν ἐκ δὲ τῆς θεοῦ.

*Præcordia oportet mollia esse, sine dolore & aquabilia. Quod verò exastuat, inæqualiter habet, & dolet, morbi non clementis signum est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**N Prognostico eadem scripta sententia verbis commutatis, in qua lege quæ annotauimus. *ὀνθηδὸς ἀρρώστιας*, quæ nullam desperationem habet, & omnia signa edit salutaria. *ἐκ ἰσθηδὸς* perinde ac si *κακοθηδὸς*.

## DESIDERII IACOTII VAN-

DOPERANI MEDICI IN EANDEM

sectionem liber tertius.

3. Epid. sect. 2.

**H**YPOCHONDRIUM propriè dicitur de partibus externis in abdomine, quæ nothis costis & ilibus continentur supra umbilicum, & in latus vtrumque, aut partes subcartilagineæ supra loca inania sitæ, quæ occupantur ab hepate, dextra, ab splene verò sinistra. Latius verò sumpta voce interiora omnia sub hac regione comprehenduntur, ventriculus, hepar, lien, & septum transversum. Quarum omnium partium dispositio animo tactuque admota manu quaerenda est, dum conspicuum sit, num præter naturam habeant, & num in aliqua earum partium febris fomes consistat, idque quia & causæ sunt, & signa, præ cæteris tum certissima, tum maxima, & ferè præcipua. Ex his enim earum partium, quas diximus, atque etiam intestinorum superiorum, & mesenterij affectus deprehendimus, ac nonnunquam etiam dandi, vel subtrahendi cibi occasionem, purgandique, aut non purgandi indicationem captamus. Causæ verò sunt, cum naturaliter habent, optimæ concoctionis, distributionis, respirationis, & purgationis tum naturalis, tum artificiosæ. Quod Galenus annotat in eum Aphorismum, In omnibus morbis partes circum umbilicum & in ventera crassitudinem habere melius est: valde tamen tenuis & cõtabefactus, malum. Periculosum verò ad infernas purgationes, quod tale est. Et si enim duas tantum partes ventris completi eo loco videtur Hippocrates, umbilicarem, & quæ umbilico ac pudendo interioret, Galenus tamen ad hypochondrium etiam refert. Exorditur autem hic Hippocrates ab hypochondrio

2. Acut.

2. Aph. 35.

hypochondrio optimè, & secundum naturam constituto, quoniam rectum index est sui & alieni, & quæ naturalibus quàm simillima sunt, eadè & saluberrima. Tres autem in vniuersum notas optimi hypochondrij ponit his verbis, *μαλθακὸν*, alibi *λάπαρον*: *ἄπρον*, καὶ *ὀμαλές*, *molle, doloris expers, æquale*. Molle ex moderato renixu cognoscitur. Huic enim contrarium, quod scilicet vehemèter renititur, durum est. Tale igitur fuerit, quod nec substantia durum est, nec præter modum renititur: id est, quod cum tangitur, immune ac liberum reperitur à flatu, obstructione, phlegmone, duritie, immodica resiccatione, tumore muscutorum hypochondrij, reuulsione ad superiora, aut inanitate. Tenditur enim plerumque hypochondrium, vt tamen propriè dicta phlegmone nulla sit, idque vel ob insignem quandam siccitatem, non ipsius modò hypochondrij, sed etiam membranæ costas succingentis, & septi transversi, vel quòd musculi hypochondrij phlegmone, quæ tumorem excitet, nec tamen propriè phlegmone sit, quæ dolorificus tumor est, afficiantur. Absque his moderatè renititur, succulentum est, & moderatè corpulentum, sua crassitudine, non tamen prominula, subiecta viscera fouens, validèque purgationes iuuans. Hypochondria verò ac ventrem intabescere, exarescere, subsidere, excuari, vt vacua & reuulsa videantur, tum pessimi morbi signum est, vt febris colliquantis & insignis vacuationis imbecilliore iam ventre: tum causa, vt dixi, de prauata coctionis, sanguificationis, & excretionis. Doloris autem expers est per absentiam causarum, quæ dolorem hypochondriorum mouere solent, vt inflammationis, flatulenti spiritus, vehementis incendij, obstructionis, resiccationis, conuulsionis. Aequale verò, id est, dextra parte ac sinistra æqualiter constitutum in substantia, qualitate, quantitate, partium situ. Ac in substantia quidem, vt non sit hæc pars durior, altera mollior: in qualitate ne aliqua parte doloris sit expers, alia verò dolore afficiatur, vel alio loco calidius, alio frigidius, quàm debeat: in quantitate ne sublimius vno, & altero magis depressum, aut alterutrum latus magis minùsve altero distentum: in situ, vt non hic aridum, exuccum, asperum, squalidum, & ita excuatum, vt plerumque medicum fallat, tanquam retractum videatur, alibi leue & prominulum. Contra verò (ait Galenus) inæqualiter affectum esse dicitur, quoties totum hypochondrium eandem non habet vel caloris, vel frigoris, vel doloris, vel indolentia, vel gracilitatis, vel laxitatis, vel tensionis affectionem. Proinde superioribus notis opponit *φλεγμῶνον* ardore igneo flagrans, quo significatur incendium in maioribus vasis & visceribus, atque etiam, si durities cum dolore accedat, phlegmone vera. Deinde *ὀσμάλως ἔχον* inæqualiter habens, vt singulæ partes inter se comparentur. Tertio *ἀλγυμένον*, quod dolorem affert sponte videlicet, vel ad tactum medici, ob eas causas, quas diximus. Hæc igitur signa sunt morbi non leuis, sed sæpius maligni, qui dubiam spem affert cum certo metu. Morbus enim *ἰσθηδὸς* dicitur, vt ad mores referas, qui ex superuenientibus symptomatis diiudicantur, non magnitudine aut paruitate morbi. Debiles enim & exiguæ febres interdum valde malignæ sunt: & contra, calidæ ac deurentes cum inquietatione, æstu, siti intolerabili, aliquando nihil habent periculi.

L. Prog.

II.

Οἰδημα ὃ ἐν ὑποχόνδρῳ σκληρόν τε ἐὸν ἐπίδωον, χρεῖσιν μὲν, εἰ παρὰ πάντων εἴη τῶν μερῶν. τὰν δὲ ἐκ τῆς ἐνδὸς μερῶς, ἀκινδυνότερον τὸ ἐκ τῶν ἀριστερῶν.

*Tumor verò in hypochondriis durus ac dolens, pessimus, si quidem omnium hypochondriorum partes occupat. Quod si tantum alteram partem, minus periculosus, qui sinistram.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

VIDE annotata in Prognosticon.

BB 4

6. Epid.

De facul. sim-  
plic. med.  
4. acut.

**Φ**λεγμονήν pro phlogosi dicere consuevit, & phlegmone laborare idem esse, quod vii, inflammati, & succendi sine materiae affluxu. διδύμαα verò ἐπαρμα, vel κούρωμα omnem tumorem præter naturam. Cui cum addit σκληρόν καὶ ἐπώδυνον, durum ac dolorificum, phlegmonem intelligit ex materiae affluxu, aut collectione, cum calore, tensione, dolore ac renixu, vt hic in hypochondrio, ex cuius dolore ac duritie interiorum inflammationem colligit. Duritiem autem generalius appellat non illam veram, quæ fit à frigore, aut scirrho, aut siccitate: sed quod ἀντίτυπον renitens dicitur, quomodo vires repleti humida substantia, vel aëre. Verum quia duro simile apparet, quod contra nititur, & non cedit, durum quoque vulgò dici solet. Ob idque Galenus in vniuersum scribit durum fieri siccitate, concretionem, & distensione. Quia autem tumor à flatu renititur, & dolorem affert, distinguitur tamen à phlegmone, quòd quasi suspensus percipiatur & sine magno calore. Proinde quarto acutorum non solum scribit durum esse oportere hypochondrium cum dolore, vt inde phlegmone significetur, sed etiam cum magno calore. Nec tamen è conuerso dicere licet omnes hypochondriorum inflammationes ex duritate, dolore, & calore deprehendi: siquidem inflammato diaphragmate sursum sine tumore ac duritie reuellit. Fieri etiam potest, vt in sola parte concaua hepatis sit inflammatio: potest etiam in gibbis partibus, sed non in omnibus existere, ac sub nothis costis latere, vbi certius indicium ex aliis signis repetendum est, vt si æger respiret vehementius, & grauem in latere dolorem sentiat propter obstruendum hepatis sensum, qui in pleuriticis acrior est ac punctorius. Accedit veluti ponderis cuiusdam sensus, cum inflammatio partem concauam obsidet: cum verò gibbam, grauitatis cuiusdam musculis ventris incumbentis. Eadem ratione sæpe falluntur, qui immunem ab obstructione pronunciant, cuius contactum hepar, aut lien non percipitur obduruisse. Nec enim obstructio, nec inflammatio tactu percipitur, nisi magna sit, aut musculi valde extenuati: aut nisi sit in latere sinistro, in quo lienis inflammationes tactu facilius deprehenduntur, quàm iccoris propter ipsarum duritiem. Intumescit autè hepar atque induratur, quoties humor affluens, vel obstruens, tenuiora visceris vasa primùm implet & infarcit: auctus deinde in omnem eius substantiam se diffundit, & eam perinde ac vasa obstruit. Quòd si adhuc plenior multò cumuletur, in amplam molem iecur totum distendit, ac tumidum admodum reddit. Nec verò absolutè scribit Hippocrates inflammationem hypochondriorum pessimam esse. Duplici enim limitatione est opus; vna à parte phlegmone obsessa: altera à magnitudine & natura febris ipsius atque inflammationis. Oboritur enim sæpe in musculis abdominis sine febre, aut ea mitissima. In diaphragmate verò, hepate, ventriculo, febrem quidem acutam concitat, non tamen semper malignam, imò nec interdum acutam. Nam à sanguine haud absimilis est diariis ex adenum phlegmone, nisi vel fluxio magna sit, vel putredine sanguis malignam qualitatem contrahat. Exquisite biliosa est, & ardens ab erysipelate: à pituita cum bile mixta, aut crasso humore difficilior. Ab atra bile exitiosissima. Ita igitur febres symptomaticæ ab hypochondriorum inflammationibus diuersæ sunt pro magnitudine inflammationis, qualitate humoris, & natura loci affecti. Ob idque rectè ad κέντησιν cõditionem addidit, si iuxta omnes partes fuerit, aut si in altera tantùm, dextram periculosiorem propter hepar, cui lien & partium vicinarum consensu, & officij præstantia cedit. In conuexa quoque hepatis periculosior, quàm in concaua, quòd inde diaphragma faciliè coafficiatur. Quò etiam sit, vt illam maiora circa thoracem symptomata comitentur, dolor ad iugulum, sicca tussis, spirandi difficultas, tumor durus ac dolens: hanc verò circa ventriculum maius cibi fastidium, nauſea, sitis, vomitus bilis synceræ, deinde vitellinæ, tandem æruginosæ: alius astricta, aut ex imbecillitate liquida: quanquam in substantia hepatis continua rarò vna pars absque altera inflammetur. Quòd si inflammatio fuerit erysipelatodes, febris, ardor, vomitio, reliquaque signa grauiora euadunt, ac tandem in marcorem deducunt. Distinguitur autem locus affectus, quia in hepate tumor circumscriptus est: in liene interdum sublongus: in musculo recto, qui iccori prætenditur, superior

superiorum notarum nulla quidem, nisi fortè febris adest, lancinans dolor magis affligit, tumor oblongus foras prominet visu tactuque conspicuus, ac denique cutis circumtenſa rubescit, atque calet.

III.

Σημαίνει δὲ, ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς τοιαύτης γάλατος σφόδρα, ὑπερβάλλοντα δὲ τῆς ἑξήκοντος, τῆς πυρετῆς μόνοντος, ἐμπύουσι. γίνεται δὲ τούτοις ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ.

*Significat autem tumor is initiò quidem mortem in breui. At si viceſimum diem superat & perseverat febris, suppuratio ex eo expectatur. Id autem fit prima circuitione.*

**H**æc pars postrema inſequenti orationi annectitur in Prognostico, & loco τῆς τοιαύτης legendum est. Quæ ad hæc pertinent in Prognostico.

**F**alsum esse scribit Galenus à tumoribus illis duris & dolorem cientibus, quos recentiores medici proprio nomine phlegmonas appellant, mortem breui futuram portendi, nisi internarum quoque partium aliqua simul affecta fuerit. Internas verò esse iecur, ventriculum, lienem, & septum transuersum. Musculos nanque præcordiorum phlegmone obsessos tollere hominem è vita non posse, nisi, quod rarò accidit, vel phlegmone magnitudo eximia fuerit, vel vires admodum imbecillæ, vel perperam curetur à medicis, vel ipse etiam æger deliquerit. Per inflammationes autem viscerum subiectorum, vrgente grauius morbo, natura infirma, materia contumaci, meatuum angustia, visceribus vicinis in consortium mali adductis, ægris celerrimè intereunt, nisi periculo mortis defungantur vel suppuratione post viceſimum diem, vel hæmorrhagia primo circuitu, qui septenario definitur: quanquam secundo etiam septenario interdum sanguis vtiliter effluat, sed paucis nono & vndecimo, rarissimis decimoquarto. Quòd autem viceſimū diem suppurationis initium esse vult, ex febris natura & tumorum omnium præter naturam ratio repetenda est. Nam morbi acutiores excretionem ferè iudicantur ante viceſimum diem: minus acuti post viceſimum coctionem vel abscessu. Omnes autem præter naturam tumores, resolutis, à quibus fiunt, humoribus, curantur atque confidunt. Quare si non confederint, humores proculdubio remanent, eosque tandem secundum qualitatem immutari necesse est, & vel putrescere, si natura, veluti in morticinio corpore, nullam eorum coctionem præ imbecillitate moliat: aut si valida est, in pus conuertit: aut exiccari & indurari. Quamobrem rectissimè dixit Hippocrates, Si partes phlegmone laborantes non resederint, simulque febris detineat, in pus mutari. Sedata nanque febre, videndum ne phlegmone aliqua scirrhomis oboriat. Sic enim plerumque accidere solet, quum tenuior quidam humorum portio, qui phlegmonem excitarunt, in ambientem euauerit, crassa verò lentaque in ipsis affectorum corporum maioribus spatiis minutim impacta est, vnde morbus regius, cacexia, hydrops, ac tandem mors proueniunt. Adiuuant suppurationem, anni tempus, locus, ætas, & similia: faciunt caloris robur, materiae aptitudo, quæ nec coctione excerni, nec partiu attenuatone discuti potuit.

III.

Γίνεται δὲ τούτοις ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ ῥῆξις ἀμυγῶτος διὰ ῥινῶν, καὶ ῥῆξις ὠφελῆσι. τὰ γὰρ πολλὰ κεφαλήν ἔτοιπον ἐξ ἡμῶν, καὶ ὄψις ἀμαυρῆται, καὶ μάλλον εἰς τὰ ἄνω προσγίνεσθαι προσδέχεται ῥῆξιν.

Fit au



*Fit autem iis in prima periodo fluor sanguinis è naribus, qui plurimum prodest. Atque ij ferè capite dolent, hebetantur oculis. Ad eaque expecta magis adfore fluorem sanguinis.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

HAE C ex Prognostico diiudica, &amp; lege annotata.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N illis præsertim phlegmonibus, quæ iecur & lienem occupant, sanguis è naribus profluua eueniunt, & inde iuantur plurimum, modò κατ' ἴψιν, hoc est, è directo fluxio fiat. Eam enim, quæ ἀνάπαινον, hoc est, è contrario accidit, vituperat Hippocra. sicut cum in magno liene sanguis è dextra nare diffuit. Tametsi enim vna tantum ad nasi radices ab iecinore vena pertingat, nec lien vllam ad sinistra venam mandat, nisi per hepar, tantum tamen potest in corpore restitudo, vt morborum omnium permutationes, & crises, & abscessus per rectum fiant auctore Hippocrate. Nec solum intra vas sanguis, sed humor quilibet, adde etiam vapores & alterationes promptius deferuntur multò per rectum, quàm ad aduersum latus, quoniam, vt verisimile est, corporis nostri longitudinem multi oblongi meatus, & cæca spiracula perreptant ac distinguunt, perque sursum deorsum promptus est omnium in corpore contentorum commeatus, qui tamen non perinde per latera distribuuntur: vel facultatis pellentis ea natura est, vt rectà tantum deferatur: vel in trunco venæ cauæ sanguinis partes suos situs, fluxusque obseruant, vt in fluente aqua: vel igneus calor in sanguine abundans rectà in sublimè euehit humores, nec obliquè ascendit. Quæcunque enim causa sit, restitudinem plurimum posse frequentia docet experimenta. Scribit autem in primo circuitu dierum videlicet criticorum, sanguinis accidere profluuium, intelligens vel septenarium circuitum, quia dixit in primo circuitu, non in primis circuitibus: vel si in plurali legatur, quaternarios circuitus. Siquidem plurimis sanguis profluit primis septem diebus, paucis nono, atque vndecimo, paucissimis decimoquarto. Porrò quòd sursum humores ferantur, ex quo sanguinis fluxiones fieri solent, notas adiciit, tum capitis dolorem, tum oculorum hebetudinem, de quibus absolutius dictum est alibi. Cæterum non sola hæmorrhagia & suppuratio eiusmodi phlegmonas indicant, sed & sudores boni, & multæ vrinæ, cum inflammatio connexa iecinoris partem occupat: cum verò concuam deiectiones: tiam biliosæ, & sudores: nonnunquam etiam vomitus, vt Galenus docet tertio de crisi.

V.

Ἡλικίησι δ' λ.ε. ἐτέων τοῦ ὄντος ὁ πρεσβυτέροις, ἡσόν.

*In atatibus autem annorum triginta quinque: senioribus verò minus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**idetur, quod in fine prioris orationis μάλα δέ, huic connectendum. Lege Prognostic.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**Ocet quomodo ex ætate fluxio sanguinis præuideri possit. Sperandas videlicet magis esse sanguinis fluxiones in iunioribus, qui quinque & triginta annos agunt. Siquidem id ætatis omnes hæmorrhagiæ causæ conueniunt, sanguinis copia cum tenuitate & acrimonia coniuncta: calor exuberans, qui sursum mouet, & vires valentissimæ. Eò fit, vt in febre vrente sursum sanguis elatus venarum oscula irriteret, quæ sunt ad nares. Definit autem ætatem florentem & firmissimam vigesimo

simoquinto, & trigesimoquinto. Idem iudicandum de adolescentibus, qui quo tempore venæ stimulantur, & hircire incipiunt, sanguinem profundunt, vt scribit Hippocrates. Pubertas enim ab anno duodecimo, aut decimoquarto incipiens iuxta sexuum varietatem, & adolescentia à decimo octauo in viginquinque finitur, à quibus iuuentus trigesimoquinto circumscribitur, qui primus terminus est conuersionis ad frigidiorum habitum.

VI.

Τὰ μαλακὰ δ' ἔσονται τῶν οἰδημάτων, χροιώτερα δ' τὰς κρισίας ποιεῖται, ἡσόν ἐφ' ἡ ἐπικλινδύνα. τὰς δ' ἐξήκοντα ἢ ἑβδομάτα ὑπερβάλλοντα, τὸ πυρετὸς μόνος, ἐμπτύεται.

*Atqui tumores molles, & indolentes tardius indicantur, & minus periculi denunciant. Quod si sexaginta dies superauerint, & permaneat febris, in pus conuertuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**C**onfer cum Prognostico, vbi addit καὶ τὸ δακτυλῶ ὑπέκοντα. Alij πικρὸ μύνα. In libro πρὸς κρίσιων ὑπέκοντα ἐπεδηγάνης αὐτὸς, cedentes ad contactum.

DESID. IACOTII COMMENT.

**T**umores duri ac dolorifici Hippocrati phlegmonas significant: molles verò & doloris expertes, œdemata. Phlegmone autem propria est & exquisita ex benigno & naturali sanguine: latius verò etiam erysipelata complectitur: latissimè ex omni fit humore. Præterea erysipelata, œdemata, & scirrhos duobus modis sumit Galenus. Vno quidem, cum humor contentus nondum concepta putredine extraneum calorem impertit corpori: quomodo Paulus separat erysipelas cerebri à phrenitide, & Galenus erysipelata, œdemata, scirrhosque pleuræ, à pleuritide. Altero, cum humor iam putredinem concepit, calefactusque febrem affert: qua significatione ex quouis humore tumor & est, & dicitur inflammatio simpliciter, aut cum adiectione erysipelatos, vel œdematos. Proprium enim inflammationis siue phlegmones est ex putrente calefacto que humore fieri, quod calidis natura hu moribus frequentius, frigidis etiam non rarò accidit. Hoc modo sumitur œdema hoc loco, vt sit species phlegmones ab humore pituitoso, qui putrescens febrem accendit symptomaticam propter cordis viciniam, quia interna viscera obsidet. Nam humorum impactio, quæ locum diffari prohibet, breui putredinem inuehit, & statim calorem quendam malignum accendit, qualis etiam in omnibus aliis, quæ putrescunt, generatur. Quòd si modus caloris simplex fuerit, alicui earum febrium, quæ primigeniæ dicuntur, sit similis, vel potius vna ex illis est aut biliosa, aut melan cholica, aut pituitosa. Nam si fluxio, quæ phlegmonem ac febrem facit, à syncera, multa, & flaua bile fuerit, tunc erysipelata & herpetas adfert, febrem verò ardenti legitimæ & essentiali simillimam. Si verò ab atra bile, caneros, phagedenas, aut elephantiam, aut eorum malorum aliquod, quæ vix vnquam sanari possunt, cum febre diuturna, & quartanæ continuæ haud ab simili. Quæcunque verò à pituita in tumorem attolluntur, œdemata & febrem pituitosam concitant. Præterea interdum simplex humor ex his, quos diximus, tumores illos exquisitos facit: interdum sanguini permixtus phlegmonas œdematis, erysipelatis, aut scirrhii participes. Nonnunquam etiam duo aut tres humores commiscuntur, in quibus febres symptomaticæ discernuntur ex humorum natura, motu, & loco putredinis. Quemadmodum ergo biliosæ febres, vrentes & peracutæ intra septimum circuitum iudicantur, ita & erysipelas interius, quòd exquisitum fuerit. Eodem modo phlegmone & febris eius symptomatica synocha similis, celeriter dissoluuntur, aut suppurationem faciunt pro natura humoris vel simplicis, vel mixti. Alij verò tumores à pituita, aut mate-

ria

ria crassa, vt cedemata, scirrhi, cancri, multò sunt contumaciores. Quocirea scribit hoc loco omnes tumores pituitosos iccirco & diutius perseuerare, & minus habere periculi. Ac diuturniores quidè esse, quia frigidiores. Calore nanquè concoctio perficitur. Minus verò periculosos, quia nihil habent doloris. Dolor enim vires exoluit. Hoc autè ideo accidit, quòd ex his, quæ dolorem mouent, neutrum inesse deprehendatur. Ea sunt tensio, & vehemens intemperies subito adueniēs, vt à materia calida, acri, & compacta. Inter cedemata verò, quæ caliginosa & spirituosa substantia constāt, discuti sine suppurato solent, quod eius substantia facillè exhaleat. Quæ verò à pituita proueniunt, tardius ac difficiliter resoluuntur & suppurat propter humoris crassitiæ & frigus. Ob quam etiam causam diuturniores faciūt iudicationes, quia minor est irritatio, coctio operosior, meatuum angustia maior. Verùm nec dolor adest, vt dixi, nec febris similiter, vt in phlegmone, acuta, quibus duobus vires celeriter superantur. Oedemata autè hic describit Hippocrates mollitiæ ad differentiam scirrhi, & doloris vacuitate ad differentiã phlegmonis, erysipelatis, cancri. Ad dicit in Prognostico *ἢ δ' ἀκρὺν ἰσχυρόν*, digitis cedentia, quod mollis nomine comprehendit vult Galenus. Quanquam non omne cedema molle digitis eodem modo cedit. Nam cum humor manibus spatii continetur, digitorum quidem compressu cauatur tumor, verùm digito remoto in suam reuertitur molem. Vbi verò cutis ipsa humore imbuta est ac perfusa, impressi digiti vestigia relinquit.

Quòd si sexaginta dies superauerint. In Prognostico futuram suppurationem scribit in cedematis phlegmonosis, si febris post vigesimum diem non desierit, vt quæ calidiora sint. Nunc verò in frigidioribus, suppurationis terminum, sexagesimum diem statuit. Quemadmodum enim pituita intra venosum genus aut coctione conuertitur in sanguinem, aut qua parte refugit caloris natui operam, in sedimenta vrinæ deponitur: sic extra vasa calor vegetus ipsam putrescere non sinit, sed quoad fieri potest, in pus conuertit. Triplex enim est humorum alteratio. Vna à calore extraneo per putredinem cum graui odore. Altera à calore natuo per coctionem, cuius terminus est partium corporis nutritio. Tertia inter vtramque media in semiuitiosa fit (vt ira dicam) materia, in qua partim à calore natuo, partim ab eo, qui præter naturam est, suppuratio conficitur. Proprius enim, v Galenus scribit, inflammationis calor ex vtroque mixtus est quodammodo. Huius ergo suppurationis in tumoribus pituitosis terminum circumscribit sexagesimum diem ad summum. Sunt enim & alij quidam inter istos medij, quorum terminus est quadragesimus dies, prout materia minus crassa & frigida, calor copiosior, ætas vegetior, constitutio temporis aptior. Addit autem alterationis ad suppurationem signum euident, *πυρετὸ μόνον*, si febris maneat: in Prognostico cum anxietate, *πυρετὸ ἔχοντος*, si pertinacior febris perseueret. Nam febrilis calor suppurationem iuuat, eiusdemque signum est: quia cum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, quàm confecto. Præterea tumor interdum residet resoluta materia, vel expurgata per vrinas, aut intestina. Ob idque in Prognostico non solum dixit tumorem in suppurationem verti, si febris vltra sexagesimum diem detineat, sed etiam addidit, nec tumor interim resideat. Sed & ibidem etiam scripsit, non eos modò tumores, qui diutius in præcordijs immorantur, in pus vertendos esse, verùm illos quoque, qui in reliquo ventre constituerint, quasi secundum aliquam significationem etiam hypochondria inter ventris partes censentur, de quo sequenti Aphorismo agitur.

## V I I.

Παραπλήσια ὁ σημαίνει τοῖσιν ἐν ὑποχονδρίοις, καὶ ἐπὶ κοιλίῳ, πλὴν ἴσσοι ἐπιπύεται τῶν ἐκείνων ἡμῶν ὅτι ὄμφαλον.

Eadem ratio in tumoribus, qui circa ventrem excitantur, atque præscripta in hypochondriis. Sed hæc, quàm illa, minus suppurant, minimum vero, quæ sub umbilico.

IACOBI

## LEGE Prognosticon.

## DESIDERII IACOTII COMMENT.

Notat Hippocrates in Prognostico triplicem ventris regionem, hypochondria supra umbilicum in latera diducta: inferiorem partem, quæ umbilico subiicitur, Græcis ἡ πρὸν, aut ἡ βῆς, pubes, lumen, aut imus venter, cui sunt à latere λαγόνες, ilia: hypogastrium in vniuersum vocant & aqualiculum. Postremò eam, quæ medium ventrem occupat circa umbilicum appellatum Græcis ὄμφαλον. In his omnibus partibus tumorum omnium genera oborti possunt. quæ si per tactus differentias diuidantur, tria sunt, durum dolens: durum indolens: molle indolens. Molle enim dolens nullum est, eò quòd doloris continens & magna in tumoribus causa tensio est, quæ cum molli tumore non iungitur. Si verò per contenti humoris qualitatem, à quo originem trahunt, secuntur, quatuor sunt, quæ tamen tribus illis comprehenduntur. Ex his duo genera ad suppurationem apta sunt, durum dolens, ac molle indolens: quorum scribit eandem esse rationem, siue in ventre, siue in hypochondriis orta sint. Nam & eundem modum suppurationis habent, & idem ferè denunciant adeo, vt musculorum etiam rectorum abdominis inflammationes hæmorrhagia interdum iudicentur, siquod aliud hæmorrhagiæ proprium signum accesserit. In eo tantum discrimen est, quòd tumorum, qui digesti non sunt, suppurationes non modò citius, sed etiam magis in hypochondriis contingunt, quàm circa umbilicum: & hæc, quæ circa umbilicum, frequentius ac celerius, quàm quæ in imo ventre consistunt. Causa est loci calor maior, à quo quicumque tumores. longius ad infernas partes recedunt, etiam serius minùsque suppurant: quòd fit, vt qui sub umbilico sunt, rarò in pus conuertantur. In hypochondriis verò caloris infirmitas maior est, siue partes continentes spectentur, siue contenta viscera. Sub umbilico inanita quedam & frigidior locus, vbi non nisi hypochondriorum beneficio coactio peragitur. Ob eamque causam scribit Hippocrates in Epidemiis, suppurationum umbilicum terminum esse. Quo etiam loco signum addit, ex quo suppurationes rupturi conuicere oporteat. Quibus enim (inquit) suppurationes erumpi debent, ventres turbantur. In causa est tenuis sanies, quæ primùm exudat, & ad excretionem irritat, vnde etiam sæpe dolor colico similis excitatur. Tum verò maximè turbatur aluus, cum pus ambientia corpora rupit, quo tempore obseruauimus multoties hortore ac sudore præhensum ægrum cum frequenti animi deliquio, & extimarum partium perfrigeratione breui interiisse, qui parùm febrile, & mediocriter habere paulò ante videbatur, effusa sanie supra ventriculum & intestina. Quod autem scribit, ἡμισα, non ex toto negat suppurationes in ventre fieri, sed multò minus, quàm in hypochondriis, vt loca inferiora cum superioribus conferantur. Aduerbum enim ἡμισα non omnino negat, sed minuit, idemque est, authore Galeno, quod ἐλάχιστα, id est, minimum, vel perrarò, non autem (vt quidam aiunt) ἑδάμῳ, nullo pacto. Deprehenduntur verò tumores ventris & inflammationes omnes potissimum tactu. Nam hepate phlegmone obfesso tumor omnino circumscriptus est, nimirum totus simul elatus, nec amplius extēditur. Liene verò affecto interdum sublongus. In musculo: quia totus sibi cōtinuus est, protēditur tumor secundum ipsius musculi situm. In omnibus fixus percipitur. Qui verò nutat & mouetur, vel omentum obidet, vel vterum. In mesenterio, & eò, quod pancreas appellatur, quæ sunt totius corporis tanquàm sentina, è iecore & liene superflua bilis & pituita per ramos venæ portæ, qui illuc defluunt, deponuntur in glandulas, in quibus humores tempore exagerati primùm laxum mollèmq; tumorem ingenerant: deinde siccescentes renitentem, durum, ac verè scirrhosum, vt penitioribus sub umbilico partibus vel os, vel calculus concreuisse videatur. Cùm ergo venter intumescit citra fluctuationem, citra alui suppressionē diutinā, citra hydropis suspicionē, id si ab adipis copia sit, manu totus separatur à musculis abdominis, & reliquus corporis habitus obescit. Tumor autè musculorum abdominis primo contactui occurrit, & pressu ac contactu, aut etiã sine his dolet, quòd pars ea sensu prædita sit. At mesen-

1. Prog. 33

3. Provrh. 51.

6. Epid. sect. 2.

3 acut.

C C

terij tumor altè sepultus est, nec nisi pressu animaduertitur, nullo dolore affligit, quia pars ipsa doloris expers est. & sua mole intestina coarctans aliuu pigriorè facit.

VIII.

Και γινεῖ ὁ τῶν μὲν ἐν χιτῶνι, τὰ δὲ ἄνω κεκυμῆρα.

*Fuunt autem hæc atque colliguntur, alia quidem tunica inclusa, alia in superficiem effusa.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Omnis abscessus melior, quantò longius recedit à partibus principibus. Atque ideo omnis exterior abscessus interiore melior est. Adde quòd inde & facilitas sequacis materiae, & robur excludentis naturæ intelligitur. ὅ γιγνώσκει dicit pro membrana interiore, quod peritonæum dicimus. ἄνω verò superiores partes, hoc est, superficiales. Exteriora enim superiora dicuntur, & interiora inferiora. ἄνω, ἔξω, κάτω, ἔσω vt in respiratione.

DESID. IACOTII COMMENT.

Illud (τῶν τῶν) non solùm ad tumores in ventre, sed etiam ad suppurationem eorundem tumorum refertur, de qua hic agitur, & quam in Prognostico ἐκπύματα & ἀπύματα vomicam, siue puris in loco angustissimo collectionem concocto tumore præter naturam, appellat. Hanc non semper fieri vtiliter à natura, vt nec hæmorrhagiam, innuit hoc loco. Nam pus colligitur quandoque sursum in superficiem, id est, sub cute in partibus exterioribus: aliquando verò in profundo, & in tunica, nimirum intra peritonæum, aut in interiore superficie ventris, vbi abdomen à peritonæo succingitur, & vacuum spatium est, quod omento & peritonæo interiacet, siue pars ipsa verè purulenta sit, siue musculus ipse, in cuius tunica aliqua pus includatur, nec foras in superficiem diffundi queat propter lentorem materiae & crassitiem, aut propter continentis tunicae densitatem. Etenim natura pro viribus semper nititur ex affecto loco pus excernere post coctionem. Id verò interdum assequitur nata meatum aliquem excretioni idoneum, tāquam emissarium. Nonnunquam verò nullo patente emissario pus in vicinas partes & spatiola inania dispergitur, sedem dilatat, & vel corrumpitur, vel in scirrhum abit, vel eroso peritonæo supra intestina effunditur, quod lethale esse antea diximus. Ipsum enim, quod interponitur, duplici nomine prohibet vnionem: & quia caro, nisi carni vniri nequit, & quia pus in loco calido humido putrescens erodendo vlcus amplificat. In Aphorismis similem distinctionem scribit in tumoribus viscerum, vt hepatis. Nam vel suppuratio fit in tunica, id est, in membrana succingente hepar, quæ est pars peritonæi: vel in substantia ipsius visceris. Illic illæsa substantia iecinoris vomica rumpitur intra peritonæum, atque ibi fluctuat, vnde seruari possunt ægri, si secentur, aut vrantur, aut pus effluat album, læue, & æquale. Hic nullis medicamentis liberantur, quibus pus coenosum & amurcæ simile post vstionem, vel sectionem reditur. Nam in corruptela substantiæ hepatis putrens sanies fecem olei representat.

IX.

Θαυμάσιμα δ' ἐστὶν ἀνδρῶν, ὅτε ἂν εἴσω ῥαγῆ, τὰ δὲ λοιπὰν ἐμπυμύπτων, τὰ μὲν ἔξω ῥηγνύμενα, βέλτερον μὲν ὡς ἐλάχιτον καὶ ὀξύτερον συλλέγεσθαι.

*Inter abscessus lethales sunt, è quibus intro pus erumpit. Reliquorum verò suppurationes ex his, quæ foras erumpunt, maximæ laudabiles, si quam minimum loci occupent, & si in acutissimum conum colligantur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

LEGE Prognosticon.

DESID.

IN suppurationibus naturæ progressus eiusmodi est, vt cum humor prauus in pus conuertitur, dolores ac febres augeantur propter ebullitionem humoris, & innati caloris conatum commissa inter naturam & humorem pugna: & siquid externus sit tumor, vehementer pulsatur propter arteriarum motum, aucto calore, & aucta ex fusione humoris copia, quæ quòd magis implet, ac minus cedit, eò magis premit ac dolore afficit intentam arteriam: si verò internus est, non necessario pulsatur, tum quoniam viscera rara abundant arteriis, cum externi muscoli vnuerfi habeant: tum quoniam internæ inanitates, & circumdantiu laxitas facit, vt pulsatio, siqua sit, citra dolorem fiat. Ad suppurationem deinde accedunt rigores interdum quidè sine ordine, dum suppurans vapor morsum concitat: interdum verò rupta vomica ab acrimonia puris partes sensiles vellicatis. Confecto iam pure omnia quidè remittuntur: verum puris abscessione facta in profundo vires relinquuntur multò imbecilliores, pulsus frequens, paruus ac languidus, crebraque animi defectio. Vbi verò rupto abscessu puris illuues ad interiora proturpit, vix quisquam seruatur. Rigor, vomitio, nausea, animi defectio, sudor frigidus succedunt effusa sanie in capacitate abdominis, quòd & hydropticorum aqua confluit, & in viscera nobilia redudante. Itaque cor eius tetro vapore obruitur, venter breui intumescit, extrema perfrigerantur, sudore frigido frons madet cum inquietatione & dolore, donec æger de medio tollatur. Ex his Arelatæ intra anni spatium in tribus ægris & mortè prædiximus, & mortis tempus ac modum, & quæcunque caduere dissecto inuenta sunt, vt nihil nos latere assidetes circumferrent. Cum itaque puris abscessio interdum quidè sub cute fiat, sepe verò in profundo: idque geminam ob causam, quòd vel pars, quæ suppurat, intra peritonæum posita sit, vel pus ipsum, etiãsi musculus sit, qui laborat, sub inuolucris eius detineatur, nec possit foras propter lentorem, aut crassitiem, aut tunica, quæ ipsum compræhedit, densitate egredi, hoc loco docet Hippoc. illa multò leuiora esse, quæ foras, & non intro abscedunt. Quæcunque enim suppurationes intro erumpunt, non modò in superiore ventre, sed etiã in inferiore, si magnæ sint, lethales merito sunt propter difficultatem curationis, grauium symptomatum accessionem, partium interiorum nobilitatem, & puri denegatum exitum. Cum enim pus per crassiora intestina vacuatur, ea mordet & abradit, dyfenteriamque concitat: cum verò per ieiunum, aut tenuia intestina fertur, cibi in corpus digestionem vitiat: cum per ventriculum, etiã ipsi concoctioni detrimentum adfert. Hollerius ita distinguit, vt rumpi intro significet, vel in abdominis internam regionem, quòd minus malum est: vel in medios musculos, quòd est deterius. Tum addit, si in mediâ regione & vacuum pus dponatur, & superiores partes inuadat, lethale esse, præsertim dextra parte propter hepar. Et Hippoc. Si (inquit) abdominis vomica dextra parte supra vmbilicum effusa fuerint, ἰδύωδες, ἀσώδες, κοπρῆμετοι, dolorosæ sunt, & iactationes inconstantes corporis, stercoreisque vomitiones excitant. Circa pubem verò τὰ πλεῖστα ἀσύνετες ferè innoxie. Ac rectè dixit τὰ πλεῖστα. Nam sæpe ex his mors sepe repentina contingit, vt superiore ætate ostendimus in puella dissecto caduere, quæ cum optimè habita omnibus videretur, in læuem quandam febrem incidit tertianæ intermittenti non absimilem sine dolore in ventre. Ad eam circa mediâ nocte vocati, quod leui animi deliquio laborasset cum rigore quodam, quem paroxysmi principium esse putabant, prædiximus abscessum in ventre ruptum, ex quo breui interitura esset. Id cum alteri medico absurdum videretur, ac breui illa obiisset, dissecto corpore magna puris quantitas circa vterum inuenta est, quæ ad superiores vsque partes redundabat cum inflammatorum colore subnigro. Fieri tamè potest, si exiguus sit abscessus, & vires conflæt, vt pus vomitione prorumpat, aut per aliuu, aut per vrinas profundatur, natura sibi viâ faciente, quæ per media ossa ipsum etiã nonnunquam excludit, vt testatur Galen. Pessimæ autem omnium sunt illæ suppurationes, quæ in partem vtrâque tum internam, tum externam erupere. Sic enim geminatur malum, quoniam nullam tunc habet natura sedem, nullamque, vt ita loquar, principium renutritionis, quòd ruptis possit opitulari, & veluti in solo quodam firma iacere regenerandæ carnis fundamenta. Ea sunt in vlcerebus caro integra, in fracturis os sanum, è quo callus producitur. Tametsi

7. Aphor. 45.

2. Epid.

7. Aphor. 55.

ergo pus è corpore excernatur, vlcus tamen ex abscessu contractu perpetuo multa colluue fordescit, neque vnquam potest sanescere. Tum igitur sensim æger contabescit, putrida, saniosa, & interdum cruenta est alui deiectio, ac sæpe quasi ex cadauere colliquatio, aut inguinum & pubis manifestus tumor oboritur. Vidimus, cui cum testes intumuisent, nec vllis remediis acquiescerent, vlcus in musculis abdominis supra pubem inuentum est. Sequitur altera Aph. pars, in qua docet suppurationum, quæ foras, & non intro abscedunt, quacumque parte obsideant, duo signa optima esse. Vnum, vt non magnam occupent locum, nec late extendantur. Alterum, vt in fastigium tendant, & coniformem figuram representent. Hæc enim robustam esse facultatem ostendunt, quæ pus foras propellit, copiosumque calorem nativum, & materiam obsequentem, quod fit, vt pus non magnam corporum, quæ exedit, partem corrumpat. In abdomine vero præter hæc denunciant à nobiliori parte ad ignobiliorē materiam transferri. Quoties enim materia cruda est, ferè huc atque illuc dispersa manet. Per coctionem verò & æquatur, & vnum in locum cogitur, vbi acrimonia sua viam sibi parat ad exitum. Paruus ergo tumor angustus collectam materiam indicat: foras prominens, roboris facultatis, materię obsequiosæ, & copiosi caloris nota est, qui ignis instar in pyramidem cõtentit. Aequaliter maturatus materiam simplicem esse testatur, & calorē in omnes partes æqualiter sese insinuare. Crafsior verò materia & frigidior, aut non suppurat, aut ægrè, ac sæpe in astrictam cutem incidens, in latum se explicat, sæpe diuturnitate corrumpitur, aut in scirrhum abit. Inæqualitas vel materię heterogenee, vel infirmę, naturæ foboles est, vt cum duobus locis apices veluti cornua proferuntur. Ob easdem causas in ambitum durus tumor, quia etiamdum crudus, percipitur. κατὰ τὸ ῥῶπιν dicitur, qui vel inferiore parte tuberculi apicem edit, quod pus effluat per decliue, quod optimum est: vel inferiore parte ventris pus deponit longius à visceribus. De quibus omnibus sic breuiter scripsit Hippocrates, Tubercula, quæ tumorem suum foras proferunt, acuta & in conum adducta, atque æqualiter maturata, nec in ambitum dura, ac infernè apicem edentia, non diuisa, meliora. Contraria verò mala: & quod magis contraria, eò deteriora.

6. Epid.

X.

Τὰ δὲ ἔσω, μήτε ὄγκω, μήτε πόνω, μήτε χρώματι διάδηλον ἔξω ποιεῖ. τὸ δὲ ἐνδύσιον κενεῖται.

*At in his, quæ rapiuntur intro, optima sunt, siquidem nihil tumoris, doloris, & coloris alieni foras edat in superficiem. Quæ verò suppurationes his contraria sunt, pessima.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

LEGE Prognosticon.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**n Prognostico ita scribitur, Quæ verò interius rumpuntur, optima quidem illa sunt, quibus cum externo loco communicatio nulla est. Sunt autem ea contracta, & doloris expertia, totaque loci facies exterior concolor apparet. Licet ergo nulla suppuratio simpliciter bona sit, quæ interius rumpitur, quod in multo nobiliores præcordiorum cute partes eruptio fiat, quia tamē in malis multis minimum aliquod malum est, eam tanquam minus perniciosam commendat, cui nulla est cum exteriori parte comunicatio, quādo videlicet illa substantia partis affectæ, nullique factis cuniculis pus totum in spatium vacuum diffunditur, nec putredinem in musculis, aut membranis abdominis relinquit, vnde carnis regeneranda fundamentum tollatur, de quo diximus paulo ante. Hoc autem manifestum fiet, si neque tumor in abdomine exteriori appareat, neque dolor sentiatur, neque color cutis immutetur. Ea enim coloris mutatio exteriori apparet, latentis vomice & saniei nota est, quæ in mediis musculis relicta dispergitur longius, vt ad cutem perueniat, aut eam praua euaporatione corrumpat: sicut pericranio pallido, flauo, aut aliter, quam pro natura colorato, pus intus contineri, vel in diploe, vel in cerebro, aut in superficie cranij deprehendimus.

XI.

Τὰ δὲ τῶν διὰ πλάγος αἰσίου, & διασημαίνε.

*Quidam verò horum præ crafsitudine puris non apparent.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**us omne duplici ratione crafsius est: è propria natura, quia frigidius & è frigidiore materia natum est. Præterea quod à calore soluta in vaporem partem tenuiorem, quod relinquatur, crafsescit, quomodo quæ in pulmonibus hærent diutius, & in articulis pituita interdum lapidescit. Hic vtrius de causa crafsius redditum sit, non prodit se foras, neque vllum signum edit, quod verbo διασημαίνει significat. Signa verò tumor, dolor, color, quibus & calor, & cutis scabrities adiungi possunt, quibus interdum subesse pus intelligimus.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**uidam suppurationes esse, quæ nec citò rumpantur ad interiora, nec ad exteriora diffundi queant, nec ex colore, tumore, aut dolore externarum partium facile deprehendantur, in Aphorismis quoque docet Hippocrates, causamque affert loci densitatem, & puris crafsitiem. Quibus enim (inquit) pus in corpore nullam sui dat significationem, ob crafsitiem sui, aut loci non se prodit. Exemplum est in abscessibus, qui intra musculos ventris, aut ossis cruris latet. Crafsities autem puris siue sit à materia frigidiore, siue à resolutione tenuioris partis impedit diagnosis, quia à natura ad superficiem propelli non potest, nec digitorum contactu & impressione fluctuat, quanquam inundatio non semper suppurationem ostendit, cum ad abscessum pituitosum, nec purulentum etiam sequatur. Loci autem densitas tum propter duritiem, tum propter interuallum tactui occultat notitiam puris. Signa verò, quæ sumi solent ab antecedente inflammatione, vt febris remissio, itemque doloris, duritiæ, & pulsationis, tum quoque fallunt, cum suppuratio fit in abscessu frigido. Ignoratio autem loci suppurati, & temporis suppurationis quantum detrimenti afferat, vel ex eo perspicuum est, quod si sectio profundior, aut vltio differatur, partes vicinæ corruptelam contrahant, vt his remediis locus postea nullus relinquatur. Interea ad debilem ex continui solutione locum, frequenter etiam dolentem confluxio fit tum à partibus vicinis, tum à toto corpore, ipsaque contentrix partis facultas infirmatur, quia multæ fibræ in retentione contrahendæ sectæ sunt, & à continentis commercio temperies evertitur membri. Sed & concoctio, quæ solutionis vitio oblaesa est, cum alimentum assimilare non possit, excrementi copiam auget. His de causis & multis excrementis vlcerae partes squant, & corpus paulatim contabescit. Prouidendum igitur diligenter, antequam hæc incidant, ne vel loci, vel temporis diagnosis nos decipiat. Aristoteles ergo tumoris locum perfundit aqua, qui si immutatur, purulentus est: si non, crudus. Hippocrates primo de morbis argilla tegit, quæ si celerius resiccatur, quam quæ alteri loco minimè suspecto affigitur, suppurationem latere ostendit. In Prognostico idem venatur ex pondere in parte affecta percepto, & ex inordinato rigore. Paulus mollietiem cum inundatione quadam certissimum signum esse vult: verum loci densitas plerumque contactum perturbat. Propterea iubet Auicennas pluribus digitis locum premendum, vt inundatio deprehendatur, & colorem cutis obseruandum, qui suppurato concepto corruptus apparet, & cum splendore quodam cutis albicantis, vt à vicinarum partium colore plurimum distet. De duritie quoque interrogandus æger, vbi inflammatio non præcessit, & vtrum podus ac pruritum alicubi sentiat.

6. Aphor. 41.

3. Prob. sect. 3.

XII.

Τὰ δὲ πρόσφατα τῶν ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις ἐπαρμύτων, ἢν μὴ συν φλεγμονῇ ἢ, καὶ τῶν ἐπὶ αὐτῶν πόνος λυεὶ βορβορυγμὸς γενόμενος ἐν ὑποχονδρίω, ἢ

μέγιστα μὲν διακρίσεων δι' ἕρων, καὶ διαχωρημάτων. Εἰ δὲ μὴ, καὶ ἄλλος διαπε-  
ραυθεῖς. ὠφελεῖ δὲ καὶ ὑποχολῶδες ἐς τὰ κάτω χροῖα.

*Qui verò tumor recens excitatus in hypochondriis, siquidem si-  
ne inflammatione est, ac dolores inde natos soluit murmur in hypo-  
chondriis factum, & maxime si exciderit per urinas & deiectiones  
alvi. Atque ut is exclusus ea transierit, iuvat tamen deuolutus  
ad inferiores sedes ventris.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**æc sententia in Aphorismis scripta, & in Prognostico, aliis tamen verbis.  
Nam quæ hæc ἐπ' ἀρχαῖς, in Prognostico κρηθώματα, in Aphorismis ὑπο-  
χόνδρια μετέωρα dixit. Atque aliquando οἰδήματα vocavit in Prognostico, & ἐπὶ  
κρηθώματι οἰδήματα. Hæc autem omnia generalius dici solent ab Hippocrate in  
omni tumore præter naturam. Peculiariter hoc loco intelligit, quæ ἐμπειροσώματα,  
φυσώδη, πνευματικά, & πνευματώδη ὑποχόνδρια aliis locis appellat. Hæc autem  
à flatibus, qui angustias intestini atque inuolucris cohibentur. Ac generatio quidem  
eiusmodi flatus ab infirmo calore, qui frigidam materiam imbecillius coquens in  
flatum conuertit. Cohibetur autem, quia crassior & crudior est. Sua enim flatibus,  
vt humoribus, & cruditas, & maturatio est. Deinde quia vis excretrix imbecillior:  
postremo quia anfractuosis locis nec rectè patentibus includuntur. Ac malum qui-  
dem esse iam ante scripsit, si quæ sit flatuosus venter, flatus non excidit. At vt tem-  
pore crudus humor calefacit, inciditur, tenuatur, sic & flatus crudior. Atque ita in-  
ualefcens natura, vt excludat, contendit: tumque βορβορυγμὸς exauditur spiritu vi-  
delicet cum humore agitato. Ac sic quidem aluo profuente, aut humore ad vrinas  
verso, aut vnà cum flatibus deuolutis omnibus ad intestina, quæ crassa sunt, & in-  
firmam sedem alui tenent, prior tumor subsidet, & acquiescit dolor, quem excita-  
bat vehemens à flatibus distensio. πρόσφατα dicit, quæ in Prognostico νῆαρα, quia  
videlicet eiusmodi flatuosus tumor celeriter excitatur ac subsidet. Alij tumores  
phlegmone, scirrhus, œdema peculiariter appellati, tardius accrescunt atque  
dissoluuntur. ἢ μὴ σὺν φλεγμονῇ, & quia recentia, & celeriter excitata sineque  
phlegmone, hoc est, æstuoso calore. βορβορυγμὸς vox est fictitia, quam po-  
tius e re ipsa, quàm descriptione longiore intelligas. καὶ μάστιγα. In Prognosti-  
co καὶ μάστιγα διεξίωσι ξυὶ κόπρω τε καὶ ἕρῳ καὶ φύσιν. In Aphorismis, αἰ κοιλία κα-  
θυγχαίνοντι ἢ μὴ φύσαι καταπύρα γέωσιν, ἢ ἕρῳ πλήθει ἐπιέλθῃ ἢ πυρετῆσι ἢ ταύ-  
τα. Nam quum hæc affectio spiritui flatulento aliquid humoris habeat permi-  
stum, si via distributionis excluditur, humor aliquando cum spiritu per vias vrinæ  
exit, aliquando humor per vrinas, spiritus per aluum, ac sæpius vtrumque per in-  
testina. ἐς τὰ κάτω χροῖα, quia sic relictis superioribus partibus, vbi sunt viscera ad  
amplitudinem crassi intestini prouunt, vnde facilius excludantur, & vbi nocent  
minus.

DESID. IACOTII COMMENT.

**V**etus hypochondriorum tumor cum durezza, & sine dolore, ab obstructio-  
ne, aut scirrho ducit originem, aut ab humore crasso & lento, quem vali-  
dum iecur à se in proprias ambientes membranas deposuit: recens verò cum do-  
lore & febre symptomatice ab inflammatione. Quoties autem hypochondria ita  
intumuerunt, vt sine duritie suspensa videantur, ὑποχόνδρια μετέωρα dicuntur, id  
est, sublimia, non profunda, pensilia, & ἐμπειροσώματα καὶ φυσώδη, flatuosa, aut fla-  
tu extumescencia: alibi in hoc opere ἐπ' ἀρχαῖς: in Prognostico, κρηθώματα: hæc τὰ  
πρόσφατα ἢ ἐπαρμάτων, recentes tumores, vt opponat veteribus. Quia verò re-  
centes distensiones aliæ sunt, vt dixi, ab inflammatione, aliæ à flatu, quædam etiam  
ab vtro

ab vtroque, ad distinctionem addit μὴ σὺν φλεγμονῇ, non à phlegmonè: ergo à  
flatuoso spiritu. Is autem generatur, vbi cumque humida materia est, & calor ne-  
que planè igneus, neque planè emortuus, vt innuit Hippocrates lib. de natura pueri.  
Sunt enim hæc duæ flatuum causæ, calor imbecillus, & materia humida: quanquam  
necessè non est in vtroque, calore videlicet & materia, vitium esse, præsertim cum  
sæpe solus calor imbecillitate flatus excitetur in materia temperata, neque ad-  
modum humida; & contrà, sæpe calore moderatè se habente, solius materiæ vi-  
tio, quæ nimis est humida & flatui generando apta. Imbecillus autem calor est,  
non tantum qui refrigeratur, vt potione aquæ frigidæ, aut aëris frigidi inspiratu,  
sed etiam qui ab extraneo feruente resoluitur. Omnis enim immoderata intem-  
peries, omnium corporis partium robur deiicit. Quò fit, vt partibus, quæ ad hy-  
pochondria pertinent, ab extraneo & immodico calore imbecillioribus reddatis  
alimentoꝝ cœctio lædatur, & cruditates fiant plurimæ, vnde & flatus, & ructus, &  
distensiones gigni necessè sit, quomodo in hypochondriaca melancholia, quam fer-  
uor in venis & inflammatio circa vètriculum parit, & in hydropè sicco ex morbo  
acuto, atque etiam in voluulo à phlegmone intestinorū flatus multos gigni experi-  
menta docent. Locus autè generationis cum omnibus partibus sit cõmunis, maxi-  
mè verò in ventriculo aptissimus est, in quo flatus ij non semper vel frigiditatis, vel  
alicuius intèperici, vel ciborum vitio fiunt, quin sæpe ob malam ventriculi figuram,  
cibi paucitatem, intèpestiuū motum, somnum interruptum. Aptissimus quoq; est  
& in intestinis, præsertim tenuibus, & cruditates inæquali adipe referto, exitu magis prohibentur, &  
dolorum colicum dictum mouent, quoniam in tenuibus intestinis tum flatus cras-  
sior, tum humor propter membranarum tenuitatem & adipis inopiam facilè aut  
dissipantur, aut descendunt. Interdum quoque is flatus à tenui cruditate iecoris  
membranas obsidet, quem immoderata frigidæ potio, intèpestius fructuum  
esius, crapula & fatietas ingenerant, quique non grauitatis, sed tensionis sensum in-  
fert, minus renititur, quàm scirrhus, & breuiori tempore genitus est, ac tantus ple-  
rumque apparet, vt vniuersum hypochondrium repleat, sine iecoris vlla figura, aut  
circumscriptioe. Præterea hæc flatuosa affectio in intestinis duplex constituitur  
ab Hippocrate ex generali omnis intèperici diuisione, quæ est aut hæctica, aut  
temporaria. Interdum enim ab intestinorum intèperie firmata & solutu difficili  
oritur: interdum verò à recenti aliqua occasione. Prior fit sine murmure, licet in  
ipsa insentur hypochondria ac distendantur vtrius instar, vnde hydrops siccus nasci-  
tur, de quo sic scribit Hippocrates in Aphorismis, Quibus tormina adsumt & circa  
umbilicum criciatus, & lumborum dolor, qui neque medicamento, neque aliter  
soluatur, in ficcum hydropa firmatur. Posterior cum murmure ac sonitu, quem  
huc vocat βορβορυγμὸν, id est, strepitum à flatu cum modica quadam humiditate  
agitato, quo differt ἀπὸ τῆς σφόδρα καὶ τῆς βόμβου. Nam βόμβος flatus est siccius cum so-  
no prodians: σφόδρα verò tormina cum dolore intestinorum. In βορβορυγμῷ verò  
flatus per intestina descendit cum strepitu quodam humoris permixti & agitati.  
Quoties ergo à recenti occasione, quam vox πρόσφατον, aut πρόσφαις exprimit,  
non autem ab intèperie intestinorum hæctica hypochondria flatu distendantur,  
dolorque lumborum accedit cum sonitu in intestinis excitato, significatur flatus  
cum humore solidòq; corpore permixtos deorsum per tenuia intestina anfractuosa  
& angusta transire, quorum excretionem natura molitur. Vtramque ergo affe-  
ctionem nimirum tumorem à flatu, & dolorem à tensione soluit superueniens βορ-  
βορυγμὸς. Simul enim cum ipso causa vtriusque descendit in eam ventris regio-  
nem, quæ est ad lumbos, vbi in his, quæ è lumbis enascuntur, doloris alicuius ten-  
sum mouet. Humor itaque ibi inclusus, & permixto flatu agitatus vel in corpus di-  
stribuitur, vt soli flatus superint, qui per aluum erumpant: vel per vrinas vacua-  
tur: vel vnà cum flatibus ex angustias tenuium intestinorum in cœcum & colom  
euaudit, tandemque per aluum expurgatur. Nihil autem refert, siue serosa illa &  
flatulenta materia per intestina excludatur: siue per mesereon in hepar resuat, at-  
que inde per conuexam partem deducatur ad renes. Vtroque enim modo & do-

4. Aphor. xi.



lor, & tumor præcordiis adimūtur, quia tales vacuationes nihil prorsus superflui relinquunt. Alioqui prodest, quanquam non æquè, humoris in corpus distributione facta, solum flatum per aluum prodire, aut vtrumque humorem scilicet & flatum relictis partibus superioribus ad inferiores descendere, è quibus clysmate, aut alio medici artificio facillè proluciantur. Hæc autem symptomata interdum eueniunt in febribus à cruda materia, quæ agitata calore soluitur in flatum, & in hypochondriis mouetur. In Prognostico sic scribitur hæc sententia, Dolores tumorésque hypochondriorum, qui recentes sunt, & sine inflammatione, sonus in præcordiis excitarus dissoluit, magisque, si cum stercore & vrina excessit: sin autem ipse non excesserit, at prodest tamen ad inferiores partes euolutus. In Aphorismis verò, Quibus elata hypochondria murmurant, lumborum superueniente dolore, aluus humectatur, nisi infernè flatum erumpant, aut vrinæ multitudo prodeat. Atque hæc in febribus.

2. Progn.

4. Aphor. 73

XIII.

Σφυγμὸς ἐν ὑποχονδρίῳ μὲν γορυβὴ, παρακρυστικὸν, καὶ μᾶλλον ἢ ὄψεις πικρὰ κινεῖται.

*Pulsus in hypochondriis cum perturbatione delirium portendit, magis etiam, si oculi crebrius moueantur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Σφυγμὸν dici ab Hippocrate non de eo motu, qui peculiaris est arteriis, constat, quum is motus sit omissus, aut certè neglectus Hippocrati. Sed de vehementi motu, qui cum dolore excitatur in partibus inflammatis. Oppressus enim spiritus, qui inclusus est arteriis, à tumore, vel omnino intercipitur, vt sit ἀσφυξία, atque hinc extinctio caloris & spiritus, ex quo gangræna: vel vi maiore exurgit, vt se ea mole liberet, simulque affines partes dolentes quidem ab inflammatione commouet, vnde ingrauescit dolor, & ita commouet, vt ægro quidem & aliquando medico atque iis, qui adsunt, manifesta sit motio. Id autem familiare magnis inflammationibus, multò magis, quum vel natura pus conficit, vel in aliam sedem materiam excludit: παλμὸν interpretatur Galenus, qui nonnunquam à spiritu mouetur, qui inanibus spatiis & cauis locis corporis exultat, & ad exitum contendit. Sunt qui σφυγμὸν commotionem vehementem spinalis arteriæ interpretentur. Sed hîc de palpitatione manifesta, quam inflammatio excitat. Excitat autem in crisi, quo tempore ea ferè existunt, quæ medicum & ægrum conturbent, vigilia, delirium, & ea, quæ παρακρυστικὴ complectitur. θορυβὸν ergo dixit in Prognostico significare, hîc σφυγμὸν μετὰ θορύβου enunciare delirium. Est autem θορυβὸς animi perturbatio, quæ ægro & iis, qui adsunt, accidere consuevit, vbi casus illi perturbationis criticæ sese proferunt. παρακρυστικὸν multò magis inde delirium expectandum, quum vel diaphragma, vel os ventriculi inflammatur, quæ includi hypochondriorum nomine diximus. Et qui in Dealcis horto iacebat ἀποχονδρῖος πόνος ἢ πρὶ ἀμφάλῳ παλμὸς ἤβη τέλειος: conualuit ægrè. Delirant, & alii casibus laborant, quæ meritò ægrum, medicum & alios perturbent. Sed in Sileno, cui inflammatum diaphragma, ἢ ἀρχῆς, ἢ ἤβη τέλειος ὑποχονδρῖος παλμὸς συνεχῆς, in quo & perturbatio grauis, & delirium perpetuum. Mirum tamen, quod author Prothetici αἰμορραγικά dicat παλμὸς ἢ πρὶ τῷ κοιλίῳ ἀποχονδρῖος ἢ τὰ σπῆλαι ἐπιμάχρη δγκώδη, cum neque illi, qui conualuit, neque Sileno, qui obiit, hæmorrhagia inde successerit. καὶ μᾶλλον. Ab ore ventriculi & diaphragmate neruorum consortio celerius iniuriam persentiscit cerebrum. Cerebri verò iniuriam musculi oculorum, priusquam alij, produnt. Ergo πικρὰ κινεῖται, hoc est, ἀσθενεῖσθι instabiles sunt, & perpetuò dimouentur. De quibus antea in oculis. Atque ab eo signo non solum παρακρυστικὸν, sed in Prognostico, μανικὸν pronunciantum, hoc est, vehemens delirium.

IN Prognostico rectius scribit θορυβὸν σημαίνει, ἢ παρακρυστικὸν, perturbatio<sup>1</sup> nem significat, aut delirium, quàm, vt hîc, σφυγμὸν μετὰ θορύβου, pulsus cum perturbatione. Præterea illic vsus est verbo γίνεσθαι, insit, in quo ὄψιν, in profundo significat, nequis putet pulsus omnem in hypochondriis signum esse perturbationis, aut delirij. Etenim musculi hypochondriorum nec pulsantes, nec palpitantes delirium, aut periculum necessariò accersunt, sed ea tantum, quæ in ima præcordiorum sede pulsant. Appellat autem θορυβὸν, παρακρυστικὸν, perturbationem quandam excitatis multis casibus, qui & ægrum, & eos, qui adsunt, perturbent, atque extereant: σφυγμὸν verò vel motionem, quæ in membris inflammatis dolorem excitat: vel vehementem atque insignem arteriarum motum, qui aspectu percipi potest, aut ab ægro sentitur nondum admota manu: vel palpitationem à spiritu flatuoso concluso, & exitum emittente. His enim tribus modis σφυγμὸν à veteribus accipi author est Galenus. Constat autem pulsus, qui à flatulento spiritu generatur, neque delirij ( nisi fortasse circa diaphragma, vt alibi dictum est, moueatur ) neque perturbationis esse signum. Quare vel intelligere oportet motum arteriæ magnæ, quæ spinam perreptat, ita magnum ac vehementem, vt æger, aut qui illi adsunt, non admota etiam manu percipiant: vel dolorem pulsatorum, qui magnas inflammationes comitatur. Is ex dolore constat, & pulsatione, ob idque doloris nomine sensum partis requirit, pulsationis arteriam: ita vt vel ipsis insit arteriis, vel partibus aliis, sed arteriarum contentarum gratia. Contingit autem in solis magnis inflammationibus præsertim musculorum, quæ non resolutione terminantur, sed suppuratione, ex quo dolore etiam plerumque imminentem proximamque suppurationem deprehendimus, si cum non adesset, repentè superuenerit, vel vehementior factus fuerit, quàm ante. Augetur enim calor commissa inter naturam, & humorem pugna, ob idque maiore refrigerio & distensione opus habet: humor verò fufus ex calore magis implet, premitque, & dolore afficit arteriam. Eodem igitur modo per inflammationes magnæ arteriæ, iccoris, diaphragmatis, aut ventriculi, quo per aliarum partium phlegmonas, pulsus arteriarum sentiunt ægri præsertim in hypochondrio dextro. Sed quicquid horum acciderit, in periculo versatur æger, siquidem tum magna arteria, tum ventriculus, tum iccur, atque ipsum adeo transfuersum septum, inter partes principes habentur, quorum vnum necessestariò affectum esse oportet, siue palpitationem, siue pulsus intellexeris. Diaphragma enim ( de reliquis partibus nulla dubitatio est ) à sterno obliquè ductum, & lumbis connexum, magnam partem interioris hypochondrij occupat. Verumtamen non idem est ab his omnibus inflammationibus periculum. Nam in iccore & liene perturbationem magis & periculum portendunt, quàm delirium. In diaphragmate verò, & ore ventriculi, siquando magna ipsum phlegmone inuadat, promptissimè delirium suscitant, quoniam hæc partes neruorum consortio magis cerebro consentiunt. Cum enim ab eo nerui omnes oriantur, quæ partes neruos plures, aut maiores recipiunt, illæ principium suum in consortio mali haud sine rauone pertrahunt. Meritò ergo dixit Hippocrates perturbationem è variis casibus, aut delirium ab eo accidente significari, quod non cuiusuis inflammationis, sed magnæ tantum, aut ad suppurationem tendentis argumentum est. Exempla autem posuit in eo, qui in Dealcis horto iacebat, & in Sileno, cui phlegmone obsecum erat septum. Sed & libro secundo Epidemiarum scribit, Cum vena, quæ in cubito est, pulsauerit, insanum furibundumque est. Verum vt discernere liceat, quando delirium, quando perturbatio consequatur, oculorum motum intueri iubet, quos non nunc modò, sed aliis omnibus in symptomatis, à quibus delirium fore metuis, diligentissimè contemplare. Ipsum enim instabiles illi certè præfagiunt. Nam & vicini cerebro, & cum ipso venis ac neruis sociati, omnium ferè primi ipsius iniuriam persentiscunt. Quò fit, vt affectis ore ventriculi & septo cerebrum celeriter in consortio mali adducatur: affecto cerebro, oculi, qui imminente delirio crebrò huc atque illuc mouentur. Atque hæc vt vera sint, hæmorrhagiam tamen & antecede-

re, &

re, & præmonstrare possunt, vt alibi demonstratum est, & in Prorrhetico scribitur, Palpitationes ventris cum tensione oblonga & tumente hypochondrij profuuium sanguinis è naribus significant, atque hi inhorrescunt.

XIIII.

Καρδίας πόνος ἔσφυγμός ὑποχονδρίων, πυρετός περιψυχτός, κακόν, ἄλλως τε κίην ἐφιδρώσιν.

*Oris ventriculi dolor cum hypochondrij pulsatione, refrigerata febre, malum, tum aliàs, tum si tenuis sequatur sudor.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**K**αρδίαν consuetudine Hippocratis os ventriculi dici manifestum. Dolet autem facile, quia nervosum & acerrimo sensu præditum est. Sed vnde doleat, & hypochondrium pulset, refrigerata febre, rectè quidem dubitari potest. Solet enim palpitatione commoueri, natura vel iudicium per excretionem, vel concoctionem per suppurationem moliente, quo tempore non refrigeratur febris, sed incandescit. Etenim dum pus conficitur, dum natura in crism incubit, dolores ac febres fiunt magis. Oportet ergo refrigeratam febrem dicere, quæ ad manum quidem nulla videatur, quum tamen intus vigeat incendium. Solet enim in febribus malignis, quales sæpe sunt, quæ ab inflammatione viscerum fiunt, febres ad manum mites esse; quum ardeant interanea. Sic in Sileno, cui perpetuò palpitabat hypochondrium, extrema sæpe frigida & ἐφιδρώσις. Atque hæc ferè sequitur, vbi natura dissoluitur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**O**s ventriculi καρδίαν veteres dixerunt, ab accidentibus, quæ inferre videtur propter mutuam consensum, & maximam affinitatem, quam habet cum corde. Ventriculo quoque caput, & capiti ventriculum consentire argumento est delirium ex ventriculi bile, & ex capite vulnerato vomitus, de quo in Aphorismis scribit Hippocrates, Quibus cerebrum præscinditur, necesse est febrem & bilis vomitum superuenire. Nec modica est reliquarum partium iecoris, lienis, intestinorum, imò totius corporis ad idem ventriculi os communio. Ex eo enim affecto tumores ad omne opus oriuntur, & extremorum frigus, & in Prorrhetico scribit corporis iactationem, anxietatem, inquietudinem, & pedum nuditatem eius affecti interdum sobolem esse. In vniuersum tria affectuum genera in ipso notantur. Nam alij ipsius proprij sunt, vt appetentiam deicere, & natantes cibos corrumpere. Alij per consensum cum iecore, cerebro, liene, intestinis, vtero. Tertium genus eorum, quos aliæ partes huius consensu patiuntur, vt cerebrum & cor. Eiusmodi sunt conuulsio, sopor, morbus comitialis, melancholia hypochondriaca, visa suffusis similia, iactatio, syncopis, somnus turbulentus, insomnia, deliria: quæ omnia sæpe medicum præfagientem fallunt, quòd vi febris fieri putentur, cum causa sit in ore ventriculi, vt cibus intempestiuè sumptus, acris humor erodens, aut multus opprimens, vermes ab intestinis eò progressi, sensus ita exquisitus, vt quauis animi intentione vehementiore confestim bilis affluxum & ab ea symptomata tum ipse stomachus patitur, tum vicinis & sociatis partibus communicet vel per euaporationem, vt oculis: vel per doloris proprietatem aut intemperiem, vt cordi: vel per vasorum communionem, vt cerebro. Sic per febres quasdam videre licet ægros repentè conuelli, nullo, quod conuulsionem denunciaret, prægresso signo, eisdemque vomitu bilioso superueniente protinus ab omni noxa liberari. Idem iudicium de comate, sopore, ac similibus, quorum exempla quædam scribit Hippocrates frequentibus Aphorismis. Inter hæc verò tum per interiorum viscerum inflammationes, tum per alios etiam affectus hepatis ac lienis ventriculus frequentissimè condolefcit, quomodo in Aphorismis scribitur, propter iecoris inflammationem

6. Aphor. 60.  
2. acut. 29.

1. Prorrh. 19.

nem singultum malum esse, communionem facta per exiles quosdam & exiguos nervos, quorum meminit secundo Epidemion, aut per feruorem peruenientem ad stomachum, aut resudantem bilem, aut compressionem à tumore, vt ne flatus quidem vel spiritus exeat. Non tamen semper, neque quouis modo propter iecoris inflammationem coafficitur os ventriculi, sed tum demum, cum ira aucta est, vt & ventriculum immodicè calefaciat, & bilis calidioris, quæ continenter generatur, aut feri cuiusdam copiam ad principium intestinorum ( vnde sæpe dolor colico similis ) transmittat, ex quo ad ventriculum facilis est ascensus. In eo itaque innatans stomachum vellicat, ex quo semper cardialgia, sæpe singultus oritur. Quoties ergo oris ventriculi dolor cum hypochondriorum pulsatione incidit, talem inflammationem subesse certum est, argumento à pulsu hypochondriorum sumpto, de quo diximus Aphorismo superiore. Ad huius autem cacochiam & magnitudinem cardialgia accedit, quoniam affectionis iecoris communicatio cum stomacho non fit, nisi maxima & pessima phlegmone vrgeat. Perfrigeratio verò febris eodem modo signum est malignarum inflammationum ἐπιγνώμην, præsertim cum extimis partibus refrigeratis interiora vruntur. Minus malum, vbi partes inferiores corporis, si cum aliis conferantur, minus calent: de quibus omnibus dictum est alibi copiosè. Quòd si ad cardialgiam, & hanc perfrigerationem leuis sudatio, quam ἐφιδρώσιν vocat, sequatur vel circa frontem tantum ac thoracem: vel per totum corpus sine remissione febris, non solum κακόν, sed etiam θανάσιμον. Inde enim & naturæ vehemens oppressio, & virium summa infirmitas significatur ab inflammationis magnitudine, quæ instar cucurbitulæ totum ad se sanguinem rapit. Ad hæc si vehemens frigus fuerit, virtutem valde imbecillam esse iam coniciendum. Ob idque qui ita laborant, plurima tum custodia tum diligentia indigent, vt scribit quarto acutorum. Quo etiam loco nihil ab ipsis præter oxymel crassis glutinosisque humoribus commodum attingi vult, idque aquosum, quia tale statim ad hypochondria peruenit, quale epotum est, cum in affectibus pulmonis propter distributionis interuallum, quo alimenti & medicamenti vires remittuntur, acidius esse debeat. Præterea omni forbitione interdicit, donec morbus ad maturitatem perductus fuerit, modò æger ferre queat, vt interpretatur Galenus.

XV.

Ἐς ὑποχόνδριον ἐμπιπλοντα ἀλγήματα, ἄλλως τε πονηρόν, κίην κοιλίας κεντρικῶν, κεντρικῶν ἔν ὀλίγω γινόμενα, ἢ τὰ παρ' ἑς τε ἀντιόμωρα ἐκτετακόν, κεντρικῶν, ἢ τὰ ἄλλα ἐκπυήματα.

*Dolores, qui in hypochondria incidunt, tum aliàs prauis sunt, tum si inde aluus profluit. Deteriores autem, qui breui tempore commouentur. Et qui tumores existunt ad aures, in iis maligni, aliàs suppurationes.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**C**oncurfus est ex empyrica obseruatione. Nam si derepente materia irruit in hypochondrium, hoc est, è corpore per hepar in intestina, vnde moueatur dolor, & aluus perturbetur, non protinus prauum est. Id enim criticè commoueri potest. Neque perturbationes ventris damnat Hippocrates, si qualia oportet, expurgentur, & paulò ante borborygmo & soluta aluo tumores hypochondrij & dolores persanari scripsit. Prauum igitur esse non potest, nisi cruda vi morbi, non naturæ prouidentia moueantur, & qualia non oportet, aut is sit impetus excuntis materię, qui vires dissoluat. Nec quod scribit, κακίω δὲ ἐν ὀλίγω. Nam νέαρα & πρόσφατα ἐπ' ἀρματα quæ vocabat, ἐν ὀλίγω breui tempore existunt. At παρ' ἑς ἀντιόμωρα mala, quia cum natura ad intestina depelleret morbum, vt excluderet, si fursum rec

sum recurrit materia, malignum est. Abscessus enim longè colligi à principibus partibus corporis oportet. Cur autem dicat *ἡ τὰ ἄλλα ἐπιπύματα*, non satis constat. Nam vt parotides suppurare possint, nondum tamen suppurations dici possunt, neque damanda sunt omnino, quæ foris suppurent. Quare parùm conuenit hæc sententia maiestati Hippocratis.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**ypochondrium singulari numero positum alterum tantùm, maximè verò dextrum significare solet apud Hippocratem, propter excellentiam, qua alteri antecellit. *τὰ γὰρ ποιάυτα* (ait Galenus in historiam Hermocratis) *χωρὶς προσ-δικῆς τῆς διορισμῶν λέγουσι*. Qua ratione significatur hoc loco hepatis phlegmone, quæ vel feбри superuenit, vel ipsa febrem excitat. Vox enim (*ἀλγύματα*) idem testatur. Eiusmodi autem inflammationes prauæ quidem sunt per se, non tamen semper malignæ, nisi magnæ sint à copiosa materia, & maligna putredine. Leues enim interdum febrem mouent acutam quidem, non tamen malignam: interdum verò nec acutam, nec malignam. Quocirca hoc Aphorismo, vt & superiore, inuenere videtur Hippocrates de periculo pronuntiandum non esse, nisi per symptomata superuenientia, qualia sunt extimarum partium perfrigeratio, cardialgia, ephidrosis, de quibus supra: hinc verò *ἢ κοιλίας καθυγραίνῃ*, si aluos humectet, vel quia *κάτω*, vel, quod verius est, quia *ἵψι*, id est, valde & immodicè, quasi symptomaticè, & supra vires. Potest enim alui profluuium criticum esse, præsertim phlegmone concavam iccinoris partem obsidente. Tales enim inflammationes non solum morte, hæmorrhagia, aut suppuracione finiuntur, sed etiam vomitionibus, sudoribus, & deiectionibus biliosis ob connexionem cum intestinis, sicuti quæ conuexam partem occupant, magis per vrinas, quàm per secessum iudicantur propter cõmunionem cum vena caua. Obseruatum etiam est, sæpenumero, quæ concavum occupant inflammationes, per vrinas & sudores, & quæ conuexum, per aluum expurgari, cuius rei causam nonnulli viri docti referunt ad materiæ grauitatem, vel tenuitatem. Non igitur omnes eiusmodi dolores praui sunt, si inde aluus profluat, nisi id fiat symptomaticè, quod voce *καθυγραίνῃ* significasse videtur. Illa ergo generali distinctione opus est; qua dicimus, Omne alui profluuium malum esse, quod nihil iuuat: pessimum, quod non modò nihil iuuat, sed etiam ægrum auget symptomatis. Contrà verò criticum esse atque vtile, quod antegressis coctionis signis exoritur, humorem noxium vacuat, & ægrum leuat: multòque adhuc certius, quod die critico incidit, & die indice præmonstratum est. In phlegmone tamen hepatis magna ex parte suspectum esse solet. Nam hepar inflammatum, quandiu firmum adhuc est, & robustum, immodicè fugit alimentum, & adurit. Propterea excrementa alui his vel biliosa, adulta, nec modum exuperantia excernuntur: vel potius sicca, veluti quæ *στυραδάδες* appellantur, quasi in gyrum voluta, spirosaque dixeris, combustis scilicet à visceris phlegmone siccioribus, & quasi in nucleum formatis excrementis, quæ *σύνβαλα* Græci vocant. Verùm accedente ad phlegmonem imbecillitate liquida deiciuntur, eaque varia. Nam si alimentum hepar non trahit, chyli speciem referunt: quomodo differunt ab excrementis ventriculi affecti, quæ in chylum haudquaquam mutantur: si verò trahit quidem, sed non retinet, saniosa sunt & ichoroidea, interdum verò cruenta referatis venis metastasis, aut factò in sanguificando momentaneo lapsu. Hoc ergo genus profluuij alui maximè prauum est: omnino verò lethale redditur à colliuatione, & resolutione hepaticæ facultatis propter flammeam dispositionem in ventriculi ore, & firmis iccinoris, quæ partes omnium maximè cordi communicant, alimenta vrunt, & marasimum *πρόσφυγῃ* inducunt. Quod autem subiicitur, *κακίω δὲ ἢ ἀλίγω γινόμενα*, & ad profluuium alui, & ad dolores, hypochondriorum referri potest. Ac de profluuiio alui perspicuum est, quòd iudicatoria non iudicantia magis anticipant morbi statum, eò deteriora esse. Inflammationes verò interiorum viscerum, quæ celeriter generantur, materiæ copiam, & naturæ infirmitatem ostendunt, quæ superatur à fluxione confertim irruente. Quod enim celerius fit, agentis vim ostendit cum

eum dispositione patientis. Sic multi & repenti in hos dolores incidunt, & in his sine crisi moriuntur, vt in accessionum principiis, potissimum qui propter materiæ multitudinem, vel crassitiam, vel phlegmones magnitudinem perniciosè habent: nonnunquam in statu aut incrementò propter morbi vehementiam: interdum etiam, quanquam rarius, in remissione accessionis propter virtutis imbecillitatem & caloris ac spirituum dissipationem. Repetitur ergo humorum motus in phlegmonis generatione quasi suffocat, & extinguit naturam, spirituumque meatus intercipit haudsecus (ait Galenus) ac si quis viridum lignorum copiam confertim flammæ superiniiciat. Sed & parotidas in his inflammationibus prauas esse sæpius dictum est, præsertim quæ naturæ *ὀσμῆν* & conatum irritum sequuntur per morbi principia, in quibus nihil bene iudicari potest. Ad vltima autem ventum est, si praua signa cum virtutis infirmitate coniungantur. Idem iudicium de aliis suppuracionibus, quia frustra fit in parte concoctio morbo adhuc crudo in toto corpore. Quæ verò suppurant in partibus principibus, periculum in eruptione minantur, & vicus pleurumque relinquunt immedicabile, vt alibi exposuimus.

3. de crisi

XVI.

*Καρδιαλγικὰ καὶ μὲν τῶν φρεσὶ κοιλίης θηρία καὶ ἀρρήγνυ).*

*Oris ventriculi dolores cum tormine ventris animalcula erumpere faciunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M**elior esset oratio ita scripta, *ὅσοι θηρία τῶν εἰσοὶ καρδιαλγικὰ καὶ μετὰ σφόδρα κοιλίῃ κατὰ ἀρρήγνυσι*. Quibus lumbrici insunt, iis & cordis motus, & cum torminibus ventris dissoluitur. Constat enim vermiculosos pueros sæpe liquidiore aluo esse, torminibus angi, dolere à stomacho. Neque tamen si quis hoc patitur, protinus excernet vermes. *σφοδρὸς* autem torsio est ab acri materia vel flatibus, quæ per intestinorum ambages circumuoluuntur. *θηρία* verò lumbrici sunt, vt antè annotatum.

DESID. IACOTII COMMENT.

**G**alenus τὸ *θηριώδες* variè à veteribus Hippocratis interpretibus expositum esse scribit. Quidam enim τὴν φθίσιν interpretabantur, quòd qui eò morbo laborant, propter vnguium curuitatem feris similes esse videantur. Alij *θηριώμα* propriè dici existimarunt pulmonis vlcus: alij elephantem: quidam cancrum: multi τὰς ἀσκαρίδας καὶ τὰς ἐλμίνθας, lumbricos rotundos, & ascaridas. Quodam loco Galenus interpretatur *κακίως*, malignum. Ac reuera quicquid malignum est, meritò *θηριώδες* dicitur. Hic tamen de lumbricis agi videtur rotundis & oblongis, qui ab Hippocrate *ἐλμίνθες στρογγίλαι* appellantur. Nam ascarides, id est, lumbrici parui & exiles, easque vermibus similes (*ἐπὶ τὸ ἀσκαρίζειν*, quod pungere est, quia perpetuò pungunt, nec quiescere permittunt) ad ventriculi os non perueniunt, sed recto intestino familiares sine deiectione ferè descendunt. *ἐλμίνθες* verò *πλατεῖαι* lati lumbrici (Tenias quidam vocant) rarò admodum conspiciuntur, quanquam horum etiam Hippocrates meminit & de morbis, & de affectionibus libro quarto. Extenduntur autem sæpe per vniuersa intestina, atque atrophiam pariunt, quorum signa sunt cucurbitæ seminis excrementa similia, quia huiusmodi segmentis constant, quæ vel putredinis vitio, vel agente natura secernuntur à toto, & à corpore secedunt. Tertium genus rotundorum ac teretum, qui in superiore intestino generantur, & in cæco magna ex parte, vbi fæces & pituita diu retinentur, indeque ad ventriculum conscendunt. In ipso igitur cardialgiam & in aliis partibus varia alia symptomata accerere solent tum morsu, tum fumis putridis ad cor & cerebrum transmissis, vt tormina, animi deliquia, anxietudinem, mentis perturbatio-

6. Epid. sect. 1.

6. Epid. sect. 2.

D D

nem, conuulsiones, epilepsiam, febrem, fluxum alui, fastidium, colicam, famem caninam, palpitationem & fluctuationem ventris inde aliquando assurgentis ac tumentis, vt in grauidis sætu robustiore. Vetriculi ergo dolores cum torminibus sæpe lumbricos exturbant, non tamen semper, aut necessarîo, cum eiusmodi symptomata à multis aliis causis ortum habere queant. Generantur autem à cruditate, putredine in primis venis ac circa ventrem, & magno calore. Nam solam putredinem non sufficere, nisi multo calore materia foueatur, indicat excrementorum foetor & halitus in pueris vermiculosis, & quod in tenella ætate non generentur calore nondum potente materiæ dominari. In pueris autem cum ex aliis signis, tum familiari illo deprehenduntur, quod per somnum concipientes lumbricorum in ventre morsum mastitent musculis masticatoris imaginata, vt volunt, exprimentibus. Rectius autem alibi Hippocrates ex lumbricis præfagia instituit, vt, Malum esse, cum superius ascendunt: vtile si in fine morbi ac sub iudicium prodeant cum facibus naturæ robore expulsi. Deterius in principio, quia vi morbi excernuntur, & magnam crudæ putrisque materiæ copiam, ac putridi caloris vim in superiore intestino indicant, præsertim si vini & soli excludantur, aut interfecti, à materiæ malignitate. Alia tamen signa coniungenda sunt. Pueris familiare est, vt excretis vermibus conualecant. Alij vomunt maiore periculo. Aliis viui robur & cruditatem denunciant, mortui corruptionem.

## XVII.

Καρδίας ἀλγῆμα πρῶτον ἐπιφαιτέον, θάνατον ἔξ ἀπηναιον σημαίνει.

*Cordis dolor seniori sapiens consuescens repentinam mortem significat.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Septuagenario dolor is cœpit esse frequens & familiaris, in quo ea angustia spiritus premebatur, vt sæpe suffocationis periculum incurreret. Viuebat autem abstemius: & crudis fructibus plurimum vesceretur tam integra ad eam ætatem valetudine, vt qua parte ventriculus esset, profiteretur se nunquam intellexisse, donec conquestus didicit à medicis, quos ad consilium adhibuit. Itaque quum à nobis & aliis medicis, quos adiunxerat, monitus esset, vt inita ratione senectutis crudos fructus relinqueret, tanta vis tamen fuit consuetudinis, vt ne iis quidem abstineret. Eo anno, cum rus petisset & largius persica iniecisset, ex equo domum rediens concidit ac detrepente obiit. Id autem à persicis celerius cõtiguit, quod hoc genus fructus non sola frigiditate damnatus sit, sed à veteribus medicis annotatus, qui ἀφονίως morbos, κατὰ λήθην lethargos, aliõsque id genus inuehat. Dolorem autem cruditas & inde flatus marcescente vi caloris & spiritus.

## DESID. IACOTII COMMENT.

4. Aphor. 65. **K**ardias vocem non de corde, sed de ventriculi ore usurpatam à veteribus diximus, vnde sunt adhuc in medicorum: Græcorum vñ καρδιαλγία & καρδιώσασιν, & καρδιωγμός, quibus oris ventris dolores & affectiones significantur, non ipsius cordis. Galenus tamen cardialgiam etiam interpretatur cordis proprie dicti, ipsius scilicet visceris cardiogmon, id est, πάλμον, motionem quandam crebram, celerem & palpitationi similem. Priore ergo modo καρδίας ἀλγῆμα, cordis dolor oris ventriculi morsum significat, qui prouenire solet à putrefacta bile & eius vaporibus, aut à cruditate, vel tenuium humiditatum, quæ illuc confluunt, acrimonia, ex quibus leuia animi deliquia sequuntur, non ob dissolutionem, aut corruptionem, aut coarctationem, & impeditum transitum spirituum, vnde mouendi & sentiendi vires collabuntur, sed ob acrium humorum ad ventriculum, vel alias partes exquisito sensu præditas affluxum. Mordicantibus enim iis & conuel-

lentibus

lentibus calor ad interna statim reuocatur, & externæ partes refrigerantur, tametsi non omni sensu & motu distuantur, vt in syncope. Dolor autem vrget & ab his causis, & ab intemperie. Posteriore autem modo πάλμος, siue cordis palpitatio in febribus principium inflammationis in corde significat, quæ vbi paululum aucta fuerit, desperata est salus. Aliàs verò intemptius est motus, quo extra corpus cor proflire ægri clamant. Conatur enim quod noxium est, eo motu expellere, siue sit aura venenata, aut teter vapor opprimens: siue cordis intemperies, calida, frigida, humida, sicca: siue humorum vel vaporum confluxus, vel obstructio, & spirituum interceptio, aut paucitas, ex quibus viribus insigniter deiectis syncope, atque etiam mors interdum sequi consuevit. Vtram autem affectionem intelligat hoc loco, non faciliè dici potest, nisi quia Aphorismorum continuatio de affectibus orificij ventriculi agi manifestè indicat, licet cordis dolor vitio stomachi minus perniciosus sit, quàm cordis ipsius. Quocumque tamen modo fiat, cor affici certum est aut primario affectu, aut alterius partis consensu. Quocirca meritò hic dictum est, à cordis dolore senioribus repentinae mortis periculum impendere dissipato tandem vitali spiritu, qui in illis paucus est, & semel extincto calore à repentino affluxu prauis humoris. Affecto enim ventriculi ore in sympathiam cor vitæ principium statim adducitur proprietate quadam doloris, aut intemperiei communicatione, & vicinitate. Primigenio autem affectu cor ita laborare præsertim sine occasione externa, vel sine causa cognita planè perniciosum est, tum aliàs, tum in febribus ab intemperie, vel inflammatione, vel erysipelate. Etenim hos affectus, dum fieri incipiunt, cardiaca sequitur syncope, qua subitò æger de medio tollitur, antequam augeantur. Frequens verò repetitio eiusdem symptomatis ostendit firmatam iam & fixam esse causam, quæque & leui occasione educatur in actum, & non nisi summa cum difficultate amoueri queat. Minus periculi subest, si affectio sequatur oris ventriculi vel imbecillitatem, vel nimis exquisitum sensum potius, quàm causæ ipsius magnitudinem. Eadem ratione repentina tandem morte obire eos scripsit in Aphorismis, qui cum his tribus conditionibus, sæpe vehementer, & sine manifesta causa, animo deficiunt. Quemadmodum ergo ex cognita cordis debilitate repentinam mortem metuimus, quia periculum est, ne sicut in reliquis partes infirmas, ita in cor imbecillum decumbat repentina excrementi congeries, aut spiritus vitalis subitò exoluatur: sic ex cognita oris ventriculi infirmitate in senibus subitam mortem pertimescimus, quod & in senibus facilis sit præceps virium lapsus, & ex ore ventriculi similia symptomata sequantur iis, quæ ex corde proueniunt. Debilitatem autem cordis ostendunt deliquia animi frequentia & valida sine causa manifesta, quæ sit vel externa, vt teter vapor, aut affectus animi: vel interna sed praua, vt vitium vteri. Oris autem ventriculi infirmitas ex frequenti cardialgia significatur. Imbecillitas autem illa mortis causa non est, sed occasio. Non enim interficit, nisi frequenter dolor recurrat.

## XVIII.

Ὅστιν ὑποχόνδρια μετεωρίζῃ, κοιλίης ὑπόστασις, καὶ κέρως μάλιστα ὁ ἐμφυλάσκει, τὸν μακρὰν, καὶ οἷς κοιλίαι ὑγρῶν.

*Quibus extumescunt hypochondria, alui adstrictio mala, maxime iis, qui longo morbo contabescunt, & quibus venter solutus est.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**ypochondria μετεωρίζου dicitur ὅτι ὄγκω μέλονται γίνεσθαι, quia videlicet tumore præter naturam turgent. Sed tum ventrem sisti vtile esse potest, & inutile. Vtile quidem, si, gratia exempli, inflammatio hepatis est cum robusto

D D 2

viscere. Sic enim aluus adstringitur, nec nisi pauca compacta & *αυραδαδία* reddere consuevit. Contra verò imbecilliore viscere flaua, acria, spumantia, grauius olentia deiciuntur multò maiore periculo, quàm si aluus supprimitur, & colliquatione corporis aliusque causis aluus solutior vires disperdit. Quòd si interceptis viis, quæ ad intestina pertinent, excrementa sursum euehantur, malū & hoc censendum, nihil iam in aluum descendente. Aluum itaque fisti vtile & inutile esse potest, *ἢ φθινώσει*. Siue longas tabes, siue eos, qui è longo morbo contabescunt, intelligat, par ferè malum est aluo suppressa & flüente. Nam colliquamenta, male confecta alimenta, tenuia quoque excrementa, quæ in tabidis colliguntur, excerni bonum est, non retineri. Sed dum exeunt, irritantque intestina, profluuio citato vires disperdunt. *καὶ οἷς κοιλίαι ὑγραινόνται*. Si inflammationis hypochondriis aluus liquidior est, non tam suppuratio, quàm virium casus expectandus est. In internis enim inflammationibus profluens aluus in vitio potius, quàm in laude censenda est imitatione artis. Damnat enim Hippocrates medicamenta, quæ aluum mouent, obseis inflammatione hypochondriis. Quomodo enim ex naturæ motionibus ars conficitur, ita ex iis, quæ in arte rectè malèue fiunt, conueniens & inutilis naturæ motus intelligi potest. Et in suppuracione naturam colligi, non dispergi oportet, aluo liquidiore necesse aliquid naturæ dissolui. *τὰ μέλαινα ἀσχερῆα* bile & sanguine vstis.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**C**VM hoc Aphorismo sequentem Hollerius coniunxit, quanquam, vt in codice impresso, rectius distingui videatur propter sententiæ in vtroque varietatem. Cum enim hypochondria multis de causis intumescant, vt flatu, obstructione, inflammatione, scirrho, hic in vniuersum docet aluum supprimiti in omnibus malum esse, vt signum & causam. Ac signum quidem causarum, à quibus solet supprimiti, siue mltæ sint, siue vna tantum. Ex autem Hippocrati in vniuersum quinque sunt, immodicus calor excrementa vrens, vt in phlegmone hepatis: exitus excrementorum interceptio, vt in abscessu intestinorum, aut mesenterij, aut stercore duro retento, aut cruditatibus retentis & corruptis; raritas pororum cutis, immodicè corpus vacuans; motus intestinorum *πρὸς ἀλτήρας*, in quo frustra tentata à superiore parte contractione, qua detrudantur deorsum excrementa siue sicca fuerint, siue humida, inuerso ordine ab infernis natura inchoans multa vi ipsa sursum regerit, vt in voluulo, & dum ex arbitrio quispiam propter præsentem occupationem excrementa cohibet: denique musculi sphincteris refrigeratio, quæ est causa contractionis, contractio moræ excrementorum in intestinis, mora siccitatis, siccitas duritiei, vt in illo Aphorismo, Refrigeratio, quæ in ventre sunt indurati: quanquam non à sola refrigeratione indurantur excrementa, & retinentur, sed etiam ab imbecillitate *πρὸς ἀλτήρας* *δυναμειος*, & à robore contentricis, & eius, quæ cibum ad hepar distribuit, & à difficultate senticendi intestinorum, sæpe etiam ab excrementis moris carentibus, vt in aurugine. Astringentes quoque cibi ac potus idem præstant: verum sub his continentur, quæ ad robur contentricis facultatis pertinent. Totidem ergo modis aluus adstringitur, quorum plures in eundem affectum sæpe conspirant. Omnium autem pessimam est alui suppressio, quæ in tumores hypochondriorum incidit, eos maxime, qui cum torminibus coniuncti sunt propter phlegmonem, hecticam intemperiem, aut morsum yehemètem, aut hærentem pituitam, vel flatum crassum, qui in colo anfractuoso retinetur crassis membranis recto, multo intus & inæquali adipe infarcto, & per interualla quædam secto contractionibus quibusdam cavitatis amplitudinem angustantibus. In his enim præter dolorem, qui plerumque interficit, & causæ efficientis difficultatem, flatuum & humiditatum ad dolentem locum decumbentium copia magis ac magis inreleat, vomitus superueniunt propter contententem intestinis ventriculum, singultus, deliria, conuulsiones, quia pleuitudo deorsum exhaurienda sursum vergit. Sicque hæc suppressio etiam causa est

6. Epid. sect. 5

aut

aut mortis, aut, vt scribit Hippocrates, cõfusionis omnium & impuritatis vasorum. Quinetiam in sanis cohibita excrementa multorum morborum causæ sunt, bile ad superiora delata, & multo halitu caput replente ac ventriculum lædente. Adde quòd in omnibus humores ac spiritus teris vaporibus corrumpuntur. Ex quibus etiam efficitur suppressam aluum omnibus quidem noxiam esse, verum potissimum duobus hominum generibus. Primum his, qui longo morbo contabuerunt: deinde quibus liberè solebat profluere, quoniam morbi alicuius futuri, aut præsentis aucti certissimum argumentum est, modò ne occasione aliqua externa id contigerit. Potest quoque hic locus ita accipi, vt in morbis tabidis, longis, & alui suppressionem, & eiusdem immoderatam solutionem condemnet. Eiusmodi sunt tho racis affectus à destillatione in pulmonem, aut ruptura venæ, aut empyemate, in quibus capitis ac totius corporis cacochymia maxime augetur suppressa aluo, atque alimentum corrumpitur. Interdum etiam dolore inde commoto accedit infirmitas, & ab infirmitate humorum impuritas, quomodo in coli dolore ac renum generari solet æruginosus humor. In iisdem immodicè profluens aluus corruptionem alimenti, coctionis ac distributionis defectum, vel, quod pessimum est, facultatis hepaticæ resolutionem ostendit, quia, vt scribit Hippocrates, tempora longa sunt, labores multi, & colliquatio mala. Atque id est, quod subiicitur *καὶ οἷς κοιλίαι ὑγραινόνται*. In vniuersum verò profluuium alui in laude ducitur, quod moderatum est, & naturam leuat, de quo sæpius alibi.

6. Epid.

1. Epid.

XIX.

*Ἐν ὑποχονδρίῳ φλεγμονῇ ἀποπνηστικῇ ἔστιν, οἷς πρὸ τῶν γαστράτων, μέλαινα διαχωρῆται.*

*In hypochondrio inflammatio ad suppuracionem vergit, quibus ante mortem nigra deiciuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

H A E C superiore Aphorismo explicata sunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

**N**ON satis constat, vtum intelligat nigrorum deiectione ante mortem inflammationem in hypochondrio suppuratam significari, an ægros, quibus suppuratoria est phlegmone, sub mortem nigra deicere. Posterius tamen probabilius est. Nigrorum enim deiectio à multis aliis causis esse potest, quàm à phlegmone hepatis, quæ ad suppuracionem tendit, neque ex hac phlegmone aut semper, aut frequenter illa sequitur. At suppurato in phlegmone concepto, tametsi omnia remitti videantur, duo genera symptomatum superuenire solent, exolutio virium rupto abscessu à puris illuue, quæ tetro vapore cor obruit, & ægrum sæpe de medio tollit, deinde corruptio partium, ex quibus & per quas pus illud manat. Nam cum substantia hepatis (phlegmonem enim illius partis *ὑποχόνδριον* in singulari numero designat, vt ante docuimus) ab eruptione fissa, vel excelsa, vel alio modo corrupta ferè semper maneat, nec reparari possit, vitari sanguinis confectionem necesse est, omnesque visceris facultates labefactari, & hepaticam imbecillitatem accedere, nisi ita exiguus sit abscessus & salutaris, vt pus omne vomitione proruperit, aut per aluum, aut per vrinas, integris partibus omnibus interioribus, quod rarò contingit. Tum igitur corpus non alitur, sed verè contabescit æger, ac tandem ex corrupto in hepate sanguine, & resoluta vi ipsaque substantia visceris putrida saniosa cruenta & nigra: siquidem vires tandiu persistant, deicit, qualia diximus alibi hepaticorum esse excrementa. Quibus accedunt vrinæ sanie perfusæ, aut rubræ, impuræ & crassæ: interdum etiam colici dolores, aut hydrops grauissimus à sanie in abdominis capacitatem profusa, qui inguinum pubisque grauitate & manifesto tumore se pro-

DD 3



dit. Hoc igitur est, quod scribit, quibus phlegmone ad suppurationem tendit, iis sub mortem nigra deorsum prodire. Dicitur autem alibi triplicem esse nigram à corpore deiectionem: primam sanguinis nigrescentis, quem ὀ μέλαιμ αἷμα Græci vocant: alteram melancholici succi crasso atròque sanguini similis, μελαγχολικὸν χυμὸν dicunt: tertiam atræ bilis, quam μέλαινα χολήν peculiari nomine semper appellant. Discernuntur mutuo manifestis signis. Nam sanguis solus inter humores concrevit vel propter fibras, ut vult Aristoteles, vel propter pinguedinem, quæ refrigerata gelascit. Reliqua duò genera liquida & fusa permanent etiam extra corpus: verum atræ bilis propriè dicta splendet vehemèter, astringit, exulcerat, acidum foetet, terram fermentat, ampullas excitat, muscas fugat. Melancholicus humor naturalis multò mitior est, & his notis caret: per moram tamen corrumpitur & putret in corpore, ac tandem in atram desciscere potest: in quo tractu varios malitiæ gradus acquirit, & quasdam notas paulò ante explicatas: quò fit, ut non modò ægri, qui sanari possunt, sed & sani euomant nonnunquã quiddam, quod est sicut acetum, ex quo ebullit terra, quia licet mole portiois terræ frigidus sit humor, instar tamen cineris vel aceti caloris expers non est, dum per vstionem in atram mutatur. Etsi autem tum plurimùm accedat ad atram, non tamen iam exactè atræ est, quæ vno, vel altero indicio atræ spectatur, sed quæ omnibus, ut scribit Galenus lib. de plenitudine. Proinde non atræ, nisi improprie, sed innaturalis dicitur, & in confinio atræ, in qua non idem periculum est, dum ægotamus & per sanitatis tēpus, quòd ut in sanis sæpe citra noxam spectatur præsina bilis, sic & atræ, quæ est in confinio atræ exquisita, cum in ægris ex utroque genere malignus morbus & maleficus oritur, quoniam quæ valentem naturam non lædunt, sæpe egrotanti exitiosa sunt. Atque hac ratione senes quosdam atræ bile laborare videmus sine periculo. Modus autem corruptionis horum humorum, ut & aliorum omnium varius est ex quãtitate, qualitate, & substantia. Peccant enim interdum quantitate aucta vel deficiente, minore periculo. Deteriora vitia sunt qualitatibus primæ, ut frigoris aucti, vel caloris: tum secundæ, ut lentoris, crassitiei, feri, tenuitatis, & similia. Deteriora vitia sunt substantiæ vel vniverfalis mixti, quæ putredo est, vel particularis, quæ est deleteria quædam qualitas, ut in atræ bile.

## XX.

Υποχονδρίων σωματικῆς καὶ κεφαλῆς ἀσθενείας, κεφαλαλγικῶς τὰ παρ' οὐς ἐπιέρει.

*Hypochondrij contentio cum æstu anxio, capite quidem dolente parotidas excitat.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Μετὰ καύματι ἀσθενείᾳ si legimus, inflammatio hypochondrij intelligitur, quam verbo σωματικῆς hypochondrij sæpe designat Hippocrates. Sed aliquando sine inflammatione in indicis morborum hypochondrium contrahitur natura hepatis in angustias viscus contrahente, ut sursum excludat quod lædit, sed tum neque dolor, neque æstus, aut anxietas. Hæc enim inflammationem consequuntur. Quare melius est non καύματι legere, sed καύματι. Ac tensio hypochondrij sine dolore, cum æstu, & anxietate modò sanguinis, modò abscessus ad aures signum est. Alia igitur signa vtriusque coniungenda, ut vtrum sit futurum, prænuuncies. καύμα igitur parotidum, capitis dolor vtriusque signum est. ἀσθενείας autem neque sanguinis, neque parotidis signum.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**H**ypochondrium valde interdum deprimitur propter exuberantem corporis siccitatem, ut retractū videatur: interdum verò retrahitur intro à diaphragmate,

mate, vel succingente membrana inflammatis, aut valde reficcatis: nonnunquam etiam à phlegmone superiorem iecinoris partem obsidente. Præter hæc ad superiora etiam reuellit in vehementi phrenitide per nervos, qui à cerebro ad diaphragma feruntur. Tenditur autem cum dolore in phlegmone hepatis, vel lienis: sine dolore verò calore sursum mouente sanguinem & iccore impellente, cum quo quasi in subsidium accurrunt intro vicinæ partes. Ex quibus efficitur ex tensione hypochondrij, quam σωματικῆν vocat, perpetuò significari vel τὴν ἀνω ἐπιέρει, raptum humorum ad superiores partes: vel phlegmonem aliquam interiorum. Distinctio autem sumitur cum ex aliis signis, tum ex dolore coniuncto aut absente, cuius quia non meminit, utroque modo facere interpretationem quilibet potest. Videtur tamen intellexisse tensionem doloris expertem, quæ fit in humorum motu & ad superiores partes inclinatione, ex quo signum notatu dignum sumitur ad parotidum generationem, quanquam hæmorrhagiæ magis proprium existat. Quòd autem coma siue sopor in his, in quibus speratur abscessus, præsertim cum capitis dolore, aut grauitate & surditate, parotidas certò portendat, alibi explicatum est, nimirum si, vbi æger subito cum difficultate spirare cœperit ac desierit, eiusmodi symptomata superuenerint, quod anxietatis voce intellexisse videtur. Anxietas enim per se quidem parotidas nullo modo indicat, sed ad hanc syndromen accedens, fidem confirmat. Vide sub finem Prorrhæti.

## XXI.

Μετὰ υποχονδρίων ἐπιέρει, τοῖσι χολώδεσι πνεύμα μέγα, ἢ πυρετὸς ὄξυς, τὰ παρ' οὐς ἐπιέρει.

*Ab hypochondriorum tumore biliosis spiritus magnus. Et febris acuta parotidas emouent.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**æc sententia mutatis verbis scripta in Prorrhætico, ὅσιν πνευματικῶσι ἐξου κότεροι ἢ πυρετοὶ ὄξεις μετὰ υποχονδρίων σκληρῶν κατεψήχθη ἐς τὰ παρ' οὐς ἀτὰ μεγάλα ἴστανται. ἐπιέρει dicere consuevit in genere tumorem præter naturam. Hic autem è frigidiore sanguine potius, quàm bilioso audire melius est, quia hi sanguinis fluore è naribus, illi parotidibus sæpius iudicentur. χολώδες autem non tam πικρόκοιοι, quàm κότεροι ex Prorrhæti loco videtur intelligere, parte tenuiore sanguinis effusa in corpus, crassiore collecta in parotidas. πνεύμα μέγα spiritus magnus multum ampliatio thorace, qui idem frequēs. Nam πνευματικῶσι intelligit in Prorrhætico, quibus magnus est & frequens spiritus, quanquam aliquando πνεύμα specialiter & inde πνευματικῶδες de spiritu frequenti dixit. Fit autem angustus pressis spiritalibus instrumentis. Opprimuntur autem obiter dum materia relicta viscere sursum per thoracem subicitur. Febris acutior fit quandoque natura aliquid molitur, ut in crisi bus. Atque inde parotides.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**H**ic Aphorismus prima sectione explicatus est, quo loco parotidum signa traduntur. Eadem enim hic repetit, sed addita particulari natura eorum, in quibus humores sursum faciliè rapiuntur, quales sunt biliosi, id est, calidi temperamento, ætate, aut vitæ instituto. Nam & calidiores succi in omnibus ægris, & moderatè frigidi in calidioribus ad superas corporis partes magis feruntur: frigidiores verò ad inferas. Quò fit, ut in biliosis parotides excitari soleant, in quibus minus crassi sunt humores, copia caloris maior, & facultas valentior: quemadmodum contrà in morbis diuturnis propter frigus & crassitiem materiæ, virtutumque spatio temporis languentium infirmitatem abscessus ad partes inferiores magis oriuntur. Sic Hippocrates in Epidemiis scribit humore subfrigido & flatuoso redundante, ac mediam obtinente naturam tum eorum, quæ faciliè sursum mouentur, tum eorum,

i. Epid. sect. 1.



rantia, & pro *κοιλίᾳ δυσώδεια* aluo graueolenti *ἐλεός δυσώδης*, voluulus graueolēs, additurque *cum febre acuta*: ex quibus omnibus significatur inflammatio tenuium intestinorum peracuta ac dolorifica nihil permittens deorsum descendere: aut (quia diuturnus affectus est) in crassiore intestino obstructio minus quidem acuta, dolorifica tamen, & perinde periculosa, atque ea, quæ in tenuibus intestinis consistit. *μετέωρα* autem *ὑποχόνδρια* dixit, quia hypochondria cum ventre inflantur, vnde alio nomine *χορδαῖος* appellatur, quod qui manum loco dolenti admouerit, *χορδῆς ἀπτετοί*, chordam attingere videatur propter partis affectæ tensionem: aut *ἄρ' ἢ χορδένειν*, implicare, quoniam opinabantur eo malo affecti intestinum inuolui. Latini Ileon vocant ab illo intestino, cui ea passio familiaris est; quanquam Galenus ad historiam ileosæ mulieris scribit ileosos affectus, qui omnes periculosi sunt, aliquando in sublimibus intestinis oriri, aliquando verò in crassis: illòsque his deteriores esse propter sympathiam tum hepatis, tum lienis. Dignosci verò ex vomitionis assiduitate & vehementia, & quod neque potum continere possunt, atque adhuc magis, quod nihil infra deiciant: tormina verò ac dolores commonstrare, vbi hi superiores partes occupant. Quod si stercus etiam per os reddant, euidentissimum esse signum tenuium intestinorum affectorum. Alij ita distinguunt tum causas, tum signa, vt non solùm ab inflammatione, aut obstructione sicci stercoris fiant, sed ab aliis omnibus; quæ adeò viam exitus intercludunt, tantàmque faciunt loci angustiam, vt nihil possit ad inferiora transmitti, qualis est continua ciborum corruptio, præsertim si multi & varij accepti sint, & non assueti, maximèque ex pinguibus carnibus; similiter & ex plagis quibusdam, frigore vehementi, & acruata frigida potione, præsertim si ab exudantibus accipiatur, & ab intestini in serotum prolapsione, aut veneno hausto hi affectus excitari possunt, in quibus inritò ab ægris dolor circumuolutus percipitur, stomachi nimia humectatio, exolutio, ructus inanes nihil leuantes, murmura intestinorum, cohibitio perfecta stercoris & flatuū. Si verò intendatur affectio, omnia sursum feruntur, ob idque & vomitus pituitæ, ac bilis accedit, frigiditas totius corporis, dolorque, plurimis etiam spirandi difficultas. Morituris autem præter hæc omnia sudor frigidus superuenit, vrinæ difficultas, podex ita astrictus, vt ne specilli quidem extremum ingredi queat, stercoris vomitus. Ergo huius acutissimi morbi proprium est & inseparabile, nihil infra descendere, nisi fortè liquida quædam, pauca & serosa, cum torminibus ventris, & ructu inani, vt in ileosa muliere Epid. tertio. *ἐπιγνώμην* verò sunt, id est, ingrauescente malo superuenientia, vomitus & singultus. Lethalia, cum stercus in os vsq; ascendit & frigidum sudant. Mortis iam iam imminens propria, cum voluulus graueolet, id est, vt interpretatur Galenus, non solùm stercus vomitione redditur, sed etiam respiratio, ructus, flatus ventris, & vniuersum corpus grauiter foetent. Qualem voluulum se vidisse testatur, & nos his diebus Areletæ obseruauimus, in iuvene nobilissimo ac ditissimo domino du Baronj, in quo secundo die vocati (moruus autem est septimo) mortis modum ac tempus prædiximus, quæque dissecto corpore inuenta sunt, sigillatim omnia multo antè præmonstrauimus. Hic itaque Aphorismus ita scribitur loco citato Prorrhethici, *Ex voluulis graueolentibus, in febre acuta, præ cordis sublimibus diutius permanentibus, abscessus circa aures oborti occidunt*, quanquam horum symptomatum syndrome ad parotidum prænotionem nihil conducat. Si tamen parotides oboriantur, harum vi ægri haudquaquam intereunt, sed quia & febris acuta vrget non sine periculo, & affectio ipsa per se lethalis est, vt ibidem docet Galenus.

3. Epid. sect. 2.

Actum.

3. Prorrh. 63.

XXIII.

Τοῖσιν ἀπὸ ὑποχόνδριων ἀλγῆμασιν κοιλίᾳ καὶ μικρὸν ὑπὸ γλιχρα διαδιδῶ-  
 ῶσιν ὄρα καὶ κορπώδεια ἐκχέουσι, ἄρα ἔσσι ἀιμορραγίαι;

Quibus ab hypochondrij doloribus aluus paulatim subuiscida  
 pauca stercoracea egerit, num ἔσσι sanguinem profundunt?

IACOBI

Nihil commune habet excrementum alui, quod describit, cum hæmorrhagia. Sed nec omnis hypochondrij dolor hæmorrhagicus est. At qui cum inflammatione *ἢ μικρὸν* dicit breuibus interuallis & quasi assiduè, quod in Prorrhethico dicit *πυκναὶ καὶ ἢ μικρὰ ἐπαναστάσεις*, quum videlicet frequenter & breuibus interuallis defurgit æger. Et quod hoc loco *ὄρα* dixit pauca semel, sed ferè assiduè, vt quum scribit *μετὰ θραχέα πίνοντες*, qui partim quidem, sed ferè assiduè bibunt. *κορπώδεια* sunt, quæ iam in formam stercoris compinguntur. *ὑπὸ γλιχρα* in Prorrhethico *γλιχρὰ* *ὑπὸ φαντα*. Sed hæc omnia, & quæ adduntur in Prorrhethico, obseruatio sunt empyrica.

Hippocrates in Prognostico deiectiones pingues viscidis deteriores facit: Galenus primò de crasis viscidas pinguibus. Nimirum quia, vt in librum de fecibus explicauimus, *γλιχρὸν* multiplex est. Nam excrementa alui & ab alimento viscida esse possunt, & à pituita multa in intestinis collecta, nec suo tempore deterfa: & à colliquatione solidarum partium ac pinguedinis vetustioris, quæ paucitate & foetore ab aliis discernuntur. Foetor enim ille tum putredinis, tum febrilis caloris malignitate potius, quàm magnitudinem ostendit. Vbi autem apud Hippocratem viscida deiectio in acutis damnatur, prima nusquam: secunda interdum: tertia sapius intelligitur. Hoc itaque loco secundam ac tertiam differentiam accipere licet, quanquam non absolute *γλιχρὰ* scribit, sed addita præpositione *ὑπὸ*, quæ inferius superioris nomine comprehendit. Perinde igitur est ac si diceret, In hypochondriorum doloribus, id est, vt sæpe aliàs, magnis inflammationibus, vt hepatis, interdum subuiscosa egerit, vel à pituita intestinis hærente, quam bilis non deterget, quia ad locum inflammatum rapitur, & ad superiores partes transfertur: vel à colliquatione, & maligna putredine, quæ dissoluit naturalem pinguedinis & membrorum concretionem. Paucitas verò in colliquatione subiecta materiam paucam, quæ liquatur, demonstrat, & calorem non valde acrem in stercore verò distributionem valentem, aut à parte inflammatam consumptum humidum, quo excrementa disfluunt: vnde pars crassior & terrena magis, quasi exusta & nigra relinquitur. Frequentia autem defurgendi irriterenti ab acrimonia, aut læsæ mentis, aut perennis materiae affluxus nota est. Meritò ergo dubitat, vtrum qui ita affecti sunt, sanguinem effundant. Nam si à colliquatione talia sint excrementa, non effundunt, aut si effundant, moriuntur, quoniam bilis euacuationem multam (ait Galenus) tanquam perturbationem vehementem, atque multis in morbis vtiliter fieri solitam non sustinent resiccari aut imbecilli, neque rigorem, neque alui excretionem, neque sudores, neque parotidas insignes, neque hæmorrhagiam, neque vilius materiae ab vna parte in aliam transitum, per Aphorismum Prorrhethici, Si intercepta aluus parua, nigra, velut caprarum stercora, ad necessitatem demiserit, & per nares eruptio fiat malum. Pro hæmorrhagia verò stillicidium accedens resolutionem visceris phlegmone obfessi denunciat, & mortem. Quod si ea deiectio à pituita viscida stercorei exusto mixta duxerit originem, hæmorrhagiæ spem affert, quia inde significatio fit & bilis sursum ascendens, nec, vt ante, ad intestina confluentis, & robusti adhuc visceris, cuius imbecillitatem excrementa liquida comitantur. An verò ea hæmorrhagia vtilis futura sit, necne, ex aliis signis distinguendum, vt coctionis, vitium, temporis & motus morbi.

3. Crif.  
2. Progn.

1. Prorrh.

2 Prorrh. 6.

XXV.

Οἱσιν ἐξ αἰφνης ἀπυρετοὶσιν ἐξ ὑποχόνδριου καὶ καρδίας πόνος, καὶ περὶ σκέλεα καὶ ἄλλα μέρεα, καὶ κοιλίᾳ ἐπύρται, λυεὶ φλεβοτομία, καὶ κοιλίης ῥύσις. πυρετοὶσιν βλαβερὸν τῶσιν, μακροὶ γὰρ οἱ πυρετοὶ καὶ ἰσχυροὶ γίνονται, καὶ ἔσσι πνεύμα, καὶ λυγμ.

ἢ λυγμοὶ γίνονται. λέειται ὅ μελλόντων τῶτων, πόνος ἰσχυρὸς ἰσχύων, ἢ σκελετών, ἢ πύξ πύσις, ἢ ὀφθαλμῶν φέρησις ἐπιγίνεται.

Quibus sine febre agentibus de repente praecordia, ventrisque dolor, crurum quoque & partium inferiorum, adhuc venter in tumorem attollitur, phlebotomia & aluus fluens remedio est. At si febricitauerint, noxium. Febris enim magna longa & vehemens ea est: sequiturque tussis, creber spiritus, & singultus. Quod si soluantur, dolor vehemens in coxa aut cruribus mouetur, vel pus expuitur, alioqui caecitas fit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Non in vno, sed pluribus haec obseruasse remediorum & euentus varietas ostendunt. Oportuit ergo magnam vim excrementorum collegisse, quae felmel effusa irruerit in ventrem & inferas partes. At frigidiorum fuisse materiam ostendit, quod non febricitent, aut si febricitent, longior febris ea sit, quanquam praecopia materiae vehemens, quodque abscessu tandem iudicetur. καί λιν ἐπιφύει. Verbum pro extuberare tumore aliquo praeter naturam, vnde φλεβοτομία, quae febre inflammationemque prohibeat, & partem materiae euacuet, soluta aluus, qua tumor dolorque deleatur, πύρεξα βλάβερον. Nam febris nascitur ab inflammatione & putredine. Quum autem materia non ita caleat, aut maligna sit, sed multa, longa & vehemens febris accenditur. καὶ βῆξις. tussis, spiritus frequens, singultus. Tussis & difficultas spiritus oppresso & male affecto diaphragmate, quanquam & exhalatione, & alia de causa destillatio eadem excitare potest. πνεύμα dicit, veterum consuetudine pro respiratione crebra, quae interdum quoque magna est liberis instrumentis, vsu incitante, & robusta virtute, singultus affecto ore ventriculi. Afficitur autem vel intemperie, vel sanie regurgitante, vel consortio partium inflammatione eò procedente. Quae sequuntur, ostendunt materiam vel deorsum abscedere, vel in oculos irruentem caecitatem adferre. Caecos autem factos crisi bus morborum constat.

DESYD. IACOTII COMMENT.

4. acut. P Et hanc orationem Ἐάν φυνε ἀπὸ τῶν πρώτων primū agrotationis diem significat, quem diligenter obseruari debere Hippocrates iubet, quod in eo morbi causam ac principium, ὅταν ἴδῃτε, vnde & quando, cognoscere necessarium sit, vt de venae sectione aut purgatione (quae initio praetermissa, aut intempestiue adhibita subita clade aegrum ac medicum turbant) artificiosè & prudenter statuatur. Existimatur siquidem (ait Hippocrates alio loco) vt id sciatur, praecipuum. Aeger autem interrogandus est, primū quidem quonam modo caput habeat, si doloris sit expers, nihilque graue in se percipiat: deinde si hypochondria latiusque dolor infestet, si videlicet hypochondrium laboret, vel attollatur, vel obliquitatem habeat, vel satietatem, aut latus doleat, simulque cum dolore tussicula sit, vel tormina dolorque ventris. Nam quoties repente, dum sine febre est homo, hypochondrij & oris ventriculi, deinde crurum ac partium inferiorum dolor inuadit cum tumore alui, siquidem à flatu aut satietate ea symptomata prouenerint, clysmis soluendam aluum Hippocrates eodem loco nos docet: Sin autem à vitiosis humoribus duxerint originem, qui in eas partes cōfluunt, atque in hypochondriis aceruantur (quod συσπείφει colligi dicit, & συσπείφει, morborum collectiones, quae ab intumescensibus fiunt partibus) in his priusquam sanguis mittatur, purgationem magnopere cauendam esse scribit. Eiusmodi enim collectiones sanguinis missione opus habent statim ab initio fluxionis: deinde ab ea purgationem requirit. Atque hoc est, quod in principio huius Aphorismi nos docet Hippocrates, quasi dicat, omnes in vniuersum mor

sum morborum συσπείφει mox à primo exortu sectionis venae ante purgationem curandas esse, non solum quae in hepate phlegmonem excitat, sed & quae diaphragmatis tensionem inducunt, & spiritum offendentem, & orthopnoeam siccam, in qua pus collectum non est, & lienis, ventris, crurum, inferiorumque partium dolores ac repente obortos tumores. Quicumque enim (ait idem Hippocrates) inflammata statim per morborum initia medicamento soluere conantur, ij non solum ab intenta inflammataque parte nihil adiungunt, cum non cedat nec obsequatur, quae adhuc cruda est, affectio: verum quoque & quae morbo resistentia ac sana sunt, absumunt & contabesciunt. Duo quoque ad imbecillitatem corpore morbus superior euadit, qui vbi corpus vicerit, remedium non habet. Et paulo ante, Morborum collectiones (inquit) solui non possunt, si quis primū purgante vti medicamento aggressus fuerit. Nam venae sectio in his praefenda venit. Deinde clysmis est opus, si vehemens & magnus fuerit morbus: si verò non, & postea medicamento opus sit, sanè id post sanguinis missionem tutò & mediocriter porrigendum. Nam (vt scribit hoc loco) λυει φλεβοτομία, καὶ κοιλίης ῥύσις, soluunt haec venae sectio, & alui fluxio, siue sponte, siue artificio medici succedat. Repentinus ergo hypochondriorum dolor in non febricitantibus, modò ne sit à flatu aut satietate, fluxionem humorum denunciat, quae cum diuiditur, atque incresecete affectione plures occupat locos, varia symptomata in singulis edit, verbi gratia, cardialgia, cum à copia in venis acceruatata tenue quoddam serum in ventrem confluentis ad os ipsius ascendit, quod omnibus aliis partibus sentiendi vi ferè antecellit. Bona autem abundantiae portio ad inferas partes irruens, in quas primū ferri consueuerat, ventris tumorem, lumborum, crurum & inferiorum partium dolores accersit, quia inter has partes & inflammata hypochondria communio quaedam intercedit, vt Hippocrates docet sequendo Prognostici. Verum huic singulari praeepto repugnare videtur, quod alio loco 2. acut. 1. vetat, ne protinus initio fluxionis etiam sanguinea & interne properet medicus ad venae sectionem, nisi prius experiatur, num molliatur fons, cedatque dolor. Ea enim ratione saepe accidit, vt citra sanguinis vacationem collectio morbi sanetur. Sin autem non remittitur dolor, sed magis exacerbat, & acrior fit, ad missionem sanguinis venire iubet. Nec verò solum vir ille diuinus hoc commendat artem, exercetibus, sed etià maximè dānat eos, qui secus fecerint, tanquam aberrantes. Verum hic loquitur de magnis defluxionibus, ac doloribus, in quibus ex symptomatum varietate & partium affectarum multitudine & plenitudo corporis nobis citra experimentum per totū explorata est, & imperus celeritas moram non patitur, quin potius à nobis remedium citissimè reuellens pariter & vacuans, collectionemque cohibens exigit. Ob idque tot tantaque symptomata congerit ad id significandum. In illo autem loco de his collectionibus agit, in quibus nobis nondum satis perspecta est morbi causa, aut magnitudo, quoniam (ait Galenus Hippocratis interpretes) saepe status, saepe inflammatio ex sanguine, sed non ita magna dolorem mouet, quae mala non raro solus fons tollit. Eò igitur tendit illa fomenti admotio, non solum (quod quidam putant) vt experimento colligatur, siue inflammatio, an status doloris causa: sed etiam, vt quae exiguae sunt fluxiones, citra sanguinis missionem curentur, quod Galenus obseruans in moderata pleuritide cum sanguinis sputo sanguinem non misit, quia aliis pleuritidis auxiliis absque venae sectione sanari possēt arger, nec ad generosum illud remedium veniendum esse putauit, nisi necessitate cogente: quomodo etiam Hippocrates scribit sanguinis missionem impediri cuncto sputo, anni tempore, pleuritide, bile. Quemadmodum enim saepe accidit, vt cutis tumeat, subsideatque tumor citra corporis vacationem, sic in internis in inflammationibus nihil prohibet solo fons malum remitti, praesertim cum partium interiorum vis ad prohibendam defluxionem validior sit, & calor resolutioni potentior. Praeterea ex fons ea utilitas comparatur, quod cum dolorem remittat discutiendo & laxando (quanquam paulo post in pleno aut cacochymo corpore inuitata, noua fluxione augeat) liberiores & faciliorem reuulsionem reddit, non impeditam dolore in contrariū trahente. Sic enim iubet Galenus dolorem membri sedari ante reuulsionem, quod ea ratione fluxio reuulsioni magis obsequatur. His de causis

euaporans, mite, leniensque medicamentum prodest ante venæ sectionem. Ex quibus etiam manifestum est hic agi neque de febribus cum exigua inflammatione coniunctis, neque de essentialibus, quæ ortum habent à putredine in vasis siue eiusmodi defluxionibus & collectionibus. In his tamen, quæ sequuntur, (at si febricitauerint, noxium) febrem, quæ morbus est, non autem symptoma inflammationis, accepisse videtur, siquidem veteres, imprimis verò Hippoc. febrem intelligunt essentialis, quæ nullam particulam læsam sequitur, sed ab humorum putredine ortum habet. Hæc verò interdum sibi adiungit partis altius inflammationem, quemadmodum ad inflammationem & inde febrem symptomatice sæpe accedit febris essentialis. Damnat ergo febrem essentialis, quæ his collectionibus superuenit, quod & magnam vel potius malignam esse necesse sit propter multiplicem putredinem ac humorum motum in nobiliores partes, & diurnam, aut primo circuitu lethalem propter materiam copiam, & crassitiam. Copia enim intelligitur ex repetita fluxione, & partium simul affectarum multitudine: crassities verò ex decubitu ad partes inferiores. Periculū verò mortis impendit tum ex his, tum ex viscere affecto, & sæpe erratis ægri, vel medici, qui dum expectandum putant, quod res euasura sit, sanguinis missionem illam necessariam vel differunt, vel prætermittunt, vnde humor turgēs, qua data portarunt, modò ab hepate in thoracem, vnde tussis & spiritus, id est, spirandi difficultas: modò in ventriculū, vnde singultus. Num verò ad solutionem tēdat febris, ex tribus conditionis gradibus per dies indices contemplari oportet, & iis, quæ ex parte affecta externuntur. Imperfecta enim coctio apparet incipiente incremento: media sub statum, perfecta imminente crisi. In morbis verò longis abscessus declaratur, si & signa absint lethalia, & vrina mediocris diu perseueret. Quocirca subiicit Hippoc. ita affectis solui febrē aliā alio modo, pro vario humorū decubitu in partes inferas aut superas, vnde in quibusdā dolor coxarū vehemens existit, aut curū in aliis puris spurum, aut cæcitas. Ratio autē est eiusmodi. Quibus febris focus & sedes est in superioribus partibus, vt pulmonē, caput incalescit, sanguine repletur, effunditque quod redit dat ruptis, aut apertis venis, aut circa ceruicē deponit, & ad parotidas, vel oculos, vel fauces. Quod verò in ductibus spiritaliū membrorū, vel thoris cavitatē cōtinetur, cum tussis expectoratur cocto iam morbo. Affecto autem hepate, vel ieiuno intestino deorsum magis dolores sunt & abscessus. Quocirca (inquit Gale.) & coxæ dolor, & pudendi liuor, & testis intensio accidunt frequentius non ab inflammatione tantum, sed & ab ulcere eorum, quæ superius inflammata sunt. Cum ergo ex variis corporis partibus affectis huiusmodi febres oriuntur, non idē in omnibus euentus, neque eadem solutionis ratio sequitur, quod hic per variorū symptomatum enumerationē significasse videtur. Ardentiū autē febrū origo est ab inflammationibus tū phlegmonosis, tū erysipelatosis iecoris, vetriculi, pulmonis: aut à feruore immodico in venoso genere circa præcordia: inter quas vehemētissimæ sunt, & magna ex parte in iecore trāscurt, quæ à iecore, aut vetriculo oriuntur, quod hæc partes præ cæteris maximè cū corde cōmunicēt, & ardor cordi proximus alimēta deurat.

## X X V I.

Οἱ πονοὶ ὑποχονδρίων, καρδίας, ἡπείδος, τῶν περὶ ὀμφαλὸν μερῶν, διμῆστος διαχωρῆστος, ἀσώτος. μὴ διαχωρῆστος ὁ θνητός (iv).

Quibus dolores hypochondry, oris vetriculi, hepatis, & earum, quæ circa umbilicum sunt, partium, excreto per aluum sanguine seruantur, non excreto pereunt.

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

PARUM firmum est, quod scribit, nisi distinctio adhibeatur. Omne enim excretionem sanguinis, quæ vel vomitu fit, vel deiectione, damnauit Hippocrates in Aphor. Et nos sæpe vidimus lethales esse deiectiones sanguinis, fierique abscessu erodente venas hepatis, aut mesenterij, eòsque mori extincto calore, frigidis exter-

nis & natura paulatim marcescente. Quanquā non ignoramus integris viribus collectam copiam nullo ægri periculo vomit sanguinem, quibusdā aliis deici. Qui si retinetur, vt sanguis omnis extra vasa vel putrescit, vel concrevit in grumos. At veneni vim concipere eiusmodi sanguinē quocunque loco grumescat, consensus est medicorum siue in ventre, intestino, vtero, thorace, capite includatur, siue mediis muscularis, qua inania quædam sunt spatia, retineatur. Hic enim gangrænam, illic animi deliquia & alios casus grauiore excitat. *ἄνωστος* igitur recte dixit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

Dolores hypochondriorum & hepatis eam partē affici declarant, in qua percipiuntur. Affectiois verò speciem ac magnitudinem ostendunt in dextro hypochondrio & ad nothas costas grauitatis tensio, quæ augetur, cum ægri magnam trahunt respirationem, dolor totum hypochondrium retrahens, & ad iugulum vsque protensus, vbi præ magnitudine inflammatio grauat, exigua tussis, linguæ color primū quidem ruber, deinde niger, ingens cibi fastidium, sitis inexhausta, vomitus bilis syncera, vitellina, tandem æruginosa, alius astrictior, nisi coniuncta sit hepatica imbecillitas. Erysipelatis accidentia his ferè similia sunt, & insuper febris acrior cum vehemētissima siti cruciat. Verum cum duræ sint iecinoris partes, siquādo caua, quæ vetriculū & intestina attingit, phlegmone obfusa fuerit, grauius vrgent illarum partium symptomata, quibus affectus proximè cōmunicatur per exiles quosdam nervos, aut contactum, aut bilis & feri affluxum, vt in vetriculo cibi fastidium, nausea, vomitus biliosus, sitis ingens, singultus: in intestinis tormina: in lateribus grauis & laboriosus decubitus sinister, tumor tactui minimè obuius. Conueniatio verò parte inflammata thorax, cui pars illa cōmunicat, magis afficitur, ac respiratio læditur per oppressionem diaphragmatis & membranæ succingentis tensionem, vt inter respirandū ægri ponderis sensum percipiant, tussiant, nec tamē quicquam excreant, ac dextræ partis iugulū detrahi sibi putent. Sed & his quoque difficilis est decubitus dexter, vt quo pars affecta premitur, tumorque durus ac dolorificus subest, tamen in exigua phlegmone dolor & grauitas magna respiratione potius, quàm tactu se prodant. Quamuis ergo inflammatio in neutra partium exquisitè distincta possit consistere, quod tota visceris substantia continua sit, qua tamen ferè fit, vt vnam magis, quàm alterā obfideat, ea distinctione, quam dixi, opus est. Ex quibus intelligitur caua partis iecinoris phlegmonē intelligi hoc loco, præsertim cum aliis symptomatis prætermisis, laboris vetriculi, & partium circa umbilicum meminere, quæ prima & proxima primū & maximè afficiuntur. Verum minus conuenire videtur, quod subiicit, excreto per aluum sanguine sic affectos seruari, non excreto perire. Eiusmodi enim inflammationes biliosas deiectionibus, & sudoribus, & vomitu, aut abscessu in coxa vel cruribus indicari consueuerunt. Interdum tamē contingit, vt quemadmodū in gibba inflammata hæmorrhagiæ profunt, sanguine ad superiores partes propter feruorē ascendente: ita in caua per mesenterij venas, aut hæmorrhoidas è vena caua sanguis deponatur in aluum. Cruentorum enim excrementorum quatuor sunt differētia. Vna sola quantitate peccantis sanguinis, vt suppressis mēsis, & in mutilatis, aut ex laboriosa vita ad ortū conuersis. Altera proluuiei loturæ carnis recēs maclatæ similis ab intēperie hepatis frigidior. Tertia vlcera sequitur intestinaliū. Quarta faci splendētī similis est ex iecoris calore, qui vel mora exurit sanguinē, qui non distribuitur, vel excessu vitiat facultatē concoctricem. Hinc excrementa cruenta prodeunt per morborum crises, exitioso colore, fetore, substantia, quæ propter prauitatē inemendabilem (vt Fabius loquitur) pelli vtiliter solent, retenta interficere, vt & hepatica vitiatæ coctione ab excessu calidi, vel frigidi, quæ media sunt inter cruenta critica, & ea, quæ sanis ob plethoram eueniunt. Proinde Hippoc. scribit excretiones liuidas, cruentas fetidas, si bene exant, bonas esse: si contrā, malas. Ex quibus etiā intelligitur in doloribus hypochondriorum, oris vetriculi, hepatis, & partium circa umbilicū non esse necesse egrum interire non excreto sanguine, sed suppresso eo, qui iam extra venas effusus præ imbecillitate, aut meatuū interceptione excerni non potest, aut qui semicoctus in ve-



nis mēsaricis cohibetur, nec ab hepate conficitur, aut distribuitur. Tum enim præ copia venæ aperiuntur, aut sanguis exudat, qui retētus in deterrimā vitiatur qualitate, & grumū exitiale, quoniā elaboratissima est alimēti pars, & summopere ab elementorū simplicitate recedēs, quæ est causa ne res putrescat, sicuti multa mixtio ingēt. s putredinis occasione cōtinet. Quocirca per inflāmationes hepatis cruēta deiectio ab imbecillitate non modò non liberat ægrū, sed morbū & periculū graui- ter auget. A natura autē cruce pellēte, vt in melācholica diarrhœa, è liene, aut me- fenterio, semper vilis est, quoniā sanguis vitiosus, vel melancholicus, vel atra- bilis in aluū reuicitur, quæ extremētia reddit pici, vel castæ dissolutæ similia. Idē cōtin- git, quoties aperta, rupta, vel exesa hypochondriorum vena sanguis effunditur, qui dolorem hepatis, ventriculo, & partibus circa vmbilicum adferre grauisimum so- let, nisi in intestina incidens breui excernatur. In quo aff. & sanguis in anfractibus sinuosis intestinorum ita præassatur ac nigrescit, vt etiam picem planè referat. Is autem discernitur à melancholico humore, quòd intincta lintea rubescant, quòd- que cruenta vel comitetur, vel præcesserit vomitio.

XXVII.

Οἱ ἐν ὑποχόνδρια λαπαρὰ, πρόσωπον ἐρυθρόμελον, & λίον) χωρὶς ἀμυγδαλοῦ ῥύ-  
 ρος ἐκρίνεται πολλή, ἢ σπασμὸς, ἢ ὀδύνη ἐξ ἰχίου.

*Quibus flaccida hypochondria & facies bona & valens, non soluentur nisi sanguis è naribus fluxerit abunde, vel conuulsio vel dolor coxarius acciderit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Videtur legendum *μη λαπαρὰ*, quomodo prius, vbi hæc sententia exposita est.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

3. Epid. sect. 1.  
 in Hermo-  
 crate.

**Υ**ποχόνδρια λαπαρὰ dixit hoc loco, quod in Epidemiis *ὑποχόνδριον ἐν τασιν λαπαρὰς*. Nam *λαπαρὸν* inane & vacuū significat, opponiturque *ἔσθ μετὰ ὄγκου*, ei, quod est cum tumore. Inanitas autem illa duplex est. Vna sine tensione, quæ hypochondriū sanum vel depressum significat sine flatu, inflammatione, aut alia affectione præter naturā, nisi deprimatur propter ingentē siccitatē totius corporis. Altera cum tensione, vt quādo hypochondriū intro reucllitur ab inflammatione aut siccitate diaphragmatis, succingētis costas mēbranæ, vel cerebri, nonnunquā etiam hepatis, quando exigua phlegmone laborat, vel in parte caua tantūm, qua vētrem cōplectitur, gibba nondū cum ipsis tumefacta. In his enim omnibus affectibus ten- ditur hypochondriū sine tumore, quanquam non vno in omnibus modo. Sursum enim reuelli hypochondriū statim ab initio septi transuersi laborantis nota est: id quod affecto cerebro posterius accidit, non incipiēte videlicet affectu. sed cū iam multūm auētus ac progressus fuerit. Est & alius modus huius tensionis sine tumo- re, vel duritie, quādo hæmorrhagia & humorum ad superiora motus criticus est in procinctu. Tum enim hypochondriū ad expulsionem comprimitur, & quasi in sub- fidiū accurrit intro. His duobus modis posterioribus hypochondriū molliter con- tentū, intra signa hæmorrhagiæ ponitur ab Hippoc. Nam partii superiorū inflā- mationes, quarum gracilis illa tensio signum est, hæmorrhagia iudicari solent, quæ- admodum quæ ex crasis humoribus constant, & cum vētre cōmunicant, abscessū ad inferiores. Sic enim scribit in Prognostico hypochondrium *λαπαρὸν* gracile & doloris ex pers apparere per abscessus, qui fiunt ad superiores partes: in inferiorum autem abscessu *φλέγμα* ibidem præsentiri. Quòd si accedat *πρόσωπον ἐρυθρόμελον*, facies sana, bene habita, subtumida, aut, vt sexto Epidemiōn, impēsē rubra, confir- mabit indicii ascendētis ad superiora sanguinis. Vbi itaq; hæc duo symptomata si- mul repētē oborta fuerint, maximè verò tētio mollis hypochōdrii ad interiora per cōpressionē viscerū, trāslatio humorū in caput apertè præmōstratur, nec æger libe- rari

rari poterit, nisi vel apertis ruptisue nariū venis per hæmorrhagiā copia depleatur, vel denegato exitu sub aures ad parotidas deponatur, aut in partes neruofas dela- pta conuulsio motu deorsum excutatur, aut naturæ expellentis robore ad infe- riores partes extrusa, abscessum in coxæ dice faciat. Totidē enim modis in motu hu- morū critico cerebri ab oppresione liberatur: alioqui æger interficitur, vel phre- nitide corripitur. Addidi autem parotidas, quatum hīc non me minit, quoniam in multis abscessum quendam habituris in morbis salubriter longis, rubens permanet facies, maximè vbi decubitus ad aures futurus est, & æger suapte natura albus. In eo enim cūm exiguum aliquid dissimilis coloris in faciem irreperit, multò, quā in aliis, euidētius id deprehenditur. Qua de re sic Galenus scribit sexto Epidē- miōn, Qui faciem impensē rubram habent, his cū salubriter cūctatus fuerit morbus, per abscessum crisis expectetur, nisi facta sanguinis per nares fluxione, su- perabundans sanguis in articulum aliquem lapsurus prius vacuetur. Qui autem ita habent, & nullo pacto sanguinem profundunt, vel paucum & morbi exuperan- tia indignum, hoc habent abscessus modo.

XXVIII.

Αἱ πρὸς ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδύνη ἀνώδυνη, ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, κακόν.  
 τίλοι (ἐν ἰχίῳ ἀλγίματι).

*Dolores ad hypochondria in febre agro quidem impotente ser- monis citra sudorem soluti malum. His in coxas dolores transeunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**articularis est obseruatio, cui dolor citra rationem solutus in coxam transit. Ac verisimile est primūm quidem relicto hypochondrio in caput versa ma- teria loquendi potestatem adeptam agro. Hinc verò natura imbecilla, quæ vi- delicet neque sudorem, neque aliud genus excretionis mouerit, depulsam in co- xam materiam, atque hīc abscessum defedisse.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**H**æc sententia sub his generalibus præceptis continetur, Perniciosa sine fi- gnis leuantia, lethalia. Et, Quæ cum prauis signis remittunt, nec cum saluta- ribus cedunt, aut lethalia sunt, aut difficilis iudicij. Ex his alia sequuntur magis par- ticularia, vt, Affectiones omnes dolorificas, quæ repentē occultantur, in febre ab- sique manifesta excretionē aut abscessu, *μετάσειων* humorum in viscera nobilia significant, quod semper quidem valde prauum est, sæpius verò lethale, nisi peri- culo liberet abscessus ad inferiora, per Aphorismum illum Prorrhētici, Dolores absque iudicatione soluti inutiles. In ea autem doloris solutione fallaci, nouorum symptomatum accessio partem, in quam facta est commigratio, declarat, vt si cata- phora, delirium, aut conuulsio superuenerint, in cerebrum trāslatām materiam denunciant: aponia tum in cerebrum, tum in partes voci, aut sermoni dicatas. Hoc ergo significauit his verbis *ἀνώδυνη, ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, ἀπαιδων* autem dicere solet Hippocrates *ἢ ἐστὶ λέγει δὴ ἀνώδυνη*, qui fari nequit: *ἄφωνον* verò, qui nullo modo vocem emittere potest, vt alibi diximus. Ex quibus intelligitur, sermonis in- terceptionem, quæ in febre superuenit doloribus ad hypochondria, motus hu- morum ad superiores partes, quam anadromen vocant, signum esse, & si vtrum- que symptoma absque sudore soluat (sudoris nomine tum excretionem aliam, tum abscessum comprehendit Hippocrates, vniuersale in particulari notare soli- tus) his palindromiam fieri, id est, humorum ad partes inferiores recursum, vnde abscessum in coxendicem expectare oporteat, modò natura humoris potens ce- rebri & alia viscera nobilia ab oppresione liberare queat. Sic *ἀναδρομή* ex sym- promatis in capite & ceruice superuenientibus deprehenditur: *πάλινδρομία* ex

3. Prorrhēt. ad  
 finem.

eorundem cessatione, & doloris occultatione absque coctione, aut manifesta crisi. Quod autem fiat *ἄνοδος*, symptomata superuenientia ostendunt, vt in coxendice dolor recens obortus. In quo illud quaestione dignum, Si verum est, quod de facultatibus membrorum traditur à medicis, exonerare se membra omnia in partem omnium infirmisimam, qua ratione eueniet, vt à dolente parte, aut minus nobili, in viscera non solum sana, sed natura sua multò, quàm externa sint, robustiora, excrementa mandentur: aut quomodo ab affecto loco commigrare humor potest ad valentem robustumque, quod vbiq; in hoc admirando opere pestilentissimum esse obseruat Hippocrates? Horum causæ externæ duæ, internæ tres esse videntur. Externæ sunt remedia adstringentia parti affectæ adhibita, quorum vi materia intro pellitur: aut casu frigidum accedens, vt si aeri exponatur, qui exanthematis scatet. Internæ verò, vel sympathia visceris alicuius cum parte affecta & grauiter offensa, ad quod natura de nobilibus membris sollicita conuertit sanguinis impetum prauis refertum humoribus, vt dum subuenire conatur, grauius opprimat: vel acre irritamentum, quo pars affecta, licet languida, incitatur ad abigendum à se noxia, assumptisque ex conatu viribus, & confertim facto impetu ea regerit in viscera, quæ ita interdum premuntur, vt suffocatis viribus amplius colligere se non possint, quia prohibentur contendi ab irruente humorum contumacium agmine: vel, quod credibilis est, noxius humor, qui ex putredine vim deleteriam sumit haud absimilem externis venenis, cuius ratione naturæ dominatu contineri non potest, sed peculiari quadam & abstrusa facultate relictis ignobilibus membris vitæ primordia & origines inficit. Eadem sunt translationis materiæ causæ à principibus partibus ad alias æquè principes, siue simul omnes coeant, sympathia, irritamentum, ac deleteria qualitas: siue quædam, aut vna tantum, vt prima, vel secunda, quæ minus multò periculosæ sunt, quàm tertia. Sed & illud de solutione doloris absque crisi aut manifesta occasione notandum est, non semper in causa esse hanc humorum commigrationem, sed interdum sensus extinctionem in parte dolente, vt in sphæcelismo, interdum etiam delirium per Aphorismum, *Qui ab aliqua parte dolentes, dolorem non sentiunt, iis mens ægrotat.*

XXIX.

*Οἱ κτ' κοιλίῃ ἐν πυρετῷ παλμοὶ ἐπιχονδρῶν ἐν τῷ στήθει.*  
*Ventris palpitationes in febre insanias movent. At agro inhorrescente sanguis è naribus effluit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**oc modo in Prorrhethico *καὶ οἱ ἐπὶ κοιλίῃ παλμοὶ ἐπιχονδρῶν ἐν τῷ στήθει*. Palpitationes in ventre cum tensione oblonga & tumore hypochondrij, sanguinis eruptionem è naribus significant. Inhorrescunt autem ægri. Siquidem inflammatio est in ventre, & magis quæ orificium ventriculi attingat, vel diaphragma, *ἐκπῆσις* expectari potest. Si in visceribus aut vicinis musculis alia signa hæmorrhagiæ prius coniungenda, quàm profluuium sanguinis pronuncies. Signa autem capitis ceruicisque dolor, oculorum caligo, pulsantes arteriæ in collo & temporibus, aliæque prius annotata ex Prognostico & Prorrhethico. Inhorrescunt autem aliquando, sed nec perpetuò, nec magna ex parte, quod in legibus signi Prognostici continetur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Π**αλμὸς propriè palpitatio est, & veluti concussio cum dilatatione & contractione à sola causâ præter naturam nihil ad eius generationem conferente facultate, qua differentia à tremore & pulsu discernitur. Euenit autem in omnibus partibus, quæ distendi, & rursus in se fidere possunt, vt cute, musculis, corde, ventri

ventriculo, vesica, vtero, intestinis diaphragmate, sed nec eodem modo, nec eadem de causa. Nam flauibus in angustia meatuum muscutorum attenuatis & obfessis tota interdum membra dissihant, & in cute, aut partibus subiectis flatu intus concepto & còcluso attolluntur partes obsidentes ipsum, dum conatur eruptionem: deprimuntur verò naturali muscutorum motu, qui cutem retrahunt ad pristinæ superficies statum. Hoc genus palpitationis vt plurimum refrigeratis partibus accidit. Nam frigore, quod concoctum erat, redditur halituosus, & crassiorum partium, nec faciliè, sicut prius perspirans. Ob id quæ scribit Galenus palpitationem flatuosam ob spiritum fieri, congetto scilicet propter frigus spiritu flatuoso. At in corde palpitatione, quam saltum vocant, (ea differt à pulsu, siquidem alius est affectus, in quo pulsus cordis redditur tantum celerior, vel tardior moderato, alius per quem totum viscus tremulè concutitur) duabus potissimum de causis incidit, id quæ alio modo, quàm muscutorum palpitatione. Interdum enim per se subito inuadit sine alio manifesto accidente propter sanguinis feruorè, qualis sæpe conspicitur in sanis tum adolescentibus, tum adultis, cuius singulare remedium est sanguinis missio cum victu & medicamentis extenuantibus, auctore Galeno, quoniam plenitudinem sanguinis & vaporum exhaurit laceffentem cor: id quæ citra communicatam prauam qualitatem purgantis medicamenti. Interdum verò fit cum significatione quadam, quod in humore cor ipsum moueatur. Nam aquæ magnæ copia in pericardio sæpe cumulat, quæ cor ipsum, ne moueatur, impediens palpitationem mouet, siue à serosis humoribus aqua illa colligatur, siue à calore colliquante, & in aquam vertente, quod pingue est. Ergo palpitatio primo modo sumpta neque mentis emotionem vim significat, neque calidam affectionem, nisi fortasse spiritus ille flatuosus, quem diximus huius esse causam, circa septum collectus & agitatus fuerit. Nam tum lædit non nihil & mentem, quia neruosis partibus principium condolefcit, de qua palpitatione dicitur postea. Secundo autem modo accepta, vt sanguinis feruorem indicet, nihil tamen horum portendit, sed mortem præmaturam denunciat. Scribit enim Galenus loco citato, omnes, quos vidit, aut ex syncope repente mortuos, aut per acutam febrem, aut alia specie mortis ante quinquagesimum annum, velut attonitos affectos, vt ait cum Aetio Paulus. Super est itaq; vt palpitationis vox hoc loco pulsationem significet à vehementi arteriæ spinam perrepantis motione, aut magna inflammatione visceris alicuius interioris, de qua diximus paulò ante. Ea enim sola delirium præmonstrat, aut ex variis casibus perturbationem. Proinde rectè omisit, quod in Prorrhethico scribitur, ex ea pulsatione sanguinis fluxionem significari, si cum hypochondrij tensione sublonga ac tumente coniuncta fuerit. Nò enim inter hæmorrhagica signa numeratur ab Hippocrate, tametsi hæmorrhagia sæpe hypochondrij inflammationes iudicentur. Nam alia signa accedere oportet, vt capitis dolore, oculorum caliginem & similia. Quod autem subiicitur, hæmorrhagiam horrificam esse, plerumque verum est, non semper. Nam moderatus rigor interdum antecedit hæmorrhagiam in corporis plenitudine, quæ perturbationem in ipso faciens, naturam ad excernendum, quod noxium est, incitat. Verum magna ex parte ex rigore sudores sequuntur, aut biliosorum vomitus, aut deiectiones: rarius hæmorrhagia. Sed & interdum horror, vel rigor copiosa hæmorrhagiæ superuenit, ipsamque reuellit. Excitatur enim dissipato calore natiuo, & refrigerato corporis habitu, sicuti & conuulsio per *ὑπερμύωσιν*, aut immodicum refrigerantium vsum.

1. Prorrh. 29.

5. de locis affect. cap. 1.

XXX.

*Αἱ ἐς ὑποχονδρῖα ἐν πυρετῷ ὀδῶναι ἀναίσθητοι, ἀνδρωτὶ λυμῆλαι κακοήγεις. τῆτοις ἐν ἰχθῖα ἀλγῆματα, ἀμα πυρετῷ χυσιώδες, κοιλίη κατάρρα γείσσει, ὀλέθριοι.*

*Subsultans dolor ad hypochondria in febre siquidem citra sudore*

*rem solutus est, malignus esse solet. Atque is in coxas dolor cum ardente febre, & soluta aluo lethalis est.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**olores, qui ἀνώμαλοι dicuntur, vel à flatibus, vel à magnitudine inflammationis esse solent, non alij, quàm qui vel πάλωδες, vel σφυγμώδες à pulsatione quadam appellantur. Sed qui à flatu, sine febre esse possunt, neque maligni sunt. Qui ab inflammatione conuictam febrem, atque eam ferè ardentem habent, & sunt maligni, quia videlicet, vt non omnino spem vitæ adimant, periculum tamen creare ægro consueverint. At solui quidem citra sudorem, vel excretionem criticam παράλογον & ὑποσφοδράδες ἀνίσθητι enim citra sudorem dici, vt notato genere vno excretionis alia intelligas. Nam & hæmorrhagia & deiectionibus solui possunt. Si verò dolor quasi abscessu factò in coxas transit, siquidem salutaris is abscessus est, soluet febrem: si malignus, eadem aut grauior febris permanebit. Si verò neque soluta aluo mitescit febris, tum triplici ratione æger suis viribus cadet dolore, fluente aluo, & febre. Bene igitur ἀλέθειον scribit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**A**νάσσειν, vel ἀλάσσειν exilire significat, & ad medici manum tangentis subsultare, quod est, vel disilire motu quodam conuulsivo: vel attolli ac deprimi palpitatorio, quorum motuum vterque à tremore plurimum differt, vt alio loco copiosè explicatum est. Causa ex morbi natura, & febris speciem inuestiganda est. Nam in diuturnis symptoma illud oritur flatibus in meatum angustia attenuatis & obfessis. In acutis verò neruosis partibus à fuliginis & caloris febrilis acrimonia vellicatis, si circa principium morbi & incrementum apparere cœperit: si verò circa statum & ingrauescentem morbo, immodicæ resiccationis neruofarum partium nota est, quæ contremiscendo reuelluntur signo planè lethali. Interdum quoque in agitatione critica subsiliunt ægri, & quibusdam partibus, vt cruribus, conuulsivis motibus tentantur sine periculo. Potest quoque illigi pulsatio illa magna arteriæ circa spinam propter phlegmonem aliquam interiorem, de qua dictum est superiore Aphorismo. Verùm quomodocunque accipias, eadem ratione prauum est hypochondriorum dolores cum subsultu solui citra sudorè, qua paulò ante docuit, Omnes affectiones dolorificas malignas esse, quæ vel sine excretionem aut abscessu repente soluuntur, vel neque cum his, neque cum medici artificio se remittunt. Illic enim μετὰ σπασίς humorum in nobilia viscera significatur, aut naturæ non amplius pugnantis afflictæ & prostratæ vis: aut mens læsa. Hic verò morbi malignitas ostenditur, quæ cum prauis aliis signis coniuncta morbum facit lethalem: cum mitioribus, difficilis iudicij. Etenim non potest æger ex periculossissima affectione, qualis hæc est, confestim in meliorem statum diduci, manente causa morbifica, & humorum cruditate. Manet autem, cum nec sudauit æger, nec sanguinem profudit, nec parotidas habuit, nec costæ morbi signa edidit, aut medici artificio leuatus est. Etenim in febre acuta nunquam certamen finitur absque crisi, quia perpetuò natura irritatur, & quasi prouocatur ad pugnam finitur absque crisi, quia perpetuò natura irritatur. His autem interdum ad coxendicem dolores fiunt per materiæ in eam partem translationem, quia inflammationes hypochondriorum cum partibus inferioribus communicant, vt Hippocrates docet in Prognostico. Id verò salutare est, si cætera signa consentiant, lethale, si eiusmodi dolores deleantur cum prauis vrinis, & nouis in capite symptomatis, quæ humoris morbifici πάλωδες σημαίαν significant per Aphorismum illum Prorrheticum, Si quidpiam in vrina sublime petierit, occultato coxæ dolore, delirium portendit, & quæ circa aurium sonitus talia existunt. In his quoque aluum immodicè ferri manente febre, vel etiã aucta, nimirum symptomaticè, perniciosum est, quod iudicantia, quæ non iudicant, vel lethalia fiunt, vel difficilis iudicij. Prouenire autè solet id profluuium à corruptione alimentorū, aut materiæ biliosæ perenni generatione, aut facultatum hepatis & alui resolutione.

X X X I.

X X X I.

Οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι πάλωδες, ἔχουσι ἰδίῃ τὴν γνώμην παραφοροῦ περὶ κρίσιν δ' ἐν τούτοις φλέγμα ἄλις συχρὸν σὺ πόνοι διερχεται.

*Circa umbilicum dolores palpitantes aliquid habet, quod mentem turbet. At circa crism his pituita valde multa cum dolore excernitur.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**n hoc ægro excretio fatis ostendit pituitam crassam & viscidam in hæsisse intestino quod ad umbilicum pertinet. Ea igitur, vbi incaluit, & in flatus resoluitur, dolores ad umbilicum palpitantes mouet, quæ siquid putredinis traxit, & febrem fecit, vapor inde excitatus delirium leue generare potuit, non vehemens, idè quæ π. particulam adiecit. Solet autem excreta eiusmodi pituita excitare tormina, dum vi maiore hærens intestinorum rugis & anfractibus euertitur atque excluditur. φλέγμα autem dicit hoc loco frigidum humorem & albicantem, non, vt solet aliquando, φλόγωσιν.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**D**ictum est antea palpitatorij doloris causam flatuosum esse spiritum, qui vel rigore excitatus est in materia tenui aut coæta densata cute, & minus perspirabili reddita: vel à calore in humoribus crassioribus attenuatis. In quacunque autem parte is spiritus contineatur, iecore, ventriculo, liene, corde, intestinis, musculis, mentem oblaedere minimè potest, nisi circa diaphragma colligatur, in eoque dolorem moueat. Tum enim solum leue delirium oboritur, agitata putri pituita propter maximum consensum cerebri cum diaphragmate, licet aliàs delirium, quia corrupta ratio est, magis à calidis humoribus fiat. Ob eam causam septum transuersum antiqui phrenas, id est, mentem vocauerunt, tanquam φρονούτι, id est, sapienti parti conferat aliquid. Præterea neruosis partibus cerebrum consentire ac condolefcere consuevit, quò fit, vt circa diaphragma perturbatio etiam à flatuoso spiritu mentem aliquantulum moueat. Quòd si inflammatione laboret, quæ propter magnitudinem palpitationem in hypochondrio & circa umbilicum faciat, non solum leue delirium, sed etiam continuum excitabitur, quale nequaquam in remissione febris, vt paraphrenitis, sedari solet, sed ita ad veram phrenitidem accedit, vix vt separari queat, nisi fortasse respiratione, quæ in vera phrenitide magna est & rara: in septo parua, densa, deinde magna & angustiosa: aut phreniticis signis, quæ impendente phrenitide apparent in cerebro, in septo verò minimè: sed statim à principio hypochondrium ad superiora reuellitur, & interdum arteriæ magna pulsatio percipitur. Rectè ergo dictum est, circa umbilicum dolores palpitantes, habere aliquid, quod mentem turbet, siue palpitationis voce pulsatio arteriæ, aut diaphragmatis accipiat, siue palpitationis proprie dicta. Verùm hoc interest, quòd pulsatio tum vehementius delirium, tum in omnibus æquè visceribus existens portendit: palpitationis & leue, & in solo diaphragmate. Aliis enim partibus à flatuoso spiritu palpitantibus mēs quidem immota manet, sed circa crism pituita glutinosa & multa cum labore egeritur, sicuti & septo obfesso. Proinde subdit φλέγμα ἄλις συχρὸν σὺ πόνοι διερχεται. ἄλις enim idem significat, quod ἀθρόον, συχρὸν verò multum: σὺ πόνοι quidam legunt cum labore: alij non dissimili sententia σὺ πόνοι, siue μετὰ τόνου, id est, μετὰ προθυμίας ἐχυράς, cum vehementi cupiditate, qualis in tenelms fieri solet, cum pituita deorsum agitur, aut cum magno conatu excrementa alui deponuntur contenta valida vtrinque pressione, extra musculorum abdominis: intro septi multa ad ventrem tensione. Tenditur enim venter antorsum in inspirando sed modicè & vi tantum propria: immodicè verò tenditur, cum oppositi intercostales musculi suo munere funguntur: quò fit, vt excrementis parum sequacibus, validè antorsum septum tendatur contractis simul intercostalibus, & clauso etiam

etiam larynge, vt contenta aëris intra pulmones vis antrorsum septum deprimat. Atque hoc est *σω πόνω διέρχεται*. Huiusmodi tensiones fiunt crasis lentisque humoribus alicubi impactis, qui quia bile non detergantur, aut valde glutinosi sunt, per interiores intestinorum anfractus vix comitantur, aut ex putredine actiores & calidiores facti intestina abradunt ac dolorem inferunt. Nonnulli quoque ex veteribus Hippocratis interpretibus legerunt *γόνω μέλον* genituræ simile excrementum vel substantia, vel colore, vel utroque, quale est pituitæ vitæ, quæ per intestinorum tunicas peruadens, acerbissimos dolores mouet. Cum ergo spiritus flatuosus palpitantis doloris author ex crasioribus humoribus ortum habeat, eo obfessis partibus interioribus pituitam cum labore & conatu maximo circa iudicium deici conficiendum est. In Prorrhethico additur, qui furam infestant dolores, in ipsis delirij signa esse, minus conuenienter: quod ea *μετάσσεισ* humorum propria sit, qui propter tenuitatem, calorem, & acrimoniam huc atque illuc faciliè transferuntur.

XXXII.

*Μετὰ κοιλίης ὑπόστασιν ὑποχόνδρια μετέωρα, καὶ κόν. μέλιτα ὅ τοις φθινώδεσι τῶν μακρῶν, ἔοικαι κοιλίαι ἠγραινόνται.*

*Post aluum suppressam hypochondria eleuata in tumorem, mala sunt: maxime tabescentibus iam diu, & quibus alui humectantur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M**ετέωρα ὑποχόνδρια quæ nominet, iam antè dictum est. Ac suppressa aluo malum esse ventrem intumescere malum, neque omnino malum, siquidem tantum, id est, quia maior excrementi copia retinetur. Repurgata enim materia subsidebit venter, si ab inflammatione omnino malum. Et siquid è longo morbo contabescit, eò grauior accessio mali est. Quod autem subiicit, *καὶ οἷσι* &c. omnino malum fluente aluo tumorem ventris non desiderare, quia ea ratione vires concidunt, nec leuatur malum.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**uemadmodum in sanis venter corporis collatione magnus, ferè causam habet in hepatis magnitudine: sic in ægris intumescit obstructione, scirrho, inflammatione, flatu. Post aluum verò suppressam attollitur quatuor ferè modis. Vno à retentis excrementis præsertim humidis ac flatulentis, qualia sunt, quæ bile carent à frigidis humoribus substantia aquosis, & cum flatuoso spiritu permixtis. Absente enim bile, quæ excretionem irritando accelerat, retinentur, atque, vt scribitur in Prorrhethico, ad necessitatem, hoc est, cum medici auxilio vix excernuntur. Neque enim eo modo permeare possunt, quo biliosa & mordentia excrementa. Quia verò humores substantia tenues sunt, temperamento frigidi, & qualitate flatuosi, flatuosam molem ventris pariunt, quam *μετεωρισμὸν* vocat. Author Prorrhethici inde conuulsionis suspicionem afferri scribit, aut ecstaseos, quod Galenus reprehendit, tamen si sæpe affectus ipse à destillatione è capite & ceruice in ventrem proueniat. Altero modo ab aluo suppressa venter intumescit per accidens, propter inflammationem visceris alicuius instar cucurbitulæ bilem ad se rapientem, & faeces intestinorum exurentem, quod prauum est ratione causæ potius, quàm signi, quia inde significatur inflammatum quidem viscus, sed robustum. Progresso enim morbo, & ægro in marcorem deducto accedit imbecillitas, quæ aluos humectat signo longè deteriore. Tertio modo in hydropo sicco ab intemperie frigida intestinorum calidæ succedente, aut hæctica, aut à phlegmone, aut stercore sicco, aut crudis crasissiq; humoribus, vt in voluulo. In his enim omnibus & cohibetur aluus, & flatulen

3. PRORH. 7.

3. PRORH. 7.

flatulentus spiritus generatur, vt & in colico dolore, quorum vtplurimū occasio est flatus crassus, aut hærens pituita, vnde venter in tumorem attollitur, grauissimæq; tormina inuadūt, quæ in intemperie hæctica, abscessu, vel scirrho, neque fotu vëtris, neq; clysmatis, aut discutientium vsu, aut vini Hippoc. potione alleuari possunt. Postremò sæpe vidimus post alui fluxionem aut febrem intermittente repente obortum tumorem ventris cum excrementorum suppressione rupto tuberculo, & effusa sanie supra intestina, sæpe etiam idem contingit ob sphacelissimum in intestinis subito materia malignæ transitu excitatum, signo maxime lethali. Quocunque igitur modo ex his post suppressam aluum intumescant hypochondria, magni semper aliquid mali subesse coniciendum, ac de periculo pronuntiandum pro causæ magnitudine, & symptomatum vehementia. Ob idque præcipiunt veteres medici tumores omnes ventris omni ingenio discutiendos esse, nec vnquam, præsertim in internis visceribus ad pus ducendos, quod nisi discutiatur, aut mortem repentnam afferant, aut aliud morbi genus accersant, priori longè interdum grauius, ipsam scilicet ulcerationem, & hydropem perniciosissimum, vt quando vel medici incuria, vel multitudine aut crassitudine materiæ, velimus nolimus, abscessus, suppuratio, & ulceratio mutud sibi succedunt. Quod verò in tabescentibus id sit deterius, manifestum est, tum propter mali grauis ad malum graue accessionem, tum propter virium languentium infirmitatem. His enim simul iunctis facultates omnes labefactari, omnèque partes principes, cerebrum, cor, ventrem, thoracem, iecur, grauissimè affici perspicuum est. Nam tabes siue à destillatione ferina oriatur, siue ab empyemate, aut vlcere, aut venæ ruptura, pulmonis, cerebri, & cordis dispositionem præter naturam sequitur: hypochondriorum verò tumor cum aluo suppressa, iecoris, ventriculi meseræi, & intestinorum. Quò fit, vt trium facultatum oppugnata arce, inter quas summa dignitas est cordis; proxima, si ordinem spectemus, cerebri; si robur in sanandis morbis, hepatis, interitus tandem sequatur. Sunt ergo signa *επιρογενή*. Quod subiicitur, *καὶ οἷσι κοιλίαι ἠγραινόνται*, duplicem sensum habere potest. Vel quibus alui humectantur non residente tumore, vnde imbecillitas hepatis cum tumore coniuncta significatur: vel quibus tabidis id accidit. Ad extremum enim, qui contabescunt, resoluta facultate ventris, aut tenui & acri sanie eò confluyente, in alui profluuium incurrunt, & inde moriuntur, nisi ante intercipiatur respiratio. Ea enim est ad interitū via, vt cordis affectus citissimè hominem tollant: proximè, qui in cerebro arbitrarium motum intercipiunt, quo deficiente cessat respiratio simul cum vita: tardius labefactata sanguificatio. Sic tabidi interdum tanquam attoniti repente moriuntur suffocato, aut extincto cordis calore: interdum anhelantes & suspiriosi intercepra respiratione: nonnunquam etiam, sed tardius, paulatim absuntur colliuatione, & resolutione alui. In morborum tamen coctione & curatione ad humoris morbosii victoriam vis hepatis maior requiritur, quàm cerebri, quia vis animalis, quamuis infirma, sufficere potest, cum nec validæ ab ægris motiones, nec sensuum munia robusta requirantur. Ita fit, vt aliquando in præsagiendo naturalis facultatis robur maiorem vim habeat, quàm animalis: aliquando contra: quod obscurè hinc innuere videtur.

XXXIII.

*Τοις ἀλυσμώδεσιν ἐν ὑποχόνδριῳ τὰ παρ' ἑσ' ἐπιρρήναι κίεσθαι.*

*Anxietate vexatos in præcordis abscessus ad aures interficit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Α**λυσμὸς anxietas ferè nascitur feruente acri materia in hypochondriis. Atque ex eo verisimile est dicere *ἀλυσμώδεις ἐν ὑποχόνδριῳ*, quibus anxietas ex feruente in hypochondriis vitio nascitur. Quibus si abscessus ad aures commouetur & vires valent, non est desperanda salus, siquidem die critico & rectè moueatur. Contra verò interficit.

DESID

3. Prorrh. 67. 70. et 74.

IN Prorrhethico anxietatem inter signa parotidum saepe reponit, non quod proprium ipsarum signum sit, sed quia cum ceteris iunctum confirmat iudicium. Quocirca non est necesse inde agrum interfici, nisi crudo adhuc morbo, & manente in hypochondris prava affectione (cuius anxietas nota sit) parotides oboriatur propter irritum naturae conatum, aut humoris maligni symptomaticam diffusionem. Tum enim & cum suppuratione, & sine suppuratione necat, quia nec quicquam conferunt, & dolores grauissimos mouent, unde vigiliae, virium deiectio, cerebri sympathia, materiae in pulmones διαδοχην, quibus omnibus modis symptomaticae parotides lethales esse solent. Praeterea in virium infirmitate cum anxietate coniuncta abscessus aut maiores fiunt, quam sustineri queant, aut minores, quam conueniant, unde rebellis materiae reditus ad viscera,isque lethalis insequitur. Manifestum est igitur κλυσμον hic accipiendum esse, non pro inquietatione, quae antecedit crisin, vt in citatis locis Prorrhethici, neque pro ea, quae cum nausea ventriculi propria est, sed pro iactatione & anxietudine, quam parit feruor bilis acris, aut inflammatio grauis in hypochondriis.

XXXIII.

Τὰ ἐν κοιλίῃ σκληρῶματα καὶ πόνος, πυρετοὶ φριμάδεσιν, ἀποστῶσι, σμικρὰ ἐφυλαγμένους, καὶ γαστρῶν ἐδιδόντα, ἐς ἐμπύου ἕξει.

*Durities circa ventrem cum dolore in febribus horrificis agro cibos auersante, & aluo parum soluta, siquidem non expurgantur, ad suppurationem veniunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Σκληρῶμα aliaque id genus quam vini habeant apud Hippocratem, prius est definitum. Hic autem inflammationem intelligit, quam οἶδημα σκληρὸν ἢ ἐμπύου appellare consuevit. Propterea & hoc loco μετὰ πόνου dolorem significans. Ac constat tumoribus ad abscessum vergentibus horrificas febres fieri, quae si vna cum tumore fiunt, materiam redundantem in corpore ostendunt permistam bili. Sed & suppurantibus tumoribus, & iis maximè, qui in ventre sunt, iure quidè cibos auersantur, laeso videlicet vetriculo. At quia nonnunquam vi naturae inflammationis materia repurgatur satis soluta aluo, hic non ita liquida, maior coiectura suppurationis, siquidem non repurgatur. καθάρσιν autem vocem ambiguam expurgationis à medicamentis, quae inde καθαρτικά, ab vtero, menstruis, haemorrhagiis, nuic vsurpat de purgatione, quae fit per resudationem, & tandem vacuationem materiae, quae inde resudat, quomodo in morbis thoracis vsurpatur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Durities ventris multis modis intelligi potest. Indurescit enim interdum à siccitate simplici, quando praesqualore atque ariditate ita deprimitur hypochondrium, vt retractum videatur: interdum ab humorum in visceribus, aut musculis abdominis concretionem, quia vel calore siccantur exhalante aequo humido, vel frigore proprio, aut externo admoto occalescunt. Tertius modus à repletionem cum tensione & renixu, vt in phlegmone interiore, quam hic significasse verba illa ostendunt μετὰ πόνου πυρετοὶ φριμάδεσιν, quod antea dixit tumorem durum ac dolenscum cum calore & febre. Horrificas autem febres vocat, non intermittentes, sed symptomaticas, & phlegmonum interiorum proprias, quibus horror duobus modis superuenire consuevit. Vno propter exacerbationem, quam habent, & interdum typum à varia putredine humoris, cuius pars in venis continetur: pars extra venas iam collecta est, & intra abscessum acruata, vnde Hippocrates de pleuride

tide agens in libro de victus ratione in acutis, meminit frigoris pedum. Altero ratione ipsius phlegmones, idque tripliciter. Initio quidem fluxionis ad interiora, quae habitum corporis refrigerat, & inaequalis spirituum calorisque natiui ad viscera contractionis causa est. Deinde concepto iam abscessu & ad suppurationem tendente, quo tempore suppurans vapor per morsum rigorem concitat, aut ad suppurandum congregatus calor in reliquis membris horrorem parit. Postremo sanie effusa & membranas vellicante. Ex quo efficit Hippocrates horrorem, qui sine ratione inuadit, vna cum febre, inflammationis interioris notam esse, & suppurationis. Et primo Epidemion, in semiteriana appellata fieri scribit morbos acutos, ipsamque esse inter ceteras maximè lethalem, quod, vt alibi docemus, in inflammationibus principum partium, & interiorum suppurationibus fieri solet. Non enim rigor, vel horror vno fit modo: sed alius à cacochymia vasorum, alius ab vlcerebus, alius ab abscessu in pus transeunte concitatur: nonnunquam etiam sine febre à frigidorum & crudorum siccorum copia circa vetriculum. Has quoque inflammationes & comitatur, & vi adacti morbi sequitur, tanquam επιγενημα prauum, ἀρσινία, ciborum fastidium. ἀνορέσιος enim & ἀσιτος Graeci vocant, qui cibos non ingerunt: qui verò etiam ciborum sumptionem auersantur & fastidiunt, ἀποσίτος. Cuius symptomaticis totidem sunt causa, quot in fame coire necesse est, minima inanitio, vt in frigido sicco habitu senum: languidus venarum succus vt resoluta aut imbecilla facultate nutrice hepatis: laxatio ventriculi ab humore calido in ipsum effuso: extinctus suctionis sensus in ore ventriculi, vt in moribundis: & deprauatus animalis appetitus, vt in phreniticis. In inflammationibus autem internis cibos auersantur aegri tum in principio collectionis, ac fluxionis, cuius pars in ventre confluit: tum in suppuratione resudante sero & sanie ex partibus inflammatis in vetriculum, atque ad stomachum vsque ascendente, vnde nausea quoque torquere solet ita affectos & propter hanc causam, & propter affectionis alicuius complicationem, quae suapte naturae naueam mouere potest, vt Gale. scribit in Prorrh. Deterrimum autem ἐμπύου genus est, hepate validè affecto (quod est principium nutrice ac naturalis facultatis) in quo aeger mori potius velit, quam aliquid eorum, quae offeruntur, gustare, quale in Hermocrate describit Hippocrates. In his enim os ventris, in quo suctionis sensus viget, afficitur non propter alienam quadam humorum qualitatem, sed propter virtutis extinctionem & νέκρωσιν, cuius, cum aeger valeret, minus erat corpus alere, indigentiam sentire, & quae ipsam curatura essent, appetere. Quod sub iicitur de aluo parum soluta confirmat expectationem suppurationis, quia ostendit necdum superuenisse hepatis imbecillitatem, nec materiam phlegmones deiectionibus biliosis expurgari, vt interdum solet. Idem iudicium de haemorrhagia & sudoribus. Nam cum primo circuitu non apparent, nec signa accedunt lethalia, suppurationem expectandam docet Hippocrates in Prognostico: in cuius tamen eruptione fatentur veteres aegrum desperationi, quam spei esse propinquiore, nempe quod (ait Hippocrates) à tuberculi introrsum ruptione virium deiectio, aut vomitio, aut animi defectio fieri consueverit.

1. Epid. sect. 3.

6. Epid.

3. Prorrh. 25.

2. Prog.

7. Aphor. 8.

XXXV.

Ἦπερ ὀμφαλὸν πόνος, καὶ ὀσφύος ἀλγῖμα, φαρμακείῃ μὴ λυόμενα, ἐς ὑδρωπιῶδες ξηρὸν ἀπὸ τελευτῆς.

*Supra umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui medicamentis non soluantur, in hydropem siccam desunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Haec sententia scripta in Aphorismis hoc modo, ὀσφύοισι σφόδρα καὶ πρὸ ὀμφαλὸν πόνος, καὶ ὀσφύος ἀλγῖμα μὴ λυόμενον μήτε ἀπὸ φαρμακείας μήτε ἄλλως, ἐς ὑδρωπιῶδες ξηρὸν ἰδούεσσι. Quibus tormina & circa umbilicum labores ac lumborum dolor, qui neque medicamentis, neque aliter soluantur, in hydropem siccam



firmantur. Nascitur dolor ab intemperie confirmata, quam *επιμάν* vocat. Hæc autem frigiditas est impressa ventri, quæ in flatus materiam humidâ resoluit. Ea ubi inualuit, non in flatus, sed aquâ humiditas vertitur. Hinc ascites, illinc tympanites hydrops, in quo percussus venter crasso aëre plenus sonû ad instar tympani reddere consuevit. Sed *σφοδ* tormina hoc loco non ab acri & mordente materia, sed tendente varietate intestina & membranas distorquente fiunt. Atque eadē ratione dolor ad umbilicum, ubi anfractus sunt tenuioris intestini & ad lumbos, ubi angustia coli & malè peruium cæcum est, nexûque membranacei, per quæ ea intestina vicinis partibus colligantur. At cum in ea querela medicus medicamenta instituit, clysteres, fatus, vi materiâ flatuum expurget, disperdat flatus, quia firmiter radices egit ea intemperies, depulsa priore materia, noua renascitur, & intemperie conspirante perpetuat dolorem & tumorem hidropemque cõfirmat, qui Tympanites dicitur. Quod autem *ἀποτελευτᾶ* & *ἰσχυρῶς* dicitur, stabile nec facilè curabilè morbum ostendit. Omnis enim dolor & morbus, qui à confirmata intemperie nascitur, ægerrimè percuratur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Aphor. 11.

**I**N Aphorismis scribit *πρὶ τῷ δμφαλῶν*, non *ἐπὶ τῷ*, atque addit *σφοδρως*, tormina. Fiunt autem eiusmodi dolores vel ab acri humore intestina mordete: vel à spiritu flatulento intercluso nec exitum habente: vel à cancro, aut abscessu dolorifico in intestinis. Flatulentus autē spiritus interdū ab humore crasso aut refrigeratione generatur: interdum verò ab intemperie intestinorum non ita frigida, vt in ascite, sed cum calore languido materiam in spiritu flatuosum resolvente. Sunt enim flatuum causæ, calor imbecillus, & materia humida. Imbecillus verò dicitur vel paucus & refrigeratus, qui in materia etiam temperata flatus gignit, siue sit alimentum, siue humor: vel moderatus quidem per se, sed quoad materiam, quæ nimis humida est, aut flatui gignēdo apta, infirmus: vel à calore extraneo resolutus, vt in hydrope sicco qui acuto morbo succedit. Omnis enim alteratio solidarū partium corporis, ipsarū robur deiicit: calor autem, immoderatus præter naturam est. Cùm autē illa alteratio duplex sit, *γενεσιῶν, καὶ γεγενῶσιν*, fiens, vt vulgò dicitur, & facta, illa breui cessat vacuata causa: hæc minimè. Omnis enim alteratio facta & absoluta, tanquam lanarum tinctura, indelebilis est, sitq; *ἐπιμάν διαθεσις* & *καθ' ἑστίην*, sub qua nõ solū mutatur, sed etiam alienatur temperamentum proprium partis affectæ, vt Galenus docet in Prorrhetico. Tamen si ergo & causa tollatur, & humor vacuetur, manet impressio, vt lignum, ait Galenus, quod in ignem coniectum valde quidē incaluit, nec tamen adhuc exustum est, si subtrahatur, celeriter calorē deponit: sin tantum calor ignei conceperit, vt iam accensum sit totūque abeat in prunâ & cineres, tamen si ab igne remoueatur, nihilominus vritur. Aut vt in lana, quæ eò vsq; imbibit turgentem succum, vt nulla parte colorem pristinum seruet, nec conceptū deponere queat. Sic enim in intemperie hæctica, verbi gratia, intestinorum contingit, siue primaria sit, siue secundaria. Est enim intēperies æqualis, quæ partes omnes temperati occupat, ita vt nulla inter eas actio pugnaue sequatur: vnde fit, vt non vincatur, deficiente scilicet interno agente. Ob idque omnis hæctica intēperies ab interna causa incurabilis est, quia partes omnes mixti etiâ minimæ, sicut vna forma, ita & vno temperamento possidentur, quarum altera non agit in alteram, sed omnes mutuo sese tuentur: nec amplius alteratio in motu est, sed ad terminū, perfectionem æqualitatemque perducta, opponiturque intemperiei fienci, non quatenus fiens ita à causa oritur, vt ablata causa confestim cesset, sed quatenus in motu est, atq; aliud fit, aliud factū est, vt in intemperie inæquali. Sic dolores intestinorū à flatu, quem in temperies inæqualis & frigus accidentarium, vel materia gignunt, curationem recipiunt purgantibus medicamentis, clysteribus, fomentis, sacculis, vnguetis, potio-nibus flatus discutientibus, & similibus. Qui verò ab intemperie hæctica intestinorum originem ducunt, nullis cedunt medicamentis, vt nec quorum cancer in causa est. Mouentur autem tormina circa umbilicum propter anfractus tenuium intestinorum sensus vegetioris, & circa lumbos propter cæcum & colon, quòd illic sæpe angustius: deinde quia illic vincula neruacea sunt, quibus colon & renes inter se,

renes

renes lumbis alligantur, vt scribitur 6. Epidemiōn. Lumbos enim intelligit Hippoc. partes interiores intra quinque vertebrae comprehensas. Perseueratibus ergo his doloribus, nec vllis remediis acquiescentibus hydrops sicco in propinquo est omnium periculosissimus, quem Tympaniam vocant, à flatus perenni generatione, qui cohibitus peritonæū distendit, vnde instar tympani percussus venter sonitū edit per circumtensam pellem aëre verberato. Si tamē cancer subsit, non hydrops, sed marcor insequitur. Ad hanc hæctica intemperiem multi alij morbi referuntur, vt aqua intercutem, hydrophobia, vitiligo, phrenitis, mania, & plurimi capitis morbi, atque hoc loco tormina, quos vulgus medicorum purgationibus sæpe exacerbant, vt & eos, qui ex relicta morbosa dispositione nascuntur. Talium enim purgationes perpetuam damnandæ sunt, nisi facta intemperies accedens alimentum vitans caco-chymiam acruauerit: tumque etiâ cum iudicio purgationes adhibendæ, quoniam hi morbi à plenitudine non oriuntur.

XXXVI.

*Τὰ δ' ἐξ ὀσφύος ἀλγήματα χρονιώτερα, πυρετῶ, παροξυνόμενα τριταγογενῶς, παύει τὰ θρομβώδεια ἀίματα διαχωρέειν.*

*Dolores lumbis incumbentes diuturni, siquidē exasperantur febre, quæ tertiana formam teneat, grumosum sanguinē egerere faciunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**L**umborum nomine musculi lumbares spinæ, quæ illic est, renes, intestina renibus alligata, & quæ hæc omnia connectunt, membranæ continentur. Sed à musculis & spina dolor sursum ac deorsum recta protenditur, & per neruos longius aliquando in crura & thoracem superiorem dispergitur à renibus in nothas costas, & eas partes alui, qua decurrunt vrinarij meatus: in crura, quæ venæ descendunt, extenditur ab intestinis, vel fixus, vel antrorsum magis inclinatus: à mēbranis disiliens, & longè latèque sparsus est. Hic autem non facilè intelligas ab aliis partibus, quàm intestinis, dolorem intelligi. Qua enim ratione ex aliis sanguis is defluat. Sed nec eum sanguinem in intestinis esse, quia dolent, verisimile est. Sed ab hepate ferè descendit. Verisimile ergo alia de causa dolorem esse, alia sanguinem ægri. Ac in febribus acutis, quæ ferè tertio quoque die exacerbant, lumborum dolor est, quia videlicet sanguinis copia venis inclusa febre eliquatur, ac pars quædam serosa in os vetriculi repit, vnde *καρσβαλγία*, maior vis in lumbos, qua articulatio & maior vena delabatur, sese confert, vnde lumborum dolor. Ac constat in articulos laxos, patentes, commotos, & quibus infirma virtus est, quæ excernit, excrementum facilius colligi. Sed vnde procedat sanguis antegresso eo dolore diuturno, & febre, quæ exacerbet in modum tertianæ, non constat. Ex obseruatione igitur empirica scriptum videri potest.

DESID. IACOTII COMMENT.

**C**um multæ sint partes in lumbis, quarum aliæ continent, vt musculi spinæ & spina ipsa: aliæ continentur, vt nerui, renes, vena caua, intestina, mesenterium: aliæ à renibus procedunt, vt vreteres, vasa spermatica, vel hæc omnia connectunt, vt membranæ, mesocolon, & colon, cui continentur renes, non facilè in dolore renum pars peculiariter affecta deprehendi potest, nisi propria singularum signa nobis sint in promptu. Affectus ergo renum ex vrinis potissimum dignoscuntur: musculorum externorum ex dolore, qui tactu pressūque sentitur: spinæ ex eo, qui sursum deorsumque recta protensus sensum stuporis, interdum tremorem quandam mouet in his partibus, quæ ex affecto loco neruos accipiunt, licet à renibus quoque in crura dolor extendatur, quæ venæ descendunt. Idem iudicium de membranæ & intestinis, quòd in illis dolor extensiuus, dilacerans, horrificus in intestinis

FF 2

6. Epid. sect. 1.

magis fixus & antrorsum inclinans percipiatur. Inflammatio aut renum dolorem pulsatorium, ut aliae partes inflammatae, quae sensu pollent, & arteriis refertae sunt, haudquaquam facit, quia renes sensus sunt expertes. Verum intra membranam sentientem contenti ipsam ostendunt; quod fit, ut quemadmodum manus sentiens a contento pondere grauat, ita non solum renum membrana, sed aliae quoque a contentis visceribus tumore obfessae grauitatem sentiant. Ob idque Hippocrates scribit, In rene dolorem grauem esse. Sine qua distinctione, quae post-hac de dolore lumborum scribuntur, intelligi nequeunt. Qui nam autem dolores ex lumbis diurni, grumosi sanguinis excretionem denunciant, accedente febre in tertianae modum exacerbante, per enumerationem inuestigandum, atque imprimis statuendum cruentam omnem deiectionem aut hepatis sanguinem generantis vitio fieri: aut lienis faecem recipientis: aut haemorrhoidum apertione: aut intestinorum vlcere, vel aperta, rupta, aut excisa mesenterij vena. Discernuntur haec partes affectae, quia ex superiore mesenterio sanguis in intestina incidens, longo sinuosoque prolapsu ita praestatur ac nigrescit, ut picem plane referat. In dysenteria coniungitur dolor cum torminibus ventris. Sine dysenteria ac tenasmo raro sanguis ab hepate imbecillo prouenit, estque dilutus & recentis carnis loturae perfimilis, quem etiam interdum sequitur crassus & faeculentus, ubi diutius retinetur. Saepius ex internis haemorrhoidibus apertis prodit, qui tum extra, tum intus conuulsi in grumum, quo a melancholico humore & atra bile differt. Purus autem ac rutilus exit modò egestionis initio, modò in fine & in ipso egerendi conatu ex aperta haemorrhoidide, quae hunc proximè è vena caua profundit. Quoties autem haemorrhoidis stillat in recti intestini capacitatem, in ea sanguis omnino coit, & grumus rubens hinc interdum procidit. In his praecurrit lumborum dolor, ut explicabitur Aphorismo sequente, non tamen necessariò, vel semper, vel magna ex parte febris tertiani generis comitatur. Praeterea nec dolor reuera diurnus est, quoniam fluente haemorrhoidide statim conuulsi, nec nisi certo tempore vrget. Videtur ergo illud esse intelligendum, quod Hippocrates scribit in libro de articulis, nonnulla mala, quae infra thoracem exorta sunt, nimirum ad lumbos, ut Galenus interpretatur, varicibus ac dysenteria solui. Quando enim humores, qui fluxiones, aut tubercula ad lumbos concitant, primùm in maximam venam, quae spinae adhæret, deinde in ramos eius in cruribus transferuntur, tumores in inguine, aut in poplite varices, aut dysenteriam cruentam inuehant, ex quibus & dolores diurni fiunt, & febres quae tertianae formam tenent, cum ad suppurationem venerint. Hi enim humores tametsi lenti sint & crassi, excipi facile possunt propter valorem capacitatem circa lumbos: circa thoracem minimè, quo loco venae sunt minores, quam ut in ipsas penetrare valeant, aut si penetrant, ab ipsis excerni. At vena circa lumbos cum sit latissima, omnibusque inferioribus sanguinem suppeditet, a lumbis affectis humores omnes qui tubercula dura ac diurnos dolores efficiebant, facillimè excipit: exceptos robore facultatis expultricis deponit in ramos vicinos. Quocirca si crassi sint admodum, in inguine bubonem: si mediocres, in poplite tumorem varicibus a crasso & melancholico, aut crasso & crudo alimento similem faciunt, & earum venarum distentionem, in quibus praecrasitudine ac lentore haerent, nec ulterius progredi valent. Possunt quoque & per haemorrhoidas eiusmodi humores vacuari, & per intestina. Cum enim attenuati a vena caua & lumbis in colon facile permeent (ut in his videre licet, quibus oborto in colo dolore articulorum dolores remittuntur) dysenteria interdum oboritur, interdum etiam febris tertiani generis, quando tumor lumborum diurnus ad suppurationem peruenit. Ac febris quidem causa est, ex commissa inter naturam & humorum pugna, accensus calor, unde dolor quoque increfcit propter intemperiem ac distentionem ab humore ex fusione maiorem locum occupante. Febris autem illa grauiorum symptomatum experta est, quia longius a corde bilis & sanguis mouentur; tertianas verò exacerbationes habet, ut febres ferè omnes symptomaticae inflammationum interiorum, ut quae ab erysipelate, phlegmone, herpete,

3. de artic. 4.

herpete, diuturnioribus etiã tumoribus, mouetur in quibus tenuior pars primò putrescit. Dysenteria autem existit cum grumosi sanguinis excretionem coniuncta, quoties in suppuratione crassi humores extenuantur, atque in intestina transeunt, eaque abradunt, & exasperant. Tria enim in omni suppuratione interiore apparèt: febris aucto feruore: attenuatio humoris crassi ex coctione: & excretio eiusdem a facultate excretice, quam in affecto loco puris acrimonia perpetuò irritat. Confirmat iudiciũ de suppuratione horris vel rigoris frequens vicissitudo, & puris per anum excretio. Ex quo etiam intelligitur pus per sedem sine sensu doloris excretum non semper ab affecto mesenterio dimanare, quod a viro doctissimo scriptũ legitur. Nam licet neque ab inflammatis intestinis, neque a ventriculo sine dolore vehementi excerni queat, neque ex iccoris, aut lienis inflammatione sine vehementissima febre & grauissimis symptomatis, non tamen solum mesenterium relinquitur, cum idem a lumbis prouenire posse ex Hippocrate manifestum sit.

## XXXVII.

Τὰ ἐν ὀσφύϊ ἀλγήματα, αἱμορροϊκὰ.

*Dolores in lumbis eruptionem sanguinis significant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**ιμορροϊκὰ etiam si communiter de omni eruptione sanguinis dicatur, peculiariter tamen de ea, quae fit per nares, ab Hippocrate usurpari solet. At inter signa haemorrhagica non solet lumborum dolor annotari in legitimis operibus Hippocratis, sed dolor, grauitas, tensio earum partium, unde nascitur vena magna, quae sursum repit, & per quas transit, ut ad nares ramos tandem distribuatur, thoracem, ceruicem capitum. Ceterum extra febres multis quidem lumborum dolor mouetur vehemens, viris, haemorrhoidibus: mulieribus, mensibus suppressis, quibus vel sponte naturae, vel arte excitata sanguinis vacuatio remedio fuit. Cuidam in intolerabili cruciatu lumborum aperta haemorrhoidis praesenti fuit remedio. Id melancholicis temperatura, & quibus consuetae sunt haemorrhoides, magis accidit, ut lumborum dolor haemorrhagiam per venas sedis enunciet, quanquam & citra eam significationem lumborum dolor esse potest.

DESID. IACOTII COMMENT.

**R**ationi consentaneum est in his Aphorismum intelligi, qui absque febre & absque vlla alia manifesta causa (praesertim cum neque morbi acuti neque febris meminerit) dolores in lumbis patiuntur. Quoties enim sine his per multorum dierum spatium lumbi dolent, & oris ventriculi dolor accedit, copiam sanguinis in vena caua redundare, quae lumbos opprimat, verisimile est. Vnde conicere licet vacuationem futuram per haemorrhoidas in viris, aut per menses in mulieribus, multoque id certius, si horum suppressio facta fuerit, aut aeger huiusmodi vacuationibus sit obnoxius, aut temperamentum appareat melancholicum. Tum enim haec sententia conferet non solum ad affectus praesentis dignotionem, sed etiam ad euentus tum futuri, tum praeteriti praenotionem, ut Galenus docet in Prorethico. Nam ea distinctione adhibita, quod neque febris adfit, neque ex manifesta causa, ut decubitu, aut labore, aut calculo, vel arenulis dolor obortus sit, antea aegrum haemorrhoidibus laborasse, nec ita multo post laboraturum artificiosa coniectura veritati proxima deprehendes, quas, nisi sponte ac liberè profluant, arte iuuare oporteat. Praesentis autè affectionis certa sunt & perspicua symptomata. Siquidem conspicuè declarant copiam in venoso genere redundantem ad partes inferas conuerti, ad quas ante ferri consueuerat, quae circa lumbos remorata, dolores illos mouet. Ex ea autem serum tenue in ventriculum confluens, cardialgiam

3. Prorrh. 37.

infert, vbi ad os ipsius exactissimo sensu præditum peruenit. Scribitur hæc sententia in Prorrhethico hoc modo, Lumbis dolentibus stomachi dolores accedentes si gna eruptionis sanguinis puto, notamque prægressam.

XXXVIII.

Αἰ ἐξ ὀσφύος ἀλγήμελος αἰμορροία, λειψαί.

Ex lumborum dolore larga sanguinis effluxio.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Scriptit in Prognostico lumborum dolores, si sursum tendant, interficere, aut suppurationem prædicere, nec meminit hæmorrhagiæ. Itaque verifimilius est casu vacuationes sanguinis intelligere, quæ per vterum fiunt & hæmorrhoidas.

DESID. IACOTII COMMENT.

Merito sanè superiori sententiæ subiicit ex lumborum dolore, qualem exposuimus, copiosam sanguinis profusionem significari. Nec enim in amplis venis copia sanguinis nimia distensione & vicinarum partium oppressione dolorem mouet, nisi maxime redundet. Consentaneum autem est vacuationem copię in vasis contentæ respondere. Dolor autem hic venarum grauis esse debet, quoniam corpus plenæ grauant. Ita enim per synochos ægri referunt graues se esse toto corpore, potissimum dorso, licet venæ & arteriæ per se etiam exiliter sentiant, & interdum distenta continente membrana valide dolcant, vt vteretæ. Vbi autem cacochymia magis premit, delata per vasa bilis horrorem inuehit exiguum quidem illum, sed tamè cum molestia quadam coniunctū, vt in annotationibus etiam non intermittentium febrium videre licet.

XXXIX.

Οἱ ἐξ ὀσφύος ἀλγήμελος, ἀναδρομὴ ἐς κεφαλὴν, καὶ χεῖρες παρὰ ὤδας, καὶ καρδιαλγία, καὶ ἠχώδεια, αἰμορροία, λειψαί. καὶ κοιλία κατὰ ῥήγνυσται τῶν σπλινῶν, καὶ γνάμια παρὰ ὤδας ἐπιπολύ.

Quibus ex lumborum doloribus recursus fit in caput, & manus torpidæ sunt, doletque ventriculi os, & aures sonant, sanguis largiter erumpit, & soluta aluus diffluit, his turbulenta mens est magna ex parte.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Anadromiæ appellat, quia materia, quæ dolorem in lumbis commouebat, relicta sede inferiore in caput translata est. Damnavit id in Prognostico, quia inde mors, aut si thoracem appetit, suppuratio. In Prorrhethico ἰκωσιν ὀφθαλμῶν inde malam iudicauit peruersionem oculi, vnde notatur conuulsio. Et paulò post hunc ἀναδρομῆς ἐς καρδίαν πυρετώδεις, φρικώδεις, ἀέμωσαι ὑδατώδεια &c. moriuntur. Ac breuiter sursum translata è lumbis materia malo est, sed in mesenterium, in ventriculum, in thoracem, in caput mota sua signa edit, quæ defederit, & aliquando interficit, quod annotat alio loco Prorrhethici, quum è diuturno lumborum dolore hypochondrij & oris ventriculi vehemens dolor in caput transiens citò interficit conuulsione. Idque nisi robusta virtus vel hæmorrhagia se liberet, vel in parotidas materiam deponat, aut returbet in aluum. Ac manus torpidæ resolutionis initia sunt aff. Et o principio neruorum: καρδιαλγία verò vel quia è lumbis aliquid in mesenterium & ventriculum diffuxit, vel quia febre eliquate materiam serosa

serosa pars eò reflit, vel denique quia è capite aut aliis partibus aliquid recipit, aut peculiari vitio. ἠχώδεια ostendunt materiam capite inclusam parte aliqua solui in flatu, vnde echo, de qua prius, αἰμορροία non semper. Nam imbecilla virtute resolutione, conuulsio, mors: cum robusta non statim hæmorrhagia, sed vt est natura materiæ & impetus, interdum parotides fiunt, aut alui profluunt, quanquam & capitis dolor & ἠχῶν inter signa communia hæmorrhagiæ ab hoc autore itantur. λειψαί cum impetu non necessariò, quia materia minus feruere potest, minus cedit, & naturæ minor impetus. καὶ κοιλία κατὰ ῥήγνυσται non semper, sed aliquando eò conuersa materia. καὶ γνάμια παρὰ ὤδας. Sic appellantur, qui non ita turbati sunt, vt iam delirent. Nam παραρῆσις initium quoddam & significatio delirij, vbi videlicet mens hebes, & velut conuoluta nubibus, quæ aciem eius obfurent, idque vel commotis spiritibus, vt in vertigine, vel non adeo conuolutis.

DESID. IACOTII COMMENT.

Partibus inferis & ignobilibus ad superas & nobiles humorum translationem fieri in febre, nisi vi naturæ & agitationis criticæ id incidat, pessimum esse tum signum, tum causam Hippocrates docet multis locis. Ac signum quidem maligni humoris, vehementis perturbationis in vena cava atque arteria, & naturæ infirmæ, quæ morbo dominari non potest. Causam verò prauarum affectionum, quæ partes nobiles inuadunt, thoracem, diaphragma, cerebrum, spinalis medullæ exortum. Hanc autem translationem vocat hoc loco ἀναδρομὴν, quia à partibus, quæ sunt infra diaphragma, incipiens sursum humores rapit, cuius certissimum signum est doloris in lumbis repentina & sine causa manifesta occultatio, cui noua in superioribus partibus symptomata succedunt. In Prognostico scribit morbo in thoracem conscendente vel hominem repente interiturum, vel si spes melior affulgeat, suppurationem prorsus perpeffurum esse: quod ex aliis signis distinguendum docet. Nam si non mala sunt, excitabitur suppuratio: si verò aliquod malum interuenit, mors minimè dubia esse potest. Aliquando censet naturam suis vsum viribus excretionem aliqua, aut abscessu sese exonerare posse. Vincitur enim natura à morbo per huiusmodi translationes dupliciter. Nam aliquando causa morbifica ita deicit naturam, vt labefactet integritatem operum non solum manifesta, sed insigni læsione & oppressionem, in qua natura variè afficitur, trahitque in opposita iudicia medicum, dum per momenta quædam vniuersas vires colligit, & factò agnitione adoritur morbum. Ex eo enim dubius euentus proponitur medico, quia inter conandum propter virium vnionem vincere potest: & contra, quæ propter conatum robusta apparebat, in certamine concidens propria infirmitate succumbere. Nonnumquam verò natura ita vincitur, vt ab aduersa causa facultates prosternantur, in totumque functiones auferantur, quarum priuationem mortem appellamus. Manifestum autem est doloris lumborum nomine haudquaquam eum esse intelligendum, qui vel à flatu incluso, vel alia causa in lumbis firmata, vt phlegmone, vel à crasso & frigido humore provenit, quod huiusmodi causæ erratico illo motu per corpus variè dimoueri nequeant. Eadem ratione scribit in Prorrhethico, Ex lumborum recursione oculi peruersionem malam esse: & sexto Epidemiân, Lumbis dolentibus recursus ad latus, & extuberantias cum putredine & suppuratione: in Prognostico, è duobus alterum, vt dixi, inde significari docet, aut repente moriturum ægrum: aut si cum ipso optimè agatur, futurum purulentum. Hic verò symptomata numerat, quæ humorum ἀναδρομὴν in varias partes sequuntur, & modum ostendit, quo liberari queant ægri. Manus ergo torpent humore, qui transfertur, in ceruicem, vnde neruos accipiunt, transcunte, & facultatis animalis com meatum intercipiente. Copia autem feruente in venis tenue quoddam serum in os ventriculi confluens, cardialgiam excitat. In ea verò, quæ caput inuadit, humiditate spiritus flauosus à calore præter naturam excitatus aurium tinnitum facit. Quibus omnibus liberari possunt, si natura in cerebro valens vel sanguinem è naribus copiosum profundat, vel materiam ad inferiora deuoluens profluuium alui moueat. Quod autem vt plurimum animo hi perturbentur, in causa est spirituum

3. Progn. I.

animalium agitatio à calore & humorum motu cum humoris ipsius feruore in substantia cerebri, ex qua plerūq; phrenitis aut conuulsio insequitur signo lethali.

X L.

Αἰεὶ ἐν νότῳ ἀλγῆματος ἀρρώστῃς ἀρχαί, δυσκολοί.  
Ex dorsi dolore initia morborum difficilia.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Utr difficilia, nisi quod materia frigidior sit, & contumacior, non video. Posterior enim parte capitis ferè materia frigidior aceruatur, quæ effusa dorsi dolorem creat, atque hinc & febris, si putrescat, si tuberculum colligat. Potest & resolutio aliqua inde gigni. Quam vim autem habeat *δυσκολοί*, antè expositum satis.

DESID. IACOTII COMMENT.

Αρχὴ hoc loco haudquaquam significat primam illam vel portionem, vel momentum cuiusque rei, id est, principium motus, quem inquit mobile, quomodo medici morbi initium dicunt *τῷ ἀσβολῷ*, & caloris initium calorem esse; sed *ὡς ὁδὸν, κατὰ τὸ ἀρχαίον ἢ ἔχειν*, causam efficientem, quæ prior est, & capit, siue continet morbum ipsum. Principium ergo morbi ex dorsi dolore dicitur, quia localem habet in dorso generationem, & quia dorsi dolor ipse causa est, nec alium de in dorsum inuadit, quemadmodum qui ex rigore, aut destillatione è cerebro ortum habet propter propriam ipsius partis naturam & cum cerebro communionem. Præterea obseruandum etiam illud est *νότον* partem esse posteriorem, quæ vniuersum thoracem comprehendit. Nam ceruix capiti annectitur: hinc deinceps dorsum, cui æqualis est cum pectore longitudo. Quod subest reliquum, lumborum nomen completitur, quorum pars vltima sacro latèque ossè finitur. Dorsi ergo proprii & peculiare morbi sunt, tubercula magna, dura, ac diuturna, quæ circa vertebrae oriuntur, & cum in tumorem sublata sunt, ligamenta ad se trahunt, ligamenta verò ipsas vertebrae, vnde luxationis vertebrae & distorsionis spinæ tres differentie numerantur ab Hippocrate, *κύφωσις, λόρδωσις, & σκολίωσις*, in posteriorem partem, anteriorem, & in latus, quæ gibberositatis tres species constituent. Accidunt quoque & huic parti dolores ab ictu, aut casu, aut refrigeratione, inflammationes spinæ & membranarum eius, *σῆσις*, quam quassationem, & totius spinæ concussionem appellant, quia vniuersa ipsius structura dimouetur loco cum diuulsionis & contusionis periculo, sed absque vilo vertebrae excessu. Præterea obstructiones tum attenuatoriæ ob conuientia à compressionem meatuum latera, tum coarctatoriæ ob aliunde impleta, quibus facultatis commeatus ad partes inferiores intercipitur. Nam cum nerui omnes, qui ex medulla dorsi oriuntur, introrsum tendant, ab obstructione impleti, vel contusi, vel dimotione vertebrae in anteriorem partem compressi, omnes spinæ adiacentes partes simul afficiunt, ut crurum & manuum resolutio, aut totius corporis stupor inde sequatur. Superior quoque vesicæ extremitas compressionem inde perpeffa, & vicinæ partes ex consensu inflammatione obfessæ impedimento sunt, quominus vrina & excrementa alui reddantur. Nam vrinæ & deiectionis suppressio & naturalem facultatem, quæ excernit, referenda est. Stupor verò ac torpor earum partium insignem in neruis læsionem testantur, & circa intestina atque vesicam inflammationem, quæ mortis periculum minatur. Sphincter enim tum in contagium mali cum neruis adductus, tum ex compressionem tensus excrementa effluere non permittit. Hos igitur morbos omnes potissimū ex dorso difficiles esse scribit hoc Aphorismo: idque duabus de causis. Vna propter sanationis difficultatem. In lumbis enim propter magnæ venæ & arteriæ capacitatem transfluxio humoris facilis est, ut ante docuimus, & varicibus in inguine, aut poplite, vel dysenteria morbus finitur, aut remittitur,

tametsi

3. de art. 48.  
6. Aphor. 46.  
4. de loc. affe.

tametsi inde etiam morbi per consensum interdum accedant, qui pristina mala non tollunt. At in dorso nulla vena est satis ampla, quæ humores crassiores excipere, exceptos excernere valeat, quia vna sola ex vtraque parte ad costas octo fertur, duæ aliæ ad reliquas, quæ propter paruitatem & angustiam crudis tuberculis, ut ille, remedium nullum afferre possunt. Altera causa est cum principibus partibus maximus consensus. Nam grauiora semper ea sunt, in quibus maior vis contagij, & mali communicatio facilior. Etenim quæ cum principibus partibus non consentiunt, per seipsæ soluuntur sine aliorum incommodo. Dorsum autem non solum cum partibus inferioribus, quibus neruos distribuit, sed & cum thorace, & cum cerebro communicat tum propter vicinitatem, tum propter naturæ communionem. Ob idque ex eo materiæ translatio incipiens cerebrum sæpius grauisimè lædit, thoracem verò empyemate afficit aut vertebrae dimotione, vel distorsione in anteriorem partem acuit, vnde ægri (ait Hippocrates) difficulter spirant, & stridulam faucium asperitatem patiuntur, eò quod ventriculi, qui spiritum & excipiunt, & reddunt, minores euadant. Sæpius etiam intus ingascuntur tubercula circa pulmonem cum grauib; symptomatis. Idem iudicium de vulneribus harū partium. Nam discissa spinæ medulla subditæ partes resoluuntur, earumque motus ac sensus intercipiunt, ut etiam modò sterco, modò vrina, modò semen præter voluntatem exeat. Cæterum non modò ad prænotionem, sed & ad dignotionem affectuum tum dorsalis, tum multarum aliarum partium neruorum dissectio necessaria est, ut intelligatur, qui nerui à qua vertebra prodeant, & qualis inde noxa sequatur.

X L I.

Ἐν ὀσφύος ἀλγῆματι σιωπῶν, καὶ ὑποφορῆ πλεονί, ἀπ' ἐμβόρου ἐμέσαι ἀφρώ δειασυχνά, ὠφέλει.

In dolore lumborum vehemente, & alui subductione multa, ab elleboro vomere multa spumantia iuuat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Non aliud docet, quam quod antea dixit, aliquando à dolore renum alius Nerumpere. Nam quod *κοιλίαι καταρῆ ἡγνυται*, hic *υποφορῆ πλεονί* scribit. Ac constat aluo nimium fluente reuulsorio auxilio vomitionem esse, quam elleboro moueri vult, albo quidem, à quo si multa spumantia euomuntur, iuuat. Sic enim vacuata materia & represso naturæ impetu æger iuuatur. Constat autem Hippocratem & æquales eius plurimum fuisse vsos elleboro, ut huius pharmaci sæpius, aliorum rariis in suis libris meminerit, eiusque laudes ex professo in epistola, quam ad Democritum scriptam reliquit, exposuit.

DESID. IACOTII COMMENT.

Pertinacem lumborum dolorem non nisi à graui aliqua occasione ortum habere constat, ut à calculo vel abscessu in renibus, aut à tuberculo in membranæ spinæ, aut ab inflammatione, aut vertebrae distorsione. Malum autem quod grauius, eò & celerius & facilius communicatur ortis & coniunctis, nimirum partibus inferioribus, ut vesicæ aut inguini, & interioribus, ut intestinis ac mesocolo. Nam per consensum (ait Galenus) primò & maximè afficiuntur cognata ac propinqua, quia maximè communicant. Eadem vicinitatis ratione dictum est ante, in diuturno & pertinaci lumborum dolore à tuberculo dysentericos fluxus & varices prodesse, quando ex translatione humorum, qui tubercula pariunt, gignuntur. Contra verò morbi, qui per consensum & alterius mali communicationem orti sunt, nec primigenium tollunt, priore solent esse grauiore. Ob eamque causam monet hoc loco Hippocrates in profluio alui, quod pro remissione doloris lumborum, quam afferre debuit, malum auget aliorum symptomatum accessione, & frequen-

tia de

tia defurgendi atque modica excrementorum effusione ægri vires prosternt, vomitionem esse prouocandam exhibito veratro, non purgandi causa tantum, sed multo magis retrahendi atque auertendi, quia profluuium illud antiquum, symptomaticum, & periculosum est. Licet enim veteres medici trium vacuationum occasionem ita definiant, vt recentis fluxioni, quia vehemens est, reuulsio conueniat; diuturnæ, quia languidior, deriuatio satisfiat; cessanti iam & finitæ vacuatio ex parte, frequentiam tamen, non perpetuum aliquid & fixum signifi- casse ex eo intelligi potest, quod antiquas etiam fluxiones, quæ rebelles sunt, & in habitum versæ, retractione ad remota sanandas præcipiant. Ita Hippocrates scribit diuturnum venteris profluuium vomitu sanari, & antiquas oculorum defluxiones occipitis sectione. In omni enim fluxione non solum, quæ superflua sunt, vacuare, verum etiam ea ipsa in contrarias partes ab affectis locis auertere maxime prodest. Suo autem more veratrum ad vomendum præscribens Hippocrates, album semper intelligit, cuius ea vis est, vt vomitus egregie cieat, ac prius ex toto corpore in superiorem ventrem humores alliciat, quam in intestinorum anfractus deferatur, auctore Galieno. Eo autem vitur & in sanis, & in febrientibus, modò ne febris admodum acuta sit, ac vehemens. Tum enim tenuissimum imperat victum, vt neque cibum; neque sorbitiones concedat, sola potione contentus ex hydromellite partibus nervosis affectis, aut oxymellite in acutis. Iuuenes quoque doloribus renum affectos ellebotismo purgat, si quidem longus admodum fuerit affectus, atque, vt Græci dicunt, *μολιαις δ' εὐδωρῶς*, concussione, quæ per vestem fiat, indigens. Nobis autem veratri vtriusque albi vsus suspectus verè est etiam in sanis, quia sæpius strangulationis periculum accersit, præsertim in corpore duro, multisque crasis & lentis humoribus referto. Partes enim, per quas vomitiones fiunt, propter duritatem contrahuntur in distensione, atque vellicatione, vnde ægri aut in conuulsionem incidunt, aut vasis alicuius rupturam patiuntur. Humoribus autem crassities periculum suffocationis affert, dum vehementius agitata in flatu vertitur, & meatus obturat. Ob idque ante veratri, aut similis alicuius medicamenti sumptionem præparandum esse corpus iubet Hippocrates & partes solidas emolliendas, vt ductiles fiant, & aptæ reddantur tum ad distensiones & vellicationes, quas inter vomendum patiuntur, tum ad humorum penetrationem, qui etiam attenuari debent ad purgationis securitatem. Alioquin ellebotismo vtri, antequam corpus victu præparatum sit, valde periculosum, quod in multis obscurum sit, quanta qualisque humorum colluuiis in corpore redundet. Adde quod pauci sunt admodum eo robore, vt vomitionem violentam ferre, eiusque accidentibus resistere queant. Hippocratis autem temporibus tuiore fuisse veratri vsu ex eo conicit Galenus, quod victu vterentur haudquaquam molli & voluptuoso, sed multis laboribus occupato, cibusque paucissimis, vt crassitudo humorum acerrari minimè possit, quam otium & satietas efficiunt. Vniuersam enim conseruandæ sanitatis & roboris naturalis retinendi rationem hac sententia complexi sunt, *ἀσκησις ὑγιής, ἀκορὴν τὸ φῦλον, ἀκορὴν πόνων*, id est, neque impleri ad satietatem, neque segniter exerceri. Ex qua victus ratione multo vegetiores facti casibus omnibus ex veratro & vomitu obistere potuerunt. Addunt recentiores medici multo magis oportere nostram ætatem, quam illam Hippocratis, vomitoriis, tanquam suspectis abstinere, ob varias, nec contemnendas causas, quarum nonnullas Mesues recenset. Prima est, humores innata grauitate descendere ad intestina facilius, quam ad ventriculum conscendere. Altera, multo plures latioresque meseraicas venas à porta ad intestina, quam ad ventriculum deferri, atque intestina à natura ad excrementorum susceptionem præparata esse, quia cum membra sint ventriculo ignobiliora, incolumius edeferantur noxia. Tertia, quod breuior via sit à corporis mole per meseraica vasa ad intestina, quam ad ventriculum: tractus verò humor cum medicamenti vi extrà pelli non possit, sed recipientis membri, tanto maiore facilitate ab intestinis excernatur, quam à ventriculo, quanto maiore commoditate intestina in excernendo præstant ob duplicem, qua pollent excretoria vtraque membrana. Postrema ratio vel validissima est, quod etiam Hippocrate ipso teste, robustiorem naturam requirit vomitio de-

6. Epid. sect. 1.  
7. Aphor. 62.  
2. fract. 27

iectione. Scribit enim purgandos esse robustos quidem supra, debiles verò infra. Sed & Galenus cautior in vomitoriis fuit, & meticulosior, quia, vt dixi, vomituum afflictationes metuit, quare consulit commutari in medicamenta deorsum purgantia. Nobis ergo multo quam Hippocratis & Galeni tempore, infirmioribus merito reuolucenda sunt vehementissima illa vomitoria ab elleboro, & similibus, nec nisi cauti- sime aggredienda, de quibus fusius agemus in Methodo curandi.

## X L I I.

*Πάχυν διασπορὴν καὶ δύσπνοιαν, ἀμαλὸς ρύσις λύει.*

*Peruersionem spinae & spirandi difficultatem sanguinis fluxus soluit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

NON omnè spinæ peruersionem difficultatè spiritus fluxus sanguinis è naribus soluit. Nam si vel casu, vel ictu, vel paulatim spina peruertitur, nihil omnino conferet sanguinis fluxus, si difficilis est spiritus à virium imbecillitate, à cruda pituita spiritales vias occupante, nec sic quidem sanguis effluens conferet. At si ab inflammatione contractis neruis & tendinibus spina intro distorquetur, vel in obliquum, & inde spiratio difficilis, hæmorrhagia commota à natura criticè inflammationem & inde peruersionem difficilè spiritum iuuare potest.

DESID. IACOTII COMMENT.

SPINÆ *διασπορὴ* distorsio multis modis fieri potest. Vno *ἢ* *σῆσιν*, quando vertebrarum iuncturæ ita concutiuntur, vt vertebræ ipsæ in sua sede maneat, in contusionis tamen ac diuulsionis incidant periculum, quod multo deterius est, quam si absque concussione distorsiones fierent. Altero cum luxatione in anteriorem partem, aut posteriorem, aut latus à tuberculis duris, aut à causa externa, vt ictu vel casu, qui affectus difficillimè soluantur, nisi naturæ beneficio humor in intestina, aut inguina, aut hæmorrhoidas transferatur, vt docuimus antea. Atque id tametsi commodè fiat, vertebræ tamen loco motæ reponi vix vnquam possunt propter multiplices in singulis processus & cavitates. Tertius modus est ab inflammatione, præsertim musculorum circa oesophagum, qui præ tumore tensi ac contracti vertebram intro trahunt, ex quo fit quarta Anginæ species, cuius causas & generationis modum ante exposuimus. Nonnunquam etiam per morbos quosdam ex decubitu frequenti in aliquam partem spina peruertitur, tum quia in locum decliuorem humores magis confluunt, tum quia pars illa, in quam cubat æger, comprimitur, tametsi prima præcipuaque causa fluxionum omnium censenda sit membri imbecillitas. Harum itaque omnium affectionum non est idem solutionis modus. Nam lumbis affectis deorsum magis, dorso ac ceruice sursum feruntur humores. Quocirca meminisse videtur difficultatis spirandi, quia hæc potissimum sequitur superiorum partium distorsionem ab inflammatione, de qua hic locus intelligendus est. Ipsa enim ex partium compressione spiritalium membrorum ductus facit angustiores, & hæmorrhagia potius, quam hæmorrhoidibus aut dysenteria soluitur. Quod medici insequuti, partes, quæ sunt supra iecur, sanguinis missionem ex cubito exigere docent; quæ verò infra iecur, ex cruribus & venis in poplite aut malleolo: quod Galenus in affectibus renum obseruat: quanquam præcautionis gratia vertiginis & epilepsiæ obnoxios ex cruribus, podagræ verò ex cubito vacuat, vt assueta natura distantissimæ parti mandare, desuescat à priore, prauaque consuetudine, & consuetudo consuetudine, sicut clauus clauo pellatur. Inanita enim pars ob inanitionem à toto trahit magis, & ad partem secari assuetâ exonerat se corpus, vbi similis plenitudine grauatur, exëplo Aethiopum, quod Auerrous scribit, vbi sanguine redundant, frontis pruritu infestari, quia sæpius frontem scarificare solent.

X L I I I.



Εν ὄσφρῳ ἐπὶ τῷ ὠμῷ καρδιαλγίᾳ προσελθόντα, σημεῖα ἀμφορόωδη, ἢ καὶ προγεγεννημένα.

*In lumborum doloribus oris ventriculi dolores accedentes signa sunt fluxionis sanguinis, etiamsi antecefferint.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N non febrilibus copia sanguinis oppressis, temperatura melancholicis, opportunis fluori sanguinis per hæmorrhoidas hic sermo locum habet. Itaque collecta copia serosam partem natura reiicit in ventriculorum, vnde καρδιαλγία. Magna autem pars crassioris sanguinis ex hæmorrhoidum consuetudine ad lumbos descendit, illicque restat occlusa via, nec, vt ante, aperta per venas sedis. Vbi ergo diu perseuerat dolor, & copia accrescit, natura corrumpitur quidem aliquando, aut malignam qualitatem contrahit, vnde varia morborum genera. Nonnunquam sursum in caput rapitur, vnde mania & melancholia. Ac robusta natura nonnunquam vias quasdam aperit, qua excludat, hæmorrhoidas venas narium, vnde αἰμορρῶδης προσελθόντα igitur σημεῖα, quia futuram hæmorrhagiam significant; προγεγεννημένα, quia suppressas solitas hæmorrhoidas significant. Quod hic προσελθόντα σημεῖα, in Prorrhethico προσίοντα: quod προγεγεννημένα, in Prorrhethico, προσγεγεννημένον σημεῖον, vbi σ delendum videtur, vel hic potius addendum, vt sit sensus signum esse succedens suppressis hæmorrhoidibus, vbi lumbi dolent.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**olorem lumborum intelligit, qui per multorum dierum spatium perseuerat absque febre & manifesta causa, ex quo hæmorrhoidum significatio fit præsertim in melancholicis, & citrino quodam colore ad viriditatem inclinante affectis, aut mensium in mulieribus. Nam copiam in magna vena & arteria acruata per suppressionem consuetæ vacationis pars crassior deorsum, quod deferri consuevit, affluens dolorem lumborum concitat: tenuis verò & serosa in ventrem redundans cardialgiam parit. Addidit autem καὶ προγεγεννημένα, quod inde non solum futuras hæmorrhoidas præfagire liceat, sed & antegressas, & nunc suppressas. Qui locus antea explicatus est, & à Galeno sectione tertia prioris Prorrhethici commentario ad Aphorismum trigésimumseptimum.

XLIII.

Τὰ ἐξ ὄσφρος ἐς βράχυν, & κεφαλὴν ἀναδιδόντα, παραλύνοντα παραπληκτικὸν τρόπον, ἀσασμώδεα, παρακρυστινῆ. Ἄρα ἢ λύεται τὰ τοιαῦτα ἀσασμοῦ; ἢ τῶν τοῖστων κοιλίας νοσέει; διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων.

*Qui ex lumbis dolor in cervicem & caput redundat, ex quo resoluitur ager more particularis resolutionis, conuellitur, aberrat mente. An num hæc soluantur conuulsionibus, aut agrorum alui laborant, dum per ea symptomata aguntur?*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N Prorrhethico hæc sententia scribitur, nisi quod finis hoc modo, ἐκ τῶν τοῖστων ποικίλως διανοσέει, ἢ δὴ τῶν αὐτῶν ἰόντες. Quam lectionem sua experientia confirmat Galenus. Itaque recursus è lumbis ad caput & cervicem resolutionem afferre posse certum est, quæ partem aliquam occupet. Sic enim intelligas, quod dicit, ἀσασμώδης παραπληκτικὸν τρόπον. Paraplegia enim partis alicuius resolutio est.

est. Sed aliquando impacta effarctaque nervis materia conuulsionem adferre potest, & commouere mentem, ac rursus redire paraplegiam. Exempli gratia, torporem hebetudinemque sensus & motus in manibus, ex quo rursus conuulsio, quæ aliquando vehementi concussione materiam discutere potest, vnde alia soluantur. Quomodo enim febris leuior conuulsionem soluere non potest, maior autem tum rigore, tum calore id efficit: ita prior conuulsio resolutionem & alia soluere non potuit, quia leuior. Vbi verò vehementior, vel frequentior id præstat. Quod sequitur, siquidem de aluo laborante ab humoribus, qui illac transfluant, excretionis solutio est. Si ποικίλως de eiusmodi casibus, qui deinceps sese consequuntur, intelligere oportet, quod in vno se vidisse Galenus scribit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**E humorum infestantium diffusionem & symptomaticam translationem à lumbis in partes superiores dictum est sæpius. Ea cognoscitur, dum adhuc sit, per doloris cessationem præter rationem & sine manifesta causa, repente apparentem, id est, sine excretionem, abscessu, aut artificio medici, quod humores, qui in parte dolente inerant, aliò ferantur. In quam autem partem abeant, & quid inde sequuturum sit, præfagire non licet prius quàm peculiaris parti recipienti symptomata superuenerint, quoniam non solum in caput, verum quoque & in quamlibet aliam partem, vt hepar, mesenterium, diaphragma, thoracem ferri possunt, vnde egrorum variorum symptomatum sibi mutuo succedentium vicissitudine propter humores, qui locum mutant, afficiuntur. Hoc autem loco in collum & caput transferri significauit. Perinde enim est ac si diceret, doloribus lumborum repente occultatis dolorem superuenientem in capite & ceruice manifestum esse signum, in eas partes μετασσειν fieri. Nondum tamen ex eo prædici posse, quid illa factura sit, antequam signum aliquod appareat vel cataphoræ, vel delirii, vel conuulsionis, vel paralyticos. Hæc enim omnia fieri possunt. Sed & natura robustior inuenta hæmorrhagiam moliri, vel parotidas excitare, vel iterum ad partes inferiores turgentem materiam deuoluere interdum solet. Nonnunquam etiam ex his ad superiores partes quasi cæstro quodam percita humorum copia reuertitur, ac dolores in collo, clauicula, humeris, pectore transeundo mouet, vt in agris ita affectis varia symptomatum sese mutuo excipientium permutatio cuius sit manifesta. Ponamus ergo in ea humorum agitatione ac distributione partes quasdam, verbi gratia, manum totam agrè moueri, nec exactè sentire, impedito spirituum animalium comæatu in ceruice, qua parte nervi feruntur in manus, ita vt paraplectico modo resoluta videatur, quanquam non sit exacta paraplegia. Mox superuenire conuulsionem ac delirium haudquaquam absurdum erit, quia humoris à nervis & muscibus ad neruorum principium facilis est translatio. Vbi ergo ad inchoatam illam & leuem paralytism conuulsio accesserit, ipsam soluet, quoniam paraplegiæ (quæ est vnus partis talis affectio, qualis paraplexia totius) maximè contraria est secundum motum conuulsio. Cum enim partes affectas motu priuet paraplegia, easdem conuulsio ad motionem agit naturali vehementiorem, ita vt violenter concutiantur. Ob eam ergo causam paraplegiam sanare videbitur, obstructionem, vel humorum crassorum, aut glutinosorum infarctam in nervis copiam discutens. Hac ratione Galenus testatur se paraplegiam semel vidisse, quæ in crebra illa symptomatum vicissitudine per conuulsuos motus soluebatur: & Hippocrates in Prorrhethico idem docet, cum scribit agros per eadem profectos variè agrotare. Hic verò addit τῶν τῶτος κοιλίας νοσέειν, δὴ τῶν αὐτῶν ἰόντων, talium aluos agrotare, dum per ea symptomata aguntur, quod humores interdum per aluum tandem excernantur criticè, vel symptomaticè; vel quod aluos ipsorum malè affici necesse sit. Verum, vt initio admonui, quandiu humor morbificus ita irrequietus est, ac dissolutus, tutò nihil prædici potest. Nam ex commigratione ad locum nobiliorem leuis morbus ingrauescit: ex transitu ad ignobilem sanatur grauisimus. Et quoniam eiusmodi

3. Prorrh. 26.

turgentiae, motusque humorum acutis morbis familiares sunt, in illis certus euentus non est, nec proinde praedictio; quod oraculo illo docet Hippocrates, Acutorum morborum non omnino certas esse praedictiones aut salutis, aut mortis. Quamquam sunt & aliae causae, quae medicetiam docti ac prudentis praesagia interturbant, & inconstantia faciunt, quales sunt, externae & fortuitae. Non enim praedictio futurorum diuinitio est, qualem profitentur vates fatidici: sed praesentis constitutionis cognitio, cuius effectum in posterum praedicimus. Quae autem extrinsecus originem ducunt, nullam habent in corpore suae generationis causam, nec igitur praedictionis. Praeterea ut humor firmus sit, nec turgeat, exitus non semper praedicendus. Nam licet modò quiescat, in posterum moueri potest, & aliquando nondum ita cum natura confluit, ut indicia victoriae medicus explorata habere queat. Quo tempore suspendendum est iudicium, & ut iurispreriti solent, formula illa utendum, nondum liquet. His accedunt, quae Auerrous doctissimè scribit ex Hippocrate: naturam, quae format corpus, eam ipsam esse, quae sanat. Sicut ergo in formando nonnunquam errans monstra producit, ita & in morborum sanatione. Monstra autem superant vniuersam praesagiendi artem. Contra verò multi deficiente vna ex facultatibus insperatò intereunt, quomodo R. asius scribit periisse sibi curanti, & nihil minus speranti, aegrum nullo antecedente lethali signorum: tantum animaduertisse pridè ante diem obitus, decumbenti leuatum brachium instar inanimis decidisse, collapsa facultate animali, licet duae reliquae nondum magnopere concidissent, propter quam etiam causam prudenter admonet Hippocrates medicos, nihil superuenientium negligere. Obseruato ergo humorum motu, vbi certus iam & constans manifesta ac perseverantia signa vincentis aut victae naturae exhibuerit, exitum certò praesagiemus, non secus, quam luctae periti post aliquot conflictus agnoscunt, vter ex luctatoribus victurus sit. In caeteris, id est, in erratico humorum motu, aut incerta ante pugnam quiete sub periculi nomine praedictio tegenda est, vel paululum expectandum. In quo tantum situm esse putat Galenus, ut idcirco credat se in praedicendo nunquam deceptum, quòd semper sine festinatione diligentiam, & sine tarditate grauitatem adhibuerit, quamquam tutò praediceret, quae singulis diebus futura essent, vbi constitisset de morbi specie, parte affecta, humorum motu, trium facultatum robore, & dierum numero.

31. Com.

6. Epid. sect. 2. 25.

XLV.

Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνος, ὀφθαλμῶν ἰλλωσις, κακόν.

*Ex doloris lumborum recursum peruersio oculi malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Haec eadem in Prorrhetico omiffa voce πόνος, quae videtur collegisse, ut saepe solet, è particulari exemplo vxoris Oeceti, qui in abortu & febre ardente obiit septimo. Huic initio lumborum dolor, quarto die, inquit, ἀξιῶ ἰλλανει, dextro oculo distorta est. Caeterum neque constat an malè purgata muliere ab abortino puerperio, an antè collecto vitio aliquid recurret è lumbis in caput. Sed siue id acciderit, siue non acciderit, oculi peruersio omnino mala est. Est autem ἰλλωσις, ἀναδρομή, & ἰλλάνειν, ἀνατρέφειν τὸς ὀφθαλμούς, ut & oculorum nomine palpebrae includantur. Est autem conuulsio manifestum indicium.

DESID. IACOTII COMMENT.

Eodem modo, quo superiore Aphorismo, κατὰ δρομὴν doloris lumborum ostendit humoris tenuis & acris μετασσειν in cerebrum, cuius symptoma est oculi ἀναδρομή à conuulsione musculorum, qui oculos mouent. Nam partes, quarum, motus

motus laeditur, sine peculiari vitio instrumenti, siquidem à cerebro neruos accipiant, illius affectum ostendunt: sin à spinali medulla, solius spinæ affecta signa sunt, modò illaē maneat partium superiorum actiones. Oculorum ergo peruersio cerebrum affici indicat, quia motus ipsorum deprauatur sine offensione primigenia in partibus oculum constituentibus. Non idem iudicium de colore, tumore, fulgore, & similibus, quia aliunde causas habent, & virtutis in toto corpore robur, aut debilitatem declarant, ut alibi explicatum est. Galenus autem in Epidemii sententiam hanc, tanquam minus artificiosam notat, quòd oculorum peruersio in vniuersum mala sit, siue ex lumborum recursum, siue quouis alio modo facta fuerit. Praeterea affectatam loquutionem reprehendit, atque ab Hippocratis dictione alienam esse scribit, quia in Prognostico non dixit, ex lumborum recursum, sed rectius, Si dolor cum febre lumbos & infernas partes diuexarit, easque postea deserens, transuersum septum occupet, valde perniciosum esse. Reuera tamen signum de peruersione oculi adiunctum est, ut manifestius, intelligamus humorum in lumbis redundantium raptum in caput. Quemadmodum enim in his, qui animi deliquio laborant, aut virtutem aliter exolutam habent, nemo manum, vel crus, vel aliam faciei partem omiffis oculis contemplatus de virtutis robore, vel infirmitate tam certò quicquam inuenire potest, quam si oculos diligenter obseruet: ita in hac humorum translatione cerebri oppressio, non ex alio signo facilius, aut citius, quam ex oculorum laeso motu deprehendetur, quoniam oculi cerebri iniurias primi ferè omnium perferunt, ac praese ferunt, propter vicinitatem & communionem, quam cum ipso habent.

3. Epid. sect. 2.

3. Prog. 1.

XLVI.

Πόνος ἐς στήθος ἰδρωγῆς ἐν πυρετῷ, κακόν ἐπὶ πυρετῷ. οὗτοι δὲ ξείως ἀπόλλυται.

*Dolor in pectus firmatus cum torpore malus in febre. Atque ij acutè moriuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN Prorrhetico hoc modo, ὀδύνη ἐς στήθος ἰδρωγῆς ἐν πυρετῷ, κακόν ἐπὶ πυρετῷ, inueniuntur ἵστοι καυστικοὶ ἰξείως ἀρθροπόνοισιν, Volor firmatus in pectus cum torpore malus, superfebricitans hi cum ardore acutè moriuntur. Symptomata sunt diuersi generis cerebri affecti & thoracis. Nam dolor ἰδρωγῆς, id est, ut interpretatur Galenus, σπρηχθεὶς δυσλύτως, qui ita confirmatus est, ut aegre dissolui possit, inflammationem in concursione significat. Torpor autem cerebri vel humiditatem, vel refrigerationem, vel vtrumque, vnde hebetior ratio & sensus, difficiliorque motus corporis. καυστικοὶ autem καυσθῆες, qui videlicet febre ardeant. Galenus ἰξείως voci καυστικοὶ connectit, quamquam & verbo ἀρθροπόνοισι, ut videtur hoc loco, adiungi posset, ut ἰξείως vel celeriter morituros, vel crudeliter praehementia morbi significet. Atque posito eo dolore in thorace, torpore & febre, ut grauitur periclitetur aeger, mori tamen necesse non est.

DESID. IACOTII COMMENT.

IN Prorrhetico legitur σὺν πυρετῷ, cum torpore. Praeterea pro ἰδρωγῆς scribitur ἰδρωγῆς, quasi dicat, Superfebricitans hi si acutè ardent, moriuntur. Vbi Galenus notat symptomata duarum affectionum. Nam dolor pectoris ἰδρωγῆς, id est, σπρηχθεὶς δυσλύτως, firmatus, & qui aegre dissolui queat, thoracis indicat phlegmonem, modò, ut alibi explicat, continuus sit, & cum aestu. Firmos enim & stabiles humores in vna parte species vna symptomatis tum naturae partis, tum humoris qualitati peculiaris subsequitur: fluxos verò & huc at-

2. Prorr. 36.

que illuc errantes multorum dissimilium varia permutatio, ut paulò ante ostensum est. *νοθρότης* verò, hoc est, torpor cerebri affectus est ab humiditate, vel frigore, vel utroque. Quidam mouendi corporis difficultatem interpretantur. His ita constitutis verisimile non est in febre acuta, morbo videlicet calido ac sicco, & phlegmone in thorace iam confirmata pituitosum humorem in cerebrum peruenisse, qui torporem illum induxerit, multò minus si statim per initia morbi, ut fieri solet, valida fuerit febris cum vitione linguæ, vigiliis, excrementis biliosis, quæ calidam in toto corpore affectionem denunciant. Etsi autem in eiusmodi affectu copia aliqua pituitæ in capite solo contineri queat, quæ ab initio torporis cuiusdam occasionem afferat, quia tamen huius rei signum nullum fuit, quin potius ex dolore firmo iam & remediis non cedente contrarium coniciendum significauit, relinquitur vel vehemens frigus, vel infirmitatem virtutis esse in causa. Vtrumuis fuerit, maximè perniciosum esse constat. Frigus enim vehemens, quod calido & sicco morbo superuenit, prorsus lethale est: lethale quoque & quod propter inflammationis magnitudinem instar cucurbitulæ calorem & sanguinem ad se trahentis oboritur, præsertim in cerebro. Iure igitur subiicit hos celeriter interire concidentibus omnibus facultatibus. Quòd si ab initio morbi duo illa symptomata simul apparere inceperint, duplex quidem affectus significatur, vnus in cerebro, alter in thorace: minus tamen perniciosè habet æger, nec ita artificiosè scripta esset sententia.

## XLVII.

Ἐξ ὀσφύος ἀλγίμουλος ἀναδρομαὶ ἐς καρδίην πυρετώδεις, φρικώδεις, ἀμετέωρες λεπτὰ ὑδατώδεια, παρονεχθέντες, ἀφωναί, ἐμείζοντες μέλαινα, τελευτώσι.

*Ex lumborum doloris recursione in os ventriculi febriculosa, inhorrescentes, euomentes tenuia, aquosa, mente aberrantes, muti, ubi nigra euomerint, moriuntur.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc eadem sententia in Prorrhethico collectis varij generis symptomatibus, vbi quæ ægri sunt, morbo, ut solet, multa attribuit, febres, horrores, vomitiones. Et quæ cerebri sunt vitia, oris ventriculi, reliquique corporis symptomatibus permixta. Ac qua ratione fiat lumborum dolor & oris ventriculi, prius dictum est. Ille copia illic congesta: serosa verò parte à febre eliquata, & in os ventriculi transmissa, aut tenuiore parte è lumbis in mesenterium & ventriculum recurrente, *καρδίας ἀλγίμουλος*. *πυρετώδεις* autem & *φρικώδεις* parùm constantem naturam febris declarant. Id quod vel varia materia, vel inæqualiter putrescens efficit. *πλέον* addit in Prorrhethico. Itaque copiosa, tenuis, & aquosa vomitio magnam vim cruditatis ostendit, vnde inæqualis horror & febris. *ἀφρονία* verò, quomodo *ἀφρονία*, *ἀφροσύνη*, & *ἀφροσύνη* dicitur de eo delitio, quod mouetur vehementia accessions, iam in commune vitium tracto cerebro. Eiusdem partis vitium esse videtur hoc loco *ἀφονία*, de qua multa ante. Niger autem vomitus, ut omnis nigra excretio, crudo morbo lethalis est. Contingit enim aliquando id ferè naturæ motu declinante morbo, quod est salutare.

## DESID. IACOTII COMMENT.

Sæpe contingit, ut ex antecedente morbo, aut latente obstructione, vel putredine, vel visceris interioris corruptela prauus humor & sanguis corruptus in præcordiis exaggeretur, quam natura valens & robusta, quandiu potest, sustinet, aut in pancreas & in mesenterium totius corporis veluti sentinam deponit: vbi tractu temporis putrescens tandem febrem leuem initio excitat sine statis periodis, quæ medicos plerumque fallit, quorùm opinione celerius de medio tollitur æger, ut

ut mortem, quàm periculum citius deprehendant. Nam oborto leui dolore lumborum aut ventris, cum horrore inconstante modò venter subitò intumescit, modò nigra vomitione redduntur, aut per aluum subeunt cum omnium symptomatum, quorum hinc meminit, syndrome, & repentina ferè morte, quod nos sæpius obseruauimus. Interdum quoque in febre humor deleterius, & veneno similis generatur per corruptionem propriæ substantiæ, aut malignus per aduersionem bilis, vel sanguinis, cuius excretionem natura non aggreditur, donec copia, aut malignitate aucta grauius sanientem huc atque illuc exturbare cogatur, vnde subitò lethalia signa eduntur etiam his, qui sani ante putabantur. Id Galenus docet in Prorrhethico, exemplo sumpto à canis rabidi morfu, cuius venenum, vbi diu latuit, repente se profert, & in historiam phrenitici tertio Epidemion, quem cum inculpate haberet, primo statim die phrenitis inuasit cum febre horrida, ætuginosorum multorum, & tenuium vomitu, sudoribus, aphonia, & similibus. Non enim, ut subita est horum symptomatum generatio, ita & generationis ipsorum causa. Sive ergo hoc modo fiant ex lumborum dolore recursiones ad os ventriculi & superiora: sive per translationem materiæ symptomaticam, quæ & substantiæ tenuitate atque calore faciliè sursum rapitur, & acrimonia naturam vehementius irritat ad excretionem, siue per affluxum feri in os ventriculi ab inflammatione hepatis vel mesenterij, manifestum est & grauissimum esse affectum, & cum graui periculo corruptum humorem è lumbis ferri in partes nobiles. In stomachum enim intruès lypothymiam, cardiogmon, vertiginem tenebricosam infert: agitated autem per corporis habitum, aut etiam per vasa non omnino sensus expertia horrorem symptomaticum, aut periodicum mouet in febre continua, in qua pars extra venas extruditur, alia in venis putrescit, quomodo semitertiana febris & horrificæ generari solent. Vomitu autem redduntur tenuia & aquosa à serosis recremenis inflammationis, vel ab humore putri & corrupto. Mente verò aberrant, vel qua leuiter delirant propter defectum, eadem ratione, qua tremores membrorum sunt deprauata cerebri actione, & facultate animali imbecilla, quod genus delirij nūquam vehemens esse solet, diciturque *ἀφροσύνη*: vel propter siccitatem cerebri & vigilias, quæ languinè biliosiorè reddunt: vel propter cerebri inflammationè, vel flauæ bilis vitionem, quòd cæteris delirij generibus multò perniciosius est. De aphonia sæpius dictum est: nec non de nigrorum vomitione ab atra bile per vitionem genita, aut à succo melancholico: aut corrupto sanguine vitio hepatis generantis: vel lienis expurgantis. Incipit affectus interdum à frigida intemperie sine febre, quæ superuchiens exurit & corrumpit sanguinem: interdum à calore & incendio, quo generatur atra bilis, quia euanescente ignea parte plurima manet exustum ter reum plurimum. Has autem excretiones symptomaticas, & propter viscerum imbecillitatem vel ardorem factas discernere ab aliis oportet, quæ integra valetudine, sed plenitudinis ratione, & facultatis expultricis robore accidunt, aut parte aliqua affecta per iecur sese expurgante vitibus ipsius iam restitutis. Concoctis enim in ipsa vitiosis humoribus nigra excernuntur, ita tamen, ut humores viles retineantur, inutiles expellantur. Quod cruentæ dysenteria otiosiorum, aut eorum, quibus membrum aliquod mutilum est, aut quibus solennis vacuatio mentium, vel hæmorrhoidum suppressa est, ostendunt. Per erysipelata quoque & phlegmonas interiores accedente concoctione vitiosus, cænosus & putris sanguis excernitur sine periculo. Quorum omnium distinctio repetenda est ex signis coctiouis antegræsis, & facili tolerantia ægri, quam *εὐφορίαν* vocat Hippocrates.

## XLVIII.

Τὰ κατ' ὀσφύων καὶ τὸ λεπτὸν χροῖον ἀλγίμουλος, καὶ πρὸς ὑποχόνδρια πόννοι, ἀπόστροι ἅμα πυρετῶ, τῆσιν ἐς κεφαλὴν ἀλγίμουλος σπύλλον ἐλθόν, κλίειν ἐξ ὄψεως ῥόπον αἰμομώδεια.

Dolores circa lumbos & tenue, & labores ad hypochondria sine appetentia cibi una cum febre, iis progressus dolor in caput interficit celeriter conuulsionis modo.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

HAcc sententia paucis mutatis scribitur in Prorrhethico. Non enim ἡδὲ τὸ λεπτὸν, sed ἢ λεπτὸν sine particula καὶ, additque χυφομενα verbo πρὸς ὑποχόνδρια & ἀποσιτικα. Itaque variè legitur ὑπὸ λεπτὸν, ἢ λεπτὸν, καὶ τὸ λεπτὸν. Alij quoque non ὑπὸ λεπτὸν, sed ὑπὸ πλεονῶν legunt. Interpretes autem alij tenue intestinum, alij os sacrum latumque, quidam vtrumque. In re enim obscura ferè interpretum mos est, ut variis sententiis dissentiant. ἢ λεπτὸν alij breuib. interval. lis recurrentes dolores, ut modò à lumbis ad mesenterium & portas hepatis, vnde venæ in mesenterium & tenue intestinum dispercutuntur, commutatio fit recurrentis doloris, & ex eo χυφομενα scripsisse in Prorrhethico, quia gryphi modo, quod re te piscarium est, erant: alij quoque alter, quæ parum ad prælagium conferant. Sciendum tamen communem migrationem humorum ex ignobili parte in ignobilem damnari. Ex lumbis ergo in portas hepatis, thoracem & caput commutatio facta signis indicatur, renfione hypochondrij & delores: deiecta appetentia in iecur: difficultate spirandi in thoracem: dolore capitis, cataphora, delirio, conuulsione in caput: quæ omnia distinguenda. Qui ἀπόσιτοι dicantur, prius est dictum, quisque πρὸ π... α... μ... δ... η... σ.

DESID. IACOTII COMMENT.

Dissentientes veterum Prorrhethici interpretum opiniones locus hic conciliare potuit, in quo neque ὑπὸ λεπτὸν, neque ἢ λεπτὸν, neque ὑπὸ πλεονῶν, id est, sub tenue, iuxta tenue, sub costam scribitur, sed rectius κατ' ὄσφωυ ἢ τὸ λεπτὸν, circa lumbos & tenue intestinum, quibus significatur inflammatio, aut alius affectus dolorificus in tenuibus intestinis; vel, ut quibusdam placuit, in mesenterio. A iecoris enim externa parte & superficie venæ propagines scissurâsque plurimas in mesenterio fieri aiunt, quibus affectis lumborum dolores non continui, sed breuib. quibusdam intervallis vrgentes succedant: quos ad dextrâ hypochondrium in iecoris portas tum reduci, tum contrahi & veluti conuelli asserunt, vbi velut radicem esse affectionis vena hac, vnâ cum propaginibus omnibus, inflammata admonent. Portas autem iecinis pati, & hepar ipsum ex ciborum fastidio confirmant, quia illud symptoma non semper ad os ventriculi ob alienam quandam humorum qualitatem affectum pertineat, aut ad extinctionem facultatis in ipso sentientis, ut imminente morte, aut ad mentem læsam, ut in phrenitide: sed etiam ad hepar grauius affectum, quod facultatis alētis & naturalis principium est, quæ cum per venas meseraicas, quibus tanquam manibus iecur vititur, alimentum amplius non trahat, nec suctus tensionem vllam mouet, grauisimâ inappetentiæ insequantur, ut mori malint ægri, quàm, eorum, quæ offeruntur, quidquam attingere. Atque hæc fuit veterum interpretum sententia. Ac certè continuatio & series prælagiorum ex lumborum recurfu in varias hypochondriorum partes id confirmare videtur. Non enim solùm prauorum humorum copia è lumbis transfertur in superiores partes, caput, thoracem, diaphragma: sed etiam in iecur, lienem, & inde in mesenterium, per eos venæ portæ ramos, qui non in intestina, sed in ipsum mesenterium & pancreas desinunt, in quibus tumores præter naturam & inflammationes sæpe oriuntur, aut propter assiduam ingluuiem magnus vtriusque bilis & pituitæ prouentus aceruat, qui tempestiuè non expurgatus cholera, melancholia, diarrhœæ, dysenteria, cachexia, atrophia, languoris, lentarum errantiumque febrium, latentium denique morborum causas sæpe continet. Sæpe etiam non expurgata tempestiuè copia laxum & mollem tumorem in ipso mesenterio & glandulis eius, deinde siccescens renitètem, durum ac verè scirrhosum ingenerat, qui quia altè sepultus

pultus est, neque manu totus comprehendi fecernique potest à musculis abdominalis, ut adipis copia: neque primo tactui occurrit, & pressu, aut etiam citra pressum dolore afficit, ut tumor insertus musculis abdominalis: sed firmo tantum validoque pressu animaduertitur, sine doloris sensu, quod pars ipsa doloris sit expers. Quinetiam sua mole intestina premens atque coarctans sæpe efficit pigriorem aluum. Inflammatio autem vera in venas mesenterio intextas incidit cum dolore quodâ, vel potius grauitatis sensu, tensione, ciborum fastidio, & febre, leui ac lenta, sine fiti, sine grauib. symptomatis, nec omnino ægrum prosterbens, nec interdum quotidianas functiones interpellans. Dignoscitur, si alui excrementa diligenter consideres, quoniam liquida quidem sunt & in chylum versa, ut in attractricis hepatis imbecillitate aut meseraicarum obstructione: sed præter hæc saniem quandâ rubram admixtam habent initio, qualis ab omni parte inflammata, cui spissum crassumque tegmen non inest, defluere solet, quæ concocta deinde inflammatione crassior & puri similior redditur, defluitque ab aluo modò permixta fæcibus, modò seorsum & syncera, ut quum inflammatio in postrema intestina demergit. Tum enim pus per venam proximam in recti aut colli intestini capacitatem influit, syncerumque magna interdum copia redditur nullo sensu doloris. Quod si dolores intelligere placet in sublimioribus tenuium intestinorum partibus, nihil moror. Verum multò vehementiores sunt, & cum symptomatis longè grauioribus, vomitu, singultu, & similibus: quem affectum ἀλέον, id est, Voluulum Græci vocant, vel ab inflammatione, vel ab obstructione aridi stercoris (quanquam rarè in intestinis tenuibus stercus appareat) vel à cruditatibus retentis & corruptis, aut veneno hausto, aut intestinis in scrotum descendentibus. Totidem enim modis excrementorum alui exitum intercipi in voluulo veteres scripserunt, quò fit, ut vomitio grauis cruciet, adeo ut nonnulli sub finem stercus quoque euomere conspiciantur, nec quicquam interea subeat per inferiora, quod est huius morbi signum proprium & inseparabile. Siue ergo ex recurfu dolorum circa lumbos facta fuerit in mesenterio inflammatio, siue in tenuibus intestinis, siue in vtriusque sedibus, labores in hypochondriis percipiuntur, febris vrget, ciborum auersio & fastidia inuadunt, atque in his dolor in caput progressus celeriter interficit, quia grauem morbum esse oportet, in quo per consensum caput afficitur, & materia morbifica in cerebrum, partem nobilem, rapitur. Sic in ileo damnat Hippocrates vomitum, singultum, desipientiam, & conuulsionem, neruorum principio in consortium mali, quod stomachum obsidet, pertracto, aut humoribus & excrementis, quæ deorsum propter meatuum angustiam ferri non possunt, retroactò naturæ impetu violenter sursum impulsis, & caput appetentibus. In quo multa symptomata superuenire ex hac translatione possunt, phrenitis, cataphora, dolor, paraplegia, conuulsio, & similia. Solius tamen conuulsionis hoc loco meminit.

7. Aphor. 10

X L I X.

Οἱ ἐν ὀσφύος ἀλγημα, ἔτσι κακοί. ἀρα τῆτοις ζομώδεα γίνεται ἢ φώδες ἐν ῥίγῃ; ἀρα τοῖς ὀσφυαλγέτιν, ἀσώδειν, ἀνεμέτοις, ὀλίγοι γρασέως παρακρέβ- ἄν. ἐλπίς μέλενα διελθῆν.

Quibus lumborum dolor, ij malè habent. Num iis tremores incidunt, & pustula circulo rubentes in rigore? Nonne & à lumbis dolentibus, anxiiis, non vomentibus, leui ferocia delirantibus spes est, ut nigra prodeant?

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Empyrica symptomatum coitio est. Ac non est obscurum lumbis dolentibus malè habere ægrum: sed tremores inde fieri deterius materia ad neruos con-

uerfa. Oportet ergo naturam aut vim morbi concitasse materiam, quæ nervis infidens tremorem tegerit, ac parte aliqua restitans in cute φωιδας mouerit. Sunt autem φωιδες Hippocrati, quæ & φάσιγγες dicuntur, κυρίως μὲν εἰς τὸ πύρρον καὶ τὸ κίχμαϊς ἐπανίσταμνοι κύκλοι ἐρυθροὶ κατὰ χροῖαν δὲ εἰς τοῖσι. Alij quoque fissuras pedum interpretantur. Quod autem dubitat, an lumbis dolentibus & alijs, spes sit, vt nigra prodeant, prodire quidem & non prodire possunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N febris dolor plerumque circa renes oboritur, quia incallescunt propter decubitum, aut partibus pinguioribus incenduntur à calore febrili. Interdum verò idem prouenit à lassitudine phlegmonde, sanguine calido in magna vena & arteria redundante, cuius translatione, quam incendium & copia molliuntur, vicinum diaphragma facillimè inflammatur, vt in Sileno, tertio Epidem. Nonnunquam etiam & à musculis, & à spinali medulla, & ab ipsis renibus, dolor originem trahit. Itaque non idem periculum in omnibus, neque ex omnibus eadem symptomata existunt. Primùm ergo in vniuersum affirmat malè habere, quibus lumbi dolent, à quacunque causa id inciderit, modò ne ab externa, vt decubitu. Nam is dolor vel præsentem morbum, vel paulò post futurum, vel plenitudinem significat. In febris verò lumborum dolor atque grauitas tum maximè fit, cum peccantis materiæ pondus in venam cauam, aut in maiorem lumborum arteriam illabitur. Ea si pariter vehementius incenditur, renum lumborumque suscitatur ardore: quumque eius portio in tenues venas, quæ per summa sunt corporis, atque etiã in musculos excurrit, lassitudines, membrorum grauitates, artuumque dolores excruciant. Periculosissimus autem is dolor est, quem inflammatio spinæ, aut sanguinis ingens æstus in maioribus vasis concitat propter viscerum proximorum sympathiam, & symptomaticæ translationis periculum, de quo hætenus multa dicta sunt. Accedit ex hac oppressione, & ex lumborum æstu magna corporis iactatio, qua id subinde modò in alterutrum latus, modò in pedes inquietum deuoluitur: quemadmodum & cum morbi materia in venis turget, atque huc illucque fertur, aut cum caeca malignitas cor, vt in pestilente febre, obsidet. Inflammatio quoque renum peracuta est affectio, quia simul inflammantur & venæ à iecore in renes discurrentes, & cum illis iecur. Præterea vrinæ suppressio inflammationi superuenire solet, quæ ipsius vehementiam auget, vnde vel mortis periculum impendit, vel concoctione phlegmones, abscessus, à cuius eruptione pus cum vrina defertur, & interdum sordes aut corrupta caro ex putri renum substantia. Vacuato expurgatòque abscessu vlcus manet diuturnum admodum, ac ferè immedicabile. Sic ergo malè habere scribit, quos lumborum dolor cruciat. Postea verò addubitans interrogat, num in his tremores fiant. Quod ex alijs signis diiudicandum. Etenim affecta spinali medulla sensus torporis inest his partibus, quæ ex affecto loco nascuntur. Vbi ergo aliquod symptoma affectæ spinæ proprium apparuerit, non solum tremor, sed & omnis alia similis neruofarum partium affectio metuenda erit, sicuti & vox tremula, per Aphorismum Prorrhethici, Quibus lumborum dolor diu perseverans cum æstu fastidioso fit, si sudent, malum. An & his tremor fit, & vox, vt in rigore, videtur? Per μετὰ σπιν quoque à lumbis in caput & ceruicem fieri tremor potest, vt ante docuit. φωιδες, verò, vel φωιδες vox Dorica est idem significans, quod φάσιγγες. Sunt autem papulæ, pustulæ, vel maculæ rubentes in cruribus ex ignis propinquitate nimia inductæ. Per abusum etiam & alia maculæ significantur, vt phlyctenæ & phlyctides ἀπὸ τῆς φλογός, vt scribit Pollux. De quibus ita scribit Erotianus, φώδες εἰσι μὲν ἢ λέξις δωρικὴ, καλῶσι δὲ φώδες τὰ ἐν τῷ πυρρῷ γενόμενα, μάλιτα δὲ ὅταν ἐκ τῆς πυρρῆς καὶ τῆς σφογγύλας ἐπιφλογίσματα ἐχηματίσται δὲ ἢ λέξις ἀπὸ φώτος καὶ ἐρυθρός. Fiant huiusmodi pustulæ his, quibus subest humor à vitioso succo, quem vel antecedens victus collegit, vel febris ardor corruptit, & à feruentibus atque acerrimis humoribus, interdum toto corpore, interdum in partè aliqua, sed nullibi periculosius, quàm in oculi membrana cornea, quæ primùm quidem vesicula in morem attollitur ab acri quodam humore, deinde verò excoariatur, & oculum

2. Prorrh. 7

lum purulentam reddit. Rubicundæ verò maculæ, quæ σίγματα vocant, instar pulicum morsus in pestilenti constitutione, & alijs signis consentientibus pestilentem febrem, sine his synochum & ardentem arguunt, suntque interdum criticæ, interdum symptomaticæ & lethales. Nonnunquam etiam in februm exacerbatione, & intermittentium tertianarum paroxysmis à feruore sanguinis erumpit, paululumque extuberant, vt cum acri medicamento cutis exasperatur. Quod igitur dubitat, num in dolore lumborum maculæ rubentes appareant in rigore, fieri aliquando id potest in eo rigore potissimum, qui à vasis incipiens ex centro corporis & vena caua cacochymiam per sensibiles partes ad circumfereptiam extrudit, & in cutem deponit. Nam tenuis materiæ portio sudoribus per rigorem vacuatur: crassior per vomitum biliosorum aut deiectionem. Medio modo se habens per hæmorrhagiam, aut harum macularum eruptionem reicitur à natura, non sine periculo conuulsionis, dum per neruofas partes transit. Quæ sequuntur symptomata ab oppressione fieri solent, quum vel iecur, vel lienem magna phlegmone exercet, vel incendio exæstuat vena caua cum arteria, vel materia in venis turget, vt lumborum dolor, anxietas, cibi fastidium ingens, nausea sine vomitu (eam enim voce ἀνεμέτοισιν significauit) quia tenues & serosæ humiditates ex inflammatis partibus in anteriore ventriculi parte conflunt, ibique collectæ os ipsius perpetuò vellicant. Possunt & intelligi ἀσώδες ἀνεμέτωσ, de quibus in Prorrhethico, Qui cum anxietate & sine vomitu exacerbantur, malè habent. Duobus enim modis (ait Galenus) ægri fiunt ἀσώδες. Vno cum virtus à corpore ita grauatur, vt nullam decubitus figuram facile sustineat. Altero, cum os ventriculi à prauis mordetur humoribus. Priores sine nausea perniciosè habent. Posteriores nausea laborant. Ferocitas autem cum delirio licet moderata sit, breuique desinat, aut per quædam tantum interualla appareat, phreniticam ali in cerebro affectionem ostendit ab atra bile, nec vnquam in paraphrenitidem incidit. In his ergo nigrorum vomitionem futuram conuicere quodammodo possumus, tum quia ex hac syndrome vltio sanguinis & bilis flauæ significatur, tum quia & symptomaticè, & interdum criticè sanguis ater, putris, & cœnolus per huiusmodi inflammationes hepatis reicitur.

2. Prorrh. 44

L.

Ὁσφύος πόνος καρδιαλγικῶ, μὲν ἀναχρημῖος βιαίης, ἔχει τι παρασμῶδες.  
*Lumborum dolor in eo, cui ventriculi os dolet, cum excreatione violenta habet aliquid, quod conuulsionem denunciet.*

IACOBII HOLLERII COMMENT.

**N**Eque lumborum dolor & ventriculi, neque excreatio vehemens, aut seorsum, aut iuncta omnia conuulsionem denunciant. Potuit tamen ab ijs cuiuspiam ægro conuulsio accidere.

DESID. IACOTII COMMENT.

**E**Adem sententia legitur in Prorrhethico, hoc modo, Lumborum dolor cum capitis & stomachi dolore, atque excreatu violento conuulsuum quidpiam habet, submutumque cum iudicatione rigorem. Vbi Galenus ex varietate exemplarium duobus modis locum ab interpretibus explicatum refert. Vno quidem in hanc sententiam, Lumborum dolor siue & capite quis doluerit, siue & stomacho, vel cum screatu violento, conuulsuum quidpiam habet. Altero, quem minus probat, Lumborum dolor capite & stomacho dolenti, &c. Hic verò prætermittit cephalalgiam. Illud autem τι παρασμῶδες, conuulsicum absolutè haudquaquam significat, sed quod vel rarè, vel leuiter conuulsionem inferre potest. Vnde etiam colligit Galenus præfagij falsitatem, ac negat se aut experientia, aut ratione à rei essentia afferere posse conuulsionem sequi. Quid verò screatus in acutis præmonstret, alibi explicatum est.

3. Prorrh. 43



Ἰσχυρὸν ἄμα κρῖσι πῖγος.

*Rigor una cum indicatione aliquatenus horrendus est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**lij legunt ἰσχυρὸν ἄμα κρῖσι πῖγος: alij ἰσχυρὸν ἄμα κρῖσι πῖγος, quibus verbis quid velit, parum constat, de quibus lege locum Prorrhethici.

DESID. IACOTII COMMENT.

**E**X interpretibus Prorrhethici alij hunc Aphorismum coniungunt cum superiore. Alij separant. Rursus nec inter hos conuenit. Nam quidam legunt separatim hoc modo, Cum indicatione rigor, quasi diceret multas fieri crises cum rigore. Alij, vt hoc loco. Nonnulli aliter. Ex omnibus autem eligit Galenus hanc sententiam, quod & vera sit, & sæpe accidat, Rigorem videlicet coniungi quouis modo cum crisi, bonum non esse, vt cum hæmorrhagia, aut vomitu, aut alui profluuiio, aut sudore, aut hæmorrhoidibus, aut menstrua purgatione. Nam quum antecedit excretionem, sæpius bonus est, nimirum antegressis coctionis signis, & die critico. Cum verò iam excretio apparet, rigorem incipere malum est. Nam & reuelit, & infirmitatem ealoris significat excretioni superueniens, aut interiorum inflammationem, aut materiam in viscera nobilia recursum. Horrendus ergo rigor est cum crisi: ante crislum minimè.

LII.

Ὁσφύος ἀλγῆμα, ἀνδρὶ προφάσις πικρὰ ἐπιφοιτῶν, κακοήθειος ἀρρώστιας σημεῖον.

*Lumborum dolor sine causa euidente sapius impetens maligni morbi signum est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**idetur hoc collegisse ex ægro, cui vitium aliquod lateret in lumbis, quod vt aliis partibus accidere solet, brevioribus interuallis repetens magnitudinem & pertinaciam impressi mali præ se ferret. Ac omne malum eò grauius est, quò sæpius redit, & magis videtur consuescere ægro.

DESID. IACOTII COMMENT.

**N**umerus partium, quibus affectis lumborum dolor concitatur, dictus est antea. Inter affectus verò difficillimi sunt tuberculū in spina, abscessus renum, calculus, obstructio insignis, vlcus sinuosum. Aliquando quoque obseruauimus grauiusimum renum dolorem per interualla recurrentem cum arenulis rubentibus in vrinis, ex quo æger tandem interiit. Corpore dissecto integri renes inuenti, tuberculum verò in corde durum calculi instar apparuit, cum hydrope thoracis, de quo alibi dictum est. Conieciimus per arteriam emulgentem bilis aliquid & putris materie confluisse in renes tum ex corde, tum ex pulmone. Leuis enim arteria pulmonis, quantum humoris ex pulmone suscipit, id in sinistrum cordis sinum deferre potest, quod inde in magnam ipsius arteriam incidens, per renes transit in vesicam. In alio dolor vehemensissimus, qui nullis remediis cesserat, aperta hæmorrhoides planè quieuit. Calor quoque vel immodicus, vel naturalis longa mora exaffat atque arefacit crassum & viscosum humorem, vt in duram substantiam concreseat, quæ cum latet in renis cauitate, aut in ipsius substantia iam genita est, dolorem grauem ponderis instar mouet, sicuti & obstructio, aut moderata phlegmone: dum verò generatur, vel per vteretas permeat, miris modis cruciat agrum, præsertim

præsertim cum cibo impletur, ex quo in vena caua sanguinis copia colligitur, & intestina excrementis scatent, quæ renes opprimunt. Horum διάγνωσις tum ex vrinis, tum ex vomitu primùm pituitoso, deinde æruginoso corrupto sanguine per dolores, febres, & vigilias, perspicua est. Siue ergo hos dolores intelligat, siue insignem earum partium intemperiem, siue latens aliud vitium, frequens horum dolorum recursus maligni & pertinacis morbi nota est. Nam frequentia causæ stabilitatem & magnitudinem ostendit: dolor verò, qui remediis conuenienter adhibitis non alleuatur, malignitatem. Vocat autem πρόφασιν, causam euidentem & manifestam, siue externam, vt decubitus, laborem, prauam victus rationem, suppressionem alui, vehementem motum corporis, & similia, quæ facillè remediis acquiescunt.

LIII.

Ὁσφύος ἀλγῆμα καὶ κώματος ἀσάθεος, πονηρόν.

*Lumborum dolor cum astu anxio prauum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**ine dolore lumborum prauum est incendium internum, praua est anxietas. Iure igitur prauum scribit, cum ea omnia coeunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N Prorrhethico similis sententia legitur, nisi quòd quædam adduntur, & pro κώματος ἀσάθεος, quod in quibusdam exemplaribus legitur, κώματος ἀσάθεος scribitur hoc modo. Quibus lumborum dolor diu perseueras cum astu fastidioso fit, si sudet, malum. An & his tremor fit, & vox, vt in rigore, videtur? Vtrouis autem modo legas, manifestum est praua admodum esse eiusmodi symptomata. Tametsi enim ex solo lumborum dolore nondum constat, quænam pars afficiatur, in qua dolor perseueret cum anxietate, hæc tamen duo simul iuncta in vena caua & maiore lumborum arteria summum incendium, aut in partibus vicinis inflammationem indicant, ex cuius oppresseione, & ex lumborum artuumque dolore atque astu magna incidit corporis iactatio. Quum verò neque à dolore, neque ab his causis impellentibus corpus perturbatione iactatur, vel morbi materiam in venis turgere, & huc illucque ferri, vel cæca malignitate cor, vt in pestilente febre, obsideri putandum est, modò absit nausea. Quòd verò in his sudor, qui non soluit æstum, pessimus sit, perspicuum est. Non æquè, qui dolorem lumborum non soluit. Pro κώματος autem, si vt in omnibus impressis codicibus scriptum est, κώματος legeris, duarum affectionum symptomata erunt. Nam dolor lumborum cum astu & anxietate, phlegmonem, vt dixi, vel incendium illarum partium declarat: Coma verò cum profundo somno humiditatem in cerebro, vel frigus, vel vtrumque: cum tenuibus somnis pituitam cum bile permistam: cum vigiliis, sed palpebris commissis, virtutis imbecillitatem & caloris extinctionem: quam differentiam à duabus reliquis distinguunt pulsus languidissimi, tardi, rari, parui, & quòd non circa principia, sed fractis iam vitibus & progressu morbi incidit.

LIIII.

Ὁσφύος σπλάγχνος ἐν γυναῖκεσιν πλήθειος, ἐκπυητικόν. ἢ τὸ ποικίλως ἰόντα γλῆχρα, δυσώδεα, πηγάδη ἐπὶ τοῖσι προετηρημένοισι, ἐκπυητικόν. οἶμα δ' ἢ παρακρῖσιν τι τῶς τοιδύτας.

*Lumborum tensio ex muliebrium multitudine suppurationem denunciat. Et quæ variè prodeunt, viscida, grauius olentia, strangulato*

*gulatoria ex predictis suppurationem significant. Ac fortasse ut-  
cumque delirabunt.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Π**υνάμεια variè appellat Hippocrates. Nam & ea voce sæpius intelligitur ἐπι-  
μίνιος κάθαρσις, quæ κάθαρσις aliquando simpliciter dicitur, quomodo hoc  
loco intelligere oportet. Muliebres morbos γυναικεία intelligit libro πρὶ γυναι-  
κίων. In libro de locis, aëre & aquis officia muliebria dicit de Scythis effœminatæ,  
γυναικεία, inquit, ἐργάζονται. Stas ergo ac ferè mensuris interuallis naturæ lege  
qua ætate concipiant mulieres, per vterum repurgantur. Alioqui præclusis aceta-  
bulis vasa, quæ ad vterum pertinent, implentur, imbibunturque vincula, per quæ  
vterus vicinis partibus alligatur, ex quo lumbi maximè laborant. Dolent ingui-  
na, sæpius quoque & os ventriculi, & caput afficiuntur. Sed & vinculis & vasis plu-  
rimùm consentit vterus cum lumbis, vnde venæ diducuntur. Hic ergo recurrente  
copia dolor, tensio, vinculis presso vtero contractis. Quod si illic inflammatio na-  
scitur & inde febris, suppuratio esse potest, nec ea tamen necessaria est. Aut aliquan-  
do acrimonia materiæ vasa quædam referantur, & viscida, quæ vias occupabant,  
mora corrupta descendunt in vterum & repurgantur. δυσώδεια à corruptela, quæ  
suffocationem quoque inferunt. πινυώδεια autem vel à difficultate spirandi, vel à  
suffocatione vteri. Sed & ab iis suppuratio esse potest. Delirabunt autem parùm li-  
beris viis, sed vaporibus inde excitatis.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**Τ**α γυναικεία, muliebria dicuntur, quæ vel singulis mensibus repurgantur in  
mulieribus: vel post foetum & secundas, propriè λόχεια appellata. Hæc à pur-  
gatione menstrua differunt, non sola ratione, vt à quibusdam scribitur, quod τα κα-  
ταμήνια ante partum: λόχεια post partum vocentur. sed etiam prauitate & qualita-  
te succi. Etenim menstruus sanguis tamen si à toto prodiens excrementi rationem  
habeat, & in longo transitu nonnihil vitietur (purus enim sanguis effluens è proxi-  
mo vtero, aut eius ceruice exire censendus est, aut aperto vase aliquo, si pus abest:  
aut eroso, si pus sanguini accidit) quantitate tamen & copia magis peccat, quàm  
qualitate, nisi vel totius corporis vitio, vel alterius humiditatis admixta colluic,  
vel suppressiois mora, aut partibus vteri malè affectis, vt acetabulis ac tunicis infi-  
ciatur & corrumpatur. λόχεια verò seu purgamenta à partu, nunquam sola quan-  
titate sunt in vitio. Nam quod ex his dulcissimum erat atque optimum, in partus  
alimentum absumptum est. Impuri verò & feculenti portio quædam in vbera &  
ventriculum ante partum reponitur propter naturalem earum partium consensum,  
vnde corrupta in grauidis appetentia. Quod reliquum est, relicitur in partu. Quò  
fit, vt his purgamentis suppressis difficillima symptomata insequantur. Siquidem  
multæ mulieres in summum mortis discrimen adducuntur: per pauca mediocriter  
ægotant, quia plurimis quidem vterus inflammatur: aliis pro varia corruptione  
sanguinis suppressi, aut qualitate varij affectus accidunt. Cum enim vitiosus sem-  
per sit, in quibusdam magis biliosus est, in aliis vel melancholicus, vel æruginosus,  
vel pituitosus, vel mixtus. Verùm id ex superuenientibus symptomatis discernere  
facillimum est. Verbi gratia, sitis, rigor, febris acuta, calida excrementa, deliria, vi-  
gilia, sanguinem, qui retinetur, biliosum esse testantur: conuulsiones, palpitationes,  
vrinæ subigalium similes crudum & crassum: metus, tristitia, silentium melanco-  
licum: ferocitas, impetus, feruor, atrabiliarium. Sanguinis autem menstrui præter  
naturam suppressio varios quidem etiam affectus inuehit, mitiores tamen, nisi ex  
longa mora, aut peculiari vteri vitio in substantiam frigidam vitæ aduersam, aut  
deleteriam qualitatem conuertatur. In vniuersum verò omnium causæ ad copiam,  
aut vaporem, aut qualitatem substantiæ referuntur. Imprimis enim quia vel pro-  
pter crassitiem, vel propter acetabulorum, & osculorum in vasis obstructionem ad  
vterum quidem peruenit, verùm in interiores eius partes penetrare non potest,  
totus

totus sanguis paulatim in vasis aceruatur, acceditq; lumborum dolor à disten-  
sione δὲ τὸ πλῆθος, ex quo periculum imminet inflammationis, & inde sup-  
purationis, vel empyematis à plenitudine in thoracem recurrente: vel purulen-  
tæ excretionis ab erosione vasorum. Quod his verbis significauit, δὲ τὸ πλῆθος οὖ-  
ρασις δὲ γυναικείων πλῆθος ἐλπιούσων. Sed & sine his sæpe ex hac plenitudi-  
ne venæ distenduntur in latum, & secundum longitudinem contrahuntur, vici-  
naq; ipsi vincula madefaciunt, ad quorum omnium tensionem vterum retrahi  
necesse est, aut æqualiter, aut inæqualiter ad partem vehementius trahentem, vt  
sursum, vel ad latus, haud secus, atque poplitis articulus contrahitur luxatò co-  
xæ articulo, quia vterus suis ligamentis consentit, vt articulus poplitis, coxæ. De  
quo Hippocrates, Si in posteriorem partem caput femoris exciderit, quanquam  
hoc raro fit, extendi non potest crus, neque secundum luxatum articulum, neque  
adeo secundum popliteum quoque, atque id minus, quàm quibus ex vetusto idem  
contingit: hi enim magis & inguinis & poplitis articulum extendere possunt. Et  
paulo post, multa alia quoque iis haud dissimilia in corpore inueniuntur; & se-  
cundum neruorum distensiones, & musculorum figuras, quinetiam plurima no-  
tatu fortasse digniora, quàm quis putauerit, contingere solent & secundum inte-  
stinorum naturam, & vniuersum ventriculum, atque vteri tum errores, tum ex-  
tensiones. Galenus aliquando vocat conuulsionem vteri, quod conuulsio etiam  
à veteribus extra neruus appelleretur, præsertim cum vterus à suis ligamentis sine  
proprio affectu reuelleretur, fiatq; affectus vteri per solum consensum. Non enim  
in hac plenitudine vasorum & vinculorum vterus propriè patitur, sed ab alio  
trahitur, & peruertitur. Quod si propter moram aut corporis vitium præter ple-  
nitudinem adsit cacochymia & sanguinis menstrui (cuius nomine reliquos etiã  
humores complectitur Hippocrates, quorum mixtione constat) insignis aliqua  
corruptio, varia (inquit hoc loco) prodeunt, viscida grauitè olentia, strangula-  
toria. In quibus præter exeuntium varietatem notare etiam oportet varietatem  
affectuū. Nam si sanguis, qui cohibetur, melancholicus sit, atque in cerebrū con-  
uertatur, melancholiam inferet: si biliosus, delirium, aut aliquod aliud symptoma  
bilis proprium: si pituitosus, cataphoram vel lethargum. Dum verò vaporem vi-  
tæ principis contrarium ad cor & cerebrum transmittit, multorum & admiran-  
dorum symptomatum causa est, vbi in sui consensum principia illa traxerit. Non  
ergo ex his suppuratio sola expectanda est, nisi quatenus per corruptionem ac-  
quisita acrimonia continuo affluxu vterum tandem exulcerant, aut cancerum vel  
tumorem alium generant. Quia enim membri illius infirmi natura totam acce-  
dentem materiam euincere nequit, nec permixta excrementa sanguinis commer-  
cio emendare, permittit manere in vasis, aut in proprio sinu abundantem ex par-  
tibus superioribus materiam, quæ paulatim augescens tandem abit in tumores  
præter naturam. Præter naturam sunt corruptione propriæ substantiæ, colorum va-  
rietate, & exitu. Vocat enim τὰ ποικίλως ἰόντα, variegata, quæ varios colores re-  
ferunt, variegatq; exeunt, nullis scilicet statis periodis, in quibus colorum varietas  
humores heterogeneos, affectus corporis diuersos, & varias partes affectas osten-  
dit, vt & in aliis excrementis, quæ medici artificio aut naturæ beneficio non ex-  
purgantur. ποικίλως verò & ἀτακτως exeunt, id est, inæquali, & quasi fluctuante  
motu, prout natura variè irritatur, aut opprimitur. Incertis enim & inæqualibus  
interuallis conatur expellere, quod nocet, nec præ imbecillitate potest. Ob idque  
nec ordinem, nec mensuram moderatur. Contra fit in excretionibus, quarum  
principium potens est. Exeunt enim ἀθρόως, cum signis bonis, & ordinato pro-  
gressu. Ex his duobus morbi tum diurnitas, tum malignitas indicatur. Illa, quia  
multi humores coquendi sunt, multiq; affectus superadi: hæc, quia tempore, quod  
requiritur ad victoriam, imbecilla naturæ vis haudquaquam sufficit. γλιχρα verò  
καὶ δυσώδεια, viscida & malè olentia colliquationem & putredinem vel vteri, vel  
superiorum partium denunciant. Nam visciditas crudi & pituitosi humoris no-  
ta est, absente foetore: cum foetore verò colliquationis, & caloris maligni. Hæc  
lethalis est: illa propter crassitiem ac frigiditatem coctioni atque excretioni resi-  
stit, propter lentorem resolutionem, vt videre licet in oleo cum aqua buliente. Præ-

terea grauitate, olentia vituperantur non solum vt signa, sed etiam, vt causa. Nam cum partes corporis fere omnes, imprimis vero cor, vtericulus, & vterus (qui quia externa & validam spirituum humorumque agitationem maxime sentit, animalis nomine donatur à Platone) recreentur vehementer odoribus, quoniam vapor boni odoris materia accommodatum est, & familiare alimentum spiritibus, quibus partes illae abundant, contraria de causa foetidis imprimis laeduntur, vt inde suffocatis aut resolutis spiritibus totum corpus contabescat, cordis palpitatio, cachexia, vteri strangulatus, & similia symptomata lethalia insequantur. Proinde subiicit *πνιγώδης*, quia eiusmodi excrementa, vel colliquamenta strangulatum vteri afferant, id est, malorum congeriem quandam ex delecteria vteri proprietate, & semine, vel menstruo sanguine retento. Non enim vteri strangulatus vnus aut symptomatis, aut morbi nomen est, sed multorum ab vna communiq; origine ortorum, praua videlicet, ac delecteria vteri qualitate, quomodo pestem dicimus non morbum aliquem particularem, sed omnem affectum ex continentis delecteria qualitate profectum. Sic veteres quandam strangulationem vteri epilepsiam esse aiunt vteri consensu, aliam melancholiam, aut syncopen. Nam ex vtero sublatus terer vapor ventriculum feruens nauseam mouet: in diaphragma & thoracis partes elatus, respirationem breuem & crebram facit tanquam compresso pectore: cor obsidens leue animi deliquium inducit: in fauces inuadens eas quasi vinculo constringit, ac tanquam manu pracludit magno suffocationis metu, vnde *πνιγώδης*. Vbi autem cerebri arcem conscenderit, aliàs furorem vterinum cum garrulitate, iracundia & inquietudine mouet: aliàs quasi soporem quandam ac veterum inducit sine sensu, motu & respiratione, nisi adeo parua, vt nulla esse credatur. Quod igitur haec excrementa in vtero suppurationem ostendant, tum ratione, tum experimentis constat. Non tamen mulieres inde delirant nisi raro, aut in strangulatu vteri, sed paulatim contabescunt, & moriuntur.

## L V.

*Οἱ σὺν ὀσφύος ἀλγῆματι καὶ ὀσφύος ἀνὰ προσώριος, ἰδέε μὲν ὄδους γίνονται.*

*Quibus lumborum & lateris dolor sine causa manifesta, ijs morbus regius accidit.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M**orbus regius fieri consuevit, vbi iam in ventrem & intestina bilis non defluit, sed intercepta vesica fellis & canalibus, qua deorsum excurrit, in vniuersum corpus spargitur, vel superiore iecore aestuante ardor efficit, vt vnà cum sanguine rapiatur bilis, quae si capite aut parte aliqua includitur, phreniticum quidem in capite, alia parte mali genus inuehit. Si spargitur in corpus, auruginem efficit. At lumbis & latere dolentibus à bile inde quidem & refundi & non refundi potest. Propterea haec sententia earum dicitur, quae *ἀμφιδόσος*.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**I**n hepatis magnis inflammationibus, quae connexam partem obsident, sanguis vnà cum bile à superiorum partium vehementi incendio sursum rapiatur: ibiq; exaestuans partes extimas auruginoso colore inficit, nec in intestina, vt ante, confluit, quorum proinde excrementa alba conspiciuntur. Interdum quoque eiusdem bilis illapsus in intestina intercipitur obstructo meatu ad ipsius cystim pertinente. Quorum affectuum vterque sine manifesta causa fieri dicitur, id est, sine crisi, qua in biliosis febribus noxiam materiam natura ex alto corpore in summum forasq; propellit, & sine causa externa, vt epoto veneno, aut virulentatum bestiarum demorsu, quorum vi sanguis totus pristinam amittit puritatem, & in citrinum ac biliosum humorem corrumpitur. Causam etiam manifestam habet icterus à scirrho, aut phlegmone tumente in hypochondrio.

Remouere

Remouere ergo videtur causam omnem euidentem, vt intelligamus eam tantum phlegmonem quae in superioribus partibus iecoris, & sub costis latet. In hac enim praeter alia inflammata iecoris signa, quae tanquam nota praetermittit Hippocrates, maxime videtur lumborum, & lateris dolor, vix vt à pleuritide discerni possit. Dolent enim lumbi propter plenitudinem & vehemens incendium in vena caua, communi & propria. Dextro vero hypochondrio & lateri grauitas dolorque subest tum propter oppressionem ac distensionem diaphragmatis à tumore & materiae congerie, cum quo superiores membranae infra conuellantur: tum propter ligamenta, quibus in plerisque iecur alligatur nothis costis, vnde & sicca tussis, & dolor potissimum inter respirandum, qui ad dextrae partis iugulum vsque protenditur adeo, vt retrahi videatur. Consentaneum enim est, vt quemadmodum in sima cauaque parte quae ventriculum ambit, inflammata, partium ad ventrem pertinentium symptomata magis vtgens singultus, nausea, vomitus, sitis ingens, ciborum fastidium: sic in conuexa & superiore, quae ad thoracem & lumbos pertinent, vt tussis, lateris dolor, icterus, aestus in lumbis. Atque haec quidem minus vulgus terrent, quam superiora; periculi tamen plus habent, quia nobilior pars iecinis phlegmone laborat, in qua videlicet coctus iam purgatúsque sanguis continetur, & quae magis thoraci ac cordi communicat. Differt vero hic lateris dolor à pleuritico, situ, doloris specie, & magnitudine. Nam in phlegmone hepatis grauis est, tenuius, & magna respiratione potius, quam vehementia notus. In pleuritide acris, punctorius, & in superiore parte. Quod igitur ex his icterum praesagire liceat, praesertim cum magna est inflammatio (nam in parua vix horum quicquam apparet) manifestum est. Qua de re sic scribit Galenus in Prothetico, vbi rationem reddit, cur in phreniticis interdum excrementa alui appareant alba & bilis expertia. Fit autem id, inquit, cum bilis non amplius in ventrem confluit, sed vnà cum sanguine, qui in vniuersum corpus distribuitur, sursum fertur, idque vel propter adstrictionem quandam eius, qui bilem ad ventrem defert, canal, veluti in morbo regio laborantibus vsu venit: vel propter vehementem ardorem, qui in superioribus iecinis partibus existens sanguinem vnà cum bile sursum rapit. Priore modo emergente in totum corpus bile, cerebrum laeditur, iam & antea bile ipsa affectum. Posteriore bilis distributio non solum causa noxia, verum quoque & caliditatis multae, quae in ipso esse demonstratur, signum erit.

I. Proth. 13.



HH 2



# HIPPOCRATIS MAGNI COACORVM PRAESAGIO.

RVM SECVNDAE SECTIONIS  
LIBER QVARTVS,

Cum Commentariis Iacobi Hollerij Stempni,  
medici Parisiensis.

## I.

Αἱ ἐν κρίσει ἐν τῶν αἱμορραγῶν περιφύξεις, νεφελῆαι, κακίσται.

*Qua diebus criticis perfrictiones fiunt vehementes à profluvio sanguinis, pessima.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.



LITER & obscurius in Prorrhetico, ἡ κρίσις ποδῶν  
ἔστι τῶν αἱμορραγῶν αἱ νεανικῆι κακίσται, hoc est, In perfric-  
tionibus iudicatoriis sanguinis eruptiones vehementes pes-  
sima. Alij non κακίσται, sed κάτισται, id est, optima, legunt,  
quia videlicet largius profluentis sanguinis remedium sit per  
frigeratio. Ac verum quidem quocunque die largius profun-  
datur sanguis, sicut perfrigeratione, quia videlicet concitati  
sanguinis impetum compescit frigus. Sed verisimilior hæc sententia, A larga pro-  
fusione sanguinis corpus ad caloris modum reuocari conuenit, inde soluta extin-  
ctaque febre. Si verò longius procedat hæmorrhagia, & inde vehementer per-  
frigeratur corpus, calore & spiritu dissipatis vnà cum sanguine, extinctionis me-  
tus est. Metus quoque vt non facillè refoveatur calor, & spiritus regeneretur. νεα-  
νικῆι autem κάτισται, id est, σφοδρῆι καὶ γενναίῃ, insignes & vehementes,  
quomodo antea νεανικῶς τρομάδῃα dixit. κακίσται igitur, quam κάτισται melius  
legatur. Neque enim ab hæmorrhagia vehemens perfrigeratio bono esse potest.

DESID. IACOTII COMMENT.

6. Epid. sect. 3.

IN sanguinis profusione, quæ ex aliis fit partibus, Hippocrates locum semper  
ascribere solet. Eam verò, quæ fit ex naribus absolutè & citra partis appella-  
tionem vocat αἱμορραγίαν, triplicemque facit. Naturalem vnã in sanis & ado-  
lescentibus, qui & sanguine redundant, vt pueri, & ipsum calidiorem habent,  
cùm ad id tempus ventum est, in quo hircire, vt loquitur, incipiunt, & vene-  
rem experiri possunt. Alteram symptomaticam, càmque duplicem, à resolutio-  
ne aut imbecillitate partium sanguinem generantium, vel expurgantium, vt he-  
patis ac lienis; & frustra tentata crisi. Illic enim principiis suis malè affectis con-  
dolescunt, & consentiunt venæ, vt & nerui cerebro. Quò fit, vt ex his sanguis  
spontè profluat, idque vel per nares, vel per vterum, vel per hæmorrhoidas, vel  
per sputa. Hic verò natura irritò motu crissim aggressa propter oppressiõnem, vel  
imbecillitatem proprium opus inchoatum perficere non potest, vnde σάφῃς, vel  
σπλαγμῶς, parux stillæ: & ἑρῆυσις, fluxio pauca, sed iterata, aut modò pauca,  
modò largior. Tertia optima, & critica est, καλῶς, καὶ ἀφιλέως, bene, arque  
largiter fluens, nimirum die critico, antegressis coctionis signis, & in febribus ex-  
quiritè

quiritè ardentibus tum symptomaticis à phlegmone interiore, tum essentialibus  
ab humore tenui, acri & calido in venis, aut ab humore mitiore, sed qui circa  
ventriculum, maximè os ipsius, iecorisque partem cauam accendatur & putref-  
cat. In his enim nihil mirum est venas aperiri, aut rumpi à sanguine, qui propter  
immodicum calorem sursum rapitur, venasque necessariò inflat propter spirituum  
copiam, qui vtres, & dolia distumpit, quoties feruentè musto aceruatur. In omni-  
bus damnatur ab Hippocrate perfrigeratio non solùm ea, quæ ex immodica va-  
cuatione superuenit, sed etiam quæ euenit in die iudiciali, & hæmorrhagiam vel  
comitatur, vel sequitur, eadem nimirum ratione, qua superiore libro dictum est,  
rigorem quouis modo coniungi cum crisi bonum non esse. Nam perfrigerari an-  
te hæmorrhagiam, nihil absurdi portendit. Cùm verò sanguis profluit, perfrige-  
ratio accedens si moderata sit, vt in extimis tantùm partibus, reuellendo caloris  
& spirituum immodicam effusionem vtiliter cohibet per Aphorismum Prorrhe-  
tici, Quibus principio largum sanguinis profluuium, rigor fluxionem sinit: si  
verò magna ac vehemens, vt vniuersi corporis, & in qua vix redit calor, pessima  
est, vt signum, & causa. Ac signum quidem extinctionis caloris, natipi, & dissi-  
pationis spirituum: causa verò interdum quidem mortis propinqua, semper verò  
imbecillitatis vitium, & eorum symptomatum, quæ immoderatas sanguinis va-  
cuationes siue ex hæmorrhoidæ, siue alio fluore sequi consueuerunt. Nam cùm san-  
guinis profluuio corpus necessariò sanguine priuetur, & spiritu, frigus & ariditas  
succedant, oportet. In his autem accidentariò propter frustratam coctionem cru-  
ditates cum humiditate fiunt; per Aphorismum Prorrhetici, Quibus sanguinis  
eruptio multa fuerit, procedente tempore aluus malè afficitur, nisi vrina cocta fue-  
rit. Præterea (ait alio loco Hippocrates) inopiam sanguinis sequitur frigiditas car-  
nium, quæ acquisitam caliditatem ex sanguine habent, non propriam, neque natu-  
ralem, vt hepar & cor. Hinc igitur appetentiæ deiectio, scedus faciei color, vitata  
ciborum coctio, pedum ac reliqui corporis cedematofus tumor, alui profluuium,  
& quod nos vidimus, aliquando cæcitas. Sic hæmorrhagia etiam die critico tribus  
modis inuutilis esse potest, nimirum, si vel profusior sit, vel non finiat febrem, vel  
grauiora symptomata inducat, quod postremum lethale est. In Prorrhetico ea-  
dem sententia legitur hoc modo, In iudicatoriis perfrictionibus sanguinis eruptio-  
nes vehementes pessima, quia videlicet refrigeratione non cohibentur. Alij κρῆ-  
τισται in hanc sententiam, Quæcunque sanguinis eruptiones vehementes refrige-  
rantur in iudicatoriis diebus, optima sunt, quia refrigeratione sinitur. Verùm fru-  
stra additur, In iudicatoriis diebus. Nam quocunque die sanguinis immoderatis  
eruptionibus perfrigeratio superuenerit, eas sinit.

3. Prorrh. 56.

3. Prorrh. 40.

6. Epid.

3. Prorrh. 41.

## II.

Τὸ ἀπάειν αἱμορραγέειν, ποτηρὸν, οἷον ἐπὶ ἀσληνὶ μεγάλῃ ἐν τῶν δε-  
ξιῶν, ἢ ὑποχόνδρια ὠσάλλως.

*Siquis non è directo sanguinem profundit, prauum, quale est, si à liene magno è dextris. Similiter res habet in hypochondriis.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

ADDIT in Prorrhetico ἐφιδρωτὶ δὲ κάκιον, id esse deterius, si quis leuiter exu-  
det. Sed id hoc loco omittitur. Cæterùm ἀπάειν ex aduerso ponit καί-  
ξιν ita appellans Ionica voce, quam alij ἀθυροίαν nominant. Id ergo experientia,  
quàm ratione magis constat. Oportere sanguinem criticè effundi ex ea nare, quæ  
è directo parti laboranti respondet, liene inflammato è sinistra nare, hepate è dex-  
tra, dextris hypochondriis, ilibus, vtero, latere, pulmone è dextra: sinistris contrà è  
sinistra. Atque ea res sic experientia confirmata est, vt indubitata medicis habeat-  
ur. ἀπὸ ἀσληνὶ μεγάλῃ. Aliis splen maior, aliis minor, ex quo interpretes Hippo-  
cr.

cratis, qui parum intellexerunt vsum vocum eius, de magnitudine naturali intellexerunt. Nos cum Galeno de magnitudine παρα φύσιν, & aduentitia ab inflammatione, aliisque id genus tumoribus. μέγα enim sic usurpat Hippocrates, unde μεγαλοσπλάγχνης voce ambigua dixit libro de ratione victus in acutis, non quibus natura magna sunt viscera, sed quibus inflammatione, scirrho, vel cedemate occupata ἢ σπληνόςια ὁσάντως, siue de hypochondriis peculiariter appellatis, siue communiter, vt & viscera inclusa comprehendant, intelligas, vera est oratio.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

3. Prorrh. 33.

6. Epid. sect. 2. 12.

6. Epid. 2.

14. de usu. 7.

Inter signa vitiosa & lethalis hæmorrhagia hoc ferè principatum tenet, si sanguis non fluat κατ' ἴξιν per rectum, vel è directo partis affectæ, vt hepate phlegmone obfeso è dextra nare; lienè è sinistra. Causam Galenus refert ad experientiam potius, quàm rationem. Neque enim, vt ex hepate caua vena sursum per thoracem fertur, ita & ex liene alia enascens partibus sinistris distribuitur, vt veteres Interpretes Hippocratis censuerunt. Nam nullam ad sinistra venam lien mandat, nisi per hepar. Nec verò solùm rectitudo hæc plurimum potest in hæmorrhagia, sed etiam in omni opere naturæ, & omni mutatione. Per rectum enim (ait Hippocrates alio loco) sunt morborum permutationes, & crises, & abscessus. Si hepar incaluit, dextra manus, pè que exulcerantur, & magis ardent, si lien; sinistra. Si caput ex vtero dolet, vertice dolet, quoniam è regione rectà supraponitur vterque, si ex ventriculo, frons; ex icore dextrum latus vrgetur: ex liene sinistrum: ex renibus occiput, brachia, crura. Partes omnes dextræ calidiores, maiores, robustiores propter icoris rectitudinem. Vteri (ait Galenus) pars dextra tantò est in hæmorrhagia, vt caloris aucti nomine mares formet, sinistra sceminas. Idem iudicium de dextro teste ad sinistrum collato. Causa est rectitudo hepatis; quoniam vicinitas, & per vasa communicatio vtrique parti non sunt disparia. Secta in cubito sinistro vena sinister cordis ventriculus vacuatur, & repletio illius vaporosa: lien inflammat, plena sinistra sectione venæ è sinistro latere iuuantur, sinistra tamen, si communitatem spectes, non nisi interuentu icinoris, ex sinistro exhaurit. Huic rectitudini, quam Hippocrates ἴξιν vocat, & ὑποωρίαν; interdum etiam φορὰν καὶ ἀφίξιν rectitudinem, opponitur hoc loco ὁ ἀόπαντιν. Galenus prætermissa ratione in vniuersum pronuntiat à naturâ observari directionem quandam meatuum, per quos humorum deductiones commodè fieri queant, qui in hæmorrhagiis secundum longitudinem corporis extenduntur, vt & in abscessibus. Quinam autem sint illi meatus, non explicat. Non enim, vt quidam volunt, ex vasis filamentis, vel partium sanguinis ductu pendent, quia experientia docet, non modò sanguinem, qui est in vasis, sed humorem quemlibet, vapores quoque, & alterationes promptius deferri multò per rectum, quàm ad latus aduersum. Recentiores viri doctissimi meatuum oblongorum seriem, & vasis aperti ramos interpretantur. Aiunt enim per corporis nostri longitudinem multos oblongos meatus latere, per quos sursum, deorsum promptus est omnium in corpore contentorum com meatus, qui tamen non perinde per latera distribuuntur. Galenus tamen scribit rectitudinem non per lógitudinem modò corporis, sed per latitudinem etiam intelligi, eosque meatus non vnius generis à natura factos, sed multiformes, alios secundum longitudinè, alios secundum latitudinè, alios verò ab anterioribus ad posteriora tendentes. Quicquid sit, in eo, quod còmuni veterum omnium còsensu iudicatum est, experientisque comprobatum, stare oportet, atque id, quod passim docet Hippocrates, arctè tenere, licet solà caua ex partibus septo transuerso inferioribus ascendat, eius tamen ramos in hæmorrhagiis criticis aperiri è directo virtutis robore, & còtra, symptomatis ratione ex còtraria parte, nimirum vel propter naturæ infirmitatè, quæ inordinatum & effrenè materiæ motum moderari non potest: vel propter contrariatum partium resolutionem; vel humorum μεταβάσειν transitum & mutationem à viscere in viscus, vt à splene in hepar, & còtra. Ac ne quis putet ex his tantum visceribus affectis directas sanguinis eruptiones bonas esse, malas verò, quæ per còtrarium

3. de fract.

latus erumpunt, addidit in hypochondriis quoque rem ita habere, quacunque in parte febris focus lateat, siue in musculus abdominis, siue in renibus, ventriculo, mesenterio, diaphragmate, ieiuno intestino. Splenem ergo scripsit pro exemplo, siquidem præceptum hoc generale est. Magnum verò addidit, vt tumorem omnem comprehenderet. Lien enim cum substantia rarus sit & laxus, occasione leui distenditur, & sanguinis faciem admittens, ea imbutus tumet, multò, quàm iecur, frequentius, ac plerumque sine scirrho, aut phlegmone, spiritu flauo inflatur, & obstructione, aut humorum sursum, deorsumve agitatione turget. Magnus ergo hic ad tumorem præter naturam refertur, non quia natura sit magnus, quomodo in libro de ratione victus in acutis μεγαλοσπλάγχνης melicrato lædi scribit, quamquam ea vox alibi de magnis natura visceribus, & in his vigentibus facultatibus, quæ corpus regunt, accipitur.

de plac. Plas. & Hipp.

III.

Τὰ αἰμόρραγενεῖς, ἐπιρριγιάνε, βώματα, κακοήγια. διαλεγόμενοι λαθραῖως τελευτῶσι.

Si quibus sanguis effluxit, rigor superueniat, & ulcera maligna sint, ij vel loquentes inopinanter moriuntur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc sententia scripta in Prorrhethico, nisi quidam αἰμορραγένεα legitur & ἐπιρριγιάνε, non ἐπιρριγιάνε, quomodo alij πρῶματα, hoc est, vulnera alij προμάδια. Videtur ergo hoc loco notare hæmorrhagias, quæ è vulneribus fiunt, aut si voles, alias quoque, si febres ratione eueniant. At vndeunque fiant, siquidem ab hæmorrhagia rigor est, vel tenuis paucisque sudor, vtrumque malum: rigor qui indicet nihil profuisse hæmorrhagiam, quæ critica esse debet. Nam si ea, quæ tantum signa sunt critica, nihil iuuant, malo id esse diximus, multò magis si & ea, & præterea quæ vim signi & causæ habent, excretiones & abscessus. Ac rigor nouum certamen atque ingeminans ostendit, quum iam quies & integra valetudo promittebatur ægro. ἐπίρρωσις autem imbecilli natura est, quæ multò deterior est, si circa thoracem fiat & caput. πρῶματα autem dixit eadem, quæ πρῶματα Galenus scribit. Sunt autem πρῶματα communiter quidem βλάβαι, offensiones corporum à causa externa. In Epid. Galenus interpretatur πρῶματα μεγάλας βλάβας ἐκ τινος ἢ ἐφῶθιν. In libro de articulis τετραμῖνον βεβλαμῖνον, & in Exegeῖ νοσίου πρῶθαι βλάβαι, καὶ κακοήθαι, lædit & malè afficit. καὶ πρῶμα βλάβη. Sed vulneribus accommodatur. Quidam etiam caluarie vulneribus astringunt. διαλεγόμενοι λαθραῖως. Id contingit multis, vt dum loquuntur, prudentisque & propinquis videantur idiotis, & iis, qui præfagiendi artis rudes sunt, ex insperato paulatim exhalante spiritu moriantur. λαθραῖως enim hoc loco occultè, nec opinantibus iis, qui asideant ægro. Aliter in hoc opere ἀπρόσμετος.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quidam legunt πρῶματα vulnera. Alij προμάδια cum tremore coniuncta. Rectius πρῶματα, id est, vulnera, scissuras detectas, & offensiones, quæ ab externis accipiuntur causis, vel quolibet in corpore noxas. Nam Hippocrates τετραμῖνον appellat eum, qui quouis modo offensus est. Et Galenus in Exegeῖ, πρῶθαι interpretatur βλάβη, κακοήθι, & πρῶμα, τὴν βλάβην. Parum tamen refert, quomodo legas, quia præceptum generale est, & verum non solùm in vulneribus, quæ tamen sola sanguinem fundunt, sed etiam in febribus, abscessibus, exanthematis, scissuris, luxationibus. Siquidem in omnibus sanguinis profusio, cui rigor superuenit, & quod addit in Prorrhethico, ἐπίρρωσις, maligna est, vt causa & signum. Causa quidem, quia inde corporis habitus magis refrigeratur, vulnerum curatio impeditur, febris protrahitur. In eo enim rigore difficulter recalciscunt ægri, nec



3. Prorrh. 56

humores probè vacuantur. Præterea si circa statum fieri cœperit, iudicatorium est non iudicans: si post statum, ægro iam debili, lethalis est: si periodicus, aut erraticus, in longum temporis spatium morbum producit per Aphorismum Prorrhæticum, Ex hæmorrhagia rigores longi. Signum verò est dissipationis caloris natiui, & inæqualis contractionis eius, quod reliquum est, cum materiæ recursum ad interiora: interdum etiam suppurationis internæ, aut si periodicus est, febris intermittens continuæ iunctæ. Iisdem de causis ἐπιφθοσίῃ vituperat in Prorrhætico, quæ vel hæmorrhagiam comitatur, quæ non fit κατ' ἔξιν, vel rigorem superuenientem hæmorrhagiæ. Huius enim causam esse humorum copiam, aut retentricis imbecillitatem in sudantibus partibus sæpe dictum est. Sed & in his mortis modum expressit, quia, inquit, inter loquendum moriuntur λαθραίως, occultè. Cùm enim nihil mali grauioris perpeti videantur, omnium opinione celerius tolluntur è medio, vel repenti oppresso corde à materia, quæ in illo rigore symptomatico ad interiora confertim refluit: vel dissipato spiritu & calore natiuo tum in pugna, tum in hæmorrhagia. Sic nonnulli pereunt integra adhuc facultate vitali per respirationis interceptionem, vt in pulmonia: alij repenti dissipato, aut suffocato cordis spiritu, vt in syncope, & hæmorrhagiis immoderatis. Nonnullis sensim id accidit, idque dupliciter. Nam interdum paulatim febris vrens exiccat ægrum & cordis substantiam torrefacit, tandemque absumpto humido refrigerat, in quibus paulò ante mortem frigida è naribus & ore exspiratio apparet: deinde refrigerata cutè pro sudoribus vapor calidus tactu deprehenditur à vaporosa substantia, quæ, cùm ab incendio febrili humores tenuarentur, collecta fuit. Interdum verò soluto vitali cordis robore sudores cum syncope manant in his, qui ob redundantes in corpore humores intereunt. Qui primo loco dicti sunt, λαθραίως interire dicuntur: alij ἀραιῶς. Sic à præstanti medico non solum mors interdum præfagienda, sed & mortis tempus, & modus, vt ἀναιτίας, ἢ ἀντιθεῶς habeatur.

III.

Τὰ πεμπταία αἱμορραγίῃ καὶ λαθραίως, ἐκτὴ, ἐπιπύρρῳ καὶ, ἐξόδομ περι-  
 ψυθέντι, ἀναθερμαθέντι ὀξείως, τῶτοι κοιλιὰς προπύρρουνται.

Quibus quinto die copiosus sanguis effunditur, sexto rigor incidit, septimo refrigeratio est rursus vehemens calor, his alui male afficiuntur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A** Larga sanguinis effusione caloris imbecillitate sæpe quidem perturbari aluum scripsit Hippocrates in Aphorismis, & Prorrhætico. Quod autem peculiariter hoc loco scribit, obseruationis est empiricæ, quia videlicet, quod vni aut alteri contigit, quasi vniuersale describit. Ac quinto die largiter sanguinem profundere aliquando criticum est, vt in historia Metonis notauit Hippocrates. At hoc loco recidua notatur, à qua liberatus æger alui profluuio. προπύρρουνται, verbum hoc innuit. Nec hoc solum aluum solui, sed flatu, strepitu, morsu conturbari. Quid autem ἀναθερμαθέντι prius est dictum. Et hic non tam de eo calore, qui refrigerationi succedit, quàm de febrili, quod ὀξείως ostendit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q** Vonia vna cum sanguine plurimum spiritus & caloris effunditur, facultates lædi non solum cordis, sed etiam ventriculi, hepatis, & totius corporis per immoderatas sanguinis fluxiones oportet, frigus etiam & ariditatem succrescere, nisi siquando accidentariò ob frustratam coctionem humiditas supersit. Quia enim calor natiuus multò, quàm ante, imbecillior factus est, quacunque ex parte sanguis fluxerit, liquida in refectione deiectione succedit, quòd cibus in ventriculo neque probè concoqui, neque in hepate in sanguinem mutari, neque in venoso

venoso genere conuenienter distribui possit, multò magis, si plurimum edant ægri, aut quæ ægrè concoquantur. Quibus omnibus aluum humidior fieri par est, & urinam aquosam reddi, donec vires cum tempore natura receperit. Proinde in Prorrhætico additur nisi urina concocta appareat. Vtus autè est verbo προπύρρουνται, id est, malè afficiuntur, pro eo, quod in Aphorismis scribitur, κατ' ἔξιν, humectantur. Quanquam illud latius patet, vt cætera etiam omnia comprehendat, quæ in ventre perperam fiunt, ventriculi morsum, molem statuosam, vt in hydrope, rufus acidus, & quæcunque ex cruditate & caloris natiui inopia sequi solent. Quocirca non est necesse antecedere, quæ hic scribuntur, nisi quòd si antecedat, malum augeat, quia geminatur causa dissipationis caloris natiui, in rigore, & copiosa hæmorrhagia. Illic enim propter conflictum & vehementem concussionem calor in pugna aut copiosæ materiæ affluxu suffocatus minuitur, aut præ infirmitate resoluitur, vnde, vt & in hæmorrhagia, perfrigerantur ægri. Quòd verò quinto die copiosum sanguinem effundi scribit, id in acutis per se haudquaquam malum est, quia incidit in diem criticum. Sexto verò rigorem moueri, pessimum, tum ratione diei, qui tyranni instar iudicare solet, tum hæmorrhagiæ antecedentis quam rigor ille & reuellit, & iudicatorium esse non iudicans ostendit. Ea autem reuulsiò à refrigeratione in rigore inducta, plurimum nocet, quoties sanguis minus, quàm morbo conueniat, profluxit, ita vt febris maneat, nec symptomata quiescant, verbi gratia, deliria & vigiliæ. Cuius hæmorrhagiæ imperfectæ maximum remedium docuit Hippocrates capitis lotionem, in historia Metonis, quoniam eò ducere oportet, quòd natura inclinât, per loca conferentia. Septimo verò die refrigeratio, quam calor statim sequatur cum excretionem, prodest, si inde remittantur febris symptomata. Non tamen necesse est his aluum malè affici, quoniam à rigoribus criticis sæpius sudores, interdum etiam vomitiones biliosæ, rarius sanguinis ex naribus profuua fieri solent.

V.

Μετ' αἱμορραγίῃ, μελέων διαχώρησις, κακόν. πονηρόν δ' ἢ τὸ ἐξέρρηγναι ἰσ-  
 δεα. τετραταίῳ ἢ αἰ τοῖσιν αἱμορραγίῃ, καματώδες ἐκ τοῖσιν ἀσθενέσι  
 γήσκει, μελέων προδιελθόντων, ἢ κοιλίης ἐπιπύρρῳ.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A** B hæmorrhagia, vt omni excretionem & abscessu siquidem ritè fiat, die critica, antegressa concoctione & aliis, quæ in legibus salutaris indicij includuntur, solutio morbi expectanda est. Alioqui morituros ægros, siquidem res in deterius vertitur, & lethalia signa appareant. Aegrè conualituros, vt non existant ab excretionem & abscessu signa lethalia, nec inde æger grauius habeat, nihilò tamen melius habere videatur. Hæc autem, quia κρίσιμα μὴ κρίνοντα τὰ μὲν θανάτω δέα, τὰ δὲ δύσκριτα. Itaque cum hæmorrhagia inter κρίσιμα vim habeat signi & causæ, si ab hæmorrhagia æger deterius habet, deicit nigra, cruenta, æruginosa, deliratur, anxius est, vigilat, ardet præter modum, sitit, extremis aut toto corpore perfrigeratur, nec facile recalescit, difficulter spirat, tremulus est, oculo malo, vrinis & vomitionibus prauis, tenuiter sudat à capite, malè decumbit, parte aliqua perueritur, ac breuiter & deterius habet, & mortalibus signis condemnatur, moriturum, ægrum prænunciare oportet. Si verò non adsunt quidem signa lethalia, sed nihilò leuius habeat, δύσκριτον morbum iudicare conuenit. At quid δύσκριτον νόσημα appellet, prius est definitum. Ac is æger, ex quo hæc describit, ab hæmorrhagia grauius habuisse constat perniciosæ deiectionibus, de quibus suo loco τετραταίῳ. In Prorrhætico dubitans ἀραγε scripsit. Ac excretionem non tam quarto, quàm quinto, septimo, nono, vndecimo expectari debent, quia acuti imparibus moueantur, quos peculiariter criticos appellat Hippocrates, vt antè dictum est. Quartus autem indicat quidem, sed non iudicat, aut rarissimè. Aegro igitur, ex quo hæc annotauit

4. Aph. 27. e.  
3. Prorrh. 40.

annotavit, conuulsio, nigra deiectione, alius extuberans signa omnia praua in morte extiterunt. Sed in Prorrhethico addubians ἄρα particulam ascripsit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**Aec sententia sub generali illo axiomate continetur, quod Hippocrates scripsit, τὰ κρισιμα μὴ κρινόντα, τὰ μὲν θανατώδεια, τὰ δὲ δύσκριτα, id est, iudicatoria, quæ non iudicant, alia quidem lethalia sunt, alia verò difficilem faciunt iudicationem, vel, vt alibi scribit, ἀκριτα ποιεῖ τὰ νοσηματα, morbos iudicationis expertes faciunt. Cùm autem iudicatoria multa sint, vt sanguinis eruptio, sudor, copia vrinæ, deiectiones, vomitus, hæmorrhoides, menses, parotides, & omnes alij abscessus, de singulis verò effertur illud ἂν πρῶτον καθόλου. Rectè enim dixeris, sanguinis fluxionem, vel sudorem, vel copiam vrinæ, vel abscessum interdum quidem lethalem esse, interdum verò difficilis iudicij. Ex his enim constitutum est præceptum κοινώτατον, καὶ καθολικώτατον, καὶ γενικώτατον, suo ambitu singularia omnia continens, vt qui illud exactè nouerit, his particularibus sententiis non habeat opus. Addit alio loco Hippocrates, non solum hoc verum esse in his, quæ iudicatoria sunt, vt signa & causæ, quales sunt omnes excretiones & abscessus, sed etiam in aliis, quæ tantum signi rationem habent, qualis est rigor, & omnis perturbatio critica. Quomodo autem distinguere oporteat, quando hæc lethalia sunt, & quando difficilis iudicij, ipse etiam Hippocrates omnium bonorum author, & quasi natura loquens, demonstrauit. Nam τὰ ἐπὶ τοῖς κρισίμοις εἰδὲν ὀφελόμενα, δύσκριτα; τὰ δὲ καὶ πρὸς τ' ἀναντίον ἔχοντα, θανατώδεια, id est, Quæ ex iudicatoriis nihil iuuant, sunt iudicatu difficilia: quæ verò etiam in contrarium inclinant, nimirum quia non modò non iuuant, sed etiam nocent, & in contrariam naturæ affectionem transeunt, lethalia, cuiusmodi sunt vomitus prauus & maligni sine vlla febris remissione, deiectiones prauæ & nigrae, vt hoc loco, vrinæ pessimæ, πρὶν φύσει δυσχερῆ μωροῦς, perfrigeratio vel totius corporis (quod perniciosus est) vel extimarum partium, in qua vix ægri recalescere possunt, δίψος δὲ βέβητος, sitis profunda & inexplebilis, καῦμα, ἀχλὺς, δυσφορία, æstus, caligo, anxietas, & similia, quoties post frustra tentatam crism superueniunt. Cùm enim crisis repentina sit ad salutem, vel mortem mutatio, repentina facta purgatione confestim cessare morbus debet cum omnibus symptomatis in crisi perfecta: in imperfecta verò, saltem non augeri. Confestim dixi, id est, vt interpretatur Galenus in Prorrhethico, intra vnum plus minus diem. Nam eodem die, & tantisper dum fit crisis, vehementia symptomatum, in quam præcedens continua integræque coctio desinit, terri non oportet, præsertim constantibus viribus. Hac ergo ratione damnat hoc loco deiectiones nigras, quæ post sanguinis è naribus fluxionem superueniunt. Etenim quoties post morbi coctionem humor aliquis vitiosus excernitur, tunc à natura corpus expurgatur. Ob idque atra etiam bilis & quilibet alius eiusmodi humor: si quidem coctionis signa apparuerint, quæ naturæ victoriam indicent, progressio iam morbo optimam vacationem significat. Aliàs si excernantur sine coctionis signis, aut in principio morbi, in quo bene nihil excerni potest, aut post frustra tentatam crism, aut ad extremum extenuato ægro, & imbecillo, omnis eiusmodi deiectione perniciosa est, qualem hic scribit τῷ μελάων, à corrupto sanguine labefactata vi hepatis; vel à melancholico humore vitio lienis: vel ab atra bile, quæ per aduersionem aut malignam putredinem genita est. Propriè tamen ea voce Hippocrates significare consuevit succum melancholicum, qui à sanguine in anfractu intestinorum denigrato differt, quia fusus est, & liquidus, non, vt ille, concretus. Eiusmodi deiectione conspicitur, cùm lien non probè expurgat iecur & sanguinem, vnde cœnosa illa materia diu retenta in hepate aut mesenterio aliquando quidem corrumpitur mora, & fit exquisitè atra bilis; aliquando verò ante eiusmodi corruptionem à facultate oppressa & irritata, quod superflua amplius continere nequeat, excernitur. Atra verò bilis exquisita nunquam excerni è corpore potest sine exitio ægri, ne in crisi quidem, nisi alius humoribus permixta mitescat. Distinguenda est igitur diligenter

diligenter in præfagiendo tum à succo melancholico, tum à sanguine nigro. Cum illo enim conuenit, quia non concrevit differt verò substantia, temperamento, qualitate, & colore. Est enim substantia multò, quàm fæx sanguinis tenuior; temperamento calida propter vitionem, licet mole terreæ portiois frigida dici queat; qualitate acerrima, & instar aceti mordax & erodens, vt terram excuriat, ac firmeter; colore denique nigra ac splendens. Alij notas ita describunt, quibus ab aliis omnibus humoribus separatur: vt splendeat, vehementer astringat, acidum foeteat, terram fermentet, muscas abigat. Quæ vno aut altero indicio ex his spectatur, nondum exactè atra est, sed in confinio, vt scribit Galenus lib. de plenitudine. Sanguis verò niger ab vtròque facile discernitur, quia solus concrevit, siue ea concretio ad fibras referenda sit; quibusstractis manifestò liquefcere conspicitur, vt vult Aristoteles: siue, quod manifestius est, ob pinguedinem, quæ refrigerata gelascit. Is aperta, rupta, vel exesa vena in intestina prolapsus longo sinuosoq; lapsu ita præassatur ac nigrescit, vt picem plane referat. Cuiusmodi deiectione post sanguinis deiectionem criticam, aut fluxionem è naribus, aut vomitionem non ita magno periculo interdum apparet, aliqua sanguinis portioe diutius retenta & in grumum versa, qui tamen aliquando putrescens symptomata infert veneni, quia multa mixtio in ipso ingētis putredinis occasio est. Ab eodem sanguine deiectiones rubrae sunt, de quibus hic etiam agit Hippocrates, quibus intestina linteæ rubescunt. Causæ multiplices esse possunt. Primum in hepate intemperamentum frigidius, loturæ similia reddens, aut calidius feci splendenti, coctrice facultate læsa cum retentrice, quæ finit primum tenuem sanguinem, aucto verò vitio etiam crassum exire. Deinde facultatis expultricis robur in sanis, quæ si sanguis sola copia peccat, benignum sanguinem confestim expurgat: si vitiatum per morbum est aut rotius, aut partis, post integram coctionem resumptis viribus salubriter ipsum expellit. Tertia causa est intestinorum rofio cum torminibus, vt in dysenteria vera. Quarta internæ hæmorrhoides aperta. In quibus diligenter animaduertendum ne sola mali specie delusi perpetuò prauas eiusmodi deiectiones reprobemus. Vt enim memoria retinentes, quæ præcesserunt omnia, ex omniū collatione, & coctionis signis imperterriti prauis symptomatis subitò exortis, confidimus, atque imminentem crism bono animo expectandam esse iubemus: sic vbi iam vacuatio adest, post naturæ victoriam, perniciosa excreta spem augēt propinquæ salutis, quoniam ab expultricis robore corpus purgantis prodire intelligimus ex antegressis coctionis signis, ægri robore, & facili tolerantia, quam Hippocrates δυσφορίαν appellat. Addit deinde æruginosam deiectionem, cuius origo vel à bile est, vel à colliquatione. A bile quidem æruginosa, quæ est ad atram bilem quasi præludium quoddam, habetque semper præter calorem & acrimoniam malignitatem coniunctam. Quò fit, vt siue per vomitum, siue per aluum, siue per vrinas excernatur, & humorem, ex quo ortum habet, & morbum vehementer tum calidum, tum siccū esse ostendat. Perniciosissimus omnium, qui præter hæc parte aliqua nobili affecta, aut viscere erysipelate obfesso, è corpore excernitur. Colliquatio verò, quam syntexim vocant, significatur, cùm per ventrem aliquid non ex esculentis, poculentisque, verum ex ipsius corporis substantia deiicitur, humore in aluum ipsam conflucte. Qui quidem fluxus bili continuè per vomitum & infra erumpētū similis est, odoris autem foeditate ab ipsa differt, tum quòd deiectus rufus magis, & crassitie glutinosus, interim verò oleosus appareat: tunc nimirum, cùm caro pinguis & recēs coacta ab ardenti febre resoluitur, & eliquescit. Malo inueterante non nihil etiam ex ipsis solidis partibus absumitur. Hæc genera deiectionum in pestilentibus morbis sæpe conspiciuntur, præcipuè qualia refert Galenus in peste insigni se obseruasse, initio flaua & fulua colore, ramentaq; colliquefacta, deinde nigra instar fæcis sanguinis, vel ipso sanguine per aduersionem denigrato, vel ex contracta extranea aliqua putredine. Quòd post hæc subiicit, quarto die tales fieri sanguinis eruptiones, necessarium non est. Si tamen id euenierit, absoluta harum deiectionum malitia præmonstratur, quia quarto die natura cum morbo nondū certamen

4. Aphor. 21.

men instituit, nisi à vincente morbo ante tempus ad pugnam prouocetur. Est enim septemi index, vt si in ipso malū aliquod signum edatur, malus necessario septimus sit futurus, & contra, pro signi antecedentis proportione. Fieri tamen potest, vt hæmorrhagia quarto incipiat, quinto perficiatur, vt in Merone, & alibi in hoc opere quartanam hæmorrhagiā non vituperat, quæ septimanæ sit index: Præterea nec illud necessarium est, vt ex talibus comatosi & conuulsi moriantur, nigris prægressis, & ventre tumefacto.

V I

Μεθ' αἰμορροίας, ἢ μελάνων διαχωρήσας, οὐδέξι κώφωσις, καὶ κόν. ἀμυγ. τος διαχωρήσας τῶτον (ἢ δὲ γέρον. κώφωσις δὲ λύει.

Post sanguinis eruptiones, & nigrorum egestiones, in acuto surditas, malum. Sanguinis egestio his perniciosa: surditas autem soluit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hic aphorismus ex superioribus tacite intelligi potest, & secundo commentatio exponitur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quod portendat nigrorum deiectio post hæmorrhagiam, superiore aphorismo dictum est. Cum verò in acutis antecedit, eamque excipiunt liquida & cruenta alui excrementa, quæ per hanc vocem αἰμορροίας significantur, perniciosum admodum symptoma est. Indicat enim eadem ratione, quæ in ταῖς ὑπερκαθάρσεσιν sanguinem vltimum excerni, quem natura, tãquam vitæ thesaurum, quandiu potest, referuat, nec elabi sinit, donec ad extrema ventum sit. Surditatem autem, quæ in acutis & turbulentis morbis superueniat, etiam sine his perpetuò & certo malam esse alibi demonstratum est. Nam cum & propter humorem quendam in auditorio meatu impactum oboriatur (quæ nihil maligni habet) & propter facultatis audiendi extinctionem, quam in acutis ac turbulentis contingere cernimus, manifestum est cum tam grauibz symptomatis, quæ hic numerantur, coniunctam posteriore modo sumi. Cruenta verò deiectio maximè fit in affectibus hepatis ab immoderata copia sanguinis, aut corruptione, aut imbecillitate hepatica, quæ per se semper praua est, cum prædictis verò perniciosissima, quia quò plures facultates & partes læsæ sunt, eò periculosus laborat æger. Surditas verò non inueterata, neque ab extinctione facultatis audiendi, sed ab obstructione momentanea meatus auditorij per materiæ biliosæ translationem soluit quidem biliosas deiectiones, & ab iisdem soluitur: cruentam verò deiectionem ab infirmitate facultatis, quæ sanguinem conficit, minimè. Soluitur præterea surditas in febribz exorta absque vlla peculiari & eximia instrumenti auditus affectione per sanguinis fluxionem è naribus. Quorum omnium hæc vna ratio est, quòd vacuatis aut translatis humoribus, huiusmodi symptomata quiescant.

V I I

Ὅτιν αἰμορρογία πλείως, προΐόντος χρόνις κοιλία, πονηρόσημα, ἢν μὴ οὖρον πέπον ἔλθῃ. ἀραγε τὸ ὕδατος οὖρον ταῖσ' τὸν τι σημαίνει.

Quibus eruptio sanguinis multa fuerit, procedente tempore alui male afficitur, nisi vrina concocta fuerit. An vrina aquosa tale quid significat?

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc sententia ferè exposita tota est. Quod autem excipit, nisi vrina concocta appareat, hoc vult calorem esse integrum, cuius inopia alui laboriosa perturbatio

turbatio mouebatur. Subdit ergo dubitater, an vrina aquosa tale quid significet. Vrina aquosa cruditatis, cruditas infirmi caloris signum. Atqui ab hæmorrhagia caloris inopia imbecilliorē retentricem efficit: hæc imbecillior non retinet, sed effluere sinit, quacunque per aluum dolenter exeunt. τοῖσ' τὸν ἄ, hoc est, κοιλίῃ πονηρῶσ' αὐδ'. Omittitur postrema hæc oratio ἀραγε, in Prothetico, quanquam in commento Galenus agnoscere videtur, ac malè adscribi priorī sententiæ Prothetici. Videri possit, cuius initium, τὰ δὲ θὴ παραχρῆμα.

DESID. IACOTII COMMENT.

Ad finem libri superioris, & in prima sectione huius operis hic aphorismus explicatus est. Addidit verò πλείως, quia quòd aut profusior est hæmorrhagia, aut crebrior, eo plus caloris ac spiritus effunditur: maiorque consequitur refrigeratio cordis, ventriculi, hepatis, & habitus totius corporis. In exigua enim, aut moderata sanguinis fluxione, aut semel tantum facta, nec admodum superfluente non est necesse calorem natiuum ita languere, vt hæc consequantur. Huius ergo immodicæ vacuationis, quacunque ex parte fiat, & quocunque modo, siue secta vena, siue sponte naturæ, signum est virium imbecillitas: effectus verò, intemperies frigida & sicca, per accidens humida: sudor frigidus, syncope, conuulsio, inappetentia, cruditas, fædus faciei color, pedum ac deinde reliqui corporis tumor œdematosus. Cum verò ægri resciri cœperint, alius malè afficitur, liquidæque & cruda per solam absentiam coctionis, tandem etiam per putrefactionem, & contrariam coctioni dispositionem reddit, quia alimentum neque concoquitur, neque distribuitur. Addidit autem, nisi vrina concocta fuerit, quia quæ concocta est substantia & contentis, optimam humorum habitudinem, naturæ victoriam, partium coquentium robur, & caloris natiui copiam declarat, quibus præsentibus illa symptomatum series à cruditate metuenda non est. Contra verò cruda & incocta, quæ substantiæ tenuitate & colore aquam refert, horum omnium expectationem confirmat, maximè si odor sit expers, quod summæ frigiditatis indicium est. Aquea autem vrina omnis procul abest à coctione, quæ tenues succos incrassat: crassos ad mediocritatem deducit. Non tamē vnā causam habet. Nam & in diabete, & in cruditate, & in magnis obstructionibus viscerum interiorum, & in biliosi humoris translatione in caput, aut derivatione in intestina tenues vrinæ & aquosæ conspiciuntur. Pessima est exquisitè aquosa, à mortificatione alteratricis & retentricis facultatis, quæ est desperatæ concoctionis symptoma, & venosi generis pathos simile exquisitæ cruditati & lyentericæ in ventriculo. Altera est aquosa, priori similis, quatenus cruda: minus tamen perniciosa, quatenus nullum aliud malum commonstrat, præter solius alteratricis infirmitatem, vt hoc loco. Cruda enim est, vt dixi, sed coqui potest, per participationem solam durationem morbi ostendens. Illa verò in contrariam coctioni dispositionem abiit, vt omnem illius actum refugiat. Tertia aquosæ vrinæ differentia huic proxima, in multis morbis apparet, vini abunde tenuis & albi formam referens. Oritur autem ex prædicta vrina tenui & aquosa, quæ parum bilis tenuis suscepit, & principium quoddam coctionis significat. His ita distinctis non solum præsagium instituere licebit, sed etiam conuenientem vitam rationem præscribere, cibosque offerre, non quos ventriculus propter frigus appetet, sed quos exiguus calor superare poterit, paucos videlicet, facili coctionis, & sensim, quandiu vrinæ aquosæ videbuntur. Qua de re sic scribit Galenus in Epid. Fluxit per sæpe copiosus sanguis: eiusque fuit tanta vis, vt facies sit facta pallidior, ea coloris priuatio in pallidioribus faciliè deprehenditur: in rubris verò, non pari modo. Quocirca si totum corpus vacuatum sit, alendum esset carnibus iis, quæ multum sanguinis gignunt, & item pane. Sed ipsa edulia per se non concoqueret: imò verò potius ei dolorem afferrent. Quamobrè quæ faciliè & concoquuntur, & distribuuntur, danda erunt. Eiusmodi autem, censetur vinum, nisi fortè capitis dolorem vereamur. Siquidem tunc dilutius ei præberemus. 6. Epid. sect. 6.

Οἱ ἐπὶ αἱμορραγίῃ λαβρῶ πυκνῇ, μὲν μέλανων συγγή διαχώρησις, ἐπιτρε-  
σις δ' αἱμορροῖ, οὗτοι κοιλίας ὀδυώδες. ἅμα δ' τισὶ φούσῃ, ἔυφοροι. ἄρα οἱ τοι-  
στοὶ ἐφιδρῶσι πολλοῖσι ψυχροῖσι; τὸ δὲ ἀτέλεστα γυμνῶν ἔρον ἐν τῆσιν, ἔπι πο-  
ρῶν, ἔδ' ἐφιδρῶν γονοειδῆς. ἐπιπολὸν δ' ἔτοι ὕδατ' ἄδεα ἔρεβιν.

*Quibus ab eruptione sanguinis magna est frequenti cum mul-  
ta nigrorum deiectione, astrictione sanguis effunditur, hi à ventre  
dolentes excretis simul flatibus leuiter ferunt. An non est ij mul-  
ta frigida desudant? Returbata urina in iis non mala, ut nec  
qua sedimentum genitura simile continet, ut plurimum autem  
aquosa ij meiuunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**mpyrica hæc sententia & particulatis obseruatio, quã scripsit Author Pro-  
rhetici, nisi quòd hic ἐπίτρεσις, illic ἐπίτρεσις. Hic γὰρ πῆσι φούσῃ, illic τινὶ  
ἐύσει sensum commutare possunt. Itaque à larga hæmorrhagia nigrorum de-  
iectio multa, ut & alia, lethalia sunt, quum oporteat ab hæmorrhagia salutaria  
omnia ostendi. ἐπίτρεσις & ὑπόσεισις de suppressione excretionis naturalis sæpe  
vsurpatur. Ac videtur huic post multas deiectiones nigras aluum restitisse, ex  
quo mutato cursu materiæ, & imperu vel morbi, quod est verisimilius, vel natu-  
ræ mouentis aliò verso sanguinem iterum effluxisse è naribus. ἐπίτρεσις autem  
intensio non alia intelligi potest, quàm in flatu alui, vnde doleant à ventre, sed  
exclusis flatibus leuius morbum ferant, quod voce φούσῃ declaratur. Verbo  
autem τινὶ ἐύσει significatur fluore è naribus, aut quod fluente aluo intelligatur  
ægros melius ferre morbum. Quod autem sequitur, prauum signum est, sudare  
multa frigida. Sudor enim multus ac redundans, sed magis frigidus ab Hippocra-  
te damnatus est. Quæ de vrinis scribit, returbatam vrinam non esse prauam,  
eget distinctione. Nam in quibusdam initium quoddam coctionis est, vrina  
quæ pura antea returbatur. Aliquando à morbo concitata bile in cruda materia,  
quod pestilentibus & malignis quibusdam febribus contingit, à quibus grauitas  
corporis, vehemens dolor capitis perturbati somni, torpida mens & sensus, deli-  
rium, conuulsio atque exitium tandem expectari potest. Atque hoc loco vide-  
tur notare genus vrinæ returbatæ, quod natura concoquente eiusmodi existat.  
γονοειδῆς autem quum sit duplex, alterum lethale à colliquatione; alterum non  
reprobandum ab excretionis pituitæ vitreæ, hoc certè, quàm illud magis audien-  
dum. ἐπιπολὸν, quod ἐπίσημον in Prorrhetico. Natura dissoluta tam multis hæ-  
morrhagiis, profluuiis alui, sudoribus multis, & iis frigidis, vnde & materiæ co-  
pia intelligitur æger laborasse, calor natiuus admodum imbecillus esse solet. Ita-  
que magna ex parte vbi ea omnia coeunt, valde crudæ sunt vrinæ, qualia sunt,  
quæ ὀδύωδες ἔρα appellat. Sed de vrinis plura suo loco.

DESID. IACOTII COMMENT.

3, Prorrh. 47

**G**alenus in Prorrhetico hunc aphorismum non interpretatur, quòd sympto-  
mata ἐπερογενῆ, & ex pugnantibus causis orta contineat, quarum vires au-  
thor ignorasse videtur. Sunt autem ferè eiusmodi. Profusionis sanguinis immo-  
deratæ, quæ animæ fomitem, atque adeo animam ipsam è corpore educit, causa  
est interdum ipsius sanguinis copia, vel acrimonia. Nam sanguis multus, te-  
nuis, acer, aut multo calore turgens violenter erumpit. Interdum vena aliqua  
aperta, rupta, vel exarsa. Nonnunquam etiam facultatis hepaticæ robur, quæ no-  
xia excernit, aut resolutio, propter quam amplius non continet. μέλανων διαχώ-  
ρησιν,

ρησιν, nigrorum deiectionem antea docuimus à sanguine denigrato in intesti-  
nis, aut à melancholico humore, aut ab atra bile fieri. Primis duobus modis non  
semper inutilis est. Tertio semper exitiosa, quoniam & intestina afficit vlcere  
immedicabili, & insignem calorem, ac malignam humorum corruptionem testa-  
tur cum resolutione facultatum & mortificatione partium coniunctam, ex qui-  
bus manat. Suppressa nigrorum excretionis sanguinis fluxio accidit eadem ra-  
tione, qua in hypercarthasi; natura videlicet familiarem sibi succum non am-  
plius continente propter infirmitatem, aut meseraicarum venarum apertionem  
ab acrimonia nigrorum, quæ deiciuntur. His alui dolet à cruditate, quam ca-  
loris penuria simul cum effuso sanguine dissipari inuexit, vnde alui profluuii,  
tormina, distensio, inflatio, ructus acidus, ciborum corruptio. Multa autem frigi-  
da sudant vel à copia in sudantibus partibus, vel à facultatis concentricis resolu-  
tione. Vrinae verò perturbantur aut à calore aggrediente coctionem, & crassam  
ac densam materiam agitante: aut à bile, quæ perturbationem in venis, concitat  
cum calore præter naturam, & multo flatuoso spiritu. Geniturae similes sunt in-  
terdum colore solo à crudo succo, vel vitrea pituita in morbis longis; interdum  
& colore & substantia, quæ in semine similis est, alba, & lactescens. Harum  
causa est colliquatio, in qua naturalis partium solidarum concretio dissoluitur,  
de quibus fusius agitur in librum huius operis de vrinis. Quod tandem conclu-  
dit, ut plurimum in his aquosam vrinam prodire, qui immoderatas sanguinis  
fluxiones perpepsi sunt; cruditas in causa est, de qua iam sæpius.

IX.

Οἱ ἐν ἐπιπολῶν ἐπὶ κωφώσῃ καὶ νοβοτήτῃ μικρὰ ἀποστρέχει, ἔχει τι δύσκο-  
λον. ἔμετος τῆσιν συμφέρει, καὶ κοιλίης παραχρῆ.

*Quibus e naribus sanguis paucus exillat cum surditate est  
torpore, ij difficile quid habent. Vomitus iis confert, est alui  
perturbatio.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M**ixum quod δύσκολον ἔ scribit. δύσκολον enim leue malum ostendit: τὶ ad-  
ditum minuit vim mali. Vbi enim τὶ additur, vel minuit, vel rarè & le-  
uiter accidere ostendit, ut in verbo ἀσπασμὸς δὲ ἔχει παρακρυσινόν τιν. Sic enim  
significatur rarè inde conuulsionem aut delirium expectari, quæ si accidant, leuia  
quidem esse. Ita δύσκολον τιν difficultatem quandam notat, sed eam leuem. At  
in morbis stillatio sanguinis perniciofa notatur ab Hippocrate, ut quæ infirmi-  
tatem naturæ & malignitatem morbi ostendat. Huic igitur agro affectum  
caput intelligitur plenioribus venis, crassiore sanguine astrictis viis, nec ita pa-  
tentibus. Omnis autem viarum naturalium astrictio, narium, renum, ventris &  
pororum totius corporis damnanda est, laudaturque moderata laxitas. Ac ferè  
victrix natura, quæ prius collecta sese contrahebat, iam sese explicat, effundit-  
que. Atque ut natura sese colligit, ita vniuersum corpus contrahitur: ut sese dif-  
fundit, ita viæ omnes corporis elaxantur, quod liceat videre natura bene consti-  
tuta initis accessionum & declinationibus, & in toto morbo. Nihil enim initio  
effluit. Declinante accessione & morbo excretiones promouentur. Quanquam  
non negandum dissoluta natura, victæque morbo, & iam expirante sudores &  
alia genera excretionis posse moueri. Interdumque initis morborum irritata na-  
tura vi morbi multa excerni, sed nos, ut ante, quæ integra fiant & bene consti-  
tuta natura scribimus, quæ suis signis firmata sunt, ut ne quæ fiant; profliga-  
tis naturæ viribus similitudine fallant. ἔμετος, & vomitus & alia perturbatio  
confert, siquidem vi naturæ fiant. Solet enim aliquando natura præclusis qui-  
busdam viis, quæ materiam excitabat, aliò conuerti, & quasi mutato consilio, quæ

providentia quaedam est occulta, alias vias consecrati. Itaque quum non possit materiam inclusam cerebro per nares excludere relicto sanguine, qui magis familiaris est, permistum vitium sanguini, foras deturbat in ventrem, unde & vomitio, & alui perturbatio, hoc est, profluvium cum dolore, strepitu, mordicatione. Id enim ταραχή significat.

DESID. IACOTII COMMENT.

Sanguinis stillicidium perpetuo prauum esse, cum ab interiore causa mouetur, saepius dictum est. Natura enim conatur, quod superfluit, excernere: verum non potest, vel quia infirma admodum est; vel quia impeditur propter sanguinis crassitatem, aut partium densitatem, aut utrumque. Omnium ergo mitissimum est stillicidium, in quo sola partium densitas, ut hyeme, fluxionem non admittit. Deterius multo, quod in acutis, aut primis aetatis vel autumnii temporibus incidit, quoniam in his flava bilis redundat; ambiensque nos aer calidus est, ut duplici de causa sanguis ad fluxionem sit aptissimus. Quod fit, ut si restitet, causa in solam naturae infirmitatem, & sanguinis crassitatem referenda sit, qui per excessum febrilis incendij exurit, ita, ut euanescente iam parte tenui abeat in atram bilem, quae & coctioni resistit propter siccitatem atque visionem, & excretioni propter crassitatem, atque acrimoniam, qua partibus adhæret. Cum enim coctio sit caloris actio ad æquandos succos, humidi ad æquabilem siccitatem reducuntur facilius: siccus & concretus non admittunt coctionem, nisi aduentij humoris adiumento. Siccescent enim magis. Inter hæc natura collectam in cerebro copiam expellere non potest, tametsi ab ea valde & irriteretur, & opprimatur. Quocirca de hoc stillicidij genere ineptè dicitur ἐκεν τὸ δύσκολον. Nam similitum omnium signorum genus deterrimum esse constat. Omnis enim excretio, vel abscessus, qui vbi moueri cœperit, statim desinit, multo deterius est, quam si nullo modo appareret. Sunt & aliae quaedam conditiones, quae huius signi perniciem augent, ut si quarto cœperit die: si sanguis, qui stillat, syncerus & meracus conspiciatur absumpto sero ab incendio febrili: multo magis, si cum symptomatis coniungatur, quae grauius offensum cerebrum ostendant: qualia sunt hoc loco, surditas & torpor. Cum enim surditas in acutis oriatur aut resoluta audiendi facultate, aut meatus auditorij obstructione: torpor verò à cerebri humiditate, vel frigore, vel utroque, utriusque symptomatis coniunctio præsertim in morbo acuto, magnam affert coniecturam cerebri resoluti potius, quam ab humore frigido, aut vaporoso oppressi. Quò magis Galeno assentiri oportet orationem illam ἐκεν τὸ δύσκολον, acriter reprehendenti, cum valde lethale dicere debuerit. Difficile enim quid habere, in his malis vsurpari solet, quae exigua sunt, nec magnopere nos terrent. Ex his autem significatio fit naturae iam iam fatiscantis, ut exigua vitae spes relicta sit. An verò vomitus, vel ventris perturbatio his conferat, distinctione est opus. Etenim initio, quo tempore facultas animalis nondum collapsa est, sed oppressa, nimiam pituitae vel alterius bilis redundantiam vomitione, aut alui subductione expurgare oportet: plethoram verò vacuare sectione venae. At fractis iam viribus, ut sub his symptomatis, neque vomitioni, neque purgationi, nec sanguinis missioni locus est.

3. Prorrh. 48.

X.

Αἰ ἐν ἀρχῇ ἢ μεγάλαι αἱμορραγίαι, περὶ ἀνακομιδὴν κοιλίας χρονηραίνουσι.  
*Quibus multus sanguis initio effunditur, eis dum reualescunt, alui profluunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc sententia scripta ab Hippocrate in Aphorismis paulò plenius. Nam vnde cumq; sanguis largior effluxerit, dum conualescunt ægri, alui his profluunt

fluunt, atque id in febribus, & prius quoque id expositum est. At quia cum sanguine multum spiritus & caloris influit, natura verò in conualescentibus neque tam multa concoquit, quam appetit, neque ritè sanguinem conficit, & alimentum distribuit. Ideo vis excrementorum colligitur, quæ per aluum diffluit. Contrà natura iam satis valida, & suo munere ritè fungente alui astringi solèt.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quemadmodum ex retentione morbi plethorici, tumores, obstructions, vlcera nascuntur: ita ex vacuatione immodica siue sponte naturæ euenit, siue initio morbi copiosius missio sanguine, frigidi siccus affectus prodeunt. Nam cum sanguinis profusione corpus necessarìo sanguine priuetur & spiritu, frigus & siccitas succedant, oportet. Per accidens tamen ob frustatam coctionem excrementa multa cruda, & liquida colligi necesse est, quia alimenta neque probe concoqui, nec in sanguinem mutari, imò verò nec distribui possunt. Quorum omnium ratione ventrem humescere consentaneum est, præsertim cum ægri circa refectonem plenius aluuntur, idque tanisper dum vires natura cum tempore receperit. Quæ omnia copiosius ante explicata sunt. In Aphorismis scribitur hoc modo, Quibus per febres sanguinis vnde cumq; eruperit copia, conualescentibus ventres humectantur. Sic initio vulnere, sanguinis immodica profusio maximè nocet: suppressio inflammationem parit: moderata fluxio, aut frequenter iterata, eandem prohibet. Quam rationem in febrium & interiorum inflammationum initiis obseruare oportet, cum vena secatur, aut sanguis è naribus fluit. Quod Aphorismo sequente significat.

4. Aphor. 27

II.

Τὰ ἐκ τῶν ῥινῶν λείβρα ἐστὶ ἀποληφθέντα, ἔστιν ὅτι σπασμὸν ἐπιχειλεῖται φλεβοτομῆν λύει.

*Quibus è naribus larga & violenta sanguinis eruptio vi supprimitur, interdum in conuulsionem incurrunt. Soluit autem Phlebotomia.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Aliter hæc sententia scripta in Prorrhethico, ἐκ τῶν ῥινῶν λείβρα βιάα πολλὰ ῥύνηται ἐπιχειλεῖται, ἐς σπασμὸν προσάγει. Phlebotomia λύει. Si è naribus larga, violenta, multa sanguinis effluxio conuulsiones aliquando incurrunt, sanatio vena secta. In re obscura interpretem oportet ratione vti atque experientia, ut sententiam authoris exponat. Itaque conuulsio sequitur inanitionem & repletionem. Quod cum dicitur ab Hippocrate, de inanitione & repletionem non totius quidem corporis, aut venarum, sed neruosi generis. Neque enim πλεθῶρα dicta conuulsiones facit, neque ea inanitio, quæ fit longa inedia & morbo. Sed tum demum conuellitur corpus, quum vel copia nerui premuntur, vel æstu febrim resiccantur, vel denique quum qualitate aliqua vellicantur, qualis est acris sanies in vulneribus neruorum & nudatis neruis occurrans frigus, vel non nudatis quidem, sed per medium corpus altius penetrans. Quale solet contingere in largis profluujs sanguinis. Nam dum retunditur impetus erumpentis sanguinis frigidis auxilijs, quæ vel saepius adhibeantur, vel vehementiora sunt, contingit aliquando conuelli neruos vi illata neruis, dum prohibetur, quod hic βίη ἀφλεφθέντα appellat. Neque id perpetuo. Propterea ἐστὶν ὅτι scribit. Itaque non à multa vacuatione, aut etiam superflua, quam ὑπερμένωσι dicunt, sed à violatis immodica frigiditate neruis id contingit, dum fronti & temporibus vicinis neruorum principio remedia refrigerantia saepius & immoderatè exhibentur. Nos tamen vidimus, qui à largissima hæmorrhagia citra refrigeratio-



nem illam in conuulsionem incidit, quod vt rarum annotauimus. Nam longa largaque sanguinis per vterum vacuatio conuulsionem non accersit. Aliis non conuulsio, sed suffocatio recurrere sanguine in thorace, quod & nos vidimus. Nam quum criticè sanguis eruperet, essetque prohibitum, vt ne prius cohiberetur, quam moueremus, temerè interclusis naribus sanguinis imperus in thoracem refluxit, atque inde suborta graui spirandi difficultate in breui suffocatus fuit. Sed non repugnat vi prohibitum in caput refundi, vnde conuulsio sequatur exclusa è venis in corpus cerebri parte sanguinis tenuiore & acriore. φλεβοτομία λύσι. Conuulsam venæ sectionem intelligit, quæ humeralis est, è directo nari respondens, quæ sanguinem profundit, vtriusque cephalicæ, si vtraque naris. Quid autem velit, parum constat. Sed ita res habet. Vbi hæmorrhagia illa metuitur, anteueri potest atque prohiberi phlebotomia. Si iam erupit, aperta vena humeralis impetum reuellit & sanguinem sistit. Si vi præclusis naribus repressus sanguis iniuriam corpori inuehit, suffocationem, eam conuulsionem, & alia id genus, venæ sectio remedio est, quæ partem copia occupatam alia data via sanguini liberat.

DESIDERII IACOTTII COMMENT.

3. Prorrh. 29.

**I**N larga sanguinis effusione tribus modis conuulsionem superuenire posse diuersis locis docuit Hippocrates. Vno propter contractam ex vacuatione immoderata (quam Galenus *σπερμένωσιν* vocat) refrigerationem, quæ subito nervis aduenit multo sanguine cum spiritu abeunte, quod puellæ cuidam contigisse vidimus, secta malleoli vena, vnde remediis à nobis adhibitis restituta est. Altero eoque frequentiore propter medicamenta refrigerantia capiti, maximè verò ceruicæ admota, ad sistendam fluxionem. De quibus duobus modis sic Galenus scribit in Prorrhethico, De sanguinis autem eruptione (inquit) quod conuulsio à repletione fiat, vel vacuatione, non autem totius corporis, sed neruorum ipsorum Hippocrates dixit. Quod fit, vt ex sanguinis eruptione haudquaquam contrahantur, nisi refrigerentur, vel propter præsentium incuriam, vel quod sedare velint fluxionem sanguinis per refrigerantia remedia. Tertius est frequentissimus in suppressione sanguinis, quæ vi tentatur. Nam copia, quæ iam collecta in cerebro introrsum repellitur, vel conuertitur in thoracem, vnde repentina suffocatio interdum accidit: vel in partes neruofas, vnde periculosissima conuulsio. Rectè autem addidit aliquando, quia non semper. Qua sententia nos admonet Hippocrates his medicamentis, quæ sanguinem refrigerando sistunt, prudenter & cum iudicio vtendum esse, nec temerè criticam hæmorrhagiam intercipiendam. Præterea remedium etiam tutissimum docet, quo vtrunque periculum vitare liceat, nimirum venæ sectionem, quæ neque nocet nimium refrigerando, neque copiam sanguinis intempestiuè suppressit. Etenim quod scribit, venæ sectionem soluere, tribus modis verum est. Nam initio & antequàm hæmorrhagia immoderate accedat, ei conuenienter occurritur detracto copioso sanguine è iccoratia, quo plethoricus affectus vel minuatur, vel omnino tollatur. Cum verò ea prætermissa à sanguinis copia natura opprimitur, atque ad eius vacuationem excitata neque modum, neque mensuram moderari potest, *σπερμένωσιν*, quasi superuacuationem dicas, inducit, cui nullum præstantius remedium est, quàm venæ sectio è brachio eiusdem lateris, aut vtroque, si ex vtroque latere sanguis fundatur. Eadem ratione cucurbitulis in hypochondriis, & vinculis tutius pugnat contra superfluum imperum sanguinis, quàm frigidis auxiliis fronti ac temporibus adhibitis. Tertio verò modo à temere suppressa in cerebro per admota frigida redundantia ortâ conuulsionem venæ sectio soluit, quoniam quæ ex humiditate conuulsiones fiunt, vacuatione soluuntur, & quod factum est, suo, quod adhuc fit, causæ suæ tollitur contrario, per aphorismum, Qui à plenitudine morbi fiunt, vacuatione curantur; & qui ab inanitione proficiunt, sanantur plenitudine. cæterorumque contraria sunt remedia. Cæteræ verò conuulsionis species aliis remediis opus habent, vt ex siccitate, humidis: ex morfu, lenientibus: ex frigore, calorificis.

XII.

Αἰ δεκάτῃ καὶ τρίτῃ, δύσκολοι, ἄλλως τε καὶ ἢ δις ἐπιπέσει, καὶ ἢ ἐπιπέσει

*Undecimo die stillatio sanguinis difficilis tum alias, tum si bis, & postea quoque stillauerit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**B**Reuius in Prorrhethico, vbi versiculus omittitur, καὶ ἢ δις ἐπιπέσει. Damnamur ab Hippocrate stillatio sanguinis crassi nigri. Sed vt firmiora signa sint tum lethalia, tum salutaria, quæ vel diebus indicibus, vel iudicatoriis eduntur, ita & hæc stillatio tantò vim maiorem habet ad perniciem ægri, quantò die firmiore existit. Secundas autem partes tenet inter indices vndecimus. At quarto die stillare sanguinem è naribus sæpius damnauit Hippocrates, cui in indicibus maxima vis est. Ac δύσκολοι non solum, sed κακὸν iudicandum, vt quod in decimum quartum aliquid perniciosum indicet. Galenus in Prorrhethico ἐπιπέσει superuacue addi putat, quia etiam si non superstillauerit, satis malum. ἐπιπέσει autem mali accessio est. Et quod δις ἐπιπέσει καὶ ἐπιπέσει additur, sæpius rediisse stillationem indicare videtur.

DESID. IACOTTII COMMENT.

**Q**uemadmodum quartus index est septimi, sic vndecimus decimi quarti. Eam enim vim habet, vt qualis decimus septimus futurus sit, præmōstret. Cum ergo signum aliquod prauum vndecimo die appareat, malum necessario decimum septimum expectare oportet vel minus, vel magis, pro ratione & vi illius signi. Stillicidium itaque sanguinis quàm prauum signum sit, sicuti & alia omnis excretio pauca, dictum est antea. Absoluta verò morbi malitia significatur, si vel quarto, vel vndecimo die fieri cœperit. Conatur siquidem natura collectam in cerebro copiam expellere, sed non potest, vel propter nimiam oppressionem tanquam grauitati oneri succumbens: vel propter propriam infirmitatem resoluta facultate cerebri, vel propter vtrumque. Imprimis verò perniciosæ sunt stillæ crassæ & nigrae absumpto per incendium sero & sanguine exusto, idque magis, si diebus criticis, aut indicibus appareant, à quibus eiusmodi signa firmitatem accipiunt. Quare his ita consentientibus ad mortis prænotationem non est necesse & bis superstillare, & rursus stillare, nisi quod prauum signi continuatio iudicium confirmat. Potest tamen incepta vndecimo hæmorrhagia, decimo septimo perfici, quemadmodum si quarto cœperit die, quinto, vt in Metone, aut septimo interdum absoluitur. Vt enim sanguinis è naribus profusa & copiosa eruptiones sæpius à magnis morbis liberant, ita & à periculo, quod stillicidium minatur, si cætera conueniant, vt virtutum robur, & antegressa cœtionis signa.

XIII.

Ἐπὶ αἵματος ῥύσι πολλῇ, ἢ λυγρῶς, ἢ σπερμένωσιν, καὶ ἄλλοις.

*A multa sanguinis fluxione singultus aut conuulsio, malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**Va ratione & singultus fiat, & conuulsio multa sanguinis vacuatione, parum constat. Sed id experientia comprobatur, & ratione firmari potest ea quidem, quæ naturali lege statuta est. Venæ exhaustæ à vicinis partibus trahunt, & velut beneficium mutuum reposcunt. Itaque quum integra natura alimentum neruis & partibus aliis distribuatur, exiccatae larga effusione sanguinis inde alimentum repetunt, ex quo siccatis neruis & contractis ad suum principium, quasi

suppetias petant, conuulsio incidit. Infitum enim vnicique parti, vt cum laborat, recurrat ad principium quasi opem queritans.

DESID. IACOTII COMMENT.

Id est est paulo ante, in effusione sanguinis immodica siue spontanea sit, siue ab externa iniuria, non solum animi deliquium, sed etiam conuulsionem fieri aliquando non semper, vel ab inanitione venarum ac neruofarum partium, vel qualitate remediorum, quibus nimium refrigeratur cerebrum (inde enim humidum aut exprimitur, aut congelatur, aut cerebri neruofas partes vellicantur) vel suppressa copia, & in neruofas partes irruente, quae iam ad cerebrum peruenerat. Singultum autem, qui oris ventriculi affectus est, iisdem de causis fieri alibi exposuimus. Nam cum ventriculus copia humorum opprimitur, aut acrimonia mordetur, aut distenditur flatu, aut a frigore aliaue qualitate irritatur, aut reficitur, vel reuellit, eo motu conuulsioni haud ab simili noxam nititur expellere. Id vero non solum prauum signum est cum in haemorrhagia exuperante, tum in omni acuto morbo, sed etiam causa. Etenim vires iam fractae singultus laboriosum motum ferre non possunt, qui naturam quiescere non permittit, & vniuersum corpus grauissimè concutit. Proinde Galenus. hic κακόν interpretatur paulo minus, quam θανάσιμον, id est, lethale. θανάσιμον vero idem, quod periculosum, & saepe (non necessarid ac semper) morte terminandum. Caeterum eiusmodi conuulsio haudquaquam intelligitur, quae perpetua sit, non interrupta motibus, à sola causa praeter naturam, parum in id agente natura, vt in tetano: sed motus potius conuellens, ex morfu ab agente natura, & noxam ex inanitione pellente. Nam citius intereat eger exhausto vniuerso sanguine, quam in primum conuulsionis genus incurrat.

XIIII.

Τοῦτο ἕως ἑπτάβδομων διὰ αμυν μὲν ἀχρῶν, καὶ πινόμεναι ἀλιζόμενον ἐν τῇ αὐτῇ ὁδοῖ, καὶ γῆς ἐπιθυμῆ, ἀμιμῶς φθορῆν καὶ ἐκλυτὴν Συμπίπτει.

Quibus usque ad septimum annum vires cum colore malo, et spiritus anxius in viis, cupiditasque terra, corruptionem sanguinis atque exolutionem significat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Enigmata sunt plena solæcismo, quæque egeant Apolline. Multa enim connectit accusandi casu, quæ verbum non habeant, quod referantur. Et quid appellet ἀλιζόμενον πινόμενα non video. Inusitata enim ea vox Hippocrati, & ἀλιζέειν verbi significatio respirationi malè conuenit. Quod si ἀλυζόμενον legas, anxium, variè commotum difficilèmq; spiritum significabit, aut ἀναλιζόμενον lugubre simile forasse ei, quæ κλαυθρῶδης ἀναπνοῆς luctuosa respiratio dicta ab Hippocrate, de qua antea. ἀχρῶν autem & ἐπιθυμῆ γῆς color malus & cupiditas edendæ terræ magnum succi vitium indicant, vt in pica mulierum. Atque inde corruptella sanguinis, ex quo virium quoque exolutio significatur. Corrupto enim sanguine, in quo natura caloris & spiritus sita est, hæc exolui necesse est, à quibus vires foueri oporteat. At quid ἐκλυσις, iam ante dictum est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Locum hunc corruptum esse ex eo suspicari licet, quod solæcismis scateat, atque in eo signa quaedam completi voluisse, quæ maximam tum in venis, tum in habitu corporis cruditatem ostendant, & cacochymiam, vnde purgandi corporis, & si cruditas sanguis superet, venæ secandæ indicatio sumatur. Quoties enim ventrem & primas venas cruditas occupat, ea ex nausea, ructu, torminibus, frequenti borborigmo, hypochondrij inflatione cognoscitur: quoties vero habitum

habitum corporis, ex colore prauo: vt si meatus spirituum & caloris, obsideat, tum ex pulsus inæqualitate, quam prætermittit: Hippocrates, tum ex difficili respiratione. Ex cruditate cacochymia oboritur à fetosis humoribus, qui infra sanguinem subsistunt, aut supra, nec à natura euecti sunt: in solidis autem partibus cachexia, id est, deprauatio, qua alimentum omne corrumpunt, vnde permultorum morborum origo est. Quia verò cruditas & cacochymia vel ex alimento pendet, vel ex partium coquentium vitio, vtriusque signa quaedam ponit. Galenus libro de plenitudine breuius, qualis in corpore cacochymia abundet, ex capitis operibus, nempe vigilia ac somno, & ex ventriculi fame atque siti, aut horum contrariis interuentionem petendam esse docet. Quod ergo initio scribit, τῶσιν ἕως ἑβδόμων δυνάμειν, si de prima ætate accipiatur, vel intelligit inde cruditatem incoepisse: vel ad id vsque tempus pueros caeteris antecellere duarum facultatum robore, naturali & vitali: vna verò infirmiores esse, quæ est in neruosis partibus, vt in his cruditas ex voracitate potius oriat, quam caloris & corporis vitio: quod ostendit crudus succus, id est, illa pituitæ species, quæ vel tenuis est, vel crassa, & cum grauitate multa coniuncta, sine flatulentia pituitæ familiari. Potest quoque locus intelligi, ac si diceret, In his, qui decolores vsque ad septem annos vires colligunt, vt pote in pueris, quibus eo tempore neruolum genus vigere incipit: vel in his, qui per septennium decolores manserunt. Funt autem decolores ægri duobus modis. Nam propriè sic dicitur, quos Hippocrates vocat ἀχρῶν, id est, λευκαίμας, qui sanguine carent, & quos purgatione haudquaquam opus habere scribit quarto de victus ratione in acutis, sed calefactione per exercitationem, vini calidi potu, & cibis eiusdè facultatis. Alij sunt κακοχρῶν, mali coloris, quibus corpus aliter, quam secundum naturam affectum est. Causæ sunt alimenti corruptio in partibus solidis, venarum & arteriarum astrictio, cordis intemperies, & sanguinis boni penuria, cuius proportionem color ad melius aut deterius mutatur. Iustum enim est (ait Hippocrates) vt quomodo alimentum (nempe sanguis) habuerit, ita & quod extra est, consequatur. Sanguinis autem vitium alias causas habet antecedentes, vt cordis, vel hepatis, vel splenis affectum quendam præter naturam. Vt enim cor totius corporis moderatur calorem: sic & toti impartitur colorem, splendorem, & viuendum quendam ex spiritu florem, vnde in cordis affectibus mutatur color, quoties vehementer incalescit, vt in vigore febrium, aut refrigeratur, vt in rigore. In affectibus quoque animi, & cardiacis, agitato spiritu & calore cordis frequentes fiunt coloris & caloris in corpore vicissitudines, quod (inquit Hippocrates de ossibus) laxatis venis ex corde fiant rubicundi colores ac lucidi: astrictis subuirides cum pallore, ac liuidi. Hepatis autem vitio interdum vniuersum corpus herbis albicanti pallore infectis simile videtur: interdum plumbeum, aut etiam magis fuscum referre colorem: nonnunquam etiam alias quædam ineffabiles colorum proprietates, quæ iccore suo munere non probe fungente sine tumoribus præter naturam accidere solent. Sic & propter lienis vitia eiusmodi colores fieri solent, multò tamen nigriores, quam qui ab hepate proueniunt. Sequitur quoque aliquando color cutis intemperie musculorum, non reliquarum partium: nec semper succi naturam indicat, præsertim cum humores in profundum recesserint, vt scribit Galenus. Præterea mutatur à voracitate corporis color, quoniam (authore Hippocrate) si corpus superat cibos ingestos, floret, id est, corroboratur ac bene coloratur: si verò superatur, atque succumbit, ipsi quidem cibi per alium secedunt, & alia mala faciunt: corpus verò gracile redditur. His igitur de causis ægri fiunt decolores, id est, sine sanguine, aut mali coloris in diuturna cruditate, quæ si praua sit, plumbeus color est, aut croceus, aut viridis: sin tantum infra sanguinem à crudo succo, pallidus ἀλυζόμενον autem πινόμενα dicere videtur spiritum densum & quasi congregatum, qualis à cursu in sanis: aut ab exercitio & ambulatione leui pulmonibus affectis: aut sine motu pulmone obstructo, vel thorace angustiore, vel diaphragmate oppresso, vt solet esse in his, quibus multa crudorum succorum copia acruata est in medio corpore, & quibus spiritus meatibus occupatis libera non est exspiratio.

Addit

6. Epid. sect. 5

sect. 4. 27 De locis in holine.

Addit deinde γῆς ἐπιθυμίαν terræ concupiscentiam, quod deprauatæ ac vitiosæ appetentiæ symptoma est, idque duplex. Nam alij immodicam cibi ac potus copiam requirunt canum morè. Alij qualitatam alienarum desiderio tenentur: eadem ratione, qua grauidarum mulierum κίτται fiunt aut malacia. In quo affectu sæpe vidimus & puerulos, & puellas etiam grandiores, quæ fecdis coloribus laborarent, magna cum auuiditate terram edere, malè scilicet affecto ventriculi ore: propter totius corporis cacochymiam & humorum vitium. Ventriculus enim alimentum appetit pro ratione eius, quod exhaustum est: qualitatem verò contrariam cacochymia, qua pituitum ipse, deinde vasa laborant. Quod ergo grauidis accidit suppressis mensibus à vitioso quodam recremento ventriculi tunicis impaeto secundo aut tertio mense, & à magno in humoribus à natura recessu: idè his à cruditate & corruptione in toto corpore; quæ ori ventriculi communicatur. Pro diuersis autem qualitatibus, quæ vix explicari possunt, varia appetunt ægri, sed imprimis acida, acerba, atque etiam actia: aliquando etiam terram, testas, carbones, pannos veteres, putria cõria & alia eiusmodi à natura abhorrentia. Ab his autem excrementis vel frigidis, vel mordentibus, siue ex cibi corruptione, aut praua qualitate ortum habeant, siue ex corpore eò confluerint, rigores interdum etiam concitantur, vbi per stomachum partem exacto sensu præditam agitari cœperint. Interdum etiam febris sine rigore oboritur, cum corruptus cibus ad inferiorem vterem delatus fuerit, quia locus ille minus, quàm stomachus, morsum sensu percipit. Quod igitur hæc sanguinis corruptionem significent, quodque inde vitium exolutio & infirmitas accedat propter spirituum & humorum paucitatem ac prauitatem manifestum est. Sunt enim vires in spiritu, sanguine, & partibus solidis, nihilque ferè aliud est natura, quàm partium solidarum virtus. Sanguinem autem nunc dicit torum humorem, qui in vasis continetur, & quo bilis, pituita, ac serum comprehendi solent. His etiam de causis febris, quam syncopalem, vulgò humorosam vocant, oboriri consuevit cum animi deliquio & exolutione, quam vocat ἐκλυσι, ad syncopem quasi præludium quoddam, multo & crasso humore ex multis cruditatibus in ventriculo redundante, qui caloris meatus intercipit, difficilèque curationem reddit virtute necessaria purgationi repugnante. Qua de re dicitur postea exactius.

## X V.

Ἐν τοῖς μικροῖς τὰ μικρὰ ἐπιφανόμενα αἰμορροῦδα, δλθρτα.

*In longis morbis si parua fluxiones sanguinis superueniant, lethale.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**O**Mnis eiusmodi fluxio parua, quum videlicet interuallis purus sanguis è naribus fluit, malo est, non in diuturnis tantum morbis, sed acutis, neque his solum, sed sanis. In sanis quidem vitio sanguinis: in ægris & eodem vitio, & imbecillitate retentis. Sed iam exhausto ferè sanguine lōgitudine morbi, si quod est reliquum, vitiosum est, & natura infirma est & languida, lethale id est.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N longis morbis cum aliæ omnes partes interiores, tum maximè iecur grauiusimè lædi solet, ex cuius viribus de exitu morbi iudicium repetendum est. Nam si trium facultatum absolutus ordo spectetur, summa dignitas est in corde, cuius vulnus, inflammatio, intemperies, morbos acutissimos creant, ac celerimè hominem de medio tollunt. Proxima verò in cerebro, ex quo morbi paulò minus acuti proueniunt, quorum vi sublato in totum motu arbitrario cessat respiratio, cuius idem finis est, & vitæ. Morbi verò diuturniores sequuntur læsis facultatibus hepatis. Huius tamen robur plus potest in sanandis morbis, quàm robur cerebri: quoniam firma coëctrice ad humoris morbosos victoriam magis egemus

egemus, quàm animali facultate, quæ etiam infirma sufficere potest ad salutem in his, in quibus validæ corporis motiones, & sensuum robusta officia haudquam requiruntur. Quò fit, vt Galenus in inquirendo ordine dignitatis trium principiorum, semper cordi principatum tribuat: secundum verò locum modò cerebro, modò hepati: Hippocrates verò ex affectibus hepatis, quos proximè cõsequitur imbecillitas, morborum diuturnorum exitum exploret. Ergo in his si vis sanguifica imbecilla est, cruditates fiunt, de quibus dictum est superiore Aphorismo, vt iis, qui à morbo graui conualescunt, pedes intumescant: aliis verò grauius laborantibus ceteræ etiã partes, vt & hydropticis, scirrhotis, ictericis, aliisque hepaticis. Si verò retinendi vis languet, primùm liquida & saniosa reddit alius: tandem etiam, quum hæc imbecillitas increuit, & facultas hepatica resoluitur, sanguis sponte profluit è venis, idque vel per nares, vel per vterum, vel per aluum, vel per sputa. Etenim venæ iecori malè affecto, vt pote suæ origini, condolescunt & consentiunt, vt & nerui cerebro. Hac itaque ratione parua sanguinis fluxiones, quæ vi morbi longi adaucti (id enim significat vox ἐπιφανόμενα) superueniunt, lethales esse solent, id est, admodum prauæ, & sæpe non semper, morte terminandæ. Splene enim obstructionem aut durtiem patiente sanguis sæpè è naribus fluit sine periculo mortis, quando sanguine crassiore intus cohibito tenuior ad superiora fertur. Aliam tamen huius loci interpretationem afferre licet ex lib. 3. Prorrhæticis, vbi similis ferè sententiã legitur, in qua per vocem τὰ μικρὰ parotidas intelligit hoc modo, τὰ παρ' ἑς ἐπάρματα ἢ μακροῖσι μικρὰ. αἰμορροῦδα καὶ σκοτώδεια ἐπιφανόμενα, δλθρτα. Tumores iuxta aurem in morbis longis parui sunt. Sanguinolenti & vertigines insuper apparentes, perniciosæ. Qui locus facit, vt hîc quoque de parotidibus agi videatur. Etenim in febribus oboriuntur, neque valde diuturnis, neque omnino acutis, sed mediis tum inter longas & acutas, tum inter lethales & mitiores. Nam morbus costu facilis per coëtionem sensum, aut per excretionem confertim soluitur. Exitiosus aut abcessus non facit, aut prauum. Diuturnior parotidas concitat paruas, id est, vt Galenus interpretatur, mites, quasi viribus, non mole exiguas. Quæ enim quantitate siue mole parua sunt, nihil conferunt: magnas virtus non sustinet. Parua autem viribus, hoc est, essentia ac symptomatis dicuntur, quæ nec germen habent, nec cum dolore, aut inflammatione coniunctæ sunt, nec metum incutiunt refluxus materiæ in caput, aut diffusionis eiusdem in thoracem: sed aut discutuntur, aut facile ad suppurationem perducuntur. His opponit αἰμορροῦδα, sanguineas, nimirum phlegmones ac doloris participes à sanguine acti & bilioso, aut imperfectæ hæmorrhagiæ superuenientes. Sunt enim eiusmodi parotides magna ex parte lethales in morbis longis, in quibus, vt vult Hippocrates, tempora longa sunt, labores multi, & colliquatio mala, vt hoc genus abcessus vires ferre non possint. Præterea cum cerebro communicare solent, & germen habere, vt etiã si suppurent, nihilominus interficiant, superstite in capite, aut toto corpore cruditate.

## X V I.

Τὰ σκοτώδεια ἐξ ἀρχῆς αἰμορροῦδα ἴσως λθτ.

*Vertigines, quæ ab initio fiunt, sanguis è naribus fluens soluit.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**erturbatio commoti spiritus & sanguinis vertiginem facit. Spiritus enim variè commotus & venis inclusus aut capite, exitu dato per nares vnà cum sanguine erumpit. Quomodo flatibus exclusis è ventre cessat murmur, quod inerat intestinis, & aurium strepitus simili ratione.

DESID.

4. de uict. rat.  
in ac.

Cum caput circumagi, & in orbem conuerti videtur, *ἄστρον*, ait Galenus, id est, vertigo appellatur. Cum verò præter vertiginem tenebræ quoque accedunt, adeò, ut æger & omnia circumagi putet, & visu quasi obiectis tenebris, destituatur, composito nomine *σκόροδινον* vocatur, hoc est, tenebricosa vertigo. Quod enim aliis non nisi à graui causa, ut multiplici rotatione contingit, ut nisi aliquo fulciatur, in terram concidant, id promptissimè, & à parua occasione in hoc affectu euenire solet, ut ab insolatione, vel aliter calefacto capite, aut leui in gyrum motu, aut aquarum, vel rotæ, & similibus aspectu, propter inordinatam spiritus flatuosi motionem, qui vel in capite localem habet generationem, vel sursum ex infernis fertur partibus. Vbi verò vapor oculorū aciem perstringit propter crassitiam, tenebras & caliginem menti inducit: vnde geminatur symptoma, quia & vertigo inuadit corrupta imaginatione, quasi moueantur quiescentia, quæ oculis etiam clausis vrget: & scotoma, in quo adduntur tenebræ cum obscuritate, prout mali causa magis in capite residet, vel in oculos inclinatur. Symptoma ergo multiplex est, ad videndi, imaginandi, & mouendi potestatem pertinens. Locus affectus cerebrum ipsum, in cuius ventriculis & meatibus spirituum circumlatio & humorum inordinatus motus obstructionis causa est, & deprauatæ illius tum imaginandi, tum videndi actionis, siue primigenio affectu cerebrum ipsum labore, siue secundo. Agnoscimus autem vaporosum illum calidumque spiritum localem habere in cerebro generationem, nimirum ab intemperie inæquali cerebri, quando aurium soni, & capitis grauitas, dolorque coniunguntur, utemque olfactus, vel alterius alicuius sensus inde prodeuntis oblatio comitatur. Ab inferioribus verò partibus, ut ventriculo, si cordis morsum & nauisam: ab vtero, si strangulatum vteri antè percipiunt, à venoso genere, maximè verò arteriarum vitio, quæ calidum & spirituosum sanguinem gignunt, si nulla in singulis partibus, ut ventriculo, vtero, capite apparente insigni & continua affectione, venæ inflatæ conspiciantur, aut arteriæ vehementer pulsant, quarum motu leuiter cohibito, alleuatio aliqua consequatur. Cum enim ab omni humore vertigo fieri possit, frequentius tamen inde originem habet, eoque fit, ut ab arteriarum sectione multi curati sint, quibus videlicet totæ arteriæ pone aures ad tantam altitudinem sectæ sunt, ut medius inter duas partes locus cicatrice induceretur. Hoc tamen præsidij genus non semper responderet, quia altæ arteriæ iis maiores ad cerebrum ex ipsius basi per retiformem plexum ascendunt, per quas effertur vaporosus calidusque spiritus, qui cerebrum implet. Adde quòd arteriis pone aures sectis Hippocrates timet sterilitatem, neque negat Galen. bona feminis parte à cerebro per eas delabente, quamuis in curando difficili morbo sterilitatis exiguam habet rationem. Tutius secantur raso capite calidiores & magis pulsantes, quòd per eas defluxionem decumbere consentaneum sit. Eisdem de causis scribit hoc loco vertiginem tenebricosam sanguinis è naribus fluxione solui, quoniam sanguis ea vacuatione refrigeratur, conscendens halitus discutitur, & inflammatio cerebri restinguitur. Dixit autem in principio, ut significaret vertigines, quæ à principio apparent in febribus, easque excluderet, quæ circa statum vomitionem criticam portendunt, aut in sanis, id est, sine febre, apoplexiam, vel epilepsiam præsignificant. Nam quæ per morbi principia crudis adhuc vrinis oboriuntur, crissim cum periculo ac tumultuosis symptomatis denunciant, morbumque ipsum ostendunt, neque omnino lethalem, neque salutarem, tamen si febris moderata videatur. Spiritus enim flatuosus & calidus propter humorum prauitatem ad caput fertur. Natura verò haudquaquam quiescit, sed humores tum effundere, tum dissoluere conatur. At tenuare tamè ipsos, & per insensibiles meatus excernere frustra aggressa, nec vincit, nec planè vincitur. At vbi languescere coeperit, crises sicut aliæ ad mortem, aliæ ad salutem. Si ergo in his liberaliter sanguis effundatur è naribus, aut quouis modo humor excernatur, vel ad eam, quæ minus præcipua est, partem reiciatur, liberatur eger periculo, coctionis signis antegressis.

tegressis. Hæmorrhagia verò tum maximè incidet, cum vertigo illa ab inflammatione cerebri originem duxerit, cuius signa posuimus.

## XVII.

Τὰ ἐκ τῶν ἐκ τῶν συμφορῶν ἰδρῶς πρὸς τὸν ἄστρον, καὶ κροῦθρα.

Ex naribus erumpente sanguine cum sudore paucos perfrigerationes malignas.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Adit author Prorrheticus *κροῦθρα*, quamquam satis fuisse videri possit *κροῦθρα* scripsisse. *ἐκ τῶν* autem breuitatis sermonis causa dixit, vbi subaudias *αἰμορραγικὰ*, aut aliquid tale. Eadem ratione & *σὺν* particulam omittit. Res autem eiusmodi est, Ab hæmorrhagia, siquidem naturæ motu, non vi morbi, virtutem robustiorem, calorem moderatiorem, omnia denique in melius versa esse oportet. At contra si vi morbi excitata fuit. Sic enim virium proiectio, quam sudor paucus indicat, multò magis si frigidus, si vniuersum corpus perfrigeratur: minus si tantum extremæ partes. *κροῦθρα* igitur atque adeò mortiferum.

DESID. IACOTII COMMENT.

Galenus locum hunc ita interpretatur in Prorrhetico, ut si ex naribus sanguis profluat, postquam sudores vel fuerint, vel superuenerint, ex perfrigeratione malus significetur morbus. At cum duplex sit perfrigeratio, aut partium extimarum tantum, aut totius corporis, grauior multò ac difficilius ea sit, quæ totum corpus inuadit. Alij legunt *ἐκ τῶν*, ex rigoribus, non dissimili sententia. Vtrunque enim sub generali illo axiomate continetur, Iudicatoria, quæ non iudicant, alia quidem lethalia sunt, alia difficilis iudicij: siquidem illud verum est, tum in causis criticis, qualis est hæmorrhagia, tum in signis, qualis est rigor. Siue ergo hæmorrhagiæ, siue rigori sudor exiguus cum perfrigeratione superuenerit, frustra tentatam crissim ostendit. Vocat autem exiguum sudorem, vel qui circa caput tantum ac thoracem manat, affectis partibus illis per materiæ translationem, aut facultatis animalis resolutionem, vel quo totum corpus leuiter madet. Is enim paucus quidem ac inutilis est, minus tamen, quam superior, lethalis. Simul iunctis omnibus naturam resolui, aut multitudini humorum succumbere constat. Idem iudicium de perfrigeratione symptomatice à dissipatione caloris natui, aut humorum ad interiora refluxu, & oppressionem.

Præterea notandum in febre continua tria hæc, perfrigerationem, rigorem, & sudorem exiguum, periodicè interdum sibi succedere, ut in quibusdam hæmitricis, minore periculo, quamquam graui, nec contemnendo. Addendum quoque & illud, cum symptomaticus sudor & inutilis rigorem, vel hæmorrhagiam exceperit, siue grauiorum symptomatum accessione, morbi malignitatem, non mortem præmonstrari: cum accessione verò perfrigerationis, quæ grauissimum symptoma est, morbum esse lethalem. Sic in Pario stiliidum sanguinis notatur octauo die: sudor vndecimo, sed non à toto corpore: à sudore perfrigeratio, ex qua mox recaluit. Hinc sudor per totum corpus cum remissione febris, sed cui superuenit affectus comatosus. Deinceps modò cum febre, modò sine febre, manente tamen atque etiam crescente ciborum fastidio, cum somnis prauis, vrinis returbatis, & perpetuo

K K K

3. Prorrh. 34.

3. Epidem.

malis. Centesimo vigesimo die obiit. Quod si à copiosa sanguinis effusione cum sudore exiguo corpus perfrigeretur, caloris quidem natiui dissipatio maxima significatur; vidimus tamen multos inde conuenientibus remedijs restitutos.

XVIII.

Αἵματος ἀφαίρεσις ἐν κατὰ ψύξιν νεωθρομένη, κακόν.

Sanguinis ablatio in perfrigeratione torpida, mala.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Αφαίρεσις αἵματος videtur intelligere non eam vacationem quæ fit scilicet in venâ, sed apertis naribus. νεωθρομένη vtrum ad ἀφαίρεσιν, an ad κατὰ ψύξιν referri debeat, ambiguum. Quod si ad ἀφαίρεσιν, vel pigram fluxionem sanguinis, vel à qua æger obtorpescat, intelligere conuenit. Si ad κατὰ ψύξιν potius ea audienda est, quæ torpidum sensum motumque reddat. Cæterum vacationes criticas eiusmodi melius fieri declinante morbo, iam calentibus pedibus, vt Hippocrates notat, atque adeo corpore vniuerso iam laxato & calente.

DESID. IACOTII COMMENT.

Non sine causa addidisse videtur ἢ κατὰ ψύξιν νεωθρομένη, in perfrigeratione cum torpore coniuncta. In ea enim, quæ ab inflammatione interiore instar cucurbitulæ sanguinem ad se trahente oritur, sanguinis detractio haudquaquam mala est, præsertim initio fluxionis. At cum eò iam ventum est, vt vel sanguis in phlegmone acruatus nec reuelli amplius possit, nec vacuari (quo tempore qui detrahitur, purior esse solet, impuro intus manente) vel frigus adeò augetur, vt inde accedat torpor, siue naturæ sponte, siue medici artificio sanguis effundatur, mali semper aliquid adfert, præsertim cum ex his significetur summa naturæ imbecillitas, quam auget sanguinis vacuatio. In torpore verò à frigore calori febrili succedente, aut facultatis animalis resolutione, non modò malum id est, sed etiam lethale, quia quod reliquum est caloris ac spiritus extinguitur, vt mors necessariò consequatur. Quod si torporis causa sit humor frigidus, tantùm augetur cruditas, tantùmque virtus imminuitur, quantum de sanguine detrahitur. Ex quibus perspicuum est in febre cum torpore nunquam secandam esse venam, nisi in principio illius, in qua primo vel secundo die præ copia sanguinis cerebri facultas grauat, vnde coma interdum existit cum vigilijs coniunctum propter bilem permistam. Sed hoc à torpore distinguendum esse Galenus docet in Prorrhethico.

1. Prorrh.

XIX.

Οἷον κοιλίης ἐπιπέσει αἰμορρέει, ἢ ἐπιπέσει αἷμα τῶν αἰμορρέων, τῶν τοῖς κοιλίῳ λειπτερώδεα ποιεῖσι, καὶ ἐπισκληρον, καὶ ἀσκαρίδας, ἢ ἀμφοτέρω.

Quibus

Quibus aluus supprimitur, sanguis è naribus erumpit, & quo tempore sanguinem effundunt, incidunt in rigorem, his ventrem lænore intestinorum affici, & durum, & lumbricis scatentem, vel vtrumque.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Legendum puto ἀσκαρίδες. Est autem confusus sermo. Aluum supprimiti inter signa communia, non propria hæmorrhagiæ, quanquam ferè supprimiti solet imminente non solum αἰμορραγία, sed & alijs excretionibus criticis. Quod autem rigor vnà cum sanguinis profluuiio incidit, maligni morbi signum est. Est enim, vt cæteris in rebus, ita in crisi morborum ordo. Rigor enim præcedit, sequitur excretio, à qua egrum leuius habere, aut omnino liberari oportet, siquidem excretio salutaris est. Perturbata verò omnia, vt quum sequitur, quod antecedit, malum inualecere significat. τῶν τοῖς κοιλίῳ. Id sæpè accidit in morbis, vt cruda & malè confecta alimenta, qualia ferè sumpta, excernantur. Accedit aliquando odor grauis, index corruptelæ ac putrilaginis. Oportet ergo sic inualuisse morbum, sic affectum calorem insitum, vt hic nihil cõcoquat, ille etiã corrumpat. ἐπισκληρον, non tam ab inflammatione, quàm statui copia, quæ infirmitate caloris insiti tympanitem internunciet. ἀσκαρίδες iam corruptelæ signum est. De ascaridibus prius dictum satis.

DESID. IACOTII COMMENT.

Aluus in febribus supprimiti solet interdum meatu à duriore stercore intercepto, sæpius hepate calidiore, & phlegmone obfesso, vel circa statum materiæ ad superiora translatione. Hic vtrumque esse potest, & cum vtroque hæmorrhagia sæpe coniungitur, cum qua rigore simul incidente, aut superueniente, perfrigerationis, ac dissipationis caloris natiui causa geminatur. Quod itaque eiusmodi perfrigeratio lyentericam in aluo affectionem excitatura sit, maximè vbi ager refici cœperit, ratione non caret. Nam quibus in febribus (ait Hippocrates in Aphorismis) sanguinis quacunque ex parte copia erupit, cum reficiuntur, alui his humectantur. Sed quod aluus cum intestinorum lænore induruerit, controuersiam habet manifestam. Ob idque veteres Hippocratis interpretes in Prorrhethico diuersa censuerunt. Alij durtiem in ipso ventris corpore intellexerunt cum liquidis excrementis coniunctam. Alij nihil impedimento esse dixerunt, vt quibus multus effunditur sanguis, hi interdum in durtiem alui postea incurrant: interdum verò in intestinorum læuitatem, cum ascaridibus coniunctam. Nonnulli quoque lyenteriam duram interpretati sunt, id est, in qua quæ excernuntur, non solum secundum qualitatem immutata manent, sed etiam secundum substantiam, quia dura, qualia ingesta sunt, apparent citra vllam madefactionem. Dioscorides sententiam in duas diuisit, quarum prior sit huiusmodi, Quibus venter sistitur, sanguinem hi profundunt, & superrigent. An ad sanguinis profusionem tale consequatur? Posterior verò, venter intestinorum læuitate correptus, vel durus, vel ascarides, vel vtrumque: per vocem hanc ἐπισκληρον ventrem induratum significans. Verùm & indurescere ventrem posse, & lyenterico affectu simul laborare perspicuum est ei, qui lyentericæ causas diligenter perspexerit. Non enim semper læuitas est internæ superficiæ intestinorum, quæ cum rugosa esse debeat, à pituita hærente lubrica reddatur, sed velox potius à ventriculo & intestinis alimenti incocti, nec liquati exitus. Qua ratione differt & à diarrhœa, in qua syncerior humor deicitur, vt biliosus, aut pituitosus: & à celiaca per anadoseos interceptio.

3. Prorrh. 45



nem facta, in qua semichylosa est deiectionio. Neque verò huius festini exitus cruditas, sed festinus exitus cruditatis causa est, siquidem coqui alimentum non potest, quia conuenienti tempore non retinetur. Deficientis autem reentricis causa, quæ lyenteriam faciunt, tres sunt in vniuersum. Pituita vel è cerebro defluens, vel in ventriculo cõgesta. Ea enim vetriculi tunicis obhærescens cõciliata frigida intẽperie lædit retentionẽ, quæ siccitatis, & cuiusdã caloris tẽperamento, quocum villi cõtrahuntur, perficitur: fortè verò etiam lubrica, fluxãque substantiæ conditione delabi facit alimentũ. In fluxione pituitæ ructus acidus lyenteriam antecedit, eamque præsignificat: ipsa iam cõgesta, idem ructus breuẽ quandam cibi moram iam in ventriculo fieri, & coctionis rudimentũ quoddam esse ostendit per aphorismũ. In diuturna læuitate intestinorũ, si ructus acidus superueniat, qui prius non extiterit, bonũ est signum. Altera causa est ventriculi, vel intestinorum exulceratio ab humorũ acrimonia & morfu. Fugiens enim natura dolorem ab alimentorum permeantium cõtactu, ipsa deorsum celeriter excutit, nec morari patitur, non aliter quàm vesica vlcera stranguariam facit, quia festinat excernere, nec expectat, donec vrina coaceruetur. Distinguitur à priore ex dolore, quem æger circa vmbilicum percipit à morfu labentis alimenti, vnde periculum dyenteria impendit. Præterea curatur his, quæ detergent, exsiccant, & astringunt, vt humorum acrium serum absumatur. Illa verò, quam fluxio pituitæ concitat, purgantibus opus habet; quam verò superficiẽ ventriculi læuitas inuexit, incidentibus, abstergentibus, & astringentibus. Tertia causa est frigida ventriculi atque intestinorum intemperies, quæ peculiari reentricis temperamento opponitur. Cũ enim omnis excedens intemperies operationem exoluat, frequentissimè refrigeratã vehementer hæ partes, indẽque imbecillæ redditæ cibis assumptis grauantur, ipsõsq; proinde abs se quàm celerrimè excutunt. Cuius lyenteria curatio calefacientibus & ventriculum roborantibus perficitur, tum exterius admoris, tum interius sumptis. Eam autem intemperiem a libi duplicem esse docuimus, vnam, quæ adhuc fit: alteram factam iam, & hecticam. Præterea in hectica ventrẽ intumescere, atque indurari à flatuoso spiritu per calor natiui inchoatam extinctionem genito. Ex his patet sententia Aphorif. Nam qui sæpius sanguinẽ effundunt, atque insuper rigent, in lyenteriam ab alui intemperie frigida incurrere solent, qua diutius perseverante hecticus fit affectus, & in hydropem siccum definit cum duritie ventris à flatuosa distensione. Fortasse quoque & ex corruptione ciborum ac pituitæ ascarides generantur, aut ambo simul eueniunt. Neutrum tamen necessarium est, & vtrique facilè conuenientibus auxiliis occurrì potest.

## X X.

Τὰ τεταγμένοις χρόνοις αιμορροῖδες, διαώδεια, μὴ αιμορροαγῆσαντες, ἐπιληπτικῶς γίνονται.

*Qui statis intervallis sanguinem fundunt, siticulosi, siquidem non effuderint sanguinem, epileptici moriuntur.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN Prorrh. *Δυσκολα ἐκλύοντα* additur post *διαώδεια*. aliis vomitione, aliis deiectione statis intervallis vacuatur sanguis. Rarissimũ est, vt apertis quibusdã venis è thorace & ventre exiliat sanguis plurimus per hæmorrhoidas & nares: mulieribus quoque per veterum naturali lege sanguis profluit. Atque in illis con-

suet

uetudo naturæ vim habet. Itaque si præter consuetudinem sanguis retinetur, nascitur morbus. Neque tamen necesse est, vt epileptici moriantur. Ac iam sæpius dictum est sanguinem suppressum, qui prius fluere solebat, corrumpi, malignam qualitatem contrahere, aut in melancholiam verti. Itaque si in capite vitium est, epilepsies, melancholias, catalepsim, aliãque id genus. Sæpe etiam tabẽ, hydropem, quartanas, scyrrhos, elephantiam, varices, cancos, maligna vlcera procreat. *ἐπιληπτικῶς θνήσκει*. In Prorrhético *ἐπιληπτικὰ τελευτᾷ*. Quod vni, aut paucis contigit, quasi vniuersale scribit, aut quia regionum forte, aut illi morbi magis sunt familiares homini. Itaque ex obseruatione loci, in quo medicinam fecit, hoc, vt alia multa, conscribere oportuit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

OMNIS consueta sanguinis euacuatio, vt per menses, nares, hæmorrhoidas, dyenteriam cruentam in mutilatis, aut plethoricis, quæ præter rationẽ suppressitur, id est, nec misso sanguine, nec aliter imminuta aut vacuata copia, necessario morbum aliquem plethoricum accersit, quoniam sanguis plurimus nõquam non naturam molestat & irritat. Qui enim sui copia & necessitate ad membrorum nutritionem extrorsum pelli non potest, intra vasa prohibita distillatione putrescens, febrem continuam, quam medici synochum vocant, vna accessione citra periodos, vel morte, vel salute terminandam committit. Reliqua portio excrementitia innato naturæ instinctu extra venas pelli assueta recurrit intro, atque vel in partes propinquiores, vel in imbecilliores irruens tumores, obstructions, vlcera, conuulsiones, & similes affectus concitat: sæpe etiam distenta sanguine vasa dirumpuntur, quæ antea statis temporibus dehiscere solebant, aut vniuersalis obstructio insitum calorem extinguit, vnde syncope, aut apoplexiæ per venarum interceptionem prohibito spiritus aditu ad cerebrum, nec inueniente locum natura, in quem copia affluxum deponat. Sic suppressis hæmorrhoidibus, vt in his, qui bilis atræ excrementa alunt, melancholia morbus, phthisis, varices, cancri, elephantiasis, & similia oboriri solent, eaque pars imprimis afficit, quæ cæteris imbecillior fuerit. Quibus ergo neruosum genus, aut cerebrum infirmum est, vt epileptico modo intereant, verisimile est, quoniam in conuulsionem incidunt frequenti motu interruptam agente natura, & ad eius, quod nocet, expulsionem incitata, quæ conuulsionis species epilepsiæ similis est. Per interceptionem quoque spirituum, quam Hippocrates vocat *ἀπόληψιν*, à sanguinis copia facies rubet: oculi immoti manent, veluti torpore quodam functionum neruorum principium occupante: manuum porrectiones & stridores dentium oriuntur vitiosa motione neruorum: pulsus, maxillarum contractio conuulsionis symptoma, *ἀσφύξια*, extremorum perfrictio calore natiuo ab humorum multitudine oppresso superueniunt. Fluxionibus autem, quas dolor concitat, partes principes tentantur, in quibus corrumpitur quidem imprimis sanguis, deinde vasa opplentur, vt omnes spirituum meatus intercipi necesse sit, vnde infrigidationes fiunt, aphonix, capitis grauitates & conuulsiones: quibus succedunt paraplexiæ, & epilepsiæ, cùm in locos oppletas venas continentes deciderint fluxiones, vt Hippocrates docet quarto, de Vicitus ratione in acutis, vbi scribit, cùm quis repente mutus redditur, venarum interceptione corpus laborare: & alibi, aphoniam febris expertem solui venæ sectione. Verum non rectè addidit hoc loco sitim, vt nec in Prorrhético, sitim, & exolutionem. Nam sitis nullo modo suppressionis sanguinis propria est, authore Galeno, vt nec earum februm, quas *σφοχῆς* vocant, sed ardentium potius, & biliosarum, quæ tamẽ non semper respondent siti, vt cùm in inflammatione iuxta ventriculi os, arescit magis os vetriculi, quàm cor exuratur. Sicuti in nõnullis febribus, vbi venter abudat humiditate, aut facultas sentiẽs extinguitur, minor est sitis quàm pro febris ratione. *ἐκλύσις* quoque, id est, exolutio ad immoderatas excretiones sanguinis sequitur,

3. Prorrh. 38

non ad retentiones. Quo sensu rectè dictum est secundo Epidemiân, sanguine multo fluente *ὄχι γλαυῶσι, καὶ ἐκλύεσθαι*, lassescere, & exolui. Exolutionem enim caloris & spirituum dissipatio inducit, ut in venere, hæmorrhagia, cordis intemperie vehementi, tuberculi ruptione, & similibus.

## XXI.

*Ἐξ αἱμορροΐδος ὅσον ἐπιφανείης, σποτώδεα ἐλθόντα, παραπληγικὸν μικρὸν καὶ ἐπ' ὀλίγον σημαίνει, λέγει φλεβοτομία. καὶ πᾶν τὸ οὕτως ἐπιφανόμενον, κακὸν τι σημαίνει.*

*Ex hæmorrhoidæ parùm apparente vertigines provenientes paruum, & quæ paulatim fiat, syderationem significant. Id autem phlebotomia soluit. Ac quicquid huiusmodi apparuerit, aliquid mali significat.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**articulare exemplum est proximè sententiæ in hæmorrhoidibus. Sunt autè hæmorrhoides propriè venæ, quæ ad finem recti intestini pertinent. Nam etiam si ex intestinis interioribus aliquando largius sanguis profundatur, neque tamen hæmorrhoides appellantur. Est autem sanguis ferè crassior, quanquam aliquando purior & tenuior effluit. Quomodo igitur profluentes hæmorrhoides melancholiam, epilepsiam, pleuritidem, vlcera maligna, & quæ *φαγέδενα*, furuncululos, lepram, pforam, vitiligines, vertigines & sanant, & ne fiant, prohibent: ita si consuetæ supprimentur, eadem mala possunt inuehere. Hic autem solas vertigines annotat, alia quoque vitia inaudiens, ut epilepsiam, cuius prænuncia vertigo. Quomodo in Aphorismis insaniam & melancholiam & renum passiones hæmorrhoidibus fluentibus sanari dixit, ea solùm enumerans, quum tamen & alias affectiones curent. Ad quod *παραπληγικὸν μικρὸν καὶ ἐπ' ὀλίγον σημαίνει* scribit, id quidem fieri posse negandum non est. At id vel necessariò, vel ut plurimum fieri pernegandum. Nisi enim neruorum initia vitium occupet, paraplegiam non inferet. Rectè verò dictum phlebotomia solui, quam vel è brachio, vel malleolo, vel utroque fieri licere arbitramur, ut vacuetur redundans vitium, & vaporum via atque exitus pateat. Atque amplo foramine venam aperiri melius est, quia sanguis crassior euadat, & vapores excant. *καὶ πᾶν τὸ &c.* Hoc vult omnia accidentia, quæ malè purgatas hæmorrhagias sequantur, esse mala, Qualia autem illa sint, prius dictum est.

## DESIDERII IACOTII COMMENT.

**E**X suppressa sanguinis solita vacuatione plethoricos affectus aut in toto aut in parte oriri, demonstratum est in vniuersum superiore Aphorismo. Exemplum modò ponit in hæmorrhoidibus, quæ in rectum intestinum desinunt. Siquidem venis intra intestina apertis dysentericæ cruentæ fiunt, non hæmorrhoides. Harum quædam sponte naturæ cacochymiam melancholicam expurgantis fluunt, quas Hippocrates perpetuò laudat: alia aliqua occasione supprimentur, quas medici artificio referare oportere scribit. Nonnullæ malignitatem morbi alicuius sequuntur, quibus debetur curatio, vna tamen perpetuò relicta, aut ægris alia ratione expurgatis. Cùm ergo prauitas humorum vel copia per hæmorrhoidas excernitur, cachexia quidem aliqua totius corporis interdum consequitur, ex qua ægri fiunt decolores: verùm neque pleuritide, neque peripneumonia, neque phagædena, neque furunculis, neque terminthis, forsân neque lepra, & forsân neque aliis corripuntur, ut Hippocrates scripsit, quoniam per hæmorrhoidas horum omnium morborum materia expurgatur. Nec verò solùm

6. Epid. sect. 3

lùm in his morbis vacuationis ratione profunt, sed etiam materiæ vacuandæ qualitate, ut & in melancholia, ac phrenitide. Melancholiam enim (ait Galenus) non solùm incipientem hæmorrhoidis sæpius prohibuisse visa est: sed etiam iam factam curasse, & lienem induratum. Imò & varices talia curant, podagræque & arthritidas. Ex quo fit, ut rarò sine grauioris incommodi metu hæmorrhoides supprimentur. Curati importunè (inquit ibidem Hippocrates) multi subitò his morbis correpti sunt & grauiusimè, quibus videlicet neque sanguinis detractione per interualla prouifum est; neque medicamentis purgantibus, vel exercitationibus, aut cùm ne vna quidem ex ipsis relicta est, sed omnes simul sublata. Idemque iudicium de aliis omnibus abscessibus, qui aliorum remedia sunt, ut de fistulis quibusdam. Duo tamen sunt affectuum genera, quibus neque hæmorrhoides, neque purgationes artificiosæ medicorū possunt mederi, quod Hippocrates in citato loco voce (forsân) significasse videtur. Vnū est, in quo habitus intemperie partis impressus sanguinem vitiat, & accedens alimentum corrumpit, vnde perennis corruptæ materiæ generatio sequitur, ut in Elephantiasi. Etenim cùm fieri incipit, hæmorrhoides profunt, quia à superficie & centro corporis melancholicum & atrabilarium humorem in venas recti intestini deriuat. Cùm verò facta est, & penitus infixæ, hæmorrhoidum fluxio morbi malignitatem sequitur potius, quàm naturæ expellentis robur. Alterū est visceris alicuius corruptela, aut prauis humoris sæx, & infixus, ceu in spongia vapor aduenientem sanguinem corrumpens, haud secus atque modicum fermentum alimoniam inficit. In quo, ut hæmorrhoides aliquid vitiosæ materiæ educant, affectū tamen sanare haudquaquam possunt, manente totius mali fomite. In priore alterantia magis profunt. In posteriore euaporantia, sudorifica, deobstruentia, quæ materiam parti affixam hærentemque discutiant. In aliis si non nihil hæmorrhoides appareant, nec tamen pro ratione fluant, aut intempestiuè curata redeant, superueniens vertigo tenebrososa statuosum sanguinem in caput referri ostendit, qui si in partes neruosas decumbat, leuem paraplegiam, id est, alterius brachij, aut cruris resolutionem adferet. Dictum enim est antea paraplegiæ nomine eam significari: *ἐπ' ὀλίγον* verò idem esse, quod paulisper, quasi diceret paraplegiam modicè factam, mox desinentem: quod est symptoma humoris adhuc fluctis, necdum firmati in partibus neruosis. Proinde subiicit eiusmodi affectus sectione venæ solui, tum quia habitus intemperie nondum vllus est, nec materia fixa, aut vitio partis fluens, tum quia suppressus sanguis exitum non habet, & grauioris periculi metu venæ sectionem exigit. Verùm vile quoque fuerit hæmorrhoidas aperire, & medicamento, vitis que ratione, atque etiam exercitationibus corpus expurgare, præsertim cùm non omnes hæmorrhoides ab eadem causa proueniant. Per eas enim interdum natura cacochymiam melancholicam expurgat: interdum verò & copiam excernit, ut in his, qui sanguinem è naribus statis interuallis profundere solent. Nonnunquam etiam reclusa vena ab acrimonia sanguinis citra facultatis excernentis opus profluunt. Ex quo etiam fit, ut qui vacuatur sanguis, non semper nigrescat. Contingit etiam aliquando, ut eo humore, qui prauus est, excluso, sanguis utilis & naturæ familiaris sequatur, vbi vena tempestiuè non clauditur, sed diutius aperta manet. In quibus omnibus ita curatio instituenda est, ut plethoræ, venæ sectio: cacochymia: purgatio: fluxioni, reuulsio: vacuationi exuperanti, astrictio: partibus, quæ gignunt, transmittunt, & suscipiunt, corroboratio præscribatur. Illud quoque annotandum, neque vertiginem sanguinis suppressioni: neque vertigini paraplegiam semper superuenire. Multò plures enim videre liceat suppressis hæmorrhoidibus melancholicos, quàm vertiginosos, præsertim quibus nigra excernuntur: alios in conuulsionem, plures in totius corporis cacochymiam, vel hydropem, vel tabem incurrere, quoniam à copia melancholici sanguinis verisimilius est repleri totum, quàm partem: & iecur ac pulmonem, quàm brachium aut crus. Nam cùm iecur sanguinem feculentum in venas illas reiciat propter exuperantiam, & prauitatem: hac via præclusa, illum in suam originem primùm referri probabilius est, vnde iecur in-

6. Epid. sect. 6

duratur copia & crassitie, calorque ipsius nativus debilitatur, haud fecus atque si modico igni multa simul ligna superiniiciantur, qua affectionem sequitur hydrops. Quod si quando hepar aliud plenitudinem regerere possit, saepe quidem in caput propellit, unde vertigo, melancholia, convulsio, paraplegia: non raro etiam in pulmonis venas ubi rupto vase aliquo alteram tabis speciem facit. Ob eamque causam ad finem huius Aphorismi recte additum est, quicquid eiusmodi apparuerit, aliquid mali significare.

6. Epid. sect. 6

XXII.

Οἱ παλμώδεις δι' ὅλην ἄρα καὶ ἄφρωνι τελευτῶσι.

Palpitantes toto corpore num muti moriantur?

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Sive δὲ ἅλις σώματι, sive μορίῳ, sive νοσήματι intelligat, haec sententia ἐμπυρική est. Sed est melius, ut de toto corpore dicatur. παλμῶδες igitur fit aliquando commotis arteriis, ut id expellant, quod vel gravius incumbit, vel ledit, ut in magnis inflammationibus, sed tum maxime, quum in suppurationem res conuertitur. Fit & inclusio crassiore flatu, cui non satis patet Exitus. Ac crassioris flatus generatio ab imbecillo calore est refrigeratis partibus. Poteest igitur fieri, ut refrigeratis quoque vocalibus instrumentis vox intercipiatur, & inualecente frigiditate aeger moriatur, extincto insito calore.

DESID. IACOTII COMMENT.

Dictum est antea copiose tum de pulsatione hypochondriorum, tum de palpitatione: quodque illa à multo calore, & vehementi inflammatione viscerum interiorum, haec à flatuoso spiritu propter frigidam intemperiem congesto oriatur. Siquis itaque toto corpore palpitet, huic ἀφρονία duobus modis superuenire potest. Vno quidem propter vocalis materiae defectum, & facultatis animalis infirmitatem, ut imminente morte. Altero propter vocalium instrumentorum immoderatam perfrigerationem, ut musculorum laryngem mouentium & nervi recurrentis. Quibus enim totius corporis palpitatione accidit, has quoque partes simul affici verisimile est, tametsi particulari alicui instrumento palpitanti non consentiant. Cum ergo frigus immobilitatem faciat, musculis laryngis immotis vox intercipitur. Verum palpitationis causam ingentem esse oportet, quae consortij lege musculos illos afficiat. Proinde interrogandi notam addidit, quae ambiguitatem euentus ostenderet.

XXIII.

Τὰ ζομώδεια σπασμώδεια γενόμενα ἐφιδρῶσι, φιλυπόσροφα. τῆτοις κριτικῶς ἐπιρριγώσασιν. ἐπιρριγῶσι δ' οὗτοι ἐπὶ κοιλίην κάυμωσι προκαληθέντες. ὕπνος πολὺς ἐν τῆτοις σπασμώδεις, καὶ τὰς μέτωπον βάρεια, καὶ ἔρησις δυσκολαίνεσσι.

Qui in tremoribus conuelluntur, exudant, & hac saepius reuertuntur, iudicatio iis accidit, ubi superriguerint. Superrigent autem, cum prouocati ardore in ventre somnus longus in iis conuulsionem facit, & in frontem grauitas, & in diebus difficilis.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Conuulsio est empyrica, quam distinxit author in Prorrhetico. Prior pars enim seorsum scripta ad eum locum, qui incipit, ὕπνος. Haec autem pars atque altera sententia interposita sententia connectitur, cuius initium φάραγγος τραχυ

τραχυθεΐσα ἐπὶ δλίγον. Alij rursus in varias sententias diuidunt. Ac primum quidem scribunt τὰ τρομώδεια σπασμώδεια, γινόμενα, ἀλέθηρα. Tremores lethales, qui in conuulsiones degenerant. Vera quidem oratio est. Sequitur alia sententia, τὰ ἐφ' ἰσθμῶσι φιλυπόσροφα, hoc est, si quibus cum sudoribus videntur desistere affectiones, quae tamen subinde redeant, iis iudicatio fit, ubi insuper riguerint. Insuper vero rigent prouocato in ventre incendio. Quasi velit rigorem eiusmodi concussione corporis efficaciorum mouere excretionem ad absolutam iudicationem. Incendium autem illud internum, quia quum à sudore videretur affectio conuiescere, φιλυπόσροφα ea tamen redit, & calor incandescit, ex quo rigor criticus commotus excretionem mouet, ut inde morbus omnino dissoluitur. Atque hoc loco φιλυπόσροφα dicit ὑπόσροφάδεια, καὶ πολλὰς ὑποτροπιάδεις, ut prius. At quod sequitur ὕπνος πολὺς, somnus quidem multus laedere potest, ut scripsit in Aphorismis: sed conuulsionem adferre non oportet, sed vel dolorem capitis, vel grauiorem febrem, distillationem, delirium, à quibus quoque conuulsio sequi potest. ἔρησις autem δυσκολαίνεσσι, quae vel cum dolore fit, vel aegre excernitur, quam patrem quidam interpretes subsequenti orationi in Prorrhetico connectunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

EX omnibus veterum interpretationibus, quas Galenus in Prorrhetico recēset, duae rationi & experientiae consentiunt, tertia repugnat. Ea est eiusmodi, Tremores conuulsiones facti cum sudoribus redire consueuerunt. Tremor enim in conuulsionem mutatus plane lethalis est, nec redire vnquam consuevit, quod ab humidi primigenij resolutione, & partium neruofarum resiccatione, quae est priuatio, à qua non fit regressus ad habitum, proueniat. Aliae vero sic habent, Tremores conuulsiones facti mortem inferunt. Et, Tremores, vel conuulsiones si fuerint, praua existunt. In priore sententia perfecta plane, absolutaque ex tremoribus in conuulsiones degeneratio docetur ante hominis mortem. In posteriore degeneratio illa tanquam nondum facta ponitur, sed ubi facta fuerit, mortem sequi ostenditur. Quod autem sequitur, hunc habere sensum dixerunt, Affectiones, quae cum sudore cessare visae sunt, si redierint, iterumque accensa febre sudoribus solui videantur, absolutam certamque habituras crism, ubi superriguerint. Hi autem superrigent, cum ventris ardore prouocati fuerint, quia ventris aestus antecedit superuenientem rigorem. Causae horum omnium saepius expositae sunt. Nam cum tremor, vel à copia humorum & oppressione oriatur, ut morborum initio: vel à spirituum agitatione & collectione; ut in affectibus animi: vel ab intemperie magna partium neruofarum, ut in statu febrium ardentium, cum, qui in conuulsionem degeneret, ab intemperie esse manifestum est, & febrili calore, qui partes neruofas arefecit. Quomodo in vehementi phrenitide egri vel cum tremoribus moriuntur exoluta virtute & neruis resiccatis per vigiliis: vel si diutius trahant, conuulsione tandemprehenduntur, per Aphorismum Prorrheticum, Phrenitica vehementer, tremoribus finiuntur. Omnis autem febris ἐσθλα siue ab initio, siue cum reuersione sudorem habeat coniunctum, naturae oppressionem ab immoderatione humorum declarat. Ex quo fit, ut tremores, quibus conuulsio superuenit, cum sudoribus esse nequeant, nisi quis improprie sumptas esse voces tremoris & conuulsionis dixerit, ut pro eo motu, quo aegri ad manum medici subsultant, aut quo in perturbatione critica subsiliunt, de quo symptomate dictum est alibi copiose. Quod autem crebra febris solutio cum sudore, ex quo relapsus consequatur, imperfectam crism ostendat, Hippocrates quoque docuit; nec non & illud, crises eiusmodi fieri, quia natura ante tempus irritatur vehementia morbi, vel à crisi aliquid relinquitur, ex quo fit recidua. Ut enim in multis periodicis morbis tum febrilibus, tum febris expertibus facultentium quidam remanens corpore iam puro purgatoque conseruat periodum affectus saepius repetentis, ut nephritidis, podagrae, asthmatis, tertianae, aut quartanae febris, in quibus purgationes plus saepe incommodi, quam utilitatis afferunt, cum sola

3. Prorrh. 25.

discuti

discussione materiae parti affixæ, & deobstructione sit opus: sic post crifim humoris fax & infixus, seu in spongia vapor, adueniens alimentum corrumpit, ac recidiuæ locum dat, collectis humoribus, qui eodem, quo prius, modo moueri solent, cum similes ferè sint, & eandem originem habeant, atque etiam per easdè partes ferri, quæ in priore morbo afficiebantur, quòd propter antecedentem imbecillitatem superfluentium impetum facilius excipiant. Ita fit, vt in frequenti reuersione febris cum rigore, & sudore imperfectè solutæ, perfecta tandem solutio per rigorem & sudorem expectanda sit, & si ante recidiuam caput affectum fuerit, in recidiua iterum afficiatur, licet non necessariò, per illum Aphorismum Prorrhethici, *Mente aberrantes, acutè superfebrientes cum sudore phrenitici fiunt.* Per ardorem autem circa ventrem, quo ante redeuntem rigorem prouocantur, vel fomitem febris relictum intelligit, ex quo natura incitatur ad redintegradam pugnam: vel rigoris modum exprimit, in quo frigus à lumbis ac dorso incipit, calor à ventre, in quem contrahitur, & ubi materia febrilis accensa perturbationem excitat, naturamque cogit ad excernendum, quod infestat. Licet enim cor in medio thorace collocatum sit, non æquè tamen posteriora & anteriora calefacit, quia ipsius calor retro infringitur tum propter crassitiem interpositorum musculorum & osium, tum propter frigiditatem spinalis medullæ & vertebrarum: ideoque fit, vt rigores per dorsum inuadant, calor & sudor in pectore, & ventre magis vrgeant. Accedit quòd mucro cordis antrorsum vergit. Quod deinceps sequitur de multo somno, in Prorrhethico alteri Aphorismo annectitur. Somnus verò multus non necessariò conuulsionem adfert, sed interdum nocet, vt in principio accessionum, & inflammationum interiorum, aut in crisi, in qua à centro ad circumferentiam humores cum spiritu & calore moueri oportet: interdum etiam in statu periculosus est, vt signum, siquidem laborem faciat, febre irritet, dolorem augeat, coma inducat, fluxiones multiplicet, deliria excitet, quo maximè tempore prodesse debuit. Ex eo enim significatur humorum *κακωνθεια* cum naturæ oppressione, cui calor natiuus dominari non potest. Sed nec in Epidemiis, quo loco incommoda refert, quæ ex somno interdum existit, conuulsionis meminit. Sic enim scribit, In his erant veterinosi ac deliri multi, qui ex somno tales euaserant. Fieri tamen potest, vt materia intro per somnum cõpulsæ, quæ cruda & vitiosa sit, caput & ventriculi orificium repleat, vnde pavor, & conuulsio, vt in pueris quibusdam, insequantur. Vt enim propter cõstionem somnus utilis est: ita propter crudæ materiæ copiosorem euaporationem, noxius. *τὰς μέτωπον βαρεία*, id est, in frontem grauitas, quæ eò humorem decumbere indicat, ex quo nec semper, nec magna ex parte conuulsio fieri solet, sicuti nec ex mictione difficili, siue vrinæ suppressionem intelligas, siue difficilem exitum, siue cum dolore excretionem.

3. Prorrh. 16.

## XXIIII.

*Οἱ ἐν ὑστερικοῖσι καὶ ἀπείροισι σπασμοί, ἄχρηστοί.*

*In uterino morbo in experta conuulsiones, faciles sunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Υ**στερικὰ vteri morbos significant, sed ferè pro eo, qui *πυρεῖς ὑστερικοί* appellatur. Ea ferè fit suppressis mensibus, eoque turgentibus amplis & multis vasis, quæ ad vterum pertinent, inde quoque combibitis vinculis, quibus ille vicinis partibus alligatur. Hæc ergo omnia plena turgidâque, vt in molem ampliatur, breuiora tamen fiunt, ac sese contrahunt. Ex quo variè vterus peruertitur, varia commouentur symptomata, sed præcipuè *ἀπνοία*, id est, cessans respiratio, quo inde nomine vterina suffocatio appellatur. Sed quæ symptomata ea vteri suffocato inuehit, ferè per venas excitantur, materia & vapore illac in corpus transcurrente, vnde deliria, quibusdam animi deliquia, emortuus calor corporis, aliâque

aliâque id genus. Rarius autem ab vtero conuulsio mouetur. Nec enim tam insignes habet nervos, vt inde conuulsio faciliè creatur. Quòd si vinculis & membranis contractis neruosa corpora, quibus coherent, afficiantur, aut è venis aliquid vitij transluat in nervos, conuulsiones, quæ inde fiunt, faciliores esse scribit. Aut enim à repletionem, aut halitu maligno, quorum vtrumque faciliè discutitur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**C**onuulsio alia permanens est, & sine motu conspicuo ab humore nervos implente ac distendente, aut siccitate contrahente, humido videlicet primigenio vel à calore reficcato: vel à frigore concreto. Alia cum crebro motu & interrupto à morfu & vellicatione neruosarum partium: aut violenta contentione ac labore, qualis inter vomendum sæpe contingit. Hinc fit vt pro causarum varietate conuulsiones aliæ aliis faciliores sint. Nam immedicabilis ea est, quæ neruis incedio febrili reficcatis, & planè arefactis sensim inducitur. Proxima, quæ ad febre sequitur liquata piruita. A repletionem per vacationem curatur, sed nec semper, nec sine magna difficultate. Omnium facillima est, tum quæ pueris accidit propter neruosi generis infirmitatem, tum quæ per consensum à morfu, aut vehementi contentione oboritur, vt in his, qui in vomendo plus æquò laborant, & in hysteris mulieribus, ac strangulatu vteri. Vapor enim ex femine concluso, vel mēstruo sanguine, vel alio quouis humore venenatam malignamque qualitatem ex corruptione & loci natura trahens per venas, aut arterias, aut per spiracula cæca & latentia in varias partes dispergitur, earumque facultates miris modis offendit, vt sæpe suffocatio, & ingens spirandi difficultas accedant intermissio aliquandiu respirationis vsu: interdum sopor, deliria, conuulsiones, epilepsia etiam in prægnantibus suscitentur, quæ faciliè conuiescant discussio eo vapore, vt per sternutamenta, aut edito partu, aut vitioso humore ex vtero excreto. Nonnunquam etiam mala hæc per interualla & circuitu quodam repetunt aliis crebrius, aliis rarius. Symptomata autem cum leuia sunt, melancholicis & cardiacis non admodum dissimilia videntur. In ascensu verò vteri, qui instar globi sæpe percipitur, eadem ferè eueniunt: sed pro multitudinis qualitatisve ratione tum menstruorum, tum seminis, aliâs aliæ accidentium species oriri solent. Etenim noxia causa vniuersum corpus refrigerare potente, adeò vehementer infrigidatur corpus, vt nec spiratio, nec arteriarum pulsus sensu deprehendi queat. Quæ si vel crassa fuerit, vel acris, conuulsiones: si verò atræ bilis naturam habuerit, mœsticiam inducet: quemadmodum animi quoque deliquia & ad fortes excitationes, & refrigerationes, & stomachi aestuationem sequi consueverunt. Ex quibus perspicuum euadit, conuulsiones, in hysteris, & totius corporis contractiones non idem habere cum aliis conuulsionum differentis periculum, nec propter neruorum cõmunionem incitari, qui ad vterum perexigui feruntur. Ob idque eas vocat *ἀχρηστοί*, qua voce & moderata ipsarum generatio, & securitas, atque à periculo recessus significatur, vt Galenus docet. Quod autem vulgò legitur *ἀπείροισι*, ad rem nihil pertinere videtur. Rectius *ἀπύρωσι*, vt in Prorrhethico, aut *ἀπύρωσι σπασμοί*, conuulsiones absque febre, ad distinctionem earum, quæ magnis vteri inflammationibus nonnunquam superueniunt, & febre semper coniunctam habent. Etenim hæc tametsi rarius eueniant, periculose sunt admodum, non, vt illæ, *ἀχρηστοί*. Quoniam autem conuulsio extra nervos interdum vocatur, vteri conuulsionem quidam dixerunt eiusdem peruersionem, quando vterus retrahitur vel sursum, vel ad latus propter vasorum, quæ ad ipsum perueniunt, & vasculorum plenitudinem cohibito sanguine, qui ob crassitiem, aut in osculis vasorum angustiam in vteri sinum penetrare non potest. Tensis enim à copia venis, vicinisque vinculis madefactis, vterum retrahi necesse est, quòd plenitudo repletum corpus in latum & profundum extendens longitudinem contrahat.

3. Prorrh. 27

XXV.

Τὰ σπασμώδεα ἀιδρώντι πύελα παραρρέοντα πυρετώδεις ἔονται, ἀήθρα. (ἔτι κοιλία τι χροθυραίνον) τὰχα ὅτι καὶ ἐς ἀργύρα ἀποστήσεται.

Quæ cum conuulsionibus est citra sudorem sputa præterfluumt, febricitate agro facilia sunt. His postea leuiter alui humectantur, et fortassis in articulos abscessus colligunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Diuersa hæc omnia in vno agro acruata, cui febricitanti in multa exputio- ne multus sudor, sed conuulsiones à copia insidente neruis, aut neruorum origini subinde mouebantur. Ex quo materia relictis superius partibus partim ad aluū transfluxit, partim in articulos decubuit salutari euctu. Propterea ἐυήθεια empiricè dixit ab euentu. Nam multis exitium adferre potest ea concursio.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

5. Προρρηθ. 29.30.

IN Prorrhetico censet Galenus illud, τὰ σπασμώδεα, à quibusdam hinc additū fuisse, quod ad alterum Aphorismum pertinet, in quo scribitur copiosam sanguinis fluxionem quandoque conuulsificam esse. Præterea pro ἡ ἰσθῶτι, ab imperitis quibusdam scriptum esse, ἀιδρόντι, id est, absque sudore. Prius enim nihil ad prælagium confert: posterius omnino falsum est. Quocirca locus ita restituendus videtur, ἡ ἰσθῶτι πύελα παραρρέοντα, & cætera. hoc est, In sudore sputa præterfluentia febrienti agro leuia. Quibus significatur in febribus cum sudoribus non iudicatoriis sputa præter modum, siue sæpe, ac multum fluentia ab immoderata copia humorum in cerebro, aut ventriculo prouenire, aut à virtutis imbecillitate, quæ tum propriam ac familiarem, tum excrementitiam humiditatem sinit effluere. Ideo autem ἐυήθης esse, id est, leuia, quasi ἄτροπον, boni moris, quod nullum ex his tale periculum significetur, quale si è ferina distillatione, aut pulmonis corruptela, aut thoracis vitio cum tussi prodirent, quæ πύεματα potius, quàm πύελα dici debent. Nam sudor in febre apparens, qui febrem non finit, iudicatorium est non iudicans, id est, vel lethalis, vel difficilis iudicij. Lethalis est, cui post vehementem crîsim (quam Galenus ἀγωνισικὴν, quasi concertatoriam vocat) superueniunt signa praua, & quæ in contrariam naturæ affectionem transeunt, qualia sunt delirium, conuulsio, perfrigeratio totius corporis, & similia: difficilis verò ac diuturni morbi index, quoties cum mediocri naturæ certamine sæpius sudor recurrit, manente febre sine grauiorum symptomatum accessione. Ex eo enim significantur, humiditatis copia, & naturæ infirmitas, quæ morbum necessariò producent. Signum tamen hoc ἐυπροπον boni moris dicitur, per comparisonem cum his, quæ lethalia sunt. Vt enim magnitudo morbi ex vehementia symptomatum agnoscutur, ita malignitas ex his, quæ superueniunt, nec necessariò morbo absident. Obseruandum quoque est sputi copiam maiorem sæpe effluere sine periculo mortis, quàm vt tota in cerebro, vel thorace, vel ventriculo cõtineri potuisse videatur. Cuius immoderationis triplex est causa, concretio vaporum in cerebro: excrementi copia ex alimento, quod in cerebro imbecillo coqui non potest; & vacui necessitas. Nam in locum humidum, quod exhauritur, vicinum subit, continuaturque successio, donec ex toto humiditas ad locum defluxionis perueniat, haud secus atque cum per madidam lanam humor aliquis destillatur. Atque inde fit, vt in omni fluxione diutius per feuerante vniuersum corpus extabescere & colliquari sæpe videatur. Quod autem subiicit, his postea aluos aliquantulum humectari, & fortasse ad articulos aliquid abscedere, Galeno non placet, quod ex superioribus signis nihil certi in his definiti queat. Ratione tamen sententia non caret, nec ab experientia aliena est. Etenim morbi longi & salutare aut coctione, aut abscessu ad articulos iudicari

eari solent, vt alibi demonstratum est. Tenues ergo ichores per sudorē discutiantur: crassior pars deorsum inclinans aut in aluum deponitur, aut in articulos abscedit, eadem ratione, qua sudoribus iudicantur febres quotidianæ cõtinae cum vomitionibus ac deiectionibus pituitosis: quartanæ cum artibus & variis: semitertianæ cum biliosis simul ac pituitosis. Adde quod pituita è cerebro in ventriculum defluens lyenteriam facit.

X X V I.

Οἱτιν ἐν σπασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ ἐκλαμπάνουσιν ἀτένεις, ἔτε παρ' ἑωτοῖσιν εἰσὶ, διανοσέσθαι τε μακροτέρως.

Quibus in conuulsionibus intenti oculi relucent, ij apud se non sunt, et diutius agrotant.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Οφθαλμὸς ἀτένεις dicitur rigidus, fixus ac immotus ferociam quandam interdum præ se ferens, vt in quodam genere phrenitidis, de quo in Epidem. Oculi feroces desipientiam significant, aliquando austeritatem quandam præ se ferunt in melancholicis quibusdam affectibus: nonnunquã quasi hilariter compellentium & aliquid volentiū, vt in quibusdam catalepticis. Contrarius affectus est σκαρδαμύσσειν, & oculus inde σκαρδαμυγῆς, cuius antea meminit. Hic ergo occupatæ mentis indicij est virtute mouente lesa, aut conuulsis instrumētis, quæ oculos mouent. Sed plura antea in oculis. Atque omnis immoderata motio & quies earum partiū, quæ arbitrio mouentur, citra causam euidentem, deliriū portendit. λαμπάνουσι, verò dicit, quū micant insolito fulgore oculi, quod & antea furoris indicij notatum est. ἔτε παρ' ἑωτοῖσιν, vel, vt alij legunt, παρὰ σφίσιν αὐτοῖς dici solet de iis, quibus mens iam non constat, sed errans vagaque distrahitur, & transfusa agitur, ac breuiter delirant. In vtraq; lectione aliquid Ionismi feruatur. σφίσιν enim & ἑωτοῖσιν idiomatis est Ionici. Quod autem additur, διανοσέσθαι μακροτέρως, id experientia repugnat, quia ferè moriuntur in breui. Vidi qui ab eiusmodi oculis conualescentes tardissimè in integrum restituti sunt. Quod fortasse intelligit, vt sit eiusmodi sermo, aut in breui moriuntur, aut diutius agrotant, priusquam in totum conualescant.

DESID. IACOTII COMMENT.

COpiosum lumē in oculis esse ex spiritu animali plurimo & perforatio opticorum testatur, & quod clauso altero oculorum altera pupilla dilatatur. Ex quo fit, vt cum oculus comprimitur ita vt cogatur confertim exire splendidus spiritus, vel etiã caput violenter percutitur, vel quispiam à somno expergiscitur post acruatum per somnum spiritum, vel vbi imminēte obstructione optici & cæcitate ab humore decumbente extruditur, exiens spiritus & splendor in aëre sentiat ab oculo, quemadmodum accidit in phrenitide & validis capitis doloribus, vt vapor per oculos exiens sentiat in aëre representans figurã & colorē vaporis. Eadem ratione oculi supra modum relucere conspiciuntur in iracundis, & omni animi perturbatione, quæ foras est, propter spirituum animalium violentum motū, & affluxum ad exteriora. Quò enim anima fertur, eò sequitur materia fluxioni apta, qualis est sanguis tenuis & spiritus, vt exeri quodammodo oculi ac prominere videantur in lætitia gestiētibus, aut furore percitis: in mœrore verò ac metu recurrente anima subsidere & excauari. Idem cõtingit in febre acuta à bilis feruore, & sanguinis incendio in cerebro, ex quo certa delirij significatio conficitur. Cùm enim oculi propter viciniam, & neruorum, membranarum, atque vasorum cõmunionem primi ferè omniū cerebri iniurias persentiscant: propter splendorem verò, humorū vitia conspicuè representent, fit, vt cerebri inflàmati

L L



signa in illis statim se prodant. Sic in Epidem. Hippocr. scribit oculi ferocitatem delirij signum esse, atque eius inordinatum proiectum, peruersionesque malum. Galen. addit, certius ex ea ferocitate delirium præmonstrari, si impudens fuerit: cui affectioni contraria est *πίσις*, inordinatus videlicet proiectus, quo significatur ægrum amplius apertis oculis manere non posse propter imbecillitatem. Quod si oculi *ἀρίνεις* quoque fuerint, id est, immoti, vehementior futura est desipientia, aut conuulsi sunt æqualiter muscoli, qui palpebras mouent, ut alibi exposuimus. Ad præfagium ergo nihil opus fuit illud addere, *ὅτι ἀσασμώδεσιν*. Nam & sine conuulsione delirium fieri potest, & ea accidente non fieri. Quidam pro *παρ' ἐαυτοῖσι* scribunt *παρὰ σφίσιν αὐτοῖσι*, eadem sententia. Etenim apud se esse, nihil est aliud, quàm mente constare, intelligere, & sentire. Contrà verò *ἐκ τῆς παρ' ἐαυτοῖσιν*, delirare, non intelligere, iudicium distrahi, ut scribit Galen. Diutius autem in his morbum produci, haudquaquam rectè scriptum videtur. Nam in quibus simul & conuulsio, & aspectus oculorum micantium feroc ac immotus apparent, in his acutum morbum esse, non diurnum, rationi consentaneum est. Horridum tamen aspectum & veluti exterriti hominis vulgò obseruare licet in colliquantibus febribus, & eadem ratione in Elephante morbo colliquatis angulis & musculis oculorum, qui morbi inter diurnos recensentur. Quod si idem fiat spectris quibusdam & terriculamentis animæ obiectis in febribus, melancholici humoris, & atræ bilis signum est, idque valde lethale à vulgo etiã annotatur. Ex quibus efficitur ab hoc signo, aut diurnitatem indicari in remissione morbo, aut delirium vel mortem, in acuto.

3. Prorrh. 32

XXVII.

Τὰ ἀσασμώδεα τρόπον παροξυνόμενα κατόχως, τὰ παρ' οὐς ἐπαίρει.

Qui conuulsionis modo exacerbantur, firmiter parotidas excitant.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

HAEC sententia prius exposta, & in Prorrhético ἐπιείρησ ομιττetur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quoniam aduerbium *κατόχως*, & quæ similiter efferuntur, propriè morbum ipsum haudquaquam significant, sed affinitatem potius quandam, sicuti & quod scribitur, *τὰ ἀσασμώδεα τρόπον παροξυνόμενα*, neque veram conuulsionem, quæ plenis aut reficcatis neruis accidit, neque veram catochem intellexisse videtur, à siccitate & sanguinis concretionem quadam cum tensione, & oculorum immobilitate. Similia autem tum conuulsioni, tum catoche symptomata aliquando fiunt per humorum *μετάρρυσιν*, quasi dicas transfluxionem ab vna cerebri parte in aliam. Sub hac enim variè agitati earum partium functionibus incommodant, per quas transeunt, ac symptomata partibus potius, quàm suæ naturæ propria excitant. Affici ergo cerebrum ab humorum copia, quæ loco moueatur, conuulsiui motus toto corpore excitati circa febris exacerbationem indicant, idemque confirmat oculorum tensio cum sopore quodam, qualis in catoche cernitur. Nam quæ à principio morbi, aut non multò post, conuulsiones incidunt, & perseverant, ipsas à repletionem esse docuit Hippo. Ab inanitione verò, quæ progressu iam morbo, post sudores multos, aut vomitiones, aut deiectiones aut immoderatas sanguinis fluxiones, aut inedia, vigiliis, motiones multas, & vehemètes superueniunt. Ita fit, ut parotidum spem aliquam eiusmodi symptomata polliceatur, tum quia humores natura à partibus nobilibus reicere nititur: tum quia comata, lethargum, & omnia capitis mala parotides iudicare solent. Addenda tamen sunt alia abscessuum signa, de quibus sæpè dictum

dictum est: ut si diutius egrotat eger cum signis salutaribus, si vrinae neque multæ, aut cum crasso sedimine, neque omnino coctæ funduntur, neque deiectiones copiosæ, aut sudores finiūt morbum. Tum enim capitis grauitas, dolor, coma, surditas, conuulsiui motus initio facti abscessum post aures denunciant. Quibus interdum Galen. addit pedum refrigerationem. Quo loco rectè Galenus admonet nullius euentus præfagium tutò institui posse, nulliusque affectus curationē adhiberi, nisi & natura rei, in qua illa versantur, penitus cognita, & singulorum signorum viribus exactè perspectis atque consideratis, quæ in ægro apparēt, quod rei essentia demonstrationis omnis principium sit certissimum.

XXVIII.

Τρομώδεσιν, ἀσώδεσιν μικρὰ τὰ παρ' ἐς ἐπάριματ' ἀσάσμον σημαίνει κοιλίης πονηρομένης.

Tremulis, anxiiis, parui abscessus ad aures conuulsionem significant male affecta aluo.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

A Tremore quidem vitio neruorum conuulsio significari potest: non ita ab anxietate, nisi materia, vnde anxius eger est, in neruos transfluat. Quid autem velit male affecta aluo, non satis constat. Solet enim *κοιλίης πονηρομένης* dici, cum à transitu materiæ cruciatur. Atqui conuulsio suppressam & indolentē aluum magis sequitur, quàm fluentem & dolentem.

DESID. IACOTII COMMENT.

IN Prorrh. eadem sententia legitur quibusdam additis hoc modo, Ex conuulsione, tremore, anxietate cum catocha, exigui post aures abscessus proritantur. Vbi parotidum signa quædam continentur, & symptomatum *επιπλοῶν* eiusdem quidem generis, verum *περιτῆς*. Quod enim ex catoche parotides interdum fiant, dictum est superiore aphorif. Anxietas verò, & magna corporis iactatio, quæ neque ex viscerū oppressionem, neque ex lumborum artuumque dolore, atque ex aestu ortum habet, sed criticæ perturbationis ratione incidit, parotidum expectationē auget, maximè vbi aurium affectiones quædam accesserint. Verum tremor simul & conuulsio fieri in eodem ægro nequeunt, nisi conuulsioni succedat tremor, neque ferè apparent in conuulsione tremoris symptomata. Ob idquæ à quibusdam mutata sententia est, quasi diceret, In parotidum generatione interdum tremorē & anxietatem fieri per materiæ translationem à venoso genere in neruos. Quo tempore si abscessus parui oboriantur, hoc est, minores, quàm morbo conueniant, parte materiæ in cerebro relicta, aut intro refluentē (nō enim *μικρὸν* pro miti, ut antè, hic interpretari licet) conuulsionem præsignificari, vel aliud simile symptoma, vel mortem. Etenim oppressio cerebri ingens à materiæ refluxu ad interiora, quodlibet symptoma excitare potest, vel in sensibus, vel in voluntariis motionibus, præsertim aluo male affecta. Dictum autè est verbo *τῆς πονηρομένης* ab Hippocr. comprehendit, quæcunque in aluo perpetam fiūt, ut alui profluium immoderatum, eiusdem suppressionem præter naturam, flatum, tormina, cruditates, & similia. Inter quæ suppressio affectionū quidem cerebri proprium signum non est: ipsas tamen auget, ac deteriores facit. Possimus & ea voce superstitem febris focum in aluo intelligere, ex quo parotides illæ symptomata prouenerint, quæ proinde maximè lethales sunt, ut & omnes abscessus, qui germen habent.

3. Prorrh. 67

2. Prorrh. 56

XXIX.

Τὰ ἀσασμώδεα, ἢ τετανώδεα πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει.

LL 2

*Conuulsa & rigentia superveniens febris dissolvit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**F**ebri rigore & concussione materiam exagitat insidentem nervis, eandem calore tenuat, incidit, coquit, comparatque excretioni: inde liberatis nervis conuulsio acquiescit, & rigor, id est, in utramque partem anteriorem & posteriorem equabiliter rigens conuulsimumque corpus. Hoc enim τέραι. Carterum conuulsionem, apoplexiam, aliisque id genus, quae insident nervis, pituita crassa frigidaque mouet. Hac ratione solui à febre audiendum est, siquidem conuulsio à pituita materia crassa & frigida, si febris non est grauior, quam ut aeger sustineat, si non leuior, quam ut sit satis discutiendo vitio.

DESID. IACOTII COMMENT.

**S**pasmus appellat eam conuulsionem, quae non est interrupta motibus, & accessibus distincta, sed firmam, & cum distensione, in qua contracti seruantur muscoli ab infarcto humore in ipsorum villis, aut nervis. Vera tamen etià est sententia in conuulsis motibus, epilepsia, apoplexia, atque ferè in omni nervorum dolore à pituitoso humore ac frigido, quia in causa conueniunt. Tetanus vero eius conuulsio species est, in qua vniuersum corpus, maximè verò caput in neutram partem inclinatur, id est, neque antrorsum, ut in emprostotono, neque in scapulas, ut in opistotono, contractis aequaliter ad suum principium nervis & musculis tum interioribus, qui flexioni praesunt, tum externis, qui extensioni: nonnunquam etiam aliis, maximè qui spinam dorsum mouent. In emprostotono enim flectentes tantum conuelluntur: in opistotono tendentes. Interdum, quam rarissimè, dextro interno cum dextro externo conuulso ad dextrum inclinatur caput, idemque fit in sinistro. Quae differentiae propter raritatem euentus omitti solent. Has omnes conuulsionum species à repletionem, aut vacuationem partium neruofarum fieri saepius docuit Hippocr. atque ita inter se discerni, ut quae febribus ardentibus superveniunt, ab ariditate magis: quae verò ab initio inuadunt, à repletionem ducant originem. Prius genus ferè curationem non recipit: posterius tum vacuationem, tum febre superveniente sanatur. Etenim febris & humidum superfluum discutit attenuando, resoluendo, excretionem promouendo, ut sudorem, vomitum, deiectionem, & frigiditatem (ait Gale.) concoquit, id est, in temperiem frigidam & humidam, quae pituitae fames est, & origo, ad aequabilitatem reducit. Sic enim humores copia absumpta, & neruofarum partium intemperie restituta conuulsio soluitur, quod haec duae sint medicis remediorum indicationes, ad quas aequam scopos totam curandi spasma ex plenitudine orti rationem dirigere soleant. Atque ob eam causam alio loco scribit Hippocr. fatius esse febrem supervenire conuulsioni, quam conuulsionem febri. Et, qui quartana corripitur, non admodum conuulsionibus tentari: Si verò prius tentati fuerint, superveniente quartana liberari. Quae enim propter vacuationem incidunt conuulsiones, acutissimae sunt ac perniciosissimae. Quae verò ob neruofarum partium repletionem, qualis est epileptica, neque acutissimae sunt, neque perinde periculosae. Has ergo fieri quartana non solum prohibet, sed etià factas iam soluit. Lenticulis enim & pituitosis humoribus partes neruofas infarcentibus & obstruentibus duplex (inquit Galen.) comparata ratio est, excretio videlicet, & coctio. Vtramque habet quartana: excretionem quidem vi rigoris (eiusmodi enim concussio & conuulsio sola potest crassum humorem excernere) coctionem verò caloris ratione rigorem excipientis. Ita enim coctio saepe tribuitur his omnibus, quaecumque vel calorem nativum verè concoquentem fouent, vel materiam coctioni parant, quia coctioni auxiliantur. Non tamen febris omnis hoc modo in conuulsionibus iuvat, sed moderata tantum, id est, nec ita debilis, ut nihil, vel parum efficiat, nec ita vehemens, aut maligna, ut vires exoluat. Ob idque in Prorrhetico scribitur, Numenij filio obortam apoplexiam febre non acuta

4. Aphor. 57.

5. Aphor. 70.

2. Prorrh. 50.

&amp; calida,

& calida, sed debili ac diuturna subsecuta, haudquaquam solutam esse. Eadem ratione, si ebrius quispiam repente obmutescat (inquit Hippocrates,) conuulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut qua hora crapula soluitur, vocem recuperet. Repetitur hic aphorif. multis locis, ut aphorif. 26. libri 2. & 57. quarti: de morborum decretorio, & secundo ac sexto Epidem.

XXX.

αασιδος ἐπὶ τρώματι, θανάσιμον.

*Conuulsio è vulnere lethalis est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Θ**ανασιμὸν dicere consuevit, quod mors si non semper, at certè magna ex parte consequatur. τρώματι, alij τρώματι. Philotheus nescio, qua ratione τρώμα in carne vulnus, τρώμα in neruo esse dicit. Aliiter enim video ab Hippocrate usurpari, & Galenus, ut antè dictum est, τρώμα & τρώμα confundit. Atque hoc loco τρώμα audiendum est μεγάλη βλάβη, insignis offensio à causa externa, vulnus, contusio, luxatio, inustio, ad quae inflammatio, & hinc conuulsio primùm earum partium, quae parti laesa & inflammata respondent, deinde affecto principio reliquarum.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**uid voce τρώματι significetur, dictum est antè. In Aphorif. scribitur τρώματι. Vera autem sententia est in omni offensioe graui à causa externa, ut luxatione, vitione, offensioe digiti in pede, ut alio loco legitur apud Hippocratem, vulnere partis principis, aut neruofae, punctura nerui, & similibus. In his enim omnibus occluso, vel non satis patente foramine, vel aucto intus dolore, copia humoris, quam dolor allicit, cohibita neruum inflamat, & replet, ex quo sequitur conuulsio primùm quidem partium, quae è directo inflammationi respondent, deinde totius corporis, vbi ad principium intemperies, vel humor peruenierit, tum propter acrem sensum neruofarum partium, tum propter magnam, quam habent cum cerebro, communionem. Sequitur tamen alias etiam causas ea conuulsio, pro quarum varietate discrimen quoque variatur, ut immoderatam haemorrhagiam, exhaustam neruofarum partium naturam, humiditatem, dolorem vehementem, intemperiei solus communicationem. Potest & humoris ad interiora refluxus, & quod minus lethale est, puris vel vapor, vel noxia qualitas, vel acrimonia neruum, aut cerebrum, per neruum offendens, excitare vim animalem, quae inimicam qualitatem deuitans neruum conuellendo contrahit. Potest quoque & ab externa causa idem fieri, ut medicamentis acrioribus, quale est euphorbium, intempestiue admotis, aut neruo nudo refrigerato, aut incautè clauso vulnere, & exitu negato sanici, aut vehementi dolore excitato, etiam sine inflammatione nerui. Ex quo fit, ut non omnis conuulsio à vulnere planè sit lethalis. Proinde vsus est voce θανάσιμον, quam usurpare solet Hippocrates in his, quae periculosa sunt, ac saepe, non semper, morte finiuntur. Sed & partis vulneratae praesentia plurimum potest ad periculi praesagium. Lethalis enim planè est conuulsio capitibus musculorum vulneratis, vel euanescente tumore, qui prius in vicere parte postica apparuerat, vel laesis violentius musculis temporum, aut etiam capite ipso. Sic in Aphorif. 66

5. Aphor. 2.

5. Aphor. 66

L L 3

neribus si tumores nullo modo superuenerint, suspicari oportet humores ad partes principes transferri, maximè quibus dolor adest, propter quem aliquid omnino in partem læsam ferri necesse est. Ob eamque causam ex his conuulsiones maximè lethales esse solent.

## XXXI.

παραμυδος ἐπὶ πυρετῶν γενόμενος, ὀλέθριον. ἤκειται δὲ παιδίοις.

*Conuulsio in febre lethalis, minimè verò pueris.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Conuulsionem damnat Hippocrates, quæ fiat è febre. Siccatis enim nimium, que concalfactis neruis, aut acrimonia demorsis id accidit. Pueris autem minus lethalis, tum quia ætati magis est familiaris, sed lactatibus præcipuè & dentientibus: deinde quia in pueris ea conuulsio ferè accidit crudo succo irrigatis neruis. At quia pueri calore infuso & spiritu atque ex eo virtute naturali plurimum valent, infirmitate & mollitie neruorum facillè conuelluntur, robore verò naturali celeritèr liberantur infuso calore multo materiam coquente, excludente neruis atque discutiente. Alia ætates neque facillè in conuulsionem incidunt, & semel capti eo morbo vix vnquam è febre liberantur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quemadmodum quæ per morborum principia incidunt conuulsiones humorum copiam ac frigiditatem arguunt in partibus neruosis, aut vellicationem quandam ab acrimonia & morfu, aut contentione aliquam & insignem laborem, vt inter vomendum: ita quæ febribus ardentibus tandem superueniunt, summam ariditatem ostendunt, non solum propter humidi neruorum vacuationem & refrigerationem, quæ naturam ad conuulsionis motum excitat, vt post immoderationem excretionis alicuius, verbi gratia, multorum sudorum, fluxionis alui, hæmorrhagiæ, vigiliarum, vomitus: sed etiam propter ingentem resiccationem ac tensionem, quam febris ignis instar adurens inuexit, quod omnino perniciosum est, ac dolorificum. In quo etiam affectu sæpe viscera ipsa grauiter cruciantur arefactis ambientibus membranis vi siccitatis & inflammationis vehementia, haud secus atque in phlegmone interiore, aut erysipelate, aut vehemèti obstructione, aut abscessu, tametsi cum his non necessariò coniuncta sit conuulsio per Aphorismum. In acutis febribus conuulsiones, & circa viscera vehementes dolores, malum. Excipit autem puerorum conuulsionem, vt antè, hysteriarum mulierum, non quod à resiccatione illa vehemèti non sit etiam in pueris lethalis, sed quia antè ferè moriuntur, quam eò peruenerint propter humidam copiam, qua diutius resistunt. Ideo enim fit, vt puerorum conuulsiones in febre ab alia occasione oriri verisimile sit, quam à summa illa neruosa partium ariditate, tametsi non dum consumpto humido corripi possint conuulsione sicca propter debilitatem, quæ non resistit causis morbificis. Excitatur ergo conuulsio etiam cetera febre à vehemèti admodum refrigeratione, & copia crudorum, crassorumque humorum, præterea neruorum atque tendinum inflammationibus, si quando malum ad ipsum principium ascenderit. Cæterum hoc loco verba ipse facit de conuulsionibus, quæ per febres generantur, quatum duplex ratio est. Nam in adultis, & post septimum annum, quando iam omne genus neruosum firmum est, non nisi grati de causa conuulsiones eiusmodi proueniunt, eaque symptomata antecedunt, quæ per grauès phrenitidas apparent, sed maximè partium faciei tortura, stridor dentium, oculorum mobilitas, vel inuersio, vel immobilitas. Hæc enim factæ conuulsionis argumentum est: illa eius, quæ adhuc fit. In pueris verò, & antè septimum annum, quibus facultas in neruis valde imbecilla est (duabus enim aliis adultos vincunt) leuissima occasio conuulsionem inducit, vt vigilare

vt vigilare modò sufficiat, interdum verò & supra modum timuisse, & fleuisse magna cum vehemètia, & alium non descendisse. Atque hæc causarum rationem obtinent, quibus accedit lac ipsum præsertim crassius, tum quod multo atque intemptiuo vtantur alimento, quippe qui non aliud ex his, quæ in vita aguntur, norint, quam manducare. Sic causæ omnes conuulsionis in his simul coeunt. Nam victus excrementorum copiam suppeditat: humiditas neruorum & laxitas, quæ spiritus animales vix admittit, subiecto dispositionem adfert: febris, & quæ diximus, materia præparationem. Tria enim hæc, calor febrilis, motus, & vigiliæ pituitam colliquant, quæ in neruos decumbit, quibus addendus est dolor ex dentitione. Ex quibus etiam illud intelligitur, conuulsiones, quæ ad acutam febre sequuntur, vel ad diuturnam, licet non acutam, non semper ex siccitate esse, & cum inanitione, sed interdum ex materia & liquata pituita, vel bile mordente. Atque hæc semper repentè, illa sæpe sensim inducitur. Signa autem, quæ eiusmodi conuulsiones in pueris produnt, ac præmonstrant, ex coloribus præter naturam petuntur, quod ex his humorum prauitas, qui conuulsionem adferre solent, maximè significetur. Nam pallidus quidem, aut liuidus humorem maligna imbutum qualitate denunciat: ruber verò sanguinis abundantiam patrefacit. Ex quibus efficitur pueros facillimè in febribus conuelli, rursumque in statum naturalem haud difficulter redire: quibus verò iam ætas integra est, neque facillè conuulsionem superuenire, neque discedere, propter robur in neruis sitæ facultatis. Quæ sententia generali illo axiomate continetur, In morbis minus periclitari, quorum naturæ, aut ætati, aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, quam quibus ipsorum nihil conuenit. De his conuulsionibus ita scribit Aristoteles, Solent (inquit) pueri plurimi conuulsione excipi, & præcipuè corpulentiores, & lacte vescentes copiosiore & crassiore, ac nutricem lactentes succi plenam & corpulentam. Nocet etiam ad hoc morbi genus vinum, magisque nigrum, quam album, & quod minus dilutum est: atque etiam ex cibis, qui insunt, plurimi obsunt: & si alius substituerit, noxium est. Plurimi ante septimum diem intereunt, vnde fit, vt septimo die nomina imponantur, tanquam saluti pueri iam magis credamus. Plenitudo etiam infestatur hoc malo periculosus: & si à scapulis conuulsio oritur, in angusto spes. Hastenus Aristoteles. Quod autem hic ἐπιγενόμενον dixit, malum malo superuenire ostendit, quanquam ea vox in bonis quandoque vsurpatur, vt aphorif. 58. & 64. lib. 4.

2. Aphor. 24

8. de hist. anim. mal. cap. 12.

## XXXII.

Οἱ πρεσβύτεροι ἐπὶ ἑτάων ἐν πυρετῶν ἔχ ἀλιχονταὶ ὑπὸ πνεύματι. Ἐὶ δὲ μὴ, ὀλέθριον.

*Seniores annis septem in febre non corripiuntur conuulsione. Alioqui lethale est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Non omnino quidem tuti sunt ea conuulsione in febre, qui septimum annum superarunt, sed multò minus corripiuntur eo morbo, quam qui caninos dentes edunt, qui alioqui dentiunt aut lactant. Iam enim firmiores nerui sunt. Quod si conuelluntur, id lethale magis, quod quisque morbus periculosior, quod minus ætati familiaris est. ἀλύσμοντι autem verbum dicere consuevit in magnitudine affectus.

DESID. IACOTII COMMENT.

Cum tres existant facultates, quibus corpus regitur, duas quidè pueri, quam Calij, magis validas possident: vnã autem, quæ per neruos est, habent imbecilliorẽ. Et eam quidem ob causam facillimè pueros conuelli, rursumque in statu

tum naturalem haud difficulter redire dictum est superiore Aphorismo. Licet enim nervos humidos habeant, in febre tamen conuulsione etiam sicca, ut multi volunt, corripuntur, quia causis morbificis minus resistunt. Plus enim potest virtutis imbecillitas in patiando, quam subiecti dispositio in resistendo. Quae etiam ratione pueri ipsi, licet abundant innato calido, facilius in frigidis affectus incidunt propter eandem debilitatem: & conualescens, licet calidus, crebrius laeditur à quouis frigore, quam sanus robustus. Contra verò naturæ robur non solum ad actionem, sed etiam ad repugnandum multum potest. Ideo enim fit, ut in hyeme rarius ægrotent homines etiam à frigida causa, & temperati non nisi à valida causa præter naturam afficiantur, quod vires integras habeant. Idem iudicium de conuulsionibus in adultis, & his, qui septimum iam annum exceperunt, in quibus nervi sicciore facilius resiccantur, quam in pueris: sed propter robur in nervis sitæ facultatis, & firmam constitutionem neque facile conuulsio superuenit, neque discedit. Ob idque & grauissimas vtriusque conuulsionis tum humidæ, tum siccæ causas subesse oportet, & in febribus quaedam signa antecedere pessima ac vehementissima, qualia quæ per graues phrenitidas apparent. Vtriusque enim affectus phrenitidis, inquam, & conuulsionis in grandioribus per febres potissimum ardentibus eadem ferè signa sunt. Nam cum intemperies vel humor cerebri temperamentum laeserit, actio mentis laeditur, fitque phrenitis: cum verò partes nervosas prehenderit, motus deprauatur, & conuulsio sequitur, quam meritò hic scribit lethalem esse, quod vi febris & per eius incrementa superueniat, pessimamque symptomata comitentur. Nam in quarundam febrium principii, & imminente crisi conuulsiones interdum innoxie sunt, per quas pravi humores agente natura deorsum excutuntur, ut in Pythione, cui septimo die os distortum est, non incretente morbi malignitate, sed aliò transeuntibus humoribus, & alio loco, Conuulsiones (ait Hippocrates) multis ac pueris magis ab initio contigerunt (in statu humido & frigido) & februebant, atque in febribus conuulsiones fiebant. Erant autem hæc plerisque horum diuturniora quidè, sed innoxia, nisi his, qui ex aliis omnibus perniciosè haberent. Ex quo intelligitur ne in grandioribus quidem conuulsionem in febre semper lethalem esse, sed tum demum, cum vel à nimia nervorum resiccatione ortum habet, vel ab humorum in caput translatione cum aliis signis perniciosis coniuncta. Innoxiam contrariæ notæ testantur, ut si initio incidat, ac breui desinat, & si salutaria signa, vel minimè lethalia appareant.

1. Epid. sect. 2

## XXXIII.

σπασμὸς λυτικὸν πυρετὸς ἐπιγενόμενος ὄξυς μὴ πρότερον γεγωνῶς. Εἰ δὲ εἴη πρότερον γεγωνῶς, παροξυθησὶς. ὠφέλιμα εἰ δὲ καὶ ἔργα διέξοδος ὑαλοειδῆς πολλή, καὶ βύβρις κοιλίης, καὶ ὕπνοι.

*Conuulsionis remedium est acuta febris superueniens, quæ prius non fuit, aut si quidem prius extitit, iam inualescens. Iuuat quoque vitrea urina multa effluens, & fluxus alui & somnus.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Conuulsionem hoc loco dicit, quam frigidus humor insidens nervis emouet. Id autem intelligas è remediis. Primum quidem febre, cuius calore materia coquitur, absoluiturque nervis, multoque magis, si inualescat. Leuior enim febris nihil conferre potest, ut in historia Numenij constat in Prorrhetico. At, ut ante dictum est, maior febris periculosa, quam non sustineant vires. Urina verò, quæ ὑαλοειδῆς, non alia, quam quæ γονοειδῆς, quæ indicat, ut ante dictum est, vitream pituitam excerni, quæ quia multa, morbi causam integrè vacuari ostendit, &

dit, & non esse à colliquatione. Eadem ratione alui profluuium, in quo mucosa multa exire necesse est, & somni, hoc est, frequens somnus, & ideo multus, quia videlicet concoquit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

Conuulsionis & apoplexiæ, quæ in causa conueniunt, à frigore, & crudis crassisque humoribus remedia complectitur, siue absque febre inciderint, siue cum febre lenta. In his enim iudicationes duas esse, humoris videlicet superflui consumptionem, & frigoris coctionem dictum est paulò ante. Præterea & illud, Superueniente acuta febre vtramque optimè perfici, modò ne vel ita lenta sit, ut nihil iuuat, vel adeo acuta, ut vires exoluat. Eam enim conuulsionem sanat febris, quæ ante non fuit: aut si prius fuerit, sed ita exigua, ut conuulsionis materiam mouere, non etiam discutere potuerit, acutior facta prodest. Quamuis enim sola natura concoquat, cuius est alimentum in membra commutare instrumentum, innatus calor: quæcunque tamen aut leui quodam calore cum humiditate iuncto coquentem natium calorem fouent, ut balnea, fotus, quies, vinum, cataplasmata, operimenta: aut materiam coctioni parant, & ab ea noxas impedimèntaque inducendæ coctioni tollunt, ut medicamenta, syrapi, calor febrilis in materia frigida & crassa, ea etiam concoquere dicuntur. Is enim calor, quauquam extraneus, nervos calefacit, & exsiccat: humorem attenuando euaporat, & frigidam atque humidam intemperiem, quæ pituitosi humoris effectus est & causa, ad calidiorem permutat. Quod si rigor quoque accesserit, geminatur utilitas, quia vehemènti illa concussionis excutitur humor, & calore febrili totum corpus occupante excretionem promouentur, ut sudores quidem sæpius, sed interdum etiã & vomitiones, & deiectiones, quæ vniuersum corpus expurgant. Sic quartana Hippocrati & Galeno à magnis morbis liberat, futuram epilepsiam arceat, presentem curat, quod humoris crudi, aut melancholici noxas caloris accessu tollat, rigoris violento motu, tanquam vecte, eundem promoueat, præcipitatumque ex imo corpore deuoluat. Idem iudicium de aphoniam ab ebrietate. Eandem conuulsionis speciem, quæ videlicet non fit ex euentu per resolutionem partis oppositæ, aut per translationem causæ morbificæ, sed cuius causam cerebrum, vel pars alia intra se continet, repletionem, non inanitionem iuuat urina ὑαλοειδῆς, vitrea, cum pituitosis contentis & copiosa. Est autem ὑαλοειδῆς, quæ vitri speciem refert, & cristalli, aut γονοειδῆς, in qua veluti grandines quædam & simile quid genituræ pendere, aut subsidere videtur, qualis sæpenumero accidit iis, quibus calculus est in vesica, aut quos grauissimi dolores nephritici cruciant. Huius materia duplex. Interdum vitrea pituita, crudus humor, & veluti mucor albugineus: interdum solidarum partium colliquamentum. Humor enim tertia coctione confectus, qui solidas partes actu nutrit, albus est, crassus, & subiecto cum semine idem. Priore modo non ita lethalis est, sed interdum etiam critica in morbis longis, & conuulsionibus, ut in Perintho notat Hippocrates sexto Epidemion. Posteriore verò valdè perniciosa est, præsertim in acuta febre, quæ à pituita originem haudquaquam duxit, ut in Philisco. Atque hæc, ut illa, copiosa esse non potest: sed pauca, malè olens, & biliosis ac nigris superueniens. Ob idque addidit πολλή. Præterea rectè dictum est, ὠφέλιμα, iuuat, non, ut de febre, λυεῖ, soluit. Nam ex duabus iudicationibus, quas diximus, alteram tantum absoluit urina vitrea copiosa, humoris videlicet morbifici excretionem. Eadem ratione prodest alui profluuium, si pituita excludatur, & inde leuius habeat æger. Quæ enim sua sponte fiunt ac profunt, ea facillè ferunt ægri. De somno verò maxima est dubitatio. Non modò enim non concoquit frigus, aut superfluetem humorem è cerebro expurgat, sed contrarium omnino facit. Nam si, ut Galenus arbitratur, per somnum refrigerantur spiritus animales in cerebro, & cerebrum opprimitur frigida humiditate magis, quam in vigilia, unde coctio sperabitur: Præterea si cerebrum initio somni concretum intra se humorem concipit obstruentem aditum spirituum, & ad cerebri substantiam, & ad motus sensusque instrumenta,

6. Epid.  
5. Aphor. 70

menta, qui poterit abundantem in capite pituitam absumere, cum potius materia erudæ ad interiora contractione & multa euaporatione ad caput, plurimum noceat: Repugnat etiam euentus. Nam in conuulsionibus, apoplexiis, & omnibus soporiferis affectibus, quorum sanatio posita est in crudi humoris concoctione in capite, somno medici interdiciunt. Verum distinctione est opus. Etenim initio tantum somnus refrigerat, idque in viis, per quas spiritus influunt potius quam in interiori sede. Vbi enim spiritus calidi sese ad cerebrum collegerint, & ad interiora receperint, progressu paululum somno, plus reliquis partibus cerebrum calet, quod maior vis soleat esse cuiusque qualitatis in agendo unitæ, quam eiusdem diuisæ; qua ratione etiam scribit Hippocrates, ventres hyeme natura calidiores. Præterea reparantur spiritus per somnum, qui violento motu, ac vigiliis exhausti fuerant. Ab his ergo tum unitis, tum multiplicatis præclare promouebitur coctio. Humor autem, & multa euaporatio inuitante quidem somno meatu vniuersos præcludunt, & grauant: interea tamen spiritus in ventriculis auctus & corroboratus circumstantem materiam non modo cõcoquit, sed etiam dissipat, aut eius malitiam emendat ac temperat, quacunque corporis parte contineatur, sed euidentius multo, si caput obsideat. Quò fit, vt hemicranicis affectibus, cephalalgicis, & temulentia nullum sit somno præstantius subsidium. Ob eandem causam in conuulsionibus, apoplexiis, & comatosi morbis medici haud quaquam absolute somnum prohibent, sed eum tantum, qui præter naturam est, nimirum multum, profundum, cum stertore, ac difficultate expergiscendi. Multus enim perpetuo sequitur humiditatis copiam. Profundus vero à materia tenaci ducit originem, sicuti stertor à meatuum obstructione, & difficultas expergiscendi (quæ propria differentia est somni præter naturam) à morbificæ causæ contumacia. Proinde non ineptè Arabes somnum distinxerunt in naturalem ex moderato exercitio, cibo, potu, diurnis per morbum vigilis: non naturalem ex humidi vtilis copia, quod quidem naturale est, sed excedit mediocritatis terminos, qualis ebriorum somnus: & tertium morbosum cum difficultate maxima expergiscendi. Ita igitur moderati auxilium oportet, vt in comatosi affectibus per interualla quædam breues somni ad coctionem concedantur, multi & frequentes propter euidentem infrigidationis, & humectationis noxam interdiciantur: profundi & cum difficultate expergiscendi coniuncti conuenientibus remediis curetur. In conuulsionibus autem & apoplexiis naturalis, & placidus somnus cum respiratione libera multo plus utilitatis affert, antegressa præsertim purgatione, sensim coquendo ac discutiendo, quam noxæ, externas sensuum vias refrigerando, euaporando, & materiam intro colligendo. Eadem ratione conuulsiones repentinas, quæ videlicet causam habent repletionem sine febre antecedente, & sine causa manifesta, coquendo, discutiendo, & vacuando febris acuta, & alui profuuium soluunt.

XXXIII.

Τὸν δὲ ἐξαπίνης παρομῶν λυτικὸν πυρετὸς, κοιλίης ῥύξις.

Repentinarum conuulsionum remedium febris est & alui fluor.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Repentinæ conuulsiones, quæ neque antegressio morbo, neque externa causa, atque euidente fiunt. Atque ita à repletionem fieri, cuius remedium est vacuatio. Febris autem, quæ tenuat & in halitum digerit, vacuatorium remedium est. Alui fluor manifestè vacuat.

DESID. IACOTII COMMENT.

H A E C sententia superiore Aphorismo explicata est.

Ἐν τοῖς ἀσπασμοῖς ἐν ἀναδίνῃ ἐπὶ πολὺ, καὶ ἐπὶ μέρει, ἢ τοῖς γλῶσσις ἀποπληξίην, ἢ βραχίονος, καὶ τῶν ἐπὶ δεξιᾷ σημαίνεται. λυτικὸν δὲ ῥοῦν ἐξαπίνης ἐλθόντων πολλοῖς ἐν ἡρόσις.

In conuulsionibus sermonis interceptio diutius durans, malum. Quæ durat breuius, vel lingua resolutionem, vel brachij & partium dextrarum significat. Soluitur autem derepente prodeuntibus urinis multis affatim.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Αναδίν & ἀναδία, vt ante dictum est, de priuatione sermonis dicitur, cuius opifex lingua est. At quia articulo sermoni varia motione linguæ opus est, vt hæc amplietur, contrahatur, & mediis dentibus consuelcat. At conuulsa intro retrahitur vi, & naturali motione prohibetur: ideo ἀναδίν, quanquam & virtute laesa, nec iam spiritum ad motum transmittente ἀναδία esse potest, quod certe deterius est. Omne enim vitium in communi principio, quam particulari instrumento grauius est. Atque vt diuturnum malum omne seipso breuiore grauius est, ita & vocis sermonisque interceptio, vnde causæ magnitudo intelligitur. Sed quod breuius in resolutionem linguæ commutatur, iam nõ reuulsis, sed irrigatis neruis & musculis, qui linguam mouent. Nam ἀπληξίον dicitur ab Hippocrate de particulari resolutione constat, quod ante dictum est. Et quia ceruix transfluente materia combibitur, ideo & brachium resolutum. Dextras autem magis, quam sinistras non tam ratione, quam experientia constare potest. Ac sepius quidem dexteram resoluam comperias. Soluitur autem. Materia natura robore versa ad vesicam, vel aluo fluente, vel largiore sudore, ea possunt conuiescere.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hippocrati non idem esse vocem, & ἀλάλειον καὶ τὴν ἀνδίν, loquelam, & sermonem, dictum est alibi. Est enim vox instrumentorum vocalium munus, quæ sunt guttur, ac musculi ipsum mouentes, itemque nerui omnes, qui ad eos vim à cerebro afferunt. Sermo vero non omne id est, quod proprie sub sensum auditus cadit, quales sunt soni, neque id solum, quod ore emittitur, in quo genere ploratus, sibilus, fletus, tussis & similia continentur: sed sola hominis vox, qua inter se colloquuntur, cuius instrumentum primarium est lingua, tum nares, & labra, & dentes. ἀναδόν ergo vocat ἡ ἀλαλέεις ἀδύατον, qui fari nequit: ἀφανον vero, qui nullo modo vocem emittere potest laesis vocis instrumentis, aut denegata exsufflatione. Atque interdum vtramque coniungit, vt in historia Pythonis in Thaso. Præterea ἀναδίν, impotentia loquendi à silentio distinguitur, quod illa fiat, vel facultate animali oppressa, vt in conuulsis: vel ad extinctionem properante, vt in moribundis: vel solius linguæ musculis & neruis septimæ coniugationis peculiari vitio laborantibus, vt in paralyti linguæ: silentium vero aut sponte vel obliuione, vt in melancholicis, aut præ nimia siccitate, vel vulnere, vt in phreniticis, qui linguam exerram non raro mordent. Præterea apoplexiam, & paralytim, quia in causa consentiunt, veteres confundere solent. Nam Hippocrati apoplexia duplex est: vniuersalis obstructis ventriculis cerebri, aut arteriis & venis carotidibus; & particularis, sensus motusque repentina ablatio cõseruatis principibus facultatibus, aut medij corporis, vel alicuius partis resolutio ab obstructione spinæ in ceruice, aut peculiaris alicuius nerui, quam inuexit, vel frigus densando, & facultatis meatum intercipiendo: vel humor obstruendo: vel compressio abictu: vel, vt quidam obseruarunt, calor & ariditas. Hinc paralytis, hemiplegia, & paraplegia. Sic alibi Hippocrates de paraplegia, siue particu-



Iari paralyfi agens crus scribit apoplectum factum esse, & hoc loco paralyfim linguæ vocat apoplexiam. Sed & paralyseos nomine conuulsiones etiam à vere-ribus comprehendi constat ex commentario Erasistrati πρὸ τῶν ἀλλήλων, ubi scribit resolutiones duobus fieri modis: quia aliæ membrorum τὰς ἀρθρώσεις συνάγουσι καὶ συντένυσιν, membrorum coniunctiones naturales contrahunt, contenduntque: aliæ verò ἐκλύουσι τε, καὶ καλύουσι, resoluunt & relaxant. Quamquam non eodem modo fiant conuulsio, & paralyfis. In illa enim neruorum ac musculorum fibræ aut plenæ, vel resiccatae tenduntur, aut lacescitæ distrahuntur. In hac verò laxantur nerui, & otio languent madefacti, vel potius ita obstructi, vt facultatis & spirituum animalium cõmeatus in totum nerui ductum impediatur. Atque hi omnes neruosi affectus magna ex parte à frigidis pituitosisque humoribus ortum habent. His ita distinctis non in omnibus conuulsiones eodem modo finiri docet Hippocrates, nec similiter malas esse. Quædam enim lethales sunt. Aliæ toto corpore excitantur salubriter & commodè. Etenim (ait Galenus) corpus totum quatientes, vniuersas calfaciunt partes, adeo vt multitudine partim per cutim digeratur, partim ad aliquam ex non præcipuis expellatur parte: vbi quum indissolubiliter impacta fuerit, paralexiam facit, id est, particularem paralyfim apoplexiæ vel epilepsiæ succedentem. Præterea conuulsio paraplegiæ superueniens eam soluit. Siquidem paraplegia partes affectas motu priuat: conuulsio verò ad motionem agit naturali vehementiorem, ita vt violenter concutiantur. Quòd si obstructio vel humidorum, aut crassorum, aut glutinosorum impactio in neruis fuerit, ob id paraplegiam iuuare videbitur. Quæ igitur conuulsio sit lethalis, & contrà, ex sermonis interceptione inuestigandum esse docetur hoc Aphorismo. Nam cum ἀκούσῃ sola, manente voce, in conuulsione incidit, eam cerebri partem opprimi constat à pituitosis & frigidis humoribus, ex qua nerui ad linguam feruntur. Cùm autem humores motu conuulsu ad partes inferiores deuoluuntur, siquidem neruos madefecerint, & facultatis ac spirituum commeatum, vel irradiationem in ceruice & exortu spinæ relicto cerebro intercepterint, partes illas relaxant atque exoluunt, ad quas nerui affecti perueniunt. Quod vitium κατὰ χεῖρας apoplexiam, propriè paralyfim aut paraplegiam vocat, in qua ad partium aliquarum immobilitatem sensusque priuationem decumbit morbus. Ex quibus etiam illud intelligitur, ἀκούσῃ, quæ diutius per conuulsiones durat, prauum admodum signum esse, quòd ex ea significetur virtutis animalis infirmitas cùm materiæ morbificæ contumacia & affectus magnitudine in cerebro, vnde expectanda est apoplexia, quòd infirma vis cerebri sese ab oppressione liberare non possit, quantumuis motibus conuulsiuus enitatur. Contrà verò sermonis interceptio breui restituta minus quidem periculosa est, quia humor morbificus non per diffusionem aut communicationem cum ortis & coniunctis plures occupat locos, sed naturæ robore ad partes inferiores cerebro liberato transmittitur. Inde tamen periculum impendet paralyseos linguæ, vel brachij, vel dextrarum partium, humore, vt dixi, è cerebro excusso & in neruis linguæ infarcto, aut in exortu spinali medullæ ad ceruicem herente, aut dextram spinæ partem, (quæ medio septo à sinistra separata est, non aliter quàm cerebri ventriculi) imbuente. Sed cur dextram partem potius resolui dixit, quàm sinistram? An quia, vt nonnulli volunt, sinistrum debilius magis repletur excrementis dextro, & quod plenum est, excutit, & à se propellit in dextrum vacuum? At hac ratione quælibet pars corporis maximè imbecilla minus frequenter laboraret, quod est absurdum. An quia calor dextri allicit humorem, ac proinde repletur potius & prius, quàm sinistrum? Verùm nerui moderatè frigidi ab attrahendo, quòd valde calidorum est, plurimum abfunt. Præterea dextra sinistris robustiora esse docet Hippocrates de morbis, quòd fit vt rarius succumbat morbo: & Aristoteles scribit calidiora esse, & sicciora dextra in omnibus animalibus, maximè omnium in homine, ob idque frigidum humido morbo minus corripit. Quocirca dextræ hemiplegiæ meminisse videtur, non vt frequentioris, sed periculosioris, quia minus proportionalis est parti dextræ, quàm sinistræ, quam

4. de Dieta in acutis, sect. 27

lib. 3.  
3. Part. 4

quam in sinistra tardius curatur frigida intemperies propter vim ipsius debilitatem, à qua speratur curatio. Nisi dicas materiam morbificam per conuulsiuos motus facilius pelli in amplitudinem meatuum partis dextræ. Nam si obstructio spectetur, quæ paralyfim constituit compositionis morbum, per congestionem facilius & frequentius repletur angustia meatuum, quæ in sinistris neruis spectatur. At per conuulsionem humores vi agitati, quæ data porta ruunt, & meatus patentiores, aut propinquiores inuadunt. Postea subiicit hanc affectionem vrinis multis repente & affatim prodeuntibus solui. Vrinarum enim copia, & crassities, præsertim in morbis longis, aut pituitosis, Hippocrati sæpe critica est: interdum nihil indicatorij, nihil commodi habet, vt tertio Epidemio. scribitur. Ratio in omni excretionem generalis est. Siquidem omnium excretionum multitudo interdum symptoma est redundantia prauorum humorum, quam natura partium continentium propter immoderatam copiam ferre non potest, vt in sudoribus & vrinis à copia serosæ humiditatis: interdum verò partium ipsarum affectionem aliquam sequitur, quæ propter imbecillitatem, aut morsum ad excretionem incitantur. Nonnunquam etiam critica est natura expurgante corpus, & excernente, quæ molesta sunt cum facili tolerantia ægri. In his naturæ vis non impedita ordinato motu & valido progreditur, cuiusmodi paulatim materiam simul, & cum impetu tandem excernit, vnde in morbi pituitosi solutione sæpe vrinæ repente multæ, & affatim prodeunt. Vbi verò inordinata sunt omnia, vt si interdum multæ fluant, interdum pauca, nec simul & cum impetu, natura opprimitur, aut vincitur. Ob idque criticam excretionem his veluti notis circumscripsit Hippocri. ζεαπίνης, πολλοίσιν, ἀδρόοισιν, & excretionis paucitatem à crisi perpetuò reicit.

## XXXVI.

Ἰθρότες δὲ, οἱ μὲν κατὰ μικρὸν, ἀφελές (ἢ οἱ δὲ ἀγροί, καὶ αἱ τῶν αἱμάτων ἀφαρέσις αἱ ἀδρόοι, βλάπτειν).

*Sudores autem, siquidem paulatim sunt, iuuant. Qui verò subito affatimque sunt, & quæ detractiones sanguinis similes, nocent.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Κατὰ μικρὸν & ἀθρόως opponit. Hæc autem, quia eam materiam paulatim coqui, paulatimque excerni conuenit. Vires enim fractæ non ferunt vniuersam vacationem. Sed cur vrina subito & confertim effluens laudatur, damnatur sudor eiusmodi, & hæmorrhagia? An quòd per vrinas ὑαλῶδεια crassa viscidæque excant, per sudores & hæmorrhagias non ita? An id experientia fretus dicat: ἀφαιρέσεις autem sanguinis spontaneas hæmorrhagias, vt antè, dicit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

Superiore Aphorismo excretionem laudat, quæ repente, & affatim prodeunt, præsertim in vrinis. Hic sudores excipit, & sanguinis detractiones. Quo verò sensu id accipere oporteat, accurata sudorum distinctione inuestigandum. Sudor ergo interdum febris ipsius proprium symptoma est, in qua videlicet suppressa vis humoris concepto intus incendio in perpetuum vaporem & sudorem resoluitur: cuiusmodi sunt febres πυφώδεις, ἐλώδεις, πεμφυγώδεις, vapore humido, & humiditate plenæ: febres etiam quædam erraticæ, quæ tertianum typum referunt: quales post humidam & frigidam constitutionem

MM

adhis, & in Autumno fieri solent. Interdum verò sudor in acutis superuenit, vel symptomaticè propter humoris copiam, aut virtutis imbecillitatem: vel periodicè, vt in semitertianis quibusdam: vel criticè, ex quo liberatur æger, aut melius habet. Nonnunquam etiam artificio medici prouocatur sudor ad deriuationem humorum attenuatorum per coctionem, aut medicamenta, aut ad resolutionem & euacuationem eorum, qui in habitu corporis inhaerescunt. Sudoris primum genus perpétuè & inutile est, & vires resolut, utpote qui causam habeat præter naturam in excrementi tenuitate, serosi humoris, aut crassi attenuati copia, & cutis raritate. De secundo scribit Hippocrates in Prorrhico, Sudorem multum, malum esse. Quod etiam distinctione eger. Siquidem multus sudor esse potest, aut propter copiam vna vice procedentem, aut propter temporis diuturnitatem, quanquam paucus singulis vicibus prodeat, aut propter vtrunque. Primus valde perniciosus est, quoties febrem non soluit, quòd vires celeriter prosternat, & mortem imminentem denunciet. Tertius in acutis nullus est, quòd fieri nequeat, vt in his diu multum sudorem, id est, assatim & assiduè effusum vires perferant. Secundus morbi longitudinem portendit, non tamen mortem, nisi simul cum ipso aliquod aliud signum lethale superuenerit. Sed & interdum paulatim effluens iuuat, tametsi febrem perfectè non iudicet. Ex his enim quæ non iudicant, alia lethalia sunt, quæ symptomaticè augent ægrum: alia difficilis iudicij, quæ nec augent, nec minuunt. Quæ verò aliquantulum remittunt morbum, licet perfectè non iudicent, in bonis numerantur ab Hippocrate. Sic enim in Prognostico sudores laudat, qui leuationem afferunt, quanquam morbum ex alto non tollant. In his ergo sudoribus verus est hic Aphorismus. Quoties enim crisis cum vehemènti certamine incidit, sudor multus aut necat, aut liberat. Cum mediocri verò pugna accedens, materia videlicet non valde irritante naturam, neque facultate vniuersæ vacuationi sufficiente, concoctam paulatim materiam paulatim & per vices excernit. Ea enim apta quidem est coctioni, quia faciliè patitur à calore. Coctionem tamen remoratur tum copia, tum crassities. Ob idque natura diu resistit in opere coctionis, & particulatim excernit, quod vno impetu non potest. Sic sudores, qui paulatim fiunt, per imperfectas crises iuuant. Quod vox, κατὰ μικρὸν, significare videtur, quæ opponitur dictioni ἀθρόως. Nam ἀθρόως vtrunque designat & simul totum, & cum impetu. Priori significationi responderet κατὰ μέγαν, in parte post partem: posteriori κατὰ μικρὸν, paulatim, aut lentè. Verùm quod subiicitur de sanguinis artificiosa detractione, quam vocat ἀφαίρεσιν, & quæ superiore Aphorismo dicta sunt de solutione conuulsionis, & paralyseos, coniecturam faciunt locum huic ad sudores pertinere, quos artificiosè in pituitosis morbis medici prolucere solent. His enim sudoribus humores crassi, ac viscosi educi non possunt, nisi prius paulatim attenuentur, & sensim foras educantur. Quemadmodum enim tenues serososque humores per initia medicamento cathartico purgare licet: crassos verò & glutinosos, cuiusmodi sunt pituita & atrabilis, minime, priusquam medicamentis attenuati & cōcocti fuerint, vt corpora fluida fiât, & in acutis, in quibus materia turget, non expectata cōcoctione statim in principio, vel etiam primo die purgante medicamento vtendum est: in diuturnis humorum expectanda concoctio, cum id morbus concedat, quòd horum περισσῶν ἐκ τῶν ἰγόνων, (vt Hippocrates loqui solet) pendeant: sic sudoribus non nisi serosa & attenuata excrementa mouere conuenit, non cruda & crassa, quæ propter crassitatem, & viscositatem per exiles poros ad cutim elici promoueri que nequeunt, præsertim cum à pectoris regione plurimum distant. Ob idque in paralyti & conuulsione, de qua agitur, sudores ἀθρόως confertim & copiose moti nocent: κατὰ μικρὸν verò paulatim, & sensim profunt. Etenim illi per expressionem violentam, vt Paulus loquitur, exeunt, ac non solum vires maxime denegunt, sed etiam cum maiore periculo tenues humiditates resoluunt, tum partium solidarum, tum humorum glutinosorum. Ex quo fit, vt quòd

1. Provrh, 23

vt quòd intus relinquitur, magis ac magis crassescat, glutinosusque reddatur: nonnunquam etiam ita exiccetur, vt in tophaceâ duritiem abeat, quod post luis veneræ curationem per sudatorias vñctiones astuaria, & immoderatè aperiendum vsu videre licet. Lentus enim, crassus, & glutinosus humor per meatus cutis non exodat, nisi paulatim ac sensim tum concoctus, tum attenuatus. Præterea vetat Hippocrates humores, qui extrà sunt, intro: & eos, qui intus sunt, foras reuocare: sed qui extra sunt, per halitum digerere sensim. Siquidem quæ vehementius id faciunt, etiam aliquid attrahunt ex iis, qui intus consistunt. Qui verò sunt intus, hi attentandi, concoquendi que sunt, tumque per eam, quam expedit, viam, vt in libro de humoribus iubet, erunt educendi, hac tamen obseruatione, si ægotus ad eiusmodi purgationem sit idoneus. Nam qui cruditatibus ex multis, aut glutinosis, aut crassis eduliis abundant, aut quibus hypochondria flatibus distendantur, aut vrina supra modum calida est, & ignea, aut aliqua est ibi inflammatio, ij profectò omnes sunt ad purgationes inepti. Quibus angustior thorax, ad vomitum, idemque de cæteris. Foras autem ferunt, & per sudores euacuant, aut per insensibilem transpirationem, exercitationes, frictions, balnea, fotus calidi, vñctiones sudatorias, & quæcunque humores, qui altè in corpore merfi sunt, ad motum in omnem partem irritant. Sed nec magnam sanguinis vacuationem simul & confertim factam probat Hippocrates, nisi & necessitas aliqua vrgeat, & vires ferre possint, propter caloris natui præcipitem dissipationem, quam natura auersatur. Ob idque alio loco præcipit, effuso immoderatius sanguine, humidæ & spirituosæ substantiæ iacturam alimentis liquidis celeriter refarciendam esse, priusquam infirmitas ad partes solidas peruenerit: & contra, sensim reficiendum corpus longo tempore extenuatum, cuius partes solidæ (quæ concoquunt, distribuunt, sanguinem conficiunt, & nutriunt) propter infirmitatem & colliquationem tantum cibi conficere nequeunt, quanto opus est ad refactionem & recreationem corporum defectorum. Eadem ferè ratione in Aphorismis de vñctione eorum agens, quibus inter pulmonem ac thoracem cum spirandi difficultate, & expectorationis desperatione pus collectum est, periculosam esse vacuationem confertim factam docet, quòd ex ea animi deliquium, & virium debilitatio sequantur, quæ postea non facile restitui possint multo spiritu vnâ cum pure excreto. Idem iudicium de sectione in hydrope, & paracentesi: de qua scripsit Erasistratus se experientia compertum habere, vniuersim factam vacuationem febres, ac mortem asserre, tum ob detrimentum, quod diximus, tum etiam interdum ob visceris scirrhum non amplius sustentatum ab aquosa substantia, vnde fit, vt diaphragma & viscera in thorace contenta retrahat. In vniuersum vehementes vasorum inanitiones intempestiuè haudquaquam fieri debent: cademque ratione cauendum, ne viscera, & quæ in toto corpore sunt vasa, immodicè repleantur, quòd illic naturalis spiritus effundatur: hic ipsius aditus, ac motus intercludatur.

XXXVII.

ἐν τοῖσι τετάνοις, καὶ ἐπιπλοστοῖσι γένεσι λυθραῖσι, γαλακτικῶν, θανάσιμον δὲ καὶ ἰσχυρὸν ἐν ἐπιπλοστοῖσι, καὶ τὸ σῶμα διαλύεσθαι, καὶ ἀνεμῆν ἐπιπλοστοῖσι διὰ ῥινῶν, ἢ ἐξ ἀρχῆς ἀφῶνον εἶναι βοᾶν, ἢ φλυγρεῖν. ἐς γὰρ ἢ ὑπερβαλλῶ γάλακτος σημαίνει.

Ex rigore & in dorsum conuulsione maxillas solui lethale est. Lethale quoque sudare in dorsum conuulsis, & corpus dissolui, & reuomere per nares, & ab initio intercepta voce iam reboare, nugarique. Nam in posterum diem mortem significant.

**A**λύειν & διαλύειν peculiariter quidem de ea relaxatione, quæ fit nervis irrigatis & madentibus, flaccidis & inde ineptis ad motum & sensum, vel quum spiritum animale non recipiunt, vt in paraplegiis vocatis & paralyfi. Communiter autem vbi soluitur continuitas partis, vt in conuulsis, luxatis & loco motis diuisisque partibus. Ac verisimilius est hoc loco communius dici λύειν & διαλύειν. At quantò pars vicinior est principio, tantò eius noxa grauior putatur. Propterea graues oculorum conuulsiones, & musculorum temporalium in stridore & constrictione dentium, maxillarum, labiorum, aliarumque partium faciei. Sudant in conuulsione præ dolore & morbo magis, quàm natura mouente, vnde virtus dissoluitur. Quòd si quæta conuulsione corpus resoluitur, dispersa in nervos, & his imbibita materia, id quoque perniciosum censendum est. Reuomere per nares & præcluso conuulsione, & laxatò resolutione œsophago contingit. Quòd si qui prius sine voce fuit, conuulsis vocalibus instrumentis, deinde soluta conuulsione reboat, nugatur, delirij signum est materia in cerebrum versa, vbi exagitata mentem conturbat. Sæpe enim contingit conuulsos in delirium incidere, ex quo in breui mors expectanda. Nam incidens delirium inter signa lethalis conuulsionis notatur ab antiquis. Tetanos relictam immotamque ceruicem intendit. Opisthotonos caput scapulis, emprosthotonos mentum pectori annectit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**S**pasmi, quem neruorum distensionem vocat Celsus, tres in omnibus partibus differentias esse multis locis docet Hippocrates, exemplo diuisionis huius à capite sumpto, in quo manifestius apparent. Tetanus, siue rigor dicitur, cum partes æqualiter tenduntur, conuulsis ad principium suum vtriusque musculis & neruis, tum inclinantibus & erigentibus, tum flectentibus & tendentibus, vt nullam in partem certum inflecti queat. ἐμπροσθέντος verò, in anteriora tensio est à conuulsione flectentium, ἐπίσθέντος in posteriora, à conuulsione tendentium. Causa singularum duplex: particularis in musculis ipsis, ac neruis: vniuersalis in cerebro. Distinguitur principij affectus offensione communi tum sensibus, tum totius corporis motui, imprimis verò earum partium, quæ maximè cerebro vicinæ sunt, & cum ipso coniunctæ, quales sunt musculi crotaphite, qui à superiori parte exorti sursum tantum maxillam adducunt, & μάσθηρες, siue manforij, qui ipsam in latera mouent. Vbi enim vniuersum corpus, sine musculorum faciei oblatione conuellitur, omnium neruorum, qui infra faciem sunt, originem affici consentaneum est, quæ primis spinalis medullæ partibus contingitur. Quò fit, vt in tetano & opisthotono maxillam inferiorem solui, id est, luxari, aut ita affici, vt vel claudi nequeat, vel aperiri, signum sit maximè lethale, quòd ex eo intelligamus affectum esse neruorù principium. Etenim cum vtrumque incidat, vt soli musculi maxillam claudentes, vel aperientes causam affectus intra se contineant aut ipsa etiã maxilla luxetur per violentum hiatum, aut oscitationem, nondum oblatò neruorum principio: interdum etiam, vt iidem musculi sine peculiari affectione in consortium mali, quod est in cerebro, adducantur, ratione optima maxillæ solutio tum in tetano, tum in opisthotono lethale signum est, quia neruorù principium grauiter offendi ostendit. Quemadmodum enim in iis partibus, quæ extra sunt, affectiones, accepto ex aliqua parte principio, circum dilatantur, ac paulatim crescunt, vt breui partibus vicinis communicentur: sic locis interioribus laborantibus, vbi se intenderit affectus, promptissimè communicatur ortis & coniunctis. Idque tantò facilius ac manifestius in cerebro apparet, quantò magnitudinem habet excellentiorem, plurisque neruorum propagines, per quas alias ab aliis partibus malum oriri, & in vicina diffundi consentaneum est. Qua verò parte cerebrum affectum fuerit, ea ipsa neruorum propagines mali participes, musculos, quibus inseruntur, mouere non possunt. Cum itaque maxillam

maxillam inferiorem alij musculi aperiant, alij claudant, malo in musculorum apertionum nervos inuadente, maxilla ipsa aperiri, in claudentium nervos, claudion potest. Quorum vtrunque lethale est propter affectus magnitudinem, partiaffectæ præstantiã, doloris grauitatem, & communis officij interceptionem. Quinetiam ab vtroque malo per se mortis periculum impendit, tetano, in quã, & maxillæ solutione. Nam tetanus, quia ex emprosthotono, & opisthotono conflatur, morbus est peracutus, primaque periodo, id est, intra quatuor dies nec loci patientis ratione, & doloris acerbitate, diuturniorem tensionis laborem non ferente natura, tametsi vltra primum quaternarium progressu malo natura interdum sese colligere, & causam morbificã paulatim vincere queat, adiuta præsertim conuenientibus auxiliis, aut febre superueniente. Maxillæ autem luxatio, quæ celeriter non restituitur, sola etiam periculum minatur. Vt enim propter viciniam & cum cerebro coniunctionem per nervos, quos habet à tertio præsertim coniugatione, affectus ipsius faciliè excipitur: ita cum peculiari vitio laborat, cerebrum promptissimè in consensum trahit. Dolore enim & inflammatione correpti febres acutas excitat, phrenitidem, conuulsionem, soporem, & inexpugnabilem dormiendi cupiditatem accersit, idque tensis præter modum fibris musculorum, aut alterata eorundem substantia, vel propter intemperiem calidam, frigidam, humidam, siccam: vel propter inflammationem, aut putredinem aliquam. Sed & biliosa syncera vomunt ac deiciunt ægri, tum quia per febrem acutam recens pinguedo liquatur, & sanguis aduritur: tum quia os ventriculi cum cerebro consensum habet maximum, ob quem tenuiores omnes humores celeriter eò confluunt. Ob idque nono die, aut vndecimo, vt per tetanum, quarto, moriuntur. Cum igitur morbus omnis tribus modis vehemens valensque efficiatur, aut propter eius partem, quæ afficitur, nobilitatem: aut propter affectus magnitudinem: aut propter ipsius malitiã, his omnibus tetanus & opisthotonos cum maxillæ solutione morbi sunt, & vehementes, & lethales. Addit deinde alia signa in conuulsione ἐπιγνώμενα, & lethalia, vt sudorem in opisthotono ab oppreffione, dolore, & violenta expreffione: aut, vt alibi dictum est, rigorem: deinde corporis dissolutionem concidentibus viribus, & calore ac spiritu præ dolore, & affectus vehementia dissipatis. Vt enim dum facultas operatur, vel contrahit, vel contractas seruat musculorum fibras: cum verò otitur, membra concidere, ac veluti dissolui sinit: ita in cerebro & distento membro à morbosa conuulsione tandem fatiscens ac dissoluta, facit, vt vniuersum corpus dissoluatur. Quartum ἐπιγνώμενον est, si æger per nares reuomat, quod ingeritur. Quod superuenire solet, cum ad extrema ventum est, propter angustiam œsophagi à conuulsionis magnitudine, & propter respirationis necessitatem, obstructo tum œsophagi, tum asperæ arteriæ superiore meatu. Postremum est, vocis interceptio, quam excipiunt clamor & nugæ. Illud enim accidit conuulsis intercostalibus musculis, qui exsufflationem faciunt, aut neruo recurrente refrigerato, aut impedita musculorum laryngis facultate: hoc verò per refluxum materiæ ad cerebrum, & eiusdem agitationem. Interdum etiam vociferantur & clamant præ dolore, quia, vt scribit Galenus, conuulsio doloris plena est affectio, & Hippocrates in Prorethetico, Quibus ex dolore aphonix, hi cum dolore moriuntur. Quocirca rectè subiicit, ex his in posterum diem mortem præmonstrari, calore aut per oppreffionem suffocato, aut per dolorem resolutò, cum interceptione vsus respirationis.

## XXXVII.

πυρετώδεια ὀπισθότωνώδεια, γονοειδές ἐρήσιες λύειν.

*Conuulsiones in dorsum cum febre, vrinæ genitura similes soluant.*

**I**N febre ardente conuulsiones aliquando incidunt siccato & eliquato corpore: à siccitate conuulsio, ab eliquatione vrina genituræ similis esse potest irremediabili vitio. At si à plenitudine & copia pituitæ crassæ & viscidæ conuulsio fit cum febre, materia illa coqui excitarique potest, & ad vrinas conuerri, vnde sultio. Duplicem enim generationem eiusmodi vrinæ iam ante diximus.

DESID. IACOTII COMMENT.

8. Epid. com. 3

6. Epid. co. 2

**I**dem paulò ante dictum est de vrina vitrea, quæ *ὕαλοειδης* appellatur, vbi hanc sententiam exposuimus. Erotianus *γονοειδὲς ἕρπον* interpretatur *τὸ λεῖον καὶ παχύ*, vrinam genituræ similem, crassiorem, candidiorem, rotundiorem, magisque compactam, vt in Philisco febre acuta & lethali correpto, in quo inter perniciofa signa notantur *ἕρπον ποικίλα ἔχοντα ῥιζωδῆματα στρογγύλα, γονοειδῆ, διασπαρμένα*, vrinæ variæ, quæ quinto die haberent enæremata rotunda, genituræ similia, dispersa, vnde sexto die ad meridiem obiit aliis signis in motem conspirantibus. In Perintho verò *ἕρπον γονοειδὲς* scribit in morbo pituitoso fuisse *κρυτικόν*. Tum enim constat ex humore vitreo vocato, & albugineo mucore, qui cum vrina euacuatur. Ita fit, vt sine febre hoc genus vrinæ affectum aliquem nephriticum, aut vesicæ calculum significet: in febre acuta proprij alimenti solidarum partium (quod subiecto idem est cum femine) colliquationem, modò biliosæ, nigra, aut ardentes præcesserint: in morbis pituitosis ac diuturnioribus pituitæ solutionem, quæ liquori vrinæ tenui permiscetur. Idemque iudicium de deiectione genituram referente, vt fusius exposuimus tertia sectione huius operis. Consentaneum est ergo opisthotonon, cuius causa est frigida, crassa, lenta, que pituita nervos implens, vrinis eiusmodi, quæ repente & affatim funduntur, aliquando solui, humore per calorem febrilem attenuato, & ad renes, atque vteras conuerso. Qua ratione morbi diuturni solui plerunque solent, hyeme potissimum, aut in senibus, in quibus ad humorum frigidorum copiam accedit facultatum omnium infirmitas. In quo etiam Hippocrates suo more tacite admonet, per quem locum humores in hoc morborum genere euacuari commodè possint, vt cum vniuersum corpus expurgatum fuerit medicamento, quod vniuerso expurgando accommodatum sit, quò natura ferat, per eam partem educamus, atque ad crassos humores incidendos, & vt vrina procedat, etiam medicamenta, quæ incidendi vim habent, vsurpemus. Censet enim perpetuò, vt quæcunque ab ipsa natura rectè fiunt, quæque sponte fieri dicere solet, ea medicus imitetur. Quòd autem etiam febris hanc conuulsionis speciem

iuuet, quòdque nimium lenta conuulsionis causam tantum moueat & exagitet, acuta verò eandem discutiat, & intemperiem frigidam concoquat, copiosè explicatum est paulò ante.

IACOBI



IACOBI HOLLERII

STEMPANI MEDICI COMMENTARIORVM IN SECVNDAM

Coacorum Praefagiorum sectionem

Liber quintus.


Liber quintus.

APHORISMVS PRIMVS.

*Τὰ κωλύοντα τὰ μήτε ἐν τῷ βραχίλῳ, μήτε ἐν τῇ φάρυγγι, μηδὲν εὐδελον ποιεῖν, πνευμὸν δὲ νεφρικὸν καὶ δύσπνοιον παρέχοντα, αὐτῆμέρης καὶ τεταχὺς κτείνετ.*

*Angina, quæ neque in ceruice, neque in faucibus quicquã conspicuum edunt, suffocationem vehementem & spirandi difficultatem inferunt, atque eodem die, aut tertio occidunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.



**H**oc genus anginae fieri inflammatis interioribus musculis laryngis constat, ex quo & œsophagus, & arteria contrahuntur, neque transuorant, neque facillè spirant, de quibus iam antè in sermone de faucibus. Eadem est sententia, que tertio Prognostici scripta est, nisi quòd mutatis quibusdam vocibus describit, additque secunda aut quarta mori.

DESIDERII IACOTII VANDORVM

PERANI MEDICI COMMENTARIORVM IN eandem sectionem liber quintus.



**A**ngina nomine Hippocra. cõplectitur eos omnes gutturis affectus, quorum spiratio difficilis comes est asidua, nullo vel thoracem vel pulmonem occupante vitio, sed angustia sensu percepto in summis gula, & faucium partibus, per quas spiritus introitus est. Atque his duabus differentiis à peripneumonia, & morbo laterali distinguitur, tametsi cum vtroque affectu in eo conueniat, quòd spirationem quoquo modo efficiat deteriore. Præterea neque ex locorum affectu varietate anginae species distinxit eo modo, quo posteriores medici: neque curiosius neglectis rebus Cynanchen per C, aut Synanchen per S, nominauit, tantum abest, vt Paracynanches, aut Parasyanches meminerit. Etenim recentiores in nominibus occupati anxie admodum initio quarunt, num ab *ἀσπνῆσις*, id est, suspendio morbus dictus sit, quòd instar suspendij strangulet: an *ἀπὸ τῆ σιωπῆς*, continendo spiritu, quòd respirationem prohibeat: vel à canibus potius, qui id genus symptomatis crebrò perpeti solent, aut quoniam eo malo correpti similiter canibus linguam exerunt. Deinde iuxta nomina quatuor, totidem anginae species constituunt, Cynanchen grauisimam, vbi neque in faucibus, neque in ceruice quicquam apparet: Paracynanchen, quum solæ fauces manifesta phlegmone tentantur: Synanchen faciliorem, in qua vnà cum faucibus ceruix attollitur, ac foris tu-

4. de Dieta  
in acutis.

Et al. com. in li.  
de humoribus

mor atque rubor est conspicuus: Postremam omnium leuissimam, atque tutissimam Parafynanchem, quæ non interiores fauces, sed ceruicis solius ac pectoris musculosprehendit, quorum tamen tumore interiores etiam laryngis musculi comprimuntur, introitusque coarctatur. In qua diuisione illud primum animaduersione dignum est, quod plura membra contineat, quam conueniant: Deinde quod ea Anginæ species prætermissa sit, quæ nullo quidem fit proprio faucium affectu, sed quum ceruicis vertebræ intro luxatæ sunt, aut gutturis fractura artius meatum spiritus coangustat. Præterea eiusmodi doctrina, quæ per morborum nomina artem curandi tradit, nonnunquam non ambiguitatibus plena est, cum docendi ratio, quæ ab eo, quod generalissimum est, progressa, per singulas differentias ad imas species deducitur, multò sit & certior, & exactior. Ob idque diuinus Hippocrates nominibus neglectis, quibus ad curationem opus non est, affectus omnes, qui gutturi accidunt, si spirationem quoque deteriorer reddant, & febrem coniunctam habeant, vno Cynanches nomine comprehendit: deinde à rei essentia, & periculi magnitudine exorsus ipsam in tria membra distinguit, quibus tandem quartum adicit ex vertebræ luxatione. Etenim cum Angina fluxionis sit soboles, eius, quæ à capite illabitur, species duas obseruat. Vna enim substantia tenuis est, alia ex crasis viscosisque humoribus constat. Quæ igitur fluxiones tenuiores sunt, per latiores venas faciliè penetrant, sed in angustioribus detinentur, cuiusmodi sunt venæ, quæ guttur ambiunt. Contra fit in crasis fluxionibus, quod in venas angustiores penetrare nequeant. Prima ergo species Anginæ existit, quoties tenuissima acerrimæque fluxio superatis faucium venis latioribus in muscutorum interiorum laryngis venulas sese insinuat, quorù vel erysipelas, vel inflammatio penitus abstrusa est, vt neque tactu, neque aspectu deprehendi possit. Secunda verò exoritur, quum fluxio paulò crassior in faucium venis consistit, atque illic impacta, partem, quam obsedit, in tumorem adaperto ore conspicuum attollit, quod earum partium, quàm laryngis, venæ latiores sint, & musculi phlegmone tentari manifesto se tumore proferant. Tertia ex crassa & viscosa fluxione constat, quæ tum in ceruicem & partem exteriorem sterni influit, tum in colli musculos, qui per latera œsophagi ad cartilaginem scutiformem descendit. Ex quo etiam fit, vt modò inter Autumni morbos, modò Veris, Anginam Hippocrates numeret. Vere enim ex humoribus magis pituitosis oritur, quod excrementorum magna vis tum in fauces irruat, aut destillatio è capite prolapsa, in faucibus infarcta obfirmatæque hæreat. Autumnum verò humorum biliosorum prolapsio magis in causa est. Quia autem periculi vis tum à vehementia doloris, tum à difficili spiratione & strangulatu pendet, ea species merito periculossima censetur, in qua vtraque coeunt, qualis est prima. Mitior aliquantò, vbi citra vehementem spirandi difficultatem, quam orthopnoeam vocat in Prognostico, dolor cruciat, vt in secunda differentia. Omnium leuissima atque tutissima tertia, quæ vtroque symptomate sæua non est, ac partes tantum exteriore inflamat. Quarta species rarius contingit: euenire tamen potest, quum prima vertebræ afficiuntur, idque in pueris magis, quàm in adultis, de qua plura diximus suo loco. Rectè igitur de prima specie scribit hoc loco, Anginas sæuissimas esse, & citissimè hominem è vita tollere, cum nec in faucibus, nec in ceruice quicquam apparet, & tamen ingens dolor est, eaque spirandi difficultas, vt non nisi recta ceruicè spiritus trahi possit. Hæ nanque vno, & altero, & tertio, quatuorque die jugulant. In quo periculossimæ Anginæ tria signa sunt, quorum vnum maximè proprium est, nimirum, neque tumorem vllum, neque calorem, aut ruborem in faucibus, vel ceruice conspici. Reliqua duo ex his, quæ *συνεστύοντα* Græci vocant, dolor ingens, & strangulatus. Verùm dolore prætermisso, quem in Prognostico posuit, strangulatus vehementis, & spirationis difficilis tantum meminit hoc loco. Præterea in Prognostico *ἢ τὸ ἀλγέειν* dixit, pro *τὸ ἐπὶ τῷ χιμῶ*, eadem sententia. Vtraque enim voce collum intelligit, illud nempe spatium à capite in thoracem, quod septem vertebris comprehenditur, & quod ante guttam gutturisque situm est. *φάρυγγα* verò eam capacitatem vocat, quæ adaperto ore, lin

ore, linguaque depressa cernitur: in qua ostiola duo, vnum gulæ alterum gutturis apparent. Itaque si nec in faucibus, nec in ceruice aliquid præter naturam se videndum præbeat initio morbi (nam aucto periculo sæpe extra quoque materia propter copiam effunditur) interiores laryngis musculos proprios duodecim, aut communes octo, qui neque sub aspectum cadunt, neque tactu noscuntur, putare oportet phlegmone tentari, quæ & spiritum elidit, præclusis gutturis partibus, per quas spiritus introitus est, & acerbissimum dolorem mouet propter materiæ tenuitatem & acrimoniam, subitam ac præcipitem defluxionem, exquisitum loci affecti sensum, intemperiem denique calidissimam, cum tensione ipsorum muscutorum, artierum pulsatione, & pressu spinalis medullæ ac circumpositorum corporum. Ex quo etiam duo alia symptomata nascuntur. Nam cum illius meatus per angustia naturaliter via sit, si eam phlegmone prorsus ocludat, strangulari necesse est. Quamobrem coguntur agri recta ceruicè spiritum trahere, quò vel tantillum meatum patefaciant. Supinus enim decubitus cum penitus obturat prioribus corporibus (ait Galenus) in colli vertebrae procumbentibus. Omnibus enim, qui propter partium respiracioni seruientium difficulter spirant, paruus etiam sit spiritus, indèque necessariò duo symptomata, ceu accessoria malae consequuntur, spiratio cum stertore quodam, & orthopnoea, cuius meminit in Prognostico. Nam cum aspera arteria principium habens à summo gutturo, in pulmones distribuatur, quoties thoracem cum collo rectè extendunt agri, arteriam ipsam dilatari contingit, simulque cum ipsa propagines omnes, quæ pulmonibus inferuntur, aucta interim capacitate interiore. Ob eamque causam tum in hac specie Anginæ, tum in affectibus quibusdam pectoris ac pulmonum, vt in peripneumoniacis, & asthmaticis à tuberculo, catharro, suppuratione, hydrope thoracis, agri fieri solent orthopnoici. Hic difficilem spiracionem, & suffocationem dixit: alibi sublimem spiritum, in quo etiam narium pinna dilatantur, vel quia rotum thoracem mouent agri ad externum aërem attrahendum, vel quia sese erigunt ad respirandum, vel potius quoniam paucus aër inspiratus ad imas thoracis partes propter obstructionem non videtur posse pertingere, sed in sublimibus eius partibus consistit. Non enim est, quod quidam putant, magna spiratio, sed parua & densa, nisi magnitudinem metiaris non multa inspirati aëris, essentia, sed sola thoracis dilatatione, vt Hippocrates interdum facit. Mortis autem terminum in morbo omnium acutissimo, peste & apoplexia exceptis, primo circuitu circumscribit. Quo verò die, primo videlicet, an secundo, vel tertio, vel quarto moriturus sit ager, tutò definit non potest. Nam febris & phlegmones ratione quarto crisis incidere solet. Sæpe tamen ante hunc diem in pestilente statu, aut doloris acerbitate, & superueniente strangulatu, vel intra horas octodecim, è medio tollitur ager, præsertim cui infirmæ sunt vires, & pectus angustius. Hippocrates tertio Epid. Anginosam quinto mortuam scribit. Verùm tumor in illa apparuit subruer ac durus in collo & pectore, vt ad tertiam speciem referri queat. Cæterum anginam præcedere solet vox minus clara cum rubore linguæ & siccitate. Etenim cum in raucedine lingua resiccata conspicitur, faucium humiditas vix in causa esse potest. Metuenda ergo latens defluxio in laryngè, ex qua angina nascitur, præsertim in eo, qui multum sit loquutus, cuique guttur redditum sit imbecillius, quod illuc potius, quàm aliò fluxio feratur, multòque magis, si quis riguit, aut frigidus in loco, vbi guttur malè affectum sit, oratione habuerit.

## I I.

Τὰ δὲ ἐπάρματα καὶ ἔρρωτος ἐν τῷ βραχίονι λευκάνοντα, ἔα μὲν λοιπὰ παρὰ πλῆθια, χροιώτερα δ.

Quæ verò in ceruice tumorem edunt, & ruborem, cætera quidem priori similiter habent, sed sunt longiores.



IN Prognostico non  $\psi$   $\tau\rho\alpha\chi\acute{\iota}\lambda\omega$ , sed  $\phi\acute{\alpha}\rho\upsilon\gamma\eta$  legitur.  $\phi\acute{\delta}\rho\alpha\pi\lambda\acute{\iota}\sigma\iota\alpha$   $\tau\acute{\alpha}$   $\lambda\omicron\iota\tau\acute{\alpha}$  dicit, quod ad periculum & molestiam attinet, quæ esse nequeant, si tumor in ceruice & rubor est liberis interioribus oris partibus.

## DESID. IACOTII COMMENT.

3. Progn. 22

Alteram Anginæ speciem exponit, in qua & fauces manifesta phlegmonè rubent, & ceruix intumescit. Quamquam in Prognostico ceruicis non meminit, & quædam vtiliter addidit hoc modo, Quæ verò dolorem quidem æquè afferunt, sed tumorem, & in faucibus ruborem excitant, pestiferæ hæ quidè sunt, sed tantò prædictis longiores, quantò rubor maior fuerit. Proprium itaque signum huius speciei faucium rubor est ab inflammatione, quæ proprios faucium musculos, vel octo communes laryngisprehendit. Quòd si vnà quoque ceruix intumescat, vt Galenus censet, id eò non fit, quia inflammatio fit externa, sed quia ab interiore in tumorem attollitur. Conuenit ergo cum superiore, quòd & æquè dolorem afferat, & ad mortem sæpius ducat: differt verò mortis tempore, & spirandi difficultate. Non enim tanta premuntur spirandi difficultate, vt recta ceruice spirare cogantur, quòd muscoli laryngis per consensum potius laborèt, quàm proprio affectu, aut non ita vehementi phlegmone vrgeantur, vt introitū aëris, & fuliginum egressum intercipient. Quinetiam humore in faucium capacitate diffusio maior sæpe deglutienti, quàm spirandi difficultas inuadit. Ob quã etiam causam vitam diutius trahunt, ac plerique euadūt, idque si rubor magnus fuerit. Ex eo enim significatur materiam crassiore esse, ac foras proflire, vnde euocari digerique facilius potest, & conuenientibus remediis in os expurgari. Præterea quòd tumor ad exteriores partes magis inclinatur, eò spiratio liberior est, nec suffocationis metum concitat. Quòd etiam fit, vt paruus in faucibus tumor cum orthopnoea coniunctus ad primam speciem referri possit. Hippocrates in Epidemiis mortis modum, & signa, præsertim in pestilenti constitutione, in qua frequens esse solet, accuratè exposuit, simulque remediorum, quibus vti solebat, varietatem nos docuit. Angina, inquit, excitabatur: quæ circa thoracem sunt, distendebatur: atque inde caput quoque tendebatur, itémque venæ temporum, & ceruicis. Quæ omnia significant, cum morbus malignus esset factus, ad extimas partes trãsmisissè suam malignitatè. Ac si quãdo magna spiratio facta esset, id erat mortis signū. Sic enim vocat sublimem spiritū. Nam thorax in hac spiratione sublimiorū musculorū motu mirū in modum dilaturatur, aër tamè ad dilatationis proportionè non subit propter angustia & obstructionè, ex quo mors insequitur. Addit deinde, qui ita spirarent, tepidos fuisse. Cuius symptomatis causa fuit calor intimas partes obfidens cum materiæ copia eadè suffocante. Mortis autem modum expressit, cum scribit, si fortè cum febre riguissent, repentè obiisse, quòd calor dissoluens satis esse non posset ad mortem afferendam, nisi etiã rigor superuenisset, cui ferendo vires non sufficiebant. Fortasse etiam illud indicare volens, in febre non intermittente extremorum refrigerationem in malis esse. Sed in illis anginosi cum natura ob suffocationè penè esset dissoluta, in imas partes recesserat, vnde extremæ partes à sanguine destitutæ refrigerabantur: ipseq; eam, quæ absolutè perfrictio est, rigore appellauit. Tandè subiicit, omnes, qui ita affecti essent, interiisse, non artis medicæ culpa, aut medicamentorū penuria (nihil enim Hippocrates non fecit, vt remedium tentaret) sed morbi malignitate, quæ omnium vim contemneret. Imprimis venæ sectionem adhibuit tum in cubito, si corpus plenum apparuisset, ne ad locum affectum materiam transmitteret, tum sub lingua, vt quod influxerat, foras euocaret. Si verò corpus cacochymia quandam ad locum amandaret, purgatione ventrem perturbabat, & peracta vniuersali curatione ad topica accedebat, & compressionis vsum. Etenim interdum penina locum inungebat, cum propter oris angustiam imponi digitus non posset; interdum contrà digito comprimebat, vt materiam extrudendo eliceret, idque compref-

6. Epid. sect. 7. &amp; 2. Epid. sect. 2.

Gal. in emdū locum.

Vide 4. de diætā in acutis, aphorism. 30

compressionem vocat. Sed & gargarismatis, & his, quæ pituitam educerēt, vsum est, cum scribit se per superiora purgationè adhibuisse. Non enim vomitionem intellexit, cum ipsemet iubeat, ne per locum affectum vnquam euacuemus: alioqui futurum, vt imbecillus ad se trahat omnia. Quarto de diætā in acutis addit medicamenta attractoria parti exteriori ceruicis admota, & collo circumposita ad humorum reuulsionem. Negat tamen hic quicquam horum profuisse. Nam quæ rumpebantur, quæque symptomata superueniebant, maligniora erāt, quàm vt remediis cederent. Vbi illud quoque obseruandum, eruptionem materiæ in Angina plerunque lethalem esse, quando videlicet materia, quæ discuti progressu temporis non potuit, acrior effecta erodendo cutim & asperam arteriam exulcerat, aut etiam in pus commutata à natura, abscessum facit, qui suffocationem inuehit. Hactenus de lethali & pestilente Anginæ specie. Sed quid est, quod eodem loco scribit Hippocrates inter Anginosos, qui solum deglutire non poterant, iis morbum fuisse admodum mitem ac facilem ad tolerandum: qui autem simul etiam obscurius loquerentur, iis molestiam maiorem accessisse, vt etiam diutius vexarentur? An quia sola deglutienti difficultas sine raucedine & vocis obscuritate circa cesophagum tantum humorem cumulari ostendit, manente libera spiratione, in qua vis morbi, & mortis periculum consistit? Quòd si ad eam difficultatem accedat vocis offensio atque impedimentum, copia materiæ significatur, quæ non solum summas gulæ partes præcludit, per quas cibi potusque introitus est, sed etiam guttur, laryngem, & vocis ac respirationis instrumenta offendit, vnde suffocationis metus. Sic igitur Hippocrates signa Anginæ tum perniciosa, tum mitiora persequitur, simulque ostendit pro ratione constitutionis temporis anginas modò salubriores esse, modò planè lethales, quæ omnia accuratè in præfagiendo obseruanda sunt.

## III.

$\text{Ὅσοις ἂν σωεξερδῶσιν ἢ τε φάρυγγες, καὶ ὁ ἀσχηλὴν καὶ τὸ στήθος, χροιά τε καὶ μάστιγα ἐξ αὐτῶν σώζονται, ἢν μὴ παλινορομῆ τὰ ἐρυθμαία.$

At quibus  $\text{Ἔ}$  fauces,  $\text{Ἔ}$  ceruix similiter rubent, pectus quoque, longior morbus est,  $\text{Ἔ}$  præcipue ex iis seruantur, siquidem rubor non recurrat intro.

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Variè quidem & differentias annotauit Anginæ, & nomina instituit. Ac differentia quidem ex loco affecto ferè transferuntur. Aut enim interiores musculi laryngis, hoc est, extremæ partis asperæ arteriæ inflammantur, vnde dolor grauis, difficilis spiritus, & periculum suffocationis: neque tamen tumor vllus, aut rubor in aspectum venit.  $\kappa\omega\acute{\alpha}\gamma\chi\lambda\omega$  hanc alij appellant, alij carere nomine voluerunt. Ac nomen quidem inde factum volunt, quia canes eo morbo sæpius strangulentur, quam &  $\lambda\upsilon\kappa\acute{\alpha}\gamma\chi\lambda\omega$  alij à lupis eadem ratione nominant. Altera differentia est, quum fauces, spaciū in ore extremo gutturi & gulæ interiorum inflammantur, quam alij quoque  $\kappa\omega\acute{\alpha}\gamma\chi\lambda\omega$  esse dicunt, qui videlicet primum genus sine nomine reliquerunt, in qua difficilis spiritus & deglutitio est, prominent oculi, lingua exeritur. Quod si tantum altera faucium parte inflammatio est,  $\phi\acute{\rho}\alpha\gamma\mu\alpha\gamma\chi\lambda\omega$  nominatur. Tertia differentia, vbi exterior pars ceruicis, quæ faucibus respondet, inflammatur:  $\sigma\omega\acute{\alpha}\gamma\chi\lambda\omega$  alij, alij  $\upsilon\acute{\alpha}\gamma\chi\lambda\omega$  à suis oportunitis ei morbo. Nam Synanchen dicunt, quum interna & externa vtraque parte inflammantur: si tantum altera,  $\phi\acute{\rho}\alpha\sigma\omega\acute{\alpha}\gamma\chi\lambda\omega$  vocant. Alij rursus inflammationè interiorum musculorum laryngis & exteriorum in differentias separant, & quæ in exterioribus Parasyanchen, quæ in interioribus Cynāchen. Sed verum non verborum

verborum suscipienda ratio est. Ad rem igitur. Ponit tertiam differetiam, in qua fauces, ceruix, & pectus rubescit: diuturniorem quidem, quia non ita urget dolor, & periculum suffocationis. Ac seruari precipue, quibus non recurrit intro dolor & inflammatio. Erysipelata enim foras verti melius est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Tertiam Anginae speciem proponit, in qua & ceruix & fauces simul rubent. In omnibus dolor, spiratio difficilis, febris, periculi mortis: sed in prima specie periculosissima omnia: paulo minus in secunda: multo leuora in tertia. Et enim in hac aegri nec magnopere dolent, nec difficile adeo respirationem habent, nulla in re affecto gutture, sed vniuersa fluxione, vel in fauces, vel in ceruicem, vel in vtrumque decumbente. Tamen enim in superiore, vt diximus, guttur quoque faucibus condoleat, & consentiat, atque etiam interdum ceruicis tumor accedat, inflammatio tamen non ita foris conspicua est. Sub hac vero specie fluxio crassior nequaquam penetrat ad guttur vsque, sed aut foras profilit, aut in faucibus impacta haeret. Si qua tamen subsit fluxionis portio biliosior ac tenuior, in exteriores sedes influens vel erysipelas, vel phlegmonem erysipelati similem parit cum calore, rubore ac dolore in collo, & superioribus partibus sterani. Qua de re ipse dixit, si quidem rubor non recurat intro: In Prognostico vero, nec se erysipelas intro recipiat. Potest quoque pituitosus tumor, aut oedema phlegmonodes foris oboriri: verum celeritme curatur, nec a principio morbus acutus est. Si quidem periculum non urget, nec a refluxu materiae ad interiora metus est, quem humoris crassities no admittit, nec breui iudicatur, nisi fortasse humor superficialis partes sine profunditate occupet. His igitur de causis leuior multo ac tutior est hac Anginae species, quam superiores: quibus addere oportet curationis opportunitatem. Nam & remedia prompte admittit, & in os expurgari potest. Proinde subiicit morbum quidem longiorem esse, verum ex eo aegros sapissime euadere, si rubor ceruicem ac pectus obideat, nec se erysipelas intro recipiat. Longitudinis causa est absentia eorum symptomatum, quae in duabus reliquis differentiis mortem accelerat, nimirum acerbis doloris, & orthopnoeae. Illae enim, qui a calidis & acris humoribus ortum habent (Hippocrates picrocholam, biliosam, & nitrosam fluxionem vocat) morfu cruciant, vlcera. Spiritu implent, orthopnoeam pariunt, & siccitatem multam. Talibus (inquit Hippocrates) arteria vlceratur (ab humoris acrimonia) incenditur pulmo (calore nativo tum refrigerio, tum ventilatione destituito) neque externum aerem admittete intro queunt propter gutturis angustiam. Aestate quoque & Autumno is morbus grassari solet, quibus temporibus & bilis viger, & vires aestu vel inaequalitate caloris & frigoris prosternuntur. Ob idque nisi malum ad exteriores colli partes sponte perferatur, tum grauiora, tum vitatu difficiliora erunt et propter anni tempus, & quod a calida sint & nitrosa fluxione. Hac vero pituitosa magis est, & hyeme ac vere oriri solet sine laryngis magna angustia, & sine graui dolore, partibus laxioribus, quales sunt externae & adenosae, humores excipientibus, nec proinde tantum molestiae parientibus. Securitatem etiam habere scribit addita conditione, ne erysipelas intro recurrat. Causam ipsemet exposuit in Aphorismis, Nam ab Angina (inquit) habito tumor & rubor in pectore superuenientia, bonum: extra enim vertitur morbus. Vbi tamen contigerit intro conuerteri, malum. Et alio loco, Angina correpto, si tumor appareat in collo, bonum: foras etiam morbus existit. Nempe (ait Galenus) colli superficialis partes, quam imas affici, est melius, quod spiritus quidem, cum inspirationes fiunt, ad fauces gutturque irruat, & cum expirationes fiunt, per ea foras deferatur. Verum distinctione est opus. Interdum enim humores sese ad exteriora manifesto tumore proferunt, non quod interna sese eo quasi onere liberent, sed quia morbus malignior redditus ad partes extimas partem caecohymiae transmittit, natura vi exprimente, quod acius irritat, aut continere praecopia non potest. Quomodo antea diximus ex Hippocrate, tumorem in pectore cum tensione capitis & venarum in temporibus

4. de Dieta in acutis 31.

7. Apho. 49

6. Apho. 37

4. de Dieta in acutis 30

ribus ac ceruice, & cum sublimi spiritu mortem in propinquo denuntiare. Oportet ergo, vt externus tumor salutem polliceatur, caetera omnia symptomata, quae circa guttur apparent, manifeste remitti, vt dolorem, ac difficilem respirationem. Proinde sexto Epidemion ex superuenientibus symptomatis ita huius morbi malignitatem distinguit, vt in maxime lethali, orthopnoea appareat: in secunda, vocis impedimentum & rauedo: in tertia difficilis tantum deglutitio, vt potus etiam per nares reddatur, sed sine vocis offensione. Et tertio eiusdem operis in anginosa muliere notat vocem obscuram, spiritum sublimem, potionis per nares recursum, deglutitionem interceptam, ac tandem die quinto mortem cum vrinæ & alui suppressione, & extremarum partium frigore ac liuore. In ea tamen tumor subruer ac durus, tum in collo, tum in vtraque parte pectoris apparuit. Fuit autem tumor ille lethalis, tum propter lethaliu signorum circa guttur concursum, tum propter duritiem, quae materiam multam, conculcatam, & melancholicam ostendit. Ex quo etiam intelligitur huiusmodi differentias, quae a tumore sumuntur, interdum in aegris permisceri, vt multum prima secundam, atque etiam tertiam patientur, vt cum propriis musculis laryngis laborantibus accedit quoque faucium, & externarum partium inflammatio. Caeterum quarto de diata in acutis, quia Hippocrates tantum spectat fluxionis duplicis naturam sine distinctione loci affecti, duas tantum anginae species constituit, vnam quidem a glutinosa frigidaque fluxione, quam pituitosam vocare possis: alteram vero, a calida & acri. Deinde subiicit priorem in latiores venas influere a capite, maxime hyeme & vere: biliosam vero ad tenuiores vsque peruenire, idque autumno, vel aestate.

III.

ἢν ὁ ἀφροδίζηται, μήτε φύματος συσφραφέσιος ἔξω, μήτε πύς διαχρημιόμενης πρήεως ἢ ἀπύως, μήτε ἐν ἡμέρῃ κελσιμῆς, ἀλθέρια γίνεσθαι. ἀρα γέ ἐμπυοί γίνον; ἀσφραφέστων ὁ δ' ἐρῶθος, ἢ τὰς ἀποστάσεις ὅτι μάλιστα ἔξω βέπεσθαι.

Si vero euanescit is, nec foras tuberculum se colligit, neque pus excreatur facile & sine dolore, neque diebus criticis, lethalia ea sunt. An non purulenti fiant? Tutissimus autem rubor est, & abscessus, si quidem plurimum foras conuertitur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

SI euauerit tumor (inquit) & iam sub oculos non veniat, consideranda, & quae insequuntur. Si enim grauis spiritus & dolor, aliaque id genus superueniant, lethale. Si nihil horum, aut sequatur sine his excreatio, vel alui profluuium, salutare id est. μήτε φύματ. φύμα dicit tumorem praeter naturam: συσφραφέιντ. autem peculiariter. Nam συσφραφαί in Asia omnes tumores praeter naturam dicuntur: peculiariter τὰς ἀπὸ τοῖς ἀγκυμῶνις γινώσκεις, hoc est, collectiones seu vomicas, quae succedunt tumentibus partibus. Aliquando φύματα & σκληραία, tumores & dura tubercula, & praecipue qui pori in articulis & aliis locis colliguntur. Vbi igitur materia colligitur exteriore parte, duplici nomine salutare putandum est, tum quia relicto interiore corpore foras extat, tum quia robore naturae colligitur, quod, quam dispergi melius est. μήτε πύς. Quibusdam in angina tumor suppurat, idque saepe contingit, atque excreato pure celeriter liberantur. πρήεως, πύδως, facile, ἢ ἀπύως citra difficultatem. μήτε ἐν κρισίμοισιν. Quae firma sunt ad salutem, edi criticis diebus perpetuo insinuat Hippocr. ἀλθέρια addit ἀποσφραφί, ἢ θαλάσον σημαίνεω. ἢρα γέ ἐμπυοί. Conuersa in pulmonem materia mortem aliis attulit, aliis suppurationem. Propterea in Prognost. ἢ ἐμπυοί ἐξ αὐτέων τινες ὡς τὰ πολλὰ γίνονται. Hic ἢρα γέ dubitauer. Acante mortem παράνονον delirium, quod sine morte addita scripsit in Prognost.

stico. ἀσφαλῆσ' αἴων. Manifesta ratio est, quia sic via spiritus liberatur, deglutitio expeditur, & minus dolet eger. Quod autē ἀπὸς αἴων dicit, in Prognost. διδάσκει.

DESID. IACOTII COMMENT.

2. Protrh. 24

IN Prognost. eadem sententia scribitur. Si enim nec in diebus criticis erysipelas aboletur, sine aspectabili vacuatione, nec tumor ad exteriores partes sese collegerit, nec pus expectorari, facilius autem atque alacrius morbum ferre videatur, vel mors imminet, vel rubor reuertetur. Quibus nos admonet Hippocrates in tertia specie Anginae, quae alioqui per se tuta est, accuratè nobis prospiciendum esse, quomodo finiatur, & quod euadat erysipelas, vel inflammatio orta in ceruice, & parte superiore sterni. Nam interdum victrice natura in abscessum colligitur, ac foras euacuatur per exteriorem cutem: interdum sputis facilibus aboletur: quorum vtrumque vtile est, atque agrum tum à relapsu, tum à mortis periculo vindicat. Verùm quoties sine his quasi derepente subsidit & euanescit, nullo videlicet apparète vel tuberculo ad suppurationem collecto, vel excretionis facili, credere non oportet humores, qui tumorem externum pariebant, discussos esse, tametsi æger alacrius quodammodo ferre morbum, & sine dolore esse videatur. Refluxerunt ergo in eadem loca, vnde venerant (id quod Hippocrates παλινδρομίαν, id est, reuerti propriè appellat) vel in quædam alia, quæ imo in corpore habentur. Cuius rei præter suppurationis & sputorum absentiam certissimum signum est manens febris. Si enim per halitum digesti essent, febris quoque nulla esset, & faciliè expuerent. Fluxio itaque in angustis venis hærens, propter acrimoniam morbum, substantiæ tenuitatem & copiam intro rapitur ab incendio viscerum. Quod autem dolore liberari, & melius spirare videantur, indicio est non quidem melius habere, sed fluxionem totam à faucibus & collo in pulmonem transmissam esse propter morbi malignitatem. Idque non sine ratione. Nam pulmo & loco primario affecto vicinus est, & in perpetuo motu. Præterea incenditur, quia propter faucium angustiam liberè aërem non admittit, & quod maximum est, substantia mollis atque ad spongiæ similitudinem factus extrusam tum è cerebro, tum ex faucibus materiam facillimè excipit. Plerique autem lætantur, putantque morbo se liberatos, quod doloris & angustiae gutturis facta sit mutatio. At qui verè medicus est, pulmonem affici intelligit, magnamque subesse malum pronuntiat. Etenim si in aliam partem, quam pulmonem, conuersa esset fluxio, dolorem in ipsa excitaret. Verùm pulmo neruis caret, quibus sentiat, ob idque non dolent, vt antea, & paulò liberius spirant liberatis faucibus. Hanc ergo παλινδρομίαν quam verbo ἀφανίζω expressit, quasi derepente aboletur, vt distingatur ab ea, quæ per halitum fit, digestionem, in qua subitò tumor non subsidit) Hippocrates hoc loco lethalem esse vult. In Prognostico tamen alterum è duobus expectandum esse scribit, vel mortem, vel si melius cum agro agatur, ruboris, id est, inflammationis reditum. Nam conceptò in pulmone vitio, & pneumonia oborta robore naturæ & medici artificio foras euocari, & ad pristinum locum reuerti potest. Atque ob eam causam Galenus admonet in Metho à frigidis & repellentibus hæc abstinendum esse, quæ subitam mortem plerumque inferunt: & Hippocrates præcipit medicamentis quibusdam vt ἐλκυσίσι, attractoriis, calida exhibere gargarismata, caput abradere, ceratumque tum collo, tum capiti circumponere, lanisque circumuoluere, & molli spongia ex aqua calida expressa fouere. Sed & cucurbitulas admouere licet, & quæcunque medicamenta calore, aut proprietate quadam materiam in collum trahunt, ne vel strangulet, vel in pulmones cõuertatur. Conuersa ergo in pulmones materia vel in summa virium imbecillitate mors imminet, vel naturæ robore rubor reuertitur. His tamen duobus postis non excludit modos alios, quibus morbus finiri possit. Nam morbificus humor & in pectore resolui potest sine tuberculo ac sputis, & in pulmone ad suppurationem duci. Illud fieri solet propter humoris tenuitatem, partis raritatem, circumfusi nobis aëris caliditatem, admoti medicamenti potentiam, & agri virium robur. Hæc enim omnia si concurrerint, tumor, qui præter naturam est, protinus digeretur. Potest quoque materia in venas transferri, ac per aluum, aut per

4. de Dieta in acutis 30.

vrinas excerni. Quinetiam ad crura diurni dolores oboriuntur interdum, aut Parotides, in affectibus pulmonis. Verùm nec resolutio illa per halitum derepente fit, vt in palyndromia, nec infestis symptomatis agrum auget, sed ea prorsus discutit, sicut & abscessus boni. Suppuratione quoque fieri obfesso pulmone non negat Hippocra. cùm humores calidos, qui non excreantur, ad suppurationem conuerti necesse sit. Proinde scribit in Aphorif. Quicumque ab angina liberantur, iis ad pulmonem verti, & in septem diebus perire: si verò hos effugerint, ad suppurationem deuenire. Atque hoc est, quod hic subiicit addubitans, Num purulenti fiant: Cui quæstioni ipsemet respondet in Prognost. Tutius quidem esse tumorem ruboremque quam maximè in exteriorè partem prorumpere. Sin autem in pulmonem procedant, insanè excitari per sympathiam cerebri, aut suppurationem accidere, ac magna ex parte purulentos fieri, ex purulentis tabidos, quæ deteriorum morborum successio affectus reddit perniciosos, & immedicabiles. Soluitur ergo vtiliter angina sputis, externi abscessus suppuratione, & resolutione per halitum: alioqui finitur morte, tabe, recidiua. Quare vt in aliis omnibus, quæ sponte fiunt, quomodo desinant, spectandū esse iubet Hippoc. ita in tumore anginae ferè subitò euanescente, vtrum, inquam, morbum soluat, an verò alium affectum quandam pariat. Quod autē scribit, nec diebus criticis, ad singulorum euentum referri debet, qui firmior est multò, ac certior, si quæ dicta sunt tum bona, tum mala, dic critico, vt septimo, aut etià quarto fieri cõperint, quam si aliis diebus, quod in vtranque partem plus sit in illis fiducia. Verbi gratia, si in diebus criticis materia in pulmonem transferatur, recurrente intro erysipelate, non discussò per sputa, aut exteriorè cutem, non modò non bonum est, sed ingens etiam malum, quod ex fiducia, quam ex ipso die haberi oportuit, malitiam suam cõfirmarit. Cõtrà verò si in aliquo ex diebus criticis tuberculum foras prodeat, & faciliè extulsit æger, ipsūque erysipelas euanescat, salutis spes multò certior fuerit, quam si illa in alios dies inciderint. Est enim theorema medicum, signorum omnium, siue bona, siue mala sint, firmitatè ac fiduciam, ex dici critici ratione, & eius, quod factum est, constantia haberi, quod naturæ rectè agentis motus illis tantum diebus conspicuè elucescat, & certamen contra morbum instituat ad salutem, vel ad perniciem.

5. Aphor. 10.

3. Progn.

Lib. de humo.

V.

Ερυσιπέλας ὃ ἐξωθεν μὲν ἐπιγίνεσθαι, καὶ ἔσω δὲ βέβαιον, ἰσχυρῶς βέβαιον, ὃ δὲ ἐξωθεν ἀφαιρῶντος τῆ ἐρυθήματος βαρυνῆται τὸ σῆθος καὶ δύσπνοότερος γίνεσθαι.

Erysipelas foras conuerti vtile: intro verò decurrere lethale. At intro decurrere intelliges, quando euanescente rubore grauius petus redditur & difficilius spirat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Ερυσιπέλας, ἐρυθμα, ἐρυθρὸς cõfundit, quibus nominibus vel inflammationem, vel erysipelas, vel ex vtroque mistum vitium intelligit. Est autem clara oratio & manifesta ratio, quæ non eget expositione.

DESID. IACOTII COMMENT.

CONstat hæc sententia in generali theoremate, quod quemadmodum à nobili parte ad ignobiliorem fieri decubiti, perpetuo laudamus: ita ab ignobili ad nobiliorem fieri recursum vel doloris, vel alterius mali, in malis ducimus. Partes autem superiores, quæ supra iecur sitæ sunt (est enim iecur Hippocrati superiorum omnium inferarumque partium terminus) vt cor, pulmo, pectus, collum, caput, inferioribus nobiliores sunt, & interiores exterioribus. Ob idque humorum

co. 2. de humo.

μετάστασις, quæ fit ad exteriora relictis interioribus salutaris est, ut signū, & causa. Siquidem & naturæ robor, victoriam atque rectam rationē significat, & principes partes à morbo liberat. Contrà fit in conuersione humorū ab exterioribus ad interiora. Huius ergo salubris & insalubris μεταστάσεως exemplum particulare ponit in erysipelate, præsertim cum de eo dictum sit, tutius esse in angina tumorem ruboremque quam maximè in exteriorem partem prorūpere, & ab angina habito, si tumor fiat in collo, (qui sæpius erysipelatis naturam refert) bonū esse. Nam materiæ decubitus ad cutem nullo in visceribus superstito foco mediocris naturæ dominatus supra materiam signum est, ut excretio, perfecti. Cur ergo, dicet quispiam, in erysipelate faciei, & pectoris non solum purgamus, sed etiam frigida atque humida admouemus? Et certè plerique hac ratione persuasi non horum solum vsum reiiciunt, sed etiam purgatione interdunt, quandiu fit fluxio, quod naturæ motum aliò conuertat. Itaque sanguinis missionē tanquam conuenientiorē laudant, idque refrigerationis potius, quam vacuationis gratia. Præterea tutius esse putant admotis cum scarificatu cucurbitulis naturæ motum iuuare, atque intus sumere, quæ sanguinem ac bilem tum refrigerando, tum humidando temperent, ut aquam lactis cum tamarindis. Verum frigidis & humidis in erysipelate vsumur, non tam ut repellamus, quam temperemus: deinde non necessariò fit repulsus in partes interiores, nisi in morbo maligno, natura infirma, & materia tum acri, tum copiosa cum viscerum incendio coniuncta. Affecto etiam spiritali ventre repellentia nonnunquam dissuadet Galenus, quandoque timidè concedit, qua moderatione vtendum videtur. Nam in pulmone affecto, siue pulmonia, siue hæmoptoisi, sæpè egregiè læserunt externa repellentia, quoniam ob interualli magnitudinem pressus à thorace sanguis pulmonis plenitudinem auget: sin thorax ipse, pleura, musculiue, parcius vtendum esse ait: & si pleura inflammatione tentatur, præstat abstinere: si hæmoptoisi, adhibere. Purgamus autem in erysipelate, non ut quod in cute est, purgetur, sed quod reliquum in venis. Neque omnino reformidatur reuocatio intro, si sequatur vacuatio, ut in Parotidibus dictum est. In refluxu ad interiora difficilior est per medicamenta retractio, quia & à morbo natura vincitur, & materia contumax medicamento non cedit. Tantò autem conuersio intro periculosior est, quantò membrum, in quod refluxus ille fertur, nobilius. Non tamen omnino lethalis, nisi praua symptomata superueniant, quæ & humoris malignitatem, & summam naturæ infirmitatem testentur. Addit deinde Hippocrates hoc loco τὸ πάλιν εὐρησιάζειν signum, si euanescente rubore grauius pectus reddatur, & difficilior spiraret. Nimirum quoniam μεταστάσει distinguimus ab ea, quæ per halitum fit, digestionem, tum ex occultatione ferè repentina, tum ex signis superuenientibus, horum signorum alia materiam non esse discussam ostendunt, ut quod maneat adhuc febris: alia periculum denunciant, ut superueniens delirium: alia denique partibus refluente materiam excipientibus peculiaris sunt. Priora ergo duò genera complexus est in Prognostico, vbi sic scriptum est, Si quæ etiam abscessere subsidunt, & reuertuntur, sputo non exeunte, & manente adhuc febre, ingens malum est. Periculū enim afferunt delirij, atque interitus. Postremum verò expressit hoc loco. Nam quia fluxio tota in angina ad pulmones conuertitur, grauius (inquit) pectus redditur, ac difficilior redditur spiratio. At hoc pugnare videtur cum his, quæ paulò antè dicta sunt: & in Prognostico scribit in illo ad pulmones refluxu ægrum sine dolore esse, & facilius atque alacrius videri ferre morbum liberata: faucium angustia. An quia quandiu durat ea translatio, & est in motu, ut per diem vnum aut alterum, ægri alleuari videntur priore morbo defuncti: At vbi tota fluxio pulmonem oblesit, in eoque cumulatam est, grauius circa thoracem existunt symptomata, morbusque oritur secundarius, priore deterior, & planè lethalis, quod vires antecedente malo fractæ morbum succedentem non ferant. Porro an in pulmones angina migraverit, non ex his tantum signis nōscitur, sed etiam ex pulsu ab Hippocrate prætermisso.

De constit. ar.  
tis 21.  
11. Theria. 17

2. Progn. 68

3. Progn. 24

prætermisso. Durus enim inordinatus & inæqualis in membrum princeps translatus esse humorem denunciat: mollis autem ordinatus, & æqualis cum facili & æquabili respiratione aliò deriuatum esse ostendit.

## V I.

Οἷς δὲ κινάγγη ἐς τὸ πλεῦμονα πέπεται, οἱ μὲν ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ αὐτὸ ἀπόλλωται. οἱ δὲ διαφυγόντες, ἐμπυοὶ γίνονται, μὴ γινόμενης αὐτοῖς ἀναγωγῆς φλεγματοειδούς.

At quibus angina in pulmonem vertitur, alij quidem in septem diebus intereunt, alij sunt suppurati, vbi has effugerint, nisi eductio fiat pituitæ.

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Colligit breuiter, quæ sequantur translata in pulmonem materia. Hæc enim vel putrescens, vel intercludens vias spiritus in breui suffocat ægros, idque primis periodis, vel in pus vertitur, vnde suppurati, vel expurgatur, quæ ἀναγωγὴ φλεγματοειδούς, quia videlicet pituita repurgatur. Sic enim hoc loco φλεγματοειδὴν vocem ambiguam melius fuerit interpretari. Nam & æstuantia atque ardentia interdum significat, ut φλέγμα, φλόγωσι, & pituitam.

## DESIDERII IACOTII COMMENT.

De angine in pulmonem conuersione satis antè dictum est. Eam nunc antè septimum diem plerunque diem interimere scribit suffocato scilicet ægro, quod & in Aphor. repetitur, in quibus Philotheus sententiã refert ad anginam primæ speciei, in qua muscoli, qui laryngem claudunt, phlegmone tentantur. Hic tamen, ut & in Prognostico, secundam ac tertiam differentiã comprehendit. Nimirum quod in singulis verus sit Aphor. tametsi ex internis laryngis musculis facilius videatur esse μεταστάσις. Hæc enim conuersio fit vel effuso pure in pulmonem: vel materiæ adhuc crudæ symptomatico ad eundem motu, ex quo peripneumonia oboritur. Illud in prima specie promptissimè accidit: hoc in duabus reliquis frequētius apparet. Ab vtroque equale periculum, sed in priore celerius. Quod si septem dies eger superare queat, per fluxionis in pus mutationē empycus euadet, quia pus quod expectorari non potest, tum intra thoracē effundi incipit. Quod temporis spatium ab eo die computare oportet, quo translatio facta est, non, ut Philotheus, à primo die morbi: idque ex criticorū dierum natura perspicuum esse potest, in quibus naturæ ac morbi certamē solet institui. Præterea hæc pulmonia, cum morbus sit acutissimus acutissimo succedens, prætergredi septimum vix vnquam potest: quin sæpè multò antè necat, tum propter vitium ex duplici morbo cōtractam infirmitatē, tum propter calorem loci, & cordis propinquitatem. Quod autem conditionem addit, nisi eductio fiat pituitæ, ea in Aphor. prætermissa est, ac vix vnquam locum habet, nisi in morbo leuissimo, & materia admodum benigna. Cæterum rectè, quæ è pulmone educuntur, φλεγματοειδὴα dixit, quod ea omnia excrementa vel reuera pituitosa sint, vel pituita referre soleant. Nam siue pulmo laxissima pars, ex capite fluxionem excipiat, siue ex vicinis partibus & vasis, cum nec ex thorace pateat ad inferiorem ventrem facilis comæatus, nec præ copia diffari queat, ipsam expectorari ac tussi reiici necesse est. Hæc igitur qualiscunque sit, ideo in pituitæ imaginem commutatur, quia ex permixto plurimo aëre, quem pulmo humori perpetuo motu necessariò permiscet, redditur quodammodo alba, spumosa, ac tumida, qualis est frequentissima creatus imago.

Οἱ δὲ σφοδρότης σφυγμῶν, κῶπριον ἐξ ἀπίνης διαχωρέει, θανάσιμον.

Quibus pra uehementia pulsus stercus excernitur, lethale.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

A Mbigua hæc oratio è voce σφυγμῶν, quæ & pulsus, & palpitationem significat. Igitur palpitatio uehemens uehementem inflammationem ostendit. Atque illa forti cōmōtione arteriarum ut plurimum fit. A quibus periculum imminet, nec ideo uidetur lethale, quia stercus excernatur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Q Vòd veteres σφυγμῶν vsurpare consueuerint, tum in motionibus dolorē in membris inflammatis excitantibus: tum in palpitationibus, & præterea in uehementi arteriarum motione dictum est alibi. Veteres (ait Galenus) non iam omnem motum arteriarum, sed cum solūm qui sensibilis esset, atque ipsi homini prorsus uehemens, pulsus vocabant: quanquam Hippocrates primus motum arteriarum omnium, qualiscunque is esset, aliquando pulsus appellauit. Hoc enim pulsationis in quibusdam Anginis circa tempora & ceruicem apparere propter malignitatem morbi, præsertim si coniunctum sit uocis impedimentū, idem Hippocrates testatur. Angina, inquit, excitabatur: quæ circa thoracem sunt, distēdebantur: atque inde caput quoque tendebatur, itēque uenæ temporum ac ceruicis. Postea subiicit, eos omnes in rigore, aut perfrigeratione cum sublimi spiritu mortuos esse. Illa itaque uenarum atque arteriarum circum tempora & ceruicem tensio & aspectabilis pulsatio malignitatis signum est ἐπιγινώσκον, & caloris uehementis symptoma, propter quem sæpe deliria fiunt, atque in Angina à materiæ diffusionē ortum habet, quæ propter copiam & κακοήθειαν à gutture & faucibus in uenas maiores redundat. Solet quoque in uehementibus quibusdā capitis doloribus concitari à multo calore, & animalium spirituum agitatione, motu, & interceptione, ut in his, qui strangulantur, aut apoplexia laborant, uide-re licet. Quoties itaque præ uehementia pulsationis illius ac tensionis stercus derepente secedit, ut in his, qui præter uoluntatem excernunt, id uel mentis læsionem ostendit: uel neruorum & musculorum, qui sedem claudunt, resolutionē per interceptionem facultatis animalis; uel, quod huic loco magis conuenire uide-tur, imminentem strangulatum. In Anginosi enim, cum iam uentum est ad sublimem spiritum & præfocationem, contrahuntur musculi abdominis ad perceptæ offensionis expulsionem, quæ contractio tanta est, ut compressione sua cogat interdum & uescicam & intestina contenta excrementa reddere. Accedit multa ad uentrem septi tensio, cum oppositi intercostales musculi ualidè operantur. Nam utraque ualida pressione, extra musculorum abdominis: intro diaphragmatis contenta in uentre deponi solent. Cum ergo clauso larynge aër intra pulmones inclusus & uolēter agitatū antrorsum septum deprimat accedente musculorum intercostalium & musculorum abdominis uehementi cōtractione, cum infirmitate facultatis retentricis; mirum non est alui excremēta derepente excerni, quod signum maximè lethale esse constat, ac non nisi imminente morte fieri. Præterea copia caloris præter naturam excretionem adiuuat. Omnibus enim aliis facultatibus extinctis opera quædam expultricis, quæ per calorem & villos agit, apparere solent etiam interdum post interitum dum corpus adhuc calet. Sic ex cadauere adhuc tepido stercus repente excerni, aut sanguinem, aut saniem exire rupto abscessu, aut pustulas toto corpore erumpere sæpe obseruamus calore præter naturam id agente.

4. de Dieta in acutis 26. com. 1. de humoribus.

6. Epid. sect. 7

Ἐν τοῖς κωναγγημοῖσι τὰ ὑπὸ ξηρὰ πίσιματῶν ἰχθυῶν, κῶπριον.

In Angi

In anginosi subarida sputa gracilium, malum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

S Puta subarida à calore multo serosam partem pituitæ resiccante. Atque melius est, ut ne inualecente incendio adeo exarescant, ut non expurgentur, quomodo uidemus in pulmonibus pituitam aliquando sic exarescere, ut in poros concresecat. ἰχθυῶν autem more suo uidetur appellare, quibus nullo tumore manifesto fauces & interiores oris partes extuberant. Quomodo φάρυγγι ἰχθυῶν ab auctore Prorrhethici ἀμυδρὸν ὀδύνηλον ἔχουσα. Quod si de toto corpore dicas, id quoque malum calore contabefacto corpore. Si de uoce angustia spiritalis organi intelligitur, mala omnia.

DESID. IACOTII COMMENT.

A Ngina primam speciem ἰχθυῶν, id est, gracilem & sine tumore conspicuam appellare solet Hippocrates, ut alibi demonstratum est. Ea cum suapte natura sit perniciosissima, aliud ad mortis prædictionem signum ferè non requirit præter doloris acerbicatem & orthopnoeam. Quia tamen constat anginas quasdā finiri ad salutem per collectionem puris in collo, & sputi expectorationem, ne fallat præfagium, non omni sputo fidendum esse docet hoc loco. Quod enim subaridum est, non modò in angina, sed ne in ullo quidem thoracis morbo, criticum usquam esse potest. Vocat autem sputa σπύγγια, non quæ mediocriter resiccata sunt, qualia coctionem interdum significant, sed quæ parum absunt à siccitate absoluta, quæque os humectare nequeunt. Etenim quæcunque ad coctionem alterantur à calore naturo, siue sputa, siue humores, temporis progressu, & in illo coctionis tractu quandam acquirunt crassitiem & viscositatem permixto exalidè liquidiore succo cum crasso, licet ab initio nullam habuerint. Ob idque uniuersum magis, & consistentiam quandam concretionem contrahunt. Quod fit, ut alui excrementa crassa reddantur in iis, qui rectè coctionem in uentriculo obeunt, itēque sputa in pulmonis & thoracis inflammationibus, atque etiam pituita in destillationibus, grauedine & lippitudine, nec non pus in uiceribus. Quæ uerò immodicè aut lenta sunt, aut crassa & sicca, ea ut concoquantur, ab eodem calore æquari & ad mediocritatem duci oportet. Contra fit in his, quæ calore præter naturam resiccantur, quod non modò non permisceatur liquidius serum crasso, sed febrili incendio penitus absumatur, ut terrenæ substantiæ plurimum maneat, aquosæ parum, nec viscositas incidatur, aut crassities attenuetur, sed exiccetur potius, atque ad duritiem conuertatur. Proinde Hippocrates sputum laudat, quod neque liquidum sit admodum, aut aquosum, neque ualde crassum, aut lentum, sed moderatum sine utroque excessu, quale & uegetum calore ostendit, & facillè accitò expectoratur, maximè ubi ualidæ vires fuerint. Tenuis enim humor crudus est, necdum calefactus, aut permixtus crasso. Itaque cum inter rufiendum subleuatur, à spiritu diuisus refluit. Crassus uerò & ualde lentus difficulter attollitur, utpote qui non tam facillè à corporibus, quibus impactus est, abstergi, neque etiā à quauis occurrentis spiritus uolentia propulsari queat. Nihil enim spiritus, qui rufiando effertur, secum educit, nisi multus ac uehemens fuerit. Ex quo intelligitur subaridum sputum à substantia exarsata fieri, & si album fuerit, pituitam, si nigrum, atram bilem significare. Præterea constat idem auctore incendio & glutinosum, & rotundum euadere, nec os humectare posse. Ac glutinosum quidem, quia densatur calore præter naturam & siccitate concresecit diu retentum: rotundum uerò, quia humor in aspera arteria contentus, atque ibidem multas horas moratus eandem cum illa formam acquirit (globosa enim est, & in orbem formata) aut quia undique latera æqualiter à calore febrili torrentur, ut quicquid prominat, consumatur, qua de re postea dicitur accuratius. Horum in uniuersum sputorum materia est crassities & viscositas humorum in bronchiis pulmonum collectorum: efficiens uerò causa, loci caliditas uel præter naturam, uel mo-



derata quidem, sed diu agens in materiam retentam. Nunquam enim eam figuram contraheret humor, nisi calor ibi esset, qui eum quasi perfectum redderet. Ex quo efficitur, ut rotundum sputum caloris omnino signum sit. Quod si caput quandoque tale inueniatur, ut facile patiat, facileque sentiat, cum eiusmodi vapores recipit, tunc delirium exorietur. His ita constitutis sputum moderatè siccum, album, & glutinosum coctionis signum esse potest: quomodo Aurelianus scribit, si in statu in crassitudinem coactus humor est, mala portendere: si post statum salutaria. Illic enim praefocatio metuenda est urgente malo & adstrictis viis: hic coctio significatur, neque suppressionis metus est declinante affectu & laxato corpore. Sic Hippocrates alibi damnat sputum, quod valde glutinosum est, & *καταγλιχρανόμλον ἀσαπίως*, quasi ultra coctionis opus sine coctione, & citra potentiam & aptitudinem ad coctionem. Ex eo enim, ut & ex sputo subarido, morbi malignitas, partium laborantium infirmitas, humoris prauitas, & caloris vehementis impressio significantur. Quia autem ab euacuatione arcentur, infarctaque partibus affectis pertinacius adhærescunt, violenter trahuntur, vires deiciunt, & pulmonem lacerant.

*1. de Dieta in acutis.*

IX.

*Τὰ κωαγχιὰ ἐν γλώσσαις οὐδὲ ματα, ἀσήμως ἀφαιζόμενα, δλέρια. καὶ τὰ ἀλγήματα ἀφαιζόμενα χωρὶς προφάσεως, δλέρια.*

*Qui in angina tumores lingua sine ulla ratione repente euanescent, lethales sunt, & dolores repente conquiescentes sine manifesta causa lethales sunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Non omnino linguæ tument in angina, sed aliquantulum. Si igitur tumor is repente non apparet, quod *ἀφανίζεσθαι* dicit, idque *ἀσήμως*, hoc est, nulla ope medica, nulla excretionem aut in sedem exteriorem conuersa materia, lethale est. Sic enim vel in pulmones, vel eas partes gutturis & ceruicis, quæ non veniunt sub oculos, materia deflexit. Similiter in doloribus anginae res habet. Quod autem prius *ἀσήμως*, eadem significatione *χωρὶς προφάσεως* dicit.

DESID. IACOTII COMMENT.

Continetur Aphorismus generali axiomate, In fida esse omnia, quæ absque ratione, aut cum prauis signis defuisse videntur, aut cum bonis nihil concedunt. De quo in Prothetico, Perniciosa sine signis leuantia mortem indicant: & alio loco, Quæ cum prauis signis alleuantur, aut cum salutaribus nihil remittunt, vel lethalia sunt, vel difficilis iudicij, *ἀσήμως* autem aliquid leuius fieri, idem est, quod sine signis, nimirum coctionis, excretionis materiae, aut resolutionis à natura, vel artificij medici. Aut si horum quidem aliquid antecesserit, non tamen respondeat morbi magnitudini. Nunquam itaque praua, aut perniciosa signa repente & *ἀσήμως* abolentur tuto, maximè verò perniciosa, quia sunt *ἀπιστότερα*. Ipsa enim temporis progressu, dum quiescere videntur, *βλάβη ἐκτακτικὴ καὶ ἀλυστον* inuehunt, deinde reuertuntur, & pro malitiæ suæ magnitudine periculi magnitudinem afferunt. Si quando igitur linguæ tumor in Angina repente subsidere videatur *ἀσήμως*, & ut Galenus interpretatur, *χωρὶς ἐπιφανῶν σημείων*: nimirum quia neque resolutus sit tumor (id enim repente non fit) neque coctus & excretus, ut debuit, per sputa: tumoris collectionem in collo, alui deiectionem, urinas, aut medicamenta: *μεπίσασιν* humoris noxij in pulmones factam esse constat, idque lethale est, ut ante docuimus. Dolores quoque eodem modo sine causa manifesta soluti, perniciosi sunt in angina. Dixit autè in angina, quòd in leuiore

*2. Prothet. 17*

uiore affectu subita doloris occultatio per materiae translationem in nobiliorem partem, ut caput, non semper sit lethalis. Natura enim robustior facta humoris impetum ferociamque interdum comprimit, ac per hæmorrhagiam, parotidas, aut alium abscessum, vel excretionem sese exonerat. Verum in Angina vix vniquam id expectare possumus, cum & suapte natura perniciosissima sit, & pulmoniam morbum acutissimum in suum locum substituatur. Præterea illud quoque distinctione eger, quòd subita doloris occultatio non semper hanc *μεπίσασιν* denunciet, sed vel delirium, ut superueniente phrenitide: vel partis affectæ mortificationem, ut in sphacelismo: vel summam virium imbecillitatem, & naturæ extinctionem, ut cum Hippocrates scribit, Spirationes obscuras in tabidis & sterilibus malas: & item cætera, quæ ab eadem constitutione huiusmodi proueniunt. Quorum omnium veluti exemplum præclare docet Galenus, simulque monet ex pulsu confirmandum iudicium hoc modo. Sæpe (inquit) ægrotum quispiam adiit, eiusque magnam ac frequentem spirationem vidit: paulò post verò iterum ad eum ingressus, eum sine vilo signo, & vlla, quam animo concipere possit, causa alleuatam comperit cum parua respiratione. Plerique autem latantur, ac putant se morbo liberatos, quia difficilis spirationis facta sit mutatio. At qui verè medicus est, pulsus attingit, eumque & exilem & inæqualem inuenit, magnamque subesse malum pronuntiat. Non enim imminuta est respiratio, quòd morbus soluat: sed quia vires fractæ morbum iam ferre non possunt. Idem iudicium de dolore, & tumore linguæ in Angina subito euanescentibus. Cæterum *πρόφασιν* interdum Hippocrates vocat eam, quæ falsò causa appellatur: sæpe etiam ita manifestas causas nominat, ut hoc loco.

*6. Epid. sect. 7*

X.

*Ἐν τοῖς κωαγχιῶσι οἱ μὴ ταχὺ ἀναπύοντες πέποντα, δλέριοι.*

*In anginosi qui non celeriter expuunt coctæ, lethaliter habent.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Ταχὺ, non *παχὺ* legendum est. Est autem *ταχὺ*, quod *ῥῆσιμα*, ἐνθὺ, & *ῥῆσιμα* dicere consuevit, quibus vocibus initium morbi, quod prima periodo, hoc est, quaternario circumscribitur. Celerrimus enim morbus Angina est, & qui breues inducias in quartum diem dare solet. Propterea celeriter elaboranda concoquendaque materia est, & concocta repurganda. Initio igitur saluatio plurima est, tenuis liquidaque materia. Inualecente inflammatione & febre crassescit aliquantum, & admodum viscosa efficitur, unde periculum suffocationis imminet, quia pertinacius hærens moueri loco non potest. Est mediocriter crassa, & lentore moderato, quæ faciliè citraque molestiam excluditur, eaque cocta est.

DESID. IACOTII COMMENT.

UT in aliis morbis, ita & in Angina ex signis quædam speciem affectus indicant, ut pathognomonica: alia simul assident, ac interdum, aut perpetuò. causis insunt, quæ *συνεχόμενα* vocantur, & de quibus omnibus iam dictum est. Alia sunt *ἐπιφανόμενα*, quæ postea apparent, suntque multorum generum. Nam *ἐπιγνώμενα*, superuenientia morbi malignitatem, aut benignitatem ostendunt: *κρίσιμα*, naturæ & morbi certamen ac motus criticos: cætera, coctionem, aut cruditatem. Ac signa quidem coctionis bona semper sunt, quia & firmam salutem per crism, aut coctionem pollicentur, & metu recidivæ liberant: cruditatis verò, non bona, ex quibus vel morbus producit, vel mors sequitur, vel relapsus expectatur. De his ergo agitur hoc Aphorismo. Cum enim Angina omnis (ob id enim numero multitudinis vsus *ῥῆσιμα κωαγχιῶσι* dixit) morbus sit acutus, ut liberetur æger, coctionis signa statim apparere oportet, nimirum primo die, si celeriter ad statum morbus fertur, & quarto iudicari debet: aut secundo, vel ter-

tio, vel

Sto }  
 tio, vel ad summum quarto, si ad septimum progressurus est. Vt enim signa critica in bonis tantum numerantur, cum circa statum, & antegressis coctionis signis superueniunt: in malis vero, cum festinant, ac statim apparent, id est, in principio morbi sine *πεπρωμῶς*, irritata ante coctionis tempus natura humoris copia, aut prava qualitate: sic coctionis signa, quod celerius conspiciuntur, eod morbum & tutiorem, & breuiorem portendunt. Sumuntur autem in morbis venosi generis ab vrinis: in affectibus alui & ventriculi, à deiectionibus: in his, quæ ad cerebrum pertinent, vt destillationibus, ab his, quæ per nares, palatum, oculos, aures excernuntur: in pulmonis, gutturis, & thoracis inflammationibus à sputis, quæ sedimentis vrinarum respondent. Quæ vt intelligantur, imprimis illud statuendum est, totius morbi quatuor esse tempora, principium, incrementum, statum, ac declinationem, si æger superstes sit futurus. Verbi gratia in inflammatione, vt Angina, principium in toto eo tempore fuerit, in quo particula morbi magnitudini subiecta, sanguineo impletur humore. Cum vero influxus cessarit, idque, quod in particula inflammata inest, putrefieri incœperit, hoc secundum tempus esto, & inflammationis incrementum. Status vero dum pus conficitur, & dolores maximi hominem corripiunt. Si vero fluxio ad suppurationem ducatur, aut per halitum digeratur, tumorque minor euadat, tunc est declinationis initium. Eodemque modo in febribus principium statuendum est tempus illud, in quo noxij humores crudi sunt. Cum vero concoqui cœperint, cessat tum principium, & secundum tempus subsequitur. Cum efficitur concoctio, status est, quem excipit declinatio. Hæc omnia signis coctionis obscura, manifesta, perfecta, & eius, quæ omnino cruditas est, distinguuntur. In vrinis enim si qua est aquosa & colore & substantia, in sputis si nihil omnino excernatur cum sicca tussi, id absolutam cruditatem significat. Imbecillam vero & obscuram coctionem demonstrant in vrinis turbatio, aut ad meliorem colorem mutatio, aut rufus color ac tenuis: in sputis, si iam æger expuere aliquid incipiat, sed humidum ac omnino crudum: actum nondum desit morbi principium. Tertius gradus eorum est, quæ mediam quandam ac manifestam coctionem declarant; licet adhuc imperfectam, vt alba nebula, aut sublimamentum æquale, aut rubra nubes cum bono colore & mediocri crassitie: itemque sputa pauca quidem, sed concocta: quibus principium desuisse significatur, atque ad incrementum morbum peruenisse, in quo ad vigorem vsque plura semper, meliora, & faciliora expectorantur. Quartus & postremus gradus eorum signorum est, quæ perfectam & absolutam coctionem ostendunt, qualia sunt sedimenta alba, leuia & æqualia: aut sputa exquisitè cocta, multa, in expectoratio facilia, aut purulenta facilè & sine dolore exeuntia cum moderata viscositate. Ex his enim statum adesse, atque crism primo quaternario futuram intelligimus: sicuti declinationem, vbi similiter exquisitè cocta, & sine molestia educuntur, multitudo tamen imminuitur, ac dolor remittitur. Ponamus ergo in Angina primæ speciei nihil excreati primo die, tenuemque vrinam esse: secundo vero quædam expui, sed humida & cruda: tum agrum interituum præfagire licebit; quia inde perspicuum est morbum adhuc esse in principio, nec ad quartum vsque (qui huius periculosissimæ Anginæ terminus est) integram coctionem perfici posse. In aliis vero differentis Anginæ longioribus si perfectè cocta excreantur, die quarto, crisis septimo, aut quinto expectanda est: sin minus, longius produci morbus debet. In quo temporis tractu accuratè considerandum, num æger ad statum vsque superesse possit. Alioqui enim si prava signa coniungantur, in fine principij, aut in incremento interiturus est. Etenim cruditatis, aut imperfectæ coctionis signa, non simpliciter mortis, aut salutis signa sunt, sed ex adiuncto virium robore, aut infirmitate. Viribus enim valentibus, & periculo suffocationis absente, morbi diurnitatem præmonstrant: cum infirmitate, mortem in propinquo. Verum cum motus Anginæ celerissimus huic diurnitati opponatur, nisi cocta statim à principio excernantur, periculum mortis impendet. Idem ferè iudicium de aliis morbis pulmonis ac thoracis. Sputum enim (ait in Prorrhetico) in omni dolore, qui pulmonem & latera infestat, citò & facilè

facilè excreari debet, id est, vt Galenus interpretatur, primo totius morbi tempore, & promptè ac facilè, nimirum sine dolore, facultatis imbecillitate, & tussis vehementia. Tamen si verò qui in Angina citò non expuunt cocta, lethalerè habeant, non tamen retro conuertere licet, vt qui citò cocta expuunt, euasuri sint. Nam in morbis thoracis, vbi expulsio alterius generis est à coque: quia tussiendo cerebri opem, & motricis facultatis robur desiderat, non semper fida sunt perfectæ, continuæ, nec intercisa coctionis signa. Quod duobus modis contingit. Vno, quando infra solidis partibus facultas concoxit quidem, verum animalis infirma ita thoracem mouere non potest, vt vehementi compressione, spiritum violenter foras abire, & coctum humorem sursum efferri compellat, vt in senibus, aut diu laborantibus. Nam in his facultatem animale, vt que perpetuo copiosèque spiritu indigeat, amplius duabus reliquis deici experientia & Galenus testantur. Altero propter purgationis difficultatem, vt in inflammationibus internis, quæ nec meatus promptos habent, per quos expurgari queant, nec incutem crumpere possunt, nec diu sustineri. Quomodo Angina suppurata interdum perimit, etiam si rumpatur accedente strangulatu. Ob idque Aphrodisæus Hippocratem contra præscriptum reliquorum morborum consuluisse putat, vt apparente in Pleuritide coctione victus augeatur, quo vires ad pellendum sufficiant: & declinante iam morbo, pleuriticum esu adstringentium interuisse Galenus auctor est.

2. Aphor. 29

2. Probl. 9.  
1. Acut. 27.

XI.

Ἐν κωάγγρ ἀσθμῶς εἰς κεφαλὴν ἀλγήμετα μὲν πυρετῆ, δὲ λήθρια.

In Angina sine signis in caput dolores versi cum febre, lethale.

IACOB. HOLLERII COMMENT.

Qvod *ἀσθμῶς* dicit, idem significat, quod *ἀκρίτως*, sine iudicio & solutione Anginæ. Accessio igitur mali ad graue malum est capitis dolor & febris. Nam *ἀλγήμετα* dolor est, aut morbus: sed hic verisimilius dolor.

DESID. TACOTII COMMENT.

Siquando in Angina à musculis laryngis in caput fluxionis translatio incidit, id non semper inutile putandum est. Sic enim strangulatus periculo, & *μετὰ ἀσθῆ* ad pulmones metu æger vindicatur, multoque facilius aut nature beneficio, aut medici artificio materia superatur. Verum vbi nihil concedente faucium & laryngis inflammatione, dolores in caput vertuntur per diffusionem humoris acris, & cerebri sympathiam, augetur fluxionem, & à morbo maligniore effecto in partes vicinas & extimas malitiam, vt Galenus loquitur, transmitti credere oportet, idque summè exitiosum esse: quia quò plures partes & facultates offenduntur, eò periculum & grauius, & celerius. Præterea tamen *τὰ ἐγγύς, καὶ τὰ κοινὰ τοῖσι πλῆμασι πρῶτα ἢ μάλιστα ἀκρίτως*, vt scribit Hippocrates, nunquàm tamen quæ propinqua sunt, & cum partibus agris societate coniuncta, in affectus, dolorisque consensum veniunt, nisi primogenius affectus interdatur. Quintetiam magnum ac vehementem eum esse oportet, quia nobilia viscera in consortium mali adducat, vt in Aphorif. demonstratur. Quoties igitur in Angina capitis dolor exoritur sine vlla crisis significatione, & sine materia translatione, manente videlicet gutturis angustia & difficili spiratione, æger morte periclitatur propter fluxionis copiam, humorum malignitatem, facultatis animalis graue offensionem, & respirationis interceptionem. Ex quibus intelligitur eorum affectuum, qui ex secessu humorum ab vna parte in aliam gignuntur, duplicem esse differentiam. Alij enim priorem morbum tollunt, quomodo Hippocrates scribit spinæ tuberculum dyenteria curari, & stranguria febrem. Alij verò, qui ex contagione,

lib. de humo.

6. Aph. 16

gione, & mali communicatione existunt, priora mala non modò non imminuunt, sed & augent, & aucta esse demonstrant. Quo genere capitis dolor Anginæ superueniens continetur, maximè si vnà quoque temporum ac ceruicis venæ attollantur, vt antea ex Hippocrate dictum est. Idem iudicium de dolo e in pleuride cessante sine iudicatione, & abscessu, quorum loco oculi perturbantur, & signa delirij superueniunt.

88

XII.

Εν κωάγχη άσήμως ές σκέλη άλγημαί, μετ' πυρετῶ, όλεθρία.

In angina dolores in crura decumbentes cum febre lethales, si quidem sine signis.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Άσήμως, vt ante, non soluta angina. Itaque crurum dolor accessio mali est, & maiorem vim redundantis vitij ostendit. Alioqui lethale non est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Ante Hippocrates docuit Anginam solui resolutione per halitum, excretionem, & suppurationem in collo. Quoniam verò præter hæc, morborum vicissitudines fieri solent & ad perniciem, & ad iudicationem tum pro affectu, tum verò pro locorum affectorum differentia, idem quoque in Angina euenire posse ostendit, nisi quoddam morbus acutissimus est, qui excretionem potius, quam abscessu iudicari debet. Itaque cum ea ex morbo in morbum mutatio aliàs salutaris sit, vt quæ in leuiorem, partemque ignobiliorem transit: aliàs perniciosa, quæ in grauiorem affectum ac locos præstantiores: posteriore quidem modo dolores cum Angina in caput versus maximè lethales esse Aphorismo superiore demòstrant: nunc verò etiam docet priori non esse fidendum. Non tamen negat humoris morbifici ad venas transmutationi locum esse, vt per aluum & vrinas excernatur, aut in crura abscedat, idque vtile esse posse, modò die critico fiat, antegressis coctionis signis, & ægro morbum alacrius ferente. Ea enim est abscessuum ratio in vniuersum, vt meliores sint, qui per effluxum, minus commodi, qui per decubitus accidunt: atque ex his omnium optimi censentur, qui longissimè ab affecto loco, & in partes ignobiliores discedunt, præsertim si eum his concoctio accessit, cuius signum est sputi mutatio, & facilis largaque vacuatio. Si verò etiã minimè cocto morbo, & manente febre abscessus oritur, mali semper aliquid prænuntiat, ac materiam copiam, aut feritatem & κακοήθειαν ostendit. Propter copiam enim humores, qui contineri non possunt, transmittuntur, aut diuiduntur aut in crescente affectione plures occupant locos. Propter feritatem verò, qua partes solidas stimulant, ab vna parte in aliam transfluunt, interdum quidem in principem, interdum verò in non principem, maximè per morborum principia, & cum turgent. Damnat ergò hæc ratio Hippocrates dolores & abscessus, qui per vehementes & periculosas Anginas in crura erumpunt μετὰ πυρετῶ καὶ άσήμως, manente febre, & sine signis. Atque άσήμως quidem, cum neque in vrinis, neque in sputis coctio apparuit, neque suppuratio facta est, neque excretio, aut resolutio per halitum. μετὰ πυρετῶ verò cum febre tum symptomatice, tum primigenie, quæ & materiam morbificam intus relictam ostendit, & respirationis auget vsum, quam Angina propter angustiam intercipit, quomodo tùm in Anginosis, tùm in peripneumoniacis febres lethales esse solent. Verùm si per vehementes peripneumonias bonum semper esse docet Hippocrates aliquid in crura abscedere, siue coctio apparuerit in sputis, & vrinis, quod omnium optimum est: siue crudo adhuc morbo (abscedente enim ad inferiora humore æger à periculo suffocationis eximitur, quod peripneumonia minabatur, licet articulus inde claudicer, vel plurimum negotij facessat) cur non idem fieri potest in Angina, cum sit eadem

2. Progn.

eadem periculi ratio? An & hoc quoque recipiendum est, satius esse etiam sine particulari coctione Anginæ superuenire abscessum ad crura, quam in larynge humorem retineri? At Hippocrates non vult id άσήμως fieri, atque ad interiora refluxum & per cordis partes effræni humoris transitum metuit. Etenim sæpe interitus derepente sequitur, cum humor, qui amplius loco contineri non potest, relictis faucibus in asperam arteriam effunditur, & in vasa, quæ ad cordis ventriculos pertinent, affatim irruit, ex quibus portio aliqua elabatur, & ad partes inferiores abscedit, reliqua paulò post necat. Cuius rei exemplum posuit in vxore Polemarchi, hyeme Anginosa, cum tumore in ceruice, & febre multa. Vena (inquit) secta est: cessauit suffocatio ex faucibus: febris comitabatur. Circa quintum diem genu dolor ac tumor sinistri, & circa cor videbatur ipsi aliquid colligi: & respirabat velut ij, qui submersi fuerunt, respirant, & ex pectore substrepbat, velut qui concluso ore loquuntur. Circa septimum aut nonum ad noctem aluus deorsum prorupit, & multa liquida, quæ mala putantur, egressit. Ipsa verò voce intercepta mortua est.

1. Epid.

XIII.

Εκ κωάγχησών άκρίτως ύποχονδρῆς άλγημαί, μετ' άκρασίης καὶ νωθρότητος γενεθλίου, κ' έινεί λεθραίως, έί καὶ πάνυ δοκοείν επιείκως έχείν.

Ex Angina citra iudicium hypochondrij dolor cum impotentia & torpore insidiosè occidit, etiamsi valde modeste habere videantur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Eiusdem rationis cum aliis hæc sententia est, quia non soluta Angina, aut soluta quidem, sed sine ratione hypochondrij dolor fit, & άκρασία, quia hebes sensus & motus, imbecillitasque totius corporis. Idque accidere magis in inflammatione interna laryngis nullo tumore se prodente veteres annotarunt. Torpor autem maximè in articulis. λαθραίως autem dicit, quia nec opinantibus ægris & idiotis mors superueniat. επιείκως hoc loco in propria significatione dixit, quia videlicet bene habere æger videatur, quo tempore in mortem declinat.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hoc quoque loco monet Hippocrates Anginæ fidendum non esse, quæ sine crisi euauerit, id est, sine excretionem, suppurationem, aut resolutionem per halitum. Prepositio enim, εκ, significat ex Angina, quæ ante fuit, ex qua si oboriatur in hypochondriis dolor, quæ videlicet parte costis diaphragma annexitur, cum impotentia & torpore, clam æger interit, tametsi melius habere paulò ante videretur. Sunt ergo tria hæc symptomata άσσημανήσιν άλγημαί, νωθρότης, καὶ άκρασία, Anginæ subito necantis post falsò creditam morbi remissionem signa επιεικῶσιν, quæ vi adausi morbi superueniunt. Quorum causæ vt intelligantur, in initio ponendum est in his, qui rectè habere videntur, subito vires concidere, atque inde interdum interitum sequi grauiter tantum affecto corde, aut cerebro, primogenio affectu, aut per consensum. Nam in corde solutio, inflammatio, intemperies citissimè hominem tollunt: In cerebri obstructionibus abolito in totum arbitrario motu cessat respiratio simul cum vita. Tardior ex deficiente naturali facultate & sanguificatione succedit interitus. Cerebri affectus, qui subito valentem prosternt, vel apoplexia est cum difficili spiratione & præfocatione: vel epilepsia cum vniuersali conuulsione, vel fluxio confertim arterias opprens, aut pulmonis bronchia, quod illa vitalis spiritus aditum ad cerebrum, & animalis exitum prohibeat: hæc aeris externi ingressum, & fuliginum exitum, sed cum difficili spiratione, pectoris grauitate, faciei nigrore & venarum tensione circa

o o

ceruicem, vt in his, qui praefocantur. Cor vero in consortio mali celerrime adducitur affecto ventriculi ore in syncope stomachica, aut vtero laborante, vt in praefocatione vteri: per se vero cum vulneratur, aut in humore intra pericardium contento mouetur, vnde palpitatio: aut inflammari incipit, vnde syncope cardiaca: aut cum per validam intemperiem & organicam magnarum arteriarum cavitates vel cordis sinus occupantur a fluxione, vel effusa alicunde sanie ex rupto abscessu. Quod postremum hic adesse testatur post solutam Anginam repente obortus hypochondriorum dolor cum impotentia ac torpore, absentibus praesertim reliquarum affectionum signis. Diffusa enim, aut translata in pulmonis bronchia Anginae materia, nec ibi consistens per sinus cordis & cavitates transit ad hypochondria, in quibus non solum dolorem excitat, sed etiam in transitu duo illa symptomata, quae Auicennas refert, syncopis ac tremoris subito inducit eo ipso temporis momento, quo aeger remissa gutturis angustia alleuatus videbatur. Quocirca ferè de repente pulsus languescit, ac paruus & rarus percipitur, calor natiuus dissipatur, vitalis spiritus resoluitur, cordis motus deprauatur, ac facultates omnes concidunt, vnde *ἀδυναμία, ἀκρασία, νοσήσις*. Languent enim aegri, & exoluuntur, vt ij, qui subito & affatim praeter modum vacuantur, tamen si nulla vacuatio antecesserit. Cum enim cerebrum earum functionum, quae voluntate suscipiuntur, principium sit, cor vitalium, iecur naturalium, vitalis facultas imbecilla animale celeriter in consensum trahit, qua languescente in musculis per quos mouet, corpora aegrorum iacentia tum exoluta, tum defecta videntur. Hippocrates *ἀσθενία* vocat, & affectum ipsum *ἐξέλιξις*: in facultatibus animalibus *νοσήσις*, quam etiam nonnulli *δυσκίνησις* interpretati sunt, id est, mouendi corporis difficultatem. Eius causam triplicem alibi exposuimus, humiditatem cerebri, vel frigus, vel vtrumque: ac frigus oriri non semper a qualitate, quam positiuam vulgò dicunt, sed etiam saepe ab extinctione virtutis absoluta aegro conquiescente & morti propinquo, vt hoc loco. Est enim symptoma eorum omnium, qui propter immoderatam intemperiem moriuntur. *ἀκρασία* vero dicunt cuiusque partis imbecillitatem, quanquam proprie ad vitium stomachi non continentis, quae sumpsit, referatur. Redè igitur subiicit ita affectos necari *λαθραίως*, quasi per insidias praeter opinionem, & sine mortis sensu, quod (ait Galenus) nihil mali pati videantur, sed tanquam extra periculum positi, & Angina liberati inter loquendum subito intereant, vt ij, quibus sanguis vniuersus profunditur. Caeterum Anginae materiam non in cor, sed in pulmonem transferri ex hoc noscitur, quod tussis increseat, grauitas in thorace percipiat, & quorundam vaporum resolutione pulsus vndosus, & magnus appareat sine subita virium resolutione, nisi vnà cor afficiatur. In cerebrum conuertitur, si dolor capitis accedat, & cerebri actiones primùm offendantur. In ventriculium prolapsa nauisam parit, & proprie dictam *ἀκρασίαν*, de quibus Aphorismo sequente.

z. P. 1077. 35.

XIII.

*Ἐκ κωαγγικῶν ἀσθμῶν ἰσχυροτέρων ἐς στήθος ἀλγῆμα καὶ ἐς κοιλίην ἐλθὼν σὺν τῶν ποιεῖ πύδεις διαχωρέειν, ἀλλῶς δὲ λυομένη τὸ τοῖστον.*

*Ex Angina nulla ratione detumescente in pectus dolor est vehemens in ventrem progressus efficit, vt purulenta excernantur. Alias vero soluitur eiusmodi.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

*Ἰσχυροτέρων* de faucibus & larynge tumentibus dicere verisimile est. Materia ergo conuersa in pectus & ventrem dolor, sed in ventre vehemens ab acrimonia purulentæ materiae, vnde *πύδεις* *ἀσθμῶν*. Sed quod sequitur, *λυομένη*, obscurum

obscurum est, ac *λυομένη* legendum puto, vt sit sententia, dolores solui eiusmodi deiectionibus. *ἀσθμῶν* autem sine propria vacuatione, quae fit excreando & sine auxiliis medicis.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

*Ἰσχυροτέρων ἀσθμῶν* attenuati sunt sine signis Anginosi, quibus tumor subdit sine sanguinis missione, resolutione per halitum, puris collectione, & excretionem. Vbi enim tumor antea conspicuus sine his aboletur, symptomaticam fieri humoris *μετάστασις*, & Angine permutationem ex superioribus perspicuum est. Quod autem diffusus humor inclinet, ex his signis noscitur, quae sunt vicinis partibus, coniunctis, & excipientibus peculiaria. Id autem nunc Hippocrates speciatim in instrumentis ad respirationem pertinentibus docuit distinguere. Nam si dolor ad pectus grauis cum tussi ac difficili spiratione superueniat, in thoracem ac pulmonem fit conuersio: si nausea, in ventriculum: si cordis tremor cum virium languore, & animi deliquio, vitae principium oppugnatur: si conuulsua respiratio prehendit, in neruofas partes fit impetus. *ἀλγῆμα* ergo *ἐς στήθος* dolor circum pectus ab oppreffione pulmonum concitatur, qui tamen vehemens esse non solet, quia pulmo, praeterquam in tunica, sensus est expertus, sed *σύντονος*, remisso oppositus & continenter virgens. Vel vt in renibus diuersis temporibus dolor modò vehemens concitatur, cum generantur & permeant calculi: modò grauis & instar ponderis, cum per sensibiles partes non mouentur: ita & in pulmone acruata materia sensum velut ponderis cuiusdam incumbentis refert: transuens vero per interiores sinus, membranas violenter distendit ac flatu implet, quae vehementem dolorem mouent. Progressus autem in aluum tumorem in hypochondriis concitat, & intestina vellicat, atque exasperat sanie eò redundante, ex quo tormina colico dolori haud ab similia, vt & in corruptela substantiae hepatis aut eiusdem inflammatione euenire solent: nonnunquam etiam deiectiones purulentæ, aut abscessus ad vrinæ stranguriosi. Quemadmodum enim in Pleuritide aliquando, quanquam raro, a vena caua materia suscipitur ac per vrinæ effertur: & pulmonis vomica per vrinam, thoracis per intestina expurgatur: ita & in hac Anginae permutatione contingere solet. Verum qua via, quòue ductu a pulmone in hypochondria & aluum purulenta materia transferatur, quod Galenus ex rupta pulmonis vomica se vidisse testatur, & nos experimento deprehendimus, haud facile dici potest. Scimus enim naturam sibi parare vias, quod Hippocrates in Aphorismis fatetur. Quas tamen & quales, ignoramus, ac comminisci cogimur caeca quaedam & latentia spiracula, per quae totum corpus vndique fit conflatile. Galenus putat sanie e pulmone in arteriam ipsius leuè, ac deinceps in sinistrum cordis ventrem influere, indeque in magnam ipsius cordis arteriam ferri, ex qua per renes transit in vesicam. Eandem vero materiam e thorace in ventrem ferri vult, cum ad venam cauam subit, e qua in intestina propellitur per vas medium, quo caua portæ in quibusdam raris constitutionibus committitur, in quibus etiam interdum naturalia nonnullis per vrinam purgantur. Verum quoniam ambiguum est, quomodo cor, dum sanie excipit, non vehementer offendatur, aut eius materiae prauitate corruptis spiritibus non exingatur calor vitalis, vt superiore Aphorismo dictum est, praesertim cum ex quauis oris ventriculi offensa consentiente corde animi deliquium sequi soleat, idcirco hæc ratio multis improbabilis visa est. Itaque alij peculiarem quandam corporis naturam causantur, quae aliquid habeat, quod in cæteris non reperitur. Differre enim naturam a natura, & corpus a corpore, vel docente Hippocrate. Ergo in quibusdam venam magnam, vbi diaphragma excessit, prius, quam se in cor infinet, ramulum quendam rectè ad pulmones mittere aiunt, quo itinere vomica, quam Galenus vidit, expurgata est: atque hanc venæ magnæ propaginem iis inesse, qui id excretionis genus experiuntur, neque in cor ipsum temerè alioqui pleuritis sanie suscipi. Verum cum Hippocrates tum superiore Aphorismo,

7. Aph. 5  
6. de loc. aff. 4

2. Epid. 5

tum hoc loco apertè & in vniuersum scribat materiam Anginæ purulentã per  
 vrinã & secessum interdum expurgari commodè : interdum verò interficere  
 λαθραίως, dum transit, vtrumque fieri posse in omnibus hominibus non dubi-  
 tamus, nec semper sanies in sinistrum cordis ventriculum ingressam syncopes  
 causam esse. Causa videtur puris transumptio, quæ paulatim fit. Nam repentina  
 effusio vel bilis in ventriculum, vel puris in cor, deliquium animi adfert, aut in  
 mortem præcipitat: opere tamen naturæ tutò excernitur, quæ per se ἐφ' ὅδ' ἴσ' id  
 est, impetus motionisque reperit, vt tum niçtare, tum ea, quibus lingua subseruit,  
 & quæuis alia similia. Natura enim non docta citra disciplinam, quæ oportet, fa-  
 cit. Est ergo vis naturæ validior, omnique arte excellentior in iis peragendis, quæ  
 animalibus conferunt, vt mirum non sit ab effusione puris repentina fieri, quod  
 superius dictum est: à natura nihil non ad rationem & tanquam artem dirigete,  
 quod hic scribitur. Idque ita esse testantur, quæ subiicit, ἄλλως δὲ λυομένη τὸ τοιοῦ-  
 τόν: quasi dicat aliàs eius, qui exoluitur, tale esse vel pathema, vel aliquid aliud. In  
 eo enim, qui exoluitur, tale quiddam fit, sed dissimili euentu, quia ἀθρόως, & sine  
 artificioso naturæ motu, nisi λυομένη de solutione morbi accipiendum quis cen-  
 seat, quam hæc ratione fieri concludit. Nec verò eo modo, quo Galenus scribit,  
 per venam mediam in alium humorem transferri semper necesse est. Nam si in  
 communi constitutione vasorum hepatis per radices tenuium venarum tam por-  
 tæ, quàm cauæ (licet mutuo non coeant) tum in diarrhoeis, tum in destillatione è  
 cerebro migratio humorum fit à cauâ in portam, cur non idem hoc loco fieri  
 possit? Præterea in suppuratione attenuatur materia, & à partibus singulis expel-  
 litur propter acrimoniam, haud secus atque in purgationibus humor à pectore  
 in vëtrederiuatur, per poros quosdam, vbi fuerit attenuatus. In gravidis quo-  
 que haud absimili ratione menses ad vbera per medias carnes colantur, aut per  
 venam cauam eò transeunt. Cur enim non defluet coctus humor & attenuatus  
 à cauâ ad portam, si crudior crassiorque à portâ ad cauam permeat? Quod au-  
 tem à pulmonis venis ad dextrum cordis ventriculum materia purulenta non  
 fertur, in causa est, quia per eam venam trahitur ad pulmonem sanguis: per læ-  
 uem verò arteriam pellitur à pulmone.

XV.

Ἐκ κινῶν χροῖαν πάντα δάθρα, ὅσα μὴ ἐκδηλον ἐπολεῖν ἀλγῆμα. ἀτὰρ ἴς ἐς  
 σκέλευα ἀλγῆμα. χροῖα φοιτῆ, καὶ ἐκπύσ' δυσκόλως.

*Ex Angina omnia lethalia, quæcumque non produunt manifeste  
 morbum. Sed & in crura dolores diuturni procedunt, & difficulter  
 suppurantur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M**ὴ ἐκδηλον ἀλγῆμα dicit, vbi neque tumore, neque rubore proditur, quod  
 in Angina propriè dicta contingit. Ea autem internos latentisque muscu-  
 los laryngis occupat. Cur autem abscessus in crura diuturnior sit, & tardius sup-  
 puret, è natura loci, & interdum materię contingit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**uod omnia, quæ Anginam manifesto dolore non produunt, siue ἀλγῆ-  
 ματ' vocem pro symptomate accipias, siue pro affectu dolorifico, id  
 est inflammatione, periculum mortis intendat agro, ex superioribus per-  
 spicuum est. Nam phlegmone in musculis propriis laryngis penitus abstrusa  
 primo die, aut secundo, vel tertio, ad summum quarto die necat. Quando  
 autem dolor in gutture symptomaticè, ac sine signis obscuratur & euanescit,  
 vel delirium hominem, vel partem ipsam affectam, sphacelismus inuasit, vel  
 materię ad interiores partes refluxus factus est, quæ omnia haud dubiè lethalia  
 sunt

sunt. Ob eamque causam Anginosum dolere satius est, quàm nullum esse dolo-  
 rem, non quia aliquid dolor conferat, sed quia eorum, quæ diximus, suspicionem  
 dimouet. Est enim proprium & inseparabile Anginæ symptoma, ex quo de mor-  
 bi malignitate iudicium non fit, sed de magnitudine ac differentiis, prout maior  
 aut minor fuerit. Doloris verò obscuratio malignitatis signum est, nisi vel medici  
 artificio, vel naturæ beneficio conuiescat. Etenim si excreatio, aut alia vacuatio  
 tum innoxia, tum copiosa appareat, indeque dolor in cruribus oboriatur, absces-  
 sum optimum atque vtilem iudicare licet, in quo tenuior pars expulsa ac re-  
 soluitur, crassior & semicocta in crura abscedit. Neque planè perniciosum, etiam  
 si hæc absint. Vt enim in Pulmonia, abscessus in crura viles quidem omnes  
 sunt, sed pure mutationem iam adepto multò salubriores, ita & in Angina, nisi  
 quoddam refluxus ad interiora magis in metu est, & affatim sanie in cordis partes ef-  
 fusa syncope imminct. Alioqui si tumor dolorque in crure proueniat, antequam  
 sputum probè excussiat, nec bona sint, quæ in vrinis subsident, æger quidem  
 humoribus à larynge & pulmone in partes ignobiles translatis liberatur strangu-  
 larus periculo: verum periculum est, ne vel articulus claudicet, vel plurimum ne-  
 gotij faceffat. Ab humore enim crudo & crasso, qui è pulmone ac toto corpore  
 in articulos propter laxitatem ipsorum, & motum influit, vel pars ipsa corrup-  
 pitur, vel non nisi longo tempore suppuratione aut coctio expectanda est. Siqui-  
 dem illic materiæ corruptela articulum dissoluens claudicationem affert: hic  
 eiusdem crassities cum caloris inopia in loco affecto, diuturnitatem. Idemque fe-  
 rè contingit in particulari materia, etiam cum vrinis bonis. Verum hæc pugnare  
 videntur cum eo, quod paulò ante docuit, aliquid in crura abscedere in Angino-  
 sis cum febre & sine signis lethale esse: Nisi quoddam intelligit, Anginã non so-  
 luta, aut eos abscessus comprehendit, qui refluere solent, & circa cordis sedes ali-  
 quid relinquunt, quorum origo ex diffusione materię fluxit potius, quàm ex  
 naturæ motu sese exonerantis. Vt enim illi abscessus omnium optimi censentur,  
 qui maximè deorsum, & longissimè à morbo discedunt, præsertim si cum his  
 concoctio accessit: ita perniciosissimi sunt contrarij. Inter vtrumque extremum  
 medijs plures reperiuntur, quorum alij à periculo eximunt, quod prior morbus  
 minabatur, vt hoc loco: alij noua symptomata inuehant prioribus grauiora, aut  
 non inferiora, vt febrem, animi deliquium, diaphragmatis oppressionem, & simi-  
 lia, de quibus antea. Hi itaque etiam perniciosi sunt, præsertim in cruditate hu-  
 morum, quæ, auctore Hippocrate, abscessus prauos, reuersiones & mortem affer-  
 re solet. Illi non omnino inutiles, sed diuturnitatem morbi & suppurationis dif-  
 ficultatem portendant. Tanta enim vis est conuersionis materię ad partes igno-  
 biles, vt in morbo pessimo cum prauis sputis & vrinis æger interdum euadat.  
 Quod Hippocrates testatur secundo Epid.

2. Prog. 67

2. Epid. sect. 2. 25.

XVI.

Τὰ ἐκ κινῶν χροῖα πύλα γλίχρα, παχέα, ἐκλυθη βίαιως διαγόνισα,  
 καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος πεπασμὸς, καὶ κρόν. καὶ θάρσις πολλὴ καὶ τὰς τοιαύτας  
 παραπλησίως ἐπόδυσιν.

*Ex angina sputa viscida, crassa, admodum alba, vi repurgata,  
 malum. Atque omnis eiusmodi maturatio mala. Ac purgatio  
 multa deorsum particularis resolutionis modo eos interficit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**puta mediocriter crassa, & viscida, albæque in laude sunt, eaq; facillè excreã-  
 stur. At quæ præter modum crassa & καταγλιχραίνοντα vehementer viscida &  
 vi excreantur, in vitio ponuntur. πεπασμὸν dicit, quo nomine humorum ma-  
 turatio in morbis intelligitur, quomodo alimenti πέψις, fit autem eiusmodi ma-  
 OO 3



turatio à calore immodico & febrili. Quod subdit καὶ ἀργίς καὶ θῶν parùm consen-  
taneum rationi. Vt enim ἀσπληγία fiat, materiam in nervos conuerti oportet,  
nisi multa vacuatione exolutum corpus viribus hebes immotumque æger mo-  
riatur. Nam in Angina & morbis thoracis viribus maximè opus est, quæ affecto  
morbo, alui profluuij facile dissoluntur. Ferè enim conuersa destillatione in  
ventrem & liquefactione fiunt.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**S**puta non solum colore, tenuitate, & crassitie morbi genus, coctionis gradus,  
& affectus malignitatem, aut benignitatem declarant, sed etiam tempore, in  
quo apparent, & facilitate extusendi. Citò enim, id est, per initia morbi, & pro-  
ptè ac faciliè, sine dolore videlicet, & sine pertinace tussi educi debent: alioqui co-  
cta licet, interficiunt intercepta spiratione. Ob idq; ante diximus in morbis tho-  
racis, in quibus expulsiōe præter coctionem, & facultatis animalis robore opus  
est, neque coctioni soli fidendum esse, neque expectorationi. Siquidem sæpe in  
pulmonia multum sputi educitur, quamuis crudus adhuc morbus sit, & nonnū-  
quam morbus concoquitur, nec tamen sputi satis prodit, siue ob imbecillitatem  
facultatis thoracem mouentis, siue ob crassitiem & lentorem sputi, quæ duæ etiã  
causæ aliquando possunt concurrere. Itaque & concoctum esse morbum, & op-  
timè sputa extusiri necesse est, antequam in his affectibus quicquam certi de se-  
cunda valetudine præfagiri queat. In contrariis autem affectibus id modò abun-  
de fuerit ad mortis prænotionem, sputum non expectorari. Proinde hoc loco in  
Angina non solum sputa viscida & crassa damnat, sed etiam alba vi repurgata.  
Moderata enim crassities cum viscositate è calore concoquente prodit: immoder-  
ata ab vrente & exsiccante, vt paulò ante demonstratum est. Præterea hoc in-  
telligendum est, vniuersam morbi coctionem in humorum alteratione positam  
esse, & à solidis partibus bene valentibus coctionem effici, per quas extensa est  
natura, quæ facultas illorum est, calore natiuo & insito materiam aptam, vt isto  
modo queat moueri & perfici, promouens vel ad speciem aliquam & formam,  
qua noua substantia incipit & prior desinit, vt cum ex alimento concoctione  
generatur sanguis: vel ad alicuius accidentis noxij mutationem, vt cum sanguis  
extra vasa permutatur in pus. Cum igitur partes solidæ naturalem statum con-  
seruant, & naturæ familiaritas intercedit inter id, quod concoquit, & id, quod  
concoquitur, tuac omnis, aut certè maximæ partis eius materiæ, quæ concoquitur,  
fit mutatio, minimaque pars semicoctæ superest. Cum verò affectio præter  
naturam corpus obsidet, aut materia coctionis operam non suscipit, tum quod  
fimile redditur, exiguum admodum est: excrementum verò semicoctum permul-  
tum. Illam coctionis speciem πέλιν vocant Hippocrates & Aristoteles: hanc πε-  
πασμὸν: quæ suapte quidem vi in omni morbo, cuius propria est, securitatem &  
celeritatem crisis denunciat, citamque valetudinem: per accidens verò mala est  
tum in his, quæ vi repurgantur, vt in sputis, quia expulsio cerebri opem requirit:  
tum in his, quorum expulsio impeditur à vicinis partibus, vt in phlegmone in-  
terna, quæ propter repurgationis difficultatem coctione & eruptione facta ne-  
cat, aut partes contra se afficit. Nam per vasa facilis expurgatio est: ad cutem ve-  
rò arte iuuatur. Vtroque inflammationes internæ aliquando destituuntur. Omnè  
ergo eiusmodi πεπασμὸν malum esse scribit. Quinetiam coctio, quam vacuatio  
sequitur, non semper tuta est (ita in admiranda naturæ arcana quasi manu, nos  
ducit Hippocrates) quoniam incommodi alicuius coniuncti ratione post coctio-  
nem & eius, quod concoctum est, vacuationem, deterius habent, aut etiam inte-  
reunt egri. Etenim tabidus, quòd ad humores attinet, apparente cocto pure & fa-  
cilè exeunte aliquantulum allenatur: ex aucto verò vlcere, & perenni è cerebro  
destillatione tandem moritur: & vlcerati oculi pus sanitatem pollicetur, cicatrix  
ab vlcere residua visum tollit. Propterea subiicit, anginosos ita affectos purgatio-  
ne multa deorsum superueniente leuis syderationis modo interire. Nam licet &  
coctionis

coctionis signa appareant, & quod concoctum est, vacuetur, vitium tamen inter-  
dum relinquitur in ventre ab acrimonia puris, & catharri in ventrem continuo  
prolapsu, quem mala colliquatio & labores multi insequuntur, indeque tractis in  
confortiū mali partibus naturalibus alui profluuium ἀσπληγικῶς necans,  
non quòd veram paralyfim inferat (eiusmodi enim aduerbia similitudinè quan-  
dam, non veram morbi constitutionem significant) sed quoniam vigiliis, tussi,  
colliquatione, alui profluuij vires collabuntur, tetro vapore spiritus vitalis dissi-  
patur, partes omnes præsertim neruosa perfrigerantur, & facultas animalis resolu-  
uitur: vnde ægri exoluto tadem corpore iacent prostrati, ac moriuntur. Cum ita-  
que soleat appellari defectus animalis facultatis resolutio, eos in resolutionis mo-  
dum interire scribit. Vel ex Angina ægri incidunt in difficultatem spirandi, non  
propter materiæ vitium, quæ repurgatur, sed propter debilitatem musculorum  
pectoris, quoniam primi intercostales receperunt à larynge & pulmone noxam, à  
quibus cum nerui ad brachia deriuentur, brachia & digiti sensu ac motu penè  
orbantur. Quomodo Galenus scribit in eo, qui à vehementi peripneumonia cõ-  
ualefcebat, brachij tam posteriora, quàm internas partes & cubiti maximam par-  
tem eodem modo ad summos vsque digitos, sensus difficultate laborasse, atque  
motum quoque aliquorum digitorum læsum esse, qui ex imposito auxilio inter-  
costalibus restitutus est. Vel affecto corde ac tandem debilitato velut attoniti af-  
fecti pereunt citra syncopen, vt cum Hippocrate scribit Paulus. Sed qua ratio-  
ne exhausto planè corpore in his καθαρίσι πολλὴ καθαυ purgatio multa deorsum  
esse potest: Nimirum tum in continuo catharri prolapsu, tum in diuturna puris  
expectoratione, pars, ex qua descendit humor, prima exhauritur, in quam metu  
vacui ex longiore intervallo aliquid succedit, & post illius confluxum aliud re-  
motius, quousque toti communitur ea necessitas, vt ex toto humiditates omnes  
ad locum defluxionis confluant. Qua ratione in diuturno abscessu puris copia  
maior multò colligitur, quàm assumptum sit alimentum, & in antiquo catharro,  
mensium profluuij, longa diarrhæa, aut lyenteria ex toto colliquatio influit in  
ventrem, propter quam etiam partes neruosa contrahuntur, contractæ densan-  
tur, densata facultatis animalis delationem non rectè excipiunt, sicque intereunt  
ἀσπληγικῶς.

4. de locis aff.

1. de Dieta  
acut. 35.

XVII.

Ἐκ κωδύχης ὑπὸ ξηρῶν πικρὰ πύελα, βηχῶδεια, πῶλδρα & δδιδωδεια, ὀλέ-  
γηρα, καὶ τὰ ἐν τοῖς ποτοῖς ὑποβήσσοντα, καὶ κατὰ ποτὸς βίαία, πομπόν.

*Ex Angina subarida multa sputa, tusses momentia cum late-  
ris dolore lethalia. Et si inter potandum aliquid sursum in os redit.  
Et deglutitio violenta praua.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**uam vim habeat subarida sputa, iam ante dictum est. Multa verò, hoc est,  
frequentia, vel multitudinem materiæ, vel frequentem irritationem osten-  
dunt. Vnde βηχῶδεια, quia subinde tussim excitent. Dolor lateris & à fluxione eò  
decumbente, & à flatibus, & frequentiore maiorèque motione per tusses esse po-  
test, sed ab inflammatione magis lethales. Quod autem scribit ὅτι ποτοῖσι  
καταβήσσοντα, hoc vult, Intercepta via cibi & potus, vt angustia maior, aut mi-  
nor aliis quidem solidi alimenti deglutitio omnino denegatur, aliis quoque li-  
quidi & potus. Atque hic in os refluit, & redditur per nares: nonnullis potus in  
angustis, & pars eius regurgitat, & in os refunditur, pars transfluit, id quod voce  
καταβήσσοντα insinuat. Anginosæ mulieri tertio Epid. ποτὸν ἵνα ἴνῳ ἐχέτω κα-  
ταπίνει ἐκ ἡδύατο, quinto obiit. Itaque inter signa imminētis exitij hoc est,  
multò magis si & grauis difficultas spirandi accesserit, quale πνῶμα illud μετέωρον.

extrema frigida, liuida facies, ἀκρῶς ἰνὸς θρόνους, & alia commemorat.

DESID. IACOTII COMMENT.

ἰσχυρὸν siccum in morbis Hippocrates vsurpare solet non pro sicca intemperiei excessu, sed pro affectu, in quo nihil per loca conuenientia excernitur. Sic febres siccae, & morbi sicci, qui in venis & arteriis versantur, ex linguae siccitate, totius corporis squalore, & sudoris absentia cognoscuntur. In externis quoque vlcibus sicca inflammationes oriuntur, cum nullus ex ipsis tenuis humor fluit: itemque oculorum inflammationes saepe numero arida sunt, e quibus nihil excernitur, & cerebri affectus, per quos nihil in nares, aut palatum deponitur. Eadem ratione & pleuritis, & Angina morbi sicci sunt, quoties nihil, aut pauca quaedam expectorantur propter virium imbecillitatem, aut dolorē, aut materiae crassitiam, vel lentorem, vel tenuitatem. Quod enim lentum est, ita partibus adhaerescit, vt inde non possit eximi, ac saepe sublatur, intra pulmonis bronchia, glutinis modo adhærens, detinetur. Eodemque modo quod valde crassum est, non nisi magna difficultate attollitur, & longiorem affectum necessarid inducit, tum in angustis quibusdam viis sic intercluditur, vt quibusdam suffocationem inferat. Tenuē verò multum, quia aquosum quoque est, agrè expuitur circum spirituum diffuens, estque non malignitatis, vt illa, sed cruditatis signum. Sicca quoque sputa damnantur, vt signa & causa. Ac signa quidem consumptae humiditatis tum propriae ac serosae, tum alienae & excrementitiae. Quod enim sui ferri expers est, exustum esse humidum à nimio calore declarat. Alienae autem materiae mixtione priuatum, vt flauum, materiae copiam, prauam qualitatem aut crassitiam, & virtutis imbecillitatem ostendit, quoniam illa misceri, haec miscere non potuit. Neque verò sicca dicuntur, quod humore careant, sed humoris copia. Causae verò sunt difficilis spirationis, quia liberè non expectorantur. Itaque intus retenta (ait Hippocrates) aëris ad interiora ingressum prohibent, coguntque ipsum celeriter egredi. Quod fit, vt mutud in perniciem aëri conspirent supressa expectoratio, & frequens respiratio. Illa enim frequentem spiritum reddit: haec sputum ad glutinat, atque expui prohibet. πικρὰ quoque in vitio sunt: non quia multa, sed quia frequentia. Nam quae vno impetu educi nequeunt, iteratione opus habent, & natura copiosa excreationis necessitatem extulsiendi frequentia compensare nititur. Causa est acris irritatio, & in bronchiis pulmonis obstructio, quae naturam stimulat, nullam quietem, nullamque moram concedit, sed excitar mouetque, & tanquam ad pugnam prouocat. Adiuncta verò tussis in Angina humoris in gutturo, & spiritalia membra diffusionem praemonstrat, quae in ore & faucibus contineri non potest. Idemque confirmat lateris dolor ab inflammatione, aut à destillatione, quae plures occupat locos propter copiam ac feritatem. Etenim Anginae gutture relicto pulmoniam inuehit, quae aliarum principium habet accessionum & laborum, aliudque exigit tempus ad coctionem mali is locus, ad quem facta est humoris noxij translatio. Manente verò in gutture affectione, si alia aequè perniciofa in pulmone oboriatur, geminato morbo, & obfessis duabus partibus nobilibus natura vincitur. Addit deinde potionem cum tussi sursum in os resiliētem, & summam deuorandi cibi difficultatem inter malignitatis morbi signa numerari debere, quod inde summarum gutturis partium, per quas tum cibi potusque, tum spiritus introitus est, praclusos esse meatus à magnitudine inflammationis intelligamus. In quo scriptoris voluntas cum scripto dissentire videtur, cum alibi doceat vtrumque symptoma salutis Anginae argumentū fuisse in pestilente aëris constitutione. Viris (inquit) fiebant (Anginae) qui partim euaserunt, partim perierunt. In summa qui solum deglutire non poterant, his valde mites ac toleratu faciles erant. Qui autem simul etiam obscurius loquebantur, iis molestiam maiorem afferebant, diutiusque vexabāt. Verum obiectionem ipsemet soluit, cum scribit, qui solum deglutire non poterant: deinde subiicit, Qui simul etiam obscurius loquerentur, quasi diceret, solam deglutendi difficultatem; quae omni speciei Anginae communis est, prauum signum non esse, quoniam liberiore spiratio

Acute 37

6. Epid.

spirationis ductu, & voce expedita angustiam tantum oesophagi denuntiat. Accedente verò impedimento vocis, vterque introitus tum cibi, tum aëris pracluditur à copia fluxionis. Nec simpliciter hic scribit prauum esse, si potus in os resiliat, sed addit ὑποβίονοντα, per tussiculā, quae simul cum illo symptomate eam esse materiae copiam, ac malignitatem ostēdit, vt asperam arteriam, fauces, linguā, & oesophagi summas partes occupet. Quod si etiam ad haec leue delirium accesserit cum faciei liuido colore, aut nigro, & oculorum cavitare, aeger animam agit. Proinde in Anginosa muliere tertio Epidemiae, quae potum per nares reddebat, nec deuorare poterat, alia signa lethalia notat, vt sublimem spiritum, obscuram vocem, extrema frigida, nigra, & excrementorum alui, atque vrinae suppressionē. Vox enim obscura cum difficili deglutione, & sublimi spiritu morbi magnitudinem ac periculum: cetera mortis tempus demonstrant. Neque enim propter extimarum partium frigus, & excrementorum suppressionem interit: sed cum interiret, functionesque ad extinctionem properarent, excremeta suppressa sunt, & extrema refrigerata iam in ipsis facta mortificatione.

XVIII.

Τῶν πλωρατικῶν οἴκων ἐν ἀρχῇ πύμπτοι αἱ πύπτες, τελευταῖοι θνήσκουσιν, ἢ πεμπλοῖοι. φυγόντες δὲ τάχιστα, μὴ πολὺ ῥᾶον ἔχοντες, ζῆ. θ. ἢ ια. ἀρχοῦσαι ἐμπυοῦσασιν.

Quibus pleuriticis initio sputationes tota purulenta sunt, ij tertia die moriuntur, aut quinta: quas si effugerint, neque tamē multo leuius habeant, septima, nona, fieri purulenti incipiunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Purulentae omnino exuptiones in principio, hoc est, prima accessione morbi esse non possunt, aut certè rarissimè, nisi antegresso tumore praeter naturam in lateribus, quae in suppuratione cum dolore & febre pleuriticam excitant. Multi enim tumores paulatim colliguntur & maturantur. Alioqui oportuit in hoc egro admodum biliosum feruidumque sanguinem fuisse, qui tam breui tempore in pus sit conuersus. Ergo initio sanies virulenta expuitur: deinde vomica effunditur in thoracem, quo iam tempore fiunt ἐμπυοί. Ac prius quidem virgente malo. Nam febrem à phymatibus grauem esse, & celerem oportet. Si euadunt, purulenti fiunt vomica erumpente diebus criticis. Ac pus in breui apparens, vomicae celer eruptio credendum ostendit ἐρυσσινελατῶδες esse phlegmonem, aut certè, id quod facilius est, primùm in pus vertitur, deinde longiore spatio reliquum, vnde non habent leuius.

DESID. IACOTII COMMENT.

De morbis thoracis, & pleuricis.

DE thoracis affectibus deinceps agitur, totius videlicet illius amplitudinis, quae pulmonem comprehendit, ad exteriores quidem partes costis terminata, ad inferiores verò septo. Partes affectae eaque praecipuae sunt musculi, pleura, capacitas thoracis, pulmo, cor, mediastinum, diaphragma. Causa est destillatio à capite frequens, vt austrina constitutione repleto humoribus capite, quos aquilonia succedens constringendo exprimit, & frigore thoraci nocens ipsum ad excipiendum praeparat, sed & interdum è toto corpore humorum affluxus, vel vaporosae substantiae copia, vel phlegmone, vel flatus interclusus, vel à partibus circumpositis compressio. Exorditur autem ab inflammationibus, quarum aliae in musculis externis oriuntur, aliae in intercostalibus: quaedam in membrana costas succingente. Externorum phlegmone pressu contactuque deprehenditur, ac nothae pleuri

pleuriticam parit. Intercoftalium inflammatio sub tactum non cadit, eorum maxime, qui in intimis partibus fiti sunt. Hi & grauiore dolore cruciant, quam externi, & fluxionis, quæ phlegmonem inuexit, aliquid per mediam membranam trāmittunt in thoracem ac pulmonem: quineriam membranam ipsam in confortiū mali adducunt, vnde pleuritis non exquisita existit, quæ à vera & exquisita vix discernitur: idque paucitate sputi, & symptomatum omnium remissione: aut, quod certius est, pulsum minore duritie, & doloris in iugulo ac præcordiis absentia. Siquidem musculi minus, cingens verò membrana magis & tendit, & indurat arteriam. Per consensum autem inflammata pleura doloris affectum extremis suis partibus, iugulo & præcordiis non communicat. Idemque iudicium de aliis affectibus per consensum obortis, quoniam soli primigenij, siquid mali paulò grauioris accesserit, id impertiant omnibus ortis & coniunctis. Vera autem & exquisita pleuritis eius membranæ, quæ costis subtenditur, phlegmone est, à fluxione è partibus superioribus, aut sanguinis è corde, vel pulmone, vel caua cordi assidente per venam intercoftalem & mammariam; vel eam, quæ azygos nuncupatur. Succingens verò membrana tenuis sanguinis & calidi impetum propter vasorum copiam, & propriam infirmitatem promptissimè excipit, quocumque modo fluxio inciderit, siue ipsius humoris orgasmo: siue doloris acerbitate: siue alterius morbi successione. Eius propria signa sunt, & pathognomonica dolor pungens, quia pars neruosa: & distendens, quia membrana: ad iugulum vsque pertinens, affectis partibus superioribus: ad præcordia, inferioribus: ad vtrasque, vtrisque laborantibus: febris deinde acuta, propter cordis viciniam, & cum paniculo ipsum inuolvente, cumque diaphragmate connexionem: exigua densaq; respiratio ab oppressione ac dolore: pulsus paruitas & durities, quæ in pulmonis affectibus nulla prorsus appareret: in musculis autem inflammatis magnus est pulsus & frequens: denique tussis asperæ arteriæ & pulmonis proprium symptoma. *ἐπιφαινόμενα* verò accedunt pro natura morbi, eiusque magnitudine, ac more. Nam initio, & crudo adhuc morbo tenuis ichor & liquidus exudat, vt in omni alia phlegmone, quam densa cutis non contegit. Deinde phlegmone iam coctionem aliquam suscipiente, crassior humiditas in internam thoracis amplitudinem effusa, in asperas arterias transfunditur, quam tussis sublatam æger excreat indicium fluxionis eius, quæ morbum excitauit. Etenim si bilis redundat, sputum pallidum est, aut flauum: si atra, nigrum: si pituita, album & spumofum: si sanguis, rubrum. Magna tamen ex parte in vera & exquisita pleuritide, quæ expectorantur, biliosa esse solent. Quemadmodum enim pulmō propter laxitatem biliosæ fluxioni cedit, nec eam coaceruat: sic pleura pituitosum humorem non admittit, quæ locis vicinis & amplis restitat, nisi permixta tenui sanguini penetret & diuidat tenuissimas venas, quæ eò pertinent. Iisdem signis pleuritidis tempora discernuntur. Crudissimus enim morbus est, cum nihil expectoratur. In fine principij liquida quædam, & cruda attolluntur: in incremento concocta, sed pauca: in statu, concocta, multa, facilia: in declinatione eadem, sed pauciora, & cum omnium symptomatum remissione. Quoniam verò exquisita pleuritis morbus est acutus, vt peripneumonia, phrenitis, angina, lethargus, caufus, quorum vi plurimi hominum intereunt, & quorum febres prorsus continuæ interficiunt, idcirco breui iudicari debet, idque indicat symptomatum statim à principio vehemētia, & motus celeritas. Mitissimæ autem febres (ait Hippocrates) & cum signis coniunctæ securissimis quarto die quiescunt, aut etiam tertio. Malignæ verò & cum signis coniunctæ perniciosissimas quarto die necant, aut etiam celerius. Quod fit, vt pleuritis periculosissima sit, quæ statim à principio lethalia signa profert, ac mortem primo quaternario denunciât marasmo cordis retorrido propter inflammationem: spirituum vitalium dissipationem, propter venenatam qualitatem: & respirationis interceptionem propter materiæ copiam ac suppressionem. Huius ergo speciei signa *ἐπιφαινόμενα*, & maligna primo loco nos docet diuinus Hippocrates.

*ῥάμπτοι αὐτῶν ἐν ἀρχῇ. ῥάμπτοι*, vel quod totum purulentum est, vt Hollerius interpretatur: vel quasi *ῥάμπτοι κίλων*, varium, multiplex à materia, quam

quam heterogeneam dicunt: neque *ῥάμπτοι*, id est, pus propriè dictum, quod prima accessione apparere non potest, sed vel *ῥάμπτοι* corruptum, vel *ῥάμπτοι*, quasi quod primum post inceptam fluxionem è phlegmone coit, densaturque, vt primum lac post partum in animalibus. Vt enim in aliis excrementis, ita & in his, quæ è pectore educenda sunt, errata communia triplici de causa fieri obseruat Hippocrates. Vna est partium, quæ ipsorum expurgationi dicata sunt, imbecillitas ab intemperie aliqua. Altera, viarum, per quas fit expurgatio, angustia ab obstructione crassorum humorum, vel lentorum, aut ab aliquo tumore præter naturam. Tertia excrementorum ipsorum vitium in multitudine, crassitie, & viscositate. *ῥάμπτοι* verò, id est, in primo morbi tempore, quod in acutissimis primo morbi die, aut minore etiam spatio circumscribitur, partes thoracis oppressæ sunt potius, quam imbecillæ: nec angustia tanta vis, quanta circa puris generationem: nec excrementa ita crassa, aut viscosa aut copiosa sunt, vt esse solent progressio morbo. Quocirca morbi absolutam cruditatem deprehendimus initio, ex omnimoda suppressione sputi: absolutam malignitatem ex omnimodi feri, aut puris corrupti sputo. De quo sic scribit tertio de morbis, Quibus statim sputa varia sunt, & dolores valde acuti, hi tertio die moriuntur. Eademque est huius loci sententia. Quia igitur tale sputum primo die apparet, crissim primo quaternario expectandam denunciât. Quod verò admodum prauum sit, eam crissim lethalem fore præmonstrat. Deterrimum autem esse ex eo intelligimus, quod optimo omni ex parte opponatur. Optimum enim sputum est permixtum vehementer flauo, medio-criter crassum, læue, æquale, quodque dolorem tollit & facillè ac citò excreatur. In eo verò, quod *ῥάμπτοι* vocat, varij & synceri humores cōspiciuntur seorsim, & sine sero, vt si in vna parte pituitæ aliquid frigore concretæ appareat, in altera biliosum quid exustum à calore immodico. Perpicuum enim est hoc genus excrementi nec moderatè crassum, nec probè mixtum esse, nec facillè expectorari. Quinetiam propter celeritatem temporis, in quo apparet, naturam uritari ad purgationem ante tempus ostendit: Propter varietatem verò substantiæ, multiplices affectus subesse denunciât, qui temporis spatium requirunt ad coctionem, tum quoniam inter tam multos, quidam, vt verisimile est, diuturni sunt: tum quoniam etiam si nulli sint, contra multos aduersarios naturæ pugnandum est, in quo plurimum temporis infumere necesse est. Si verò vnà cum his prauus color & substantiæ corruptio appareant, nihil deterius esse potest. Illinc enim vitiosa caloris extranei impressio significatur: hinc partium *νεφρωσις*, è quibus sputum manat. Verum vt hæc sputa pessima sint, ad certitudinem tamen prælagij alia signa lethalia consentire oportet, imprimis verò virium infirmitatem, & spirationem difficilem. Quod si vnà quoque febris augeatur, & maligna sit, cum dolore graui, & prauis vrinis, ad extrema ventum esse constat. Sputa enim quantumuis praua, omnino tamen & necessariò lethalia nusquam sunt per se. Ob idque Hippocrates de sputis agēs non valde lethalia esse dicere nõ solet, sed simpliciter mala, aut periculosa. Et hoc loco, cum vno nomine sputi genus perniciosissimum complexus esset, tamen subdit naturæ bonitate, & virium robore ex hoc periculo quosdam euadere, quibus videlicet ampla sunt, & firma latera, interiora loca humida, & febris minimè maligna. Hi (inquit) si tertium & quintum diem effugerint, neque tamen multò melius habeant, sequētibus quaternariis, vt seprimo, nono, aut vndecimo die, quibus naturæ & morbi certamen instituitur, suppuratione, & puris in capacitatem thoracis eruptio expectanda est. Ex quibus constat vtrumque fieri posse, vt aut melius habeant, aut suppurati fiant. Cur autem cum pessimis sputis, vt *ῥάμπτοι ῥάμπτοι*, vel nigris, plerique conualecant, quod experientia quoque testatur, multæ causæ esse possunt. Vna, quia vnus tantum partitis, quæ inter principes non numeratur, affectus significant. Ob idque neque colore, neque substantia planè lethalia sunt, sed sola suppressione, quæ pulmonis opus atque officium intercipit, sine quo cordis calor diffari non potest. Altera *ἢ συμβεβηκός*, quia sæpe prauo colore inficiuntur à defluxione è cerebro, aut accidente aliquo externo, verbi gratia, fumo, fuligine, cibo. Adde quod variè interdum

terdum colorantur & nigrescunt non febrili incendio, sed melancholici humoris vapore, aut alterius à cordis sinu exhalante. Quod autè ad suppurationis terminum attinet, eum alibi Hippocrates repurgationi per sputa decimumquartum, tanquam longissimum constituit. Hic, quia morbus acutissimus significatur, septimum, aut nonum aut undecimum. Quo die transmissio pus colligitur in loco phlegmone obfesso, & ab eo pure intra thoracem effuso empyema nascitur, indeque tabes, nisi pus intra quadraginta dies ab eruptione repurgetur. Suppurationis signa sunt, pondus non ante perceptum, rigor, & febris auctior. Proinde scribit, qui suppurantur, non multò leuius habere. Causa suppurationis, quoniam dolores harum partium, qui neque per sputa, neque per alui deiectionem, neque per sanguinis detractionem, neque per victus rationem, neque per purgationem finiti sunt, suppurationem utique excitant.

## XIX.

Οἱ δὲ ἀνω ὠτὸς ἔρρωτος, τῶν πλευριτικῶν, καὶ ὁμοίως θερμαίνονται, καὶ κοιλίη (εἰράσσει) χολώδεα, καὶ δυσώδεα, εἰκοστῆσι καὶ τεσσαρακοστῆσι κινδυνεύουσιν. φυγόντες δὲ τὸν χρόνον, σώζονται.

*Quibus pleuriticis super aures excitatur rubor, & similiter incalescunt, venterque turbatur biliosis & grauitur olentibus excrementis, vigesimo die, & quadragesimo periclitantur. Quos si effugerint, seruantur.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**ρρωτός, ἐρύθνημα, ἐρυσίπελας, ἔρρωτος quoque pro rubente tumore solet usurpare, quibus inflammatio est ἐρυσίπελας τῶν ὠτῶν. Si igitur Pleurítico abscessus eiusmodi ad aures commoueatur, sed nihilominus febricitet æger (θερμαίνεσθαι enim πυρετώδης dicit, ut θερμασίαν πυρετῶν) abscessus is malus est, quia κρείσιμον μὴ κρεῖνα, quod iudicare, solueréque morbum natum est, non soluit. Quòd si aluus exturbatur, & biliosa grauitérque olentia deiicit, inde merus est, vt ne vires exoluantur. Idque fieri potest reuocata ex aure materia, aut eo, quod putruit, prodeunte. Ac ἐρρωτός nescio quid biliosum, vt deiectio, indicabat. Cur autem vigesimo, aut quadragesimo periclitetur, parùm constat. Celerius enim pleuritides, & maximè biliosæ solent desinere. Atque in quatuordecim diebus terminari acutorum more peculiariter scribit Galenus cum Hippocrate, commentario duo decimo primi, & Hippocrates libro de morbis externis. Et in Aphorismis, repurgationis, quæ fit per sputa & ἀνακάρσιν appellare consuevit, terminum facit decimumquartum, quo die exacto suppuratio fieri consuevit. Ac vigesimo fortasse & quadragesimo, quo tempore inualescente febre & dolore periclitari possunt, cum pus videlicet conficitur. Sed vt suppurent iis diebus, non omnino tuti sunt. Pus enim in quadraginta diebus ab eruptione expurgari oportet, alioqui contabescunt. At si ad repurgandum sputum res conuertatur, tutiores sunt, vt si materia in abscessum versa ἢ μεταθέσιν vel vacuetur, vel resoluatur.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**P**leuritis, vt & cæteri thoracis morbi coctione, repurgatione per sputa, suppuratione, empyemate, profluuiio sanguinis è naribus, permutatione, & abscessu finiri potest. Abscessus autem, qui tum Pleuriticis, tum Peripneumonicis superueniunt, interdum in glandulas, quæ sub auribus sunt, interdum in partes thoraci subiectas erumpunt, idque vel per emissionem, vel per decubitum, de quibus hic agitur. Hippocrates hæmorrhoidas addit sexto Epidemiò, & in libello de humoribus. Qui enim (inquit) hæmorrhoidas habent, neque pleuritide, neque

Peripn

Peripneumonia, neque aliis maximis morbis corripiuntur. Et paulo post, Consideratio quidem est, nempe quibus facta hæc sunt, liberant: quibus ante facta, prohibent euentum. Causa est, quia sanguis ad inferiora reuellit, & humorum cacochymia, ex qua eiusmodi morbi oriuntur, per hæmorrhoidas vacuatur. Neque verò mirum est tam procul Peripneumoniæ aut pleuritidis materiam ablegari, non solum quia, vt scribit Hippocrates, confluxio vna, conspiratio vna, consentientia omnia sed etiam quia pulmo venas recipit à corde: pleura verò & costæ omnes tum dextræ tum sinistræ, à vena caua cam, quam ἀζυγον, quasi sine coniuge nuncupant. Ex quo fit, vt natura validior à pulmone per cor medium sanguinem regerat in venæ cauæ superiorem aut inferiorem partem: à pleura verò per venam azygon, quanquam multò rarius propter peculiarem ipsius membranz imbecillitatem, que etiam causa est, vt frequentior sit pleuritis, quam peripneumonia. Præterea febris, quæ huiusmodi inflammationes comitatur, non solum symptomatica est, sed etiam essentialis, quæque propriâ crism experitur. Atque ob id pleuritis interdum per ἀνακάρσιν, interdum per abscessus, nonnunquam etiam per excretionem soluitur. Scribit itaque Hippocrates si pleuriticis rubor ab erysipelate, aut phlegmone pone aures obortus superueniat, neque febris imminuat, vel augeatur, diurnitatem morbi significari. Cuius rei causam ipsemet in Aphorismis explicat, cum scribit, abscessus qui primis iudicationibus non soluunt, diurnitatem morbi denuntiant. Rectè autem dixit, ὁμοίως θερμαίνονται. Nam si oborto illo rubore febris remittitur, abscessus in bonis est: si valde augeatur, lethalis: quoniam iudicatoria, quæ non iudicant, aut lethalia sunt auctis symptomatis, aut difficilis iudicij, æqualiter se habentibus. Idem iudicium si venter turbetur biliosis & grauitur olentibus excrementis, quæ videlicet humoris alicuius formam ac speciem cum fetore referant, ex qua deprehendatur vi morbi & naturæ profluuium alui accidisse, non ab externo aliquo accidente, vt alimenti corruptione, quo pleniore interdum uti solent. Eiusmodi ergo deiectio symptomatica est ab humorum copia, quam partes continentis ferre non possunt: vel ab acrimonia, quæ morfu naturam stimulat ad excretionem ante crism. Calor enim febrilis acrimoniam parit, estque eius signum. Acrimonia verò, quæ in corpore aut particula naturalem suum statum seruante inest, dum fusa mouetur, sensum sui excitat: interna verò ac penitiora loca petens, turbationem affert, per Aphorismum, Caliditas acrimoniæ signum est, turbationes, transitusque. Ex quibus efficimus quatuor modis aluum solui in pleuriticis, qui omnes & causa, & euentu differunt. Primus est, cum à manifesta occasione, vt pleniore cibo, vel potu diarrhœa quædam superuenit: quod genus excretionis nullam humoris morbifici certam aut definitam speciem repræsentat, nec pleuritidis morem vllum ostendit, sed id tantum, quòd æger præposterè alatur. Cuiusmodi signa, quæ ab externa causa, non vi morbi incidunt, non magnopore conferunt ad præsagium, nisi ἢ συμβεβηκός. Alter symptomaticus est circa principia, aut incrementa ante signa perfectæ coctionis, à natura mouente, sed coacta. De quo scribit hoc loco, quòd si nec febrem remittat, nec augeat, morbi diurnitas inde sit expectanda. Vtrunque enim fieri potest, vt & febre imminuat, licet coctio nulla sit, vacationis & reuulsionis ratione, in moderata pleuritide: & eam ipsam augeat, accedente ex symptomatico motu virium infirmitate. Tertius est planè lethalis, cum pleuritis & peripneumonia ad summum peruenierit, ac naturæ dominantur, ita vt in consortium mali hepar & ventriculum adducant. Ex eo enim significatur neque amplius ab hepate alimentum trahi, neque probè in sanguinem conuerti, neque à ventriculo concoqui, quòd non nisi progressu iam, & admodum aucto morbo fieri potest. De quo sic in Aphorism. scriptus, A pleuritide aut pulmonia habito, fluxu ventris superueniente malum. Quartus criticus est, viribus naturæ excitatus cum signis coctionis, & symptomatum omnium remissione. Quòd autem scribit in secunda differetia ægros vigesimo die periclitari, & quadragesimo, rationi consentaneum est. Ille enim est acutorum terminus: hic diuturnorum ex acutis principium, qui sine crisi paulatim soluantur.

P P

6. Epid. sect. 6

6. Aphor. 16

In prima enim periodo vniuersali ad vigesimū vsque natura mouetur per quaternarios: in secunda ad quadragesimum, per septenarios bis numeratis intercalaribus, quoniam à vigesimo ad quadragesimum perturbatio critica languescit. Hos itaque dies si effugerint, sensim liberantur. Tertio de morbis hæc referre videtur ad pleuritim ex dorso, quibus videlicet dorsum dolet, velut ex plaga, & suspirant, & acuatim respirant, vt in inflammatione mediastini, aut musculorum superiorum intercostalium. Si cui (inquit) in his pleuritidibus contingat dorsum rubefieri, & humeros calefcere, & inter desidendum grauari, & venter exturbetur egestione cum virore pallida, ac valde graucolente, hic propter vctis egestionem vigesimaprime die moritur. Has si effugerit, sanus fit.

X X.

Αἱ ξηραι τῶν πλεριτικῶν καὶ ἀπυροί, χαλεπώτα. Φοβεραὶ δὲ ἐν οἷσιν αἰνοτὰ ἀλγύματα.

*Sicca pleuritides, & in quibus nihil expuitur, periculosissimæ: formidabiles quoque, ubi superiores partes morbus occupat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Siccus morbus appellat Hippocrates, à quibus nihil excrementi per vias proprias singulis partibus redditur. Cerebro laborante si nihil mucci, aut eiusmodi excrementi per nares, aures, oculos redditur: inflammatis oculis si non lachrymantur, aut pituita effluit. Et inflammatio sicca, vlcus siccum similiter appellatur, quum neque pus, neque saniem reddit. Partium cõclusarum ventre morbus siccus est astricta aluo, & nihil nisi durum, coactũ, spyratodes, idque conatu magno, & ope medici excernit. In thorace, quum nihil expuitur. Ac peculiariter pulmonis laterisque inflammatio sicca ἀπυροί inde appellatur Hippocr. primo de Morbis, & hoc loco pleuritis. Id autem fieri scribit materia caliditate resiccata. Φοβεραὶ δὲ. Hippocr. duplex genus facit pleuritis ex locis, in quæ dolor expanditur. vna iugulum, brachium, mammam, & partes septo transuerso superiores occupat, & dolorem deorsum intendit. Altera in costis, quæ partes inferiores septo transuerso. Etenim diaphragma superiores corporis partes ab inferioribus diuidit, quanquam alij & gibbas hepatis, & os ventriculi superioribus annumerant. Aut certe τὰ αἰνο, quæ relictis inferioribus superiora appetunt, atque ita ἀλγύματα & dolor, & morbus.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quod aliquando admonuimus, id nũc memoria reperendum est, ne, quod vulgò faciunt, signa singulorum morborum, confusè & permixtè obseruentur, sed discretè, & electè in suum genus digerantur. Idque in Hippocr. interpretando tantam vim habet, vt quæ in hoc opere obscura occurrunt, aliter explicari nunquam possint. παθογνωμονικὰ speciem morbi declarant, ab eaque sunt inseparabilia, qualia sunt in pleuritide lateris dolor pungens, difficilis spiratio, tussis, febris acuta: quibus interdum Galenus addit serrantem pulsum. συνειδέοντα, alsidentia, quæ non semper quidem morbum comitantur, sed sæpe cum illo accidunt, ac differentias distinguunt ab affecto loco, vel affectus specie, vel affectionis natura, sũntque ferè pathognomonicorũ effecta, vt sputum cruentum, flauum, lingua arida, ad iugulum, vel ad hypochondria inclinans dolor, in hoc latius facilius, quàm in alterum decubitus. Tertio loco sunt ἐπιφανόμενα, quæ postmodum apparent, ac triplici differentia cõtinentur πνεύμας, καὶ ἀπυροί, cõctionis, & cruditatis in sputis, deiectionibus, vrinis: σωματίας καὶ ἀλγύματα, salutis, & mortis ex his, quæ toto corpore apparent, quæque cum excrementis conspiciuntur: καὶ τὰ αἰνο tum causa, tum signa crisco. Nonnulla etiam vno eodẽque tempore

s. de loc. aff. 3. de cost. art. 15.

tempore & signa sunt, & symptomata, quæ neque crism prænunciant, neque plauè fida sunt, neque omnino infida, sed quædam semper bona, alia mala. De quibus Hippocr. scribit, mentem constare, & rectè se habere ad ea, quæ offeruntur, itẽmque facilem esse spirationem, integrum pulsum, εὐφορίαν, conuenientè decubitus, faciem bene valentium similem, caloris æqualitatem in bonis: contraria in malis numerari. His ita constitutis sicca pleuritis, καὶ ἀπυροί, (quæ Hippocr. vt & alios morbos materia constantes & siccos, perpetuò damnat, tanquã vel celeriter lethales, vel difficilis iudicij) non sola sputi absentia talis dicitur, sed cum diu talis perseverat. Initiò enim cum nihil expectorant ægri, id cruditatis signum est, nondum malignitatis. Cruditas enim tam ex negata in totum vacuatione, quàm ex cõctionis inopia intelligitur, neque simpliciter mortis signũ est, aut salutis, nisi duabus conditionibus adiunctis, vna ex virium statu, altera ex temporibus morbi. Infirmis enim viribus, & progressio iam morbo lethalis est. In principio verò oppressa potius, quàm infirmã virtute tantũ ostendit morbum longius tempus habiturum. Non itaque magnopere verendum est, si quis pleuritidis initio nihil, aut pauca expuat, modò ne praua alia signa coniungantur. Vbi verò symptomata superueniunt, nec progrediente malo vllum principium expectorationis accedit, tum vtique pleuritis ἀπυροί est, ac periculosissima tum suapte natura, tum ex euentu. Ac suapte natura quidem, quòd suppressione materiarum morbificarum, & grauius laborante corde præfocari soleant ægri. Ex euentu verò, quia cum longo vtique post spatio integram concoctionem fore ex negata anacharasi constat, in tanto temporis tractu, tametsi nulla alia signa lethalia appareant, multa finistrè accidunt vel ægri errore, vel eorum, qui ipsi seruiunt, vel ab externis etiam rebus: quæ præter spem eueniunt, vel aliquando ab ipso etiam medico. Nam si ita affectus ptisanam (ait Hippocr.) quis dederit antequam os humefcat, vel antequam dolor soluat, secta vena, aut per aliu purgatione, prout vtrumque exigi videbitur, haud dubiè ad mortem præcipitem ager ægrũ. Sed vt nihil eorũ interueniat, tamen periculum est, ne prius quàm morbus concoctus sit, vires exoluantur. Meritò itaque periculosissima Pleuritis ea dicitur hoc loco, in qua negata expectoratio in plures dies porrigitur. Huius autem suppressionis cause esse solent facultatis animalis & musculorum thoracis infirmitas: doloris vehementia: humoris contumacia, & bronchiorum obstructio. Eadem sententia scribit in Prognostico malum esse, si nihil aut expurget pulmo, aut admittat, sed plenus fetuat in gutture cum stertore quodam, humore per vim diuiso ab aere inspirato, & fuligine exitum moliente. Et tertio de morbis in Pleuritide sicca ampliore per potum humectatione opus esse ait, quàm in aliis differentijs. Verũm in hoc præfagio diligenter attendendum est, ne nos similitudine fallant pleuritis notha in musculis externis: non exquisita in intercostalibus: & conuexæ partis iecoris phlegmone. In his enim omnibus lateris dolor siccus esse solet, non tamen ἀπυροί nec sine ratione vtrumque ab Hippocrate dictum est ξηραι τῆν πλεριτικῶν καὶ ἀπυροί, quali non omnem Pleuritim siccam damnat, nisi etiam sit ἀπυροί: in qua videlicet aliquid expectorari debet, nec expectoratur. Discernuntur verò, quòd in notha pleuritide tussis nulla est, nisi fortasse à destillatione è cerebro: pulsus nec durus, nec tensus: febris non æquè acuta, nec ita difficilis spiratio. Præterea dolor pressu contactũque exacerbatur, isque pulsans est, non pungens propter musculorum intercostalium inflammationem. Pleura enim, qua parte costis subest, arterias non habet: qua verò arterias recipit, vt in mediis costarum interuallis non comprimitur, nec proinde dolorem pulsatorum facit. Ab hac igitur pleuritide nihil aut admodum pauca in thoracis spatium peruenire possunt, vt nec ab inflammatione hepatis. Ob idque licet tussis accedat, nec quicquam expectoretur, id malignitati morbi adscribendum non est. Auicennas etiam excipit contenti humoris paucitatem in vera Pleuritide, quem natura per insensilem perspiratum dissolueri conatur. Trallianus cum Aëtio addit lateris dolorem ex pituitoso humore aut flatu, quem febri iungi nihil impossibile est, in quo periculosissimè

1. Achil.



mitti sanguinem admonet. *ὅτι εἶσιν ἄνω τὰ ἀλγύματα.* Hoc symptoma inter *σπασμῶδοντα* potius numerari debet, quàm inter *ἐπιγινόμενα*. Non enim vi adacti morbi superuenit, sed locum affectum potius, & pleuriticis magnitudinem ostendit. Etenim oborta phlegmone in partibus thoracis inferioribus dolor circa præcordia urget, quia septum inter respirandum moueri cogitur, musculis, qui illic sunt, quiescentibus, vt in bene valentibus, quibus libera est respiratio. Ita fit, vt septum intentum magis doleat. Ad iugulum verò dolor peruenit inflammata superne pleura, quia tensa hæret illi parti dura, nec cedenti. Neque enim repugnat in aliqua parte doloris causam esse, in alia doloris sensum. Cuius rei causa est interdum varietas in sensus acrimonia, vt in pulmonia, in qua pulmo non dolet, sed pectus: & in vlcere, vel lapide vesicæ, pudendi extremum: interdum connexio partis cum duro nec cedente membro, qua efficitur, vt tum in Pleuritide, tum in hepaticide ascēdat ad iugulum dolor. Tertia est varietas partium in quiete & motu. Nam cum vna quiescens cum alia mota conuectitur, quæ mouetur, magis dolet, vt in descendente ad præcordia dolore. Alibi Hippocrates grauem dolorem in carne & brachio ponit, qui plenitudinem & copiam humoris testatur. Verùm membranæ proprius non est, sed venarum, & carnis. Caro enim copia oppressa dolet: venæ autem plenæ corpus grauant, unde venarum dolores graues dicuntur. Sic in synocho ægri graues se esse toto corpore queruntur, potissimum dorso propter venæ causæ plenitudinem. Itaque ex eo dolore neque locum in Pleuritide affectum, neque affectus magnitudinē colligit Hippocrates: sed mittendi sanguinis indicationem. Dolor verò ad iugulum & loci affecti, & magnitudinis morbi indicium præbet. Parua enim ea est Pleuritis, quæ neutri termino communicat dolorem: magna, quæ vtrique. Hic autem dolor opposito decubitu exasperatur, quia pendet inflammatio. Ex decubitu tamen supra dolentem locum magis offenduntur ægri, quando externa pleuræ superficies, quæ costis occurrit, phlegmone obfessa est, quod Galenus de constitutione artis docuit.

x. Acut.

XXI.

*Αἱ ἀνώ σπασμῶδων πλευριτιδες χαλεπότεραι τῶν κατώ σπασμῶδων.*

*Pleuritides sine diuulsione magis periculose iis, quæ cum diuulsione.*

*See the same caput*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Σ**πασμα diuulsio est in fibris musculorum neruaceis, vbi citra vulnus extensio continuitatem dissoluit. Cur autem cum eiusmodi fibrarum diuulsione pleuritis minus periculosa sit, non video. Hinc enim causa grauior, cum extenduntur, & vehementior existit dolor. Quid si *σπασμα* pro dolore, qui à tensione, & solutione continui mouetur intelligit? Fieri potest, vt Pleuritis sine eo dolore periculosa sit, quia ita accidat ægrotante mente, vel inflammatione in gangrenam & sphacelismum conuersa. At *σπασμα* conuulsionem vertere eorum est, qui parum intelligunt vsus veterum, qui *σπασμὸν* & *σπασμα* distinxerunt. *σπασμὸς* enim in neruis, *σπασμα* in fibris neruaceis & membranaceis, quæ si extensione distumpuntur, *σπασμα* posteriores medici appellant, 3. de articulis.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Σ**πασμα conuulsio non est, vt in vulgatis exemplaribus interpres vertit, sed quædam continui solutio in parte neruosa citra vulnerationem, vel ab externa causa, vt ictu: vel ab interna, que fibras subito & affatim intendit, vt si quis membra neque perfricata, neque calefacta, neque ad æqualitatem dusta, aut mollitiem repentino aliquo, inæquali, & vehementi motu concutiat. Sic enim immodicus ac inordinatus motus, & quædam humorum vitia, quæ vim habent

corrodendi,

corrodendi, spasma faciunt. Cum itaque duplex sit in thorace facultas expultrix: vna animalis à cerebro, quæ neruorum ad se contractione musculos tendit, per quos thoracem mouet, & eorundem laxitate otatur: altera naturalis partium singularium propria, quæ à calore natiuo fibrarum auxilio perficitur: inde fit, vt per villos, fibras, & musculos substantia partis apta sit ad motum & expulsionem. Atque ob eam etiam causam celerius extinguitur coquendi facultas, quàm expellendi, quòd illa solo partium solidarum calore infuso, & apta temperie agat: hæc tum fibris, tum calore externo adiuuetur. Diuinitus ergo, vt omnia, nos docet Hippocras. pleuriticum cum spasmate quodam minus periculosam esse, quàm sine spasmate, quòd vehemens ille thoracis motus cum diuulsione fibrarum vtriusque facultatis integritatem denunciaret, tum animalis, quæ vehementi motu thoracem concutit ad tussim & expectorationem: tum naturalis, quæ vegeta fibras omnes intendit, ac magno nixu materiæ morbificæ noxam & acrimoniam propulsare nititur. Contrarium accidit infirmis, aut emorientibus facultatibus. Tametsi enim cocta sit materia, ægri nihilominus intereunt, si thorax ad expulsionem amplius musculorum ac fibrarum diuulsione concuti non possit, infirma animali facultate, & motrice, cuius vires auxiliares à concoquente requiruntur in hoc opere, aut labefactata substantia partium solidarum, in quibus, quòd excerni debet, pertinaciter adhærescit. Eadē ratione locus de septi spasmate accipi potest, quòd, dum pleuriticis respirant, necessariò mouetur, phlegmone præfertim partem lateris inferiorem oblidente. Tum enim laborantes muscoli, in respirando pigriores sunt. Quòd fit, vt soli septo transuerso natura respirationis officium committat, quemadmodum & in sanis, quorum libera est spiratio. Septum ergo vehementiori motu & cum spasmate intenditur, magisque dolet: quòd minus graue est, quàm si dolor cum parte superiore communicaret, vt superiore Aphorismo demonstratum est. Verùm bis idem eodem loco indecorè dicere nõ solet Hippocras. & prior interpretatio tum rationi, tum experientie magis consentanea est. Thoracis enim vehemens compressio, spiritum violenter foras abire compellit. Sic verò ille abiens, quæ in pulmonis bronchia transumpta sunt ex pleura, ea secum ducit. Itaque si thorax robustus est, & humor, qui fistulis pulmonis inest, modicè crassus, facillè expuitur. Sin autem neutrum adsit, ægrè & cum magna difficultate. In quo multò satius est violenter thoracem concuti, quàm vel præ dolore, vel præ infirmitate vix dilatari. Quemadmodum ergo in Phrenitide, cum ægri iam fractis viribus quiescunt: & in omni morbo, cum ad pedes prolabantur, deterrimum signum est: sic in Pleuritide tussis remissio & motus thoracis cessatio, suppressa intus materia, quæ expectorari debuit, mortem in propinquo portendit. In his enim omnibus motus etiam violentus actio est: prolapsus verò & cessatio, affectus, & resoluta facultatis nota, cuius robore morbus superandus est. Atque id etiam in causa est, vt senes, quibus motrix infirma est, per morbos thoracis celerius, quàm iuuenes, intereant. Proinde vulgus non ineptè annotat eos, qui validè & enixè extussunt, certò ferè euadere, & quibus oculi, præ tussis vehementiam quodam modo exeri videntur, cum capitis dolore, & violenta pectoris compressione, nisi forrassè corrupti sint pulmones, quòd hic etiam excipiendum est: contra verò in periculo versari, in quibus pectoris interiora stridulo quodam motu cientur, & parum attollitur pectus. Eandem ob causam Hippocrates alibi damnat *πνεύματα ἄσυμα ἢ τοῖσι φθινώδεσι, καὶ πῖσιν ἀπόκοισι: καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἀπὸ τῆς αὐτῆς καταστάσεως*, id est, spirationes obscuras in tabidis & viduis, quæ rebus venericis vti nolunt. Obscuras autem intelligit, quæ cum antea magnæ essent ac frequentes, mox paruæ conspiciuntur, & vt hoc loco scribit, *ἀνευ σπασμῶδων*. Minor enim efficitur respiratio, non quòd morbus soluat (quòd ex pulsu exili & inæquali deprehendes) sed quoniam vires debilitate non amplius pectus dilatare possunt. In viduis enim semen concretum coalescit, atque in vnum conducitur. Quare initio cum calor seminis magnus est, magna quoque fit respiratio: progressu temporis, cum vis seminis remittitur, ferè succedit *ἀπνοια*. In iis quoque, qui suppurati sunt, pus initio facilius

6. Epid. sect. 7

extusitur, cum magna respiratione: verum facultate, quæ educerat, imbecilliore facta, nec liberè spiritum ducente, exigua respiratio inuadit signo maximè lethali. Idemque iudicium de omnibus symptomatis, que ab eadem constitutione ortum habent, vt eodem loco addit Hippocrates. Ob eandem etiam causam inter purulentorum bona signa tussim validam cum puris cocti expectoratione laudat, vt postea dicitur.

XXII.

Τῶν πλευριτικῶν οἱ (ἢ ἐν ἀρχῇ γλωσσῶν χολώδεις γίνεσθαι, ἐξ ἰσομαλοῦ κρῖνον). οἱ δὲ γ. ἢ δ. περὶ 7.

In quibus Pleuriticis initio lingua biliosa apparet, iudicium incidit septimo: quibus tertio, aut quarto die, circa nonum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Γλωσσα χολώδης est tum quæ bile turget, atque amarecat, tum quæ colore bilis intincta est. Eaque biliosæ Pleuritidis, quomodo & flaua sputa, indicio est. Si ergo celerius mouetur bilis, vt iam initio, hoc est, prima accessione linguam intingat, septimo iudicium expectandum: si secunda, quæ ferè in tertium diem incidit, aut quarta, paulo tardius, vt nono. Libro de locis in homine periculum instare ægro in biliosa Pleuritide scribit septima, aut nona, vbi γλωσσα χολώδης, quæ hic χολώδης.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hoc signum inter ea numeratur, quæ σιωπρῆνοντα diximus. Affectus enim speciem distinguit, ex qua crisis quoque tempus coniciamus, prout species morbi vel biliosa est, vel pituitosa, vel atrabilaria, vel mixta, vt alibi à nobis explicatum est. Quemadmodum itaque ex iis, quæ superueniunt, veluti in Pleuriticis, sputum si statim quidem incipiente morbo appareat, morbum breuius tempus habiturum denunciat: si postea educi incipiat, longius: idemque si pallidum & flauum fuerit, biliosam Pleuritim ostendit: si album & spumosum, pituitosam: si rubrum, sanguineam: si nigrum, atrabiliariam: ita tum ex colore ac fuligine linguæ, tum ex saporis specie eosdè humores discernimus. Proinde Hippocrates de locis in homine χλωρὴν dixit, linguam, quam hic χολώδης, nominat, hoc modo, Cum humor fluxerit in thoracem, & bilis fuerit, ex hoc manifestum fit. Dolor lateris mollitudinem occupat & clauiculam eiusdem partis, & febris adest, & linguæ supernè χλωρὴ pallida, vel aruginosa, & excreat compacta. Huius morbi periculum septima, aut nona die instat. Vbi χλωρὴν de colore bilioso intelligit. χολώδης verò & ad colorem refertur, & ad amaræ bilis saporem. Siquidem vtroque modo lingua solet plerunque iudicare, quinam succi vitiosi redundant in corpore. Sunt enim, quibus dulcisa esse amara videantur: sunt, quibus insuauius magis placeant. Nam vt in oculorum affectibus, sæpe omnia flaua, aut alterius coloris videntur pro ea nimirum specie, quam gignit humor is, qui vitiatum est: ita in lingua vsu venit. Quandoque enim in morbo regio tantam vim habet bilis in gustatu, vt omnia amara videantur: & si falso aut acido humore imbuta sit lingua, omnia, quæ offeruntur, eiusdè esse, saporis creduntur. Sic χολώδης lingua est tum, quæ gustu amara omnia percipit, tum, quæ bile inficitur. Cum autè bilis flaua sit, ferro exusto, pallida immixto, aruginosa vehementer torrido, idcirco linguæ biliosæ, vel pallidæ apparent, vel flauæ, vel aruginosæ. Nigrescunt verò tum à bile nigra, tum à fuligine coloris febrilis sanguinem exurentis. Eademque ratione à sanguine rubescunt, à pituita magis albicant. Quoniam enim lingua insignes venas habet, & substantiam spongiosam, humorum ferro & fuligine imbuitur, corii potissimum, qui vel in ventre ac thorace continentur, vel per venas & arterias fusi ac fermentati à multo calore sursum feruntur. Atque interdum solus halitus, interdum humor ipse per venas nutrientes & aperta spiracula eò conscendit.

Non

De locis in hom.

Non enim necesse est partibus inferioribus obsessis, vt liene, vtero, aut venis inferioribus colorem linguæ mutari, tamen si febris ardens appareat. Non solum ergo affectui, sed etiam loco affecto lingua testimonio est, vt ventriculo, cum simul nausea, vel καρδιογμός vrget: thoraci, cum dolor lateris, aut grauitas premit. His enim duabus partibus malè habentibus promptissimè immutatur tum propter rectitudinem & amplitudinem ductuum asperæ arteriæ, & œsophagi, per quos fuligo, aut vapor sursum fertur: tum propter illarum partium tunicam, linguæ, faucibus & palato communem, per quam humorum diffusio facilissima est. Quare mirum non est, iubere Hippocratem in Pleuritide linguam obseruari, vt de specie humoris iudicium fiat: nec rationi aut experientiæ dissentaneum est, si in Pleuriticis primo, aut secundo die biliosa lingua cernatur, septimo crism futuram ad salutem, aut perniciem: si verò tertio, aut quarto, circa nonum, nimirum post duos quaternarios ad summum ab eo die, quo biliosa esse incœperit. Celeritatem enim iudicationis in omni morbo ex symptomatum magnitudine, & humoris redundantis peculiari natura deprehendimus. Nam quæ ex frigidis, vel crasis, vel lentis, vel omnino ad motum ineptis humoribus affectiones existunt, tardius ad statum perueniunt, in quo iudicari debent. Quæ verò ex tenuibus substantia, temperamento calidis, & qualitate acribus oriuntur, cunctari diutius non possunt. Propterea in morbis admodum biliosis duobus tantum quaternariis opus est ad iudicationem, quia iterato naturæ & morbi certamine alterutrum superatur. Ceterum ex hoc etiam loco intelligitur non omnem Pleuritim exquisitam necessariò biliosam esse, cum diuersas differentias inter se comparet. Quamuis enim biliosus humor & tenuissimus sanguis sæpius ipsius sit materia, quod pleuræ durior substantia non facillè crassiores humores admittat, fieri tamen etiam ex aliis humoribus, qui in musculos mesopleurios incedunt, aut inter costas & succingentem membranam colliguntur, sputorum varietas in substantia & colore testatur, & Galenus confirmat. Neque repugnat, quod Hippocrates scribit, qui acidum eructant ab humore, vel intemperie, vel cibis frigidis, eos non valde Pleuritide corripi, quod pituita, vel etiam atra bilis, si acris sit, irritato ventre excernatur: si crassa, per densitatem membranæ non peneret. Non enim rei euentum negat, sed rariorem affirmat. Affligitur (inquit libro primo de morbis) deinde calore tenuatur. Omnis enim Pleuritis oritur à calore liquefaciente, & frigore eutem densante. Multo autem frequentior est apud nos ex pituita, propter humidam naturam, & vitæ intemperantiam, &, quod rarum erat Galeno, à nobis frequentissimè cernitur sputum album ac spumosum. Nec pueri meliorem conditione sunt, quam viri, qui temporibus Hippocratis Pleuritide non corripiebantur.

1. Prorrh. II

6. Aphor. 33 De cost. art. 15

XXIII.

πομφόλυγος ὅ ἐπὶ πελτῆς γνομένης ἐπὶ τῇ γλώσσῃ ἐν ἀρχῇ διημερῆς βαρύντος ἐς ἑλαμον, χαλεπωτέρη ἢ ἀπόλυτος γίνεται, καὶ ἢ μὲν κρισις ἐς τὴν ἡδ. ἀφηνεῖσθαι. αἶμα δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πρὸς ἑ.

Ubi bulla subliuida initio morbi in lingua existit, qualis à ferro in oleum intincto difficiliter abigitur, & iudicium in decimum quartum diem incidit. Eicitur autem sanguis in sputis magna ex parte.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Linguam iubet Hippocrates tertio de morbis præ cæteris signis spectandam in Pleuritide, vbi hæc sententia paulò plenius scripta est. Nam præter bullam

προηγουμένη additur, aspera. Et distinguit, quia alia initio morbi, difficilior morbi ἀπολλυμένη, quam hic ἀπόλλυσιν: si iam progresso morbo, iudicium incidit in decimum quartum. Sed utrinque expectandam exspuitionem sanguinis. At in eiusmodi bulla acrem subesse materiam necesse est, à qua eiusmodi bulla moueatur. Atque acrimonia materiæ venas irritari, vnde & cruenta exspuitio. Ac difficilior quidem solutio, quia is humor acrior iam, & longius à naturali recedit, maiorem febrem, dolorémque mouet, vigiliis, deliria, aliáque id genus. Melius autem in decimum quartum crisis prorogatur, vbi non initio, hoc est, non in prima accessione, aut nõ longè ab hac, sed progresso morbo ad septimum aut nonum. Si enim initio iam adeo efferbuit humor, & acrimoniam traxit, breuiorem solutionem expectari conuenit, quinto, septimo, nono. ἀπόλλυσιν autem in vtrunque euentum hîc dicitur.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**uam vim habeant in pleuritide signa ex lingua sumpta tum ad speciei διάγνωσιν, tum ad crisis πρόγνωσιν, ex superiore aphorismo intelligi potest. Quid verò pustulæ in ea parte portendant, Hippocrates hoc loco docet. In cæteris enim tubercula & pustulæ excitantur, cum natura partes corporis intimas expurgat, vt nonnunquam per excretionem, sic etiam per depositionem ad cutem. Subtiliores enim, diluioresque humores extenuans per halitum digerit: ex crassioribus autem cuti, ac magis etiam pelliculæ, quæ densior est, inhærentibus, pustulæ oriuntur, idque illis potius accidit, quorum densior est cutis, ac durior: siquidem per eam crassiores tenaciorésque humores difficilius pertranseunt. Quod verò & symptomaticæ & criticæ esse possint, alibi explicatum est, in quibus Hippocrates spectandam iubet figuram, latæne illæ sint, an rotundæ, an globosæ, an aliam figuram habeant. Etenim quæ ex calido humore oriuntur, citò iudicari solent, nec latæ sunt: quæ verò ex frigido, hæ & dilatantur in ambitum, & diutius persistunt. Ob idque scripsit, latas pustulas non admodum prurimum excitare. Verùm in lingua, quæ cute nudata est, nisi ab acrimonia alimenti bulla, qualis in ambustis, exciteretur, vitiosi succi soboles est & fuliginis aut distillationis acris, aut saniei. Qua ratione in vulneribus capitis ossæ suppurato, & sanie in cerebrum effusa, cum mors in propinquo est, tum pustulæ in lingua propter connexionem ipsius & vicinitatem cum partibus superioribus, tum deliria superueniunt: itémque in pleuritide interdum à diffusionem sanguinis ichorosi, & fuliginis acris copia per membranam asperæ arteriæ, faucibus, & linguæ communem. Rectissimè enim ἰχώρα sanguinis Aristoteles ita distinxit, vt alius sit πρῶτον ματαίνον, necessitate materiæ: alius verò gratia finis, quo tanquã vehiculo per omne corpus vehitur sanguis, ὅτε δὲ μὲν ἐξ ἀνάγκης ἰχώρ, ὁ δ' αἵματι χάριν ἔσῃν: Et Hippocrates ichorosum sanguinem vocat non simpliciter tenuem & aquosum, sed qui prauam in se continet humiditatem, non solum substantia tenuem, sed qualitate acrem & erodentem, in quo si color aliquis prauus accesserit, vt liuidus, virulenta quædam, & maligna vis significatur. Ex eo pustulas eiusmodi oriri scribit secundo Epid. Fiebant (inquit) sub cutem ichores, intusque prehendentes calefebant, ciebantque prurimum: deinde phlyctainides, veluti ex igne ambustis suscitabantur, atque sub cutem inui videbantur. Ex quo loco hoc etiam perspicuum est non exigua esse symptomata, quæ ichores infligere solent, à quibus etiam febres variæ existunt. Quod sexto Epidemiã confirmat, De sanguine ichoroso (ait) considerandum, quod in tumentibus talis sit, vel in peruigilibus, siue bonus, siue malus fuerit. Plato in Timæo malignitatis huius sanguinis gradus ita distinguit, vt ichor, qui sanguinis serum existit, sit mitis: nigra verò bilis & acida, agrestis. Galenus verò horum interpres primùm statuit eodem modo, quo in lacte ferosa quædam est humiditas, crassioris partis colamentum, dum ferescit: ita & in succis omnibus atque humoribus tenuem inesse, & dilutam substantiam, tanquam serum. Deinde differentias eiusdem inter se comparans acerrimum & molestissimum esse scribit ichorem bilis nigra: minus

de partib. anti mal. 2.

6. Epid.

nus molestum, fluxu: omnium mitissimum, sanguinis, eius videlicet, qui ex omnibus humoribus concretus in venoso genere continetur. Is cum in suo loco tantum redundat, ac putrescit, mentem perpetuo ferè metu turbat, ac vigilias inducit. Quoties verò non solum sanguinis, sed etiam prauis alicuius humoris fetum accedit, malignæ febres, deliria, phrenitis, pleuritis, mania, & similes morbi oriuntur. Verùm pituitosum serum, quia frigidum est, pigrum & sine motu ac malignitate, tumores sui generis potius concitat, quàm vigilias, vel perturbationem, nisi corruptione propriæ substantiæ, aut bilis mistione, vel calore immodico acre euadat, aut falsum. Quod enim dulce est, somniculosos potius ægros reddit: acidum, famelicos: falsum, siticulosos, & vigiles: crudum tum somniculosos, tum cibi potusque fastidiosos. Ob idque sanguis ichorosus omnis prauus est cum sanguine naturali comparatus. Vbi verò cum aliorum humorum ichoribus confertur, non malus dicitur. Pustulæ ergo & bullæ in lingua, velut ab exustione excitatæ, quas aliquando Hippocrates vocat τὰς ἐξ ἀκραιμάτων ἐπεγερομένας φλύκταινας, ab ichore cum alio prauo humore coniuncto ortum habent, ac morbum difficilem testantur. Eadem propter materiæ acrimoniam, quam ipsa ex corruptione acquirunt, naturam ad excretionem irritari significant haud secus quàm ab intus assumpto lactis sero. Ex quo conicit Hippocrates ab eo tempore, quo apparere ceperint, expectandam crum sequente septenario, vt si ab initio morbi, decimo quarto: quo die pleuritis magna ex parte iudicari solet, quantum ad vigesimum etiam porrigatur. Ex eo enim, quod eiusmodi pustulæ tenuerunt serum & acre redundare ostendunt, morbum acutum esse colligimus. Quoniam verò color liuidus coniungitur, qualis in ambustis, exustio humorum & atræ bilis permistio declaratur cum caloris natiui extinctione in parte liuente, vt alibi demonstratum est. Hæc autem simul iuncta, crassitici, difficultatis coctio-nis, & suppressionis sputi causæ esse solent, propter quæ morbus difficiliter abigitur. Quod verò plerumque sanguinem expuant, duæ sunt causæ. Vna, quia sanguis serosus veluti transcolatus, aut sudoris modo transmissus, per rarefactas vasorum tunicas facile effluit: Altera, quia propter acrimoniam ora gracilium vasorum promptissimè aperit, vnde fit ἀπὸ πύθσεως, in qua propriè sanguis non est, qui effunditur, sed feræ species quædam, vt Galenus docet de symptomatum causis. Quo etiam modo in iccoris ac renum debilitate meitur, ac sæpe per aluum deicitur sanguinolentum serum: nonnunquam etiam expuitur, vt in scirrhus hepatis, venis suo principio condolentibus, & in affectibus lenis, in quibus retinetur crassum (ait Alexandrinus) & tenue effluit, haudsecus, quàm in vrinis calculosorum. Potest quoque eiusmodi serum propter corruptionem & acrem qualitatem, διαβρωσικῶν efficere, que est acris & mordentis succi soboles. Nam in anastomosi maioribus venis & arteriis apertis cum impetu & copia sanguis erumpit. Ex quo etiam efficitur, non semper ex sputo cruento sanguineam pleuritim & mitem significari: quin sæpe suppuratos euadere, & extenuari, in quibus sanguis ichorosus & corruptus thoracem inuadit.

Lib. de humo

XXIII.

πύλαον δὲ ἐν τῇσι πλῆθεισι, ἔστιν μὲν ἀρχόμενον ἀπεπληθεσθῆναι πύλαον γόσους ποιεῖ τὰς ἀπολύσεις. ὕστερον δὲ βραδυτέρας.

*Sputum verò in pleuriticis, siquidem tertia die incipit maturari, expuitque, celerius absoluetur morbus, si post tertium diem, tardius.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**dem scribit tertio de Morbis. Sed in Aphorif. ἢν αὐτίκα ἐπιφάνηται, ἀρχὴν ἰκίως βραχύνει. ἢν δ' ὕστερον ἐπιφάνηται, μνημῆα. Atque hoc αὐτίκα ἀρχόμενα, ἐν δὲ

ἐν δὲ τῶν πρώτων ἡμερῶν: Alij interpretes Hippocr. prima accessione, quæ primo aut secundo die definitur. Quidam principium intelligunt, quod in quartum diem extenditur. Atque hic tertium diem rectè statuit, quasi medium, vt vel ante, vel non multò post, sputum coctum appareat, expuat. Eadem difficultas in voce ὑπερον. Alij enim μετα πρὸ δεικνύου τεταράττω: alij quinto, septimo, nono, vndecimo, decimoquarto. Atque vt longius à principio maturum sputum apparebit, ita longior morbus expectatur. At Anaxioni in Epidemijs vt propius, ita breuior morbus est futurus. Quam rationem pluribus explicat Galenus comment. primo in Aphorismorum ἀπόλυσις autem, & ἀπάλαψις propriè quidem in salutari morbo, impropriè in lethali. Hic autem in salutari.

DESID. IACOTII COMMENT.

**R**evitas & longitudo morbi tum ab alijs reperenda est, vt morbi specie, anni tempore, accessionum inter se comparatione, & similibus: tum in genere signorum ab ijs, quæ πρῶτα dicuntur. Horum enim tanta vis est, vt quocumque tempore apparuerint, celeritatem & securitatem iudicij præmonstrent: cruditatis verò signa longitudinem morbi, nõ necessariò mortem, nisi ex adiuncta virium infirmitate, vt ante docuimus. Totum igitur hoc signorum genus inter ἐπιφανήματα suapte natura bonum est, nec inde vel mors, vel recidua sequi potest, nisi ex accidente quodam. Non idem iudicium de signis crismis, quæ crism quidem, sed interdum bonam, interdum imperfectam, aut etiam pravam significant. Præterea nõ est vnum proprium præcipuumque horum genus, sed alio in tempore, & in alio morbo erunt critica signa: in alio verò affectu, aut alio morbi tempore vel symptomata, vel prava signa, & μὴ κρινόντα, quæ videlicet nullo modo, aut malè iudicant. Propterea Hippocrates scribit, Quæ in melius decernunt, ὠτίνα, id est, initio morbi, vt prima accessione, aut intra triduum apparere non debere, quo tempore coctio nondum perfecta esse potest: quod critica signa nunquam sint in bonis, nisi cum signis coctionis. Nam præcedente coctione salutem: cruditate imperfectam, difficilem, aut lethalem crism, vbi mortem sine crisi denunciant. Contrà fit in signis coctionis. Siquidem & fida sunt, & tantò celerius pristinae sanitati restituendum ægrum pollicentur, quantò celerius apparuerint. Proinde in Aphorismis ea vult in pleuritide apparere ὠτίνα, id est, statim: hic verò ἐν δὲ τῶν πρώτων ἡμερῶν, id est, intra triduum, eadem sententia: quam Galenus τὸ ὠτίνα sæpe de quatuor primis diebus interpretatur, præsertim vbi de sputorum coctione & cruditate agit. In pleuritide (ait Hippocrates) sputum si statim initio appareat, breuem fore denunciat: si verò posteriori conspiciatur, longam. Quintam vrinae, alui faeces, sudores, & iudicatu faciles aut difficiles: & breues aut longos morbos fore, quum superueniunt, demonstrant. Quem locum copiosè explicat Galenus de crismis. Illius autem celeritatis gradus ita distinguendi sunt, vt si coctum sputum apparuerit intra primum quaternarium, tertio videlicet, vel quarto, morbus non transcendat septimum: si tenuè sit, ad vndecimum, vel decimumquartum perueniat. Anaxion quidem expuere coctum cœpit decimo septimo: trigesimoquarto iudicatus est, qui post vigesimum potentissimè iudicat. In coctione autem is ordo est, vt negata in totum expectoratio crudissimum morbum significet: incipiens verò, siquidem quod extusitur, liquidum sit & aquosum, imperfectam & obscuram: si puri simile, sed paucum, manifestam: si coctum & multum, perfectam coctionem demonstrer. Natura enim inclusam materiam primum cogit, tenuat, & paulatim coquit: deinde laxat & rarefacit calore tepido membranam, intra quam materia collecta est: tandem viam sibi parat ad excludendum. Ex quibus intelligitur, optimum sputum esse illud, quod Hippocrates docuit, nempe citò apparens, vt tertio die, quia morbus hic moueri solet imparibus: deinde facilè, sine dolore videlicet, & sine multa tussi: tertio cum suo sero & naturali salua vehementer permixtum: quod tria hæc facultatis tum naturalis, tum animalis robur, materiae benignitatem, & venosæ arteriæ ac bronchiorum pulmonis liberos ductus denuntient, vt Galenus docet

1. Aphor. 12.  
Gal. 3. de crism.  
si.

docet in Prognostico. Contrarium verò tantò deterius est, quantò pluribus conditionibus ab optimo recedit. Album enim, quod nihil de materia morbifica educi ostendit, inutile est. In alijs vitium materiae deprehenditur ex tenuitate, varietate, crassitie immoderata, & lentore: caloris febrilis excessus, & malignitas ex rotunditate, & colore, vt flauo, æruginoso, vel nigro: facultatis verò infirmitas tum ex pulsui, tum ex respirandi modo. Tussis multa, & expectorationis suppressio has causas consequuntur, modò addas bronchiorum obstructionem. Nec verò in optimo sputo significando hic Hippocrates sine ratione vtrunque posuit, πεπαινεδς, κρη πρῶτος, maturari, & expui, quoniam in morbis thoracis frustra sit πεπασμένος sine anacatharsi, vt antè explicatum est.

XXV.

Τὰ δὲ ἀλγύματα τοῖσι πλωρῖτικοῖσι, χηρῖσι μὲν κοιλίην μαλάσσειν, πύλα-  
λα χρωματίζεσθαι, ἰσόφες ἐν τῷ στήθεϊ μὴ γίνεσθαι, ὅ ἔρον ἐκδοεῖν. τὰ δὲ τῶ-  
των ἐν δὲ τῶν πρώτων ἡμερῶν, κρη πρῶτος γλυκύνουσαν.

*In doloribus pleuriticorum vitale est aluum mollem esse, sputa colorari, vrinam facile prodire, strepitum in pectore nõ fieri. At contraria ijs difficilia, & sputum dulce factum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**n pleuritide, vt omni morbo, aluum mollem esse iuuat, quia ea ratione vapor subducitur & excrementum, atque commodius nutriuntur acri. Alioqui spiritus, flatus, exhalatio ab excrementis præcluso intestino sursum feruntur, atque ideo dolorem augent, respirationem excitant, vnde augetur calor, siccantur partes & excrementa, quæ molliri diluique oportet, vt celerius expurgentur. χρωματίζεσθαι. Sic enim elaxata rarefactæque membrana indicium est, vnde resudat materia, quæ sputum colorat. Contrà astricta ea membrana ἀπύλας morbus est, & crudus, nihilque effluit, vnde vel nulla sputa, vel non colorata. Colorantur autem, quæ salutaria sunt, & cruore & bile, quia ferè inde pleuritides consistunt. κρη ἰσοφον ἢ ἰσοφον ἢ ἰσοφον appellat, & quæ thorace continentur. Fit autem strepitus à seruore, vel flatu exagitata materia, quæ multa in canalibus pulmonis & arteriæ inhaeret, de quo paulò post. Vrinam facile prodire. Liberas esse vias inferiores excrementorum oportet in omni morbo: alioqui superiora repleari & vaporibus & excrementis necesse est. Contraria sunt aluus astricta, sputa cruda, nulla colorata, strepitus feruentis materiae, suppressa aut agra ducta lotia. γλυκύνουσαν. In aurium excrementis & sputis pleuriticorum ex amarore dulcia sputa fieri extinctionis indicia faciunt.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**H**oc signorum genus diuersum est & à pepticis, & à criticis, quòd vno eodemque tempore & signa sint, & symptomata. Neque enim crism per se afferunt, neque æquè, atque illa, quæ ad coctiones pertinent, fida sunt, neque omnino infida, sed in hoc genere quædam semper bona sunt, quædam mala, quemadmodum alio loco docet Hippocrates, cum scribit, mentem constare, re-  
atè se ad ea, quæ offeruntur, habere, facile spirare, pulsus integrum esse, facilem morbi tolerantiam, faciem bene valentium faciei similem, decentem decubitum, & caloris æqualitatem in bonis haberi: contraria in malis. Eodem enim modo scribit vitale esse per dolores pleuriticos, si molliter aluus feratur nõ propter corruptionem alimenti, aut naturæ irritum motum, aut ventriculi, vel hepatis in consortium mali adducti offensionem, quibus omnibus modis mollior aluus pleuriticorum periculosus est, & plerunque lethalis: sed initio morbi propter materiae deriuationem: in statu cum signis coctionis propter eiusdem criticam  
expur

2. Progn.

expurgationem. Qua etiam ratione libro de locis, aere, & aquis ante pleuritidem, & eiusdem initio alium mollem laudat, ac scribit raro eo morbo corripit, quibus alius liberè profluit, tum quia inde materia pars expurgatur, atque à loco affecto auertitur, tum quia fluxione in aliquam partem irruente cetera libera esse solent. Etenim rarissimum est (ait Galenus) in toto corpore partes quasdam duas similiter imbecillas esse, ut ex aequo fluxiones excipiant. Alterum benignitatis morbi signum est, sputa colorari. Absolutè enim laudabilia sunt matura & puri similia in candore, aequalitate substantiae, & lauore, modò quàm minimum graueolant. Verùm talia quouis morbi tempore esse nequeunt, quoniam varios & coloris & consistentiae modos fortiantur pro temporum morbi varietate. Initio itaque laudatur biliosum, & valde permixtum, quòd album inutile sit, nihil morbifici humoris continens, syncerum verò torrefactum. At flauum pleurae affecta maxime proprium est, quia propter densitatem substantiae raro admittit pituitam. Sic igitur in vera & exquisita pleuritide coloratum flauo propter paucam bilem exactè permixtam, non tamen exactè flauum sero consumpto. Nam sic declaratur biliosa inflammationis *δύθεια*, bilis, quae misceatur, paucitas & naturae coquentis ac permiscens robur, quae magnum momentum habent tum ad salutem, tum ad celeritatem crisis. Quod enim eo modo colorari incipit primo quaternario, septimo albū, laue & aequale esse solet. At ubi exquisitè bilis permixta non est cum sputo, aut salua, aut suo sero, & quod vacuatur, syncerum est, & purum, aut varium & *πάμπυρον*, incendium febris vehemens significatur, multiplices affectus vrgent, & materia propter copiam, vel prauitatem *πεπρωμένον* ac permissionem cum naturalibus excrementis non suscipit. Quae omnia periculum minantur. Tertium signum est, commedum etiam esse, strepitū in pectore non fieri. Quanquam enim strepitus eiusmodi cum stertore quodam sine aliorum signorum testimonio lethalis non sit, semper tamen vel naturae infirmitatem, vel materiae contumaciam aut copiam, quae ad laryngē redundat, vel bronchiorū obstructionem arguit. In Menone *ἀρτηρία πωσούρις βεγχιδες* arteria subfibilabat cum stertore. & In Theodori vxore, *ἀρτηρία μολις ἀσπυδση πωσούρις*. Notat quoque saepius *πρωκερχαλιον* arteria & pectoris stridulam quandam asperitatem: & strepitum ac fluctuationem puris, de quo postea. Postremum est, urinam bene procedere, id est, & copiosam esse ad deriuationem atque expurgationem, & colore, substantia, contentis laudabilem. Etenim quantitas expurgat conuexas iccoris partes, atque omnes, quotquot sunt, his superiores: interdum etiam pulmonis abscessu. Qualitatis verò & contentorum assidua observatio non solum in febribus primigeniis, sed etiam in omnibus ferè capitis, pectoris & intestinorum morbis necessaria est, non quòd earum affectionū proprium signum sit in urinis: sed quia ex bonis salutis spes confirmatur: ex malis certum exitum praemonstratur accedente ad particulare morbum vitioso totius corporis habitu. Quinetiam frustra cocta partis excrementa apparent manente in toto cruditate, ut Galenus docet commentario ad historiam ancillae pictoris, quae suppuratis parotidibus interit. Verùm haec accuratissimè in librum huius operis de urinis explicata sunt. Quòd autem horū contraria mala sint, ut alius restitans, sputa male colorata, urinae pravae, strepitus in pectore, ex illo Aristorelis axiomate intelligitur, contraria contrariorum esse consequentia. Verùm addit in prauis etiam ac difficilibus signis haberi, si sputum dulcescat, nimirū manentibus prauis signis, aut sine coctione. Quòd enim maturū est, & puri simile, dulcescit. Alioqui bilioso & colorato, quòd laudabile esse dixit, opponitur. Vel enim dulcescit ex amaro & salso, quia nihil amplius de materia inflammationem committente expectoratur: vel quia calore nativo in parte gustante extincto saporis veri speciem non amplius aeger discernit: vel quia sensus communis laborat, ut in delirante. Hi enim, cum verum gustum non habeant, dulcia omnia putant esse, quoniam contrariorum saporum absentia dulcedinis speciem refert, quorū ipsa priuatio quaedam dicitur. Est & alia dulcedinis causa in excrementis, quae suapte natura sunt amara, ut in fordibus aurium, de quibus Hippocrates, Sordes hominibus in auribus,

6. Epid.  
4. Acut. 78.

7. Epid.

6. Epid. 5

bus, dulcis quidem mortifera, amara verò non. Galenus ad colliquationem refert. Dulcescere enim non potest, nisi cerebrum aegrotet. Dulcescit ergo colliquata cerebri substantia: qua de re legendus Aristoteles in problematis. Idem iudicium de sputis dulcescentibus, quae biliosa esse debent. Quod enim Hippocrates in vno, quasi pro exēplo sumpto docet, idē in aliis vult intelligi, ut cum vini, aut oxy mellitis, aut similiti facultates explicat, reliqua omnia eiusdē generis cōprehendit.

XXVI.

Αἰὶ ὁ χολώδες ἄμα καὶ αἱματώδες πλωρίτιδες, ὡς ἐστὶ τὸ πολὺ κρινόμεναι ἀναπύσαι, ἢ ἐνδεκατῶσαι, ἢ μάλαστα ὑγιάζονται.

*Pleuritides biliosae simul & sanguineae, ut plurimum nona aut undecima iudicantur, & maxime conualescunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN tertio de morbis, ubi vox *ἀμα* omittitur, & tamen, *καὶ*, interponitur. Iusta quidem ratione celerius iudicantur: bilis est, minus adstringit membranam, & tenuior facilius transfluit. Sanguis quoque naturae familiaris celerius euinci potest, & qui morbi à calido sunt humore, celerius iudicantur. Hinc autem seruari aegros magis, experientia docet, & ratio consentit. A pituita enim viscida difficilis transfluxus est: à melancholia similiter. *κρίνεθι*, autem Hippocrates interpretatur libro *πρὸς παθῶν*, ὅτιεν αὐξωνας αἰ νύσσει, ἢ μὴ μαρμαίνοντες, ἢ μετὰ πύσσειν ἐς ἔτερον νόσημα, ἢ τελευτῶσιν, quae oratio communiter definit *τὸ κρίνεθαι*. Quòd secutus Galenus libro *πρὸς κρίσεων* mutationes morborum insignes in melius, aut deterius, ad salutem & mortem *κρίσεις* appellat: quanquam proprie crisis est, quum subita mutatio sit ad salutem, quae & antegressis signis praenunciata sit, & excretioni insigni, vel abscessu absoluat. Pleuritides autem, quum iudicentur sputorum repurgatione, paulatim soluantur, neque eo modo, quo febris ardens, sudore, haemorrhagia, alui profluuiio breui tempore extinguntur. At septimo quoque iudicari possunt, si quidem initio maturatum sputum repurgatur: aliquando ad decimum quartū diē extenditur, ut primum quarto, quinto maturitas apparet.

DESID. IACOTII COMMENT.

MORbos omnes, quòd acutiores sunt, aut ex humoribus tenuioribus, ac floribus, & ad motum aptioribus constant, eò celerius ad statum, in quem optima crises incidunt, peruenite demonstratum est antea. Pleuritim autem in eo genere contineri constat, in qua cruenta pauca cum biliosis à sanguinea phlegmone, aut biliosa cum sputo exactè permixta à bile superante expectorantur. Verùm illud minus conuenire videtur, quòd scribit, In Pleuritide, quam bilis concitat, minimum esse periculi. Nam Hippocrates alibi moderatissimas Pleuritides esse docet, in quibus cruentum expuitur, adeo ut in his plerumque sectione vena opus non sit, praesertim cum mites sunt, & ceteris Pleuritis auxiliis facile cedunt. Impedimentum (inquit) iis, qui cruenta expuunt, tempus anni, pleuritis, bilis. Quasi diceret, diligenter attendendum esse, num sanguis mitti debeat, nec ne. Nam habita cruenti sputi ratione, venae sectio conuenit: verùm eam prohibet anni tempus valde calidum, aegri natura biliosa, & si morbus lateris adfit, in quo cruenta extulsio nunc, quòd nimirum ille admodum mites & placidus esse soleat, nec semper valens illud remedium postulet, ut Galenus interpretatur. Praeterea idem in Prognostico fluxiones in partes aliquas decumbentes inter se cōparans, post sanguineas, quas omnium facillimas esse vult, pituitosas collocat, easque biliosas anteponit. Saepè enim (inquit) ostendimus fluxiones, quae phlegmonias, & erysipelata, & oedemata, & feirrhos, & cancròs excitant, pro humorum varietate, qui in ipsis superant, faciles, & malignas euadere. Nam sanguineae, atque pituitosae, moderatae sunt, quas autem flaua, aut atra bilis parit, molestae. Addit etiam ratione

6. Epid. sect. 3  
de humo. 3

2 Prog. 46



Cum enim utriusque bili commune sit, ut corpus æquè erodat, hoc tamen flava bilis habet peculiare, quòd acutas febres accèdat: atra autè, quòd còtumaceim affectum generet. Illa enim crassa cum sit, & terrena, partibus, quæ ipsam exceperint, adeo impingitur, ut agrè detergeri possit. Verùm Galenus flavam bilè intelligit, Hippocrates pallidam: aut eam, quam sanguinè tenuem interdum vocat Galenus. Ob idque biliosam simul & sanguineam Pleuritim dixit hoc loco: in qua videlicet sputum biliosum cum sanguine pauco exquisitè permixtū excluditur, qua ratione scripsit in Prognostico, Sputum mixtum pauco sanguine & ruffo in peripneumoniacis, (idè de Pleuriticis iudicium) si inter initia edatur, salutare esse, & valde conferre: si verò septimo die, vel etià serius procedat, securitatis minus esse. Præterea exquisita Pleuritis à bile propter bilis ipsius paucitatè tutior est, quòd membranæ tenuitas humoris copiam densitas crassitiè non admittat, tametsi muscoli, qui pleuræ cònectuntur, magnam excipiant inflammationem. Adde quòd breuior est multò, ac mitior morbus, quem bilis simplex, aut sanguis tenuis inuexit, tametsi vehementior initio appareat. Etenim plurimum inter se differunt morbi magnitudo, mos, & motus. Est enim magnitudo ipsa symptomatum vehementia: mos verò partium morbi, principij videlicet, incrementi, status, aut declinationis tempus, quas partes febris tardius, aut celerius percurrit. Mos autè, malignitas aut benignitas, quæ in *ἡ ἐπιφαινομένων*, ex postea apparètibz signis salutis, aut mortis, cruditatis, aut coctionis noscitur. Itaque sæpe euenire solet, ut debiles & exiguae febres, valde malignæ sint: calidæ verò & vrentes, quæ inquietationem, æstus, sitim intolerabilè, & similia inferunt, nihil tamen habeat periculi. In quo genere est Pleuritis exquisita, & biliosa, si cum aliis differentiis conferatur. Initio enim vehementissima apparet, nec tamen maligna est, aut periculosa, nisi bilis ex propria substantiæ corruptione, & inflammatione malignam acquirat qualitatem, ut crassitiem, & synceritatem. Etenim propter substantiæ tenuitatem ac paucitatem citò & facilè expectoratur biliosa fluxio. In pituitosa diutius coctionis signa cunctantur, & facultas animalis tum propter crassitiè, tum propter morbi diuturnitatè magis laborat. Ex eius autè robore, aut infirmitate morborum thoracis benignitas, aut malignitas maximè discernitur. Ita fit, ut hæc Pleuritis, quam sanguineam simul & biliosam meritò dixeris, ut plurimum nono, aut vndecimo, aut etià celerius iudicetur, & maximè sub ea ægri conualescant. Cui sequente Aphorismo opponit initio mollem, sed fallacem & quasi ex insidiis aggredientem, ut huic tanquam aperto inimico obstitamus, illi tanquam insidioso non credamus.

X XVII.

*Οἱ δὲ τῶν πλωρητικῶν ἐν ἀρχῇ μὲν οἱ πῶνοι μαλακοί, εὐδὲ, ἢ γ. παροξύνονται, μάλιστα πρὸς τὰς ἡ. & φινέον, ἢ & πένυ σὺζον. κινδυνώδεις δὲ μάλιστα ἐβδομοί, ἢ δωδεκαί, οἱ τὰς δὲ δις ἐπὶ φονόντες, σὺζονται.*

*Quibus Pleuriticis initio quidem dolores molles sunt, quinta verò vel sexta exacerbantur, ad duodecimum diem magis perueniunt, & raro seruantur. Periclitantur autem maxime septimo & duodecimo. At ubi decimum quartum superauerint, seruantur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Familiale est Pleuritidi, ut imparibus diebus inualescat, & noctu, quam interdum grauius ægros habeat. Quòd si paribus viget, magis periculum denunciat. Mollis igitur dolor, hoc est, leuis initio est, quia pauca materia est, inflammatio leuis, & tensio: postea verò aucta atque incandescente materia inflammatio, tensio, febris, dolor, omnia inualescunt: sed id quinto fieri minus periculosum, sexto periculosius esse solet. Etenim magna vis sexto attributa à medicis, quia bonorum signorum virtus, quæ eo die edatur, infirma est: malorum verò & lethaliū formidabilis iniuria. Quod scribit maximè periclitari septima, difficile est: siquidè morbus tantum inualescit quinta & sexta, remediaque tempestiua accesserunt: duodecima

decima verò, siquidem sexta exacerbantur octaua, & decima. Hæc autem omnia magis obseruatione, quam ratione constant.

DESID. IACOTTI COMMENT.

Quemadmodum superiore Aphorismo motum initio vehementè in Pleuritide à pauca bile pallida, aut tenui sanguine probat propter celeritatè & securitatem morbi: sic hoc loco dolorem initio mollem, quinto verò die, aut sexto ingrauescentem tanquam insidiosum damnat. Ex eo enim materiæ morbificæ contumacia arguitur, & coctionis tarditas præmonstratur, quæ duo Pleuritim lethalem facere solèt, quòd facultatis animalis, & naturalis robur in illis profertur, antequam ad statum & anachartasm absolutam ventum sit; quia etiam ratione senes per hos morbos iuuenibus celerius intrare solent, quòd in his curatio, quæ expuendo perficitur, vi magna indigeat, ut Galenus scribit. Dixit autem dolores initio molles eodem sensu, quo in Epidemiis scribit; febrem confestim continuam esse quibusdam, quæ ab initio floret, & viget maximè, atque ad grauius deducit: circa verò iudicium, & simul cum iudicio attenuatur. Aliis molliter incipere latentèque, sed diebus singulis increfcere, atque exacerbari: circa iudicium verò & in iudicio satis elucere. Aliis mansuetè incipere, increfcere, & exacerbari: & ubi quadamtenus viguerit, rursus ad iudicium vsque, & circa iudicium remitti. Quibus verbis morborum, ac symptomatum modos tres constituit, ut hic doloris ac pleuritidis. Nam sæpius quidem dolor vehementissimè aggreditur (ait Galenus) marcescit autem paulatim vsque ad perfectam solutionem. Interdum ubi molliter inceptum & latentem, paulatim augetur, ac vehementissimus effectus celerem habet solutionem. Postremò aliquando post vigorem ad proportionem incrementi declinat. Periculosum autem esse vult cum maximè, qui molliter incipiens, & quasi ex insidiis, quinto vel sexto die exacerbatur, sed hoc imprimis, tum propter sexti diei naturam insidiæ, & tyranni instar iudicantis: tum propter accessiones partium, quæ malignæ esse solent in febribus precipuè symptomaticis. Hæc siquidem tertianæ naturam referre debent, & imparibus moueri, humore, qui fluxionem & febrem committit, in naturam bilis transseunt. Mollis autem & latens symptomatum accessio naturæ oppressionè ostendit, quæ vel morbificis causis occurrere, atque obistere non audet propter malignitatem: vel nondum potest, propter copiam. Vbi enim eò ventum est, ut natura cum morbo certamen instituat, quia tum maximè morbi vehementiè resistit, & quæ infesta sunt, euincere nititur, dolores fiunt, & febres. Atque hoc modo se habet concoctio. Horum igitur absentia interdum naturam opprimi denunciat, ut in principio: interdum verò succumbere, & extingui, ut circa statum. Quoties autem natura opprimitur, tardius expugnat, eoque fit, ut morbus protrahatur; rariùsque seruetur æger. Verùm quod scribit, de duodecimo die, parum còuenire videtur. Liberantur enim ægri, aut intereunt potissimum in die accessions, aut crisis. Duodecimus autem criticus non est. Quin si cui eo die crisis euenisse visa est, ea certè vel imperfecta existit, vel infida, vel periculosa, & omnino mala. Proinde rectius in Prognostico tres doloris in tempore differentias exponit, tordemque præscribit dies, in quibus singulæ iudicantur. Quarum prima est doloris primo die, quo coepit morbus, inuadentis: secunda tertio: tertia autem quinto. Horum igitur dolorum omnium commune est die ferè septimo postquam corripuerint, desinere. Ergo qui primo die inchoauit, septimum habet decretorium: qui tertio coepit, decimum, si numerum quidem septenariū spectemus. At quia decimus non solet iudicare, nono, vel vndecimo iudicium fiet; vno scilicet die celerius, vel tardius desinito illo per hebdomadas tempore. At verò tertia doloris differentia, die quinto exorians ad quartumdecimum protenditur, propterea quòd nec caliditas magna est, nec vehementia. Perspicuum autem est, quòd cum dolor die quinto prehenderit, & prioribus illis quinque diebus septem alij accesserint, omnes effici duodecim, diem verò duodecimum non esse decretorium; nec verò posse iudicium die vno maturius fieri: hoc enim acutissimis morbis pro-

1. Epid.

3. Prog.

QQ

prium est. Iure itaque ad quartumdecimum peruenit. Atque hæc Galenus. Ex quibus conicere licet hic pro duodecimo legendum esse decimoquarto, nisi fortasse Hippocrates intelligat superari vndecimum ab his, qui die quinto, vel sexto dolere incœperint, atque duodecimum attingi, licet in eo morbus non iudicetur. Aut nisi dierum criticorum numerum à diebus accessionis distinguere voluerit, quasi diceret, qui quinto exacerbantur, ad vndecimi exacerbationem peruenire: qui sexto ad duodecimi, in qua rarius seruantur ægri, quibus mors potissimum impendit diebus accessionum, vel crisis. Quoties enim simul cum morbo dolor inchoat, vt primo die, à bile esse solet, & imparibus moueri. Ob idque tertio & quinto auctior, septimo iudicatur. Cùm verò tertio superuenit, iudicium prorogatur, sitque exacerbatio per tertianos circuitus, nono & vndecimo. At si ab exacerbatione quinti, vel sexti oriatur, ad vndecimi & duodecimi diei exacerbationem peruenit, iudicaturque decimoquarto: quem si effugere possint ægri, magna ex parte seruantur. Etenim acre certamen naturæ & morbi ultra decimumquartum non producit, quod alibi demonstratum est.

XXVIII.

Ὅτι τῶν πλωετικῶν νόσος τῆ πύλας πολὺς ἐν τῷ στήθει, καὶ πρόσωπον κατὰ τὴν ὄψιν, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπεραιώδεις, καὶ ἀχλύδεις, ἀπόλλυται.

*Quibus pleuriticis strepitus in pectore multus & facies tristis, oculus auruginosus & turbulentus moriuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Στήθος, vt solet, quæ thorace continetur, intelligit: feruor autem materiæ, vnde νόσος in arteriis pulmonis & aspera arteria a copia materiæ concitata & naturæ imbecillitate, concurrentibus spiritu externo & interno. Atque is, quod propius impendit interitus, eò magis vrget. Vultus autem tristis dissoluto spiritu & calore, atque etiam colliuatione partium effingitur. Ac dolor quoque & intelligentia periculi hæc adferunt. Oculus autem pallidus, aut flauus, qualis in morbo regio, quia bile intingitur. Turbulentus, vt air, dissoluto spiritu, & natura eius concidente, de quo plura in oculis.

DESID. IACOTII COMMENT.

Signa sunt ἐπιγνώμια, quæ vi adacti morbi superueniunt, & mortem in spropinquo denunciant. Strepitus sputi multus feruorem & agitationem materiæ testatur, quæ expectorari non potest propter copiam, aut contumaciam, vel propter facultatis imbecillitatem & bronchiorum obstructionem. Etenim pulmo plenus neque fuliginem, aut saniem liberè excludere, neque inspiratum aerem, aut irruentem destillationem admittere potest: ob idque in ima larynge feruet cum stertore, certo strangulatus argumento, nisi in causa sit humida è cerebro destillatio in asperam arteriam, quam aer ingrediens, aut exiens fuligo violenter diuidit. Verùm vt hæc causam exciperet, adiecit πύλας. Per bonam valetudinè verò, si quis difficulter spirare cœperit, augeturque accidens, neque inter respirandum stertere videatur, neque aliunde preatur thorax, erudi tuberculi ortum suspicari oportet. Si verò stertendo strepitum fecerit, lentorum crasforumque humorum pertinaciter impactorum multitudinem in pulmonis bronchiis contineri indicium est. Facies autem, quam ante reliquas corporis partes spectandam esse docet Hippocrates, ab affectibus tum cerebri propter viciniam & naturæ communionem: tum cordis, & partium reliquarum immutatur variis modis. Verùm quia per mœrorem calor ad centrum contrahitur: spiritus animalis crassescit, & substantia cerebri refrigeratur, ideo facies tristis aut coloris natui & spirituum animalium resolutionem significat, aut humoris melancholici, vel atrabilarij ad caput translationem. Quoniam verò color morbum plerumque indicat, adiungit etiam oculum icteriosum à suffusione bilis, quam vel præcalida in venoso

in venoso genere intemperies continenter gignit: aut hepatis affectus cohiberi aut symptomatica humoris morbifici ad cerebrum translatio sursum rapit. Hoc verò postremum noscitur ex eo, quod dolor lateris absque iudicatione aut abscessu remittitur, mœxque superueniunt delirij signa, qualia sunt oculi perturbati & ἀχλύδεις. Cùm enim materia ad cerebrum peruenit, illic permanet, ac temporis progressu putrescens fit nigrior: ideoque caliginosos vapores ad oculos mittit, ac spiritui, qui aspectum efficit, tenebras offundit. Verùm de oculo, qui ἀχλύδεις propriè dicitur, satis alibi dictum est. Ex his verò intelligitur Pleuritim aliquando interficere spiritum & caloris natui. dissipatione, interdum in delirium permutari. Alioqui vel sudoribus finiri: vel per tussim expurgari: vel in supurationem, aut pulmoniam transire: vel ex multorum symptomatum perturbatione abscessum in cutem facere, præsertim si è falso humore excitata sit, ex quo cutis arida ac circumuenta efficitur.

XXIX.

Οἱ ἐκ πλωετικῆς ἔμπυοι γενόμενοι, ἐν τῷ ἑμῆ μέρει ἀναπύουσι ἀπὸ τῆς ῥήξιος.

*Qui ex Pleuritide purulenti sunt, in quadraginta diebus respuunt pus à die, à quo sit ruptio.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Adit in Aphorismis, nisi in quadraginta diebus repurgentur, transire in tabem. Itaque Pleuritis ferè repurgatur in quatuordecim diebus. Alioqui vigesimo, vigesimo septimo, trigesimo, quadagesimo, sexagesimo pus collectum erumpit. Illud ἀνακάθαρσιν ferè appellat, hoc ῥήξις, hoc ἔκχυσις πύου, quum videlicet acrimonia crosa & prius calore elaxata, rarefactaque membrana, vbi vomica est, rumpitur: atque ita pus inclusum effunditur in spatium thoracis, qui propriè purulenti ἔμπυοι appellantur. Communiter enim ἔμπύημα est, quacunque parte pus collectum est: deinde in visceribus propriè, vbi in spatium thoracis effusum est. Hic ergo rursus ἀνακάθαρσις repurgatio puris, quæ nisi in quadraginta diebus absoluitur, in tabem transit pulmone vlcerato, mora longiore, & puris acrimonia. Matoni quadagesimo pus erupit, triginta quinque diebus absoluta repurgatio est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Ἐμπύημα, vt Galenus scribit de tumoribus præter naturam, in vniuersum veteres nominarunt in qualibet corporis parte factam puris collectionem, & suppurationia omnia alij quidem empyemata vocarunt, alij verò diapyemata (quemadmodum ipsum ἔμπύημα & διαπύημα) Nonnulli verò non sic, sed cum in viscere tale aliquid factum est, id solum empyema nominant, & qui sic affecti sunt, ἔμπύεις. Rursus quidam alij medici eos solos ἔμπύεις nominari rectè putant, quibus inter thoracem & pulmonem pus aggregatum est, quæ quidem magis propria, magisque vsitata est ἔμπύηματος significatio, eaque intelligitur hoc loco. Fiunt autem ἔμπυοι, vel ἔμπύεις, id est suppurati, quum magna ad costas inflammatio suppurat. Interim etiam comitatur peripneumonias, & anginas, in quibus rupto infernè abscessu pus in vacuum thoracis locum effunditur. Sed & sine inflammatione ἔμπυοι euadunt nonnulli à destillatione è capite in thoracem irruente, aut ex reliquo corpore eò loci delapso humore, vbi putredinem conceperit: Tertio etiam à ruptura venæ, & sanguinis educatione. Quoties ergo Pleuritidis materia digeri, vel per sputa vacuari non potuit intra decimumquartum diem, non ab eo die, quo æger expuere cœpit, numerando vt quidam explicant (quanquam id perpetuum non sit, vt ex historia Anaxionis constat) sed ab ipsius Pleuritidis initio, tum empyema colligitur, quoniam natura, exclusa anacatharsi, suppurationem aggreditur, præsertim in materia crassiore, copiosiore, & frigidiore. Remissa ergo inde febris vehementia intra latera grauitas

6. Epid. sect. 6

7. Epid.

in imo thoracis derelicta sentitur : ac ubi æger assatim à decubitu transmutatur (ait Galenus) idque maximè si ab vno latere in aliud se conuertat , desinere aliquid sentit ex quo puris multitudinem ibi cõtineri certa cõiectura est. Quinetiã in his fluctuario sæpenuero haud obscurè exauditur. Quibus accedente signo illo non vulgari, quòd prægressa vehementi Pleuritide nihil penè æger expuerit, de suppuratione dubitare non possumus. Nostros tamen temporibus rarior illa esse consuevit propter multam sanguinis vacuationem, & alia auxilia, quam suo tempore frequentissimam docet Hippocrates in libris de morbis. Huius euentus quatuor sunt; duo ad salutem, puris videlicet persputum expurgatio, & eiusdem excretio per vrinas, aut aluum : in mulieribus rarius per vterum : totidem verò ad perniciem, suffocatio, & phthor, siue Phthisis aut tabes. Illa fit propter materię multitudinem, & virium ex præcedente morbo deiectionem, quum calidus esse spiritus incipit, & exsufflãdo emittitur, accedente febre adurentē. Tanta enim angustia loci aërem recipientis cum febre calidũ efflante diu durare non potest, quin suffocet. Itaque strangulatus tres causæ cõcurrunt, puris copia, febris vrēs, & virium imbecillitas, cum suppuratione morbo succedat, cuius vi necessariò vires labefactatæ sunt. Tabes verò superuenit corrupto pulmone ob faniei moram. Vult ergo Hippocrates hoc Aphorismo, repurgationem puris intra quadraginta dies ad summum fieri, ab eo die inita subduãtaque ratione, quo rupta est vomica. Quod in Aphorismis quoque scripsit. Qui (inquit) ex Pleuritide Empyij sunt, si à ruptione empyematis intra quadraginta dies repurgentur, liberantur: alioqui transeunt in tabem. Rumpuntur autem suppurationes vigesimo, trigesimo, quadragesimo, aut sexagesimo post inchoatam puris generationem. Quæ dum incipit, propter ebullitionem humoris, & innati caloris conatum, dolores & febres auget. Rigor vtrumque sequitur & suppurantem vaporem propter mortuum: & puris effusi acrimoniam propter acrem membranarum sensum.

1. Aphor. 15

XXX.

πύλαλον ὃ χρεὶ πᾶσι τοῖσι πλθυστικοῖσι, καὶ περιπνευμονικοῖσι ὑπεπέως τε καὶ ταχέως ἀνατινέοθαι, μεμιχθῆαι τε ὁ ξυμθρον τῷ πύλαλῳ. ὁ δ' ὕστερον πολλῶν τ' ἀδυνάτου ἀναγόμενον ξυμθρον, ἢ μὴ μεμιγμένον, ἔ πολλῶν βήχα παρέρχον, ποτηρὸν.

*Sputum autem oportet in omni Pleuritide & Peripneumonia facile, ac celeriter repurgari, ac mixtum esse flauum sputo. Quod verò multò post dolorem excernitur, flauum aut non permixtum, multamque tuſsim inducens, prauum.*

Desiderij Iacotij, de sputis.

**Q**uæ per os exeunt, alia vomitu redduntur ex ventriculo & œsophago: alia excreatione sine tuſsi, ex faucibus & gutture: quædam simplici expuitione cerebro, & ventriculo inde laxiore liquida tenuisque pituita in os redundat, unde multa saluatio. Illa verò ἀρχέμεις καθάρσεις, ἢ δὲ φάρμακα, ἢ δὲ προαίτας ἀρτηρίας. Ab aspera autem arteria, pulmone & thorace nihil sine tuſsi excludi potest, quorum excrementa, quæ morbi illas partes obsidentis, proprietatem, euentum, coctionem, aut cruditatem maximè ostendunt, πύλαα dicuntur, & πύσματα, quamquam Galenus de crisiſibus illa distinguit, & Philotheus πύλεον τὸ πύμιλον, τὸ δὲ ἀπέθρον πύσμα, quod non omnino obseruatur ab Hippocrate. Sed & sine Pleuritide, ac sine Peripneumonia, imò etiam sine lateris dolore, ac difficili spiratione Hippocrates in Pythione obseruat πύλαα ποιμίλα, καὶ ῥυθρα ὑποπέπωνα, sputa primùm varia & subrubra, tandem subcocta, ne quis putet talia in solis Pleuriticis, ac Peripneumonicis excludi in morbis acutis. Nec verò ab affecto

affecto capite visa aliquando sunt eiusmodi sputa. Proinde Galenus ostendit, confluisse ad pulmones prauum humorem, sed paucũ profus, ita vt ex eo viscus inflammari non esset necesse. Primas verò thoracis partes, quibus cum ultimis ceruicis vertebribus coniungitur, fluxionem non multam excepisse, ex qua ne spiratio quidem difficilis excitata est, quoniam primum intercostale spatium, quod solum afficiebatur, non magnoperè confert ad functionem respirationis. Ex quo intelligitur, non in solis Peripneumonicis & Pleuriticis eiusmodi sputa, de quibus hic agitur, reperiri tamen si horum tantum meminere hoc loco inter morbos acutos. Quocirca fortasse rectius in Prognostico quidam legunt ἐπι πᾶσιν ὄξεσι νοσήμασι, vel ἀπὸ πᾶσι τοῖσιν ἀλγύμασι πρὸς τὸ πνεύμονα καὶ τὰς πλευράς, quàm hoc loco, πᾶσι τοῖσιν πλευριτικοῖσι, καὶ πρὸς πνευμονικοῖσι, nisi quòd intelligit horum potissimum morborum inter acutos indicia è sputis sumi. Optimi ergo sputi in affectibus thoracis duo præcipua signa docet, ὑπεπέως, καὶ ταχέως, si facile, & citò excreatur. Galenus ὑπεπέως interpretatur, promptè, sine dolore vllò vehementi, sine multa tuſsi, & sine difficultate. In eo enim, in quo minimo temporis spatio perficitur actio, ostenditur & robur agentis, & expedita esse instrumenta, & quod mouetur, faciliè obsequi. Itaque ex sputis, quæ promptè expectorantur, meritò colligimus tum vitalis facultatis, tum animalis robur in cerebro, & muscularis, qui naturæ inseruiunt in efflatione: neque ductus obstructio, ne, aut pressu impediti: neque materiam aut ita lentam, vt ex partibus eximi: aut ita crassam vel tenuem, vt sursum attolli non possit. Idemque iudicium de pauca tuſsi absente dolore. Nam dolor vehemens, cum thoracem affligit, interpellat, nec permittit thoracem opus, quod adhuc agit, absoluere. ταχέως verò siue ταχίως, id est, cito, idem significat, quod ante dixit ὀ ἀρχῆ: & in Aphorismis, ὅσον πύλεον ἢ ἀπύλαα ἐπιφανέται ἀρχαῖα, id est, ὅσον τριῶν ἡμέρων, vt Philotheus interpretatur, vel τριῶν ἡμέρων, vt Galenus: nimirum intra tertium, aut quartum diè morbi apprensus. Etenim si (ait tertio de morbis) ægri tertio cœperint cocta expuere: citò finietur morbus: si verò postea, in longius tempus prorogabitur crisis. Ac liberatio quidem morbi, cuius initio bona expectorantur, septimo, aut celerius expectanda est: Coctio verò naturæ robur & materię facilitatem ostendit, celeremque iudicationem, & securitatè pollicetur. Qua de re dictum est paulò ante.

μεμιχθῆαι δὲ τὸ ξυμθρον τῷ πύλαλῳ. In Prognostico, Et permixtum illi flauum vehementer videri. Est autem tertia optimi sputi conditio potissimum in Pleuritide: in qua flauum sputum esse debet propter materiam ipsius vel suapte natura biliosam, vel ex sanguine, qui loco feruente conclusus in bilem vertitur. Nam, vt in Aphorismo docetur, Qui acidum eructant, rarò est à pituita. Mixtionem autem in excrementis triplicem obseruat Hippocrates. Vnam materię vitiosæ cum vtili, perpetuò prauam à naturæ seccernentis infirmitate: Alteram cum excrementitia, quam ideo laudat, quòd coctio mixtione perficiatur: tertiam ex variis constantem à multiplici affectu, quæ longitudinem morbi & difficultatem præmòstrat. Vehemens ergo mixtio flaua cum sputo ad secundam differentiam referenda est, vt intelligamus flauum cum suo sero, & cum sputo excrementitio vehementer permixtum esse debere, quod est coctionis inchoatæ, & naturæ valentis signum. Quæcunque enim in excrementis vel syncera sunt, vel seorsim expurgata, vt si vna parte à bile flauescant, alia à pituita albicent, ea facultatis, quæ coctionem mixtione perficit, imbecillitatem, & morbi malignitatem declarant. De mixtione verò sanguinis cum sputo, postea dicetur. Colores autem eiusmodi valde permixti potissimum apparent in crescente iam malo. Nam primo morbi ingressu nihil extulsitur: postea verò refudat aliquid è parte inflammata, natura vias laxante, & materiam tenuante, quod paucum exactè permiscetur sputo. Eadem ratione in vomitionibus Hippocrates laudat pituitæ ac bilis mixtionem, nimirum bilem propriè pallidam, quæ pituitosum succum tenuem, aut aquosum aliquod excrementum per se totam remixtum habeat: cui statim opponit, quod purum est, qualis est bilis crassa, & admodum flaua, quam vitellinam

QQ 4

nuncupant, à vehementia caloris consumpto sero: aut pituita crassa, & frigore concreta. Hæc nanque duæ causæ sunt humoris crassi & synceri, calor & frigiditas immodica, quarum hæc quidem cogit, & compingit: illa verò exsiccat.

τὸ δὲ ὑστερον ποικίλ. Tribus optimis sputi conditionibus tres prauas opponit, quarum vis ex eo intelligitur, quòd contrariorum contraria sint consequentia. Illud ergo ὑστερον opponitur τῷ παλαιῷ. Nam si multò postquam dolor & morbus cœperint, expectoratio appareat, absoluta scilicet iam prima periodo, vt septimo, cum ante pleuritis sicca esset, expectandum iudicium non est ante decimumseptimum, aut vigesimum. Si tum tenue, etiam si crudum: vnde decimo, vel decimoquarto expectari crisis potest. Quia verò Anaxion cœpit quid expuere coctū decimoseptimo, & iudicatus est trigesimoquarto: ideo Philotheus τὸ ὑστερον interpretatur μετὰ τὴν δυνάμιν τετάρτην. Atqui spatio in tanto, tametsi materia vitiosa nō sit, duobus modis periculum impendet. Vno ab his, quæ sinistrè accidere solēt, vel ægri errore, vel eorum, qui ipsi feruiunt, vel ab externis etiam rebus, quæ præter spem eueniunt, vel aliquando ab ipso etiam medico. Altero verò à vitium exolutione. Etenim (inquit alibi Hippocrates) priusquam dolor soluatur, moriuntur: citò enim anhelosi fiunt. Præ multo autem ac denso spiritu valde viscosum citra concoctionem sit sputum, & egressum fieri prohibet. Imò stertorē inducit cathilaginosis pulmonis arteriarum partibus, bronchiis appellatis, impactum. Et vbi ad hoc deuenerit, lethale iam plerunq̄ existit. Nam & ipsum sputum impactum prohibet quidem spiritum intro ferri, cogit autem cito extra ferri. Atque sic mutuam opem ad malum inter se conferunt, dum & sputum impactum densum spiritum facit, & hic cum densus sit, sputum insuper viscosum facit, & lubricum fieri ac elabi prohibet.

1. Acut.

ξανθὸν ἢ μὴ μεμιγμένον. Flauum sputum sit propter flauam bilem: quemadmodum album, & lentum, & rotundum ab adusta pituita. Quòd verò vehementer permixtum non est cum suo sero, vel pituita, purum est. Omnis autem purus humor, excepto sanguine, vitium quoddam subesse testatur, quippe qui ab inflammato calore ducat originem. Flauus enim humore ipso seroso torrefacto, pallidus immixto, æruginosus vehementer exusto generatur. Niger verò aut bile torrida in nigram pessimam & excedentissimam degenerante, aut crasso sanguine resiccato, aut propter extinctionem, atque frigiditatem prouenit. Quæ omnia (excepta bile pallida) magis, aut minus, & copiam materiam, & ingens febris incendium, & naturæ infirmitatem denuntiant. Præterea febres inuehiunt acutas, partes labefactant, per quas transeunt, ac dolorem grauiorem mouent. Nihil tamen prohibet interdum salutarium morborum initio pura excerni, vbi scilicet nondum naturæ actio in morbosam materiam cœpit, & eadem in crisi, aut vi medicamenti vitiliter exire, corpore ita expurgato. Quòd verò multam tussim excitat, vitio materiam, quæ cunctatur in pulmone, aut facultatis infirmitate, aut bronchiorū extruotione tale est. Duplex enim prima causa est educendi sputi, scilicet humoris vitium, & facultas, quæ thoracem mouet. Quòd ergo educitur si admodum viscidum est, à partibus, quibus adhærescit, eximi non potest, ac sæpe sublatum, intra pulmonis fistulas, glutinis modo hærens detinetur: crassum verò non nisi magna difficultate attollitur, longiorem affectum inducit, & in angustiis quibusdam sic intercluditur, vt quosdam ad suffocationem adegerit. Tenue denique circum spiritū diffuēs agrè expuitur. Ex quibus omnibus multa sit tussis.

XXXI.

πικρὸν δὲ πάντως καὶ τὸ ξυμθὸν ἀκρητον, καὶ τὸ γλίχρον, καὶ λευκὸν, καὶ τὸ εὐρόγυλον, καὶ τὸ χλωρὸν σφόδρα, καὶ τὸ ἀφραδες, καὶ τὸ πελωδες, καὶ ἰωδες. χεῖρον δὲ τὸ ἕτως ἀκρητον, ὡς τε μέλαν φαίνεσθαι.

Omnino prauum, quod flauum syncerum est, & viscosum, & album,

album, & rotundum, & cum virore pallidum valde, & spumofum, & liuidum, & æruginosum. Peius autem aliquantò est, quod ita meracum, vt nigrum appareat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Κανθωδες in Prognostico, vbi hæc omnia explicantur. Vbi de spumoso etiam & valde flauo dictum est, liuida verò extinctionem caloris natiui, æruginosa vstionem ostendunt. Ac de genere æruginosæ bilis alio loco.

DESID. IACOTII COMMENT.

Iam sæpe dictum est, omnem synceram expurgationem vitiosam esse, imprimis verò flauam, æruginosam, nigram: quibus omnibus commune est, vt partes excedant, quas attigerint. Verùm (ait Galenus) hoc flaua bilis habet peculiare, quòd febres acutas inferat: atra autem contumacem affectum generet. Illa enim crassa nimirum & terrena partibus, per quas transit, adeo impingitur, vt agrè detergere possit. Et in librum de humoribus, Syncera (inquit) excrementa appellare cōsuevit, quæ nulla sunt aquosa humiditate permixta, solo humore excreto, siue is biliosus sit, siue melancholicus, siue æruginosus, aut porri colorem representans: quæ omnia omnem natiuam humiditatem à calore febris exustam indicat. Sed & pituitam in Prognostico synceram scribit, quæ vel adusta est, vel frigore concreta. Quæ verò sequuntur, & viscosa, & alba, & rotunda, coniungi debent. Album enim seorsim aut in laude est, aut in utile tantum, cum in pleuritide biliosa nihil de materia morbum committente educit. In pituitosa verò laudatur, & in statu, album puri simile. At quòd album, glutinosum, & rotundum est, calore igneo adustam pituitam indicat. Eodémque modo glutinosum per se distinguendum est. Siquidem tum ab extraneo, tum à natiuo, & concoquente calore glutinosum aliquid esse potest per concretionem, atque humidi tenuis & aërei cum crasso mixtionem. Ob idque sputa, & quæcunque coctione alterantur, quandam acquirunt temporis progressu lentorem, tametsi nullum ab initio habuerint. Permiscetur enim, vniuntur, & concrefcunt. Etenim inter ea, quæ sunt æquè crassa, quòd viscosius est, ad consistentiam & vnionem aptius censetur. Verùm supra modum viscosa, & vt Hippocrates loquitur, κατὰ περιστάσειν ἀσπίως absolute lenta sine concoctione, & sine aptitudine ad eam suscipiendam, admodum perniciofa sunt, tum signa incendij febrilis, quòd pituita affatur, tum causæ obstructionis, tussis, & suppressionis anachartæcos. Itaque præter magnitudinem morbi, malignitatem quoque eiusdem testantur. In rotundis sputis Galenus obseruat primùm materiam, crassitiem videlicet, & lentorem humorum in bronchiis pulmonis: deinde efficientem, loci nimirum caliditatem. Tertio figuram rotundam, tum quia latera à calore febrili, & loci æqualiter torrentur, vt quicquid promineat, consumatur: tum quia glutinosus humor in aspera arteria contentus, atque ibidem diutius cohibitus eandem cum illa formam acquirit, siquidem ipsa quoque & globosa est, & cavitare interiore in orbem circumducta. Eam tamen formam nunquam contraheret humor, nisi calor ingens adesset. Ex quo efficitur rotundum sputum caloris perpetuò signum esse. Quòd si caput eiusmodi sit, vt promptè facileque patiat, atque fuliginis, aut materiam tenuis sursum ascendentis acrimoniam sentiat, aut iam resiccatum sit per vigilias & spirituum animalium vehemētes motus, tum admissio halitu feruido in delirium æger incurrit, sputumque reddit cum calore coniunctum. Cuius rei particulati obseruatione in Plinthio Hippocrates scribit à rotundis sputis delirium (quòd à phrenitide diuersum est) pretendi: licet ipsa per se neque delirij, neque phrenitidis signa esse possint, nisi aliorum consentiente testimonio.

4. Acut.

6. Epid. 3. 6.

καὶ τὸ χλωρὸν σφόδρα. χλωρὸς translatione ab herbis, quæ dum arefcunt, flauescere, variè decolorari & pallefcere videntur, aliàs perpallidum, aliàs viride & quod

χλωρὸν

quod à quibusdam æruginosum dicitur, significat, quomodo multi brassicam & lactucam virides appellant, qui certè color nigrior est, quàm ruber, & veluti initium quoddam nigritici, & lioris à frigiditate sumit. Sæpe autem quæ per nares emittuntur, aut à pulmonibus exeunt, diluto virore tincta cernuntur, vt pote adhuc cruda: idque etiam absque febre. Verùm hoc loco χλωρόν σφοδρῶς, spiritum est æruginosum, aut flauum & saturatum colore pallido. Nam bilis, vbi naturaliter habet corpus, ob id pallida est, quòd sero & tenui liquore aqueo diluatur, à quo non solum colorem habet, sed etiam consistentiam quandam cum pauca acrimonia, haudsecus ac si quis meracam bilem è vesicula fellis expressam aqua diluat. Tum enim aquosior, & frigidior reddita, neque, vt ante, valde acris est, neque ita crassa, aut colorata. Calore porrò accedente, & febrili incèdio χλωρόν, aquea scilicet illa, & naturalis humiditas consumitur. Quare tum calidior, tum densior euadit, & quò densior, eò coloratior. Ac primùm quidem, quod erat pallidum, vel subpallidum, χλωρόν, vel χλωρόν, magis flauo tingitur, vt sit χλωρόν, colore ad pallidum accedente, qualis in Chlorio aue, & quibusdam floribus, vt verbasci & genestæ, priusquam diutius euerberati sole rufescant. Quod enim calor febrilis in corpore, id solis ardor in eiusmodi floribus efficit. Bilis verò, quominus habet aqueæ illius substantiæ, eò minus resistit. In quo alterationis tractu variæ bilis species existunt, ξανθὴ, πύρρα, χλωρὰ, λευκὸς δὲ χυμὸς, ἰσάδωδός, μέλαινα, flaua, rufa, viridis, vitellina, glastea, nigra, vt est caloris gradus aut malignitas, aut mora, & materiæ, quæ patitur, proprietatis. Quod igitur simpliciter χλωρόν est, pallidum & leuiter intinctum flauo, non ita metuendum, quia proximè ad naturalem bilis colorem accedit. At vehementer χλωρόν, nimirum viride nigricans, & iam ferè æruginosum, vel, vt quibusdam placet, ex viridi & ferrugineo mixtum, exitiosum est, caloris vehementia tale redditum. Differt autem à bile, quæ πρασοειδὴς, ἢ πρασώδης porracea nuncupatur. Etenim hæc in ventriculo citra morbum sæpe gignitur ex ciborum quorundam cruditate, aut calore præter naturam in venis excitato, vt in doloribus, vnde in ventriculum & intestina commigrat. Verùm illa vehemētiore calore torrefacta acrior multò, crassior, & mordacior euadit, atræ bili iam ferè consistentia, colore, & viribus proxima, præsertim vbi exactè æruginosa euasit, & glastea. Ob idque perpetuo Hippocrates lethale admodum signum esse statuit in omnibus excrementis alui, vesicæ, & thoracis, siquid atræ bilis appareat. Post eam verò sequi æruginosam bilem, & flauam, si syncera sit valde, ex qua malignitas morbi atque materiæ, vnde gignitur, & loci, vnde prodit, vehemētissimus calor declaratur. At cæteri humores si vel seorsum, vel cum aliquo horum appareant, non ita noxij censentur.

ἀφροδίτης

ἀφροδίτης. Galenus de crasis spumosum sputum pituita tribuit, quæ post sanguinem, mitissimam pleuritim inuehit. Hic contra, idem sputum, valde perniciosum esse vult. Nimirum quia spumæ causa duplex: flarus permixtus, vt cum aqua hordeacea ex alto refunditur: & calor igneus, vt in lebe, dum feruet aqua. Illic materia glutinosior cum spirituosâ substantia agitata, siquidem crassior sit, spumas edit: sin tenuior, bullas. Hic verò feruet, & quodammodo incendio fermentatur. Vbi igitur biliosum, aut syncerum sputum spumescit, aut colorem vehemētē, atque exurentem testatur, aut colliuationem, quorum vtrunque perniciosum est. Albicans verò à pituita, quia ex agitatione statui permixta spumans est, nihil habet periculi: præsertim cum pulmo omnem ferè humorem quem excepit, album, spumosum, tumidumque reddere soleat, quoniam plurimum æris, quo abundat, perpetuo motu humori necessariò permiscet. Distinguntur hæc duæ spumæ differentiæ tum ex colore, vt dixi: tum ex mixtionis ciferentia, & his, quæ in toto corpore apparent. Nam à calore immodico & colliuatione minuta est spuma ac diu durat: ideòque hoc loco, σφοδρῶς, ad vocem quoque ἀφροδίτης referri debet, vt & ad id, quod antecedit: quasi dicat vehementer & chloron, & spumans. Ex quibus non solum incendium internum, sed & vehemens in corpore perturbatio, atque agitatio, aut etiam colliuariò significatur. Durat autem spuma vel ob spiritus contenti crassitiem, qui superius ferri, nec erumpere

erumpere potest: vel ob lentorem humoris, qui vi continet spiritum, vel ob vtrunque.

Τὸ πηλιδίον. Quæmadmodum liuor in parte liuente caloris natiui extinctionem & νέκρωσιν quandam significat, calore extraneo, aut frigore, aut putredine contractam (quæcunque enim perfecte putret, liuida euadunt) sic in excrementis, quæ nigra sunt, ab atra bile pura eum colorem contrahunt: quæ verò liuida, ab eadem, sed modica. Ob idque statim subiicit, nullum aliud eo perniciosius esse, quod nigrum est, & meracum. Vt autem liuor ex defectu innati caloris accedit, ita fetor omnis ex abundantia extranei in putredine. Quòd fit, vt sputum liuidum, si vnà quoque foeteat, maximè perniciosum sit. ἰώδης verò excretio æruginosa est, vel potius violacea, valde mera, atque syncera, vt si quis optimam æruginem aqua perfunderet ad defrutum crassitiem. Perspicuum autem est ex bile æruginosa oriri, quæ media est inter bilem flauam, & atram. Nam ex viridi colore noscitur, & immodico calore, quo supra modum exaffata est. Ob idque acerrima, erodens, & malignissima cum sit, semper & materiæ, vnde gignitur, & loci, ex quo manat, vehementissimum colorem declarat, vt scribit Galenus in Prothetico. Qui etiam de bilis speciebus docet, quòd quæque ex illis crassior est & nigrior, eò esse calidiorē: quò tenuior, & magis alba, eò minus calidam. Ergo cum vitionis terminus sit in bile atra, & bilis flauæ species omnes, media sint ad eum terminum, atram omnium perniciosissimam esse necesse est. Color autem inducitur varius & niger iuxta vehemētiā caloris & malignitatem, & iuxta passiuarum qualitatum actu vincētiū varietatem. Proinde rectè subiicit χῆρον ἐστὶ τὸ ὄτως ἀκρῆνον, ὡς μέλαν φάινεται: in Prognostico, nullum aliud eò perniciosius esse, quod syncerè nigrum editur. Rectè verò non solum μέλαν esse vult, vt perniciosissimum sputum dicatur, sed etiam ἀκρῆνον. Vt enim nigror in parte corporis nigrescente, vel auctam ex liuore calidi natiui extinctionem significat: vel humorum è vasis ad eam partem decubitum (qua ratione pedes nigrescentes minus condemnat Hippocrates quàm liuidos) sic in excrementis aut bilem supra modum torrefactam, quæ atra pessima, & excedētissima euadit, testatur, vt hoc loco: aut extinctionem atque frigiditatem, vt in moribundis: aut crassum sanguinem æquè resiccatum. Denigratur autem sputum sæpe ex euentu quodam, vt à cibo, vel fumo, vel defluxione è capite, aut sanguinis grumo, vel humoris melancholici vapore & fuligine è corde. Quod ad præfagium distinguere oportet. Solum enim vel meracum ab atra bile: vel refrigeratum per νέκρωσιν, perniciosissimum est.

πηλιδίον

ἰώδης

μέλαν

XXXII.

Αἷμα δὲ μὴ πολλῶν συμμεμιγμένον ὁ ἔσθλον, ἐν ἀρχῇ μὲν σωτήριον, ἐξ ἡμέρας δὲ ἢ παλαιότερον, ἥσσον ἀσφαλές.

At sanguine non multo permixtum flauum, in principio quidem salutare est, septima verò die aut posterius, minus tutum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN Prognostico πρὸς τὸν κῆρ καὶ τὰ ἀφροδίτη, quod hic σωτήριον.

Desid. Iacobi. De sputo sanguinis.

Quoniam de sputo cruento deinceps agitur, cuius διάγνωσις à quibusdam minus distinctè explicatur, παθολογικὰ signa singularum differentiarum paucis expediām, quòd facilius Hippocratis ea de re sententia intelligatur. Imprimis ponendum illud, sanguinis per os reiectionem, vel inflammationi intertæ superuenire, vt peripneumoniæ, & pleuritidi, de qua hæc agitur: vel sine his, vitio alicui interiori. Hic distinguendum, vnde, è quâ parte, quomodo. In vniuersum





*Sputum valde sanguinolentum, vel liuidum statim initio periculosum. Præua vero est spumosa, et flaua, et nigra, aruginosa visco similia, et quæcunque celeriter colorantur. At mucosa, fuliginosa, celerius colorantur, et minus periculosa sunt. Quæ vero intra quintum diem ad concoctionem colorantur, meliora.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**putum valde sanguinolentum fit multo sanguine pauca pituitæ mixto. Sputi enim materia pituita est, quæ aliis humoribus intingitur. Atque initio morbi, dum is crudus est, nihil expuitur, aut paucum admodum, & materia morbi astricta conclusa loco inflammato cohibetur, nisi siqua vena vel aperitur, vel eroditur, vel exeditur. Quod cum fit, admodum intingitur cruento sputum acri periculo. Sed liuidum extinctionis signum est. *πυκρὰ δὲ καὶ ἀφρώδεια*. de his dicitur in Prognostico. *καὶ τὰ ξανθὰ*. In Prognostico damnat *ξανθὸν ἀκρῆδον*, & simpliciter *ξανθόν*, quod multo post initium morbi excernitur. *καὶ μέλαινα*. Idem in Prognostico, *καὶ ἰώδεια*, via est ad atram bilem. At an excretio aruginosa fit lethalis, postea cum ratione eius plenius exponemus in vomitibus & deiectionibus. Quæ *ἰώδεια* appellet, & vitio verat, vt laudi *μυξώδεια*, eiusmodi sunt. Sputa cocta vtrunque viscida sunt, qualia sæpe videmus post repurgata liquida & cruda, eaque damnanda non sunt. Mucosa similia, quod naturali concretionem excrementorum cerebri per nares accidit, idcircoque *μυξώδεια*. Alia sunt adeo viscida & tenacia, vt excludi nequeant, visco iam crasso & tenacissimo similia, vnde *ἰώδεια*. Non igitur simpliciter reprobanda *γλυκρὰ* viscida. Sed quæ in Prognostico *λουκὰ, γλυκρὰ, σρόγγυλα*, & in libro de ratione victus in acutis *καταγλυκραινόμενα ἀσπείως*, quæ adeo viscida sunt, vt concoctionis desperationem faciant, quæque in Epidemiis *σρογγυλόμυρα*. Vbi enim calor igneus inualefcit, eiusmodi sunt. Atque interdum sic assantur, vt fuliginem quandam gustu referant, vnde *λιγνυώδεια* paulò post appellauit. Ea sunt, non quæ ad instar fuliginis atra sunt, sed quæ odore fuliginem referunt. Eiusmodi autem odor contrahitur & in mucosa narium, & excrementis thoracis, quæ diutius quidem cohibita, & exhalationibus concalfacta eum odorem trahunt. Neque tamen in laude ponenda sunt, vt sit mirum cur ea laudet. *καὶ χωματίζεται παχέως*. Damnabat *ὄρα χωματίζεται παχέως*, vbi *ἰώδεια* notabat, & initio colorem induci sputis non probabat. Ac breuiter cocta esse, quæ colorentur, melius est, vt videlicet iam tenuata & comparata materia ad excretionem, iam laxata via vna cum sputis coctis refudet humor, qui sputa intingat. At *μυξώδεια*, mediocriter viscida crassaque cocta sunt media inter ea, quæ *ἰώδεια*, & quæ *ἰδατώδεια*. *τὰ δὲ φῖτος πέμπτης*. Initio morbi, hoc est, prima accessione, & ante tertium diem cruda, etiamdum materia colorari sputa malum est. Colorem enim coctis induci præstat. At si prima periodo, qua plerisque solet signum edi concoctionis, sputa colorantur, iam membrana laxari rarefieri, vbi materia conclusa est, atque hæc resudans intingit sputa. Itaque pars materiæ, quæ defluit è capite, aliquando certo loco includitur, aliquando in ventriculum & pulmonis bronchia decurrit. Ac similiter natura hanc concoquit, simul elaxat, rarefacitque conceptaculum partis materiæ. Hanc autem incidit, tenuat, & ad exitum comparat: id quod fit, dum molitur expurgationem. Nam crudo morbo omnia sunt astricta, & quandiu maturantur, ac paulatim vt fit concoctio, ita astrictio temperatur. Quintum diem notat, quia prima periodus quaternario includitur. In quo, vt scripsit in Aphorismis, Si sputum appareat coctum videlicet, morbum breuiorem, & tutiorem facit. Melius igitur initio, hoc est, primo quaternario concoctionis edi initia.

DESID.

DESID. IACOTII COMMENT.

**R**etè additum est *λίον*. Nam interdum in pleuritide à sanguine tenui sputa rubra sunt initio, *καὶ αἷμα ἰώδεια*, non modò nullo periculi metu, sed etiam ita certo salutis argumento, vt in his fecari venam non sit necesse: quod Hippocrates in libro de humoribus, & sexto Epidemian admonet. Impedimentum enim iis, qui cruenta expuunt, tempus anni, pleuritis, bilis. In quem locum Galenus, Interdum (inquit) pleuritis placida est, ac mitis, neque necesse est sanguinem mittere, etiam si homo sanguinem expuat: sed aliis remediis ad pleuritidem accommodatis curare morbum prodest. Quocirca probabile est, venæ sectionem prohiberi in iis, qui sanguinem expuunt, si anni tempus valde calidum sit, si homo natura sit biliosa, & si morbus lateris adfit: cum is, qui cruenta excreat, propter pleuritida id facit, quod nimirum parua mitisque pleuritis existat. Et alio loco se scribit in sanguinis sputo à pleuritide cum dolore exiguo lateris sanguinem non misisse, quod moderatissimæ pleuritides existant, in quibus sanguis expectoratur. Ex quibus intelligitur *τὸ αἷμα ἰώδες* sputum cruentum absolutè haudquaquam damnari ab Hippocrate, sed *αἷμα ἰώδες λίον*, valde cruentum ac syncerum. Nam serum sanguinis, quod superiore Aphorismo diximus coctionis initio exudare è phlegmone interiore, neque crassum est, neque multum, neque syncerum (quanquam etiam syncerus sanguis in laude sit, modò paucus, & à pleuritide sanguinea.) Ob idque aliud vitij genus ex illo sputo valde cruento denunciatur, nimirum vel vasorum quorundam *διὰ βρωσις* à bile acri & erodente, quæ sanguinem attenuat, & venas aperit: vel *δίψις*, à vehementiore thoracis compressione, quæ nihil ex phlegmone foras excludere potest. De quibus omnibus dictum est superiore Aphorismo. Præterea in phlegmone, cum pars sanguinis tenuior in bilem conuertatur, crassior tandem in atram, vbi ab initio flauum tantum cum pituita, aut graueolens excreatur, conuicere licet à calore putrido in parte phlegmone obfesa vniuersum sanguinem iam corruptum: vbi verò solus sanguis multus, aut crassus exit, retinetur, quod putrescit. Proinde rectè cum hoc genere cruenti sputi coniunxit *τὸ πηλιδόν*, liuidum, quod antea diximus ab extinctione caloris natiui, aut pauca bilis atra mixtione provenire. Deinceps verò vtilem, atque admirabilem demonstrationem exorditur. Nam cum calor natiuus in mediocritate constitutus sit, vtrinque habet extrema pro contrariis. Itaque licet febrilis à natiuo specie non differat, excessu tamen, ac proinde vi & effectu distinguitur. Nam febrilis vrit humorum naturale serum, ac delet natiuum, resoluendo, aut consumendo humidum. Quò fit, vt vrendo & exiccando, quemlibet humorem calidiorem, crassiozem, sicciorèzque reddat, atque ob eandem causam calorem inducat ad nigrum propius accedentem, donec ad bilem atram ventum sit, quæ vstionis est terminus: vt si quis ad ignem apponat porraceam bilem, in dies nigriorem & crassiozem reddi experietur. Contra verò natiuus succos æquabiliter temperat, atque ad mediocritatem tum substantiæ, tum qualitatis deducit, permiscendo humiditatem naturalem humorum cum terreo, qua permixtione quæ concoquuntur, & colorantur, & crassescunt. Color enim sequitur alterationem & mixtionem humorum. Ex quo efficit Hippocrates sputa spumosa, flaua, nigra, aruginosa, visco similia, & quæcunque celeriter colorantur, pessima esse, quia solius caloris ignei & extranei vrentis opera sint hæc omnia, qui serum relicto terreo acri & calido statim exurit, humorem fermentat, & præto colore inficit. Mucosa verò & fuliginosa, quæ celerius colorantur, tutiora esse, in quibus caloris concoquentis opus magis elucet, quam ignei & febrilis. Nam & moderatè crassa sunt, ac viscosa, quia vniuntur ad concoctionem, & à fuligine tincturam accipiunt potius, quam ab humiditatis naturalis vstione. Ob quam etiam causam, quæ intra quintum diem à calore natiuo superante colorantur, cæteris meliora sunt, ac tutiora. Atque vtrunque verum est, bonum esse initio colorari sputa: & pessimum esse, si eadem initio colorentur, pro ut coloris mutatio vel ab vstione, vel à permixtione provenit. Non igitur inanis est differentiarum sputorum, quæ superius exposte sunt,

R R 2

De humo. sect. 3.

6. Epid. sect. 3.

καὶ βλάβη, sed comparatio effectuum vtriusque caloris, vt in excrementis omnibus diligenter obseruemus, vnde tum color, tum substantia immutentur, cum ab vtroque calore & colorari, & crassescere singula possint, euentu maximè diuerso. Quænam ergo sint ἀφρώδεια, ξανθὰ, μέλαινα, dictum est ante. Præterea ἰώδεια ab æruginosa bile esse, quæ in febribus, ardentissimis, & Causis oriri solet, in quibus visceris alicuius vehemens inflammatio coniuncta est, aut bilis intra venas iccoris, ventriculi, pulmonis, ignis instar exardescit. ἰσώδεια visco similitudinem vniuntur, sed exiccatione, & spiritus flatuosi à calore extraneo feruore extra omnem spem concoctionis. μύξων verò Hippocrates vocat pituitosum excrementum per nares destillans, latini mucorem: vel humorem pituitosum, qui in articulis acruatur, à quo madefacta articulationis ligamenta, laxiora redduntur: atque ideo facilè à cavitare articulus excidit, & rursus non eum difficultate incidit. Mucum verò interdum aquëum, crudumque videmus: interdum crassiorum: vnde sputa μυσώδεια mucosa, quæ si tenuia sint, cruditatem tantum, non malignitatem, vt illa syncera, ostendunt: si crassiora, concoctionem sine vstione, vt in Coryza primùm tenuis fluxio exprimente frigore, aut calore liquante cernitur: deinde concocta materia, μυσώδης, λιγνώδεια, quæ à fuligine, & feruentium humorum halitu, veluti fumo, intinguntur potius, quàm ab vstione, & siccitate, aut bilis atræ mixtione. Nam ex eleuato, vapore humido vsto nigricant lingua, dentes, sputa, & naturaliter pili. Sic lingua, quæ in ardentissimo causo, primùm siccescit, deinde exasperatur, tandem aucto incendio nigrescit, vt cutis sole exusta, malignitatem febris ostendit. Quæ verò ita coloratur quadam fuligine propter exhalationem, perniciofa non est, vt in virgine in Larissa tertio Epid. Sed & fuliginem quandam eiusmodi excrementa interdum sapore, atque odore referunt, quomodo diutius cohibitus narium muccus qualitatem, aut saporem odorémque alienum contrahit.

## XXXIII.

πᾶν δὲ πύαλον μὴ λῦον πύα δδωλῶ, πομπρὸν. λῦον δὲ, χεῖσιμον.

*Omne verò sputum, quod dolorem non soluit, prauum: quod soluit, vtile.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Lege Prognosticon.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**S**ive natura corpus expurgetur, siue medicamento sumpto, optimam in omnibus excrementis notam præscribit Hippocrates ἐυφορίαν, ferendi facilitatem, aut difficultatem. Nam cum æger vacuatur, ex eoque se leuiorem factum percipit, atque alacrius fert morbum, siue cruda, siue foetida, siue liquida, siue syncera, siue sicca excludantur, in bonis ducenda sunt: sin vires deiici, aut dissolui cum molestia grauiore videantur, in malis. Atque hoc signum commune est vomitionibus, deiectionibus, sudoribus, hæmorrhagiis, purgationibus, sputis, omnibus denique aliis, quæ à corpore excernuntur. Sæpe enim natura profligato morbo corpus expurgat, idque multis terrorem incutit, qui cum excretorum prauitatem intueantur, incerti sunt, an symptomatis modo vacuatio illa contingat, an natura vitiosos humores pellente. Verùm illud discernitur ex hac nota πῆς ἐυφορίας, cui addit hoc loco doloris remissionem. Etenim sputa, siue prima specie bona appareant in substantia, colore, copia, mixtione, expectorandi modo: siue praua in his omnibus, aut quibusdam, siquidem dolorem tollant, omnium optima sunt: contraria verò pessima. Quoniam (ait in Aphorismis) cum

cum talia purgantur, qualia oportet, confert, & leuiter ferunt. Quod autem reuera dolorem leuari oporteat, non falsò, vt in translatione materiæ ad caput, aut sensus communis errore, aut sensus in parte extinctione, perspicuum est. At sputa, quibus ipse non leuatur dolor, quantumus prima specie bona appareant, omnia mala sunt, quoniam vel nihil de humore morbum committente educunt: vel cum eo aliquid, quod naturæ familiare sit, continent: vel à perenni humoris destillatione è cerebro, aut sanguinis è corde per venam arteriosam affluxu ortum habent. Quòd si sputum non modò dolorem non tollat, sed etiam suapte natura prauum sit, vt nigrum, natura à morbo vincitur, ac malum geminatur. Constat enim perniciosius esse, quod neque dolorem leuat, & nigrum est, quàm quod pallidum, aut rubrum, si æquè non proficit. Suapte verò natura bonum, & morbum sedans; primum bonitatis gradum obtinet, ac tum concoctionem, tum fluxionis cessationem ostendit. Secundo loco est per se malum, ex quo tamen dolor desinit. In omnibus tamen aliorum signorum consensu firmandum est prælagium, ac diligenter singulorum vires inter se conferendæ, vt intelligatur, quantum vel in melius corpus profecerit, vel versum sit in deterius. Atque ob eam causam in eadem sententia Prognostici nigrorum sputorum meminit. Neque enim perseuerante anacatharsi desperandum, si quod excluditur, dolorem non tollit: aut certò prælagienda salus, si dolor remittitur, & tamen sputum nigrum est: sed alia quoque symptomata considerare oportet, vt futura optimè prælagias.

## XXXV.

Ὅσοι δὲ μὲν τῶν χολώδεος πυώδες ἀνάγασιν, ἢ χροῖς, ἢ μεμικρῶνον, ὡς ἐπὶ τῶν πύαλων τεσσαρσχηθεῖσιν ἡνέσκασιν, ἢ μὴ κερδὸν ἢ ἀγαθὸν ἐπιγένηται τῶν πομπρῶν γεγραμμένων. Εἰ δὲ μὴ, κερδὸν λόγον. μάλιστα δὲ οἷον ἐξομαλοῖσιν ἀρχέσθαι τῶν τοῦτον πύαλων.

*Quibus verò cum bilioso purulentum sputum expurgatur, siue prius seorsum exeat, siue permixtum bilioso, vt plurimum mors accidit decimoquarto, nisi signum malum, aut bonum superuenerit eorum, quæ prius dicta sunt. Alioqui pro ratione moriuntur. maxime verò, quibus septima incipit eiusmodi sputum repurgari.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**uomodo in arboribus & plantis alij fructus celerius maturantur, alij tardius, quidam etiam non maturefcunt: vt in vite vna quædam manent virides, crudæ & omphax potius: ita in tumoribus corporis accidit. Et in plantis illud quidem fieri videtur, quia videlicet non omnibus plantis & solo eadem natura subest, nec similiter exponuntur foli, & maturanti aëri, qualis australis & tepescens, aut quia materia fructus non similiter cedit causæ maturanti. Nam in eadem arbore aliud pomum putrescit, aliud vermiculosum est, & quasi vlcustrahit, aliud in totum, quoddam etiam in partem maturatur. Atque horum omnium causa non aliunde exquirenda, quàm iis, quæ scripta sunt. Eadem ratio humorum, qui inclusi corpore suppurant, atque maturefcunt. Vbi igitur eadem natura corporis, eadem vis spiritus & caloris concoquentis in totam materiam sese similiter insinuat, pars tamen naturæ cedit, pars repugnat, nec in pus vertitur, ad pestilentem malignamque naturam materiæ causa referenda est. Atque id multò pestilentius esse solet, vbi interiore corpore, aut parte nobili vitium depositum est, vt pulmone & latere. Iis ergo mors incidit in decimumquartum, quo acuti ferè iudicantur, & pleuritides desinunt, vt ante dictum est, quanquam vel tardius, vel celerius. Si enim cocant alia signa lethalia, nono, vnde decimo: si bona,

decimoseptimo, aut vigesimo mori ægros contingit. Atque id est, quod vult, *ἢν μὴτε κελὸν, ἢ ἀγροθον*. Quibus signis ætas, temperatura, virtus & similia coniungi debent, vt quum omnia mediocriter habeant, decimoquarto: quum in deterius vergant, citius; si in meliori conditione tardius ægri moriantur. *ἂ δὲ μὴ, ἢ λόγῳ*, hoc est, quod dicebamus, vt omnia mediocriter, melius aut deterius offeruntur, ita ratio temporis seruat, quo moriuntur ægri. *μάλις δὲ*. Clarius hæc, quàm in Prognostico. Hoc enim vult, si biliosum & purulentum sputum excerni incipit die septimo, moriuntur decimoquarto: & quia signum eiusmodi exitiosum admodum primùm editur septimo, firmius est ad præfagium. Mori autem decimoquarto omnibus mediocriter habentibus.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**I**nflammationes pectoris ac pulmonis, quæ remediis non cedunt, nec intra decimumquartum repurgantur, cum mortiferis signis exitum minantur: cum salutaribus vomica. Suppuratio autem incipit ab eo die quo horror, febrisque multò, quàm quæ præcessit, vehementior,prehenderunt, cum grauitate manifesta. Rumpuntur verò vtiliter die vigesimo, aliàs trigesimo, aliàs quadagesimo, aliàs sexagesimo ab his diebus supputando, in quibus hæc primùm acciderunt, grauitas videlicet, horror, & febris præcedente vehementior. Sed & interdum ante perfectam totius materiæ coctionem vomica erumpit, quando bilis sincera manens, nec coctione permixta, aut ad mediocritatem naturæ conuenientem deducta, tunicam erodit: vel quando humoris copia ac putredo eandem lacerat: vel vtraque simul conueniunt. Ex quo triplex periculum impendit. Primùm à materia inæquali & heterogenea, quam bilis sincera, & puris expectoratio declarat, siue separatim, siue simul excludantur. Ex eo enim plures in corpore, grauesque esse, morbos indicatur. Deinde ab vlcere post ruptionem residuo, quod curationem difficulter recipit. Postremò à corruptione materiæ, quæ partes sanas pulmonis erodit atque colliquat. Nam cum natiuus calor à propria temperie multùm recessit, sanguis, vt in morticinio corpore, putrescit, ac tum calorem extraneum, tum acrimoniam intra corpus acquirit. Quibus de causis reliqui tabidi diutius & per multos annos. vitam trahunt: hi caloris natiui dissipatione & expectorationis suppressione decimoquarto die periclitantur de vita. Inæqualitas enim illa suppuratæ materiæ, non solum, vt dixi, humorum, qui phlegmonem excitant, malignitatem & multiplicem naturam ostendit: sed etiam affectæ partis imbecillitatem & caloris natiui, qui neque vincere, neque in humores contentos æqualiter sese insinuare potest. Idem verò cernere licet in supputationibus, quæ manifestas corporis partes obfidet. Nam interdum seorsum pus, & humorem crudum tenuemque seorsum continent: interdum hac quidem parte suppuratio perfecta est: reliquis verò omnibus nihil omnino puris confectum est. Hippocrates verò docet primùm has cateris. citò ad supputationem tendentibus esse diuturniores: deinde curatu multò difficiliore, quòd quæ ad supputationem tendunt, aliis auxiliis opus habeant, quàm quæ supputationi resistunt. Postremò si malignum aliquod signum præterea accedat, multò deteriores fieri. Quod si est, quid de his sentiendum, quæ intus latent, & nobiliores partes, vt thoracem ac pulmonem occupant? Dubium enim non est, quin illas malignitate longè superent. Est autem infestantis humoris ferocissimi indicium, si cum natura accinctam se ad concoctionem ostendat, ipsi tamen nullo modo ille cesserit. Qualis videlicet non solis manifestis qualitibus, vt crassitie, viscositate, frigore coctionis operam refugit, sed occulta quadam alia ac maligna, quæ facile comprehendi non possit. Multò autem certius mortem præmonstrat supputationis illius inæqualitas, si die septimo, aut alio decernente apparere cœperit, tum quia humor pepasmi minimè capax, diutius cunctando partem obsessam magis labefactat: tum quia dies criticus præcognitionem facit certiore. Signa enim mortis, aut salutis certissima sunt diebus criticis, incerta alioqui, aut non ira fida, si alio die accid

accidissent. Præterea si quid deterius ostendatur eo die, quo salutare signum expectari solet, quod euenturum est, multò grauius fore coniciendum. Cum ergo dies septimus inter criticos mansueti regis in iudicando mores imitetur, ac salutem sæpius aut afferat, aut promittat, si quid tum sinistri superuenerit, dubia spes est cum certo metu. Itaque seruari tantum possunt, in quibus alia omnia signa ad salutem conspirant. Alij intereunt, idque decimoquarto die frequentius pro virium ratione, & aliorum signorum natura. Est enim decimusquartus dies terminus mortis vtrinque medius: quoniam si omnia signa moderata sint, illo die periturum hominem existimandum est. At si mala alia accesserint, mortem ante eum diem accelerant: sin bona, terminum mortis vterius prorogant. Verùm illud animaduertendum est, non omnibus signis, vt nec omnibus diebus, pares esse vires. Quæ enim Hippocrates valde salutaria, & valde lethalia dicere solet, aut in propinquo mortem significare scribit, aut magnam vim habere ad salutem, aut securitatem breuitatemque morbi polliceri, ea in suo genere primùm ordinem tenent. Medio loco sunt, quæ lethalia simpliciter, aut simpliciter salutaria dicuntur. In confinio, quæ per comparisonem protulit, vt cum scribit hoc, vel illud perniciosius esse, aut magis salutare. Ergo si cum lethali illo sputo septimo die sese proferente malum quoque aliud prodierit primi ordinis (vt quod mortis causam includit, nimirum cum morbi magnitudine virium imbecillitatem ad vndecimum diem æger peruenire non poterit, maximèque si illa vno plura fuerint. Et contra, si quædam admodum salutaria appareant, morbus in tertiam septimanam prorogabitur. Quòd si alia lethalia, alia salutaria simul miscantur, aut ea, quæ in vtroque genere plus habent virium cum iis, quæ imbecilliora sunt, aut alio quouis modo: si plura quidem, valentioraque sint bona signa, spes aliqua est ægrum tempus vitæ longius habituram: sin autem contra acciderit, interitum citius. Eadem ratione si senex est, aut imbecillus æger, aut tempus anni, & regio, & aëris constitutio praua, atque distemperata, maturius mortem expectabis. Ex quibus efficitur cum salutaribus signis hoc, quo diximus, modo laborantem seruari vltra decimumquartum: cum lethali bus nono, aut vndecimo interire: cum mediocribus, decimoquarto. Inter quæ plurimùm valere credendum est illam, quæ à viribus sumitur, indicationem.

## XXXVI.

Ἐστὶ δὲ ἀγαθὸν μὴ καὶ τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῖς περὶ πλάσμα, φέρειν ῥηθιδίας ὁ νόσθημα, ὃ ὀδῶν ἢ ἀπὸ ἀλλήλων, ὃ πύλαον ὑπερείως ἀράγειν, ὑπὸ τοῖς στήθεσιν, καὶ ἀδύσσοι, ὃ σάμα ἀπὸ ὀμαλῶς θερμαίνεσθαι, καὶ μαλακὸν εἶναι. καὶ πρὸς τοῖς ὑπὸ τοῖς ἰσθμοῖς, ἰδρῶσιν, ἔρωον διαχώρησιν χρεῖστην γίνεσθαι. καὶ ὃ τὸ ἀσθενεῖα τῶν. Ἐστὶ δὲ μὴ ἐν πάντεσσι προσγένετο τῶν πλάσματι τῶν τὰ χρεῖστημα, σώζοιτ' αὖ. Ἐστὶ δὲ καὶ μὴ τὰ ὃ μὴ, πλείους τῶν ἰδ. εἰώσας τῶν δὲ ἀσθενεῖων σημείων, σωτομώτερον.

*Bonum autem atque salutare tum his, tum aliis omnibus, qui circa pulmonem laborant, facile ferre morbum, sine dolore esse, spiritum educi, bene spirare, non sitire, corpus vniuersum æquabiliter calere, & molle esse: & præterea somnos, sudores, vrinas, alia excrementa probe fieri. At his contraria mala. Si igitur omnia eiusmodi sputo vtiliter superueniant, seruari æger potest. Si verò quadam vtiliter, alia inutiliter, non plures dies, quàm quatuordecim viuet æger. Contrariis verò signis aditis celerius morietur.*

**L**itera Græca aliquot locis intercisâ & corrupta, quæ faciliè è Prognostico restituitur. Quomodo vbi legitur *ὑπνός*. Legendum enim *ὑπνός ἰσοῦτος*, *ἔρον*, *δραχμῶσιν* *χρυσὸν γίνεσθαι*. Et vbi *πλεῖς* *ἐκ* addenda est negatio. Porro hæc sententia non aliud colligit, quàm tres virtutes, quibus regitur corpus, habere salubriter. *δραχμῶσιν* verbum accommodari debet verbo *θερμαίνεσθαι*, & *μαλδακόν*. Est autem *μαλδακόν*, quod neque scabrum, aridumque, neque mollitie diffuens *ἢ ἢ ὑσμῆτι τῶσφ*, hoc est, purulento, & bilioso.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**P**raeter signa in singulis morbis *παθονομῶνικα*, *συμφοροντικα*, *πείθει* *καὶ ἀπειθεία*, & critica, aliud quoque genus refert Hippocrates eorum, quæ vno eodemque tempore & signa sunt, & symptomata: quæque nec iudicationem afferunt, nec æquæ, atque illa, quæ in concoctionibus versantur, fida sunt, nec omnino infida. Sed in hoc genere alia semper bona sunt: alia semper mala. Horum autem accurata obseruatio qui mites, quique maligni morbi sint, declarat. Inter hæc verò alia sunt aspectabilia, hoc est, in toto corpore, maxime verò in facie leguntur. Alia in toto quidem non videntur, postea verò sub aspectum cadunt. Cuiusmodi sunt omnia, quæ ab vrinis, alui excrementis, sputis, sudoribus, sordibus auriis, mucosum sumuntur, & quæ à corpore vel sponte, vel medicamentorum vi extruduntur. Quædam solum audimus, quo in numero sunt dolores, affectus animi, & sensuum. Vt ergo seruetur æger, de quo superiore Aphorismo dictum est, omnia bona signa adesse necesse est, quæ hic recensentur. At si vel vnum malum sit, certa mors esse potest, quæ maturius ne, an ferius occupatura sit, ex multitudine, vel paucitate bonorum, aut malorum iudicatur. Quemadmodum enim ea fors est non modò hominum, sed etiam brutorum ac stirpium, vt multò facilius celeriusque corumpantur, quàm edantur & valeant: sic vel vnum ex multis signum prauum in necando ægro plus virium habet, quàm plura simul bona in eodem liberando: quanquam inter signa graua, ac lethalia multos euadere Hippocrates obseruat in Epidemiis, quibus tria hæc potissimum integra, & inculcata fuerunt, pulsus, respiratio, & appetentia, quod ad salutem magnam vim habere comperiantur, vt Galenus annotat in historia Heropyti. Ceterum hoc loco optima quæque notat, & maxime salutaria, quibus opponit pessima & valde exitiosa, vt media intelligantur. Singularum causarum variis locis huius operis expositæ sunt: ob idque facta fuerit, paucis tantum præcipuas complecti, & omnium morborum communes; in suppuratis tamen maxime obseruandas. Facilitas ergo ferendi morbi, firmitas & robur virium ostendit tum in toto, tum in parte affecta: nec à morbo naturam superari: nec malignam esse materiã, cum inquietationem nullam moueat. Doloris alleuatio deuictam morbificam causam testatur, maxime cum signis costionis, & critica aliqua excretionem. Alioqui in materiæ translatione ad partem sensus expertem, aut in delirio, vel naturæ proxima extinctione lethali signo, aut graui periculo dolor alleuatur. Intensus verò celeritè vires prosternt, vt & vigilia; atque prauos humores & halitus mordaces fouet, & procreat: quoniam tum corporis, tum spirituum motu siccat, humidum resoluit, & inflammat. Facilis expectoratio facultatis animalis integritatem musculorum intercostalium robur, humoris benignitatem, & bronchiorum liberos ductus arguit. Bona verò spiratio cum in omnibus morbis magnam vim habet ad salutem, tum maxime in iis, qui pulmonem ac thoracem occuparunt. Ea impeditur, non tamen densa est, ob dolorem: sublimis euadit ob angustiam: magna & frequens absente *φλόγῳσιν* in thorace, nec actò in angustiam diaphragmate, propter flatuum copiam, vt ab intempestiuè sumpto cibo. Quoties enim minus inspiratur aëris, quàm conueniat, natura sufficit magna, vel frequenti, vel vtraque respiratione. Absentia sitis in febre ardente, extincta in ventriculi ore vi sentiendi, planè lethalis est: còmuni sensu læso, praua: optima, quæ

quæ neque biliosum esse humorem, neque calidum, qui redundat, ostendit: neque humidum putrescere in vêtre, aut pulmone denunciat, quale in hydrope fitim facit: neque pituitã falsam destillare è cerebro, quæ in thoracè irruens pulmonem erodit. In quo etiã obseruandũ, non respondere febrẽ siti, quando in inflammatione iuxta vtriculi os arescit magis os vetriculi, quàm cor exuratur. Et contrã, in nonnullis febribus, vbi venter abundat humiditate, minorẽ esse sitim, quàm pro febris ratione. Totum verò corpus æquè calere, benigni morbi argumentum est, cui nec inflammatio interior, nec virium oppressio, aut extinctio, nec aliquis alius vehemens cordis affectus coniungitur. Totidem enim de causis cor impeditur, quò minus & simul & toti calorem impertiatur. Corpus autem æqualiter molle vtramque duritiem causam, vehementem scilicet refrigerationem ab extinctione caloris, & partium solidarum extremam siccitatem ab incendio febrili abesse declarat, nec vllam febrilem accessiõnem vrgerẽ, in qua durities moderatior esse solet. Contrã verò durities perseverans admodum praua est: perpetua, planè lethalis. Somni suauis & moderati, quique laborem non faciunt, naturam materiæ ac morbo parem esse conuincunt, nec cerebrum vllò halitu acti offendi, nec immodica siccitate arefactum esse, aut vehementer refrigeratum; aut immodico humore imbutum. Ex quo tum phrenitidis & inflammationis interioris tum còmatidis & lethargi suspicio tollitur. Vrinæ substantia, qualitate, & contentis laudabiles partium hepatis, renum, vesicæ sanitatem, vasorumque quatuor humores continentium robur, & virtutis eòsdem generantis integritatẽ demonstrant. Eadem declarant alui laudabilia excrementa in partibus ventris & facultatibus, quæ cibos coquunt, discernunt, ac distribuunt. Sudores boni iudicandis omnibus febribus accommodati sunt, atque vtilis, maxime verò ardentibus. Sed & viscerum interiorum inflammationes feruentes non parum iuuant: & quotidianas febrẽs cum vomitibus ac deiectionibus pituitosis: quartanas cum atris ac variis: semitertianas cum biliosis & pituitosis iudicant. Contraria ex contrariis causis intelliguntur. Horum igitur omnium vires potius, quàm numerum obseruare oportet ad prælagium, atque in morbo periculoso ita inter se conferre, vt si omnia conueniant, seruari possit æger: sin quædam praua accesserint, mortis periculum confirmetur. In magnis enim morbis & suapte natura lethaliibus vnicum ex his signum prauum multis bonis anteponendum est; in mitioribus vnicum bonum multis prauis.

## XXXVII.

*Ὅσα δὲ τῶν ἀλγημάτων ἐν τοῖσι τόποισι τῆσφ μὴ πῶσφται, μήτε πρὸς τὰς ἀναπύσεις, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε καὶ διαίτας, ἐμπύσται.*

*Quicunque dolor in iis sedibus non conquiescit neque expurgatione sputi, neque phlebotomia, neque ratione vitæ, in suppurationem conuertuntur.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M**elius in Prognostico, vbi enumerat præcipua remedia pleuriticorum, & morborum pulmonis, *ἐκκόπρωσιν* & *Φαρμακείας*. Potest igitur & repurgatione sputorum, & phlebotomia, & clysteribus, medicamentisque lenientibus, acrioribus quoque, deinde etiam fotu, litu, cataplasmate, emplastris, cucurbitulis, linctu, aliisque id genus oppugnari morbus, non expugnari, quia materia pertinacius hæret conclusa parte dolente, atque inflammata, quæ tandem vertatur in pus. Id autem in morbo salutari. Nam in lethali mortem anteuertere contingit suppurationem, & hanc quoque sequi.

Omnes



Omnes dolores pectoris ac pulmonis, qui remediis idoneis non cedunt, nec per spura, alui deiectionem, sanguinis detractionem, conuenientem victus rationem & purgationem intra decimum quartum diem, aut vigesimum ad summum finiuntur, si quod aliud malum præterea appareat, antequam ad suppurationem ventum sit, necant: sin nullum perniciosum signum accedat, collecto pure in loco phlegmones vomicas excitant. Est autem decimus quartus dies terminus vtrinque medius tum suppurationis, tum mortis, quemadmodum suppuratio quodammodo media est inter optimam crism, aut phlegmones digestionem, & affectionem insanabilem ac mortiferam: aut quemadmodum febres, quæ per abscessus finiuntur, mediæ sunt inter eas quæ citò definiunt, & eas, quæ ad malas crises conuertuntur. Interior enim tumor, quia tenuiore superficie continetur, & à calore maiore alteratur, partim resoluitur, partim refundit *ἰχώρα*, vnde spura colorantur, nisi sicca sit phlegmone, quæ vel celeriter hominem rapit, vel longo temporis spatio finitur. Nam cum materia discuti, aut repurgari non potest, & salutaris morbus est, ad concoctionem vertitur, & purulentos efficit: haud secus atque in magnis inflammationibus externarum partium, quæ quia resolutione terminari non possunt, suppurationem moliantur. Dispersam enim materiam natura colligit. Ipsa verò acrior reddita viam sibi facit, & à particulis subiectis expellitur, donec in spatium thoracis effundatur. Initio autem suppurationis commissa inter naturam & humorē pugna propter ebullitionem humoris & innati caloris conatum febres augentur per Aphorismum, Dum pus conficitur, dolores & febres fiunt magis, quam facto pure. Præterea suppurans vapor per morsum rigorem concitat, & collecta vomica ponderis cuiusdam sensum representat. Vbi verò materia in cauum thoracis effusa est, orificiis ramorum asperæ arteriæ in tunicam pulmonis dehiscentibus trahitur, atque ita per asperam arteriam transfertur in os, & intra quadraginta dies repurgatur. Alioqui vel ante id tempus iugulat, vel diutius illic persistens pulmones labefaciat ac tabem inuehit. Verum quia viribus opus est, quibus vehementer pulmo ex omni parte à thorace comprimatur, & expectorandi puris gratia tussim excitet, crebrò euenire solet, vt per suppuratos affectus ægri intereat concidentibus tandem viribus, quæ iam antea imbecilliores in maximo & continuo tussendi conatu euaserant. Rarò autè eiusmodi suppurationes apud nos fiunt, quia multo sanguine sæpius detracto, & iis remediis, quæ hoc loco recenset Hippocrates, conuenienter adhibitis prohibentur. Ea autem sunt expectoratorium sponte facta, tum medicamentorum vi adiuta: venæ sectio ad vacuationem, reuulsionem, deriuationem accommodata, præsertim cum partes superiores obfidet inflammatio. Dixit autem numero multitudinis *φλεβοτομίας*, quòd pro varia indicatione remedium hoc præstantissimum repeti interdum debeat, & ex variis locis. Tertia autem est recta victus ratio, in qua explicanda copiosus est Hippocrates primo de diæta in acutis, quòd maximam vim habeat ad salutem, nimirum si initio, & pleuritide adhuc sicca manente, exquisitissima sit, vt inedia, aut solius melicerati vsus. Nam duntaxat pitisanam concedit apparente sputo, & ore humescente, quòd sola ferè inter omnia alimenta sine viscositate sit, celeriter permeet, neque adhæreat, neque in recto thoracis ductu moretur, liquida, sine flatu, facilis admodum coctionis, & propter hordei temperamentum minimè siisera. Præter hæc verò infirmissima cum sit (ait Galenus) modicum corpori præstat alimentum, nec vllam habet qualitatem quæ vel neruos, vel mentem ferire possit, qualis in aceto & vino cernitur. Etenim, inquit Hippocrates, si lateris dolor asiduus est, & ad calidos foci non remittitur, sputumque non procedit, sed extremè citra coctionis spem viscidum sit, nisi quis dolorem vel secta vena, vel alui subductione pro vtriusque exigentia soluerit, pitisanam autem ita affectis dederit, præcipitem ager in mortem. Ad hæc remedia Hippocrates addit ibidem purgationem, præsertim cum dolor in notis costis, &

infra

infra diaphragma magis vrget: in Aphorismis verò in vniuersum aluum mollem esse vult vel natura, vel artificio medici, vt mollibus clysteribus. Nam in astricta aluo perperuò superiores partes implentur, siccantur verò leuanturque molliore ventre. Proinde paulò ante inter signa pleuritidis semper bonam scripsit *κοιλίω μάλα σκεδάει*. Eodem loco de victus ratione in acutis, foci meminit: Celsus cucurbitularū. Vocat autem Hippocrates *ἐμπύημα* peculiariter *τὴν μὲν κερὶ θώρακος* τε καὶ *πνεύμονος* ἐκχυσιν ἢ *πύον*. Communiter enim definiunt *αἷον πύον μὲν ἀεὶ ὄντων ἀπαρῶν*.

## XXXVIII.

Ὅσοις ὁ ἐκ περιπνευμονίας ἀποστάσις παρ' ἑσ, ἢ ἐς τὰ κάτω γίνεται, καὶ ἐκ πυθῶν, καὶ ἐκ στερῶν.

Quibus ex peripneumonia abscessus fiunt ad aures, vel inferas partes, is suppurant, & fistulas trahunt.

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Adendum puto, ὅσοι περιγίνονται, ex Prognostico, id est, atque iis superstes vita est. Nam hic permutatur oratio nondū absoluta verbo *ἐκσυγγενῶν*. Sequiturque alia oratio *περιγίνονται δὲ οἶσιν*, &c. qua oratione Hippocrates in Prognostico describit signa, non quibus superstitem ægrum fore enuncies, sed abscessum præstias ad aures, aut inferas partes. Quod autem *ἐκσυγγενῶν* in fistulas cauantur, id maximè contingit, vbi parum expeditus puris exitus est, & orificium vlcis superiore parte, alueus autem in decliui patet. Ac fistulas, vlcera profunda, angusta, callosa, alij obliqua addunt, quæ vbi in articulos & osseas partes, cartilagineas, neruaceas, parum expositas incidunt, ægerimè curantur.

## DESID. IACOTII COMMENT.

In Prognostico hunc locum ita partitur Hippocrates, vt primū doceat, Si ex peripneumonia abscessus circa aures excitatus est, & in inferiorem partem suppurat, fistulamque gignit, ægrum superstitem futurum. Deinde quomodo illi abscessus præuideri possint, explicat, diuisa rursus in duas partes demonstratione. Quatum priore quidem futurum abscessum ostendit, posteriore verò distinguit supræne thoracem in adenas, qui sub auribus sunt, an sub transuerso septo debeat excitari. Hic verò absolutè peripneumoniæ (quæ est pulmonis inflammatio cum acuta febre, ac spirandi difficultate, cui & angustia, & grauitas coniuncta est, à bile, aut pituitoso humore) solutionem per abscessus exponit, quam nec anacatharsis, nec digestio, nec suppuratio, aut materiæ ad intestina, vel vesicam deriuatio finire potest. Hi autem abscessus, qui peripneumonici sunt, ueniunt, alij sub auribus oriuntur, qui vtiliter suppurant, pure scilicet cocto & naturali, ex quo præter caloris robur significatur periculum abesse refluxus materiæ in cerebrum, aut pulmones. Alij verò in partes thoraci subiectas, & inferas discedunt, ac in fistulam abeunt, quòd longos sinus efficiant, per quos pus vix prodir, id est, vlcus angustū, cauum & sinuosum fistulæ modo. Hac enim perenni effluentia, veluti emissario quodam, non solum pulmonis morbi, sed & alij pleurique tum prohibentur, tum curantur. Quicumque alij abscessus (inquit Hippocrates) vt fistulæ, aliorum medela. Causa vtriusque abscessus, in vniuersum est humorum copia, quæ tota extra corpus propelli non potest. Ob idque à natura agitata in partem aliquam imbecilliolem, ampliolem, motam, aut calentem decumbit, vt in articulos & maxillas. Cur verò sursum, aut deorsum, id ad febris & humoris naturam referendum est. Nam propter calorem multum, magna copia humorum mediocriter crassorum sursum in caput effertur, quam inde fufam maxillarum glandulæ excipiunt: quemadmodum etiam euenire solet, cum è superioribus partibus in inguina & alas quidpiam descendit. In humoribus autem frigidioribus, aut febribus omnibus, quæ ex lassitudine ortum habent, quia peculiarem

6. Epid. sect. 3

de humo. 2. 2.  
2. Prog.

culiarem quendam calorem in articulis excitatum continent, ad articulos potius abscessus fiunt, quippe qui plus æquo laborauerint. Cæterum abscessus in partibus superioribus vltimum difficilius sunt, quia ex illis locis, cum eodem affectu laborant, maius impendet periculum, quam ab inferioribus. Proinde Hippocrates frequenter scribit, abscessus, qui in partes infra umbilicum decumbunt, bonos esse: imò verò, qui per vehementes & periculosas peripneumonias in crura erumpunt, sputo etiam non probè procedente, nec bonis vrinis, viles omnes haberi, quia hominem à periculo suffocationis eximunt, licet inde periculum sit, ne vel articulus claudicet, vel plurimum negotij faceat. Contra, qui supra oriuntur, non bonos esse affirmat: malitiã tamen ipsorum imminui docet, si forte suppurauerint. Atque idem intelligit hoc loco. Nam cum pulmonis inflammatio vel morbi alterius successione, vt pleuritis & anginã, oriatur, vel à fluxione è cerebro, vel primigenio affectu, sanguine è dextro cordis sinu per venam arterialem in pulmones irruente, causam habet frequentissimè quidem pituitam, quòd vt membranæ propter densitatem sanguini bilioso magis patent, sic pulmonis laxa substantia pituoso: interdum tamen & bilem, licet ad elabendum faciliorem, ex qua erysipelas toto viscere effusum nascitur cum intolerabili incendio, sed angustia grauitatisque sensu minore, quam in phlegmone cedematode. Hęc igitur pulmonis species celerrimè indicatur ad salutem, vel mortem propter bilem, quæ cordi vicina & aduersissima diu sustineri non potest. Illa verò à pituitoso sanguine, quem pulmo cum cerebro facilius ac diutius continet, biliosa quidem salubrior est, diuturnior tamen multò: eoque fit, vt sæpe per abscessus iudicetur, quoties nimirum morbus coctu difficilis est, nec tamen cum signis lethaliibus coniunctus. Verùm in eo abscessu, qui circa aures excitabitur, Hippocrates suppurationem requirit. In altero fistulosum vlcus metuit, quia articulus, in quem humor decumbit, curatu prorsus difficilis est, & ex eo sæpe homo claudicat. Vtroque tamen modo æger liberatur periculo, quod peripneumonia minabatur.

XXXIX.

περιγίνονται ὅ, οἷον ἀνὸ τε πυρετός, καὶ ὁ πόνος παρακολυθῆ, καὶ ὁ πύλαον χωρὴν καὶ λόγον. μηδὲ χυλῶδες αἰ διαχωρήσεις, ἀλλοίωτε καὶ ἀκρῆλοι γίνονται, μηδὲ οὖρον παχύτε σφοδρὰ, καὶ πολλὰ ὑποστασιν ἔχον, ἴτε ἄλλα σώτηρίας ἔχουσιν.

*Superfunt autem, quibus neque febris, neque dolor conquiescit, et sputum prodit pro ratione, neque alui excrementa biliosa, soluta, meraca exeunt, nec vrina crassam admodum multamque habet subsidentiam, aliaque signa sese offerunt salutaria.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Non περιγίνονται, sed γίνονται legendum puto, & s negatio addenda est verbo καὶ λόγον: vox σφοδρὰ vocibus παχὺ & πολλὰ accommodanda. Φλεγμονῶν dicit, quod in Prognostico φλέγμα appellat, quo nomine vehementis calor intelligitur. λεπρὸν molle & alieno rumore carens. Notat igitur indicia primùm quidem abscessus, deinde particulatim eius, qui ad inferas sedes, & qui in glandulis ad aures. Commune hoc est, si neque excretio, neque concoctio, & salutaris morbus est, suppuratio expectari debet, quòd magis particulariter explicat, non prodeuntibus sputis, vt oportet, non concoctis vrinis. Præterea & febris detinet non sublata causa. Dolor eadem ratione manet, atq; vtrunque inualefcere contingit, quo tempore pus à natura conficitur. μηδὲ χυλῶδες. Hoc Galenus dici putat, quia si eiusmodi deiectiones iam biliosum morbum ostendunt, qui non trahitur diutius, neque abscessu terminatur, sed breuius excretionem. Morbum enim, qui abscessu soluitur, vel sola concoctione, materiam habere crudam, crassamque necesse est, esseque salutarem, aut certè in magna spe salutis. ἀλλοίωσι.

Alij

Alij legunt ἀλλὰ ἐνλυθὶ καὶ ἀκρῆλοι, & ἐνλυθὶ iis dicuntur αἰ συμμέτρως παρεχομέναι, quæ mediocri profluuiio vacuantur, ἀκρῆλοι ὑδατῶδες, καὶ μὴ συμμιγνυμένοι. Atqui ἀλλὰ vocem non interponūt, ἐνλυθὶς, immoderatas & solutas ad copiam referunt: ἀκρῆτους ad meracam bilem. His itaque profluentibus tum ex natura morbitum quia soluitur morbus excretionem, abscessus non est expectandus. μήτε ἄρον. Sic enim coctio indicatur. Hanc vrinam prohibere abscessum scripsit in Aphorismis. καὶ τε ἀλλὰ σώτηρια. Nam in lethali morbo victa natura nihil mouet. Et tum si quid mouetur, perniciosum esse solet, parotides, abscessus in cruribus, excretiones.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

Cum duæ sint peripneumoniae species, vt superiore Aphorismo dictum est, alteram à bile per abscessus non iudicari docet: alteram à pituitoso sanguine, interdum, non semper. Nam cum morbi omnes vel concocti faciles sint, vel perniciosi, vel coctu quidem diffciles, non tamen perniciosi, in primo ordine quidem per excretionem iudicantur, aut sensim coctione sine vehementi natura certamine dissoluuntur. In secundo nullus abscessus vnquam bonus esse potest. In tertio ad salutem apparet. Præterea aliàs dictum est calidiores, tenuioresque corporis humores ad vacationem esse quam aptissimos: crudos autem, & crassos naturam vel per abscessum, vel per concoctionem curare, solitam. Nam crudi crassique humores, nec tamen lethales si diutius trahant, abscessus committunt, nisi prius per concoctionem, quam συμπίπτει dicunt soluantur. Est autem concoctio vacuatio quadam, quæ vt plurimum per vrinas, rarius autem per alium succedit. Horum igitur omnium signa congerit hoc loco, vt intelligatur, quando in pulmonia futurus sit abscessus. In quo hoc caput est, illam neque biliosam esse oportere, neque lethalem, sed mediam inter facilem & perniciosam, simulque diuturnam. Attendere ergo ad id primùm conuenit, si febris diutius persistit, neque dolor finitur, id est, grauitatis sensus, & angustia. Licet enim pulmo sensus sit expers, tumens tamen sentientem membranam, qua obuoluitur, deprimit, & grauantem dolorem mouet, potissimum extremis partibus, quibus pectori & spinæ alligatur. Tantò autem maior est peripneumonia, quam pleuritis in thorace angustia, quantò pulmo inflammatus magis arctat bronchia aëris conceptacula, quam pleura. Hoc igitur dolore cum febre placidè perseuerante, vt integrum nunquam corpus dimittat, abscessus spes aliqua iamiam elucere incipit. Hic enim si plane cessaret, vtiq; abscessu non esset opus. Si verò celeri motu, & symptomatum vehementia vrgeret, ad crisim potius per excretionem conuerteretur. Alterum signum est, si sputum pro ratione non editur (sic enim legendum esse constat ex Prognostico) id est, si crudum, aut non facile, aut tardius prodit. Pulmo enim inflammatus propter laxitatem semper remittit aliquid contenti humoris: in pleuritide non semper, propter crudi humoris contumaciam, vel affecti loci distantiam, quia ab externis musculis affectis humor ad pleuram non permeat, à pulmone tamen sputum non expectoratur καὶ λόγον, quando neque febrim, neque dolorem sedat. Tertium deinde subiicit, si aluus biliosa, soluta, meraca non reddit. In morbis enim biliosis non nasci abscessus antè demonstratum est: soluta aluus crisim per vacationem potius, quam per abscessum expectandam demonstrat. Meraca verò sunt, quæ vel naturaliter priuantur ob incendium febris: vel alteri humori impermixta cernuntur, vt aquosa sine bile. Priore modo non potest vllus abscessus bonus exoriri. Posteriore cruditas indicatur, quæ longo tempore eget ad coctionem, & abscessus spem affert. Ob idque duobus modis sententiam legi docet Galenus. Vno quidem in hunc sensum, Neque biliosa fuerint alui deiectiones, neque soluta: altero verò, Neque biliosa fuerint alui deiectiones, sed soluta: atque syncera. Vtranque autem lectionem veram esse constat. Nam prior abscessus futuros negat, vbi humores profluuiio alui vacuantur; fitque ad intestina deriuatio. Posterior abscessus pollicetur, cum humores aquosi fuerint, nec cum bile permixti.

SS

quales longo temporis spatio egent ad coctionem. Etenim vox *εὐλοβία* tum ad copiam humorum, tum ad excretionis modum referri potest, sicuti *ἀκρηπία* & ad bilem sinceram, & ad aquosam, crudam, & impermixtam humiditatem. Quartum signum est, vrina copiosa, & quæ multa habet subsidentia. At in qua multa subsidunt, naturali utique crassior est. Itaque copia cum crassitie concoctionis testimonium affert: multa verò subsidentia expurgationis, quæ materiam & occasionem abscessus præripit, ac per dies aliquot perseverans morbum solvit paulatim excreto humore: per Aphorismum, Vbi spes est ad articulos abscessum iri, abscessu liberat vrina multa, crassa, & alba reddita, qualis in laboriosis febribus quarto die fieri incipit. Ex quibus illud etiam intelligitur, quinque modis pneumonia finiri: strangulatu ac morte per suppressionem sputi, coctione, qui modus tutissimus est ac perfectissimus: suppuratione, ex qua empyema, aut suffocatio, aut tabes: crisi, aut deriuatione, & expurgatione humoris per vesicam, vel alium: abscessu pone aures, aut in cruribus.

X L.

*γίνοντο δὲ αἱ μὲν ἐς τὰ κάτω, οἷσιν ἐν περιὶ ὑποχόνδρια φλεγμονὴ γίνηται. αἱ δὲ ἐς τὰ ἄνω, οἷσιν ἐν ὑποχόνδριον λαπαρόν τε καὶ ἀνώδιον ἢ δυνάστοι δὲ τινὰ ἄλλον γομφίον, πάλιν αὐτῶν χωρὶς ἀποφάσιος.*

*Sed abscessus quidem fiunt hi, in partibus inferioribus, quibus circa hypochondria calor vehemens movetur. In superioribus vero, quibus hypochondrium molle & indolens fuerit, difficilisque spiritus ad tempus citra causam evidentem acquiescit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**igna, quibus distinguas, an abscessus in superioribus partibus, an inferioribus. Cõversa ergo deorsum materia è thorace per hypochondria phlegmonè mouet: quomodo hinc per thoracem difficultatè spiritus. *φλεγμονὴ* autè dicit, quod *φλέγμα* in Prognostico. *φλέγμα* verò in Prognostico è *μόνον τὸν χυμὸν τῶν ἐν ἰσθμῶν καὶ ὑπὸ χόνδριον, ἀλλὰ καὶ τὴν φλόγωσιν ἀπὸ τοῦ φλέγιον πυρῶδες τὸ ἀνώδιον φλέγειν*, ignem quoque vrere natum est. *ἐς δὲ τὰ ἄνω*, hoc est, ad aures. Vocat autem *λαπαρόν*, molle, vacuum, hoc est, sine tumore & tensione. *λαπαρά* verò illa & intercostalia, tertio de articulis. *δυνάστοι*, quo tempore materia sursum movetur, obiter infert difficultatem spiritus, quæ sine causa euidente cessat, hoc est, sine ope medica, aut notabili vacuatione.

in Exegesi.

DESID. IACOTII COMMENT.

**V**bi per signa superiore Aphorismo explicata abscessum futurum esse contiterit, proximum est distinguere, suprâne thoracem in glandulas sub auri- bus, an sub transuerso septo, quod cum hepate superiores partes ab inferioribus diuidit, debeant excitari. Eius prænotionis signa sumuntur, potissimum à natura febris, ægri, & humorum, deinde ab his symptomatis, quæ partibus superueniunt, per quas humores repunt. In febribus enim multum diuturnis tum propter frigiditatem crassitiemque humoris, tum naturæ imbecillitatem longo iam spatio fatigatæ in inferioribus partibus oriuntur: in acutioribus verò iuxta aures. Idem iudicium de ægris. Nam temperamento, aut vitæ instituto calidis sursum magis, quàm deorsum fit impetus: frigidioribus contrà, in quibus humor crassior, caliditas minor, & virtus imbecillior. Præterea calidiorem materiam, aut permixtam calidæ natura sursum mouet: minus calidam deorsum pellit. Vbi verò omnia medio quodam modo se habent, abscessus indifferentes committuntur, in quibus ex tempore coniectura esse non potest, sursumne an deorsum potius erumpent,

pent, sed ex aliis signis id oportet diiudicare, qualia sunt, Calor aliquis in hypochondriis apertè excitatus, & oborta repente in his affectibus spirandi difficultas sine vilo æstu, dolore, aut tumore hypochondriorum. Nam cum necesse sit eas partes offendi, quæ subitum abeuntium humorum impetum excipiunt, siquidem à pulmone in crura illi discedant, hypochondria, quæ in medio occurrunt, afficiuntur, & inualefcunt, vel erysipelate, aut propriè dicta phlegmone cortimpientur, siue per venam magnam humores descendant, siue per arteriam læuam & sinistram cordis ventriculum (à quo propter vitalis facultatis robur, cordis motum, & venarum capacitatem celerrimè depelluntur) siue denique per cæca quædam spiracula. Ac tum perspicuum est spirationis quoque difficultatem imminui, liberato thorace copia, qua veluti onere premebatur. Præterea non nisi, cum humores quasi in itinere restitant, in hypochondriis tumorem oboriri, eumque esse, vel erysipelas cum æstu, ac dolore sine tumore: vel propriè dictam phlegmonem cum dolore, tumore, ac renixu: vel phlegmonè œdematosam cum tumore sine magno dolore. Sin autem inde quoque eisdem humores ad partes inferas detrudi & compingi cõtigerit, vt ferè fit facultatis nobilium partium robore, tum hi per venâ cauam & ipsius ramos in crura abscedunt, hypochondriorum dolore, aut tumore interea sedato. Quomodo Hippocrates scribit Herophonti prægressis lethalius signis, vt nigris vrinis, biliosarum deiectionum suppressione, indeque ob factum in caput impetum, surditate ac delirio, lienem quinto die intumuisse, remeantibus humoribus à partibus superioribus ad inferas per medium hypochondrium. Octauo verò lienis quidem tumorem deletum fuisse, in-guina tamen sinistra parte, quæ lieni è directo respondet, doluisse, atque inde in vtramque tibiã dolores commigrasse, fluxione videlicet ex hypochondriis ad partes inferiores sensim transeunte. Quo humorum secessu ægrum restitutum esse consentaneum est, propter abscessuum naturam, quos omnes in partibus inferioribus viles esse diximus. Si verò contrà acciderit, vt hypochondria videlicet gracilia, mollia, ac doloris expertia sint, spirandi autem difficultas repente oboritur, rursusque subito conquiescat, atque vt cœpit, sic etiam sine euidenti causa desinat, vt sine copiosa excretionis sputi, vel vrinarum, vel sanguinis è naribus, vel excrementorum alui, humores in caput reperere certum est, ac parotidas veluti in prociñctu stare. Galenus tertio de crisi adicit, quiescente illa difficultate spirandi mox accedere capitis grauitatem, dolorem, coma, & surditatem. Et contrà, post hypochondrij æstum, ac tumorem, in aliqua partium inferiorum vel grauitatem, vel tensionem, vel inflammationem exoriri. Hippocrates verò in libello de humoribus horum abscessuum distinctionem repetit à calore, vel frigore pedum. Nam si pedes calidi sint, abscessum ad partes inferas denunciant, quia humorum copia deorsum fertur, ac locum illum calore perfundit: sin verò frigidi, ad superas partes, quod tum omnia sursum in caput tendant, indeque partes extimæ, præsertim verò pedes, refrigerentur. Quod signum in *μεπισείσιος* ad caput metu diligentissimè obseruandum est. Neque verò hæc ita accipienda sunt, quasi in sola peripneumonia locum habeant, cum in omnibus morbis vera sint. Sed hoc est Hippocratis artificium, vt vno veluti exemplo proposito, quod manifestissimum sit, vniuersale theorema includat, atque idem in similibus omnibus intelligi velit. Spatium autem temporis, quo migratio illa absolui solet, plerunque vno die, interdum etiam tardius, aut celerius definitur: quo tempore æger melius habere putatur delecto priore morbo.

X L I.

*Αἱ δὲ ἐς τὰ σκέλεα τῶν πορφασίων, ἐν τῇ ἐπικινδύοις περιπλάθεισιν, λυσιτέρες μὲν πασαι. βέλυσται δὲ αἱ τῆς πύελος πυώδους ἀπὸ τῆς ἀμύξης γομφίου. μὴ χωρόσιος δὲ τῆς πύελος καὶ λόγον, μηδὲ ἄρα χρεστήν ὑπόστασιν ἐχούσιος, κινδύωσ κωλοθήνηται τὸ ἀνθρώπων, ἢ καὶ πολλὰ ἀρήγματὰ ἀποραχέιν.*

*At qua causa in crura conuertuntur, in periculosa peripneumonia viiles omnes sunt. Optima vero purulento sputo, loco flauo procedente. At non procedente sputo iusta ratione, neque vrinam optimam subsidentiam habente, periculum est ne homo claudicet, & in multam difficultatem incidat.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**L**egendum puto ἀπεστίον, non πρὸ φασίον ex Pronostico. Ceterum ut in morbis excretiones fiunt modò crudo morbo, modò cocto, ita abscessus. Sed difficilia sunt omnia, quæ crudo morbo accidunt. Abscessus igitur in crura, qua ratione deorsum longissimè à morbo & partibus nobilibus fiunt, laudantur: sed multò magis, si coctione iam apparente. Propterea βέλυσ, vbi πνώδες πύελον, hoc est, coctum, crassum videlicet, album, & leniter viscidum; quod πνώδες interdum appellat, non quia purulentum, sed quia simile puri laudabili appareat. Sic enim in Prognostico μετεβολὴ πύελου Galenus interpretatur, quantum & propriè πνώδες hic & in Prognostico exponi potest.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**ui morbi abscessus committant posito ex peripneumonia exemplo, & sursumne, an deorsum potius erumpent, ostensum est hæcenus. Hic bonorum abscessuum notas complectitur eodem peripneumonia exemplo vsus. Fiunt autem morborum vicissitudines tum ad perniciem, tum ad indicationem pro morborum & locorum affectorum differentia. Nam quæ in morbos leuior, partisque ignobiliores transeunt, ea meritò salutaria censentur: quæ verò in grauioribus affectibus, ac loca præstantiora, perniciofa. Eadem est abscessuum ratio. Meliores enim sunt, qui per effluxum, quam qui per decubitum accedunt. Atque ex his omnium optimi iudicantur, qui longissimè ab affecto loco, & in partes ignobiliores erumpunt: contrarij verò, mali. Ob idque triplicem bonorum abscessuum ordinem complexus est hæc sententia. Primò enim in ordine eos collocat, quibus hæc duo insunt, ut & deorsum ac longissimè à loco primigenio affectu laborante discedant: & cum signis alicuius concoctionis moueantur, tum vniuersalis in yrinis, tum particulis in excrementis loci affecti propriis, ut si ante peripneumonicum abscessum sputum mutationem iam acceperit à flauo in purulentum, & copiosè ac faciliè expectorari cœperit. Coctiones enim iudicij celeritatem, & salutis securitatè pollicentur. Medio loco sunt abscessus, qui signa quidem particularis coctionis referunt, vniuersalis verò minimè, quia pars crassior, quæ transponitur, in yenis crudam manet, quanquam plerunque interficiant, maximè si in partibus superioribus oriantur, quomodo Hippocrates scribit, Ancillam pictoris suppuratis Parotidibus interiisse. Omnium leuissimi neutram concoctionem habent, sed tamen ad inferiores partes erumpunt. Ex his ergo Hippocrates in Peripneumonia primum genus maximè laudat, sed & secundum, & tertium non inutile scribit esse, licet multum faceffat negotij. Qui enim in cruribus oriuntur cum sputi mutatione, & facili largaque vacuatione, quæ est concoctionis argumentum, valetudinem minimè dubiam afferunt, & citra dolorem celeritè euanescent, præsertim si cum his vrinæ non malæ accefferunt. In quibus verò sputum non probè reicitur, & quod malignius adhuc est, cruditas perseverat, vnam tantum bonitatis notam agnoscit, quia maximè deorsum & quàm longissimè à foco morbi discedunt. Proinde ex his grauiorum symptomatum remissio insequitur, ægerque suffocationis periculo vindicatur. Attamen articulus, in quem humor procubuit, curatu prorsus difficilem abscessum sustinebit, & ex eo fortè homo ipse interdum claudicabit, tum propter articulorum peculiarem laxitatem, & motum, quæ fluxionem crudam trahunt, & excipiunt: tum propter irruentis materię corruptionem & copiam, quæ frigidior loco inclusa vinci à calore

i. Epid.

lore non potest. Quibus addere oportet temporis diurnitatem, in quo pars ante labefactatur, quam ad concoctionem ventum sit. Hippocrates verò cruditatis duo signa refert, sputum videlicet non probè extusum, nec bona esse, quæ in yrimis subsident; quibus perspicuum fiat non solum à pulmone, sed etiam à toto corpore materiam crudam in articulos deriuari, quod claudicationis, & vlcis sinuosi periculum auget. Vnum autem coctionis signum posuit, quia rarissimè euenit, ut coctio in parte appareat, manente in toto cruditate: quam & hoc interdum fieri expertus fuerat. Præterea praua sputa describens, non dixit cruda esse, etiam si illa concoctis opponerentur, sed tantum, non probè reici. Quod enim probè reicitur, coctum etiam quodammodo esse oportet: non contra. Siue enim crudum sputum sit, siue coctum, interdum non bene expurgatur, ob imbecillitatem facultatis thoracem mouentis, vel ob crassitatem, lentorem, aut tenuitatem sputi: vel ob vtranque causam. Quare illud, sputum non ritè exclusi, satis magnum est, maligni morbi argumentum, quodque per se hominem sæpius interficit. Est autem horum abscessuum causa multiplex. Nam materia trahitur, aut propter calorem, aut propter imbecillitatem, aut propter dolorem. Articulorum verò amplitudo irruentes fluxiones faciliè excipit.

## XII.

ἢν ὁ παλινδρομῶσιν αἰ ἀποστῆσιν, πυρρὸς παρακαλοῦσθαι τὸς, καὶ τὸ πύελος μὴ χαρῆνός, κινδυνὸς θάμειν καὶ παραφρονησαι.

*Si verò recurrat abscessus, & consequatur febris, neque repurgetur sputum, periculum mortis imminet atque delirij.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Π**αλινδρομῶσιν dicit communius, quod vel ἀφανιθῆναι, vel πάλιν εἶναι supponit. Ac πάλιν εἶναι quidem generalius dicitur morbus, vbi vel paulatim aboletur, vel repente euanescit. At ἀφανιθῆναι, quod breui momento disparat. πάλινδρομῶσιν verò propriè, quum in eum locum recurrit materia, vnde secesserat: communiter, quum idem morbus, qui ante fuit, idem repetit, quod est ἀποστῆσθαι. Itaque resoluta materia, vel aliò translata abscessus aboletur. Resoluitur autem celerius laxiore parte atque rariore, tenuiore & calidior materia, æstuantem coelo, firmissima ægri virtute: tardius in contraria conditione. Transfertur autem in alium locum interdum robore naturæ, quod est salutare: ac tum ferè deorsum in partes ignobiles conuertitur. Nonnunquam vi morbi, qui malignus est: ac tum metus est, ut ne principes partes occupet exitio ægri. Quod si exclusa materia è parte principe in eandem recurrat, quod παλινδρομῶσιν dicit, id admodum periculosum, ut materia peripneumoniae recurrente. Ac tum consequitur febris ac delirium, quod faciliè sequitur pulmonis inflammationes, ut & spiratio difficilis. Vbi ergo febris, delirium, difficilis spiritus, constat materiam in locum principem secessisse, atque ea è profundo commoueri.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**T**umores præter naturam ἀφαιδρωμαί dicitur Galeno, qui ὅσπερ πύελος καὶ οἶον ἐφαίφρησιν, protinus & quasi derepente euanescent. πάλιν εἶναι verò idem est, quod finitum esse, quouis modo id contigerit. Duobus autem modis tumor repente subsidit, ac detumescit: aut quia celeriter resoluitur, ut cum resolutionis per halitum causæ omnes simul concurrunt, humoris videlicet tenuitas, partis raritas, circumfusi ægris calor, admoti medicamenti potentia, & caloris natui robur: aut quia humor tumorem efficiens ad partes interiores refluit. Illud facile ex eo noscitur, quod symptomata omnia prorsus discutiantur, nec vlla alia in toto corpore superueniant. Hoc verò, quia licet paulisper alleuari æger videatur,

mox tamen affectus acerbioris notæ sese proferunt, quem humores recessu suo in principibus partibus concitant. Proinde in Prognostico vtrumque dixit Hippocrates, ἀφαιρέσει, καὶ πάλιν εὐνοήσει, id est, subsidunt, & intro reuertuntur: quanquam πάλιν εὐνοήσει proprie dicuntur, quando refluunt in eadem loca, vnde venerant. Præterea interdum refluunt humores propter copiam, neque tamen subito tumor aboletur. Verum verò in easdem partes sese receperint, an in alias, quæ imo in corpore habentur, ex aliis signis distinguendum. Nam symptomata superueniunt, partibus, quæ refluxum excipiunt, aut quæ in transitu afficiuntur, peculiaria. Id autem Hippocrates nunc demonstrat in abscessibus, qui ad crura erumpunt, aut sub auribus, per vehementes peripneumonias. Etenim si quæ abscessere, subsidunt per πάλιν εὐνοήσει, febris vel augetur, vel eadem perseverat, sputum supprimitur, & siquidem in pulmones reuersio facta sit, difficilis admodum spiratio euadit. Itaque ex his constat non solum fluxionem finitam non esse, sed etiam totam in pulmones sese recepisse. Nam si per halitum resolutus esset tumor, febris quoque defuisset, & facilius expuerent. Quod quàm prauum sit, grauissimorum affectuum euentus satis declarat. Etenim & deliria inuadunt propter calorem ac fuliginis copiam, aut cerebri sympathiam cum affecto pulmone: & ægri spiritum difficulter trahentes, moriuntur, maximè cum parotides euauerint febre manente, ex quibus angina quoque, vel cataphora, vel strangulatus insequi solet. Signa itaque τῆς πάλιν εὐνοήσεως sunt hæc, subita doloris vel tumoris occultatio: febris vel aucta, vel eadem manens: humor nec concoctus, nec exclusus: & acerbiorum symptomatum successio. Causæ verò in vniuersum externæ quidem, astringentium medicamentorum admotio, & refrigerantis aëris occurfus, vt si aëri exponatur, qui exanthematis scater: internæ verò, extremus partis affectus conatus ob acrem irritationem, pars princeps condolens, ad quam natura conuertit sanguinis impetum prauus referentur humoribus, dum subuenire conatur: & humoris ferocissimi copia, aut deleteria qualitas, quæ loco contineri non potest. Haud secus atque in sanis humores se ad intimas corporis partes conuertunt propter frigus, aut rigorem, aut aliquam animi perturbationem, vt tumorem, magnam tristitiam, aut pudoris initium. Idem scribitur in Aphorismis de tumoribus, qui cum vlcere coniunguntur. Quibus (inquit) cum vlcere tumoribus sunt conspicui, ij non admodum conuelluntur, nec infaniunt. Quibus verò repente euauerint, si quidem id postica parte factum sit, conuulsiones & tetani accidunt: si verò à fronte, infania, lateris dolor acutus, empyema, & dysenteria, si rubicundi fuerint tumores. Ex quibus intelligitur omnem abscessum derumescere aliter, quàm resolutione, prauum esse, nisi ἢ μεταδίσει, humores vacuentur, & per diarrhoeam, aut vrinas.

X L I I I.

Οἱ δὲ τῶν περιπνευμονικῶν μὴ ἀμείψασθαι ἐν τῇ κελύκῃ ἡμῶν ῥησιν, ἀλλὰ παρακωλύσεις διέφυγον τὰς τεσσαρεσθίδεκα, κίνδυνος ἐμπύους γένεσθαι.

*Quicumque verò pulmonarij non repurgantur criticis diebus, sed ubi delirauerint, decimumquartum effugerint diem, periculum est, vt ne purulenti fiant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**ecimusquartus ferè constituitur, intra quem oporteat & pulmonarios, & pleuriticos repurgari, quod ἀνακαθάρσει dicere consuevit. ἀνακαθάρσεις enim

enim ἀνακαθάρσεις dicuntur sæpius ab Hippocrate. Atque repurgationi dies critici destinati, quibus naturæ motus viget. Si ergo inclusa materia & putris non expurgatur, magis putrefcit, atque incalescit, vnde exhalationum & vaporum vberior proeuentus cerebrum appetit & delirium mouet. At natura quia expurgare non potest neque excoquere, in pus conuertit, quanquam suppurationis concoctio quædam est. Hæc eadem de pleuriticis prius dixit, quæ in Aphorismis quoque scripta sunt.

D. E. S. I. D. IACOBI COMMENT.

**A** Nacatharsi in pleuritide Hippocrates decimumquartum diem præscribit, quo transacto, & præterito vomica colligitur, fitque ῥήσις, qua pus ad capacitatem thoracis effunditur. Idem de peripneumonia iudicium. Siquidem materia tenui existente, calore valido, & poris laxioribus ichores primùm e phlegmone exudant, deinde paulatim cocta reliqua materia sputum optimè coloratum prodit sine suppuratione. Vbi verò hæc absunt, aut humor crassior, viscosior, vel copiosior anacatharsi non cedit, intus conclusus colligitur, & sanem creat, donec suppuratione absoluta, purulenti fiant. Tempus repurgationis esse vult criticis diebus ad decimumquartum vsque: suppurationis signum, delirium à decimoquarto. Ac iure sanè criticos dies scripsit, non solum quia certiora ac firmitiora sunt, quæ in illos dies incidunt, sed quia peripneumonici inter tussendum semper remittunt aliquid contenti humoris propter visceris affecti laxitatem, cui fidendum non est, nisi sputi mutatio, & facilis largaque vacuatio, quæ sunt concoctionis indicia, criticis diebus accedant. In pleuritide aliter habet. Siquidem non semper ægri expuunt, propter humoris contumaciam, vel facultatis imbecillitatem, vel locum affectum, à quo non facile humor interiorum permeat, vt qui in musculis continetur: tamen in hoc quoque insignes mutationes diebus criticis & fieri soleant, & quàm diligentissimè obseruari debeant ad certioram præcognitionem. Præterea illud quoque, ἀφαιρέσει τὰς τεσσαρεσθίδεκα, perinde est, ac si diceret, in illo spatio attendendum esse diligenter, num symptomata augeantur, aut eadem maneat, aut minuantur. Etenim aucta suppurationis coniecturam afferunt, quia commissa inter naturam & humorem pugna, dolores & febres fiunt magis, quàm confecto pure, aut tumore ad resolutionem tendente. Præterea in ipsa veluti humoris ebullitione, & innati caloris summo conatu delirium fieri rationi videtur consentaneum: cum id vnum ex illis sit, quæ sic affecto pulmone accidere consueuerunt, propter cerebri vicini sympathiam, fuliginis copiam, & caloris extranei incendium vi inflammationis, angustia, & cordis vicini excitationum. Tanto enim in peripneumonia, quàm in pleuritide, maior thoracis angustia percipitur, quantò pulmo phlegmone abscessus artius comprimit bronchia, quàm pleura. Ob quam etiam causam & sputa expumant, & rubent genæ magis, quàm per alios quosuis thoracis morbos, in quibus neque tam calidi ac feruidi halitus sursum efferuntur, neque spiratio æquè impedita est: præsertim cum in hoc affectu, si manum ori admoucas, calidum efflari spiritum, manifestum sit, maximè in ipso suppurationis tractu, aut in phlegmone erysipelatoide. Delirium autem circa decimumquartum accedens, suppurationis, non erysipelatis argumentum est, quo absente natura nondum certamen instituit cum morbo: remisso verò, vel tumor resolutus est, vel suppuratione absoluta. Sed & phrenitim interdum superuenire scripsit Hippocrates in eo Aphorismo, A peripneumonia phrenitis, malum. Quod contingere solet, cum à calido humore morbus duxit originem. Is enim multo halitu putri & acri cerebrum implet, & calefacit. Vbi verò illud incaluit, non solum recipit, sed & attrahit, ex quo phrenitis. Suppuratione autem facta peripneumonici lenta, continua tamen febre, qualis tabidorum est, laborant. Quanquam sæpius ante suppurationem tussi, spirandi difficultate, angustia, & concidente virium robore ægri præfocantur.



τῶν περιπνευμονιῶν αἰεὶ ἐν πλωρητικῇ μετέσσει, τῶν ἐξ ἀρχῆς γινόμε-  
νων ἀσφαλτέστερα.

*Qua peripneumonia ex transmutatione pleuritidis sunt, minus  
periculosa, quam qua ab initio sunt.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**otat duplicem peripneumoniam, quæ ἐξ ἀρχῆς, hoc est, nullo antegresso morbo, & quæ ἤϊ μετέσει. Est autem μετέσει proprie, quando alio morbo quiescente translata aliò materia nouum morbum excitat, vt hoc fortasse loco, nisi communius dicat μετέσει. At periculosiorem facit, quæ initio, minus periculosa, quæ è pleuritide, quod distingui oportet. Potest enim pleuritide manente superuenire peripneumonia, quod ἐπιγίνεμα vocant, quia maligno morbo etiamdum seuiente, nouus malusque morbus superuenit, quod in Aphorismis damnatur. Potest & cessante pleuritide peripneumonia superuenire translata è latere in pulmones materia, quod deterius esset, quam si è peripneumonia pleuritis fiat. Pulmo enim latere nobilior. Sed cur ea peripneumonia minus periculosa, parum constat, quum incidat iam vexatis viribus & coacta respiratione per antecedentem pleuritidem inde lassato infirmoque pulmone. At vult fortasse obiter inflammationem pulmonis temporariam moueri, dum translata è latere materia in pulmones vt repurgetur, excipitur.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**P**eripneumoniae ortus triplex est. Interdum enim statim inuadit nullo antecedente affectu, sed sanguinis biliosi ac tenuis collectione per totum visceris corpus, qui è dextro cordis sinu continuo affluit per venam arteriosam. Interdum etiam à destillatione è cerebro confertim in pulmones illapsa ortum habet, quam pulmo tum propter laxitatem, tum propter trium facultatum imbecillitatem facillime excipit. Sæpius verò aliis morbis succedit, vt pleuritidi, anginæ, asthma, dum è faucibus, aut è latere humor repente fertur in pulmones. Hæc autem permutatio in vniuersum duplex est, μετέσει siue μετέσσεισις, in qua priore morbo cessante nouus oboritur: & ἐπιγίνεμα, cum ad morbum morbus accedit: de quo ita aliquando scripsit Hippocrates, Siqua mala supra mala necessarid euenerint, eius rei causam qui ignorant, medicum arguunt. Peripneumonia ergo pleuritidi vel superuenit, vel succedit, idque multò frequentius, quam pleuritis peripneumoniae, quia in facili peripneumonia humor ante expurgatur, quam in latus diffundi queat: in vehementi verò prius ægrum suffocat, quam costæ vnâ afficiantur. At in pleuritide humoris ferocis materia, quæ costis contineri nequit, facillè pulmoni communicatur, aut tanquam ab ignobiliore parte ad nobiliorem & magis principem transfertur. Vtrumuis acciderit, ingens malum est: duabus potissimum de causis. Vna, quia omnis eiusmodi humoris translatio, quæ fit à loco ignobili ad nobilem, nec paruus, nec faciles, sed magnos & malignos morbos subsequitur: satiusque esset multò pleuritidam peripneumoniae succedere, quam contrà. Altera, quia deiectis iam viribus, & coacta ac difficili spiratione fracto, atque admodum infirmo pulmone, humores noxij promptissimè eò feruntur, & pleuritide fatigatæ vires nouæ iniuriæ superuenienti succumbunt. De priore agens Galenus sexto Epidemion, sectione sexta, Vt (inquit) quartana epilepsiam sanat, & febris conuulsionem, vcl etiam catharrum, & asthma: sic ophthalmiam quidem diarrhæa, lyenteriam ructus acidus, pleuritis peripneumoniam, & lethargum phrenitis. At contrà nec phrenitis in lethargum, nec pleuritis in peripneumoniam bene commutatur. De posteriore verò Hippocrates in libro de morbis, Omnium partium nobilium

nobilium morbos plerumque interficere scribit, qui vel celeriter reuertuntur, vel aliis succedunt, aut superueniunt. Itaque in Aphorismis rectius docuit, A pleuritide peripneumoniam malum esse: & ab Angina peripneumoniam intra septimum diem mortem adferre, vel suppurationem. Ex quo conicere licet locum hunc corruptè legi, ac fortasse pro γενόμενων, reponendum esse, ἐπιγενομένων, vt comparatio fiat inter peripneumoniam, quæ statim ab initio pleuritidi superuenit per materię diffusionem in plures locos: & eam, quæ paulò post cessanti pleuritidi succedit ἤϊ μετέσει. Illic enim geminatur malum: hic verò augetur.

## XLV.

Τὸν ὀσμάτων τὰ γυμναστικά καὶ πυκνά, γάσσον ὑπὸ τῶν πλωρητικῶν καὶ περιπνευμονιῶν ἀπόλλυται τῶν ἀγυμνάτων.

*Exercitata ac densa corpora citius à pleuriticis morbis & pulmonariis intereunt, quam otiosa.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**uomodo exercitium moderatum laxat cor pus: ita immoderatum densat astringitque. Ac immoderatum vehemensque gymnastis exercitium est, vnde siccantur carnes, & cutis astrictio efficitur. Ac febrī quoque incendio accedente siccantur magis, vt plerisque & ante febrē & in febrē scabra rugosaque cutis appareat. Otiosis mollior cutis est & densa quidem, sed quæ facillè laxetur rarescatque. Atqui vt densa corpora externis iniuriis minus læduntur, ita internas grauius ferunt. Nam quominus per astrictionem cutis exhalat, ita plus materię relinquitur putredini, & incendio. Contrà in aliis multa exhalant, quia ferè mollia sunt. Illi igitur citius intereunt. Adde quòd astricta cute destillationes potius in medium corpus, laxata in superficiem magis vertuntur. Ita per Aquilones fluxiones magis læcessunt, interanea: per Austros exteriora. Itaque aucta fluxionis causa, & fomite mali malum grauius est, à quo quam à leuiore, citius interire ægros necesse est.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**T**um in moderatis exercitiis, tum etiam in contrariis sententia vera esse potest. Nam cum partes corporis eodem modo affectæ non sint ad ea, quæ irruunt, excipienda, & ad ea, quæ infesta sunt, repellenda: imprimis quidem carnes ac glandulæ aliis tribus facultatibus infirmis solam alteratricem haud ita multò cæteris partibus minorem possident. Post glandulas sequitur pulmo, qui quoniã corpus laxum habet, & omnes facultates infirmas præter alteratricem, ideo est fluxioni excipiendæ aptissimus: deinde lien tum cerebrum, vel æquè, vt illa, aut etiam magis aptum ad excipiendam fluxionem. Verum cerebrum ad ea, quæ ex cepit, propellenda hoc illis præstat, quòd magnos ventriculos habet, qui decliui aliquo ductu euacuantur: ob idque sæpe videre licet in glandulas & carnes conuerti confluxiones in his, in quibus hæc instrumenta, pulmo scilicet, lien, & cerebrum, carnosum genere sunt robustiora: & contrà. Proinde in exercitiis, & iis, qui carnosum genus densum habent, ac robustum, pulmo non solum grauatur ab iis humoribus, quos continet, sed etiam ab aliis, quos partes circumpositæ robustiores eò detrudunt. Ipse verò vix in vllam aliam propellere potest, quòd redundat. Quod omnibus aliis partibus potissimum euenit, quarum expultrix imbecilla est, atque etiam magis, si vicinæ partes robustiores sint. Tunc enim pars infirma repellere id, quod molestum est, in propinquas nequit, quòd hæc propter vitium robur aliarum excrementa quantitate, aut qualitate infesta non excipiunt: quin potius ea ipsa remittant, ac regerant in ea loca, vnde profecta sunt. Idem iudicium de thorace, cuius morbi frequentissimi sunt propter sanguinis in corde

ac pulmone affluentiam crebram è capite destillationem: & peculiarem quandam partium ipsius infirmitatem. Membranæ enim superiores tum propter hanc, tum propter magna vasa, quæ sustinent, inflammationi maximè patent. Nam cor & iecur, sanguine referta sunt, sed virium robore facile sese ab inflammatione tuentur. Reliqua membra ob vasorum angustiam rarius fluxiones excipiunt: membrana ventris inferioris crudior & frigidior continent sanguinem. Per immoderata verò exercitia humores fusi superueniente refrigeratione impinguntur, atque in has partes promptissimè inuadunt, quæ magis laborant, aut facilius fluxiones excipiunt. Quinetiam in morbosa aëris constitutione docet Hippocrates, hos, vel illos magis, aut minus affligi, prout quæque pars ad suscipiendum morbum præparata est, tametsi morborum omne genus excitetur. Quò fit, vt si quis multum sit locutus, gutturque redditum sit imbecillius, illuc potius, quàm aliò, materia impetum factura sit: multò magis si homo riguit, aut frigido in loco, vbi guttur malè affectum sit, orationem habuerit. Si autem quis manus, aut pedes fatigarit, paraplegiæ, aut abscessus periculum incurret, quoniam quod prius erat commotum, id materiam attraxit. Trahitur enim materia propter calorem, vel imbecillitatem, vel dolorem. Idem iudicium de pulmone, ac thorace, quæ nimio motu per exercitia immoderata laborant. In vniuersum cutis attritio, & carnosarum partium densitas non solum fluxiones ad interiora promouent, sed etiam liberè digeri, aut excludi prohibent. Nam quod densum est, neque liberè perspirat, neque motui thoracis cedit: tametsi quæ densa sunt, omnium minimè externas impresiones admittant. At corporis constitutio mollis ac fluida ad omnem expurgationem paratissima est. Cæterum densitas, quæ est duritatis causa, fit ab humido coactio. Hoc in luto fit à frigore: in fornace à calore. Eademque ferè ratione in corpore moderata densitas in laude est, quia calorem & humidum cohibet. At vbi vel à frigore exuperat, vt in valde otiosis, aut refrigeratis, vel cum siccitate coniungitur, vt in gymnasticis, qui se maximis in laboribus exercent, tum verò ad sanitatem valde incommoda est. Suffocat enim & obtundit, nec est, vt ita dicam, calor meabilis, nec pars ipsa ad motum, resolutionem, & transpirationem apta, quibus in inflammationibus internis digerendis aut expurgandis opus est. Huic verò contraria raritas, quæ videlicet nondum est in excessu, calidiora & humidiora temperamenta comitatur, qualia plurimo sanguine abundant, & calore copioso. Proinde quæ sunt eiusmodi, tum melius perspirant, tum molliores atque ad vacuationem aptiores ductus habent. Immodica tamen raritas exsiccat. Quò fit, vt si in pleuritide, vel peripneumonia pectus amplum sit, robustum, minimè densum, & loca interiora humida, hi magnam sputi etiam crudi quantitatem facile extulsiant, modò ne febris auctior prohibeat. Contrà verò si densum, atque induratum corpus vel à siccitate per vehementiorem laborem, vel ab incendio febrili, in his sputum crassescit, nec facile thoracis partes motui, & resolutioni obediunt. Ob idque conclusa flamma, & fumo sub hac constitutione celerius præfocantur ægri. Vtrumque autem dixisse videtur γεφυρωμένα μένον, καὶ πυκνόν, vt intelligeretur quoque siccius, ac durius, quia densitas à frigore per arduos thoracis morbos emolliiri potest, & minus expectorationi resistit: à calore verò etiam augetur. Exercitiū verò tum carnis, tum adipis, atque adeo humorum redundantiam imminuit, & exsiccat: fibrarum autem substantiam pleniorē reddit ac firmiorem. Otium contrà graciliores fibras efficit, carnem molem auget. Eadem ferè ratione Hippocrates in libello de alimentis, corpora rariora salubriora esse existimat non simpliciter & absolute, sed quatenus ad excrementorum vacuationem attinet, cum densioribus comparata. Raritas (inquit) corporis ad perspirationem, quibus amplius aufertur, salubrior. Densitas corporis ad perspirationem, quibus minus aufertur, morbida. Qui bene perspirant debiliores, & saniores, & à morbo facile conualescunt. Qui malè perspirant, priusquam ægrotent, fortiores sunt: vbi verò ægrotarunt, difficile à morbo conualescunt. Hæc autem & toti, & parti.

6. Epid. sect. 7

4. Aphor. 13

XLVI.

Κορυζας καὶ πιαρμύδες τοῦ περι πλωμόνα καὶ προγενέσται καὶ πτεγενέσται, πονηρόν. τοῦ ἵλοιποῦ, πιαρμύδος ἐκ ἀλυσιτελήσ.

*Grauedines & sternutamenta in morbis pulmonis siue antecedant, siue sequantur, prauum. In aliis vero morbis sternutationes utiles.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN Prognostico eadem sententia, nisi quòd ἢ ἀλλοιοσι νοσήμασι θανάσιωδῆσιν τοῖσι legitur: hic simpliciter in aliis morbis.

DESID. IACOTII COMMENT.

IN omnibus morbis, qui pulmonem exercent, grauedinem, quam κορυζαν Græci, siue præcedant, siue superueniant. Nam si præcesserint, vitioso humore pulmonem implent: si autem trahente iam morbo superuenerint, tum pulmonis vehementem affectum produunt, tum ab eo impletum esse caput testantur. Grauedinem verò sternutamenta sæpenumero consequuntur, & pulmonem offendunt, quoniam thoracem totum vehementer concutiunt. Verum miratur Galenus, quomodo Hippocrates non distillationem per palatum, quam κατάρροον Græci nuncupant, sed grauedinem scripserit. Nam grauedo, in qua tenuis & crudus humor per nares excernitur, tantum praua est ratione signi, quia plenius cerebrum, vel aliunde perfrigeratum, vel vaporibus calidis è pulmonibus plenum ostendit. Vt causa verò, etiam utilitatis aliquid affert, quatenus à cerebro & pulmonibus humorem auertit, & excernit. At distillatio utroque modo noxia est, vt signum grauis affectus, à quo excitatur, & vt causa prauæ fluxionis in pulmones. Quæ tametsi vera sint, dici tamen potest κορυζας vocem esse ambiguam. Nam Celsus ex Græcorum medicorum, opinor, commentariis sub ea comprehendi ab Hippocrate scribit omnem distillationem, quocumque influat, in nares, fauces, pulmonem, quam postea medici καταρροὴν dixerunt. In grauedine autem proprie dicta, humor, vt dixi, primum tenuis & crudus calore liquante, aut frigore exprimente excernitur per nares, aut etiam sine causa externa copia effluit, quæ contineri non potest: deinde accedente concoctione μυσώδης muccosus. Sternutamentum verò motus est symptomaticus cerebro vel qualitate noxia demorso, vel à flatu pituitæ distento, quo ad concussiones incitatur, rarissimè humore ventriculos obstruente. Proinde Hippocrates tria in sternutamento concurrere voluit, flatum in frigidioribus naturis cerebro concalescente, in calidioribus humectato: vim excreticem valentem: & ex angustis in ampliores sinus commotum spiritum. At quia flatum generatio materiam habet frigidam: calorem, vt ad rationem materiam, imbecilliorē, ideo in sternutamentis materiam quoque subesse intelligimus, nisi qualitate mordente irriteretur cerebrum, vt medicamentis, quæ πιαρμύκα dicuntur, penna, sole, vapore è pulmonibus. Hæc vt cerebrum à se depellat, geminam adhibet expirationem: vnam, quam per se facit, per ossa ethmoidea: alteram verò per nares, neruis (ait Galenus) ceu manibus prælongis in thoracem demissis vtens, & spiritum vnico impetu ex pulmone & capite vehementer & confertim emittens. In quo conatu abdominis musculi intenti, appressique ventrem vnà comprimunt, quò plerumque fit, vt vnà quoque expellant, quæ in ventre & gula singultus causæ sunt: & in muliere ex utero laborante, aut difficulter pariente, & fœtum, & secundas loco moucant. Alioquin nunquam sternutamentum cum quouis morbo inuadens, vt nec aliud vllum symptoma, salutare esse potest, quia & affectum cerebrum denunciat, & morbum adhuc

adhuc crudum lædit, cum excitet materiam, quæ in partes nobiles defluat. Motus enim violentus eam exagitat, & hæc commota rapitur in partem imbecillam. Quocirca ut cephalalgia copia flatuum excitata curet sternutamentum, aliud tamen malum inuehit, siquidem caput plenius est excrementis, & iam distillatio vrget: omninoque videndum medico, ut ne sternutamenta moueat in copiosis, aut biliosis humoribus, quia (ait Galenus) perturbantur & augentur: multo minus in morbis pulmonis, cui omnino aduersa sunt, siue præcedant, siue subsequantur, eò quòd pulmones moueant, atque exagitent, quos in quiete, ut & omnes, quæ laborant, particulas contineri expedit. In aliis autem morbis, qui iam aliquantulum processerint, ut signa, & causæ sternutamenta laudantur. Nam & alleuant caput, atque ab eo mucosa exhauriunt: & securitatem pollicentur: etiam si eum lethale esse alia signa declarent. Sunt enim concoctionis argumenta, quia natura calore opifice aliquid mouet, & partim vincit, partim repugnantem habet materiam. Cerebri quoque facultatem expultricem robustam esse ostendunt, quæ cum spiritu flatuoso humiditatem quandam interdum quidem sensu perceptibilem & manifestam, interdum verò obscuram & insensibilem excernit. In Prognostico

λυσίτελῶσιν ἢ ἐκ ἀλυσίτελης.

## XLVII.

τοῖς περιπλευμονικοῖσιν οἷς γλωσσα πάσα λευκή καὶ ψυχρὰ γίνεται, ἀμφοτέρω φλεγμαῖσι τὰ μέρη τῶ πλέυμονος. οἷς δὲ τὰ ἡμισυ, ἐν καθ' ὅφαινεται. καὶ οἷς μὲν πρὸς τὴν ὑπὲρ κληίδα ὁ πόνος γίνεται, ἢ ἄνω πτέρυξ τῆ πλεύμονος ἢ μία νοσέει. οἷς δὲ πρὸς ἄμφω τὰς κληίδας ὁ πόνος γίνεται, αἱ ἄνω πτέρυγες τῆ πλεύμονος ἄμφω νοσέειν. οἷς δὲ μίσην τὴν πλεύμονος, ἢ μέσην. οἷς δὲ πρὸς τὴν διάτασιν, ἢ κάτω. οἷς δὲ πᾶν τὸ ἐν μέρος πορεύει, πᾶν τὸ τῆ τῆτο μέρος νοσέει, ἢ μὲν ἐν σφόδρα φλεγμαῖσιν αἱ ἀορταί, ὥστε προσχρηθῆσαι πρὸς τὸ πλεύρον, παραλύονται. οἷς δὲ τῆτο δὲ μέρος τῆ σώματος, καὶ περὶ τὸ πλεύρον ἐξω γίνεται. τῆτος δὲ ἐκάλειον οἱ ἀρχαῖοι ἐλητῆς. ἢ δὲ μὴ σφόδρα φλεγμαῖσιν, ὥστε μὴ προσχρηθῆσαι, ἀλγυδῶν μὲν γίνεται παρ' ὅλοι, ἢ μὴ παραλύονται, ἢ δὲ περὶ τὸ πλεύρον ἐξω γίνεται.

Quibus pulmonariis lingua tota albicat & aspera est, utraque pulmonis partes inflammatione laborant: quibus verò dimidium, ea pars, qua apparet. Et quibus morbus est ad alteram claviculam, superior ala pulmonis vna laborat: Quibus verò utraque clavicula laborant, superiores utraque pulmonis ala agrotant: quibus secundum mediam costam, media: quibus secundum septum transversum, inferior: quibus verò vna tota pars laborat, omnia, qua ei respondent parti, agrotant. Si igitur vehementer inflammentur appendentes utrinque pulmonis partes, ut in latus incumbat, resoluuntur ea parte corporis, qua morbo respondet, & liuores secundum latus fiunt. Hos autem veteres Ictos, siue Syderatos appellabant. Si verò non valde inflammentur, ut nec insideat lateribus, dolor quidem in totum fit, sed neque resolutio fit, neque liuor.

IACOBI

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Alituosus pulmo & vapore plenus non habet deorsum, quæ excrementa excludat, sola per asperam arteriam via est. Adde quòd omnis ærea substantia, nisi qua ratione alimentum sequitur, superiora petit. Quum ergo incurrat vapor è pulmone motus in palatum & linguam, facillè eas partes siccet, exasperat, intingit. *Utraque partes.* Nam ut duplex corpus, ita & pulmo, & cerebrum. *Ea pars, qua apparet.* dextro pulmone, lingua dextra: sinistro, sinistra. *Superior ala.* Pulmonem in duas alas diuidit, quæ media membrana thoracis facillè distinguantur, per quam claviculis consentiunt. Etenim tunica, quæ pulmonem vestit, media, & hæc ei, quæ claviculis inducitur, continua est. *Quibus verò utraque clavicula.* Superiores alas dicit, quia inferiore parte in lobos desinunt. *Quibus secundum mediam costam media.* μὲν πλεύμων intelligit, qua parte sternum appellatum, & media membrana est. *Quibus septum transversum.* διάτασιν appellat διάφραγμα, quod in finem thoracis inferiorem distenditur. *Quibus verò vna tota pars.* Vna tota pars est, dextra, vel sinistra parte superiore, & inferiore inflammata. *Si igitur vehementer.* ἀορτῶν & ἀορτῶν, & ἀορτῶν dici oportet. Ac legendum ἀορτῶν, non ἀορτῶν. Aorta enim vena est. ἀορτῶν verò & ἀορτῶν in Exegefi vocum Hippocratis τὸ ἀπὸ πνεύμονος τὸ πνεύμονος μέρους ἐκαστῶν. Appensa utrinque pars pulmonis, dextra videlicet, & sinistra, quæ vicina lateribus iisdem interdum hæret. Libro de locis in homine ἀορτῶν dicuntur αἱ μὲν φαινεῖσθαι τὸν πλέυμονα, ἢ τὸν βρόγχον, quæ committunt pulmonem & guttur, qua ratione videtur asperas arterias intelligere, in quas vbi humor influit ac detinetur, respiratio fit angustior: Angustius enim patent, atque perforatæ sunt, quæ omnia ἀορτῶν dicit asperas arterias, quæ βρόγchia appellant. Et eodem libro paulò ante fluxionem per guttur & τῆς ἀορτῶν, aliter ἀπὸ πνεύμονος decidere in pulmonem, atque inde spongiosum viscus trahi, tumere, insidere lateri. Secundo de morbis ἀορτῶν, vel, ut legitur, ἀορτῶν σπασμῶν pulmonem describit, vbi arterias asperas pulmonis intelligere videtur. Sic & hoc loco, ut in Exegefi, in expositione ἀορτῶν, videtur aliquod deesse, legendumque sic, τὸ ἀπὸ πνεύμονος τῆς ἀπὸ πνεύμονος πλέυμονος μέρους ἐκαστῶν, diuisa utrinque pars arteriæ pulmonis, quæ aspera est. Nam vbi largius humorem concepit, in pulmones fit attractio, vnde turgent lobi, atque inflammantur, atque ita lateri incumbunt. *Ut in latus incumbat.* de pulmonis fibra dictum, non aortis. Illa enim attracto humore turgens premit latus. *Et liuores.* Inflammatis atque turgentibus fibris pulmonis facillè transfertur vitium in latus, & dolore factò fluxio in musculos & cutem dissoluitur. Sanguis igitur extincto calore refrigerat & liuorem trahit, cumque colorem inducit cuti, qua parte radix fuit inflammationis, ut percussis similes videantur & contusis. *Hos autem veteres Ictos appellabant.* Idem libro de ratione victus in acutis, non alia ratione, quàm quòd quasi percussum latus mortuis liueat concreto refrigeratòque sanguine, qua parte fuit inflammatio. Sed aliter Βλατῆς interpretatur libro secundo & tertio de morbis in affectibus impuri cerebri.

DESID. IACOTII COMMENT.

Sanguis (inquit Alexander) cum in pulmone ferueat, vaporem sibi similem sexhalat. Quod enim oritur, similitudinem suæ originis præ se ferat, necesse est. Hic autem vapor cum præ sua leuitate ad malas sese extulit, consistit: atque ita per cutis tenuitatem, veluti per vitrum, colorem suum ostendit. Sed & linguam bifidam, ac pulmone rectè superstantem tum per amplitudinem asperæ arteriæ, tum per membranæ continuitatem idem excrementum petit, ac per vasa sanguinis putrentis fuligo copiosior ac calidior, quàm in omnibus aliis thoracis morbis, conscendens eandem inficit. Quòd fit, ut in peripneumoniæ principio rubeat lingua: deinde vaporum & feri redundantis copia intumescat, tandemque ita exasperetur, ut si à medico tangatur, digiti adhærescere videantur propter lentorem humoris per ipsius laxitatem raritatemque diffusi, aut propter siccitatem ab immoderata siccitate. Albicat autem & exasperatur, quibus phlegmone magis

2. Probl. 41.

T T

pituitosa est, nec soli attestatur affectui, sed nonnihil etiam loco in pulmonibus affecto. Cum enim pulmo geminus sit, in duas fibras vngulæ cabalinæ modo dividitur, quarum vtraque in duos lobos dirempta, multis vasorum amplexibus sustinetur, & cohæret. Pars autem dextra intersepientium membranarum interuentu disiuncta ab altera, dextram thoracis cavitatē implet: sinistra verò læuam. At vbi sedes concauæ sunt, inibi gibbosus est: easque partes gibbas & extuberantes, quæ sunt ad clauiculam, superiores alas nominat Hippocrates: quæ verò ad nothas costas vergunt, inferiores. Quinetiam tunicam, qua tum obducitur, tum vertebris & pectoris ossi, tanquam vinculo, committitur, à succingente costas membrana accipit, cui è sexta coniugatione nerui inferuntur. Quò etiam fit, vt pulmo doloris sit expers, præterquam grauis, quem tumens excitat in membranis intersepientibus: potissimum extremis partibus, quibus pectori & spinæ alligantur. Ex his ergo duobus, linguæ videlicet colore, & doloris loco, partem pulmonis, quæ phlegmone obsessa est, perquirèdam esse docet, id plurimum conferre existimans tum ad curationem, tum ad prognosim. Verbi gratia, si vtraque pars pulmonū phlegmone obsessa ad suppurationem peruenerit, vtraque thoracis cavitatis effuso pure implebitur: si vna tantum, minimè. Præterea ex sinistra, quæ cordis cuspidi proxima est, maius periculum impèdet, quàm ex dextra, tametsi cum salutaris morbus est, celerius propter maiorem caloris innati vim curetur. Quamuis enim pars dextra in vniuersum nobilior sit & calidior altera, particulatim tamen qua parte cor refidet, sinistra & nobilitate, & calore tum innato, tum influente antecedit. Ob idque ratione nobilitatis maius discrimen impendit, si hæc afficiatur: & celerior accedit cōcostio, si morbus salutaris appareat. In sectione autem, & vitione purulentorum, quàm necessaria sit huius distinctionis diligens animaduersio, vel ex eo perspicitur potest, quòd in Prognostico præcipit, vt sciatur, an pus vtraque in parte sit, an modò in altera. Nanque vbi peripneumonia in suppurationem conuertitur, pus vel vtraque in parte, vel in altera colligitur: per pleuritides autem alteram potius partem, quàm ambas occupat, ex qua in reliquam peruadere non potest, vt fieri in illis solet, quæ intra peritonæum consistere. Diuidit autem in duas partes demonstrationem, quarum priore signa ex lingua complectitur: posteriore verò ex doloris situ. Etenim si lingua (inquit) quæ, vt pulmo, in duas partes diuisa est, à pituitosi sanguinis purulentis fuligine tota albicet, aut à fuligine biliosi tota rubescat, pulmo vtraque parte inflammatione laborat, quoniam vtriusque partis ortis & coniunctis affectio aequè communicatur. Sin verò dimidia tantum linguæ pars alteratur, eam duntaxat in pulmone inflammatam esse ostendit, cui è directo superposita est. Num verò superior, an inferior, ex dolore rursus discernitur, quem tumens pulmo, vt dixi, membranas intersepientes premens in extremis suis partibus mouet ponderis cuiusdem sensum referentem, aut etiam interdum acerbissimum, & ad scapulas vel iugulum vsque pertingentem, quando ipsæ membranæ exquisito sensu præditæ simul cum pulmone phlegmone obsidentur. Eas dico, quæ à pectore ad spinam protensa, thoracem sic distinguunt, vt geminos sinus producant. Nam cum à iugulo ad totam septi longitudinem perueniant, & à tota pectoris ossis longitudine ad thoracis vsque vertebrarum corpora exporrigantur, dorso, pectori, ac septo connascuntur. Eòque fit, vt si superior pulmonis ala inflammatione laboret, dolor vel tensionis, vel grauitatis, vel vtriusque perueniat ad iugulum, qua parte pectori & spinæ alligantur. Quocirca si vna tantum clauicula doleat, ius vna tantum, eaque superior pulmonis ala ægrotat: in vtriusque iuguli dolore, vtraque, quoniam, vt ipse alibi scripsit, vbi dolor, ibi morbus. Eadem ratio doloris in medio pectore percepti, qua parte sternum est, & media membrana, quam *μέσω πλωρίω* nuncupat. Ostendit enim mediam pulmonis partem affici, in qua pulmonia, & vt Arabes scribunt, mediastini pleuritis grauissima est, quòd ad cordis basim incumbat, nobiliorem partem, quàm sit culpis, vtpote innati caloris sedem, propter quam & venas, & arterias coniunctas habet. At verò quibus ad septi transuersi regionem, & thoracis inferiorem terminum dolor

descendit, qua parte venter inferior à superiore dirimitur, in iis pulmonis inferiores lobos inflammari consentaneum est. Vnde, quasi concludendo efficit, non modò pulmonis venas & arterias, verum etiam totum ipsius corpus præter modum impleri atque ab inflammatione non aliarum more collecta, sed effusa distendi, quando dolor iugulum, medias costas, & septi transuersi, regionem confedit. Quæ distinctio valet etiam ad dignotionem loci affecti in omnibus morbis thoracis. Num verò *αἱ ἀρτηραι*, an *ἀορτηραι*, legendum sit, meritò dubitatur. Est enim *ἀορτή* arteria maior, in corpus omne diffusa, que simulatque è cordis sinu læuo emerfit, duplici propagine cordis basim cingit, ex qua ramuli per totam ipsius substantiam disperguntur. Caudex verò paulò supra cor in duas dissectus truncos, grandiozem sinistrorsum ad spinam inflectit, à quo vtrinque rami ad octo costas humiliores exporriguntur. *ἀορτηρον* verò, & *ἀπνευσμῶνον* & *πνεύμων* *μέρος* ἐκαστὴν ἔρωθον, ὡς γὰρ ἔστι πρὸς τὴν νύσσαν ἔστι μέγιστον. ἢ δὲ καὶ ἀορτηρὸν τὸ αὐτὸ ἔστι γήϊοτε καλῆς, ὡς Διοσκουρίδης δέπει. ὁ παῦν δὲ ἀφ' ἑσθ' ἔστιν. pars videlicet vtrinque à pulmone dependens, quam aliquando *ἀορτῶν* vocatam fuisse scriptum est à Dioscoride. Vtriusque tamen lectionis eadem ratio. Nam vbi phlegmones radix est, ibi tumor altior, & maior dolor. Incumbit ergo lateri tumor in magnis inflammationibus superiorum partium pulmonis, ibique arteriæ magnæ pulsatio percipitur, præsertim cum inchoatur suppuratio propter auctum calorem, qui refrigerio, atque distentione eget, & propter humoris copiam ex fusione auctam, qui quòd magis implet, minus cedit, magisque premit & dolore afficit intentam arteriam: quæ duæ sunt pulsationis causæ in omni inflammatione ad suppurationem tendente. Verum quoniam interni illi tumores non necessariò pulsationem hanc excitant, propter inane thoracis spatium, & circundantium laxitatem, ideo colligit Hippocrates ex his & pulmone lateri agglutinari, & eam partem, quæ morbo respondet, resolutam iri cum lateris liuore, multis de causis. Vna, quia primi intercostales recipiunt à pulmone noxam, & tumore premuntur. Quoniam autem ab illis ad brachia deriuantur nerui, ideo fit, vt eiusdem lateris brachium sensu & motu penè destituatur. Deinde, quia musculorum thoracem mouentium calor natiuus resoluitur, & facultas morrix labefactatur, cuius defectus resolutio est. Postremò, quia extincto cordis calore, aut suffocato morte repentina citra syncopem tamen, velut attoniti affecti moriuntur denegata subitò mouendi facultate. Exoluta enim animalium vis sensus motusque ablatione intelligitur. Quoniam verò sanguis tum propter dolorem, tum propter calorem igneum ad lateris colligitur, atque etiam ab inflammata parte vi exprimitur, idcirco quicquid in cute diuisum est ac solutum, id in morte & ante mortem refrigeratum nigrorem & liuorem contrahit, qui externa in parte ad dorsum & costarum regionem loco affecto respòdentem perspicuè cernitur, haud secus atque in his, qui ex plaga ita affecti sunt. Omnis enim pars vel contusa, vel refrigerata, vel adusta liuore quodam decoloratur, vt in carbunculis, & magnis inflammationibus, quæ spha-cellissimum experiri incipiunt, videre licet. Hos proinde veteres attonitos & syderatos dixerunt, quoniam eodem modo sensus motusque repentina ablatio quibusdam fulmine afflatis (quod illi sydus esse opinabantur) euenire soleat. Si verò minor sit inflammatio, quàm vt pulmone costis agglutinet, dolor quidem totam illam thoracis partemprehendit, neque tamen venarum atque arteriarum in angusto coarctatione, aut neruorum pressu ægri vlla in parte resoluuntur, neque liuent partes è directo loci phlegmone obsessi. Non enim faciliè & simpliciter, quæ propinqua sunt & coniuncta, coafficiuntur, sed tum demum, cum primarius affectus ad insignem peruenit magnitudinem.

XLVIII.

*Οἱ δ' ἀπαις ὁ πλάτων φλεγμῆν μέγιστην καρδίας, ὡς καὶ προαπεινὴν πρὸς τὴν πλωρίω, παραλυτικῆς πρὸς τὸ νοσεῖν, καὶ κτεταῖ ψυχρὸς ὁ νοσεῖν ἀπαισθῆτος. ἢ καὶ ἐστὶ δὲ δεισιπῆτος, ἢ περὶ τῆς καρδίας συμβῆναι, ἢ ἴσσοι πλάτων χροῖον ζῶσιν. ἐνίοι δὲ καὶ διασώζονται.*

In Exegesi.

*Quibus verò totus pulmo vnà cum corde inflammatur, vt pro-  
cidat in latus, resoluitur totus ager, iacet frigidus & sine sensu.  
Moritur autem secundo aut tertio die. Si verò sine corde contigerit  
& minus, diutius viuere possunt, quidam etiam seruantur.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M**anifesta hæc oratio, si quis intelligat & resolutionem, & priuationem sensus fieri iniuriam sentiente cerebro. Atque affecto principio, hoc est, corde, vnde spiritus animalis rudimentum & materiam magna ex parte recipit, vnde arteriæ, quæ retiformem plexum intexunt, oriuntur, vbi absoluitur spiritus animalis, sensum motumque faciliè violari. Secundo autem, aut tertio die moriuntur, quia nullam grauem iniuriam cor sustinet. Itaque in breui mori necesse est cum graui palpitatione, syncope, tenuique sudore. ἄσπον autem opponitur voci σφόδρα, neque referri debet ad πλάσσει χρόνον. Qui verò seruari debeat, qui celerius, aut tardius ex arte prognostica discendum est, & peculiariter ex libro de morbis.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**T**otus pulmo vnà cum corde afficitur duobus potissimum modis. Vno, cum ex pulmone humor, vel sanies, vel teter vapor per lenium arteriarum ductus ita in cor redundat, vt repellit præ copia, aut malignitate, aut vitalis facultatis infirmitate non possit: vel cum sanguis multus ac biliosus è dextro cordis sinu per venam arterialem in pulmones diffunditur, ac non modò venas & arterias, verùm etiam torum ipsius visceris corpus implet, ac distendit. Alterò, cum sine vllius materiæ vtrunque diffusionè à tumente pulmone, aut humore putrente ita implentur, aut coarctantur bronchia, vt neque liberè thorax moueri, neque spiritus identidem reciprocando duci reddique possit. Vtroque modo siue arteriarum ductus intus obstruantur, siue extrinsecus angustentur, pulmonis pleni vel inflammati complexu cor magis aut minus pro magnitudine affectus opprimitur, fuligo retinetur, aëris inspirati penuria natiuus calor minuitur, & communicatione incendij tam valida intemperie magnarum arteriarum cauitates & cordis sinus occupantur, vt intercepto vitalis spiritus ad cerebrum aditu aboleatur motus arbitrarius. Itaque nonnulli pulmonici aliquandiu tanquam mortui iacent, ac paulò post restituntur, idque per interualla, donec fatiscente natura è medio tollantur. Alij subitò cum syncope ac tremore intereunt: alij strangulantur. Plerique procidente in latus pulmone, & lateri adhærescente resoluuntur, frigidi iacent, & sine sensu. Vt enim iocinori ventriculus, iccur toti corpori preparat alimenta: ita pulmo haustum spiritum cordi conficit, cor cerebro. Quocirca resolutio, quæ sensus & motus ablatione intelligitur, non solum animalium spirituum impedito ad partes inferiores comœatu: sed etiam vitalium ad cerebrum ascensu consequitur. Hi autem prohibentur oppresso corde in peripneumoniacis, haudsecus atque in quibusdam apoplecticis & catalepticis à plenitudine carotidum, aut sanguinis concretionè. Illi verò non permeant vel diffuso in ventriculos & substantiam cerebri humore, vel neruo partis resolutæ, aut spinalis medullæ principio obstruò ab humore, compresso ab ictu aut tuberculo, densato à frigore. Quomodo etiam tumens pulmo neruosas partes in spinali medulla afficere & coarctare potest, atque ita resolutionem partis alicuius, vt brachij, afferre, quemadmodum diximus superiore Aphorismo. Perfrigerantur autem ita affecti caloris inopia sub mortem, quia spiritus vitalis, qui caloris actum & perfectionem impertit corpori, contractus à multa fuligine exurit, dissipatus refrigeratur: in principio autem, vel incremento, quia vnituerfus sanguis ad locum inflammatum accurrit. Non tamen derepente intereunt, vt in apoplexia vera. Nam post aliquot tempus superstes manet vis animalis, quan-  
diu

diu in cerebro spirituum aliquid conseruari potest, & aeris externi momentum trahi. Propterea subiicit, secundo, aut tertio die mortem accedere: nimirum pro affectus magnitudine, & virium robore. Cor enim natura nobilissimum ac robustissimum tamen copiam humoris tumefacientis moramque tantam vt vomica absoluitur, minimè sustineat, quoniam ante mors rapit, quam pateat morbus: dolores tamen, tubercula, pituitosos tumores, intemperiem, tremorem, deliquia, & phlegmones principia, aliquandiu perferre potest. Pro virium autem ratione, aut affectus magnitudine vires dissipantur, ita vt cor simul cum pulmone laborans tam grauia symptomata, vltra tertium diem non toleret. Quòd si pulmonis inflammatio sine cordis magno affectu inciderit, strangulantur ægri potius, quam marcescant, aut resoluantur: vel etiam diutius viuunt, siquidem minor sit phlegmonè, quam vt lateri incumbat, aut neruosas partes opprimat, aut respirationem intercipiat. Quinetiam nonnulli seruantur expectorata materia, aut suppurata, & in spatium inane thoracis effusa. Mors enim, vt & vita, ad cor pertinet vel per se affectum, vel per consensum. Neque enim quisquam cerebro, aut hepate, aut pulmone laborante moritur, antequam cor in confortium mali adducatur.

## XLIX.

τοῖσι ἐμπύοις γινώσκουσι, μέγιστα δὲ ἐν πλάθει καὶ ἐν περιπλευμονίᾳ, θερμαὶ παρακολλῶσθαι, καὶ μὴν ἡμέρῳ λεπταί, καὶ ἰνύκῃ σωλομώτεροι, καὶ πύσι ἐδὲν ἀξίον λόγῳ, ἰδρῶς τε περὶ βράχην καὶ κληίδα. καὶ τῆς μὴν ὀφθαλμοῦ κοιλοῖνται, καὶ δὲ γνάθους ἐρδύονται. χεῖρον δὲ, θερμαίνονται μὲν δακτύλους ἀκρῆς, καὶ βραχίωνισιαι. γυποῦται δὲ ὄνυχας, καὶ χεῖρας καὶ ποδάσ ἐπαρῆματῶν, καὶ ἰσχυρῶν, καὶ ἰσχυρῶν φλυκταίνιδια, σίτων τε ἀρισταίαι. τὰ μὲν οὖν χροῖόντα τῶν οἰδημάτων ἴσχει τὰ σημεῖα.

*Qui suppurati fiunt, maximè ex pleuritide ac peripneumonia, eos calores comitantur, interdum tennes, noctu vehementes, & nihil memoratu dignum expuunt, sudantque circa colum & clauiculas. Et his oculi cauantur, maxilla verò rubent. Peius autem calent digiti extremi, & exasperantur. Curuantur ungues, & refrigerantur, & circa pedes tumores excitantur, & circa corpus pustula. Abhorrent à cibis. Quæ igitur longius edurat suppurata, ea signa habent.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**æc oratio scripta in Prognostico & exposita à Galeno. σαυδωνότροι, non σαυδωνότροι legendum. θερμαὶ verò, vt θερμασίαι, & θερμαίνεσθαι de febribus dicitur ab Hippocrate. Hic ergo de purulentis, quibus vomica inclusum pus, vel effusum rupta vomica non repurgatur, vnde tabes metuitur, nisi in quadraginta diebus repurgetur, vt scribit in Aphorismis. καὶ πύσι ἐδὲν ἀξίον λόγῳ, nec quicquam effatu dignum expuunt, etiam si tussicidij cupiditas sæpius incidat. Sudantque. ἰδρῶτες πολλοὶ scriptum in Prognostico. Caterum sudores multi dicuntur, quia pauci, sed continui: aut quia breuibis interuallis redeant. Hic videtur rectè annotasse circa caput, & clauiculas. Nam eò sudor, & locus affectus superior, pars corporis redundans excrementis, & imbecillitas virtutis arguitur. Quamquã in virtutis imbecillitate parui, sed frequẽtes è toto corpore diffuunt. Galenus ex malè distributo alimento, & imbecillitate rectoricis continuos fieri scribit. Et his oculi cauantur. Siccatione & eliquatione. Male verò rubent. Id malè affectis visceribus, & nimium calentibus concalfacto capite, sed præcipue æstuantè pulmone, & inde moto calido vapore accidit. Ad id quoque vehementi  
3





6. Epid. sect. 7

mida & spirituum agitatione opprimitur: ob idque vaporibus quibusdam crassis sudorem in superioribus partibus exprimit, ad quas etiam vitiosum spiritum transmittit. In moribundis autem frontis (ait Galenus) colli, & partium earum, quæ ad pectus pertinent, sudor facultatis animalis imbecillitatem, atque infirmitatem indicare plerunque videtur. Cum enim alicuius corpus per halitum digeri, ac dissipari debeat, tum natiuus calor, qui submouere euaporationem cupit, ad faciem celeriter accurrit, sed si vinci se sinat, cum vapor per superiores partes euacuat: atque ita sudor efficitur. Quod fit, vbi eiusmodi sudor frigidus syncopem adesse: calidus futuram denunciet. In Prognostico generalius scripsit multos superuenire sudores, non quod vna vice admodum copiosi sint, quales nimio alimento, aut superflente humorum copia oriuntur, sed frequentes & parui partium solidarum resolutione, & alimenti, quod digestum fuit, per halitum dissipatione. *Et his oculi canantur.* Hoc febris omnibus inueteratis commune est, & iis maximè, quæ vehementer exsiccant. Itaque initio morborum acutorum colliquationem significat propter habitus raritatem, humoris tenuitatem, & caloris actimoniam: hic verò consumptionem humorum in membranæ & musculis oculi, ex qua consentiente aliorum signorum testimonio principium heclicæ conicere licet, cuius vi non solum humidum alimentarium & adiposum absumitur, sed etiam natiuum ac primigenium in partibus solidis, cum quo simul calor exhalat, & spiritus animalis dissipatur signo maximè lethali. Nam tabidorum calor æqualiter in omnia grassatur, licet multò & tardius, & imbecillius extenuet partes solidas, & exsiccet: Acrior verò in acutis cum sit, flammæ instar sursum conscendens absumit primùm exiguas illas carunculas, quæ cartilaginibus, atque ossibus incumbunt, quoniam minus, quàm musculorum caro, resistunt. *Maxille verò rubent.* A calore pulmonis & tussi, ait Galenus. Hæc enim ambò tum faciem, tum caput vniuersum excalfaciunt. Ad hæc vapores in eas feruntur ex fluxione, quæ in pulmonem decubuit. Sed & ambarum maxillarum rubor insignis peripneumoniæ proprius est quodammodo à fuligine putrētis in pulmone sanguinis, quam genæ excipiunt propter situm, & raritatem, cuiusque colorem per cutem tenuissimam, seu per vitrum (ait Alexander) oculis representant. Verùm hoc discrimen est, quod vigente peripneumonia tota genæ, vel maiori ex parte rubent. In suppuratis verò, maximè cum tabescere incipiunt, pars tantum media, cum subividi, flauo, & obscuro colore totius faciei à corruptione sanguinis, & spiritus extinctione. Quibus accedunt pupilla obscura, totius corporis extenuatio, collum longum & gracile, vultus tristis, tussicula per interualla, ex quibus solo aspectu tabidi deprehendi possunt. Sed cur genæ tantum rubent, non etiam frons? An quia propter densitatem eos vapores nō admittit? an potius propter distantiam rami vniuersi iugularis, quem in tabidis iuxta nares à sanguine, & spiritu calidiore tumescere cernimus? Carterum ne ex hoc rubore præsagium fallat, animaduertendum est in longis paruisque febribus sæpe eam maxillam insigniter rubere, in quam æger decubuit, calore, qui exiguus est ac sepultus, ex decubitu retento, & malam pallidam rubefacit. In principio quoque febrium quarundam id euenire fuso adhuc & ebulliente in toto corpore sanguine. Sed & faciei rubor interdum ostendit humorem sanguineum in bilem verti, & cum multa mœstitia in febribus, calida admodum affectione, que sanguinem exurat, idèoque atram bilem gignat, cerebrum occupari. Alioqui bonus faciei color hæmorrhagiæ & naribus, aut parotidum prænuncijs est. Quæ omnia signorum simul assidens obseruatione distinguenda sunt: futura præsagienti. *Peius autem calent digiti extremi & exasperantur.* Digiti (inquit Galenus) quamuis per omnes vetotes morbos refrigerentur, attamen in omnibus febribus heclicis calidi permanent, propterea quod solidas corporis partes occupant. Illic enim spiritus & caloris inopia refrigerationis causa est: hic calor heclicus in solidis partibus hærens sentitur manifestè calidior non extra quidem, sed intra, vbi digitorum caro copiosior & humidior est, quia is calor ut in calce aqua superfusa, augetur, quo loco plus est humiditatis. Præterea fuliginosi halitus, qui à corde ac pulmone

pulmone per arterias ad extremos digitos affluunt, ea parte colliguntur, reflectuntur, & circumposita carne fouentur. Eodem calore sunt adunci vngues absumpta, qua firmantur vtrinque, carne. Nec verò sine causa Hippocrates in acutis febribus ex naribus acutis, oculis cauis, collapsis temporibus carnis colliquationem colligit: in suppuratis verò eiusdem tabefactionem ex aduncis vnguib, & digitis fummis calentibus. Nam calor heclicus in exiguas omnes carnes æquè se infinuat, & solidas partes depascitur, in quibus diuturnitate extinguit calorem innatum carnes reparaturum. Id autem maximè apparet in extimis digitis, haudsecus atque in elephantis detumescens caro media inter pollicem & indicem morbum detegit, quia mediocri carne ea pars tegitur, vt facillè appareat mutatio. At in acutis calor acris (vt dixi) flammæ instar sursum conscendens carunculas, quæ minus resistunt, absumit, quas insitus calor exhalante febrili facillè reparat. *Circa pedes tumores excitantur.* Id accidit progressu iam longius morbo, quod ab illis primùm totius corporis incipiat interitus, vt à partibus tum suapte natura frigidis & nervosis, tum longissimè à principio vitæ, & fonte caloris distantibus. Præterea vapor corruptus ed perueniens discuti non potest, nec humor crudus concoqui languescere partium solidarum calore. *Et circa corpus pustule.* Corrupto sanguine, feruore circa cor, & sanie acri in corpore coaceruata, atque à pulmonibus malè affectis in cutè effusa, ex qua etiam aphthæ in ore oriuntur. Hanc enim esse pustularum originem supra docuimus, & Hippocrates scribit hunc in modum, Sanies quidem in cute superuenit. Illic autem detenta incalescit. Hæc enim cum rarissimam cutis partem pertransierit, in extrema ipsius superficie, quæ densior est, impingitur. Hanc autem illa ab interna cute dirimit, & seungit, atque in ea collecta pustulas suscitatur. *Abhorrent à cibis.* Extincta scilicet vna cum alijs appetendi facultate in ventriculo, & sugendi in iecore. Hepate enim grauiter affecto, in quo inest naturalis facultatis ac nutriticis principium, ita concidit appetitus, vt mori æger malit, quàm gustare aliquid. Quam tabidi ἀπίσσι interdum fiunt leuiorè de causa, vt cum fluxionis portio, quæ in pectus distillat, per œsophagum delabitur in ventriculum, aut ex pulmone vapor corruptus ventriculi os offendit.

L.

Τὰ δὲ σασιόμεως ὑγιανόμενα συμπτώματα τῶν τε τοῖσιν ἐπιγνοσθέντοισι, καὶ τοῖσιν ἐν ἀρχῇ πόνουσι, ἄμω δὲ καὶ ἢ δὲ δυσπρωότερος γίνονται.

*Quæ verò breuius rumpuntur, signis indicantur tum ijs, quæ superueniunt, tum ijs, quæ initio extiterunt laboribus: atque si æger utcumque difficiliter spiret.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Opponit vomicas, quæ celerius erumpunt, ijs quæ tardius. Ac signa quidem edunt suppurationis duplicia. Alia quidem, quæ dicit ἐπιγνοσθέντα. Hic autem intelligit quæ maligna graui morbo, qualis est suppuratio interna, superueniunt. Eiusmodi sunt proximè scripta, febricula nocturna, nihil dignum ratione expuere, sudationes circa ceruicem, vngues curuati, oculi concaui, aliæque. Aliud signorum genus, quod editur in principio, rigor, febris, grauitas ea parte, quæ dolebat. Addit ex abundantia difficilem utcumque spiritum. Tenim hoc indicat. Accidit autem vel extuberante vomica pressis pulmonibus, vel quia coguntur in angustias, neque liberè mouetur effuso pure in pulmone & thoracem.

DESIDI. IACOTII COMMENT.

Veterum suppurationum signis tum pathognomonicis, tum superuenientibus explicatis, ad breues transit, quæ videlicet aut breui eruptione sunt, aut

aut non ita dudum eruperunt. Eas cognosci scribit in Prognostico primùm horrore, febre, & grauitate: deinde his signis, quæ iam de longis explicata sunt: demum si æger difficiliter, quàm ante, spiritum trahat. Eadem autem ferè signa sunt & vomicæ collectæ, & effusæ, eaque aut ἐπιγνώμωνα, aut dolores ab initio. Er enim dolores quò citius apparuerint, eò celeriores ostendunt vomicæ collectionem & effusionem. Crises enim adferunt, & accelerant morbi celer motus, symptomatum vehementia, & natura acri irritamento incitata. Manifestum autem est πάντων voce dolores intelligi, qui principium suppurationis detegunt, in quo propter humoris ebullitionem & caloris natui conatum tussis, febris, & spirationis difficultas perspicuè augentur, quia dum pus conficitur, dolores fiunt, & febres magis, quàm confecto pure. Horror verò antecedit vehementiorem illam febrem à vapore acri, aut pure genito mordente & exedente membranas eo modo, quo acria medicamenta, si quando malignis vlceribus admouentur, horrorem & febrem inuehere solent. Quin & ægri materia iam collecta pro dolore grauitatem manifestò sentiunt, quòd humor, qui per loca phlegmone obfessa multis & exiguis partibus sparsus erat, posteaquam in pus versus est, in vacuum aliquod spatium parti omni, in qua phlegmone est, continuum abcedat. Quod autem ait, Si æger utcumque difficiliter spiret, distinctione eget. Nam interdum minuitur aliquantulum spirandi difficultas, vt si pus à pulmone in spatium thoracis vacuum effundatur. Interdum augetur non tam spirandi necessitate & usu, quàm pulmonis oppressione, cuius alæ liberè explicari non possunt, vt cum à succingente pus in eadem spatia erumpit. Grauißima superuenit, cum bronchia pulmonis opplentur à ruptione, vt sæpe quasi derepente ægri è medio tollantur. Atque in his interdum manifestus puris strepitus exauditur: in aliis fluctuatio, materiæque crassitiem acquirit. Sed & difficiliter æger spirat, cum feruente humore suppuratio inchoatur. Ab his insequi solent febris lenta, sed continua, frequens horror, sputum tenue ac paucum, sudores, & quæ superiore Aphorismo explicata sunt. Præterea animaduertendum est sæpe in tabidis ac plerumque sine tabe aperta, rupta, aut exesa vena exiguam vomicam membranula propriâque cysti arctè adeo conclusam in pulmone colligi, vt nihil de se retrum in cor expiret, nec proinde vllum grauius symptoma edat, cuius repentina disruptione non pauci inopinato è viuis horæ quadrante crepti sunt, pure in cordis arcem penetrante, & ipsius vim extinguente, atque obruente. Omnibus tamen sic affectis multo tempore antequam vomica rumpatur, cruenta excreatio præcedit è pulmonibus, eaque cum tussi: adestque spiritus grauis ac foetidus, corporis grauitas, pectoris leuis oppressio, & spiritus difficultas.

## L I.

ῥήγνεται ὃ τὰ πλεῖστα τῶν ἐμπνημύτων, τὰ μὲν εἰκοστῆμα, τὰ δὲ τεσσαρακοστῆμα, τὰ δὲ πρὸς τὰ ἐξήκοντα.

*Plurimæ suppurationes rumpuntur die vigesimo: aliæ quadragesimo: quædam ad sexagesimum diem.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**R**arè accidit, vt primis periodis suppurato tuberculo, ruptoque primis periodis pus expuatur. Id quibusdam accidere septimo scripsit Hippocrates. Oportet igitur eos tumores esse in genere tuberculorum, quæ φύματα à posterioribus medicis fuerunt appellata. Ea sanguine constant bilioso & feruido, celeriter augentur ac suppurant, multò magis, vbi loco calido consistunt, qualis est thorax interior. Alia verò tubercula, quæ frigidiorum materiam includunt, tardius & suppurant, & effunduntur rupta vomica: Ac ferè eiusmodi sunt, qui suppurent, abscessus. Atque eduntur signa eius suppurationis antea dicta. Et ruptio quoque

quoque sua signa habet. Sed euident signum est, cum iam pus expuitur. Addit in Prognostico, πρῆμοστα, & rectè. Nam & tricesimus in criticis censetur. Vt autem natura robustior, locus calidior, & materia minus pertinax, ita celerior fit suppuratio, tardior in conditione contraria.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**E**Am habet rationem ῥήγναι ad ἐμπύσιν, quam habet in vigore morbi perfecta concoctio ad sequestrationem & vacationem inutilis materiæ per sudores, vrinas, & alias vacationes criticas, aut certè abscessus, nisi quòd in criticis extra corpus, hic extra locum, sed intra corpus humor expellitur. Proinde Hippocrates dies criticos numerat, quibus expectanda est puris eruptio: ac scribit, vt & in Prognostico, plurimas quidem rumpi vigesimo die: alias quadragesimo: quasdam etiam materia & loco frigidiores ad sexagesimum peruenire. In Prognostico addidit trigessimam, rectius fortasse vigesimumseptimam, aut trigessimam quartam. Quin & septimo quædam rumpuntur, ex quibus mors insequitur decimoquarto: quod rarius contingit, ac non nisi in quibus hæc simul conuenerint, tenuissimus & acerrimus humor, pars calidior ac mollior, in qua phlegmone rationem habet τῶν Φυμάτων, & bile tincta sputa reddit, & causa adiuuans externæ, ætas videlicet, natura, tempus anni, regio, æris constitutio, & ægri vires. His enim de causis nõ est idem in omnibus suppurationibus ruptionis terminus, quòd manifestum sit partes, quæ calidiores sunt, & molliores maturius suppurare: frigidiores autem siccioresque tardius: eademque ratione humores calidos citius, frigidos ferius in suppurationem conuerti. Quibus differentiis à rei natura sumptis causæ externæ, quas diximus, accedunt. Exempli gratia, si pleuriticus neque sputis, neque aliter repurgatus fuerit in quatuordecim diebus, obseruare conuenit 20. 30. 40. 60. Nam quo primùm die critico rigor vehemens, febris, dolor, pondus mouebuntur, cognoscere oportet naturam vnà cum spiritu & calore vires colligere, vt materiam, quam nec expurgare, nec in alimentum vertere potuit, in pus couertat, & effundat ad inania spatia thoracis, in quo opere illa commouentur. Hæc autem suppuratio ineunda est, non ab historia totius morbi, sed ab eo die, quo horror febrisque multò sanè, quàm quæ præcessit, vehementior, prehenderunt, si suppurationis principium spectes. Nam principium totius morbi febris est: phlegmone latentis dolor: suppurationis, dolor acrior, quem sequitur rigor, vehementior febris, & pro dolore grauitas. A febre ergo, quæ ipsius suppurationis symptomata est, hos dies numerare oportet, quia intra decimumquartum diem inflammatio vel resoluitur, vel ad suppurationem conuertitur. Quòd si primigenia febris fuerit, eique superuenerit phlegmone, quin ab huius non illius principio suppurare oporteat, nemini dubium. Quamquam hi rarè seruantur, tum quia viribus iam fractis graui morbo grauior superadditur: tum quia ex humorum corruptione eiusmodi phlegmone ortum habet, ac victus rationem perturbat propter diuersa tempora febris ac phlegmone, cuius obseruatio in morbis thoracis exactissima esse debet, cum leuissimus error ægrum (ait Hippocrates) præcipitem agat in mortem.

## L I I.

Ὅτι μὲν οὖν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇ ἐγκρίται σπύτοιος, καὶ δύσπνοια, καὶ βήξ μὲν πηλαλισμὸς, πρὸς τὰς εἰκοσὴν ἢ σαλωμώτερον προσδέχεται ῥήξιν. ὅσοι δὲ ἐλαφρότερα τὰ ἄλλα ἐστίν, ἔτι λῶγον.

*Quibus itaque dolor vehemens initio est difficultas spirandi, tussis cum sputatione, ad diem vigesimum eruptionem, aut citius expectata. At quibus ea leuiora, pro ratione.*

**E**N *αφ' ου* dici non potest de principio totius morbi, sed eo, quod tempus sequitur repurgationis sputi, & ubi primum eduntur signa suppurationis. Eiusmodi tempus quatuordecim diebus circumscribitur ab Hippocrate. Quod enim sequitur hoc tempus, suppurationem moliri solet, & a suppuratione ruptionem. Atque hinc vel salutem expurgato pure celeriter, & in quadraginta diebus, vel tabem, si eo tempore non expurgatur pus, & pulmones longa mora exulceret. Vehementior dolor ex natura materiae, quia acrior, ex intemperie, ut est calor aestuans, ex tensione maiore. *Νασνοια* & ab angustiis spiritalium partium, quas vel materia inclusa afficit, vel opprimens tumens. *Βηξ* autem & ab iisdem, & a resudante tenui sanie, quae expurganda est. Pars enim materiae crassior illic maturatur, neque per densitatem tunicae transmitti potest. *πυαλισμὸν* dicit frequentem tenuemque sputationem. *ελαφρότερα ἢ συχέστερα* in Prognostico. *ἢ λόγον*, ut ea omnia vehementius vrgent, ita celerius fit eruptio: ut leuiora tardius.

DESID. IACOTII COMMENT.

**R**uptionis tempus ab eo tempore, quo primum suppurationis nascentis signa incipiunt, in vigesimum, trigesimum, aut quadagesimum diem expectare oportet. Inchoatur autem suppuratio, cum materia *ἢ ἀκαθάρασιν* non repurgata, dolores & febres augentur ex commissa inter naturam, & humorem pugna. Nam & augetur calor ex feruore, & humoris copia ex fusione, & membranae tensio ex plenitudine, cui fusio occasionem dedit, quomodo plerisque morbos plenitudinis ex humoribus suis, ut verno tempore, oriri experimur. Quod igitur haec citius apparent, & vehementius vrgent, eò maturius eruptio expectanda est, ut vigesimo die, vel ante. Doloris itaque aucta vehementia & principium suppurationis ostendit, & celerem eruptionem pollicetur. Cum enim (ait de locis in homine) natura permutatur & corrumpitur, dolores fiunt. Spiratio quoque difficilis est tum aucto vsu, tum ex materiae feruore, & pulmonis angustia. Multò magis, si pulmonem phlegmone obsecerit, aut in thorace ea magna sit, & eum multa fluxione. Tulsis verò perseverat, quia fluxio non expurgatur, & pulmo magis opprimitur. Atque haec non modò signum est celeris eruptionis, sed etiam causa, quòd violentia thoracis cõpressionem membrana acrimonia puris nascentis erosa dilaceretur. Quod verò addit *μετὰ πυαλισμῶν*, cum sputatione, id ad tenues ichores referri debet, qui ex vomica suppuratione exudant, antequam pus euomat. Ex his enim celeritas etiam eruptionis praemonstratur, quòd materiam significant & tenuem esse, & a calore superari. Alioqui si sputi cocti & crassi copia expectoretur, ea dolori ac morbo sine impostura est. Quinetiam si ineunte thoracis morbo haec omnia & perseverent, & celeriter incresecant cum signis suppurationis, breuem fore eruptionem denunciant. Sin verò leuiora sint omnia, ut dolor quidem non intermittat, verum vno tenore vrgat, nec ita vehementer naturam irriter ad pugnam, ex eo conicere licebit materiam minus tum calidam, tum acrem esse, nec tam breui attenuari, & concoqui posse, ut erosa tunica erumpat. Tardius ergo ruptum iri vomicam sperandum est pro ratione symptomatum, quae initio accidunt, & pro natura aegri, quoniam quae inflammationes materia & loco frigidiores sunt, aut membrana includuntur densiore, ad sexagesimum diem perueniunt vltimum frigidarum suppurationum terminum.

LIII.

*λογίζεσθαι δὲ τὸ χρόνον ἀφ' οὗ πρῶτον ἡλγιστὴν ἢ βαρυώθη, ἢ ἐπιῦρεξον, ἢ εἰ ποτὲ ῥήγος ἐλαθε. πρὸ γίνεσθαι δὲ ἀνάγκη καὶ πόνον, καὶ δύσπνοιαν, καὶ πύαλισμὸν, πρὸ τῆς ῥήξιος.*

*Animad*

*Animadvertere autem conuenit primum tempus, a quo indoluit, pondus in dolente parte sensit, febricitauit, & cum rigor prehendit. At verò necesse est prius dolorem, difficultatem spiritus, & sputationem fieri, quam erumpat abscessus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**ic suppurationis & ruptionis loculi, quo pus includitur, signa perstringit, colligitque, & seorsum in Prognostico scripsit duabus sententiis. *ἀφ' οὗ πρῶτον*. Non simpliciter initium, aut primum tempus, quo coepit aegrotare aeger, sed cum primum febris solitò vehementior, rigor praeter rationem, hoc est, citra crifim subitam, quam sequatur excretio extra initia accessions, & causas externas. Ac febris fit & dolor, quia dum pus conficitur, dolores ac febres magis fiunt. Rigor irritatis acrimonia puris membranis. Pondus materia, quae in varias partes dispersa in vnum locum, eumque ut esse potest, angustissimum collecta. Cur autem difficultas spirandi, dolor, sputatio, proximè dictum est.

DESID. IACOTII COMMENT.

**P**rimùm dies criticos, quibus vomica erumpere solet, exposuit: deinde quae celerius, aut tardius eò perueniant. Hic quibus signis iam factae aut ruptae cognoscantur. Signa triplicia sunt, antecedentia, adiuncta, & consequentia. Antecedit ergo febris vomicam, febrem rigor, rigorem dolor. Per febrem verò intelligit, non eam, quae ab historia totius morbi inuasit, sed eam, quae & cum horrore superuenit, & multò quàm quae praecessit, vehementior est. Idem iudicium de dolore. Initio enim suppurationis natura pugnat cum feruente materia, vnde dolores & febres, quae pure iam confecto, quiescunt. Grauitatem autem, & tanquam pondus aegri manifestò sentiunt tum collecta vomica, tum rupta. Est enim signum & adiunctum & consequens, nisi quòd dolor & perturbatio critica obfcurant grauitatem. Causa est, quia pus confectum ac dispersum in quantas potest angustias natura colligit, & quia spiritu, quo leuabatur, destitutum subsidit, & grauius est. Rigor quoque suppurationis principium detegit, quando suppurans vapor per morsum ipsum concitat cum inaequali & repentina caloris natuii contractione ad locum inflammatum. Ex ruptione quoque & puris effusione consequitur acrimonia membranas vellicante. Proinde neque criticus est, ut qui febrem continuam soluit: neque periodicus, ut qui per intermittentium accessiones inuadit. Quin etiam is saepe mortis praenuntius est, quoties è repentina vomica disruptione pus in cordis arcem penetrat illius vim extinguens atque obruens, quod tum ex pulsuum inaequalitate ac paruitate, tum ex animi deliquio deprehenditur. Quae deinde sequuntur, dolor, difficultas spiritus, & sputatio, non solum antecedunt, sed etiam consequuntur *ῥήξιν*. Nam quo tempore vomica rumpitur, agitati puris adhuc calentis portio excluditur, postea fit crassius, quia in loca inania effusum refrigeratur. Praeterea dolor etiam aliquandiu excitatur, qui grauitatem, ut dixi, obfcurat, ab acrimonia puris erodente membranas. Omnis enim acrimonia, quae in corpore, aut particula naturalem suum statum seruante continetur, sensum sui excitat, & dolorem affert. Eadem cum interna ac penitiora loca petit, intusque manet, turbationem efficit. Hoc Hippocrates *ἄλλον* appellat: illud *τὸ δίοδον*. Sed & spirationis difficultas augetur effuso pure, quando propter copiam pulmones opprimuntur, nec liberè alas explicare possunt.

6. Epid. sect. 6

LIIII.

*Οἷσι μὲν ἐν ὄτε σπιρῆδος βύθως ἀπογίνεται μετ' ῥήξιν, καὶ σιτίων ἐπιγυμέουσι, καὶ τὸ πύον ἀνάγεται ῥηθιδίως λακκὸν ἐόν, καὶ ἀνοσμον, καὶ λείον, καὶ ὀμόχρσον, καὶ ἀφλέγματινον, καὶ λίγη τε μικρὰ συσπρηκτέα ὑποχωρεῖσι, ὡς ἐπὶ τὸ πολλὸν σάρονται σωτόμως.*

V V

*Quibus itaque & febris statim desinit post eruptionem, & cibi appetentia redditur, pusque reijcitur album inodorum, leue & concolor sine igneo calore. Aluus autem pauca & concocta excernit, ut plurimum seruantur in breui.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**bi excessit tempus repurgationis in morbo salutari suppuratione & eruptio expectanda, quando & quibus editis indicis prius explicauit. At effuso pure quid futurum sit, medico expectandum. Futurum est enim, ut inde seruetur aeger, ut moriatur. Et morietur quidem, antequam intabescat copia puris, quod non repurgatur, suffocatus. Excitatis etiam signis, quæ contraria sunt iis, quæ nunc salutaria describit. Alioqui diutius viuēs tæbe consumitur. Hic ἄθλιος, in Prognostico ἀθλιμερὸν μετὰ τὸν ῥίξιν eadem die, additque inter signa salutaria, καὶ δ' ἴσως ἀφραγμάτων ἐωσι, & sibi liberantur. Pus similiter salubre describit. Hic ἀσσομὸν sine odore tetro addit, quia ea ratione nulla corruptela indicatur. In Prognostico, καὶ φλέγμα ἄφραγμάτων: hic ἀφλέγμα ἐν eodem significato. Nam vomicosum latus sano calidius est, ut in signis affectus alterius lateris annotat Hippocrates, aut certè ad pus ipsum, quod dum reijcitur, calorem præ se ferat, & eo loco, in quem effusum est, æstum emoueat. Quod φλέγμα antea dici ab Hippocrate annotauimus. ῥητὶδ ἴσως autè, hoc est, ἀπὸ πόνου & βηχὸς ἰσχυρῆς, sine dolore & tussi vehementi. Positis ergo his signis salubribus seruabitur aeger: positis contrariis morietur. In media conditione vel moriuntur, vel ægrè & diutius tracto morbo conualescunt, ut huc vel illuc inclinant magis, ita saluti propiores, vel exitio iudicandi sunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

**M**utud sese consequuntur tum in Peripneumonia, tum in pleuritide ἀνάκαρσις ἢ τῶν ἀφραγμάτων, siquidem morbus sit maximè salutaris: sin difficilior, ἐμπύημα: hinc ῥίξις, hoc est, ἐκχυσις & πύξις, cum scilicet mollitis & elaxatis viis à natura pus acrimonia arrodit obiectum corpus, & à circumpositis partibus reiectum viam sibi ad exitum parat, atque in vacua thoracis spatia effunditur. Postremò sequitur ἀνάκαρσις ἐμπύημα, expectoratio puris. Atque hæc necessaria sunt, ut seruetur aeger. Alioqui si neque materia expectoratur, neque repurgatur, necessariò putrescit, ac malignam qualitatem contrahit, quæ vitalem facultatem obruens, paulò post necat, aut expectorationis difficultate vim animaleam & morticem dissoluit. Quod si pus factum effusumque est, neque in quadraginta diebus à rptione expuitur, tabes, ἀπρωφία, κακία, φθισις, & mors insequuntur. Horum omnium signa superius explicata sunt, præterquam salutis & mortis vomica collecta, aut effusa: de quibus modò agitur. Empyematis ergo, ut alibi exposuimus, euentus in vniuersum quatuor sunt, duo ad salutem, puris videlicet per sputa repurgatio, & per vrinas, aut aluum excretio: in mulieribus, sed rarissimè, per vterum. Totidem ad mortem, suffocatio propter puris copiam: & phthisis ac tabes corrupto pulmone propter moram. Vterque autem euentus rum ad salutem, tum ad mortem, iterum duplex. Etenim celeriter, aut tardè vel seruantur, vel moriuntur. Nam cum bonis omnibus signis breui liberantur: cum malis omnibus, breui intereunt. Permixtis vtrisque siquidem bona & valida superent, seruantur, sed ægrè. Sin mala, moriuntur, sed tardius. Quibus addere oportet temperamentum ægri, vires, tempus, locum, & similia. Quatuor itaque signa optima in suppuratione Hippocrates notat hoc loco, *Si febris statim desinat post eruptionem.* In Prognostico, si febris effuso pure eodem die conquiescat, nimirum sublata puris generatione, quod totum confectum est, & integris partibus solidis. Contrà, qui in discrimine versantur, his ad decimumquartum diem vsque omnia infesta augentur: aliis vlcus residuum paulatim fanescit. Perfeuerante au-

tem

tem febre vel tota sanies effusa non est, manetque vlcus cum aliquo tumore, cuius suppurationem natura molitur: vel effusa quidem est tota, sed corrupta, ac putris, aut non exactè suppuratione, quæ tetrum vaporem in cor expirat. Quod si vrens quoque febris accesserit, hi celerrimè moriuntur, tum propter multitudinem puris, & corruptionem, tum propter virium imbecillitatem, quæ purulentis omnibus necessariò infirmæ sunt. Alterum est, *si cibi appetentia reddatur.* In Prognostico, si deserint virgere cibi fastidium, & potionis desiderium. Restitutis videlicet, aut certè non impeditis facultatibus coquendi & appetendi in ventriculo: trahendi verò, & sugendi in hepate. Nam quò deterius est in morbo diuturno cibi fastidium, quòd in eo auidius cibum appetere ægri debeant propter inanitionem, & damna ex abstinentia resarcire: eò salubrior appetentia, qua & sentitur incommodum, & reficitur iactura. Quinetiam contra præscriptum reliquorum morborum apparente in morbis thoracis coctione, aut puris expectoratione vitæ augendus est, quoniam viribus ab animali facultate ad expellendum, natura opus habet. Tertium, *si pus reijcitur album, inodorum, leue, & concolor sine igneo calore.* In Prognostico, si pus quoque album, leue, eiusdemque coloris sine pituita fuerit, & sine dolore, tussique valida reijciatur. Quo loco validam tussim laudat, ut ante, pleuritum cum spasmate. Hæc autem indicant facultatis tum animalis in expellendo, tum vitalis, & naturalis in concoquendo integritatem, materiæ benignitatem, & meatus liberos. Pus enim album redditur robore coctricis, & caloris nativæ partium solidarum, quæ succum obsequentem sibi similem faciunt. Inodorum est absente mala putredine, & caloris extranei victoria, à quo fœtor omnis, cum natium superauit. Proinde Hippocrates in peripneumonia & pleuritide sputum, quòd valde fœtidum est (nam si modicè fœreat, non improbandum accedente suppuratione) maximè damnat, quoniam ex eo significatur dolore vehementi, aut difficultate respirationis hominem consistari. Idem iudicium de excretionibus in febribus non intermittentibus liuidis, cruentis, ac fœtidis, quæ eo modo tales euadunt, quo ex putridis vlceribus sanies profluit: nonnunquam verò, quo pus ex rupto abscessu. Leue autem & vnitum pus efficitur, cum omnes partes æqualiter cuius sunt à calore concoquente, nec vllus humor extraneus permixtus est, qui ipsi resistit: Eiusdem verò coloris, quia simplex, & vna materiæ conditio, ab vno calore æqualiter ad coctionem alterata, nec bile, nec pituita, nec melancholico humore perfusa. Siquidem in coctione à partibus solidis profecta duo sunt, succorum apta elaboratio, quæ mixtionis probitate, & temperatione quadam perficitur: & color albus, quem sua inducunt similitudine. Quòd si ab hoc sputo absit pituita, id vtile est, ut signum absentis omnis materiæ crudæ, & causa facilioris expectorationis. Pituita enim hærens impedit liberam vacationem, & locum refrigerat, qui calore eget ad sputum excludendum. Postremum signum est, *si aluus pauca & concocta excernat.* In Prognostico, pauca & figurata. Paucitas enim cõuenientem fieri distributionem ostendit: coctio, quam ex figura & forma deprehendimus, materiæ ritè temperatam ex humido & sicco peruenisse ad βερισμὸν, nec infra subsistisse, ut quæ cruda sunt, semicocta, & semialia à calore infirmo: nec ultra progressam esse, ut quæ à calore extraneo exsiccata, aut exusta sunt. Sed & inde certissimum est argumentum, nullo modo partes naturales cum spiritalibus in consortium mali adduci. Quòd verò in Prognostico etiam laudat vacuitatem sitis, inde significari vult nondum humidum vtile deesse, nec ex putredine vaporem vllum corruptum peruenire ad ventriculum. Verùm minimè conuenire videtur, quòd subiicit, ita affectos plerumque, & ὅς ἐπι δὲ πολὺ seruati, cum in Prognostico certam salutem ex his sperandam affirmet. Quia si etiam non omnia conueniant, liberari tamen, qui ista proximè fuerint consequuti. Nisi quòd hic metuit τὰ πρὸ συμβεβηκός. Nam cum ex his perspicuum sit concoctione perfecta humorem edomitum, & vacatione præsentè naturæ vim integram esse, quæ non solum vicit, sed etiam expellit noxia, in Prognostico nihil metuendum censet morbi ipsius ratione. Hic verò animaduertit ex euentu, & alterius mali occasione eodem sæpe



periclitari, nimirum vlcere, quod relinquitur. Etenim quod ad vites, & humores attinet, tutissima sunt omnia. At ex aucto vlcere mors aliquando sequitur, cuius sanati nullum ex his certum argumētum sumi potest. Non enim partium thoracis vlcera æquè facilia sunt, quoniam in pectore maximam spem sanationis afferunt: minus in larynge: deteriora sunt ex vasis pulmonis: pessima ex substantia tum propter continuum motum, tum propter visceris molliem, ac tussim, qua, cum necessariò ita expurgetur, exulceratio amplificatur. Sic pus vlcerati oculi sanitatem indicat: cicatrix ab vlcere residua sæpe numero visum tollit.

L V.

Οἷσι δὲ πυρετοῖ τε παρακολλῶσι, καὶ δὲ ψα, καὶ ἀποσίλι, καὶ δὲ πύον πέλιον, ἢ χλωρόν, ἢ φλεγμῶδες, ἢ ἀφρώδες, κοιλίη τε ἐφυζαίνε, τελευτάσει.

*At quibus febris consequitur, sitis, & fastidium ciborum, pus quoque liuidum, viride, aut astuosum, vel spumosum, aluus autem effluit, moriuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Signa opponit certi exilij, siquidem febris non quiescit, aut si quiescisse quidem videatur, paulò post tamen redit. Iusto enim abscessu & excretionem extingui febrem oportet, vnde sitis quoque sedari debet, & redditur appetentia. In contraria conditione, mali abscessus & vigentis morbi naturæque fatiscētis signa sunt. Liuidum spurum extinctionem, pallidum imperfectam maturationem, viride vstionem, φλεγμῶδες latentem ignem, spumosum exagitatum interno incendio materiam indicant. Aluus autem soluta imbecillitatis naturæ indicium. Vnde autem soluat, prius dictum est, imbecilliore natura, ac si sanie è thorace & colliuatione corporis, salsa pituita è cerebro decurrēte, quæ omnia dissoluunt ventriculum alioqui languentem, & profluuium mouent.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

Contraria signa sunt iis, quæ superiore Aphorismo exposuimus, ex quo tota hæc sententia planè perspicua est, quòd à causis maximè cōtrariis fiant, ac proinde maximè contrarios exitus sortiantur. Sed & singulorum sputorum differentiarum ac significationes paulò ante explicatæ sunt, quòdque nigra eum colorem ab atra bile pura contrahant, liuida ab eadem, sed modica, aut ab extinctione caloris: syncera vt flaua, & æruginosa, ab exustione, & seri consumptione: æstiosa, & spumosa tum à pulmone, tum à perturbatione in pectore vnà cum calore præter naturam non paucò congesto aceruatòque flatuoso spiritu. Hippocrates verò secundo de morbis scribit, Pulmone suppurato si album & purum pus effluat, fibris etiã cruentis intermissis, ægros conualescere: si vitello oui simile, & ἐπιχλωρόν, subviride, crassum, foetidum, celeriter interire.

LVI.

Οἷσι δὲ, τὰ μὲν ἐπιγίνε, ἐν τῶν προετιρημένων, τὰ δὲ μὴ, τῶν οἰ μὲν ἀπογνήσκουσιν, οἱ δὲ πολλὰ χρόνον σώζονται.

*Quibus vero ex præscriptis malis alia quidem accidunt, alia non, ij quidem intereunt, illi post multum tempus superstites euadunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Quomodo in arboribus & edificiis, quæ eadem ventorum vi cōcutiuntur, alia concidunt, hæc quidem tardius, illa celerius: alia verò non corruunt, sed

sed diu sustinet vim atque impetuum flatum: ita corpora alia firmiora, alia minus firma, & robore viscerum, quæ vitæ veluti fundamenta sunt, euariant, & alij: ægri ex eodem morbo conualescunt, illi intereunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

Repetendum est, quod alibi diximus, signorum vires non numero, sed viribus æstimandas esse, ac mortem simpliciter, sanitatem sub conditione sæpe prædici debere, quòd illa vno modo perimat, hæc multa simul ad certitudinem requirat, vt victum conuenientem, medicamentorum opportunitatem, ægri vires, medici & eorum, qui seruiunt, diligentiam & similia. Præterea in singulis morbis quædam signa firmissima esse, alia infirma, tametsi numero vincant: vt in hoc affectu, certius argumentum sumitur mortis, aut salutis, ex pectoris firmitate, vel infirmitate, suppressione sputi, aut facili largaque vacuatione, quàm ex febris magnitudine, vel paruitate, aut ex pulsuum robore. Plus etiam potest cibi appetentia cum vacuitate sitis, quàm aluus dura, aut mollis, nisi coniuncta sit colliquatio. Adde quòd signa lethalia, tametsi salutaribus æqualia sint numero & viribus, certius mortem præmonstrant, quàm illa salutem, in morbis suaapte natura periculosis, quique medium quodammodo tenent inter salutem & mortem, qualis est suppuratio, tum propter causam expositã, tum propter morbi naturam, virium diu laborantium statum, & pulmonum perpetuò metuentiam corruptelam.

LVII.

Οἱ δὲ μέλλουσες ἐμπόιο γίνεσθαι, πύουσι, μὲν πρώτον ἀλευρόν, εἴτε γλυκύτερον.

*Furoris purulentis sputa primum salsa, deinde dulcia.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Secundo de morbis longioris morbi & animi è suppuracione signum facit sputum dulcescere. Id autem iusta ratione accidere consuevit. Quod enim defluit, & salsum est, crudum necdum elaboratum ab alieno calore eiusmodi est. Pituita enim salsa immoderato calore gignitur. Atque ea angustiis inclusa coquitur, atque maturatur. Maturatio à calore inuito, cuius potestas est, vt quæ immoderata sunt, quantum licet per naturam materiæ, quam concoquit, ad mediocritatem reuocet. Alioqui vel excernat, vel in pus conuertat. Quòd cum accidit, siquidem excernit, sæpe eandem qualitatem relinquit: si concoquit, aut in pus vertit, quod concoctio quædam est, qualitatem quoque immutat. Ex quo quæ salsa erant, dulcescere incipiunt. Eo modo quædam aquæ vitiosa qualitate præditæ coctura vitium deponunt, ac dulcescunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

Pituita naturalis insipida est: cruda propriè dicta, grauis sine flatu pituitæ familiaris: Dulcis magis cocta, quàm naturalis: acida crudior: vitrea frigidissima cum multo lentore: gypsea interdum in pulmone, frequentius in articulis calore exsiccante, aut frigore concrefcit. Sed & acerbam reddi pituitam aiunt frigoris vehementia, aut melancholici humoris permixtione: amaram per fusa bile: salsum vel putredine, vel adustione, vel permixtione bilis pauca, aut exusta. Neque hoc sine ratione. Nam constat vstis humoribus salsum saporem gigni permixtione aquosi liquoris, eo ferè modo, quo sal ex combustis omnibus rebus elicitur, siue duræ sint, atque aridæ, siue molles aut humidæ affuso cineribus humore liquido, & vi caloris euaporato. Quanquam enim bilis vsta verè dici non potest, vt quæ extrinsecus igni comburuntur, proportionem tamen vsta dicitur, & saluginem quædam refert per admixtionem aquosi humoris in sputis, cum syncera sit ama-

3. de aliment. facult.

rissima. Itaque pituitam putredine falsam esse redditam nosci Arabes aiunt ex febre, quam putrescens humor excitat: vitione vero, ex temperamento bilioso, hepate calidiore & sicciore, oris amaritudine, siti valida: ex bile, tum ex his, tum ex paroxysmis februm aut exacerbationibus tertianis. Ac certè constat experimentis succos omnes, qui partes crassas, dulcissimas habent, vt mel, aut in quibus aqueo multo humido non diluitur dulcedo (eo enim abeunte per ignem subiectum fit dulcius, vt sapa) ex decoctione diuturniori solos ipsos per se primùm quidem saliores, postea autem etiam magis amaros fieri, vt Galenus quoque docet. Quod humoribus etiam euenit tum à calidiore intemperie, tum à febrili. Itaque falsus humor est, in quo quidem partes aqueæ mole superat, ab intermixtis tamen adustis & acribus superantur: qualis est imprimis pituita falsa. Ob idque acrimoniam habet, exsiccatur, & erodit. Indicium est, quòd siticulosos reddat, vt dulcis, somniculosos, acida famelicos, cruda fastidiosos. Cùm igitur suppuratio omnis in thorace vel ruptum abscessum sequatur: vel vasis alicuius apertionem, sed frequentissimè erosionem: vel fluxionem è cerebro, aut toto corpore multam, nec expulsam, aut potius acrem & falsam, omnes ferè purulenti propter putredinem, vel vitionem, vel bilis mistionem, initio saluginosa excreant, sed ij maximè, qui multum pituitæ falsæ congerunt, ex cuius etiam sputo in omni catharro erosionem in pulmone metuimus. Sub finem verò, loco falsi sputi, dulcia expectorant, vel coctione & apta temperie in his, qui sanantur: vel exulcerato pulmone, in aliis, qui ad phthisim transunt: vel colliquatione partium solidarum, in moribundis. Toridem enim dulcedinis causas in excrementis corporis Hippocrates obseruat, qui euentus maximè contrarios sortiuntur. Proinde non dixit hoc loco sputa dulcia, quæ post falsa accedunt, in bonis, aut malis haberi: sed falsa, signa esse inchoatæ suppurationis, aut futuræ: dulcia, absolutæ. In peripneumonia tamen id malum esse scripsit tertio de morbis. Nam cùm sæpius propter visceris laxitatem non facilè tenuem bilem & fluxam retinentis à pituita oriatur, saluginosa initio sputa sunt, deinde concepto pure dulci, aut eroso, aperto, vel rupto vase aliquo, pituitæ permixto sanguine, eadè dulcescunt. Pituita enim, quæ cùm naturaliter habet, aut insipida est, aut semidulcis, comparata cum sanguine, aut cū ipso mixta dulcis apparet, qualis ex ore sæpe excernitur in distillationibus è cerebro, & inchoata erosionem pulmonum. Iuber ergo Hippocrates eo loco, vt interrogemus ægrum, an dulcior sit salua. Et si affirmauerit, Scito, inquit, pulmonem ipsi suppuratum esse, & morbum annum integrum duraturum, nisi in quadraginta diebus pus expectoretur. Si verò insuauem esse saluam dixerit, status morbi lethalis est. Verùm in primis diebus hi manifesti fiunt. Si enim putrefactum ac purulentum expuerit in duobus diebus ac viginti, & non exulceratus fuerit, euadit: sin minus, moritur. Hæc Hippocrates. Nec absimilia contingunt in pleuritide, siue à pituitoso sanguine ortum habeat, siue à bilioso. Quòd autem etiam dulcedo colliquationem significet, idem Hippocrates docet, de excrementis aurium agens, quæ suapte natura amara, futurorum purulentorum falsa esse debent, sexto Epidemion.

L VIII.

Οἱ σὶ δ' ἐν πλωμονὶ φύμωτα γίνεται, ὅ πύον διάγουσιν ἐς μ. ἡμέρας μὲν ἢ ῥῶξιν. ταύτας δ' ὑπερβάλλουσιν, ὡς τὰ πολλὰ φθισικοὶ γίνονται.

*At quibus in pulmone vomica est, in quadraginta diebus pus educitur ab eo die, qua illa erupit. Quòd si has superent, magna ex parte tabidi euadunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Quod in Aphorismis de pleuritide scripsit, idem hoc loco de pulmonis inflammatione. Ac φύμα ἀπὸ ἐμπύματις usurpari constat, vt ἐμπύμα commun

communiter dicatur, & quod suo loculo inclusum, & quod iam rupta vomica effusum est. Hoc vult igitur annotandum esse diem, qua rumpi videatur abscessus. Annotabitur autem ex signis, quæ ante scripta sunt. Ex quo necesse est intra quadagesimum diem pus expurgari, vt Metoni septimo Epid. Alioqui mora pus acrimoniam & putredinem contrahit, & natura imbecillior redditur. Illud pulmonem exulcerat, vnde tabes.

DESID. IACOTII COMMENT.

Dictum est antea ἀνακάθαρσιν ἢ ἀπύρυσμάτων fieri in quatuordecim diebus: alioqui vomicam existere 20.30.40.60. quam sequitur iisdem diebus ῥῶξις, hoc est, ἐγυσις ἢ πύξις. Hinc ἀνακάθαρσις ἐμπύματις, repurgatio puris, vel expectoratio materiæ suppuratæ, cui terminum præscribit quadagesimum diem à die ruptionis iuxta rationem dierum criticorum, siue peripneumonia, siue pleuritidis sit consequens. Nam idem purulentis ex pleuritide euenire scribit in Aphorismis. His ergo omnibus (ait Galenus) nisi ad summum intra quadraginta dies puris screat expurgandi vacuatio fiat, pulmonem exedi est necesse, pure temporis longinquitate putrescente, vnde φθισις. Qua voce Hippocrates propriè vtitur in tabidis, qui phthoë laborant, id est, quibus vlceratus est pulmo: generalius etiam in omnibus quacunque occasione colliquefactis & macilentis. Tabem vulgo dicunt, quæ tamen apud Celsum latius patet, quàm phthisis. Nam tabem diuidit in ἀστροφίω, κακῆξίω, & φθισίω. At phthisim constituit febris ex pulmonis vlcere, qua laborans consumitur. Nam neque necesse est in omni phthisi iungi purulentum sputum, cùm interdum excreatio cesset ob puris crassitatem, aut expultricis infirmitatem: neque etiam omnem phthisim aut ex antecedente hæmoptoisi fieri, aut ex suppuratione, aut ex acri catharro, quæ frequentissimæ sunt tabescentium origines. Aliter enim, licet rarò, phthisicos fieri ex Galeno intelligi potest, vt propter humiditatem cum calore quodam coniunctam, quæ ad putrefactionem visceris mollissimi satis esse potest: aut propter immodicum calorem ex corde, qui pituitam exacuit, & adurit, vt per moram erodat pulmones effluxu & excrementorum meatibus ferè destitutos. Nonnulli tabem quoque quandam asthmaticam faciunt, in qua infarctis asperæ arteriæ ramis glutinosissima pituita ob respirationis noxam consumptio totius corporis sequitur, modò cum febre, modò citra febrem. Sed hæc ad alium locum pertinent. Caterùm, quòd scribit, ὡς τὰ πολλὰ, in Aphorismis affirmat, quoniam is dies vltimus est terminus. Verùm propter varietatem puris in calore, acrimonia, & erodendi vi, aut propter temporum constitutionem, vel ætatem multi ante eum diem phthisici fiunt.

5. Aphor. 15.

4. de loc. aff. sec. cap. vlti.

L I X.

Ἐπὶ πλωρῆ ἀλγῆματι, τὸ ζῆν ἀπὸ ῥινῶν αἱμῶδος, κενόν.

*In dolore lateris stillatio sanguinis è naribus malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Sæpius ante dictum est, quàm grauis ea distillatio sit in morbis acutis, vnde S malignitas morbi, & naturæ infirmitas intelligatur. Dolorem autem lateris morbum pleuritidem dicit, quæ larga hæmorrhagia è naribus iudicari potest, stillatione non potest.

DESID. IACOTII COMMENT.

Dvabus de causis stillicidium sanguinis in pleuritide ἐπιγγῆμα est non solum prauum, sed etiam lethale, modò ne vel ab externa causa inciderit, vt expressione à tussis vehementia: vel fluxio aëris frigore, aut narium densitate

3. de crif.

impediatur, quanquam & hoc quoque malum admodum cenfetur. Vna communis est omni febricitata, in qua saepe dictum est sanguinem e naribus stillantem, praesertim nigrum & syncerum, aut quarto die incipientem, aut ex opposito, aut cum pravis cerebri symptomatis coniunctum, mortem denunciat. Altera pleuritidi propria, quae hoc genere crisis raro admodum soluitur. Etenim lethargus aut peripneumonia (ait Galenus) haemorrhagia non delectantur. Pleuritis autem in medio horum est. Minus enim, quam ardens, & phrenitis: magis vero, quam peripneumonia & lethargus profluio sanguinis e naribus iudicatur. Quod si copiosa haemorrhagia, quae a magnis morbis liberare solet, hic ambigua est, nec in Peripneumoniam vtiliter incidere solet, non solum propter diuersitatem duplicis materiae, vt quidam scribunt, sed etiam propter locum, qui huic vacuandae non conuenit, quanto deterius futurum est stillicidium suapte natura ferè semper lethale? Nam inde praemonstratur non modo cerebrum in consortium mali adduci, sed etiam naturam oppressam, aut penitus infirmam conari quidem acruatam in cerebro abundantiam expellere, verum operi succumbere. Quod genus signorum deterrimum esse passim docetur ab Hippocrate.

L X.

Οἷον ἐμπύον ἐπιεικτέρον ἔχουσιν, διασώζονται τὸν πλυσμὸν τῶν παρακολούθησι, τὸ τὸ ὑπόσπιν ἢ εἰς νεφ.

Quibus purulentis initio morbus est, & grauis sputorum odor consequitur, recidua lethalis est.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

A Naturali suppuratione aegros leuius habere oportet, & quo tempore iusta ratione pus excluditur. Vbi vero vel noua materia influit in pulmonem, vel pus restitit, nec, vt solebat, repurgatur, putredo fit, vnde integratur febris atque inflammatio. Id autem ἀνατροπὴν dicit. Haec ergo recidua fractum aegrum longo morbo facile interficit.

DESID. IACOTII COMMENT.

2. de humo.

SPutum in pthificis ex odore examinandum iubet Hippocrates, non solum tanquam signum pathognomicum suppurationis, sed etiam tanquam ἐπιγνημία comprimis lethale, si vehementer foeteat (modici enim foetoris sputum purulentorum semper particeps est) idque maximè, si vnà accedat pilorum defluuium. Ex his enim duobus ita affectos perniciosè agrotare certò deprehendimus, quia hoc vltimi alimenti defectum, atque etiam aliquando humorum corruptelam indicat: illud vero putrido vlcere pulmones laborare, ex quo veluti sanies corrupta prodit, ab ea, quae ex rupto abscessu concocta effunditur, maximè diuersa. Nam pus sui generis odorem ingratum nec vituperandum habet à calore natiuo in putredine superante. At vbi praeter id vehementer foetet, sphaelicissimum, ingentem putredinem, caloris extranei abundantiam, & innati extinctionem in parte, vnde manat, semper testatur. Idem iudicandum de vrinis, & alui excrementis. Nam & vrina, quae valde foetet, & pinguis est, quam oleosam vocant, perniciofa cenfetur: & excretiones in febribus non intermittentibus liuidae, cruentae, foetidaeque male sunt. Quae quidem (ait Galenus) plerumque fiunt eiusmodi eo modo, quo ex putridis vlceribus sanies profluit: nonnunquam vero, vt pus ex rupto abscessu prorumpit. Eadem ratio eorum, quae vomitu redduntur. Ipsorum enim foetor, praesertim si vnà quoque atra existant, morbi magnitudinem indicat. Siquidem foetida semper perniciofa sunt: quemadmodum ipse quoque in Prognostico scripsit. Omnes (inquit) subputridi, foetidique odores in iis omnibus, quae vomitu reiecta sunt, mali. Sed & in peripneumonia ac pleuritide

pleuritis sputum valde foetidum vehementi dolore, aut difficultate respirationis conflictari hominem indicat. Tanta igitur huius signi vis est, vt si omnia signa salutaria in purulentis simul reperiantur, nec vlla intercedant lethalia (qualia diximus esse inquietationem, dolorem vehementem, sputi suppressionem, spirationem difficilem, sitim, extimarum partium frigus, & similia) vnus tamen huius praesentia reciduae, & mortis praedicendae fati esse possit. In morbis enim thoracis non solum opus est ad salutem, humoris morbifici vera & continuata coctione, deinde facili largaque vacuatione, quae ex aliis bonis signis deprehenduntur, sed etiam partium, quae vomica obfcessae sunt, integritate, sine qua duobus primis multo modo fidendum cenfet Hippocrates. Tametsi enim vis naturalis potuerit concoquere, & animalis expellere, vlceris tamen occasione, & puris inclusi putredine partes interiores corrumpuntur, atque etiam prauis succi nouo affluxu natiuus calor partis affectae, qui in suppurationis semper imbecillus est, extinguitur. Non enim morbos alios semper sequitur imbecillitas: suppurationem maximè, quia morbo, qui vires necessariò labefactat, succedit. Hanc igitur & partem, & humoris, & caloris natiuo corruptionem vehemens foetor detegit, etiam in his, qui ἐπιεικτέρον, leuius ac moderatius habere videtur. Ita enim ἐπιεικτέρος Galenus interpretatur medium eorum, quae magnam, & eorum, quae exiguam spem afferunt in omnibus symptomatis. Quomodo Graeci hominem vocant ἐπιεικτέρον moderatum, à quo nihil in vita fit nimis. Caterum ἀνατροπὴν reciduiam vocat, qualis in his accidit, quae prius prorumpunt, aut prius excernuntur, aut intus relinquuntur. Ex eo enim, quod intus relinquitur, morbus repetit, in quo aegri saepe deterius ex recidua laborant, quando videlicet in principio non admodum malignus erat, quod vires adhuc valentes ei repugnarent: sed tamen cum intermiserit, iterum inuadit, viribusque iam prostratis inuentis, grauius affligit. Eiusmodi enim reciduae lethales esse solent.

1. Proth. 64.

L X I.

Οἱ ἐν πλεονεξίασιν ἀναπύοντες πυώδεια, ὑπόχολα, τροχύλα, ἢ πυώδεια ὑφαίμα, προελθούσης χροῦς δλεθριοι. δλεθριοι δὲ καὶ οἱ τὰ μέλαινα, λιγνυώδεια πύονες, ἢ οἱ ἐν ἀποδίνος μέλαινος γίνεσθαι πύονες.

Qui in morbo lateris expuunt purulenta leuiter biliosa, rotunda, vel purulenta subcruenta, perniciosè habet. Similiter & qui nigra, & qualia à nigro vino tincta sputa reijciunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

I Am ante & in Prognostico damnauit, qui purulenta similiter & biliosa expuunt, inaequali videlicet opere naturae, & varietate materiae repugnante. Ac rotunditas quoque in vitio posita prius est, quae internum aestum arguat. Eadem ferè ratio puris, & cruoris simul excreti. Quomodo enim in externis abscessibus reprobatur pus cruentum, ita in internis. At nigra omnia exitiosa esse scripsit in Prognostico, & paulò ante dictum est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hippocrates in Prognostico sputa laudat facilia, & vehementer permixta flauo: de diata in acutis, cocta, quae puri similia fuerint. His opponit difficilia, vt grumosa, valde crassa, tenuia, viscosa: deinde male permixta, vt purulenta leuiter biliosa, rotunda: tertio incocta, quorum alia per solam absentiam coctionis cruda sunt, vt subcruenta: alia per dispositionem coctioni contrariam, putrefactionem, videlicet aut exustionem, vt nigra, foetida, & similia. Vocat autem πυώδεια ὑπόχολα, sputa adhuc biliosa cum pure mixta. Quomodo in Prognostico valde perniciosas esse scribit, suppurationes, quae sputo adhuc bilioso suppurant,

rant, siue biliosum sputum, atque pus seorsim, siue etiam inter se mixta excreantur. Inæqualitas enim illa bilis crudæ, & puris costi, tum caloris nativi defectum offendit, qui æqualiter agere in omnes partes haudquaquam potuit, tum materiæ ipsius varietatem, & malignitatem, cuius quædam partes naturæ elaborationem & operam suscipere non possunt. Si ergo in manifestis externorum partium tumoribus suppuratio, quæ hac parte puris formam refert, illa materiæ crudæ, vix curationem admittit, eoque minus, si ad cruditatem accesserit substantiæ ipsius prava aliqua qualitas, quantum deteriores esse censendum est eiusmodi suppuraciones, quæ interiores, & nobiles partes occupant, ut pulmonem ac thoracem? Absolutam autem ferocissimi humoris malignitatem detegit rotunda figura sputi, cuius materia crassities est, & viscositas humorum in bronchiis pulmonis, efficiens verò causa immoderatus calor loci, unde manat. Nam cum glutinosus humor in aspera arteria colligitur, atque ibidem multas horas remoratur, eandem cum illa formam acquirit, siquidem ipsa quoque globosa est, & in orbem circumducta. Id tamen non contraheret humor, nisi calor ibi esset, qui eum quasi perfrictum redderet, quique undique latera æqualiter torrefaciens, quicquid promineat, consumeret. Quia verò subiectum valde glutinosum est, idcirco ubi semel rotundam formam acceperit, eam retinet sine viscositate amittit. Quomodo Aristoteles in mechanicis, omne, quod sensim circumcirca consumitur, rotundum euadere scribit. Ex quo efficitur rotundum sputum non solum difficultis expectorationis, sed etiam caloris extranei, & vehementis signum esse. Proinde si caput quandoque tale inueniatur, ut facile patiat, facileque sentiat, cum eiusmodi vapores recipit, tunc delirium exorietur: & sputum omnino erit cum calore coniunctum, & omnino homo delirabit, præsertim si quod aliud signum phreniticum consenserit. Quinetiam qui rotunda excreant sine febre, quantum multo tempore nihil mali perpeti videantur, omnes tamen contabescunt, ac tandem phthisi consumuntur. Sputa verò subcruenta, ut alibi quoque ostensum est, à resudatione pauci seri sanguinis per initia laudantur: purulenta verò & subcruenta simul, erosionem venulæ alicuius, aut potius substantiæ pulmonis (nisi è cerebro, vel gingiuis sanguis exudet) aut cruditatem materiæ heterogeneæ testatur. Perniciosissimè habent, quibus vlcus pulmonis in causa est vel ab erosione, vel à putredine, utpote visceris, quod propter humiditatem & facile putrefcere, & à vitiosis humoribus promptè erodi consuevit. Adde quòd bronchia in ipso admodum exigua sint, quorum pars, quæ putrefcere non potest, membranosis vinculis solutis interdum integra simul reicitur. Talia autem vlcera propter excrementum & motus perpetuitatem vix vnquam curari possunt, præsertim accedente inflammatione, cuius febris est prænuicia. Nam sub hac frustra vera speratur consolidatio: sed arefcente sanie, & in crustam versa, sanguinis expulio cessat, & sanus apparet, qui labbrat: leuissima verò occasione crusta excutitur, & fluxus recrudescit. Ante inflammationem tamen primo, aut altero die sanari ex toto possunt obducta cicatrice. Verum ut in aliis vlceribus membra calida & sanguine plena instantibus, ita in his facile succedit inflammatio post biduum, aut triduum. Humor autem accedens amplior, quam pro alimento pulmonis ad locum imbecillens, & inflammatum necessarid conuertitur in pus. Cum ergo sanari vlcus non possit, nisi expurgata sanie, nec sanies expurgari nisi tussi, tussisque dilaniet & vulnus amplifcet, remedijs vulgaribus non cedit malum, sed augetur. Quòd si sanguis cum pure è thorace prodeat, morbus planè perniciosus non est. Etenim non modò recens in eo vulnus agglutinari potest, sed & diuturnum veram admittit cicatricem, ut Galenus docet. Adde quòd thoracis motus multò minor est, quam pulmonis: imò verò in naturali respiratione nullus: & auxiliorum prompta admotio, extra ad pectus: intrò, ad ventriculum: unde ad cauam venam & ab ea ad costas delegatur: cum ad pulmonem, nisi in corde excoctum medicamentum non accedat. De sputis autem nigris dictum est alibi. Verum obseruandum est duplicem hinc differentiam ipsorum annotari, quoniam quædam fuliginosa sunt: alia, ut à vino nigro tincta. Fuliginosa intelligit, quæ veluti qua-

dam

dam fuligine colorantur ab exhalatione è corde, & copioso excremento fuliginoso. Idque potissimum per febres accidit, quæ ignis instar sanguinè adurentes fumo magis quam vaporis similem reddunt halitum, quo & sputa interdum, & sæpius lingua colorantur minore multò periculo, quam ab atra bile. Sic in virgine in Larissa causo laborante à plethora, cui nulla malignitas coniuncta erat, Hippocrates scribit linguam fuliginosam apparuisse nullo periculi metu. At quibus velut à vino nigro sputa intinguntur, siquidem atræ bilis permissione talia sint, perniciem minantur: sin à grumoso sanguine, & nigro, cum dolore & multa tussi è thorace excluduntur. Sed & sanguis multis modis vertitur, ut in melancholicum, in biliosum, pituitosum: sicut in rubrum colorem, cum maior est puri sanguinis, quam aliorum humorum copia: atque ægroti expuunt talia per sæpe, & interdum (ait Galen. de humo.) non ita facile est, humores, qui in sputis confusi sunt, discernere, nisi quis sit in arte exercenda diu, multumque versatus.

## LXII.

Όσοι αίμα άφρώδες πύσσει, πονέοντες ύποχόνδριον δεξιόν, άπό τής ήπατος πύσσει, ή οι πολλοί άπόλλυται.

Quicumque spumofum sanguinem expuunt, & à dextro hypochondrio laborant, ab hepate expuunt, ac ferè moriuntur.

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

PARum verisimile quod scribit. Dixit enim in Aphorismis, δρόβι αίμα άφρώδες άπο πύσσει, τήσσει εν εκ τή πνεύμονι. ή πιαύτη άναγωγή γίνεται. Ac multis locis Galenus ponit reiectum sanguinem spumofum certissimum esse indicium exulcerati coporis pulmonis, aut, quod rarer est, è latere reicitur. Sed hoc à sanguine pulmonis facile distinguitur, quia crassior est & nigrior dolore antecedente loci. At sanguis, quo pulmo nutritur, quique inde reicitur, leuis, tenuis, flauus, ærius, spumofus est. Ac nec facile intelligas, qua ratione sanguis ex hepate sputo repergetur. Vomitione etenim & deiectione excludi solet, neque is spumofus est. At nec quo tempore si doleat dextrum hypochondrium, sanguis expuitur, ad hepar causa referenda, quia non repugnat alia de causa dolere hepar, alia pulmonem eodem tempore irritati.

## DESID. IACOTII COMMENT.

SPumam in sanguine efficacissimum signum esse Galenus scribit, quòd è pulmone prodit. Et in Aphorismis Hippocrates, Si spumofus est sanguis, è pulmone prodit. Alio tamen loco docet Galenus pulmone exulcerato non necessario spumantem expectorari, nimirum cum è vasis effunditur, non ex ipsa substantia. Nam ab eis, qui ex alto ceciderunt, aut calcibus cæsi sunt, aut in palæstra percussi, sanguinis coloratissimi magna copia extusiendo sæpe excluditur sine dolore vllo, quem non aliunde exire, præterquam ex rupto pulmonis vase aliquo verisimile est. Quòd si ex ipsa visceris substantia aliquid vnà efferatur, sanguis fit spumofus. Præterea spumofum etiam pleuriticis interdum expectorant, atque etià peripneumonici (quanquam multo rarius) calore immodico & igneo in partibus affectis collecto. Quinetiam docet Paulus ex gutture spumofum sanguinem prodire propter commercium respirati ætris, & Auicenna ex pectore ob eandem causam: hinc ex hepate. Quæ omnia accurata distinctione opus habent. Videndū itaque imprimis, num tussi, vomitu, creatu, simplici expulione reiciatur. Deinde num consensim fluendo, an sensim manendo. Postremò qualis sit tum spuma, tum consistentia sanguinis. Tussis ergo, ut alibi exposuimus, perpetuò quidem indicat sanguinem ascendisse ex spiritalibus instrumentis, non tamen perpetuò vel è pulmone, vel è thorace manare, quoniam sæpe ex capite ad faucium partes interiores irruens, tussiendo excluditur, quia affatim descendit.

Cuius

4. de loc. aff.  
5. Aph. 13.  
7. Aph. 30.

Cuius fluxionis dignotio repetenda est ex illis signis, quæ iam exposuimus, & quæ tum in palato, tum in capite apparent. His absentibus tussis vehemens certissimum argumentum est affecti pulmonis, vel thoracis. Hæc ubi constituerint, ad copiam fluxionis, & sanguinis substantiam attendendum est. Nam ex amplis pulmonis vasibus copiosus effunditur præcedente causa aliqua vel ruptionis, vt ictu, casu, & similibus: vel erosionis, vt distillatione acri. Ex substantia pulmonis exiguus trahitur: ex pectore paucus & serofus per initia inflammationum: sine his nunquam tantus è thorace prodit, quantus ex amplis vasibus pulmonis: sed & crassus, & grumosus est, cum multa tussi, & cum dolore in aliqua parte thoracis. Grumosus quidem, quia sanguis coit extra vasa in loco tepidiore. Multam verò tussim concitat, quia concretus densatusque accedens, nec facile vincens externorum pororum angustiam semel excuti, nisi iterata tussi, non potest. Cum dolore denique, quia pars sensus particeps. Nam pulmo parte membranæ dolorem aliquem sentire potest, sed languidum: interna nequaquam. Itaque dolor plus terroris affert, quam periculi: quod in iugi excreatione maius est, quam in interpollata, & in ea, quæ sine ordine accidit, quam in seruante ordinem, cum semper sit infidiosa curationi temporis inordinata varietas. Quod ad spumam verò pertinet, vnde cunque fluat, non nihil spumæ permixtum habere potest ex viscida & aërea substantia secum mixtis. At ex toto spumescere, solius substantiæ pulmonis proprium est. Itaque rectissime spumam in tres veluti gradus distinguunt. Nam cum leuiter spumæ permiscetur sanguis, ex gutture, thorace, hepate prodire potest: cum verò plurimum spumat, è pulmonis vasibus effunditur: cum totus spuma est, ex visceris carne, cuius induit similitudinem. Est enim pulmo veluti coagulata spuma. Ad confirmationem *σπυγώσας* Aretæus addit rotunditatem, quam è pulmone delatus sanguis contrahit, non continuò fluens, sed per intervalla interscissus, ac separatus. Sed & colorem refert magis dilutum & albidum ex permixto plurimo aëre, & pulmonis similitudine. Vbi ergo affecti thoracis, vel pulmonis signa abfuerint, & sanguis ex ore reicitur simplici expuitione è gingiuis, & ore: sreatu ex faucibus interioribus: vomitu ex ventriculo & gula: tum scaturigo prima, formæque mali quaerendus, & omnes corporis partes præcipuæ, cerebrum, hepatis, lien, vterus, ratiocinando & colligendo lustrandæ sunt, dum signis conspiciuntur, in qua is parte consistat. Huius verò generalis præcepti exemplum particulare suo more Hippocrates posuit hoc Aphorismo, vt de cæteris eodè modo iudicium instituat. Nam si dextrum hypochondrium (inquit) laborat, ab hepate prodit. Hoc autem vtiliter fieri potest, & criticè, vt in plethora, & suppressis mensibus, aut hæmorrhoidibus, aut in mutilatis, quemadmodum in cruenta dysenteria, de qua postea. Verum tunc vomitum, aut è naribus copiosè effunditur. Si verò *σπυγώσας* (inquit) id est, simpliciter expuunt, siue cum tussi, siue sine tussi, non solum inde significatur ex hepate sanguinem prodire, sed etiam mortis periculum impendere, maximè verò per vehementes inflammationes hepatis, & graues alios eiusdem affectus. Nam sine tussi excretus hepate phlegmone obfesso coniunctam imbecillitatem, eamque vehementem denuntiat, non secus, quam rubès proluuias. Tunc enim sanguis sponte profluit è venis apertis, idque interdum per nares, interdum per vterum, aut hæmorrhoidas, aut intestina: nonnunquam etiam per sputa, quoniam venæ iecori affecto, vt pote suæ origini condoleant & consentiunt, vt & nerui cerebro. Sed & interdum sanguis substantia tenuis in os profluit, gingiuæ verò rarefactæ sunt, vt eum continere non possint. Nonnunquam verò eandem ob causam ex gutture serofus sanguis æquè exudat, ac si per diapedesim reiceretur. Quoties ergo hoc symptomata superuenit doli hepatis, & inflammationi, resolutio visceris ipsius significatur. Idem iudicium si cum tussi, & spuma efferatur. Nam per ramos venæ cauæ effunditur in thoracem, atque inde cum tussi sursum ascendit. Rectè autem dixit, multos ita affectos perire, non omnes: nimirum si symptomata sit excretio, non critica, & si alia signa imbecillitatem visceris, & venosi generis resolutionem confirmet, aut si translatus in thoracem sanguis, ibique restitans corrumpatur, ex quo difficilis

cilis spiratio, & pulmonis erosio sequi solent. Nam alioqui Auicenna scribit spiritum sanguinis frequenter cõferre ad sanationem phlegmones hepatis, vel splenis, quoniam sanguis auertitur, si modò inde alleuamentum consequatur. Eadem ratione à splene esse deprehendimus ex grauitate ac duritie sinistri hypochondrij: ab vtero, ex grauitate ac tensione circa inferiorem partem spinæ, & mensium suppressione: ex cerebro, ab his, quæ alibi exposita sunt. Verum in illis profluit è naribus, aut vomitu, vel tussi reicitur potius, quam sreatu, aut simplici expuitione. Cerebro verò affecto interdum cum tussi, interdum sine tussi & expuitur, & excreatur, vt diximus.

## LXIII.

Οἱσι σπυγώσας πῦρον βορβορώδες ἔρχεται καὶ δυσώδεις, ἀπολλύονται ὡς τὰ πολλά.

Quibus dum cõcutiuntur, pus limosum & oleus grauitè prodit, vt plurimum moriuntur.

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Id si in vlcibus externis damnum est, quantò magis in internis, maximè verò in parte principe, & quæ de proximo grauem halitum in cor vitæ principium inuehit, atque ita corrumpit spiritus vitales. Tale est in quibusdam malignis vlcibus externis & putridis. *δυσώδεις* autè contrarium ei, quod *ἀσπυγώσας* prius laudabat, vt in Prognostico *ὡς ἡμισπυγώδεις*. Vix enim fieri potest, vt sine fetore leui pus etiam laudabile exeat. *βορβορώδες* colore, odore, & crassitie cœno simile. *σπυγώσας* autem conuulsus emouetur, quomodo cœnum commotum exhalat suum virus.

## DESIDI. IACOTII COMMENT.

Quam graue signum sit sputi purulenti grauis odor, dictum est paulò ante. Sed & *βορβορώδες* addit, notam optimo puri maximè contrariam. Et enim in Pronostico optimum definitur albedine, quam fibrarum, membranarum, & corporum seminalium integritas inducit: æqualitate materiæ, quæ est vniuersi modi in crassitie, tenuitate, colore, coctione: denique lauore, quem vis caloris naturalis in omnes partes æqualiter insinuantis profert. Quibus conditionibus addit minimum fetorem. Pessimum est qualitatibus contrariis aut omnibus, aut pluribus affectum, vt nigrum, asperum, inæquale, cœnosum, valde fetidum. Et enim cum triplex in animalium corpore alteratio reperitur: vna planè secundum naturam est, qua alimentum tum in ventriculo, tum in iocinore, tum in vasibus concoquitur, & assimilatur. Altera planè præter naturam, in putrescentibus omnibus, superiori contraria: Tertia inter vtranque media, partim secundum naturam, partim contraria: vel potius concoctio secundum naturam, sed rerum, quæ præter naturam sunt. Per alterationem ergo primi ordinis humor planè superatur à calore nativo, fitque noua quodammodo species, & actu alimentum. Per secundam verò corrumpitur omnino ac putrescit ab extraneo sine vlla concoctionis nota. In tertia natura humorem vincit, antequam corrumpatur, sed alendo ineptum, & superfluum expellit. Ex quo fit, vt humor ex phlegmone aut vlcere abiens mediis esse debeat inter putrem, qui grauitè foetet: & alimentarium, qui nihil graue expirat. Nam odor ingratus puri optimi è materiæ conditione pendet, in qua fit modica putredo à calore extraneo resistente coctioni. Quod verò *δυσώδεις*, grauitè foetens, pessimum est, vt causa, & signum. Ac signum quidem eorum, quæ diximus. Nam extincta, aut superata mediocri concoctione, vltiori opera calor intusus, aut extraneus addit, quod supra odorem proprium est. Causa verò, quia sua acrimonia partes ambientes exulcerat, & arrodit: humiditate nimia putrefacit: praua qualitate corrumpit, & halitu terro deliqua, conuulsiones, &



graues casus affert. Cùm verò in pulmone tria contineantur: ipsa carnis substantia laxissima: ligamenta, quæ bronchia connectunt: & ipsa bronchia durissima, atque solidissima: ab eiusmodi pure promptissimè omnium & putrescit, & arroditur substantia: deinde verò & ligamenta ipsa robore ac soliditate media inter substantiam & bronchia. A puris enim acrimonia exeduntur, ab humiditatis copia putrèt. Quò fit, vt non solum pus graueolens per tales affectus prodeat, sed etiam interdum cum particulis bronchiorum intermixtum, quæ, vt vincula, non putrescunt: interdum βορβορώδες, limosum ex corrupta carne, sanguine putri, & colliuatione partis alicuius solidioris, vt nerui, cartilaginis, membranæ, quæ dum corrumpuntur, varia puris foetidi genera representant. Hæc itaque duo, δυσώδες, καὶ βορβορώδες, vt plurimum mortem minantur. Concuti autem ægrum dixit, cùm thoracem valido robore comprimit ad puris exclusionem, in qua commotione pus foedum odorem magis exhalat. Moriuntur verò vel foetore cordis vim obruente, atque extinguente: vel puris copia spirationem intercipiente: vel pulmonis sphacelismo: vel deficiente alimento. Addidit tamen ὡς τὰ πολλά, quòd vstione quosdam euadere compertum haberet in diuturnis etiam thoracis vlcibus, vt alibi ostendit.

LXIII.

Ὅσιν ἀπὸ τῆς πύσης ἢ μύλης χρωματίζεται, καὶ ἄπειρ ἀπὸ πυρὸς, ἀπὸ πύσης ὡς τὰ πολλά.

*Quibus specillum puri iniectum, quomodo ab igne coloratur, ut plurimum moriuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M**ύλη varia est, auricularis, ocularis, vulneraria, & quæ dilatat. Vulnerariam dicit προμασουλῶ, qua vulnerū natura tentari solet. Hæc ergo si in ignem extrema parte immitatur, nigrescit, & obscurum colorem contrahit. Si in pus iniecta eandem contrahat, malignitas puris inde arguitur, ex quo mortem ferè denunciat.

DESID. IACOTII COMMENT.

**A**liud signum est puris corrupti, & valde maligni, si eo intinctum partè extrema specillum liuescat, aut nigrescat. Ad corruptionem enim substantiæ & putredinem accedit summa acrimonia, quæ, vt diximus, vtroque modo perniciofa est, & sicut signum, & tanquam causa. Signum quidem, quia grauis affectus eam saniem excitauit: causa verò, quia ab ea rursus malignus alius affectus oritur. Sic Hippocrates puris notas hic docet, quatenus mortem aut salutem denunciat. Postea signa explicabuntur, quibus distingui debet à pituita putrida.

LXV.

μετὰ πλωρῆ ἀλγῆματος, μὴ πλωρῆος ὄντος, τὰ παραχρῆμα λεπτὰ ἐπιεταῖαν, ἔτσι φρενιτικοὶ ἀποβαίνουσιν.

*Qui citra inflammationem dolent à latere, turbulenti, tenuique, & moderato morbo laborant, & phrenitici euadunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**mpyrica hæc sententia, in qua nihil est, quod phrenitidem denunciet, nisi quòd turbulenti ægri sunt. At quos παραχρῆμας appellet, sæpe iam definitum, λεπτὸν autem & ἐπιεταῖαν ad febrem, vel morbum referenda sunt. Quid verò vtrunque significet, prius expositum.

DESID.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**uod adiecit, μὴ πλωρῆος, inflammationem pleuræ excludit, quæ est vera pleuritis. Dolor autem lateris à flatu per interualla, aut à pruitosa fluxione in musculos intercostales nequaquam leuem mentis offensionem mouet, quam παραχρῆμα vocat, delirij veluti præludium quoddam: multò minus phrenitum. Relinquitur ergo dolorem lateris hic accipiendum esse, in quo vel mediastinum vulgò dictum afficitur: vel septum inflammatur, aut detrahitur, aut opprimitur. Ac detrahitur quidè iecore phlegmone obseffo: opprimitur verò tum à tumoribus circumpositarum partium in hypochondriis: tum à flatuoso spiritu, qui circa ipsum colligitur. In his mentem lædi siue propter palpitationem, siue propter morsum Hippocrates quoq; docuit in Prorrhethico, quoniam cerebrum neruosis partibus, maximè verò diaphragmati, condolefcit. Verùm hi dolores deorsum magis, quàm sursum, & paulò supra vmbilicum atque ad hypochondria perueniunt, qua parte septum alligatur, ac tenditur eadem ratione, qua diximus ipsum dolere in vera pleuritide costarum inferiorum. Neque verò mirum est à flatu morsum excitari in diaphragmate. Licet enim morfus calidi & acris humoris magis, quàm frigidi sit soboles, à frigido tamen ac tenui flatu etiam fieri testatur Galenus. Manifestum autem est morbum hunc tenuem & moderatum videri, quia febris initio abest, & inflammatio, licet à calore status agitetur. Itaque si hoc modo lateris dolorè accipias, eadem erit sententia cum illa Prorrhethici, Circa vmbilicum dolores palpitantes, quod mentis perturbationem ostendat, quidpiam habent. Verùm quia πλωρῆ ἀλγῆμα sine pleuritide, scribit, ad intersepientes membranas affectas locus referri debere videtur, quæ mediastinum constituunt partem anteriorem pectoris contingens figuræ Λ, literæ Græcæ, in cuius vacuitate humores & status contineri consuevere, & aliunde accedentes excipi, cum sonitu interdum manifesto, semper verò cum grauitate quadam, & ad latera distensione, absque tussi, anhelitus difficultate, aut alio dolore, propter partis amplam capacitatem, & membranarum tensionem à vapore crasso. Varia tamen inde existit pulsus permutatio, atque interdum etiam intermissio, quoniam ad basim cordis peruenit affectus, nobiliorem partem, quàm sit cuspis, ex qua venæ & arteriæ multæ in partes principes feruntur. Hanc igitur partem fluxio obfidens morbum quidem lateralem conciat, non tamen pleuritidem, licet Arabes generalius sumpta pleuritidis voce hunc etiam affectum comprehendant. Initio leuius virget, tamen si grauisissimus sit morbus, & ferè sine febre est. Progrediente malo, & concepta putredine difficultas respirationis oboritur, & graua symptomata accedunt. Cùm enim mediastinum cartilaginea constet substantia, quæ carnis est expers, & suapte natura frigidior, siquid in ipsum influat, non ita facile putrescit, aut accenditur, vt in pleura, quæ internis costarum musculis inhærens calidior est. Nam calor cordis ob continuam frigidi inspirationem, & partium densitatem minus loca illa attingit, præsertim nondum accensa febre. Vbi verò inflammatio accessit ex putredine, celerrimè cor contiguum, & diaphragma, cui membranæ illæ alligantur, in conforium mali adducuntur, vnde summum incendium in totum corpus peruadit, interdum autem per exacerbationem febris cum pustulis quibusdam vel temporis momento per vniuersum corpus obortis, quales vrticæ crebro fricatu excitare solent in partibus mollioribus. Sed & cerebrum celerrimè afficitur propter vicinitatem, & connexionem ascendente fuligine & halitu acri per arterias, & partibus neruosis acrimonia vellicatis. Itaque si vel leuiter mens offendi videatur, in quibus videlicet caput facile patitur, & acri sensu præditum est, non sine ratione phrenitis expectanda est. Quocirca re&isimè Auicennas de hoc dolore agens, quem etiam, vt dixi, pleuritidis nomine appellat, dolorem scribit ad ossa pectoris declinare, mentis offensionem superuenire, & vehementiora accidentia, cum dolore, ac difficultate anhelitus. Neque tamen febrem ita vehementem esse, aut velocem, vt in aliis: imò quandoque differri, donec putrescat superfluitas, quo tempore vehementissima accenditur. Quòd autem veræ pleuritidi facili phrenitis sit,

1. Prorrh. 35.

4. simpl. & 2. de loc. & aff.

perueniat, multis vaporibus sursum è calido humore sublatis, qui cerebrum replent, aut ipsis etiam humoribus translatis, dictum est alibi, & Hippocrates in Aphorismis docet, cum scribit, à pleuritide peripneumoniā malam esse, & à peripneumonia phrenitim.

LXVI.

Εν τοῖς κτ' πλωμοναῖς αἱ λιλω ἐξερυθροὶ ἀποστρίξιες, ποικυρόν.

In morbis pulmonis supra modum rubra stillationes sanguinis pravae.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Εξερυθρὸν vim habet augmenti à voce ἐξ. λιλω autem additum magis auget. Videtur ergo intelligere, quæ saturato colore ita rubent, vt iam nigricent. Eiusmodi enim stillæ sanguinis è naribus damnati solent, vt supra dictum est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Non solum sanguinis stillas, quæ in omni febre perniciosæ sunt, sed etiam hæmorrhagiam copiosam in morbis pulmonis grauitè suspectam esse, antea quoque dictum est, tum quia humor morbum committens sæpius à sanguine diuersus est, tum quia criticè ad nares vix propelli potest, cum nulla via subsit satis comoda à pulmone in venas narium. Sed augetur huius symptomatis malignitas imprimis, si stillæ valde prærubræ sint, in quibus videlicet rubor saturatus ad nigrorem iam inclinat. Tres enim ruboris gradus Hippocrates variis locis annotat tum in sanguine, tum in vrinis, quas interdum subrubras esse dicit: interdum rubras: nonnunquam etiam prærubras, aut impenitè rubras. Addita autem voce λιλω, adhuc excessus maior significatur in rubore sanguinis, qualem videlicet Hippocrates vocat ἀνεραστον, syncerum, non qui familiarem colorem, aut substantiam veram retinet, vt cum flauam, vel atram bilem synceram dicimus, sed quia κακόραστῳ perperam mixtus est. Constat enim sanguinis colorem natium rubrum esse: vitiosum verò & alienum, cum vel nigrior apparet, vel quodammodo fuluus. Proinde λιλω ἐξερυθρὸν nigriorem dixit & crassiolem, cuius serum incendio febrili consumptum est. Magnum ergo pulmonis morbum esse oportet, in quo per sympathiam cor ita ferueat, & exæstuet, vt vniuersus sanguis in venoso genere iam exuratur, atque affectio calidissima ad cerebrum perueniat. Sed & ab atra bile metus est, quoties sanguis valde rubeus conspicitur, qui ad melancholiam idoneus est, præsertim mœsticia accedente, vt scribit Hippocrates secundo Epidemion. Quamquam pulmonarij in tam graui affectu celerius præfocantur, quam vt melancholici euadant. Tribus itaque de causis eiusmodi cruentæ è naribus stillæ perniciosæ sunt, quia stillæ, quia in peripneumonia, quia valde rubicundæ.

LXVII.

μετὰ βράχως πύελα γλίσχεα ἀλμυράδεια, κακόν. ἢ ὁ πικρὸς ἐπαρρηταῖς κτ' εἴητος, ἐπὶ τῆτοις κακόν. τὰ ἐς τράχηλον ἀλγίματ' ἐς πύτων ἰσχυροτέρων, δλέθριον.

Cum

Cum raucedine sputa viscida falsuginosa, malum. Quod si aliquid exurgat ad pectus, in his malum. Dolores in collum nullo timore manifesto, his lethales.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Raucedo fit fluxione irrigata exasperatæque interiore tunica asperæ arteriæ, quæ læuè & modicè humentè esse conuenit, vt vox laudabilis exeat. Viscida verò sputa sunt concalfacta pituita, quæ sæpe tenuis defluit, mora crassescit calente loco, & lentorem trahit. Similiter & falsuginosa calor iam alienus efficit. Calor naturalis crassa quidem & lenta reddit. Non naturalis eadem potest efficere, & præterea falsuginem & putredinè quandam inducit. ἢ ὁ δὲ πικρὸς ἐπαρρηταῖς. Si fluxio, præterquam quòd rectà decurrit in pulmones per arteriā, etiam in pectus externum diffuit, & tumorem facit, malum. Omnis enim accessio mali damnanda est. Id autem copiam excrementi è capite ostendit. τὰ ἐς τράχηλον. Quòd si fluxio iam arteria violata, tumore in exteriori pectore excitato, dolore in collo interiore, qui tamen nullum tumorem prodat, metus est, vt ne æger suffocetur, & anginosus pereat. ἰσχυρὸς enim interpretor, non quibus attenuata maciè & morbo pars aliqua est corporis, sed cum nullus euidentis tumor existit.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

NVlla ferè ex parte frequentius homines laborant, quàm ex thorace & pulmone, qui mollis, & ad spongiæ similitudinem factus non solum facillè distillationes è cerebro excipit, sed ab exceptis promptissimè aut putrescit nimia humiditate, aut exulceratur acrimonia, aut exsiccat, & flaccescit calore immoderato, aut induratur à pituita concreta. Sæpe enim videre licuit tophos exiguos lapilli instar duros & concretos tum per substantiam pulmonis, tum etiam in corde per consensum affecto, nimium resiccata pituita, quæ frequentissimè quodque pulmonis alas costis ita agglutinatur, vt dissecto cadauere diuelli absque dilatione nullo modo queant. Sed & interdum (quod nos eo ipso die, quo hæc scribebamus, in pulmonico repentina morte abrepto vidimus) pars superior in cancrum abit, atque ad iuguli superiorem partem trahitur, vt sub alis lateat, vnde compressa aspera arteria stertor quidam obauditur non à puris multitudine, aut alterius humoris, sed ab angustia & interceptione meatus, in quo refractus & agitated humor aliquis in gutture feruet. Quemadmodum itaque Hippocrates superioribus Aphorismis pulmonum corruptionem & erosionem ex puris qualitate manifestam esse docuit: ita hoc loco eorundem resiccationem, inflammationem, & plenitudinem à fluxione pituitosa coniciendam præcipit tum ex sputis, tum ex doloribus ad fauces, & tumoribus ad pectus. Si enim (inquit) cum raucedine sputa sint viscida, & falsuginosa, malum id est, quoniam calor immodicus significatur, & trachæ arteriæ summæ partes afficiuntur, vnde metus est angina, aut strangulatus. Nam materia, quia viscosa est, pertinaciter adheret: quia falsuginosa & adusta, exulcerat, aut inflammat. Raucedo verò ostendit locum affectum. Cuius causa est, eaque frequentior, vocalium instrumentorum humiditas: ratio ab ea, quæ deorsum fertur, humiditate: interdum humidior pulmonis & asperæ arteriæ intemperies: nonnunquam etiam faucium asperitas à siccitate modum excedente. Nam moderata siccitas vocem claram sonoramque reddit, immoderata duritiem quandam & inæqualitatem inducit, vnde primum vox asperior, deinde quodammodo rauca editur, vt post clamorem vehementiorem, aut calorem, aut frigus. Sed & in quibusdam pulmone immodicè resiccato cum faucium atque asperæ arteriæ duritie, exsufflatio, quæ vocis materia est, conuenienter allidi ad vocalia instrumenta non potest, vnde vox obscuratur, vt in Elephanticeis. Ex quo etiam intelligi potest, quàm grauitè errent, qui in huiusmodi fluxionibus falsuginosis, suffitu, ligni Indici decocto, & similibus vtuntur, quæ & fluxiones attenuando sæpius augent, & exsiccando ita pituitam crassam ac viscidam in-

durant, vt in tophos concreſcat, quibus ſubſtãtia pulmonis corrumpitur, & ſiaccit. Nec minus ferè lædunt, qui lacte, & priſana vlcera curationem in ſubſtãtia pulmonis moliantur, cum exſiccari, & ab excrementis mundari debeant. Poſthæc exponit ſymptomata, quæ vi aduicti morbi ſuperuenire ſolent poſt raucedinem, & ſputa viſcida ſaluginofa. Si quid enim (inquit) in ipſis attollatur ad pectus, malum eſt. Hoc autem interdum accidit à tumente pulmone & corrupto, qui coſtis agglutinatus eſt: interdum à multa ſanie partibus internis conſuſa: nonnunquam etiam aqua fluxione in muſculos externos decumbente, quod pulmo propter plenitudinem, anguſtiam, aut obſtruccionem, nihil amplius admittat. Præterea ab immodica ſiccitate, quam in œſophago lethalem ſolimus experiri, aut ab inflammatione internorum muſculorum œſophagi, muſculi, nerui, & ligamenta vertebrarum contrahuntur, vnde *εις τὸ δεξιὸν ἢ ἀριστερὸν κούφωσις: σκολίωσις* in latus dextrum, vel finiſtrum. In quo affectu oppreſſo œſophago arteria quoque clauditur, vnde & deglutiendi, & respirandi labor, qui à ſiccitate etiam lethalis eſt. Proinde ſubiicit, animaduertendum eſſe, num dolores ad collum nullo tumore manifeſto oboriantur, quod ex his certè mors expectanda ſit. In voce autem (*πράγμα*) non ſolum exteriorem partem, ſed & interiorem comprehendit, vt ſolet Hippocrates: & illud, *ἰχνανθῶντων*, vel ad ſiccitatem refertur, vel ad inflammationem, quæ etiam ſi intus ſubſit, non tamen apparet, vt in Angina docuimus. Quod autem raucedo in terdum Anginam prænuſtiet, & ſtrangulatus periculum, antea quoque dictum eſt. Et in Anginoſa muliere obſeruat Hippocrates primùm à lingua cœpiſſe obſcuram vocem, linguam rubentem, ſiccã. Quod ſi ſine dolore illarum partium eſſe videantur, minus quidem periculi ſubeſt, non tamen proſus in tuto eſt æger, quia humiditatis præſertim pituitofæ copia interiorem gutturis tunicam madefacientè & raucedo & tumor (quanquam rarius) excitari poteſt, qui repente ſtrangulet. Poteſt quoque aperientibus guttur muſculis, vel reſolutis, vel attenuatoria obſtruccionem preſiſ: meatus anguſtior reddi. Vtriſque etiam interdum ſimul iunctis idem accidit. Poteſt & tumor apparere in partibus externis ceruicis cum rubore ac dolore, quo per refluxum ad interiora repente ſubſidente, æger interficitur. Videtur autè author hoc Aphoriſmo exprimere voluiſſe, quod de Thafis ſcribitur primo Epidemion. His enim cum tuſi, raucedine, ſputis paucis, ſpiſiſ, coctis, agrè reiectis, fauces (ait) à principio aſſidue dolebant, ruborem cum phlegmone habentes: fluxiones parua, tenues, acres, citòque macie extenuabantur, & malè habebant. Quæ enim fluxiones è capite parua, tenues & acres ſunt, aut ſaluginofæ, propter malignitatem in faucibus dolorem excitant, & acri morſu ruborem ac phlegmonem inferunt, quoties calidæ ſunt, vnde ægri extenuantur, & contabescunt, quod voce, *ἰχνανθῶντων*, intellexiſſe dici poteſt.

LXVIII.

*βράχως μὲν βυχῶς, καὶ κοιλίης ἰγῆς, πύον ἀνάγει.*

*Raucedo cum tuſi & ſoluta aluo pus educit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**on eſt neceſſe. Multis enim à fluxione & raucedo, & tuſis commouetur, alius quoque parte diſtillationis vetriculum diſſolvente liquidior eſt, neque tamen purulenti fiunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

**C**apitis diſtillationes, quæ tuſim cum raucedine mouent, ſi diutius perſeuerant, periculum tabis afferunt, maxime quæ tenues & acres ſunt eroſo pulmone, aut vaſe aliquo: aut quæ intus cohibita & ſuppreſſa putredinem concipiunt. Humores enim, qui longo temporis ſpatio manent in pulmone, putrefcere

ſcere neceſſe eſt, vt ad phthiſim nihil deſit, præſertim ſi ſtatus Auſtrinus fuerit, temperamentum calidius, caput tum à conformatione, tum peculiari quadam imbecillitate aptum, vt repleatur, thorax denique anguſtior, nec profundus in quo ſcapulæ alarum inſtar retro prominent. In his enim non ſolum fluxiones è capite ad pulmones tranſeunt, ſed etiam vaſa facilè rumpuntur propter viſceris anguſtiam & infirmitatem. Sed & alius quoque perturbatur, portione fluxionis in vetriculum conuerſa, ex qua argumentum ſumitur de qualitate humoris fluentis. A pituitoso enim, qui morſum non excitat, & craſſior eſt, minus impendet periculi: Ab acri & tenui vires deiiciuntur propter morſum, atque aſſiduam deſurgendi laborem: pulmo autem in eroſionis periculum incurrit. Quod ſi incoctus ſit, tenuis, & frigidus, robuſta natura & temporis ſpatio opus eſt ad concoctionem. Verùm hæc alui perturbatio tribus modis euenire poteſt non eodem euentu. Nam initio morbi accedens fluentem è capite materiam per alium vtiliter auertit, & euacuat: ſuppuratione verò iam facta, & viribus imbecillibus ab acri ſanie ortum habet, & reſolutionem facultatum vetriculi & hepatis denunciat. Per incrementa verò copiam ſignificat partim in thoracem, partim in alium irruentem, ex qua tabem meritò pertimeſcit, quoniam progreſſu temporis putreſcens, aut arrodens pus educit. Rectè autem Hippocrates tum hoc loco, tum multis aliis locis, vt primo & ſexto de vulgariſ morbis, tabis & morborum thoracis initium à tuſi & raucedine ducit, vt pote quæ oſtendat à ſuperioribus partibus fluxionem in guttur fieri, & caput plenum eſſe, vnde poſtea angina, pleuritides, peripneumonia, tabes, pro natura humoris, & loci excipientis aptitudine.

LXIX.

*Ὅταν ἐν περιπνευμονίᾳ ὕρα παχέα ἐν ἀρχῇ, εἴτε πρὸ τῆς τετάρτης λεπύρεται, θανάσιμον.*

*Quibus in peripneumonia initio vrina crassa sunt, deinde ante quartum diem tenues fiunt, lethale.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**n morbis thoracis leuior vrinarum, maior ſputorum obſeruatio eſſe debet. Neque tamen negligenda vrina eſt. Craſſa igitur initium quoddam coctionis oſtendit eius materia, quæ conſuſa venis eſt, & febrem fouet. Si ergo interrupto opere natura, vincente morbo, cruda, qualis tenuis eſt, vrina exeat, malignum hoc eſt. Fieri poteſt, vt in cerebrum verſa materia vrinam tenuem relinquat, quod ſæpe videas imminente delirio & phrenitide. Duplici itaque cocunte cauſa in phrenitidem materia emota venis & perpetua exhalatione è pulmone phrenitis magna & lethalis metuenda eſt. Atque initio, hoc eſt, prima acceſſione (ſic enim *ἀρχῇ* ſæpe uſurpant) quaſi prima concertatione cauſæ ægri victoria in ſalutem ægri inclinare videbatur, & ante quartum diem, hoc eſt, ſecunda acceſſione, quæ ferè in tertium diem incidit, victa eſt natura, aut certè detrectat pugnam, quam cœperat, maligniſſimum id eſt. Omnis enim naturæ conatus celeriter deſiciens malus.

DESID. IACOTII COMMENT.

**C**oncoctionis opera, quæ eſt actio natui caloris ad æquandos ſuccos craſſiores vrinæ attentantur, & tenuiores increaſſantur, donec ad mediocritatem conſiſtentia ventum ſit. Tutius tamen eſt ex tenuibus craſſas reddi, quàm ex craſſis tenues, quod in febribus maximam partem vrinæ initio tenues, morbo ad ſolutionem eunte craſſeſcant. Obſeruat itaque Hippocrates multis locis in morbis vrinæ attenuari tribus potiſſimum modis, qui diuerſos exitus ſortiuntur. Primus eſt ex inæquali & varia materia conditione, & facultatis conco-

quentis imbecillitate, cuius, cum materiam superat, progressus nec repetitus est, nec intercisus. Cum vero superatur, aut æquè in omnes partes humoris non agit, coctionis ordo interturbatur, ut hodie appareant, cras delitescant concoctionis signa, & interdum urinae moderatè crassæ, mox tenues & crudæ fundantur, ex quibus vel naturam à morbo vinci, ut diximus, vel variam & compositam esse ægritudinem colligimus, vel redundantis serosæ humiditatis symptomatice fieri excretionem, si multæ sint, & inutiles. Ut enim sudores & deiectiones interdum copiosè excernuntur, ut symptomata immoderatæ copię prauorum humorum: interdum verò naturæ vi sese expurgantis, cum facillè tolerantur, & profunt: sic & urinae tenues multæ à superfluente sero humorum, cuius copiam cōtinere, aut acrem & mordentem qualitatem ferre partes ipsæ non possunt, nihil (ait Hippocrates) indicatorij, nihil commodi habent. Secundus modus est primò adhuc deterior, cum subitò urinae attenuantur humorum symptomatice translatione in caput, aut aliam partem phlegmone obsessam. Sic imminente phrenitide urinas interdum & attenuari, & expalescere cernimus signo admodum pernicioso, de quo accuratius agitur in commentario de urinis. Tertius modus optimus & criticus est, cum ex paucis & crassis tenues & copiosæ profluunt, natura per renes totius corporis superflua expurgante. Nonnunquam enim morbi initio, vel non multò post, urinae crassiores redditæ propter materiæ granitatem sedimentum habent, idque signum malum est. Cum verò ab initio tenues extiterint, deinde concoctionis totius morbi ratione sedimentum accipiunt, id optimum iure censetur. In illis itaque postquam maior eiusmodi cæochymia pars vacuata fuerit, & reliqua concocta, tum urinae prioribus tenuiores multò effluunt, atque etiam copiosiores. Nam prius retinebantur, quo tempore præ crassitie agrè permeabant. Paucitas enim eiusmodi urinae, crassitiem sequitur, quia crassities per angustiora loca nequaquam facillè transit. Tenues tamen dicuntur non absolute, sed comparatione cum crassioribus & grumosis, ut Galenus docet, nec in primo circuitu morbi fit illa in contrarium urinarum mutatio. Proinde Hippocrates hoc loco, ut hunc modum excluderet, quem in Aphorismis laudauit, πρὸ 7<sup>ου</sup> περιπνευμονίας, ante quartum diem dixit, nimirum per initia morbi, quo tempore nondum crassitici, quæ antè apparuit, concoctio perfecta esse potest. Nam si tum crassæ urinae subitò attenuentur, cum in omnibus morbis prauum admodum signum est, tum in interioribus inflammationibus, ut iccoris, cerebri, pulmonis, maxime lethale, siue materiæ inæqualitas & morbi victoria in causa sit, ut in primo modo: siue humorum raptus ad locum inflammatum, ut in secundo. Nam & maxima cruditas ostenditur, & inflammationis vis ingens, quæ instar cucurbitulæ humores ad se trahit. Præterea cum in peripneumonia & pleuritide, aut aliis inflammationis internis, & humoribus extra venas, urinae bonæ nihil magni pollicentur, quod ad statum morbi particularis attinet, vitiosæ tamen omnes lethales sunt, quia in vniuersum admouent vel hepatis & venosi generis morbum cum particulari commisceri, vel particularem præ malignitatis, aut magnitudinis vi in corpus vniuersum grassari, & in consensum (quod non nisi grauis morbus facit) vasa adduxisse, quæ duo magnam vim habent ad perniciem. Itaque Hippocrates suo more in particulari peripneumoniam exemplo generale præceptum concludit.

3. Epid. 3

4. Aphor. 69

## LXX.

Οἱ ἐν ξηροῖσι περιπνευμονίῳι ὀλίγα πύματα ἀνάγοντες, φοβεροί.

*Timendum iis est, qui in peripneumonia sicca pauca cocta expuunt.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**eripneumoniam siccam dicit, in qua nihil expuitur, quo tempore iam aliquid expui debet. Nam etiam si initio nihil repurgatur, sperandum tamen, ut natura

ut natura concoquente, forbitioibus humidis, & medicamentis sputum prodeat. Quod si adiunctis iustis auxiliis naturæ pauca, neque pro ratione morbi exeunt, etiam si cocta videantur, quia crassa, metus est tamen, ut ne magnitudine morbi prius extingatur æger, quam reliquæ maturatæ, excludantur.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**P**AUCA & concocta expectorare in morbis thoracis, ut pleuritide, nihil mali per se portendit, sed tantum ad incrementum ventum esse, in quo humida & omnino cruda per totum principij spatium extusuntur, siquidem morbus salutaris: deinde accedente incremento pauca & concocta: denique circa statum & crifim, cocta exquisitè, multa, & facilia. Ex quo progressu firmo, atque ex ordine & gradatim factò vincens naturæ robur, constantemque actionem deprehendimus. At in pulmonia sicca paucitas omnis sputi etiam cocti horrenda est tribus de causis. Vna febribus omnibus communi, in quibus paucitas nunquam critica esse potest. Altera peripneumoniam propria, quæ propter loci affecti laxitatem & raritatem semper aliquid contenti remittit humoris, pleuritis verò non semper. Itaque si nihil aut paucum ex pulmone reicitur, quia neque loci distansia, & vix vnquam crudi humoris prauitas in causa est, facultatis vitalis & motricis imbecillitas cum summa pulmonis angustia arguitur, cuius ratione, tamen si coctionis signa appareat, à morte metus est. Dicitur enim est alibi, in his morbis facillè expectoratio maiorem inesse vim ad salutem, quam signis coctionis, quod sine his beneficio animalis facultatis multi liberentur, qui eadem collapsa cum signis coctionis, certò intereant. Tertia est, eaque præcipua, quia paucitas illa superuenit in morbo sicco. Etsi enim pauca concocta utiliter appareant morbo existente humido, in sicco tamen minime. Nam quemadmodum febrem nequaquam singultuosam esse dicimus, in qua fit singultus, sed in qua diutius permanet, vel etiam per totum morbum simul cum febre exacerbatur: ita morbus siccus non est, in quo primo die, aut in principio nihil excluditur humoris morbifici, sed qui cum multum iam progressus fuerit, idem perseverat, nec quicquam remittit, quo tempore debet per meatus proprios & proximos, ut circa incrementi principium & statum, aut circa primum, & secundum circuitum. Quare in peripneumonia sicca, concocta pauca ostendunt principium tantum incrementi adesse, quo tempore ad statum, peruenisse oportuit, nec vires sufficere posse. Omnis enim cruditatis nota, aut obscura concoctionis cum infirmitate virium perniciosa est, cum robore diuturnitatem præmonstrat. Ceterum siccam peripneumoniam declarant non solum sputa nulla, sed etiam lingua sicca, os nondum humescens, difficilis spiratio. Quales thoracis morbos ἀπύσας antea dixit Hippocrates. Quomodo etiam de diæta in acutis orthopneam siccam appellat eam spirandi difficultatem, quæ sine sputis vel tussi adeo vehemens est, ut inclinari citra suffocationis periculum æger non possit, propter angustiam earum pulmonis capacitatum, quæ spiritum deserunt à crassis & lentis humoribus, aut aliquo tuberculo, si absque febre fuerit, aut à tumente pulmone, & bronchia coarctante, in peripneumonia. Quo tempore missione sanguinis opus est, & humectantibus, ut multo potu quemadmodum, cum pus iam collectum est, larga facillique expectoratione, & puris vacuatione.

## LXXI.

τὰ ἐν τοῖσι ξηροῖσι ἐρυθμήματι ὑποπλατέα, γίνεται τοῖσι τοῖσι ὀλίγηρα.

*Qui rubores leuiter in pectoribus extensi excitantur, in iis lethales sunt.*

IACOBI

**I**N morbis bono esse scripsit Hypocrates erysipelas foras cōuerri. Addendum tamen, siquidem is abscessus *ἢ μεταθέσιν*. Hæc efficit, vt inde prior soluat, aut certe leuior euadat morbus. At fit aliquando, vt eiusmodi rubores non tam habeant rationem *μεταθέσιν*, quàm *ἐπιγνήματα*, quia noua sunt accessio mali, & priorem morbum non absoluunt. Itaque si vi & copia feruentis materiæ aliquid redundet in pectus, nihilque melius inde habeat pulmo, nec desistat feruor, inutilis rubor eiusmodi est. Id autem in siccis peripneumoniis, quarum materia acrior est, & siccior, contingit. *ὑποπλάτεια* verò appellare videtur, non quomodo in pustulis *τὰ πλατῆα ἐξουθήματα*. Hæ enim leuiter extant. Rubores autem, quorum meminit, sæpe non extant manifesti. Sed *ὑποπλάτεια*, quia parum loci occupant, ideoque parua, & quæ materiæ excludendæ nõ respondeant: alioqui parum extantia.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**llud, *τοῖς τοῖδῆσιν*, ad eos refertur, quos peripneumonia sicca laborare dixit superiore Aphorismo, & in periculo versari, si pauca cōcocta extulsiant. Nam in his morbis pulmonis, qui maximè maligni sunt, & in quibus mors est in propinquo, ne paulatim quidem concoquuntur, quæ expectorantur. In mediocribus, qui in longius tempus protrahuntur, gradatim naturæ elaborationem suscipit superuacaneus humor, & facillè expectoratur. At in quibus nihil horum adest, sed aut profusus incoctum expuitur, aut coctum quidem, sed paucum, & quod paulatim vix excludatur, horrenda res est, atque adeo lethalis, si quando rubores in pectore non in fastigium collecti, sed effusi oboriantur, qualia sunt erysipelata iuxta fauces ex tenui & acri sanguine. Hoc enim in morbo adhuc crudo, & circa principia & incrementa criticè fieri non potest, nec notas habet salutaris abscessus, quales sunt parotides, aut rubores in partibus inferioribus circa peripneumoniae statum. Est ergo symptomatica excretio, & cum illo horrendo signo, de quo diximus, planè lethalis: cuius origo est à materia in pulmone, quæ propter copiam, aut suppressionem, aut ferociam in partes propinquas ac debiles diffunditur, & plures occupat locos: aut à distillatione acri ac tenui è cerebro, quam pulmo propter plenitudinè non admittit. In his enim, qui ita afficiuntur, malignitas fluxionis calidè è cerebro doloris causa esse potest in partibus pectoris superioribus, & in faucibus, quæ quia acris est, & mordax, ruborem ac phlegmonè excitat. Potest quoque & materia è pulmonibus eò redundare, aut acri halitu, & calida euaporatione ruborem inducere. Videtur autem totus hic locus ex historia Thasiorum primo Epid. descriptus esse, inter quos, qui iam cōtabuerant, Hippocrates ait pauca & cōcocta cum tussi reddidisse, sed sensim & agrè. Deinde subiicit plurimis horum fauces doluisse ab initio, ac ruborè cum phlegmonè contraxisse. Postremò causam addit, quòd videlicet fluxiones paruæ essent, tenues, & acres. Nam propter malignitatem fluxionis fauces quidem doluerunt: sed quòd ab ipsis morderentur, ruborem & phlegmonem cōtraxerunt. Quia verò calida erat fluxio, nihil mirum, ita affectos in summam extenuationem incurrisse.

LXXII.

*πάλωρῃ ἀλγῆμα ἐν πύσει χολεῖ ἀλόγως ἀφαιρούμεν, ἐξίσταται.*

*Lateris dolor in spūto bilioso citra rationem euanesceus insaniam mouet.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**λγῆμα vel addendum, vel subaudiendum est. Notat autem materiã pleuriticid biliosam, quæ facillè quidè emouetur ac transluit, quomodo pigra, crassa

crassa & terrena agrè mouetur loco, aliòque transponitur. Si ergo ea materia vi morbi, nec adeo repugnante vitij natura in caput rapitur, cum insaniam gignet, quæ à feruida bile est. Ea autem vehemēs & turbulenta esse solet. ἀλόγως autem, hoc est, citra vacuationem & opem medicam. Vacuationem primùm quidem per sputa, deinde sudores, vomitiones, deiectiones, hæmorrhagias. Opem verò medicam, venæ sectionem, medicamenta, fatus, cataplasmata, aliaque id genus.

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N Prorrhethico eadem sententia legitur, nisi quòd pro *ἐξίσταται*, scribitur *ἐξίσταται*. In vtraque tamen lectione solæcismum notat Galenus, quia fit ab affectibus ad ægros transitus. Sic autem intelligendum est, quasi diceret, Lateris dolore ex biliosis sputis absque ratione desinente, ægri *ἐξίσταται*, id est, vehementer insaniant, & mania quodammodo fiunt participes. Id enim significari voce *ἐξίσταται*, alio loco dictum est. Ratio generali illo axiomate continetur, Omnia quæ sine ratione leuant, aut cum bonis signis nihil remittunt, magni alicuius mali initium quoddam ordiri. Verùm quodnam illud malum sit, particulatim explicat, vehementem scilicet dementia & melancholicam ex biliosis sputis in pleuriticis repente delirescētibus. Quod tamen neque perpetuum est, neque sæpius euenit. Etenim tum solùm in fatorem aguntur, cum biliosi humoris in cerebrum facta est translatio. Cuius suspicionem maximam afferunt sputa biliosa, quoniam bilis substantiæ tenuitate facillè transluit, caloris vehementia sursum rapitur, & qualitatis acrimonia partes, in quibus inest, ad expulsionem irritat, donec partem aliquam principem, tanquam arcem, obsefferit. Quæ omnia à pituitosis humoribus abesse solent. Vox autem, ἀλόγως, ea omnia excludit, quæ pleuritidi finem imponunt, & dolorem sedant, vt coctionis signa tum in vrinis, tum in sputis: causas criticas, vt abscessus, sudores, ἀνακαθάρσεις, & auxilia medica, venæ sectionem, purgationem, fatus, cataplasmata, & similia. Eadem serè sententia scribitur sexto Epidemion ad hunc modum, Delirantibus laterum dolores cessant: quibusdam verò etiam febres: quibusdam non item, sed cum sudoribus: quibusdam etiam cum perturbatione: quibusdam cutis arida, circumtenta, falsaque efficitur. Qui locus indicat pleuritim interdum in delirium desinere: interdum per sudores excerni: quandoque etiam per tussim expurgari: nonnunquam ex multorum symptomatum perturbatione abscessum ad cutem facere, propter quem illa arida, circumtentaque efficietur: ac si interdum è falso humore excitata sit pleuritis, eundem ad cutem propelli. Vbi eleganter admodum Galenus monet, ne medicus repente ad ægrum ingressus, & morbi, ac doloris leuationem esse factam, lætòsque, qui adsunt, comperiens, temerè cum ipsis liberatum ægrum pronuntiet: verùm prius diligenter inquireat, factane sit iudicatio aliqua, aut abscessus. Quorum nullum si euenisse audierit, neque vllum remedium cōuenienter adhibitum, interea autem oculos ægri perturbatos & quædam delirij signa obseruet, tum magnum subesse malum præfagiat. Nam sedata quidem pleuritis est, sed in perniciem ægri, propterea quòd materia in cerebrum impetum fecit. Quicumque enim aliqua parte corporis dolent, ac plerumque dolorem non sentiunt, eorum mentem agrotare constat.

6. Epid. 6.

LXXIII.

*Οἱ δὲ ἐμπύου πύρεσοι διαλείποντες, ἐφιδρῶντες οἱ πολλοὶ εἰσι.*

*Febres in supuratione intermittētes, subinde exudātes ferè sunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**uppurationibus salutaribus non adsunt febres. At semel effuso pure, quòd maximè tempore dicuntur suppurati, febres conuiescunt. Si verò superest febris,



febris, & alia coniungantur, quæ prius dicta sunt, vt ne in tabem transeat morbus, periculum est, vbi ferè febris non intermittit, sed tantum remittit, à cibo vero, & noctu in crudescit. Id ergo δειλεμα communiter quidem appellat. Nam propriè de intermissione, & ea, quæ απυρεξια vsurpatur. ἐφισσωσι autem dicit non solum paucum, tenuemque sudorem, sed qui subinde rediens vires offendit, de quo antea multis locis dictum est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Earum febrium veluti idæam expressisse videtur, quæ ad interiores suppurationes sequi consueuerunt. Nam nec propriè putridæ sunt concocto pure, quales ab humoribus in venis, aut extra venas putrescentibus oriuntur: nec planè hecticæ, donec partes corporis solidas inuaserint: sed quodammodo inter vtraque mediæ, neque continuæ, neque prorsus intermittentes. Quod enim scribit, σιγλέποντες, haudquaquam ita accipiendum est, quasi ad integritatem desinant. Etenim ex his, quæ eo modo intermittunt, nulla lethalis est, neque tertiana exquisita duodecim horarum accessionem habes: neque tertiana simpliciter, neque extensa, neque quartana, vt in Aphorismis demonstratum est. At febris empyricorum peculiaris tandem lethalis esse solet. Dicitur tamen ob id intermittens, quod cum horrore, vel rigore accessionem habeat. Tertianarum enim febrium, quæ tamen ad απυρεξιαν non desinant, duæ sunt in vniuersum differentia. Nam aliæ simpliciter tertio quoque die inuadunt citra horrorem in principio accessions, nisi quod interdum leue pedum frigus adferunt, quod etiam in pleuritide notat Hippocrates. Cuiusmodi febres τριτοιοφύας dicuntur, ex bilioso humore, qui ad motum & concoctionem contumacior est. Aliæ verò semitertianæ dictæ vno die cum horrore inuadunt verè intermittentium more: sed cum remitti horror videtur, & ad incrementum accessio peruenire, is iterum corripit, idque eodem die bis aut ter accidit: die verò sequente alteram habent accessionem, sed priorè minorè absque reduplicatione horroris. Hæ igitur, quoties eo ordine progrediuntur, ex humoris biliosi ac pituitosi vicissim mota putredine ortum habent. Verùm si cum multis sudoribus coniunctæ sint, ita vt sapius, & nullo ordine æger modò inhorrescat, modò sudet, suppurationem latere in corpore certò præfagiendum. Ob eamque causam primo Epid. scribit Hippocrates, In Semitertiana appellata fieri quidem & morbos acutos, & esse inter cæteras maximè lethalem, sed tabidos, & quicumque aliis longis infestantur morbis, ex hac maximè laborare. Videntur ergo hoc loco σιγλέποντες dici ad earum differentiam, quæ sunt τριτοιοφύας, quod videlicet febres inflammationum interiorum symptomaticæ, vt pleuritis & peripneumoniæ, continuæ sint, sed ad tertianæ naturam accedant: quæ verò absolutà suppuratione consequuntur, sub semitertianarum genere contineantur. Accedunt autem & comitantur sudores tum ab euaporatione & halitu puris cum cordis oppressione: tum ab infirmitate partium solidarum, quæ alimentum proprium, iam appositum, & in poris contentum effluere sinunt. Nam cum materia suppuratur, horrida quidem etiam fit febris: sed vomica rupta multò magis, quo tempore ægri verè sunt ἐφισσωτες. Inualefcit autem noctu suppressa fuligine, & calore intro recurrente, vt alibi demonstratum est: à cibo verò, cum iam est hectica.

1. Acut.

LXXIII.

τοῖς ἐμπύοις κώφωσις γενόμενη, αἱματώδεια διαχώρησιν σημαίνει. τὸ τοῖς ὠρὸς τὴν τελευτῶν μέλαινα διαχωρεῖται.

Surditas purulenti superueniens excretionem cruentam significat. Atque iis sub mortem nigra exceruntur.

IACOBI

Impropriè dictum σημαίνεις. Hoc enim verbo significatur, quod vel perpetuò, vel magna ex parte signo posito consequitur. Atqui surditas nō est eiusmodi, vt inde vel necessariò, vel vltimum concocta excrementa prodeant. Potuerunt vni aut alteri hæc accidere, sed nemo inde conficiat vniuersalem sententiam, quales sunt Prognosticæ.

DESID. IACOTII COMMENT.

Πενουρίαν dixit, quia sit temporaria, & in febre purulentorum ἐπιγίγνεται, non autem vetusta iam, & cōfirmata. Grauitas enim audiendi & surditas in vniuersum ortum habet aut ab aliqua aurium particula: aut à neruo, qui è cerebro in ipsas fertur: aut à cerebro in ea parte læso, vnde neruus exoritur. Vt si à primo ortu cōformatio vitiosa sit, aut tumor aliquis in meatu, topi vel carnis speciem referens facultatis com meatum impediatur, aut sordes ibidem coaceruatæ, aut humor crassus ac frigidus penitus impactus, aut vehemens intemperies, vt sicca vel frigida, & similia. Quæ verò in febribus superuenire solet (modò ne sola sit grauitas audiendi à vaporibus) interdum facultatis audiendi resolutionem significat, quæ est, vt scribitur in Prorrhethico, acuti morbi ac turbulenti consequens: interdum humoris transationem è partibus inferioribus in caput, præsertim biliosi (pituita enim per congeltionem magis, quàm per μετέσπειν accruatur) qui meatum auditorium occupat. Illa lethalis est, atque interdum cruentas deiectiones antecedit, quando videlicet iam expugnaris cerebri facultatibus hepar quoque in consensum mali adducitur, in quo imbecillitas cruentas deiectiones, & progressu temporis nigras mouet. At hoc neque necessarium est, neque perpetuum, & celerius mors sæpe accedit, quàm eò ventum sit. Quamquam Galenus in talibus orationibus subaudiendum esse scribit, nisi hominem mors præripiat. Hæc verò posterior, nihil, quod malignum sit, habet, fitque totius corporis consensu, vel partis alicuius, è qua τὴν μετέσπειν humor sursum effertur. Proinde vacuata causa, aut reuulsa, vt per alui profluuium, aut hæmorrhagiam, facillè soluitur, vt in Aphorismis docet Hippocrates. Quibus (inquit) in febribus aures obforduerint, iis sanguis è naribus fluens, aut aluus perturbata soluit morbum. Et alio loco, Quibus biliosa sunt deiectiones, surditate facta cessant: & quibus surditas, biliosis deiectionibus factus cessat. Ita mutua fit humoris transiectio motusque à cerebro in ventrem, & à ventre in caput. Quod Hippocrates in Herophonte obseruat, in quo varia illa μετέσπειν surditatem fecit, imminuit, reuocauit, sustulit. Si quando itaque surditas ea ratione purulentorum febre superuenit absque peculiari & eximia instrumenti auditus affectione, fieri potest, vt transiectis in aluum noxiis humoribus biliosæ deiectiones, atque etiam interdum abrasis intestinis, aut apertis venis iccoris cruentæ consequantur. Verùm ne hoc quidem inter necessaria, aut frequentia reponi debet, multò minus, quod scribit, ab iis sub mortem nigra excerni. Nam & coxæ genūque doloribus excitatis, aut alio abscessu ad partes inferas, & vrinis, sudoribus, mensibus commotis, biliosis deiectionibus sine nigrorum educatione reuulsio naturalis esse potest, & in perturbatione critica sæpe fit surditas temporaria.

1. Prorrh. 32.

Ibidem.

7. Aph. 22.

4. Aph. 6. c. 28.

1. Epid.

LXXV.

ὡδὸρ ἐν ἀλγῆμα μὲν πυρετῆς χρόνιος σημαίνει πῦρον ἀδύξον.

Lateralis dolor cum diuturna febre pus eductum iri significat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

MVltis pleuriticorū, vbi longior morbus est, suppuratio accidit, non omnibus tamen. Materia enim partim resolui, partim concoqui potest, vt sine pure concoctum sputum tandem prodeat. Quomodo in longis febribus accidit, quæ non abscessu, sed partim excretionem, partim concrectionem sapius iudicantur.

YY

7. Aph. 22.

**H**Oc ferè commune est doloribus omnibus tum diuturnis, tum in aliqua parte obfirmatis, siquidè neq; remediis cedat, & cum febre perpetuò affligant. Quomodo in Aphorismis scriptum est, A diuturno partium ad ventrem pertinentium, dolore suppuratio. In exquisita autem pleuritide, in qua pleura primigenio affectu laborat, febris diuturna esse solet, sed acuta, quòd membranarum tenuitas, neque humoris copiam admittat, neque densitas crassitiam magnam, aut solam sine alterius humoris attenuantis permixtione. Quò fit, vt intra decimumquartum diem repurgetur, aut ad suppurationem conuertatur. In ea verò, quæ vel exquisita non est à phlegmone musculorum intercostalium: vel notha, vbi reliqui pectoris muscoli patiuntur, febris multò diuturnior interdum perseverat, & sputa pauca excluduntur, non solum propter humoris frigidioris crassitiam, quæ non facilè expulsionem patitur, sed etiam propter locum, à quo humor introrsum aut nullo modo permeat, aut minus ac difficiliter. Hanc itaque pleuritidis speciè intellexisse videtur, quæ verius *πλευρὴ ἀλγυμια* est, quàm pleuritis Hippocrati. In eo dolore, siue sanguinis fluxio fiat è vena caua cordi affidente in eam, quæ azygos dicitur, & inde in tenues costarum venas, ac musculos mesopleurios: siue in externos thoracis musculos irruat per ramum, qui à vena caua in alam emergens propagatur in partes thoracis externas: siue è summo capite per ceruicè in scapulas & omoplatas, tandemq; in lateris externos musculos modò priores, modò posteriores, descendat humor frigidior: quocùque, inquam, modo excitatus sit is dolor, siquidem febris diutius perseveret, nec humor vel expectoretur, vel resoluatur propter cutis externæ densitatem, tandem ad suppurationem vertitur, cuius materia intro effusa empyëma adfert: exterius propulsa (quod frequentius est) abscessum, è quo pus eductum iri sperandum est: vt sæpe videre licet in his, qui nullo, aut parù idoneo remedio adiuti diutius agrotarunt. Tamen enim fluxio in illis musculis contenta veram pleuritim, veramque suppurationem inuicere possit, vt cum altius penetrans sese tandem in succingentem membranà insinuat, aut præ dolore nouam è venis fluxionem eo proritat, sæpius tamen multò vomicâ exterius concitat, quod Hippocrates dixit hoc loco, *πῶν ἀνάγειν*. Internoscuntur autè eiusmodi dolores his notis, quòd in externis musculis tactu pressuque augeantur, molestumque faciant in latus agrum de-cubitus cum febre minus acuta, & sine pulsu tenso aut duro. In mesopleuritis omnia vehementiora, acutiore, ac propè similia his, quæ in exquisita pleuritide apparent, nisi quòd nec pulsus ita durus est acensus, nec dolor pungens, aut distendens, sed pulsatorius potius, quique ad iugulum, aut ad præcordia nõ perueniat. His enim pleura affecta sui doloris affectum, suis videlicet partibus extremis communicat. Nam inter alia id separat affectum proprium à consentiente, quòd proprius communicet omnibus ortis, vel coniunctis. Cæterum *μετὰ πυρετὸν* dixit ad eorum dolorum differentiã, qui sine febre excitantur in latere, vel à distillatione è cerebro: vel à flatu inter membranas aut externas, aut interiores: vel à viscerum tumentium pondere, vt iccoris, aut lienis: vel à costarum luxatione, aut fractura, aut contusione. Ex his enim laterum dolores diuturni ac contumaces oriuntur, qui tamen non suppurant, nisi febris accedat, ac dolor continuus eadem sede persistat, nec vagus sit, vt à flatu: nec fortè & calore misceat, vt ab humore, qui facile discutitur. Verùm siue perfrigeratio, siue omnino inæqualis aliqua intemperies fuerit circa latus, aut ventrem, siue flatuosus spiritus, siue acrimonia aliqua mordax, vt in longum protrahatur tempus fieri non potest, dummodò ritè & conuenienter ad ægri curationem omnia adhibeantur. Hoc enim in omnibus eiusmodi orationibus subaudiiri debet. Superest igitur vt si dolor cũ diuturna febre perseveret, propter inflammationem à crassa materia id fiat, quæ tandem suppurabit temporis spatio, nisi hominem mors præripiat (quod etiam in omnibus talibus orationibus supplere oportet) vel nisi erratum aliquid ab ægro, aut medico committatur.

LXXVI.

*Οἱ φρικώδεις πυρετοὶ ἐμπύου ἐρχονται. ἀπὸ τῆς πυρετῆος ἐν τοῖσιν ἀγχοῖς ἐμπύου.*

*Qui identidem inhorrescunt, ad suppurationem deveniunt. Sed & febris ijs suppurationis est comes.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**Nter signa suppurationis iam antè dixit horrorem esse, & febrem. Horrorem, quem acrimonia commotæ materiæ lancinans membranas emouet: febrem, quia dum pus conficitur, dolor ac febris.

DESID. IACOTII COMMENT.

**S**Vperiore Aphorismo dolorem perseverantem cum diuturna febre signum suppurationis posuit, nisi mors antevertat, aut aliquid agatur, quod eam prohibeat. Hic aliud addit, quod & inchoatam suppurationem denunciat, & ruptam comitatur. Nam dictum est ante, symptomaticas interiorum inflammationum febres initio tertianæ continuæ naturæ retinere, deinde suppuratione facta, semitercianæ cum horrore inordinato. Ex feruore enim & putredine humoris, qui suppurat, halitus membranas & musculos vellicans, aut etiam incepti puris acrimonia, partes contrahit, & horrorem inducit, quem sequitur febris multò, quàm quæ præcessit, vehementior, sine excretionem laudabili, quo maximè differt ab horrore periodico, aut critico. Idem verò inordinatus horror effusa suppurationis comes est, sed cum multis sudoribus, & interdum leui animi deliquio, aut vera syncope in moribundis. Quòd verò, *πικρὰ*, id est, frequenter adiecit, non solum ad *φρικώδεις* referri potest: sed etiam ad verbum *ἐρχονται*, vel quia qui ita horrent, non semper empyici fiunt, quod pus repurgari queat: vel quia multi ante absolutam suppurationem, aut in ipsa ruptione intereunt: vel quia à cacochymia plerique inordinatè rigent, affecto præsertim ventriculo, & in hora motus bilis sine suppuratione interna. Non enim soli horrore fidendum est ad suppurationis prædictionem, nisi alia signa antecesserint, de quibus satis ante dictum est. Sed & illud, *καὶ πυρετὸς τὸ τοῖσιν ἀγχοῖς ἐμπύουσι*, non solum significat febrem ijs suppurationis esse comitem, sed etiam febrem horridam causam esse quodam modo, vt ager ad suppurationem deducatur, nimirum propter calorem febrilem & horrorem. In intermittentiis enim accessionibus, aut ardentium crisi, ex horrore excretio sequitur materiæ commotæ, vt vomitio biliosa, aut deiectio, aut copiosus sudor. At in collectione interna natura quidem à causa morbifica ad motum violenter impellitur, sed quia fixa iam est, & vnum in locum cumulata, ipsam dissolvere aut excernere non potest. Calor itaque ad locum inflammatum contractus vnà cum sanguine, & iuuat, & sæpe excitat suppurationem. Præterea symptomaticus rigor, qui sequi solet humorem è supernis partibus defluentem, & per corporis habitum dispersum, vt in Epialis, collectam intus materiam ad suppurationem perducere potest, quia nouam fluxionem intro prolicat per inæqualem contractionem caloris natui. Ac nos quidem ter superiore anno obseruauimus in febre tertiana cum rigore non ita ordinato. exortam suppurationem in imo ventre, cuius nullum signum memoratu dignum præcesserat: vnde subito effuso pure supra intestina, aut intestinis ipsis ad sphacelismum perductis improuisa mors sequuta est cum rigore, sudore frigido, animi deliquio, dolore ventris, & inflatione.

LXXVII.

*Οἱ ἐκ πλεωρῆ ἀλγυμιατος ἀσπυρὶ παρακολληθῆσιν, ὑπὸ πικρὰ καρδιαλγυκοῖ, ἰδρωδῆες.*

YY 2

*Quibus ex lateris dolore cibi fastidia superueniunt, utcumque  
et corde dolent, et subinde sudant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**X lateris dolore cum inflammatione ἀποστήθι aegri fiunt, hoc est, cibos fastidiunt, & auersantur. Vbi verò increuit malum, ἀνορεξία dicta, & ἀστίια sequitur, quia nihil appetunt, & abstinent à cibo. Sed ἀστίια quoque pro fastidio cibi & auersatione dici, etiam si aliquid cibi capiat aeger, manifestum est. Fiunt autem hæc omnia, vbi pars fluxionis orificium ventriculi violat, aut tota eò decumbit. Hinc quoque cardialgiæ & sudores tenues interdum moueri possunt, quomodo in stomachicis syncopis fieri consuevit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**A**νορεξίης ἢ ἀστίιας Græci vocant, qui non appetunt, & qui cibos non ingerunt. Qui verò cibos sumere auersantur, ἀστίιας. Hic tamèn per ἀστίιας intelligere videtur ἀστίιας. Nam abstinentia cibi imperatur etiam à medico ante venæ sectionem, & purgationem in dolore pleuritico. ἀστίια verò, id est, ciborum fastidium perpetuò præuim est symptoma oris ventriculi. Cuius causa duplex. Vna per initia & incrementa morbi à fluxionis, quæ pulmones, aut pleuram exercet, portione in ventrem decumbente. Quomodo primo Epidem. Hippocrates Thasios scribit, dum contabescerent, ad cibos omnes perpetuò vitiosam habuisse offensionem. Altera sub finem morbi extincta facultate ventriculi, ac iecoris, in quibus iam ad vltima ventum est. In illis ergo & oris ventriculi dolor ab acrimonia fluxionis, & frequens sudor ab oppressione cordis superuenire solet: haud secus, quam in febribus quibusdam aliis, in quibus magna humorum copia in venis coaceruata est, & cum ipsa tenue quoddam serum in ventriculum confluit. Tunc enim cordis dolor excitari solet, isque os stomachi occupat, quod ferè omnium partium maximè sentiendi facultate præditum est. Cor autem in consortium mali adducitur propter doloris proprietatem, potius, quam propter magnitudinem. Sed & intempetia oris ventriculi ad cor vicinum, & conexum perueniens facit, vt vires interdum agminatim concidant, & sudores exprimantur, vt in syncope stomachica. Quinetiam à putri humore, ac fumis materiae suppuratae & ἀποστήθια, & sitis, & cardialgiæ, & sudor interdum commouentur.

LXXVIII.

*Ἐχθλός ὁ προσώπου ἀδύνη, καὶ κοιλίης ὑψηλέρης, ἐμπύημα τε καὶ πλῆμο-  
να ἰχθῦος.*

*At qui florulenta sunt facie cum alua liquidiore, ijs suppurationes in pulmone colliguntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**χθλός ἀδύνη intelligit, quos ἀδύνηος dicit in Prothetico: ἐφευδρῶς interpretatur. Experientia docet multum concalactis pulmonibus faciem plurimum rubere, qua parte vocata mala sunt. Atque id maximè accidit capite concalacto impletòque, aliquandòque quidem primario, vt in Catalepsi: aliquando ab vniuerso corpore, aut parte corporis eò transmittente. Suppressis mensibus, hepate calidiore & pulmone id plurimum fit. Docet ergo experientia & in morbo, & extra morbum pulmonibus concalactis id accidere, vnde non necessaria suppuratio. Nam signum eiusmodi, quod attinet ad ἐμπύημα, quid inde sequatur, ἀμφίδρονον. At pure in thorace vel nascente, vel iam collecto rubores illi vel perpetuò, vel magna ex parte fiunt.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**Q**uoniam nunquam vsu venit, vt is flos, & color viuus in aegrotantium facie appareat, quo quasi pigmento quodam, & succo suo ornantur per integram valetudinem, idcirco si præter morem erubuerint, vt faciei bonus color esse videatur, causam aliquam præter naturam subesse statim suspicari oportet, quæ eum colorem induxerit. Ea autem multiplex esse potest, vt perturbatio critica ante profluuium sanguinis è naribus, & ante parotidas: magna vis caloris in capite & sanguine, quæ cum mæstitia melancholiam denunciat, & sanguinem exuri, atque atram bilem gigni ostendit: feruor sanguinis calidi in Synocholærens interioris alicuius visceris, vt iecoris, vitium: decubitus in alteram faciei partem longo morbo exalbescens: & omnis calidus pulmonis affectus. Monet ergo Hippocrates, vt per morbos thoracis accuratè obseruetur, siqua coloris bonitas in vultu efflorescat. Nam si (inquit) veluti florem habere videantur in genis, cum alio liquidiore, suppurationem habent circa pulmones. Videtur autem ea oratio. ne, ἐχθλόν αὐθῆν, distinxisse Empyicorum ruborè, ab alio, qui per asthmata, & peripneumonias apparere consuevit. Nam in peripneumonia tota gena, aut maior ipsius pars rubet. At in phthisicis & suppuratis solum pars illa, quæ vulgò pomum dicitur, reliqua tota facie pallida, flaua, & obscura existente. Quò fit, vt tabidus & purulentus ab exercitato medico solo ferè aspectu deprehendi queat, vt si inter totius faciei colorè subuitidè, obscurū, cauos oculos, pupillā obscuram, cor poris extenuationè, collum gracile, vultū tristem cum tussicula sæpius irritante, veluti flos quidam ruboris tenuis genas suffundat. Huius autem ruboris causam Galenus refert ad calorem pulmonis, & tussim, quia hæc ambo tum faciem, tum caput vniuersum exalfaciunt. Quibus accedunt vapores, qui in malas feruntur ex fluxione intra pulmones ferente. Alexander partis laxitatem, fuliginis ex putrente sanguine naturam, & cutis densitatem causatur, quæ ceu per vitrum vaporis suscepti colorem representat. Quòd si est, cur non ita in pleuritide, distillatione acri, & similibus affectibus genæ rubent? aut cur pars tantum illa exigua? aut quomodo vapor fuliginosus rubet? Præterea cur sola genæ, non etiam frons? Respondent in pulmonia frontem eos vapores ob densitatem nō admittere: nec tam calidos, atque feruidos vapores efferri per alios quosuis ardentis thoracis morbos: nec spirationem æquè impediri, vt in hoc affectu, in quo calidus spiritus efflatur. Verum quia hæc non ita conueniunt suppuratis, alij aliam causam comminiscuntur. Sanguinem enim aiunt efflorescere, vbi cutis tenuissima est, quæ videlicet parte osis iugalis extremum definit, & iugularis vena diuiditur, cuius ramus ad exteriorem nasi partem iuxta angulum maiorem fertur, alter ad tempora. In suppuratis autem eas venas tumere, maximè circa nares, ibique sanguinem efflorescere, quòd pars sanguinis calidior per iugularem exteriorem efferatur ad faciem propter leuitatem. Alius autem liquida hunc ruborem comitatur per initia morbi, distillationis parte in ventrem conuersa: per incrementa, acri sanie eò refudante: in moribundis verò, ventriculo & hepate in consortium mali adductis, quorum facultates iam resoluuntur. Totidem enim huius profluuij causas esse diximus alibi.

LXXIX.

*Τὰ ὀρθοπνοεῖα ποιῆσι ὑδρωπικώδεα σκληρὰ.*

*Orthopnoeam adferunt hydropici affectus duri.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**O**ρθοπνοεῖα difficultas est et laandi, celer, frequens, parua, in qua præ angustia coguntur aëri, acuta ceruice rectè desiderere. Ea autem non ab omni hydropice, neque sola, quæ tympanites dicitur (Quidam enim non σκληρὰ, sed κατὰ φύσιν legunt) sed vbi copia vel iam premit diaphragma, vel iam in thoracem transfluxit materia, difficultas spiritus nascitur. Atque aliquando fit, vt tumor

viscerum durus, qualis est scyrthus, quia viscus detrahit & intermediis fibris, per quas colligatio est cum diaphragmate, deorsum tractis non facile attollitur diaphragma, unde difficilis spiratio, nondum tamen *ὀρθόπνοια*. Aliis quoque causis, ut imbecillitate virium, & male liberis viis spiritus *ὀρθόπνοια* quidem esse potest. Atque ut vno verbo dicam, hydropicos videas omnis generis, quibus neque orthopnoea, neque insignis spirandi difficultas. Nisi *ὀδρωπικὰ δὲ αὐτὰ κληρὰ* dicat de tuberculo pulmonis, quod *ὕδρον πλέυμον* hydrops pulmonis scquitur, cui accidens est *ὀρθόπνοια*. Quomodo enim in ventre, sic in thorace aqua colligitur, morbus non solius hominis, sed suis, canis, & bouis est. In hominibus aliquoties vidimus, quibus videbatur aqua contineri ventri. Mortuis & apertis in solo thorace largissima aqua diffuxit. Alteri sanies cruenta. His pulmo ravidus, & siccitate contractus. Curdam etiam altera parte corruptus, unde multa sanies contenta in thorace inuenta.

DESID. IACOTII COMMENT.

**T**Ametsi Hippocrates hydropem a ventre peculiariter dicit, iecore primum, idem de liene, ventriculo, renibus, mesenterio, & tenui intestino grauiter affectis generalis tamen vocem hanc usurpat in omnibus partibus, in quibus aqua colligitur. Nam secundo de morbis hydropicis cerebri meminit, & eodem libro, hydropis thoracis, atque etiam hydropis ab utero: *ἕρπον* verò id est siccum (ut recte hic legitur, pro *σκλήρον*) idem Hippocrates dicere solet non solum sicca intemperie excessum, ut in marasmo, ventriculi ariditate, febre hectica, hydropem in ventre a multo flatu: sed etiam materialē morbum, in quo per proprios meatus & proximōs pars nulla materiæ excluditur. Sic antea pleuritim sicca, & orthopnoeam diximus, vbi nihil expuitur: sicuti in alio siccus affectus vocant, vbi per sedem, aut per vesicam: in cerebro, vbi per palatum cum naribus: in inflammationibus per resudationem, nihil excrementi remittitur. Sed & febres siccas dicimus, in quibus cutis cum lingua exaruit, nec vilo madet sudore. Propterea in libello de humoribus Hippocrates præcipit, spectare oportere *κίνασμον*, quoniam corpus neque siccum, neque humidum immodicè esse debeat. Si verò sit, siccus, aut humidus affectus in ipso consistere certum esse. Cum igitur de suppuratione hoc loco agatur, non quidē eum, qui *τυμπανίας* appellatur, sed *ὕδρον πλέυμον* hydropem pulmonis intelligere conuenit, in quo nihil expectoratur. Nunquam enim tympanias per se orthopnoea causa esse potest, quod venter ita intumescere nequeat, ut diaphragma premens pulmonis meatus in eam agat angustiam; qua laborant orthopnoici. Quod enim in ascite quandoque vi aduerti morbi tussis superuenit, & sub mortem orthopnoea, in causa non est nimium extumēs ventris moles: sed aquosa humiditatis copia, qua eò redundat, & asperas arterias occupat, præsentē strangulatus periculo. Est ergo hic affectus suppurationi affinis, in quo magna thoracis capacitas, seroso humore ac tenui scaret, qui aut e cerebro per asperam arteriam, & pulmones tenuitate sua affatim irruit, aut e reliquo corpore, aut etiam ex abdominis capacitate in hydropicis caevis ductibus eò penetrauit. Tum enim suppurationis signa atque symptomata insunt, nisi quod neque febris affligit, aut non adeo acuta, neque suppurationis efficientes causæ, ut rupta vomica, venæ crōsis, actis distillatio: neque signa antecedentia, ut purulentum sputum, aut cruentum, præcesserunt. Sitis tamen interdum maior vrget, tussis, & difficultas spirandi. Accedunt & deliquia animi, & corrupta ciborum appetentia, exauditūque strepitus aquæ, & veluti fluctuatio, cum in alterum latus sese vertunt. Vidimus ex his alios non aliter extumuisse in ventrem, quam qui hydropici appellantur: alios reuera hydropicos: omnes tamen mortuos cum orthopnoea. Occupato enim diaphragmate a ventris mole, & bronchiis pulmonis tum plenis, tum coangustatis circumfusis quodam sero flauo, orthopnoea superuenit cum suffocatione. Est autem morbus siccus, quia nihil tussis educitur, nisi quod in fauces e cerebro descendit. Nam facultas thoracis satis valida est, ut aquam sursum cōpellere queat, nec quod tenue mul-

1. Act. 23.

tum est, & aquosum subleuari potest, quia circum spiritum diffuit. Quod si *σκλήρα*, non *ἕρπα* quis legere malit (quanquam minus conueniat) tuberculum pulmonis intelligere licebit, grandinem, aut lapidem ressecata immodicè pituita & indurata vi caloris, unde asthma, & ex asthma orthopnoea, qualis etiam absque febre fit ex crasis & lentis humoribus vias spiritus interceptibus. Ea enim qui conflantur, vehementi angustia pressi prope suffocantur, atque & suspensio spiritu multum & frigidum aërem ducere contendunt, nec præ obstructione, aut pulmonum oppressionē, quicquam, nisi paucum & refrigerio impar, quò plurimo cor indiget, inspirant. Cur autem non nisi recta ceruice spiritum ducant, eleganter docet Galenus in Prorrhético. Hippocrates & ceteri omnes (inquit) Orthopnoeam vocant illam difficilis spirationis speciem, in qua iacentes ægri suffocantur, & vix recto thorace sufficiunt dorso ad nullum fulcrum innixo. Nam cum aspera arteria principium ducens a summo guttore in pulmones distribuatur, quoties quidem thoracem cum collo recte extendimus, arteria ipsa dilaturatur, & simul cum ipsa propagines omnes, quas pulmonibus inserit. Ex quo fit, ut augeatur interior omnium capacitas. Ob idque tum in peripneumoniis, tum in asthmaticis affectibus orthopnoea superuenire solet: ut & in grauissima angina, in qua interni laryngis musculi phlegmone obfessi viam præcludunt, qua spiritus introitus est. Intenditur verò eiusmodi affecto decubitus, aucta eorum ductuum angustia. Alio verò loco docet, ne inter dormiendum strangulentur, periculum esse, nisi thorax erigatur: & minus esse, quod inspirant, quam pro usu respirationis, tametsi in ipsis thorax plurimum dilatari videatur. Ex quo perspicuum fiat interius coarctationem locorum factam esse præter naturam, quam ægri sensu minimè obscuro percipiunt. Celsus verò ita distinguit spirandi difficultatem, ut hæc, dum modica est, neque ex toto strangulat, *δυσπνοια* appelletur: cum vehementior est, ut spirare æger sine sono & anhelatione non possit, *ἀσθμα*: cum accessit id quoque, ne nisi recta ceruice spiritus trahatur, *ὀρθόπνοια*. Ex quibus, quod primum est, posse diutius trahi: duo insequentia, acuta esse. Quod igitur, qui ita laborant, surgere conentur, dua sunt in vniuersum causæ. Nam & bronchia pulmonis magis hiant erecto, quam decumbenti: & minore difficultate distenditur pectus.

2. Prorrh. 54.

7. Πιθόρας

LXXX.

*τὰ ἀσθματὰ μὲν πάντα ὀχληρὰ γίνεσθαι, καὶ πόνους τε ἐν ἀρχῇ σωθῆναι πείρεσθαι, καὶ ἐξ ὑστέρου ἐκίνας ὑπομνησθεῖν. Δυσκολώτερον δὲ τὰ ἀσθματὰ γάρνησθαι, μάλιστα δὲ κινδυνώδιστα.*

*Diuisa omnia infesta sunt, atque initio quidem dolores vehementes inferunt, postea quoque alios fore denunciant. Difficillima vero qua circa thoracem incidunt, & maximum periculum creare solent.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**pasmata, quæ diuisa vertimus, immoderata tensio fibrosi & membranæ generis efficit. Id autem & flatu, & intemperies, & tubercula inuehit, unde quacunq; parte corporis, quæ plurimum habet eiusmodi generis fibrosi & membranæ, affectio ea nascitur, acerbissimos dolores inuehit in intestinis, utero, qua fibris eiusmodi vicinis partibus alligatur, thorace & cerebro. Mediis quoque musculis malum hoc interdum accidit, quia multiplici genere fibrarum intexuntur. Ac sæpe diuturni admodum & infesta dolores iis, etiam si febris non accesserit. Ac reuera grauis in thorace casus est e natura partium, quæ illic includuntur. Secundo libro *πρὸς νόσων* morbum describit *ἀσθμα ἀσθμα πλέυμον*, vbi *ἀσθμα* legendum puto, vbi periculum explicat. Nam vel quarta, vel septima moriuntur ægri. Quæ autem *ἀσθμα πλέυμον* appellet, prius explicatum est.

IN affectibus thoracis duæ sunt primæ causæ educendi sputi. Vna est humor lipse, qui in fistulis pulmonis continetur. Nam si neque crassus, neque viscidus, neque tenuis admodum fuerit, promptè expuitur. Altera, id quod principium motus habet, nimirum facultas, quæ thoracem mouet tum in cerebro, tum in musculis & nervis à ceruice. Nisi enim vehementer admodum pulmōnem omnem ex parte neruorum & fibrarum beneficio thorax comprimatur, humor noxius neque in asperarum arteriarum ora recipi poterit, quæ cartilaginea & semper patentia desinunt in extremum pulmōnis tenuissima membrana obducti: neque ex ipsis arteriis vehemēti spiritus efflatione, eiusque erumpentis impetu sursum extrudi. Ob eam causam natura, quod robustius fieret compressio, & musculis, neruis ac fibris firmis thoracem muniuit: & tussi vocata donauit animam, quæ cum naturale sit accidens, sternutamentum, & singultum, & nauisam similitudine quadam imitatur. Tussicula enim, quæ in gutturis ductum incidit cum quodam irritantis acrimonia sensu sursum mouet: vehemens autem tussis, quæ è pulmōne, aut thorace educenda sunt. Ergo cum viribus opus sit, quibus eiusmodi accidens naturale exciteretur, frequentissime contingit per affectus thoracis ægros mori propter imbecillitatem virium vel in cerebro, vel in musculis intercostalibus, vitio fibrarum & neruorum. Vbi enim dolor aliquis vehemens thoracem affligit, aut musculi aliquo affectu imbecilliores redditi sunt, interpellatur compressio, nec permittitur thoraci, vt opus, quod adhuc agit, absoluat. Mox itaque humor subleuatus relabatur in pulmōnes, atque aut intercepta respiratione interficit, aut acrimonia pulmōnes erodit, aut humiditatis copia putrefacit. Damnat ergo hoc loco *ασμα* generatim quidem; quia vehementes dolores inferunt, & alios fore denunciant: particulatim verò circa thoracem vt in pleuritide, cui concussio externa occasio fuit. Cum enim *ασμα*, vt alibi ostensum est, species sit soluta vnitatis in neruosis partibus citra vulnerationem, in qua fibra musculorum ac neruorum ex ictu aliquo subito & affatim colliduntur: aut immodico & inordinato motu: aut quibusdam humorum vitis, quæ corrodingi vim habent, diuelluntur: siquidem distractæ sint & conuulsæ in musculis, qui thoracem mouent, nec respirationem rectè fieri, nec materiam è thorace probè expectorari manifestum est. Quocirca periculum impendit, ne ager inde intereat, etiam si concoctus sit humor, qui intus continetur, nec morbus per se letalis appareat. Dolor enim ac tensio motum impediunt, quo opus est in vtraque functione. Verum hæc pugnare videntur cum his, quæ ante docuit, tutiorè esse pleuritim cum spasmate, quam sine spasmate: nisi quod illic, vt exposuimus, *ασμα* accipit pro motu violento & beneficio musculorum excitato, quo thorax vehementius concutitur robore naturæ. Hic verò pro diuisione à causa præter naturam incidente & frangente, aut exedente & tendente. Quod accidit in contusionibus, & violentis compressionibus, quibus thorax maximè obnoxius est; quia ossibus & musculis abundat. Præterealictet spasma incidat sine alteratione substantiæ musculorum & fibrarum, dolor tamen, & imbecillitas tum fluxionem augent, tum etiam nouam prouocant è venis, vnde sanguis extra venulas effusus putrefcit, & phlegmone excitatur, aut augetur. Ex quo intelligitur tantò grauius periculum creari ex spasmate circa thoracem, quanto ipsius actio ad vitam & morborum propriorum sanationem magis necessaria est, quantoque plures partes intra se ac nobiliores continet, vt pulmōnem, cor, ventriculum, diaphragma. In aliis enim partibus hæc tantum actiones grauius offenduntur, quæ ad expulsionem, & attractionem pertinent. Nam cum in omnibus attractio & expulsio reperiantur, nec vlla ex his fiat citra villorum beneficium, attractio quidem longorum, expulsio verò transuersorum, tantum in his ex spasmate incommodi accidit, quantum ex læsione earum actionum, & ex dolore inde moto. Sed quod illud est, quod scribit, *καὶ ἔστιν ἐν τῷ ὅπρω μὴ μὴ σκεῖ*? An fortasse intelligit imbecillitatem relictam & morbosam dispositionem ex spasmate, quæ progressu temporis

temporis alimento proprio partium non bene confecto, aut fluxione à circumpositis partibus validioribus excepta, dolores redintegrat, & morbos in illis partibus minatur: Dolor enim, calor, & imbecillitas partium excrementa ad se trahunt, & alias à fluxionibus liberant: & cum aliqua pars prædoluit, aut lassitudine fracta est, eam morbus accedens primam inuadit. Sic videre licet plerosque, qui ictu, aut casu aliqua parte contuli sunt; tamen si dolor iamdiu abierit, pro varia temporum & humorum constitutione in illis ipsis locis molestiam quandam sentire quod partes grauius aliquando lassæ, si qua deinceps fiat in corpore alteratio, primæ omnium & maximè iniuriam perferant. Ob idque scribit, dolores ex spasmate, alios futuros denunciare, & quasi ægros multò ante huius rei admonere. Sed & Hippocrates docet, eos, qui eiusmodi spasmata & contusiones neglexerunt, tamen si nihil aliud mali perpetiatur, illud tamen vitare non posse, ne locus affectus mucosiorē carnem contrahat, quam quæ prius inerat. Vbi verò tale quid relictum est; nec curatione probè, exprimitur, deterius quidem esse, si iuxta os inuocofum illud relinquantur: quippe cum neque caro amplius eodem, quo prius, modo os attingat, & os ipsum morbosius reddatur. Quinetiā syderationes ossis diuturnas ex hac occasione multis iam contigisse. Quod si iuxta os minimè id fiat, sed ipsa caro sit mucosa, tum quoque reciditas ac dolores interdum fieri, si quis fortè corpore laborat. Proinde deligatione opus esse tum bona, tum conueniente, donec exsiccata atque absorpta fuerit hæc exuccatio, quæ in contusione extiterat, carnè que sana oppletus locus fuerit, & caro ossis aucta. Ex quibus efficitur post contusionem in parte affecta relinqui aliquid, quod progressu temporis quasi præteritam iniuriam in memoriam reuocat, & aliorum dolorum principium facit, siue sit sola imbecillitas ex intemperie: siue fræulentum quid, aut mucosum, quia non probè pars, vt ante, proprium alimentum conficit, sed quasi semicoctum quid relinquit, haudsecus atque oculus lippiens in membranæ *λιμν*. Id autem Hippocrates mucosum humorem vocat, quia lentore quodam cum caliditate præditus est, atque ad exangues partes, id est, ossa & cartilagineas cogi consuevit. Non enim mucosus humor proprium est carnis excrementum, sed in carne colligitur, aut ex communicatione, quam cum illis partibus habet, aut ex copia succi, qui eò confluit, quando pituitosus & mucosus humor ibi collectus est. Ex quo Hippocratis loco admoniti superiore anno dolore grauissimum circa malleolum, & iam ab annis septem breuibus interuallis recurrentem in nobilissimo Domino Arelatensi primùm illitu olei stillatitii, deinde conuenienti deligatione ex pelle canina curauimus, qui medicorum doctissimorum in Italia, & Gallia remediis nunquam cesserat.

3. de Articulis

## SECTIONIS SECVN-

DAE COACORVM PRAESAGIORVM LIBER

sextus, cum Iacobi Stempiani Medici celeberrimi interpretatione &amp;

commentariis.

## APHORISMVS I.

Ὅταν ἐμπετος ἀιματος, πυρετός ποδός καὶ πόνος περιμάζον, καὶ θάρνησι καὶ μεταστροφῶν οἶσι γὰρ γίνεται πάντα ταύτα, σιωπῆμας ἡήσκειται οἶσι ὅ μὴ πᾶσι, μηδὲ σφοδρὰ, βραδύτερον, φλεγμῆσι δὲ ὅ μὴ μὲν ὅσον ἡμέρας τοσαύτησιν εἶδηται.

Quibus vomitus sanguinis, febris multa & dolor circa mammam, thoracem & dorsum, quibus, inquam, hæc omnia accidunt, in breui



*in breui moriuntur. At quibus nec omnia, nec ea uehementia, tardius intereunt. Suboritur autem, ut tardissime, inflammatio in diebus quatuordecim.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.



**M**ερον dici ab Hippocrate de sanguine, qui è pulmonibus largior reicitur, nemo dubitare potest, quanquã propriè de iis dicatur, quæ per gulam & os è ventre repurgantur. Sed hic de vitii pulmonum, & quæ adscribit dolorem ad mammam, thoracem, & dorsum hoc confirmant. In Aphorismis idem usurpauit, *ὀξείσσι ἀμακφρωδες ἐμέσσι πύρεσιν ἐκ πλῆθους ἢ τοιάυτη ἀναγωγή γίνεται*, quanquam alij *ἀναβήσσι*, alij *ἀναπύρεσσι* legunt. Sed interpretes Hippocratis ἐμέσσι agnoscunt. Id autem populari vsu, qui vomitiones quoque appellat largas subitã que reiectiones sanguinis ex ore. At consuevit Hippocrates uti uocibus ex populari consuetudine. Eiusmodi ergo larga reiectione sanguinis sæpe à magna erosione & rupture uisceris commouetur, quæ quàm sit difficile sanescere, satis euenta docet, & à Galeno pluribus proditum est. Si igitur vlcus inflammatur, & inde nascitur febris magna, dolor multus illas partes afficiat, desperato est, & in breui æger morietur. Atque omnino à reiectione sanguinis è pulmone desperatur salus, nisi prius coalescat vlcus, quàm inflammatio & febris moueatur. Vbi uerò nō omnia quidem adfunt, dolor, febris, inflammatio, & quæ adfunt, leuia sunt, trahitur uita diutius. Præscribit autem quartumdecimum diem, citra quem inflammatio nascatur: multis primã aut secunda periodo & ante septimum, aliis septimo: æstare celerius, tardius hyeme.

### DESIDERII IACOTII VANDO-

PERANI MEDICI COMMENTARIORVM IN

Coacorum Prælatorum sectionem

secundam liber sextus.



**D**EMONSTRATVM est libro superiore sanguinem per os reici è gingiuis, lingua, palato, simplici expuitione: è faucibus & gurgulione, scaturit: ex guttore, tussicula: ex pulmone & thorace, uehementiore tussis: è gula, aut è uentriculo, vomitione. Præterea qui vomitione reicitur & cum nausea, tum ab hepate, tum à liene, tum ab utero esse posse, quod ex his locis sanguis *ἀναβήσσι* in uenas, quæ uentriculi membranis inseruntur, plerunque redundet, ut in plethoricis, mutilatis, otiosis, & in quibus uel suppressæ sunt hæmorrhoides, uel menses, uel affectus aliquis grauior iecur, aut lienem obsidet. Internoscitur autem locus affectus ab alio potissimum doloris proprietate, situ, & propriis cuiusque partis symptomatis. Nam licet affectus locus plerunque extrorsum communicet aut tumorem, aut dolorem: non tamen certò definiti potest ex loco externo tumente, aut dolente, quenam ex tam multis interioribus afficiatur. Verbi gratia, Dolente; aut tumente latere fieri potest, ut affecta pars sit, iecur, pulmo, cor, pleura, septum. Quoniam igitur hoc loco Hippocrates & uoce ambigua, *ἐμέσσι*, uisus est, nec proprietatem doloris expressit, nec propria partis affectæ signa, posuit: idcirco ambiguum est, num inflammationem iecoris intellexerit, an pulmonis, uel membranarum, aut musculorum thoracis. Si enim sanguis uomitione reiectus est, & dolor extendens ad clauiculam, thoracem, & dorsum sentitur, pars connexa iecoris phlegmone ingenti obfessa esse uidetur, quia tumens inter respirandum dolorem mouet, ac tussim siccam concitat. Dolor uerò vsque ad dextræ partis iugulum extenditur, adeo ut detrahi uideatur, quando uidelicet præ magnitudine inflammatio grauiat. Sed & utriusque parti iecoris

noris inflammata cum dolor adest, nothæ costæ consentiunt, in quibus potissimum iecur nothis costis uinculis ligamentosis hæret, ac pender. Verum his addenda sunt propria partis affectæ signa, qualia sunt hypochondrium durum ac dolens, tumor totus simul elatus, nec amplius extensus sub nothis costis. Nam qui fixus non est, sed nutat, & mouetur circa ventrem, uel omentum obsidet, uel utrumque: qui extensus est, nec circumscriptus manu, sed multò submissior in una, quàm in altera parte, musculos occupat. Verum quoniam neque cuiusquam horum author meminit, & instituta in morbis thoracis præfagia adhuc perfequitur, satis est *ῥὸν ἐμέσσι* accipere uel pro sanguinis sputo, uel pro copiosa sanguinis expectoratione, in qua sanguis uidetur euomi. Copia ostendit neque è substantia pulmonis esse, neque è tenuibus uenulis, sed ex amplis pulmonis uasis. Nunquam enim tantus ex pectore prodit, quantum ex his. Sed & è thorace crassus, grumulosus ac nigricans apparet, simulque pars quædam dolitat. Ex capite uerò ad gurgulionis partes internas, ut ad fauces, affatim descendens, tussiendo sæpenumero educitur, quia subito gutturi irruens tussim mouet. Verum id facile internoscitur, si sanguis nuper fluxerit è naribus, unde sæpe in fauces, pulmones, uentriculum relabitur, sed qui postea grumulosus euadat, atque concresecat. Quintæ etiam titillatio palati adest, qualis per catharos euenire solet, creber screatus, & inspectum palatum cruentum uisitur & fordidum. Ex amplis autem uasis pulmonis erumpit interdum per *ἀνασφύρασι* à uasorum imbecillitate, quæ ne minimam quidem irruentis sanguinis vim sustinere possunt, aut à copia, uel ab acri eiusdem qualitate: quemadmodum è gracilibus uenis per *διαπύρεσιν* serum sanguinis potius, quàm sanguis transcolatur sudoris in modum tunica ipsa rarefacta, aut ubi serum maximè tenue fuerit. Interdum uerò *ἢ ἐξίπιν*, per ruptionem, exit, ut ab ictu, frigore, clamore, vomitu, copia in uenis suppressa. Nonnunquam etiam *ἢ διὰ βρωσιν* ab erosione materiæ acris, tenuis, calidæ, ut à pure, pituita falsa, bile, acri distillatione. Ergo etiam atque etiam animaduertendum est, quomodo effluerit. Nam *διαπύρεσις* omnium leuissima est. Sanguis autem ex anastomosi uasorum, in uniuersum (ait Paulus) nec inflammationem, nec febrem excitat, ferèque ex ea uacuatione leuius habent, qui purgantur. Potissimum uerò ex ea iuuantur, quibus menses, aut hæmorrhoides sunt suppressæ: & exiguis aquosiusque interdum non secus è thorace pellitur, quàm multus è naribus. Ruptura uerò tametsi anastomosi deterior sit, nonnunquam tamen iuuat eos, quibus suppressa est uacuat: sed periculum afferunt sanguinis effusi copia, curationis difficultas, & residui uisceris uitium. Omnium periculosissima erosio, quæ nec unquam præsidio fuit, & in tabem cessat, quia acris humoris malignitatis breui corrigi non potest. Interim uerò dum emendatur, longius progressa affectum reddit immedicabilem propter pulmonis mollitiem, & imbecillitatem. Licet enim vlcus sanari possit, ubi extrorsum pus expurgationem habet, quod in uulneratis secundum pectus & pulmonem uisum est, integro tamen pectore propter excrementum & motus perpetuitatem non potest. Propterea Hippocrates in uniuersum sanguinis expectorationem lethalem esse non scribit: sed ex duobus iudicandum censet: Si uidelicet erosio facta sit, aut inflammatio. Erosionem discernimus ex antecedente hæmoptoisi, & absente omni ruptione occasione. Nam cum iamdiu quis ex interuallis quotidie non ita multum sanguinem tussiendo excludere consueuit: deinde superuenit multi sanguinis inter tussientium eruptio, neque ab alto cecidit, neque grauius uulneratus est, neque sub uulso graui pondere oppressus, insignem erosionem factam esse uerisimile est, è qua interdum pulmonis quædam particula simul cum sanguine educuntur. Si nulla subsit erosio, neque mortem, neque ullam tabem insequi necesse est, neque uulsum aliud grauius incommodum, nisi inflammationis signa superuenerint, quæ hoc Aphorismo Hippocrates complexus est. Ea sunt febris multa, & dolor circa mammam, thoracem ac dorsum. Verum præcipuam vim habet febris multa. Ut enim in manifestis uisceribus, quæ partes calidas, & sanguine plenas occupant, facile superuenit inflammatio, ita & in internis pulmonis. Huius itaque inflammationis

tionis febris certissimam dat significationem, quod fluxio sanguinis accedat ad locum affectum, aut sanguis ab ulcere in pulmonum substantiam dimanans inflammetur, ac putrescat. Locum verò affectum dolor indicat, nimirum vel pectus, vel pulmonem. Nam licet pulmo parte interna doloris sit expertus, externa tamen & membranacea sensum habet, sed minorem ac languidiorem, quam thorax, nisi membranis interseptibus, quæ sterno, vertebris & septo alligantur, affectus communicetur. Itaque dolor ad mammam, thoracem ac dorsum magnitudinem inflammationis testatur, in qua vicinæ partes omnes occupantur à fluxione, & vniuersæ thoracis membranæ distenduntur, aut inflammantur. Ex his periculum mortis non ita multò post futuræ coniciendum scribit. Nam sub solo ulcere paulatim vitam trahunt ægri, & contabescunt. A leui inflammatione, & lenta febre ex putredine sanguinis extra locum suum, sensim quoque consumuntur, nec vniquam sanescunt: sed interdum arescente sanie, & in crustam versa, sanguinis ex-puitio cessat: verum excussa crusta leui occasione malum recrudescit, & propter inflammationem nouus humor accedens abit in pus, quod cum sola tussi expurgari possit, & tussis dilaniet, ac vulnus amplifcet, nulli remedio cedit, præsertim cum vix curatio adhiberi queat, quia febris, frigida & humida: vlcus distantissimè, ad penetrationem calida, ad curationem sicca postulat. At in ingenti inflammatione, quæ febris multa, & dolores ostendunt, σωστόμωσ (ait Hippocrates) θνήσκουσιν, breui moriuntur, vehementia doloris, respirationis interceptione, & febris vehementia. Quibus autem non omnia superueniunt, sed febris sola, aut lenta, aut dolor in thorace sine febre, aut febris, aut dolor, sed sine vehementia, tardius intereunt. Sed & nonnulli seruari possunt, vt in ulcere thoracis, & inflammatione, quoniam in pectore carnea constitutio, motus minor, quam pulmonis, & auxiliorum prompta admotio efficiunt, vt non modò recens vlcus, sed etiam diuturnè sanetur: inflammatio verò minorem parit angustiam. Quod verò subiicitur, φλεγμῶσσι, ἢ τὸ μακρότερον ἡμέρας τρεῖς ἀρροῦσθαι ἐνα, Hollerius legit, φλεγμῶσσι, vt sit sensus, superuenire inflammationem, vt tardissimè, in diebus quatuordecim. Verum cum ea ferè post biduum appareat, aut triduum à reiectione sanguinis, rectius scribitur, φλεγμῶσσι, id est, inflammati manent, quia appetite iam febre, & magna inflammatione intra decimum quartum diem moriuntur, qui terminus est acuminis morbi in acutis. Cæterum tametsi in copiosi sanguinis excreatione non necesse sit ægrum mori, aut in tabem transire, nisi erosio accedat, aut inflammatio, quod simplici venæ ruptione, vel apertione (modò reliqua pulmonis substantia integra sit) nemo contabescat, alio tamen loco, sanguinem supra ferri, qualiscunque sit, malum esse docuit Hippocrates, nisi critica excretionem excludatur. Itaque vndeunque prodeat, consideratè & maturè subueniendum est. Cum enim ex capite ferè incolomis habeatur, natura tamen afflueta, & per palatum ad pulmones sanguine etiam dormienti defluente ac putrescente, sæpe (quod experientia testatur) febris & tabes insequuntur.

## I I.

Τοῖσιν αἰματὶ τὸν πύλον ἀπυρέτοις εἶναι συμφέρει, καὶ βήσσειν, καὶ πονέειν ἐλαφρῶσ, καὶ τὸ πύλον λεπυρῶσαι πρὸς τὰς δὲ ἐπ' αὐτῶν πυρέσσειν, καὶ βήσσειν, καὶ πονέειν σωστόμωσ, καὶ αἰματὶ πρόσφατον εἶναι πύλον, ἀσύμφορον.

*Quibus sanguis expuitur, confert, si neque febriant, neque nisi moderanter tussiant, doleantque, & sputum tenuetur ad dies quatuordecim. Febricitare verò, & præterea tum tussire, tum dolere, sanguinemque recentem expuere, inutile.*

IACOBI

**C**Lara est oratio, neque multa eget expositione. ἐλαφρῶσ autem & verbo βήσσειν, & ἐπὶ πονέειν adiungere oportet, quomodo in opposita contraritate vtrique voci accommodandum σωστόμωσ, λεπυρῶσαι dicit, non vt crudum sit, & aquosum sputum, sed minus crassum, quam iis esse soleat, qui sanguinem reiciunt. Atque hic ferè reicitur ab acrimonia distillationis vlceratis pulmonibus, & interuallis reicitur. Pituita verò & reliqua materia, quæ influxit, quæque iam infirmitate & vicio pulmonis colligitur, crassescit, vnde sputa multa, crassa, viscida, sæpe etiam malè colorata prodeunt. Atque interdum ea sputa lentore suo venas, qua parte vlcus est, infarciunt: vnde retinetur sanguis, eaque materia pertinacius hærens putrescit, acrimoniam contrahit, nouum vlcus excitat, larga reiectione sequitur, in qua interdum ægri extinguuntur. Lapidescit nonnunquam ea materia, & in scyrrhos vertitur. αἰμα πρόσφατον inualefcente vlcere, & recens vlcerata parte, vnde subinde redit noua sanguinis expuitio.

**L**Ethalem sanguinis excreationem faciunt erosio, febris, vehemens thoracis ac pulmonis inflammatio, & perennis fluxio, vt superiore Aphorismo dictum est. Contraria verò signa vel simul omnia, vel præcipua, tabis, & mortis periculum abesse declarat. Sed & minus periculi subest in interpolata, quam in continuata expuitioe, & ex seruante ordinem, quam ex inordinata, quoniam varietas omnis, quæ ex ordine non procedit, curationi insidiosa est. Absentia ergo febris significat nec putredinem vlcis, aut sanguinis effusi ac suppressi, nec inflammationem vllam subesse, quorum illud tabem, hoc celerem mortem afferre solet. Verum illud, quod sequitur, non simpliciter audiendum est, conferre vt tussiant ac doleant leuiter. Nam leuior tussis è pulmone multò periculiosior est, quam vehemens è thorace, è quo sanguis non nisi cum vehementi tussi ferri potest, quia in cauo thoracis concrefcentis in grumum, non facillè recipitur in asperas pulmonum arterias propter densitatem concretæ substantiæ, & ductuum angustiam. Qui verò è pulmone sanguis prodit, cum leuiore tussi effertur, & sine dolore est. Pulmo enim duos neruos per quàm tenues à sexta neruorum coniugatione tantùm recipit, qui extrinsecus per membranam, qua obuoluitur, dispersi in visceris substantiam non inseruntur. Præterea pulmo laxus est, mollis, & à compressione, atque contusione tutus. Thorax verò & musculus, ossibus, atque membranis abundat: & multos tum intus, tum extra neruos accipit, quibus exquisiti sensus est particeps. Ita fit vt erosio pulmone, aut in ipso excisa, aperta, vel rupta vena nulli sint dolores in carne, remissiores in membrana, quæ oppressa veluti ponderis cuiusdam sensum representat. Proinde rectè scripsit Aurelianus ægros minus despondere animum, quòd dolore careant, plus tamen terroris dolorem afferre, quam periculi. Ob idque Hippocrates haudquaquam laudat absolutè moderatiorem tussim, & leuiorem dolorem, sed in comparatione, & habita ratione eiusdem loci affecti. Verbi gratia, satius est sanguinem è pulmone cum nullo dolore, & exigua tussi expectorari, quam cum dolore ponderis instar, & vehementi tussi, aut irrita, & molesta. Idemque iudicium de reiectione è thorace. Quanto enim minor tussis, & remissior dolor: tantò morbus leuior, & facilior expectoratio, in qua pulmo non admodum laceratur tussiendo. Sed pulmone alia etiam causa peculiaris inest. Nam è vasis sanguis profiliens nec dolorem mouet, nec vehementem tussim: è carnea verò mole tussis vehementior est. Præterea vasis pulmonis ruptis propter liberam commeatum sanguinis defluentis in asperam arteriam, expurgatio integra maximùm momentum habet ad sanationem. At in substantia retentus dum per ora asperarum arteriarum transcolatur, parte aliqua coit in grumum per moram putrescentem, & pulmonem putrefacientem.

Z Z

5. Meth. 18.

Ex quo etiam fit, ut phthisici quidam euaserint sine sputo cruento, vlcerata carne, quæ à bronchiis maximè distat. Ob eam causam Galenus scribit tutius esse, ut asperæ arteriæ ramus proximus simul cum vase sanguineo rumpatur, quam si seruetur integer. Postremum ex salutaribus signis est, si sputum expurgetur, & tenue fiat vsque ad decimum quartum diem, quia inde cõicitur neque periculum esse à copia, neque ab vlcere, & sanguinis concretionem aut putredine. Decimum autem quartum diem præscribit expectorationi sanguinis, quod intra id tempus inflammatio superuenire soleat, qua absente vlcus etiam in pulmone sanari potest. Cæterum illud, *συμφύσει*, licet per comparisonem dicatur, absolutè tamen interdum confert sanguinis reiectio, ut per anastomosim, suppressa vacuatione aliqua, aut opprimente in venis copia, modò ne fluxus immodicus, aut vlcis residuum periculi quidpiam afferat, quamperpetuò vtilius est deorsum, quam sursum sanguinem ferri. Præterea non solum ex consequentibus signis iudicium instituitur de vtili, aut periculosa excreatione: sed etiam ex loci affectu differentia. Nam in pectore, ut dixi, facilius est sanatio, & remediorum opportunitas maior: in pulmone difficilia omnia, imbecillitas visceris, mollities, perpetuus motus, auxiliorum aditus, quæ non nisi in corde excocta ad pulmonem accedunt. In larynge & aspera arteria vlcus non multò deterius est, quam in pectore, quia & vlcus breue est, & pus facilè labitur, & membranæ crassities præsertim ad laryngem non ita duræ, facilè coalescit. Contraria signa ex his perspicua sunt. Febris enim superueniens ab vlcere, sanguinis putredine, aut inflammatione ortum habet: tussis vehemens à fluxione, grumoso sanguine, feruore materiæ, acrimonia, crassitie, aut tenuitate, & obstructione. Dolor pertinax ab vlcere, aut inflammatione. Sanguinem autem recentem continuò prodire quam sit periculosum, causæ magnitudo ostendit, quæ est vel *ῥίσις*, vel *διάρρωσις*. Sed in ruptione magnorum vasorum continuata reiectio celerrimam mortem affert: In pulmonis erosione diutius vitam trahunt propter paucitatem sanguinis qui excernitur.

## III.

Ὅτι τὸ πλῆθὺν μελέων καὶ θερμότερον, ὅταν ἐγκειλιθῶσι ἐπὶ γά-  
τερον, βάρως ἐξηρήσεται, τῆτοις τὸ πῦρον ἐν τῷ ἐνὸς μέρους ἐστίν.

*Quibus latus sublatum est calidius est, cumque in alterum incumbenti latus, quod sanum est, grauitas pendere videtur, ijs pus altera parte collectum est.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M**ετέωρον dicere solet, quod in tumorem sublatum: quanquam suppurationis non videatur latus alterum, qua desidet pus, altero elatum magis: & in Prognostico, non addit μετέωρον, sed dolorem, calorem, & impendentem grauitatem, siquidem decumbat in latus sanum. His enim vtriusque parte accidant, ea indicant coisse suppurationem. Atque horum omnium causa satis manifesta.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**I**ntersepientes membranæ à pectore ad spinam protensæ, quæ mediastinū appellatū constituunt, thoracis vniuersam capacitatem in duos sinus ita dirimunt, ut ex vno in alterū pus influere non possit, uti fieri solet in his, quæ intra peritonæum suppurat, in quibus omnia intestina pus circumfundit. Eò fit, ut suppuratio

alias

alias alterutrum duntaxat latus, alias vtrumque occupet. Nam quæ in sinistro latere continetur, in sinistram capacitatem pus deponit: quæ in dextro, in dextrâ. Ab angina itaque, & peripneumonia pus vel in vtrumque latus, vel in alterum effunditur. Per pleuritides verò alterutrum potius, quam ambo occupat, id quippe, quod dolore vexatum est. Idem iudicium de pulmonis erosione in conuexa parte. Nam in concaua suppuratio sinus omnes tum dextros, tum sinistros peruadere potest per bronchia, quæ vtramque alam coniungunt. Quæ verò suppurationes è conuexa vtramque capacitatem inuadunt, ex quoque vtramque pulmonis alam phlegmone tentatam fuisse indicant. In quo plerique decepti sunt, quòd tunicam pulmonum cum intersepientibus confunderent. Vomica autem pone os ventriculi, aut in vna ex intersepientibus (quanquam hoc rarum est) in vacuitatem, quæ illic est, rumpitur, in qua plerumque sonus à flatu, aut strepitus ab humore exauditur, quem falso putant in latere contineri. Præcipit itaque Hippocrates magna obseruatione discernendum esse, an pus vtraque in parte sit, an modò in altera, quippe cum id plurimum momenti habeat ad præsagium, & vniuersam curandi rationem, quæ sectione fit, aut vstione, complectatur. Latus autem, in quo vno suppuratio reconditur, deprehendi scribit tumore, dolore, calore, & pondere. Ac tumore quidem lateris pure obsessi, modò copia tanta sit, ut thoracem amplificet, præsertim qua parte sunt nothæ costæ. Tum enim sublimius quodammodo cernitur, & μετέωρον, quasi suspensum à multitudine puris, quod in cauo pectoris acervatum, & intra pleuram ac mediastinum cohibiti, septum & nothas costas distendit, atque in tumorem attollit cum cutis exterioris liuore quodam & calore, quem corrupta inducit euaporatio. Sed & nature beneficium pus extorsum interdum extruditur, atque in musculos externos abscessus erumpit, quo vacuata materia aliquantulum alleuatur ægri, sed manet vlcus præuium & sinuosum, cui vix adhiberi curatio potest. Verum hoc signum necessarium non est, ut dixi, & in Prognostico prætermittitur. Alterum verò est, quia latus calidius existit, à putredine scilicet & halitu contenti puris. Proinde Hippocrates tertio de morbis, Terra Eretriade liquida, valde trita ac tepida linteam tenuem obliniri iubet, eoque thoracem circumcirca integri, ut qua parte primum resiccari incœperit, in ea sectio fiat, vel vstio. Quo etiam loco admonet hoc genus remedij in dextro latere periculosius esse, quam in sinistro, fortasse propter iocinoris & venæ causæ situm. Tertium est, quod si æger in oppositum & sanum latus decumbat, illi pondus aliquod è superna parte pendere videatur, idque interdum angustia premit, & tussim exasperat. Nam pus illa parte collectum ponderis sensum refert, quem dolor vehementior antegressus est. Proinde rectè hic dolorem prætermittit, quia signum antecedens est, non coniunctum. Atque hoc internis ferè omnibus inflammationibus commune est, ut augeatur dolor ex decubitu supra sanum latus, quia pendens tumor magis grauat. In latus verò ægrum decumbenti pus in costas recumbit. Nonnunquam tamen tussis molestior est ex hoc decubitu in purulentam partem propter applicationem pulmonis ad faniam. Proinde ægri in latus obsessum dormire vix possunt, ob tussis frequentiam, quæ magis arcet somnum, quam ponderis sensus. Quò fit, ut hic ad pendentis inflammationis perceptionem attendere oporteat potius, quam ad decubitum in hoc, vel alterum latus. Addit alio loco Hippocrates fluctuationem ac strepitum manifestum puris in affecto latere fieri, dum vertitur æger. Quod non semper necessarium est propter puris crassitiam. Perpetuò enim crassescit pus, ac refrigeratur post eruptionem, ut alibi dictum est. Qua ratione Hippocrates sectionem aut vstionem differri vult à ruptionis tempore in decimum quintum diem, donec iterum concoquatur. Atque etiam inde tussis sicca existit.

## III.

τοῖς ἐμπύοις τῷ πλῆθει μόνον, καὶ κοιλίην πῦρον ὑποχόρεσιν, θάνατον αἰσθάνεται.

*Suppuratis à pulmone pus per ventrem secedere lethale.*

ZZ 2

**R**arum hoc est, ut pus è thorace per intestina foras depellatur, quod tamen aliquando contingere & hoc loco ostendit, & Galenus experientia fretus aliquot locis testatus est. Itaque quod pus effusum est in spatium thoracis, vel pulmonibus inclusum in venam cauam, & arteriam magnam traducitur, atque hinc in venas & arterias, quæ mesenterij dicuntur: postremò in intestina: & in statu pestilenti tertij Epid. multi tabidi purulenti, & inquit, πρὶ πλεμωνα πᾶντων διαδοσις κατὰ κατὰ verò dicit per intestina & vrinas, quibus plurimi perierunt. Mirabilis naturæ vis, quæ humorem, pûsque tenuat, viâsque sibi quærit, qua se exoneret. Sæpius tamen, vbi relicta solemini via per arteriam asperam ad inferiora natura materiam conuertit, ad vrinam, quàm ad intestina conuertitur. Cuidam mulieri suppurata pulpa cordis in multos dies vrina purulenta effluxit, eaque quartò mense mortua & dissecta, inuenti duo calculi & abscessus diuisi in corde. Cur autem θανάσιμον? quia natura malè iam constituta videatur, quæ consuetis viis relicta per partes nobiles materiam mouet. In testiculos quoque pulmo reicit, quod infestat, per venas & arterias: quanquam è trunco venæ cauæ & magnæ arteriæ nullus ramus in pulmones distribuatur, sed alia vasorum genera, non deducta à magnis venâ & arteria, sed à corde enata. Mirabilis tamen fit transfluxio, & quia fit, ideo à medicis requisita diligenter via est. Primùm igitur tenuari à natura, ut facilius subeat in angustas venas & arterias, atque hinc ad intestina & renes. Quomodo verò in hydropicis humor laxiore spatio abdominis conclusus transfuit in venas, & hinc in renes, atque per vesicam expurgatur: & quæ pituita inter septum & ventrem eodem spatio continetur, per venas ad vesicam viam sibi parat, ita pus effusum, à natura tenuatum transmittitur in venas & arterias, atque hinc modò ad renes, modò ad intestina demittitur mirabili naturæ prouidentia omnia moliente, ut salutem ægro quærat.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**T**horacis & pulmonis suppurationem aut quamlibet aliam materiam per aluum interdum expurgari antea iam demonstratum est, uti quæ in partibus infra septum positæ continentur, per vrinas. Verùm è pulmone ad vias vrinæ, & ex thoracis capacitate ad intestina facilior est aditus, quoniã ut hinc à vena cauâ, ita illic è magna arteria rami descendunt ad renes. Læuis enim arteria (nam per venam dextri cordis ventriculi trahitur ad pulmonem sanguis, per læuam pellitur à pulmone) quantum puris ex rupta vomica suscipit, id in sinistram cordis finem deponit, quod inde in magnam arteriam incidens ad renes transit, & vesicam. Ac certè vidimus in doctore Arelatenfi vrinæ difficultatem cum maximo renum dolore, & arenulis rubentibus, cuius dissecto caduere renes integri inuenti sunt, sed in thorace hydrops, & concretus in corde lapis, qua parte materiã in sinistram cordis ventriculum, & inde ad renes ferri solitam probabile est, quæ eo itinere præ calore in arenulas concresebat. Sed & feri ex pulmone ingens copia in abdominis capacitate penetrauerat, haud secus atque sæpe cæcis ductibus ex abdominis capacitate in hydropicis redundat in thoracem. Suppuratio itaque è thorace in venam cauam recepta, per medium vas, quod in quibusdam cauam coniungit cum porta, in aluum facillè reicitur: & attenuatum pus non minus à cauâ in portam commigrare posse videtur, quàm in diarrhœis & destillationibus è capite, præsertim cum crassior chylus & crudior à porta ad cauâ facillè permeet. Verùm à pulmone, ut dixi, facillior est ad renes transitus, quàm ad aluum. Nam quod ex ipso discedit, primùm quidem in ventriculos cordis recipi necesse est, quoniam ex magna vena, quæ spinæ incumbit, nulla in pulmones deriuari videtur: deinde hinc abiens alteram ex duabus viam progreditur. Nam aut per venam cauam ad iecoris gibba, & inde ad sima, portas, & anfractus intestinorum peruenit: aut primùm quidem in magnam arteriam, deinde in eam, quæ mesenterio intexitur, penetrat. Ex quo fit, ut per vrinas pulmonis vomicæ criticè expurgati

purgari possint: per aluum minimè, nisi cum periculo mortis. Primùm quia illud iter naturæ peruium non est: deinde quia aut confertim in cordis arcem repentina vomicæ disruptio irruit: aut sensim per cæcos ductus delabatur in cor, iecur, ventriculum, & intestina. Priore modo inopinatò syncopeprehenduntur, & intereunt ægri, puris copia vim cordis extinguente atque obruente. Posteriore verò, dum pus per partes nobiles vacuatur, eas vitiat, mordet, & abradit. Itaque in corde leuia animi deliquia interdum excitat: in iecore sanguinis generationem corrumpit, & vim trahendi chyli obruit: in ventriculo & intestinis tum concoctioni ac digestionis cibi detrimentum adfert: tum etiam sæpe dysenteriam concitat, aut lyenteriam, aut hydropem planè lethalem. Vidimus tamen ex tumore ventris, qui empyemati superuenerat, conualuisse mercatorem superiore anno, nostris auxiliis adiutum præter omnium opinionem.

## V.

Ὁμοίως τρωθέντες ἐς τὸν γάλακτα, ὅτι μὴ ἐκείνους τὸ τρωθέντος ἐγγιάθησαν, ὅτι ὁ ἐκείνους μὴ, κινδυνώσαντες ἐμπροσθέντες γένεσθαι. Ὁμοίως δ' ἐν ἀσθενήσιν ἐνδοχῶν ἢ ἐλθὼν γένεσθαι, ἢ μὴ δὲ ἀσθενήσιν ἀσθενήσιν.

*Qui thorace vulnerato, exteriori quidem parte sanescunt, interiori vero non, ut ne suppurati fiant, periclitantur. At quibus interiori parte infirma cicatrix ducta est, vulnus ea parte facile refricatur rupta cicatrice.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**dem scripsit primo de morbis, additque siquidem cicatrix interior aspera, liuida, infirmaque fuerit, interdum resoluatur ægròsque euadere suppuratos. Et in libro de vlcibus immiscet medicamentis vulnerum, quæ in caua penetrant, eaque tenuitate partium permeant intro, ne videlicet coalescente exteriori vulnere inglutinatum maneat, quod intus vulneratum est. Ac difficilior quoque membrana tum capitis, tum thoracis & ventris cicatricem ducunt, ut quæcunque ex angina. Itaque hæc oratio non solum thoraci propria est, sed & peritonæo, & abdomini, & capiti, ac sine membranis. Vbi profundum vulnus est, vtrunque prouidendum, ut non minus firmiter interna, quàm externa glutinentur. Alioquin interiori resoluta pus intro refunditur in cauitatem thoracis, nisi beneficio naturæ pus foras conuersum rumpat cicatricem exteriori. Atque vtrunque sæpe fit, ut & suppurati fiant, & exterior cicatrix resoluatur. Quod antequam fiat, exterior locus scaber & male coloratus apparet, calidiórque reliqua cute.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**O**mibus vulneribus, & vlcibus commune id est, ut regenerandæ carnis fundamentum, & cicatricis obducendæ principium ab ea parte, quæ sana, integra, & in imo maximè posita est, ducatur. Sed in his imprimis id obseruandum est, in quibus membrana à vicina carne disincta est, quod & difficilior agglutinetur, & ipsa etiam in causa sit, ne partes vicinæ, & cutis coëant, tanta vis est solutæ consuetudinis. Causa est in vniuersum, quod in omni curatione ordiendum est ab eo, quod causæ rationem habet vel vrgentioris, vel eius sine quo non. Ob idque in thoracis vulneribus nisi quàm diligentissimè interna mundentur, omnisque exhauriatur humiditas tum in vulnere contenta, tum aliunde effluens, ut dissidentium in fundo parrium latera diuisa nullo impediendo medio coniungantur, sinus relinquatur, in quo regenerata sanies obductam exteriori cicatricem refricatur, aut intus partes vicinas arrodens cuniculos agit, ut ossa ipsa tandem corrumpat, & serpente contagio suppurationem ac tabem tandem inuehat, cum sinuoso, longo, & putri vlcere, fistula modo. Ut enim per suppurationes crassi hu-

humores attenuantur, & natura in partibus affectis ad excernendum pus, quod acrimonia sua molestum est, excitatur: ita sordes & ichor diutius manens, nec liberum habes exitum, easdem partes corrumpit, & calorem natium extinguit, à quo expectantur nutritio, regeneratio, & vnio. Vidimus aliquando adolescentem, cui testis cum vehementi dolore intumuerat. Is nullis auxiliis adiutus tandem obiit. Inuentum est vlcus exiguum circa peritonæum, è quo perennis sanies in testes fluxio causa tumoris fuit, & mortis. Inter obseruationes Hollerij, quas habemus, hæc ad hunc locum pertinere visa est, in qua scribit adolescenti sexdecim annorum crus dextrum vehementer doluisse, nullisque cecisse remediis. Acuta febris, vrinæ sœculentæ, sitis pauca, reliqua mediocria, nisi quod delirauit interuallis. Tribus ante mortem diebus obscuratum lumen & splendor oculorum, palpebræ liuidæ: postea quoque cœpit & sinistrum crus dolere. Decimoquarto obiit. In mortuo abscessus cū pure albo in apice gibbæ hepatis, & musculis obliquis. Dissectione cruris anteriore parte facta in medijs musculis pus albū, & crassum inuentum, quod & in alijs visum fuerat. In corde sanguis, veluti mucosa pituita. Eidem abscessus purulentus sub ala dextra, & impotentia brachij dextri. Et certè spontanei longique dolores crurum, & partium inferiorum, vt hoc obiter dicam, vlcera quoque, & color malus viscerum latens vitium ostendunt. Ex quibus intelligitur pus intus suppressum non solum locum, in quo est, putredine corruptelâque deprauare, sed etiam partium circumpositarum, & earum omnium, in quas sese insinuare potest, temperiem, & naturam euertere. Propterea rectè iubet Hippocrates quamprimum vel sectione, vel vstione rescindendum, quod intus labefactum est: & si angustius vulnus sit, amplificandum, donec sufficiat: si aliò pus tendens ad ima deferatur, parandum in imo foramen: si aduersum petar, in opposito. Quicquid enim in vulnere interponitur, duabus de causis vnionem prohibet: Vna, quia caro non nisi carni vniri potest: altera, quia dum in loco calido humido alienum continetur, id putrescat, aut in pus vertatur necesse est, quorum vtrunque tantum abest, vt vnionem toleret, vt etiam erodendo & putrescendendo vulnus vndique augeat. Verum quæri potest, qua ratione etiam ab exiguo vlcere tam multa in thoracem confluant, vt & suppurati ægri euadant, & ingentem puris copiam in dies expectorent, quam nulla ferè alleuatio insequatur. Causæ multæ sunt. Primum locus ipse vulneris depressus, si lateribus conferatur, ad quem humores suapte natura graues delabuntur, & ex circumpositis graua omnia. Deinde infirma partis affectæ retentrix tum propter fibrarum, quæ in retentione contrahuntur, solutionem: tum propter ambientis contactum, quo membri temperies evertitur. Quò fit, vt quæ humida vtrinque contineri non possunt, in locum medium defluant. Tertio, concoctio solutionis vitio oblata, cum alimentum assimilare non possit, excrementi auget copiam. Postremò ad imbecillum ex solutione locum tum ob dolorem, tum ob calorem confluxio fit, & ex ipsa propter vacuum ab vniuerso corpore colliquatio. Ea ratione accidit, vt si quis per singulos dies reiecti puris quantitatē in quibusdam suppuratis collegerit, interdum sex aut octo heminas (ait Galenus) interdum decem, atque etiam plures totam summam æquare inueniat. Cum ergo vncias decem hemina ferè contineat, heminæ decem, puris, quod singulis diebus reicitur, vncias centum perficient: ex quibus partium affectarum summa imbecillitas, & è toto corpore colliquatio arguitur. Refert quoque Nicolus vidisse suppuratam ex vlcere, quæ quotidie libras octo puris expueret, perseverassè que in ea copia dies sex. Ceterum tum in thorace, tum frequentius in pulmone arefcens sanies & calore in crustam versa cicatricis falsò creditæ imagine nobis imponit, donec ob thoracis motum, & partis mollitiem leuissima occasione excussa crusta vlcus recrudescere animaduertimus maiore, quàm ante, periculo. Monet ergo Hippocrates, huic dubiæ & incertæ sanitati nusquam fidendum esse.

V I.

s. loc. affect. 2

V I.

Ἀπολλωδὸς ἐκ μὲν τῶν περιπλευμονικῶν ἐμπυμμάτων οἱ γηραιότεροι μᾶλλον. ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν, οἱ νεώτεροι.

*Intereunt autem ex pulmonarijs suppurationibus seniores magis: ex alijs verò iuniores.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Περὶ αἰέροι dicuntur, qui ὁμογενεῖς, & μεσαπύλοιοι cruda senectute, & ex dimidio canescente. Matura enim senectus, vbi ἡδὴ γέροντες & decrepiti, vix vllum vel leuem morbum sustinent, tantum abest, vt grauem abscessum facilius ferant, & inde periculum effugiant, quàm iuuenes: sed ad instar nutantis arboris, cui radix infirma parum firmiter hæret, leui flatu ruit: ita silicernia. Exemplum alterius abscessus, in quo iuniores celerius intereunt, quàm senes, positum ab Hippocrate in Prognostico, aurium inflammatio & suppuratio. Nam vehementia febris, doloris, & delirij, quæ maximè inualefcunt, quo tempore natura suppurationem molitur, iuuenes rapiuntur, priusquam absoluta sit ea suppuratio. In senibus ea leuiora esse solent, dolor, febris, deliria, ex quo expectare possunt, & superesse, donec materia in pus sit conuersa. In suppurationibus thoracis viribus est opus, vt pus excludatur, & ea vis in senibus languet, & iam dura instrumenta & contracta minus liberè inseruiunt: atque ita concluso pure, nec reiecto suffocari solent. Hippocrates primo de morbis multa differit, quæ Galeno parum conuenire videntur. Nam densiorem pulmonem, angustiores arterias facit iunioribus, vnde minus puris trahitur motis pulmonibus in tenues artæque arterias, atque ita celerius retento pure iuuenes suffocari. Senioribus rarior pulmo, cauus magis, ampliores arteriæ, vnde celeriter & facilè pus trahitur in arterias, atque inde expuitur. Ac breuiter magnitudo febris & doloris, quòdque difficilius in arterias trahitur atque expuitur, efficiunt, vt celerius intereant iuuenes. Contraria omnia vel seruant in totum, vel longius spatium seniores. Hæc autem à pleuritide & peripneumonia. Sic ergo Hippocrates primo de morbis, (cuius operis, vt Hippocratis multis locis meminit Galenus) vtrique moriuntur, sed celerius iuuenes.

DESID. IACOTII COMMENT.

EAdem sententia scribit in Prognostico, ex his suppurationibus, quas pulmonum morbi concitarunt, seniores potius mori: ex cæteris iuniores. Quod fortasse cuiquam mirum videri possit. Nam cum morbus non nisi virium robore & constantia superetur, & iuuenes in his longè cæteris antecellant, cur non in omni morbo statuitur, senes prius interire? Quòd si ad dolores causam referas, quid interest, antèane morbi initio vires imbecilliores sint, vt in senibus: an postea dolorum vehementia infirmetur, vt in iuuenibus? Adde quòd tamen si fortasse dolor iuuenes affligat magis, quàm seniores, si tamen virium lapsus in vtrisque conferatur, rationi consentaneum videbitur, ex leui lapsu senem magis affici: quàm ex paulò maiore iuuenem. Præterea repugnat locus ille Hippocratis ab Hollerio citatus. Cum morbus conspicuus euaserit (inquit) & vel pus, vel sanguinem, vel vtrunque expuerint, qui quidem iuniores sunt, quia corpus robustum ac densum habent, æquè repurgari ab vlceribus non possunt, quorum pus in superiore ventre continetur. Nam neque pulmo valde trahit in arterias, vt qui densior sit, & arteriæ tum tenues, tum artæ non nisi pus modicum, idque rarè excipiunt. Necesse igitur est, in thorace atque in vlceribus coaceruari pus, & crassescere. Seniori autem non solum pulmo rarior est, minúsque cauus, sed etiam arteriæ ampliores sunt. Quo quidem fit, vt pus non diu moretur in ventre, & vlceribus, sed quicquid insuper eius generatum fuerit,

i. de morbis.

ZZ 4



totum hoc necessariò sursum trahitur à pulmone in arterias, & expuitur. Hætenus Hippocrates. Verùm aliud est patris opportunitatem cū parte conferre: aliud verò facultatem educendi spū cum infirmitate. Præterea Hippocrates interdum spectat aptitudinem ad tabem: interdum inflammationem suppurantem: non nunquam etiam ἀσκήθασιν ἐμπύματι, puris repurgationem. Primo modo, ætas ad tabem appositior est à decimo octavo ad trigésimum quintum annum, quoniam simul concurrunt ruptionis venarum, & erosionis causæ, sanguinis videlicet copia ex cessante corporis incremento: eiusdem fusio ex calore feruente, quæ maxima plenitudinis causa est: fluxionis acrimonia: & errata in victu, cursus, luctæ, arina, insolatio, crapula. Puerorum cathartici humido multo hebetantur: senum, frigore torpent, nec præ crassitie vicerant, aut putrefaciunt. Secundo modo, per suppurantem inflammationem earum partium, quæ exquisito sensu præditæ sunt, vt aurium, iuniores quoque magis periclitantur ob dolores, & febres, quorū vehementia ante suppuratōnem sæpe mortē infert, quia inflammationis causa acrior, temperamentum calidius, sensus magis exquisitus, ex quibus præ magnitudine febrium ac doloris, phrenitides & conuulsiones insequi solent. Contraria omnia in senioribus, quos μετέωλις & ἀνογέροισι vocant, à dimidia canicie, & cruda senectute (nam decrepiti ex nullo morbo facilius, quàm natu minores seruantur.) Neque enim dolor, neque febris acrior vires oppugnant, & prius inflammatio suppurat, quàm vires ad extremum venerint. Verùm in peripneumonia horum dolorum vi nemo interiit, quoniam pulmo nullo, aut languido sensu præditus est. Propterea in hac solius curationis habēda ratio est, quæ fit per anacatharsim vi facultatis motricis, quæ vegeta & valente opus est. Tussiendo ergo, atque expuendo iuniores potius euadunt, quàm seniores, quibus infirma vis animalis, excrementorum maior copia, humor suppuratōnis crassior, & infirmiora latera. Quòd si ductuum opportunitatem tantum spectes cæteris paribus, vt viribus thoracis, & cum adolescentibus iuuenes, aut in primam senectutem tantum ingressos conferas, tum vera erit sententia, quæ scribitur primo de morbis. Iuniorum enim nomine Hippocrates complectitur adulescentes à decimo octavo ad vigésimum quintum, & iuuenes à vigésimo quinto ad trigésimum quintum. In pueris autem, & adolescentibus viarum angustia aliquantulum remoratur curationem, in senioribus, id est, iis, qui ex adolescentia excefferunt, & ad declinantem ætatem perueniunt, laxitas plurimum iuuat, & quòd distillationes è capite, ac δυσαννοίαι morbi sint illi ætati familiares. Verùm, vt dixi, comparatio fit in his, quibus à facultatis motricis infirmitate minus impendit periculum, quàm à meatuum angustia. Hic verò Hippocrates spectat, quæ in sanatione maximam vim habet, ἐμπύματι videlicet ἀσκήθασιν, quæ valida thoracis compressione perficienda est & in iuuenibus, & in senioribus: sed in iunioribus tum signa, tum causæ robusti thoracis concurrunt. Siquidem vis cerebri motrix firma est, nerui musculorum intercostalium validi, calor pulmonum vegetus & copiosus. Ob idque thorax promptissimè ad opus accedit, citò actionem ipsam perficit, & validè ac violenter spiritum, & humorem, qui fistulis pulmonis inest, foras abire compellit. In senioribus contraria omnia: & præterea cerebrum humidius, excrementitium, fluxionibus obnoxium.

## VII.

τῶν ἐμπύων οἷσι στοιμῶσι, ἀπὸ τῶν ἡμῶν πολλὴς γίνεσθαι ψόφος, ἔλασσον ἔχει πύον, ἢ οἷον ὀλίγον, δυσαννοίαισι ἐστὶ καὶ ἀσκήθασιν. Οἷον δὲ ψόφος μῶ μὴδὲ εἶς ἐγίνεσθαι, δύσαννοια δὲ ἰσχυρὴ, καὶ ὄνυχες πέλιοι, πλήρεις εἶσι πύου, καὶ ὀλέθριοι.

*Quibuscumque suppuratis concussis humeris multus è thorace strepitus auditur, y minus puris habent, quàm qui paucum sonitum*

*tum edunt: cæterum difficilius spirant & facie rubent magis. At quibus nullus inauditur sonus, difficultas verò spirandi vehemens, & vngues liuidi, pleni y pure sunt, & perniciose habent.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Q Vemadmodum vtres aqua pleni vbi commouentur, nullum strepitum edunt: ferè pleni, paucum: ac tertia parte depleti manifestum strepitum faciunt: Ita contingit thoraci pleno, vt in hydrope à pulmonibus, & suppuratis. Commotis enim humeris exauditur sonus, vt simul thorax moueatur exagitata interiore materia. Ac pus illud partim ab effuso tuberculo, partim ab vlcere, quod reliquit abscessus. Et vt tuberculum & vlcus maiora sunt, ita plus colligunt puris, & magis vbi vtrique carnosas partes occupauerit. Ac difficultas spiritus nascitur maior, quòd magis spiritalia occupantur. Color autem rubentior, quod ἀσκήθασιν appellat, vaporibus calidis sursum motis à thorace, & inde pleniore capite. Sed & tussis idem adauget. At quibus nullus inauditur sonus. Facilis hæc oratio. Liuior vnguium extinctione caloris natiui, & in propinquo mortem ostēdit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

Q Vemadmodum suppuratos deprehēdimus nouo grauitatis sensu post vehementiam febris remissam: tussi valida perseuerante, sed sicca: febricula perpetua, languida, inordinata: sudoribus: angina, peripneumonia, pleuritide prægressis, in quibus nihil penè laborans expuit, & similibus: ita puris quantitatem & locum conuicimus tum ex eo, quòd decubitus mutans æger, maximè verò in alterutrum latus se conuoluens transfuere aliquid sentiat: tum ex fluctuatione, quæ sæpenumero haud obscurè exauditur vehementius paulò concussis humeris, aut moto thorace: haud secus quàm in quibusdam rugitus à mediastino, splene, intestinis, vbi flatus arctius comprimitur, & quasi refrangitur. Proinde Hippocrates ante vitionem, aut sectionem præcipit, vt scapula commoueantur & vehementius concutiantur, quòd ea succussione, & inde strepitu tum qualitas, tum copia contenti puris innotescat. Inter tussendum quoque, dum natura sese colligit, ac thoracem vehementius comprimit, strepitus excitatur, siquidem & materia pauca sit, & liquida ac tenuis, vt liberè fluctuet, qualis est in hydrope thoracis. Id autem fieri vult exacto decimo quarto die à ruptione vomicæ, donec iterum suppuratio concocta sit. Ac tum ægro lacte prius enutrito, aut secandum, aut vrendum quàm citissimè, antequam pituita corrumpatur, viscera corruptelam contrahant, & vires collabantur. Sed & illa fluctuatio locum indicat, quo id faciendum sit, nimirum inter quartam, & quintam costam, qua parte existit fluctuans materiæ motus. Cæterum tamen si suppuratio subit, interdum tamen non fluctuat vel propter crassitiam, vel propter copiam, quæ omnem capacitatem implet. Itaque rectissimè scribit hoc loco, quibus ab humeris commotis strepitus percipitur multus, iis minus puris inesse, quàm quibus paucus, quia multitudo replens impedit fluctuationem. Quòd autem difficilius quoque hos omnes spirare necesse sit, paucitas puris in causa non est, sed pulmonis oppressio, & diaphragmatis à circumfluente materia, quæ non vacuatur. Rubent quoque genæ ob eas causas, quas diximus libro superiore. Ex quo efficitur, (contraria enim contrariorum consequentia sunt) vt si nullus strepitus fluctuantis puris exauditur, purulentus tamen sit æger, in causa sit vel materiæ crassities: vel copia. Verùm copiam testantur vehemens spirandi difficultas, quòd pulmonum alæ liberè explicari non possint, & vngues liuidi extincto calore natiuo ab extraneo & hecico, qui æquè in exiguas omnes carnes, & partes solidas agens, euidentius digitorū extrema tabefacit, tum quia à corde caloris natiui fonte longissimè distant, tum quia vnguis (vt scribit Aristoteles) cutis est substratæ carnis, cuius colorem representat. Cum enim nulla cutis media inter carnem & vnguem intercedat, vt subter reliquam carnem rami quidam nerui, venæ, arteriæ

teriae expanduntur: ita & subter vnguem. Quod fit, primum vt vnguium color humorem indicet, haud secus ac reliqua cutis, nisi in profundum recesserit: sicut in aethiope niger est, in fusco fuscus. Deinde, vt & a subiecta carne mutata vngues quoque alterentur: & ab vnguibus subiecta caro. Quomodo non ineptè sentire dicuntur, vt & dentes, quia ea mixtione elementorum ac temperie ambo donata sunt, vt facillè communicent acceptam iniuriam nervo substrato, aut ad radicem accedenti, quanquam ipsorum soliditas sit sine sensu. Hinc igitur & liuescunt vngues, & incuruantur, & dolent, & varios colores contrahunt: sed liuor in suppuratis extinctum iam in extremis calorem denunciat. Proinde concludit Hippocrates hos perniciosè habere.

## VIII.

Ὅτι ἀφρώδες αἷμα ἐμέει, πόνος μὴ ἔοντος κάτω τῆ διαφράγματος, ἀπὸ τῆ πλεύμονος ἐμέει, καὶ οἷον μὴ ἢ μεγάλη φλέψ ἐν αὐτῷ ῥήγνῃ, πολὺτε ἐμέει, καὶ εἶσιν ἐπικίνδυνοι. οἷον δὲ ἢ ἔλασσαν, ἔλασσαν τε ἀνάγχεσι καὶ εἶσιν ἀσφαλέςτεροι.

*Qui spumofum sanguinem vomunt, nullo dolore in partibus, qua sunt sub diaphragmate, iis è pulmone vomitio est. Et quibus magna vena in pulmone rupta multus euomitur sanguis, & in periculo versantur: quibus verò parua, minus reiciunt & minus periclitantur.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**ic locus satis ostendit, vt alij, *μετρον* dici interdum ab Hippocrate de larga reiectione sanguinis è pulmonibus. Addit autè nullo dolore sub diaphragmate, quia prius dixit tum sanguinem educi ex hepate, vbi, quomodo hoc loco, *ἐμέει* abusus, ita illo verbo *πύει*. Sed à φρώδες diximus magis competere sanguini pulmonis, minus hepatis. Et quibus magna vena. Quæsitum olim à medicis, an omnis reiectio sanguinis è pulmonibus lethalis. Hic quidem distinguit, sed non satis. Constat enim multis magnam vim sanguinis educitam è pulmonibus, in breui tamen conualuisse, nec multis postea annis reieciisse. Aliis paucus sanguis inde deductus, qui paulatim contabuerunt, paulatim erosa vena & augete vlcere. Noui, quibus iam à multis annis sanguis multus interdum tussi reicitur, nec inde emaciantur. Statim exhibitis auxiliis, quæ sanguinem retineant, venam astringant, febrem atque inflammationem prohibeant. Ergo in eiusmodi expuitionibus apertis vas astringentia, ruptis glutinantia, excis sarcotica & boni succi alimenta statim adhibenda sunt. Deplenda plenitudo, & expurgandum vitium, sistenda fluxio, temperandus humor, omnia quidem prius, quàm vel febris, vel inflammatio, vel denique purulentum vlcus existat. Alioqui insanabile malum relinquatur. Galenus in libello, quem contra Erasistrateos, qui Romæ degebant, se vidisse scribit. illata in cauum thoracem vulnera tribus diebus conglutinata, priusquam inflammatio oriretur, largo sanguine effuso, & vt par est, per os quoque reiecto. Cuidam in palæstra accepta graui plaga duæ heminae sanguinis statim reiectæ tussi, qui adhibitis iustis auxiliis, secta protinus vena, conualuit, & postea sanus superuixit. Videndum quoque vnde expuatur. Nam ab intercostalibus expuatur in pleuriticis nullo sæpe periculo. In duobus cum vterque subcruenta expueret & colore pallida, alteri diu perseverante sputo & supernata febre tabes: alteri paucis diebus eo perseverante & sine febre liberatio. *ῥήγνῃ* verbum dictum ruptis, quanquam excis, & apertis. maioribus venis maius periculum, quàm minoribus.

DESID.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N Aphorismis, Qui spumantem (inquit) sanguinem extulsiunt, iis educitur è pulmone. Quo loco alij legunt *ἀναβύτῃσι*, extulsiunt: alij *ἀναπύεσι*, expuunt: cæteri: vt hoc loco, *ἐμέεισι*, pro *ἀναπύεσι*, κατὰ χριστικῶς. Veteres eo verbo copiam, quasi quæ vomitione redditur, significari voluerunt. Verum, si generale hoc præceptum est, id experimentis repugnat. Nam & paucus sanguis, & multus è pulmone reicitur. Proinde ex copia petitum argumentum fallax est, nisi quòd tanta è thorace exire non potest, quanta ex magnis pulmonis vas. His autem distinctionibus, quas superius exposuimus, opus est, vt vera sit sententia. Nam spuma & cum sanguine simplici excreatione è gutture excreto coniungi potest propter aëris respirati mixtionem atque agitationem, & cum pleurítico sputo è thorace, calore igneo in illis partibus collecto. Præterea ex pulmone non semper spumat, vt alibi docet Galenus, nempe vbi ex vas prodit. Nisi enim agitatio quædam accesserit, spumam non concipit, & si agitatione concipiat, citò euanesceat: & aqua iniecta baculo facillè separabitur spuma. Dicendum itaque totum spumam esse ex visceris carne, cuius similitudinem refert plurimum expumescere ex vas: non nihil spumæ permisceri, ex thorace ipso, & gutture. Erit ergo efficacissimum sanguinis pulmonici signum distincta hoc modo spuma. Sed ad cõfirmationem alia signa adiungenda sunt, vt quòd è carne exiguus sit, cum tussi, sine dolore, rotundus (quam figuram induit abscessus ac delatus ad superiora) albidus, & quodammodo dilutus. Certissimam verò *διὰ γνοσιν* reddunt, si caruncula, aut ramenta quædam vasorum simul excludantur, quæ etià in ruptione pulmones iam violari ostendunt. Quòd si è magnis vas prodeat, copiosior est, vt & è gracilibus, quanquam hic paucus. Verum necesse non est, vt dixi, hunc spumofum esse, & si sit, nunquam totus spumat, nec, vt è thorace, crassus est, grumosus, ac nigricans: nec cum dolore coniunctus, nisi grauitatis sensus accedat ex suppressione. Profluit autem venis casu, labore, clamore, copia ruptis: aut acri destillatione excis: aut apertis & reseratis suppressorū mensium cõconfluentium, vel hæmorrhoidum multitudine, quam nulla tabes insequitur, nisi ad venæ anastomosim & ruptionem accedant erosio, putredo, inflammatio, febris. Quod verò subicit, modò nullus sub septo dolor percipiatur, sanguinis spumosi reiectionem hepatis grauitè affecto superuenientem excludit, de qua dictum est ante. Illud etiam manifestum est ex ruptione magnorum vasorum pulmonis, vt venæ arteriosæ, multū sanguinis euomi, & egros in periculo versari: ex ruptione graciliū, minus. Copiæ causa manifesta est. Periculum verò multiplex. Nam perseverante profluuio mors celeriter insequitur: suppresso, in amplis ductibus facillè concrefcunt grumi, viscus vnà cum corde refrigeratur, malè colorantur egri, intumescunt, cibos fastidiunt. Omnium verò deterrima est ex relicto vlcere, aut ex sanguinis effusi putredine tabes. In ruptione vasorum gracilium solum ferè vlcus in metu est. Cæterum quòd frequentius, quàm alibi, pulmonum vasorum rupturæ, in causa sunt sanguinis copia & feruor ex cordis vicinia, & quòd hac parte arteriosus sanguis vna, eaque tenui membrana clauditur.

## IX.

τῶν φθιτικῶν οἷον ἐπὶ τῆ πύρεος ὁ πύραλον κίση βαρὺ, καὶ αἱ τρίχες ἐν τῇ κεφαλῇ πέσει, ἀπολλύσονται.

*Quibus tabidis sputum iniectum igni celeriter grauem nidorem edit, & capilli è capite defluunt, ij pereunt.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**xulceratis pulmonibus, & inde nata tabe multis halitus grauitè olet, & contagio inficit. Alioqui sputum excipitur vitro: vitrum imponitur igni, aut carbonibus. Inde nidor factès & grauis exhalat indicio appetētis exitij. Nam ca exhal

ca exhalatio putredinis indicium est, à qua spiritus grauis per arterias in cor permeat, & paulatim vitam extinguit. Efficit autem ignis, vt quæ vel alioqui non oleant, vel minus, suum odorem edant. Absumit enim, quod humidius obtundebat odorem, & è reliqua parte halitum mouet. Adde quòd omnis motus infitum odorem excitat aëria natura mota. Aëre enim odor inuehitur. Eadem ratione & hyeme omnia minus odorē reddunt, quieto tum pigròque aëre, & quasi concreto. Capilli verò defluunt defectu alimento, aut quia tantum vitiosum alimentum eò fertur, aut imbecilliore natura non conficiunt alimentum.

## DESID. IACOTII COMMENT.

7. Apho. 44.

**I**N affectibus pulmonum, quos tabes insequitur, primū explorandum id, quod extulsit, sitne pus, an pituita, vel crudus humor. Deinde verò vbi pus esse constiterit, videndum ad prælagium, quale sit. Nam quod optimum est, intra quadraginta dies repurgatur, nec tabem inuehit, nisi aliquid peccetur ab ægro, vel medico. Contrarium optimo tantò deterius est, quanto plures corruptionis notas præ se fert. Proinde Hippocrates scribit in Aphorismis, Si empyis, cum vruntur aut secantur, purū & album pus effluat, ipsos euadere: si verò subruentum, fœculentum, & fœtidum mori. Idem iudicium de eo, quod thorax tussi excludere contendit. Discretio ergo puris hoc Aphorismo non explicatur, sed ex puris malitia mortis, & tabis prænotio. Qua in re plerique decepti sunt. Propria enim notæ, quibus pus deprehenditur, ex substantia, colore, & odore repetendæ sunt, non ex graui fœtore. Etenim color puris cineritius est: albus, pituitæ: odor verò ingratus, non tamen fœtidus, qualis à putredine. Substantia in pituita glutinosa est, nec se diuidi patitur: in pure secedit in partes, maximè si in aquam coniciatur. Propterea Aræteus vir magnus solo aspectu pus à sputo distinguendum censet, nec multam suppuracionis notitiam haberi ab iis, qui humiditates igne, vel aqua exploitat. Quod verò de fœtore addunt, ex his est, quæ ἐπιγυρόμενα vocat Hippocrates. Non enim fœtor præsertim grauis (nam modici pus omne particeps est) peculiarem puris qualitatem, & propriam declarat, sed prauitatem, quia fœtor à putredine oritur, & extraneo calore tum puris ipsius, aut alterius humoris, tum vlceris, aut partis, vnde manat. Præcipit ergo Hippocrates, vt in suppuratis, & in tabidis, qui vlcere pulmonis, febricula, ac totius corporis extenuatione definiuntur, pus exploretur carbonibus iniectum, vel supra peluim argentæam igni impositum. Nam si grauius fœtet, non modò pus est, sed aliquid deterius, quale pus liuidum, pallidum, viride, cœnosum, subruentum. Proinde ex eo coniciamus perniciosè habere ægrum, propter pulmonum νεκρωσιν, & immedicabilem materiæ corruptelam. Euadunt (inquit Hippocrates) quorum pus album, & non fœtidum: quibus autem subruentum & cœnosum, ij pereunt. Et secundo de morbis, Si pus sectis defluat instar lutei oui, aut crassum cum virore, subpallidum, fœtus moriuntur, vbi pus effluxerit. Olet autem grauius iniectum pus carbonibus, & suum fœtorem detegit, quia ignis (ait Oribasius) humiditatem resouit, quæ diluebat fœtorem sputi: vel potius, quia halitum ignis excitat odoris subiectum, & tanquam vehiculum. Philotheus excipit vitro, ac prunis vitrum imponit, vt incalescens vaporem edat. Hoc enim facit, vt plenius ac diutius odor seruetur, quomodo cineribus suffita, aut blando igne, suum odorem melius edunt, quàm carbonibus, aut igne, vt Aristoteles docet in Problematis. Verùm quoniam pituita saniosa non solum super carbones, sed etiam per se fœtet, nec fœtor sputi absolute lethalis est, aliorum signorum testimonio firmadum prælagium, si videlicet vnà cum pure fœtido capilli defluant. Iam enim tabidos morti vicinos esse tibi constabit, præsertim superueniente alui profluio, quoniam huiusmodi symptomata praua sunt, vt causæ & signa. Defluunt autem capilli prohibita ipsorum generatione vltimi alimeti defectu: corrupto proprio alimento, prauis humoribus: & laxatis poris, per quos exeunt. Prohibent generationem virium imbecillitas, quæ non concoquit alimentum: & siccitas, quæ non admittit: corrumpunt verò pilorum radices vapor prauus, humiditas nimia, humorum

morum vitium, & capitis cacexia. Verùm hoc loco causa ad vltimi alimenti defectum referenda est, licet etiam aliquando ad corruptelam. Præter hæc verò & ægro, & absidentibus manifesta grauitas & contagiosus halitus putredinem atque κακὴθειαν produunt, propter febrem in corde accensam, aërem inspiratum, qui tabificam qualitatem contrahit in pulmombus, & vlceris malignitatem. Sed & in quibusdam os & gingiua exulcerantur acri distillatione, & pituita corrupta descendit è cerebro, vnde sputa grauius olent, quod distinguendum est ad prælagium.

## X.

τῶν φθιτικῶν οἶον ἐπὶ γάλασσου πύρεον, ἐς τὴν πυθμίδα βαδίζεις τὸ πύρον, ἀλέγειν σωλομος. ἔγω δὲ ἐν χαλκῷ ἢ γάλασσα.

*Quibus tabidis expuentibus in marinam aquam pus in fundum defidet, lethale in breui. Sit autem marina aheno.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Γ**ΑΛΑΣΣΑ dicit marinam aquam, quæ si longius positis à mari desit, subduplo sale in aqua liquefacto effingi potest. Graue iam admodum, & omnino defectum spiritum esse oportet, quod ita descendit in fundum. Quod autem χαλκῷ scribit, sine religione esse debet. Nam & figulari, & vitreo, & itaneo, aliisque ex alia materia vasis contineri potest.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**H**OC quoque signum purulenti sputi proprium non est, sed malignitatis, & corruptionis, atque adeo mortis σωλομος, vt scribit Hippocrates. Decipiuntur itaque qui explorandi puris rationem sputo in aquam coniecto ex hoc loco fluxisse autumant, nec experimentis, aut rationi consentanea dicunt. Vulgò enim sputum à pure ita discernunt, vt in aquam pus descendat, & igni iniectum fœteat: sputum per aquam innatet, nec naribus suffitum grauius oleat. Alij iubent, ægrum in aquam calentem expuere, nec frigus descensum prohibeat, sed admonent, (quod semper intelligendum est, cum de sputo loquimur) ex imo educi pectore oportere, vt inspicatur, non quod modò è capite destillet, sed quid in vlcere contineatur. Si igitur descendit, purulentum esse inquit. Verùm repugnat pituita, quæ & ipsa quoque descendit, quoties longa intercedente mora spectatur. Etenim concoctionis initio, in quo pituita generatur, flatus multi existunt, qui eadem perfecta discuti solent. Dissipato ergo calore, & succedente frigore densata pituita spiritum amittit, quo subleuabatur, nec minus, quàm purulentum, imò fortasse citius subsidit. Sed & humorem crudum statim ad fundum ferri tum in vrinis, tum in vase æneo (quod cæteris aptius esse vult Hippocrates) quilibet experiri potest. Quocirca qui periculosiores sunt, spectant sputa volunt non longo intercedente intervallo, ne per moram exhalante spiritu pituita grauis fiat. Sed vt hæc iuuare διάγνωσιν queant, tamen id nunc Hippocrates non agit: quin nec de quavis aqua, aut calente loquitur, sed de marina: nec exquirat sitne pus, aut sputum, quod extulsitur, sed num breui interiturus sit æger. Nempe si descendit, graue id esse oportet, quod in pectore latet & sine flatu, calore, ac spiritu: multò verò grauius fuerit, si ne in marinam quidem aquam subsidat, quæ ferendo oneri aptior est. Quocirca sputum lethale est, vt signum, & causa. Ac signum quidem extinctionis caloris natui, & resolutionis partium solidarum, è quibus sputum manat exustum, terreum, fœculentum, & flatuoso spiritu destitutum. Causa verò, quia ἀπκαθάρισιν remoratur, vires tussis frequentia prostermit, & mora putrescens magis ac magis pulmones exulcerat, quæ omnia mortem accelerant, & eam iam in propinquo esse denuntiant. Quod verò æneum vas con-

A A A

ceptis verbis eligendum voluit. Hippocrates, fortasse ad sympathiam quandam illius metalli, & marinæ aquæ respexit, aut ad ænei vas naturam, quod pure magis inficitur: quanquam parùm videtur referre, quo vase excipiatur.

## X I.

Ὅσοισι τῶν φθιστικῶν αἰτελεῖται ἐν τῇ κεφαλῇ ῥέει (ὡς, ὑπὸ διάρροιας ἀπολλυ-  
ται. καὶ ὅσοι φθιστικῶν ἐπιγίνωσι) διάρροια, γνήσκουσιν.

*Quibus tabidis pili è capite defluunt, alui profluuium moriuntur:  
Et quibus tabidis alui profluuium superuenerit, moriuntur.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**E profluuiio capillorum iam ante. Alui verò profluuium vires resoluit, & eandem iam languentes ostendit: quanquam & hoc fluxione ad ventrem versa, colliquatione sanie è thorace resudante & ad ventrem versa esse potest. Hippocrates secundo de morbis scribit, vbi pus circa cor putrilaginem trahit, & nidorem quandam iniectum puris exhalat, cerebrumque concalfacit, & hoc concalfactum saluginosum humorem colligit: hic autem defluit in ventrem, inde profluuium alui fieri, quod iam affectas vires labefactans hominem interimat, atque eo humore capillos defluere existimat. Siue autem collabente natura profluuium superuenerit, siue irritata iis, quæ dicta sunt, lethale: multò grauius tamen vbi concidente virtute id accidit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**P**illis materiam humorum fuligo & spermatica quædam substantia cum certo temperamento tribuit: calor natius moderatus fuliginem educit nec dissipat: alimentum præbet humidum pingue è capite: amplitudo pororum moderata exitum iuuat, & causa est sine qua non. Frigus externum accedens coagulat, & quasi sigillat omnia. Virium ergo imbecillitas ex frigore per fuliginis paucitatem pilorum generationem prohibet: calor immodicus per attenuationem fuliginem dissipat, aut acri excitato vapore, vel bilioso humore pilorum radices vitit, atque erodit. Siccitate & seminis effluxu, vltimum alimentum deficit: humiditate nimia, capitis cacexia, & humorum cacochymia corrumpitur. Deficientibus poris: non nascuntur, vt in infantibus: rarefactis decidunt, vt in quibusdam senibus. Ex tot causis Galenus in tabidis capillorum defluuium ad defectum vltimi alimenti, aut etiam interdum ad corruptelam humorum refert, quod ferè particulares illas omnes hæc duæ complectantur. Sed alimenti vltimi defectus in tabe, à siccitate, & partium solidarum exhausto humido imminentis mortis argumentum est: certissimum, colliquato iam corpore vi febris in corde accensæ, & malignitate vlcis inueterati, quod propriè θηρίωμα à veteribus dictum Galenus docet, quia ægros θηρίωμα similes, & ad uncis vnguibus reddat. Cum enim cæteris morbis vel proptietate quadam malignitas insit: vt carbunculis: vel accedat ex: putredine humorum aut vitione: partium corruptione, prauis humoribus fluxione, & aeris constitutione, vt in quibusdam aphthis, erysipelatis, carbunculis, quæ iuxta consuetum modum non fiunt, sed cum partium putredine: omnia hæc in tabidis cõcurrent, quibus præ magnitudine morbi pili è capite defluunt. Principiis enim vehementer alteratis in consortium adducuntur: omnia, quæ ex illis vim habent: succus satis largus, satisq; efficax summitti ad partes solidas ab hepate nõ potest: calor cordis cum spiritu ineptus est, & tabificam quædam qualitatē acquirat: alimentarius humor intercedens in partibus solidis aptus non est ad vnionem. Colliquatur: ergo corpus, & humor defluit, qui vitæ fundamentum est. Ex quo inferi sic affectos, cum alui

6. Epid. 2.

alui profluuiio interire. Dissoluta enim natura tum in principiis suis, tum in iis, quæ longius distant ab effectus primarij origine, vt in cute capitis, hinc quidem pilorum defluuium, illinc alui profluuium superuenit, quod neque vllam alleuationem affert, quia symptomaticum, neque cessat ad interitum vsque, quia facultatum ἐκλυσις, & partium νεκρωσις insequitur. Paulò minus est à resudante acrisanie. Mitissimum omnium in principio morbi apparet, defluente è capite in fauces prauo humore, cuius portio per guttur in asperam arteriam & pulmonem perueniens tabidas facit affectiones: altera in ventrem illapsa, ac deorsum subiens cum morfu, ventris perturbationes affert, & in transitu per ventriculi partem, in qua vis appetendi consistit, ἀποσιτίας. Quanquam hoc quoque, nisi tempore conquiescat, & tussis imminuatur, lethale est. Proinde subiicit Hippocra. quibus alui profluuium superuenerit, etiam ante defluuium pilorum interire, non sustinente natura, donec noxa ad extima peruenerit.

## X I I.

αἱ ἐν φθιστικῶν ἐπιχέουσι πύλαων ἐξίτηται ληρωδῶς, αἰμορροῖδα τῆ-  
τοις ἐλπίς ἐπιφάνηται.

*In tabidis suppressio sputi mentem in nugacem insaniam emouet. Spes est, vt hæmorrhoids iis appareat.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**uppresso sputo omnia solent ingrauescere, difficilis spiritus, æstus, febris: ac stum mori ægros sæpius scripsit Hippocra. idque iusta ratione, quia inde sit necesse pus mora putrescere, exhalare grauius, vias spiritus interciperi, & expirationibus malignis caput appetere, vnde moueantur mente & nugæ effutiant ægri, quod exente pure non solet accidere. Plerique enim tabidorum integro iudicio moriuntur. At hæmorrhoidem moueri contingit falsa pituita, vel alioqui humore acris venas sedis irritante, qua aperta & infania desinat, & leuetur æger, neque tamen sanescat. Vlcus enim manet in pulmone, quod incurabile est.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**E**X suppressione sputi præfertim biliosi delirium insequi dictum quoque est antea: verum neque semper, neque sæpius, nisi vel biliosi humoris facta sit in caput translatio: vel caput ita in ægro affectum sit, vt facile patiat, facileque sentiat, cum vigilis exsiccatum, & sanguine biliosiore refertum ex febre, puris acres halitus recipit. Quomodo sputa quoque rotunda nonnunquam deliria inferunt propter caliditatem, quæ caput replet, tamen calor immoderatus delirij præfertim phrenitici per se, & sine aliorum signorum consensu nequaquam signum esse queat. Coniunxit autem voces dissimiles ἐξίτηται, & ληρωδῶς. Nam illud delirare vehementer & cum furore quodam à bile vltæ & atra significat: hoc verò μετρίαν ἀδυναμίαν, ἢ ἀσθενήσαντων, seu inuentionem, & mentis vacillationem quandam, qualis cerebro frigidiore, vel exhausto ab immodica vacuatione sanguinis oritur, quæ cerebri actiones deprauat, eadem ratione, qua motricis infirmitas artuum actiones infirmas facit, & tremores inuehit. Quomodo ληρωδῶς (quanquam rarè) superuenire tabidis potest contracta cerebro intemperie ex inanitione: vel quia, vt scribitur primo de morbis, sanguis plurimam prudentiæ partem homini confert, quidam etiam totam. Ita eo in tabidis partim consumpto, partim corrupto, in quo prudentiæ & intelligendi vis inest, contrarium sequitur, maximè animali spiritu ex putri materia corrupto. Verum quod subiicit de hæmorrhoidibus vehementem insaniam ab vltio sanguine, & bile intelligendam esse ostendit. Ipse enim sæpe docuit, hæmorrhoidibus per humorum vacuationem & deriuationem thoracis

6. Epidem. 3.  
de humor. 3.

morbos iam factos solui: & futuros prohiberi. Qui hæmorrhoidas habent (inquit) ij neque dolore lateris, neque pulmonis inflammatione, neque phagedæna, neque furunculis, neque terminthis ( eminentiæ duræ sunt, ex vitioso humore in cute rotundæ, colore ex nigro & viridi, similes ciceris fructui ) fortè verò etiam neque lepra, ac fortè neque aliis cortipiuntur. Et pauld post, Consideratio quidem est: nempe quibus facta hæc sunt, liberant: quibus ante facta, prohibent. Omni enim homini, ætati, tempori conueniunt hæmorrhoides, licet reuera affectus declinantis ætatis proprij sint, & melancholiæ. Fiunt enim rarius quidem à sanguine, sæpius ab atra bile & melancholico humore, qui ad venas sedis copiosius irruit. Ob idque duobus modis profunt: totidè que obesse possunt. ac profunt quidem, aut vacationis ratione, vt in plethoricis, aut vacatione simul, & humoris, qui vacuatur, qualitate, vt in vitio renum laborantibus, & melancholicis, quia effunditur crassus sanguis humoris melancholici plenus, qualem in vino fecem appellamus: & vt in varicibus, vitiosus humor ad partes ignobiliores reicitur. Quocirca non solum hoc loco, sed etiam multis alijs Hippocra. scribit melancholiam & insaniam hæmorrhoidibus superuenientibus leuari, atque adiumento esse hæmorrhoidas apertas: nocere verò, quæ suppressæ sunt, & aperientas, si claudantur. Melancholicis, inquit, hæmorrhoides superuenientes, bono sunt: & alibi, Insanis si varices, aut hæmorrhoides superuenerint, insaniam solutio: Obstant verò sanguinis immoderato profluuiio, præsertim floridi, & in his, qui non multum humoris melancholici accumulunt: deinde suppressione, & ex toto astrictione, ne vna quidem seruata. Illic aut repentè homo tollitur è medio, aut in hydropem, vel malum habitum incurrit. Hic verò insanabiles morbi, & varij superueniunt pro varietate partium, quas refluens sanguis appetit, & pro humoris melancholici varia putredine, vstione, acrimonia. Sed frequentius & facilius hydrops, & tabes insequi solent, quia cum venæ illæ in sede propter plenitudinè aperiantur, ad quas feculentus sanguis & melancholicus reicitur à iecore, si via illa præcludatur, iecur scirrhum cõtrahit, & multitudine ac crassitie opprimitur, vnde calore ipsius paulatim debilitato, & quasi extincto generari bonus sanguis non potest, cuius frustrata vltis aquam intercutem facit. Eadem ratione cum iecur plenitudinem in venas pulmonis protrudit, ex qua vas aliquod rumpitur, tabes generari solet. Proinde antequàm hi morbi euenerint, maturè occurrendum est artificiosa euacuatione, quæ fit aut venæ sectione, aut medicamento, aut ( quod tutius est ) hæmorrhoidibus referatis. Vbi verò iam facti sunt, liberantur ægri, si hæmorrhoides superueniant, aut etiã si vna aperta relicta sit. Quod igitur scribit hoc loco Hippocr. tum in insaniam, tum in tabe verum est, non quod ex his hæmorrhoidas prælagire liceat, sed quod hac ratione insani & tabidi rupto vase à plenitudine sanari queant. Ex quo etiam perspicuum est, nõ omnem phthisim insanabilem esse etiam sine sectione & vstione: quoniam Hippocraticum axioma est, ex locis alijs in alios morborum vicissitudines fieri, & successiones, humoribus, qui ipsos efficiunt, translatis, siue propter robur partis aliò regerantur, siue propter grauitatè, siue propter aliam causam, vt medicamentum acre & mordens, aut frictionem, aut calorem quendam aduentitium, siue propter comunem partium naturam, vt testium, atque vteri, cum pectore & mammis. Quod autè tabidus aut superuenientibus hæmorrhoidibus, vel similibus auxilijs sanari queat, aut obdusta crusta diu viuere, experimenta docent, & Auicena. refert durasse tabidam mulierem annos 23. Et Rhafius quoque ex Hippocra. affirmat sæpe phthisim, epilepsiam, maniam, reliquosque morbos grauissimos, ab eo tempore, quo pueri ablatantur, ad pubertatem sanari, quod eo tempore vires naturales ad coctionè dissolutionemque prauis excrementi maximè valeant, simul & corporis cõstitutio mollis ac fluida ad expurgationem sit paratissima. Vt enim ante ablationem propter humidam copiam calor innatus, etiam multus, parùm potest, ita vt debilis dicatur Galeno: sic post pubertatè minor iam quodammodo languescit. Hęc autem intelligenda sunt de tabidis, in quibus hæctica nondum confirmata est, aut febris tantum virget ex putrescente pure.

φθίσις

## XIII.

φθίσις ἐπιπυκνωθεῖσα, αἴτε ἀπὸ ρήξιος φλεβῶν τῶν παχέων, καὶ ἀπὸ κεντρῶν τῶν ἀπὸ κεφαλῆς.

*Tabes periculosissima, quæ à rupta vena crassa sunt, & destillatione è capite.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Φθίσις propriè & quæ φθίσις appellatur, exulceratio est pulmonis, quam sequitur emaciatio & extenuatio corporis. Eius duæ maximæ sunt & præcipuæ differentia. Altera, qua acrimonia è cerebro decurrente pulmo vitium facit. Altera propter vitium pulmonis aperta, erosa, vel rupta vena: idque vel copia, vel qualitate sanguinis, qui vasis pulmonis continetur. Sunt & aliæ causæ, vt suppuratio effusa in thoracem, quæ diutius inclusa pulmonem exulcerat. Fit quoque aliquando, vt aliunde transfluente materia in pulmones, initia eius mali fiant. Communiter autem omnis extenuatio, siccatio, emaciatioque corporis, vndeunque proueniat, tabes dicitur, & inde tabidi, & φθινώδεις. Hinc viceratis renibus tabes renalis, affecta spina dorsalis. Sed & internis abscessibus malignis, quacunque parte lateant, corpus intabescit, μαρasmus id appellant, quum totum corpus exarescit. Vitio quoque totius corporis, quam κακείαν dicunt, febribus hæcticis, grauibus curis animi emarcescit corpus. Sunt, qui tabis tria genera constituent, ἀσφορίαν, κακείαν, ἐλκωσιν ἢ πλέυμον. Et quanquam nullum tabis genus caret periculo, vbi tamen insignis vena rupta est, vel multa acris cerebri distillatione erosa sunt, & inde iam contracta tabes, irremediabile malum est.

DESID. IACOTII COMMENT.

Φθίσιν Hippocrates nuncupat, quam Athenienses φθίσις, & ἢ φθίσιον, ab extenuatione. Ea est vlcus in pulmone, ex quo febris lenta in corde accenditur, cum totius corporis extenuatione & consumptione non modò humorum atque carniū, sed etiam partium solidarum, vt æger paulatim intabescens, tandem σκέλεσι potius, quàm homo videatur. Vlcus verò illud propter malignitatem à veteribus Hippocratis interpretibus θηρίωμα dictū est, vel quia feræ cuiusdam more grassatur in corpus: vel quia ægros ad uncis vnguibus θηρίοις, id est, feris similes reddit. Galenus tamen interdum latius & impropriè phthisim vocat corporis extenuationem à calida & sicca pulmonum intemperie, aut febre eius hæctica sine vlcere. Verum marasmus est potius, quàm phthisis, in quo quidem, vt in phthisi, cū calore natiū humidum solidarum partium consumitur febre marasmodi: aut penitus consumptum est, ac torrefactum, cui nulla curatio adhiberi potest: aut exsiccatū sensim. In libello de marasmo ipsum definit corporis vnientis corruptionem à sola siccitate: cui si adiuncta sit caliditas, cum additione febris μαρασμώδης vocabitur: sin frigiditas, affectus senectuti simillimus. Semper verò est sine vlcere pulmonis arefacto corde, aut refrigerato, aut syncope præhensio, vnde marasmus περιφρυγής cum seruido anhelitu à febribus acutis viscerum interiorum symptomaticis: deinde συγκωπώδης, in quo vehementi syncope de vita periclitantur: & marasmus, qui γήρας παρὰ φύσιν appellatur, ab immodica refrigeratione: quem etiam distigunt in senium ex morbo, frigore calori extraneo succedente tum sua spõre, tum immodico frigidorum vsu: & senectutem ipsam, ætatis cursu accedentem, quæ nihil aliud est, quàm frigiditas & siccitas. Verum marasmus περιφρυγής, quo plerique intereunt in febribus acutis, interdum à corde ipso principium ducit, interdum à certa quadã parte, vt ventriculo & iecino: in quibus Galenus magna ex parte hæcticas marasmodisque febres se cõtemplatum scribit: in pulmone rarius propter humiditatem & acris inspirati refrigerationem: sed & in pectore, mesareo, ieiuno, colo, vtero, renibus, quorum maximè

AAA 3



calor cordi proximus est, & alimenta deurit. Tabem verò Celsus communem facit atrophiam, cachexiam, & phthisim. Quanquam κακία ab atrophia maximè differt, quòd in hac extenuatum corpus sensim contabescat: in illa ampliolem molem fortiat propter vitiosam nutritionem, quæ in phthisi & marasmo nulla est. Atque hoc modo horum nominum ambiguitas, quæ confusionem parit, rectè distinguitur. Phthisicos autem differentias tres distinguit Hippocr. vnam à destillatione è cerebro, vel multa, nec expulsa, quæ pulmones molles ac tenellos putrefacit, vel quod frequentius est, acri & exedente, vt falsa, aut biliosa. Alteram verò ex successione pleuritidis, anginae, aut peripneumoniae, in quibus vomica rupta intra quadraginta dies repurgari non potuit. Tertiam frequentissimam ex apertione, aut ruptione vas alicuius, ex qua relinquitur vlcus, quo tunica vasorum, & ipsius pulmonis caro eroduntur. In hac specie maximè verum est, quod dixit Hippocr. à sanguinis sputo puris sputum. Nam in secunda, contrà fit, à sputo puris sanguinis sputum. Nonnulli addunt hereditariam tabem ex vitiosa pulmonum constitutione, & corruptioni parata, qua tempore sensimque flaccescit, ac sponte corrumpuntur interdum cum cruenta secretione, interdum citra hanc. Verum preparatio potius est ad phthisim, quam phthisis, quæ si accedat, causam, siue occasionem aliquam ex his, quas diximus, coniunctam habet. Quanquam Galen. raros quosdam casus recenset, in quibus phthisici euaserunt nulla antecedente hæmoptoisi, aut suppuratione, aut acri destillatione, propter humiditatem cum aliquanto calore, quæ satis esse queat pulmoni putrefaciendo, visceri molliissimo, in quo pituita assatur, exulcerat, aut putrefacit per moram. Adiuuat, quòd effluxu, & excrementorum meatibus pulmo destituitur, habetque facultates naturales post glandulas maximè imbecilles, & cor vicinum, quo exurit & acuitur pituita. Ex his ergo omnibus phthisicos differentiis periculosissimas facit Hippocr. quæ ruptis venis crasis fiunt, & quæ ab acri fluxione originè ducunt. Nam in illis consentiunt ad perniciem fluxio immoderata, vlcis magnitudo, sanguinis acrimonia, & putredo, quæ vim cordis obruit, & confertim effuso pure per amplos ductus sæpe ex syncope mortem repentinam affert. Accedit curationis difficultas in erosione crasi vas, vt arteria venosæ, quòd ad pulmonem medicamenta integris viribus peruenire nequeant. Quæquam ante febrem, & erosionem, vt alibi dictum est, sanguis affatim tussiendo reiectus sæpe curatus est nullo incommodo insequuto, quia simplici venæ ruptione, reliqua pulmonis substantia integra, non fit phthisis. At in thorace non admodum difficile est disrupta vasa, è quibus sanguis expulsi, conglutinare, quòd nec sit in perpetuo motu, vt pulmo, nec ita tenuem sanguinem, & ad sifarcosim ineptum habeat, nec difficilem remediorum admotionem, nec vlcera ita rotunda. Ruptionis huius cause sunt in vniuersum casus, ictus, & similia: item copia, aut vociferatio, & frigus immodicum, quod ex Hippocr. pectori inimicum est, tussis mouet, distillationes, & venarum ruptiones efficit, fuligine nimirum cohibita, astrictis vasorum osculis, induratis tunicis, & sanguine distentis, vt dilari nequeat. In phthisi autem, quam acris humor inuexit, periculum augent perennis, & inexhausta fluxio, tussis molestia, quæ pulmonem dilaniat, & vlcus amplificat, penitus impressa progressu temporis intemperies, in qua excrementorum colluies, quasi herba irrigua (vt Plauti verbis utar) succrescit vberimè. His enim efficitur, vt non solum vera cicatrix, sed ne crusta quidem (cuius beneficio interdum cruenta exputio aliquandiu cessat) obduci possit. Quibus addendæ sunt noxæ, quæ aliis partibus comunicata distillatio inferre solet, vt hepatis, ventriculo, intestinis. Quæ omnia ita eleganter & concinnè explicantur ab Hippocr. primo de Morbis, vt eius verba huc afferre non pigeat. Cum pus, inquit, in ventre moram traxerit, totum corpus ab ipso calescit, tum maximè vicinissimæ partes: calescente autem corpore humidum maximè eliquatur. Et quod quidem à supernis partibus eliquatur, in supernum ventriculum præcipuè confluit, sitque pus, ad hoc quod iam in ipso est. Pars verò eius etiam in infernū ventriculum defertur, & quandoque aliis ab ipsa turbatur, & hominem perimit. Nam cibi ingestis succedunt incocti, & alimentum ab ipsis

4. de loc. aff.

5. Aphor. 25.

ipsis corpori non accedit. Et sputi sursum purgatio non æqualis contingit, alio nimirum calefacta, & omnia deorsum trahente in seipsam. Et à sputo quidem suffocatur, & stertit, dum non purgatur: à ventre verò fluente debilitatur, & perit. Cum igitur caput fluere coeperit, & reliquum corpus colliquari, non amplius æqualiter ne vsti quidem euadunt. Superant enim supra pus influentia mala, ea quæ defluunt, & carnes magis ac magis liquefcunt, quam nutriantur ab ingestis. Mortis verò tempus & modum docet secundo libro eiusdem operis, Huic (inquit) si iam è capite pili defluant, & nudum sit caput, velut ex morbo, & si prunis inspuenti salua graucolens sit, intra breue tempus moriturum ipsum pronuncia. Id verò quod occidet, alui profluuium fore.

## XIII.

τῶν ὃ ἡλικιῶν ἐπικινδυνώζονται πρὸς φθίσην ἀπὸ τῆς ἐπέων, μέχρι ἐκείνου λ.

In ætatibus periculosissimè habet ad tabem à decimo octauo anno ad trigésimum quintum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Τῶν ἡλικιῶν dixit, quia descriptis finibus annorum ætates duæ includuntur, adolescentia, & iuuentus, in quibus copia sanguinis & feruor, immoderata exercitia, intemperans vita, clamor, aliæque id genus faciliè distumpunt venas. Distillationibus quoque è vitæ peccatis laborant, vnde pulmo exulceratur. Scripsit igitur in Aphorismis, νεανίσκοισιν ἀμα ὁ πύσις φθίσις. Iuuenibus familiares sanguinis sputiones, & tabes: parum constante ratione vocis νεανίσκοισι. Nam adolescentes vertit Celsus parum vstatè. Similiter Archigenes iuuenum ætatem notat magis opportunam tabi, quam eorum, qui teneram ætatem agunt, & senes sunt. Id quod experientia quotidiana intelligas. Dixit autem ἐπικινδυνώζονται, non quia in tabe aliis periclitentur magis, sed quia in ætatibus maximè tabes fiat. Nā in Aphorismis, φθίσις μάλασι γίνεται ἡλικίῳ τῶν ἀπὸ τῆς μετρί λ.

DESID. IACOTII COMMENT.

Res sunt tabis differentia, de quibus dictum est hæctenus. Triplex ad tabem preparatio: ex conformatione corporis vitiosa, de qua paulò post: ex constitutione aeris primum Austrina, deinde Aquilonia, de qua in Epidemiis: & ex ætate, de qua hoc loco. Sed & constitutionem corporis tabificam tres partes constituunt, pulmo, thorax, & caput: & in singulis triplex dispositio: in pulmone quidem mollities natiua, cavitates multæ excipiendis fluxionibus idoneæ, excernendis ineptæ, & ab ortu, quasi hæreditario iure acceptum vitium. In thorace verò angustia in latum, ac profundum: collum oblongum & gracile: extantes scapulæ retrorsum in modum alarum, & excarnes. In capite autem imbecillitas quacunque ex causa, propter quam faciliè impletur: intemperies, quæ calidior trahit ex toto instar cucurbitulæ communi nomine caloris, & meatus patentiores habet ad excipiendos vapores ascendentes, frigidior multa excrementa cogerit, & quæ ascendunt, cogit: vitiosa denique conformatio collo gracili respondens. Primum exorditur ab ætate: de cæteris suo loco. Scribit ergo eadem sententia in Aphorismis, Tabes fieri maximè in ætatibus à decimo octauo ad trigésimum quintum: & alibi, Iuuenibus fieri sanguinis expuitiones, tabes, febres acutæ, morbum comitialem, & alios: sed præcipuè ante dictos. Galenus occasionem esse vult erratorum multitudinem tum in qualitate alimentorum, copia, & intempestiuo vsu: tum in his, in quibus per eas ætates peccari solet, vt cursu, lucta, armis, insolatione, crapula, ex quibus facile est ruptionem venarum sequi, & inde phthisim. Sed cum hæc occasio aliis omnibus morbis sit communis, & per has ætates forminae quoque contabescat, & viri etiam otiosi ac quieti, in quibus nihil minus, quam errata

5. Apho. 9. C  
3. 29

illa viuendi reperias, Philotheus addit copiam sanguinis, quæ in hac ætate abundat, & minus in corporis incrementum absumitur: alij cum his, acrimoniam, & ex calore fusionem propter vicinum cor, & vitæ institutum in laboribus & exercitiis. Est enim quidam *πλεονασμός κατ' ἔγχεσιν*, in quo effluendo fit partium attenuatio, quibus necessarîo maior locus occupatur, vt inde vitres rumpi cernantur: Quibus etiam causis in pectore facîle rumpuntur vasa. Copia autem in otiosis, aut in quibus sanguis ad inferiora non trahitur, vel supprimitur, facîle ad superiora remeat, atque in illis partibus redundat. Quod fit, vt suppressis menfibus, hæmorrhoidibus, aut alia solenni vacatione, omisso etiam veneris vsu in mulieribus, quæ ferè omnes malè purgantur, & in hæmoptoisim incidunt, is morbus affligere soleat, in quo proinde rectè imperamus victum tenuem, abstinentiam à vino, carnem parciozem, venæ sectionem in crure aut malloco, inuente vere, vt sanguis assuetudine fiat *κατὰ ῥῆσιν*. In pueris sanguis tum in alimētum, tum in incrementum abit, & si cathartî vrgeant, humido multo acrimonia obrunditur. In senibus contraria omnia, sanguinis paucitas, calor exiguus, humores frigidiores, errata pauciora in victu. Galenus autem scribit Hippocratem ideo ætates expressisse, qui in eo annorum numero non vnâ tantum continetur, sed duæ ætates: adolefcentum à decimo octauo ad vigesimum quintum: iuuenum à vigesimo quinto ad trigessimum quintum.

X V.

*τὰ κνησμώδεα σώματα, καὶ κοιλίης τὰ ἐν ἐν φθίσει, καὶ γὰρ.*

*Pruriginosa corpora post suppressam aluum in tabidis malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**RURITUS materia pituita falsa est, qualis in multis tabidis abundat. Ea verò natura crassior & lentior angustias spiraculorum occupat, nec exhalat. Itaque in superficiem corporis aberrans concalescit, fœtæque spiritu voluptatem quandam gignit, quæ prurigo est. Atque astrictiore cute cohibita non, exulcerat laxiore pustulas atque vlculcula excitat. Ita senibus prurigo ferè sine vlcere & pustulis: pueris atque adolescentibus contra, & terga, non quia frigidiora, vt Aphrodisæus, sed quia astrictiora, quàm quæ anteriora sunt. Hæc enim venis cõspersa magis expirant, & sunt laxiora. Cæterum vitio si succi indicium est, qui præ copia in corpus spargitur. Sed inde deterius alitur corpus, & emaciatur, vt inde aliquando vel sine tabe malus corporis habitus, quem inter genera tabis quidam ponunt, consequatur. Si ergo in marcorè & velut syderationem corporis vtrunque coit tabes & pruritus, celerius exarescit corpus, atque extinguitur.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**P**RURIGINOSA corpora sunt in scabie, psora, lepra, & aliquando in tabidis ab humore acri sub cute interdum tenuiore, interdum, vt in psora, crasso & lento, semper verò nitroso, salso, amaro: vnde pruritus, & pruriginosus dolor, quem Archigenes dulciorem dicere solebat, quoniam est etiam voluptatis species dolori iuncta, vt Plato in Philebo scribit. Calor enim scalpendo excitatus voluptatem aucto spiritu affert, digeritque excutientibus vnguibus, nisi locus exulceretur. Is igitur affectus eodem modo tabidis superuenit, quo Phlictenæ, de quibus dictum est antea, ab erodente sanie in corpore collecta, & sanguine ichoroide, atque corrupto. Nam vlceris malignitate, puris putredine, & febre aer inspiratus, alimenta & sanguis corumpuntur, atque in consortium mali hepar adducitur. Corrupta itaque sanies feruore cordis ebulliens exhalat à centro ad cutim, & in partibus solidis humor alens adurit, acrimoniamque & salsedinem vstarum partium mixtione acquirit. Quod si humor, qui ad cutem protruditur, tenuis admodum

modum fuerit, sola cuticula attollitur, vnde sudamina vulgò dicta. Sin crassior, tumet cutis & exulceratur, vnde pustulæ existunt, quæ à pituita falsa albicant: à bile magis rubent cum flauitie quadam: à sanguine & iecore saturatum ruborem edunt: ab atra bile nigrescunt, & perniciem portendunt. Sic verno tempore pruriginosa corpora Galenus fieri docet, quoniam aëris calor vere subit in vicem exercitationis, atque è profundo corporis humores euocans ad cutim educit, vnde scabiei origo. Id etiam fit ex febre interdum criticè, & natura sese expurgante, quod deprehenditur, si insequatur alleuatio, & symptomatum remissio, & si alui excrementa pura, nec nimium biliosa videantur. In tabidis verò nunquam, nisi vi adacti morbi & symptomaticè pruritus ac pustulæ excitantur: idque prauum est & vt signum, & tanquam causa. Ostendit enim ea, quæ diximus. Causa verò est maioris atrophie, vigiliarum, & febris, præsertim suppressa aluo, qua materia corrupta expurgari debuit, non diffundi in corporis habitum. Quoties verò cum dolore visceris alicuius interioris, vt hepatis, vrinæ acrimonia, & pustulis in extimis partibus pruritus signum admodum prauum est, quia inde significatur dolorem ab acri & erodente humore excitari: copiosum ipsum esse qui partim in partes extimas redundet, partim in vias vrinæ. Naturam debilitari, quæ huic non dominatur.

XVI.

*Ἐπὶ τῆς φθινώδους ἐξείσεως πυρετὸς ἐς ἔλα καὶ ὀδόντας ῥόματα ἐπιφαυρόμενα, κακόν.*

*In habitu tabido cum febre apparentes fluxiones in gingiuas edentes, malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**XES *φθινώδεις* tabidos habitus appellat vel propriè quidem, cum exulcerato pulmone: communiter, quum aliis quoque de causis corpus marcescit. *ῥευμάτια ἐπιφαυρόμενα* fluxiones, vel quæ superueniunt, vel quæ dolore, tumore, vlcere, manifestè se produunt. Sæpe etiam putrilagine quadam, & graui expiratione, quorum vnumquodque in vitio censendum est.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**E**XES *φθινώδεις* habitus tabidos dixit Hippocrates vitiosas in corpore constitutiones, quibus ad tabem homines præparantur. Vt enim vitium illud ad subiectum corpus refertus, *ἔξεις* est: ad phthisim verò *ἄρχη*, vel *ἀρχαὶστικὴ* aptitudo ac præparatio quadam, vel, vt de priuatione Philosophi aiunt, *ἔξεις* antecedens alterius habitus ingressione. Is spectatur in pulmonis, thoracis, & capitis imbecillitate, & vitiosa cõformatione. De qua Hippocrates, Quibusdam (inquit) coepit primum, vergebatque iis ad tabidum natura. *Quales φθινώδεις, καὶ σίτησις γώδεις* appellat, alatos, qui thorace vsque adeo angusto sunt, excarni, ac depresso, vt extant atque emineant scapulae retrorsum in modum alarum: collo oblongo & gracili: capite pyramidalî, & imbecillo. His enim quauis ex causa caput facile repletur, ex quo fluxiones multæ feruntur in pulmonem mollem, cauernosum, & sæpius ingenito quodam vitio & quasi hæreditario tabi obnoxium. Fluxiones autem intus cohibita ( nec enim illic, vt in cerebro, superuacuis expurgandis patent idonei meatus ) aut humiditatis copia per moram pulmones putrefaciunt, aut acrimonia arrodunt. Interdum etiam propter imbecillitatè visceris & angustia vas aliquod rumpitur. Etenim is habitus prauus est, vt signum & causa. Ac signum quidè imbecillitatis formatricis ex defectu caloris in corde, pulmone, ac cerebro. Nam cum amplitudo costarum cordis & cerebri magnitudini respõdeat, siquidem thorax angustior sit, cor, & cerebrum, & in cordis vsu pulmo parua erunt.

3. Aph. 20.

1. Epid.

erunt. Principiorum autem prauitas ex imbecillitate formatricis, & natiui caloris defectu existit. Quia verò colli vertebræ parùm amplè euaserunt, angustæ caluariæ coartulata, longitudinis proceritate latitudinis angustiam natura cõpensat, atque ita euadit collum gracile ac longũ. Hæc verò etiam prauæ causæ sunt, quia ab ipsis rursus maligni affectus oriuntur. Nam ob capitis vitiosam conformationem, infirmum est neruofum genus, & in intercostalibus motrix facultas imbecilla: propter thoracis angustiam spiratio difficilis, nec cor suo refrigerio cõuenienter recreari potest. Pulmo verò contractior & imbecillior promptissimè fluxiones omnes excipit, nec dimittit. Eò fit, vt humores acres generentur, nec per os expurgatio commoda fieri queat, vnde computrescunt, & exulcerant. Quòd si vnà quoque corporis color albus sit, frigida significatur intemperies, quam mollities sequitur, & resolutionis imbecillitas. Sed & pulmo interdum solus, aut etiam cum his, hecticum quendam habitum ab ortu contraxit, in quo ignorantibus ægris morbi seminaria latent, qualia diu in pueris, aliisque quibusdum dissimulantur, donec experiamur vno è viuus erepto alios deinceps post multos etiam menses & annum ex eadem familia, quasi ex occulto, & per insidias tabe prehèdi propter pulmonum similitudinem: idque in pueris multis obseruare licet. Eo autem interuallo credendum est phthysicum contagium intra corpus delituisse, nec se statim signis manifestis proferre. Hos igitur ἐξαις φθινώδεις vocat Hippocrates, in quibus actu vtique sani nusquam sunt, tamen si actu nondum phthysici euaserint. Quamobrem, si vnà cum febre fluxiones superuenierint ad gingiuas ac dentes, dubitare non possumus iam iam inchoari tabem, quoniam ad subiecti dispositionem accedit efficientis causæ vis præpotens, fluxionis videlicet acrimonia & corruptio è capite, ad os, & inde ad pulmonis, & partium nobilium habitum sanitatis integræ habitui contrarium, propter quem ægri sunt φθινώδεις. Gingiuas enim exedere solet humoris acrioris & falsi adhæsus, & vlcuscula dentium radices detegentia. Dentes quoque ei odit, & foedo lentore obducit crebra, sæpèque recurrens distillatio, vt pituitæ falsæ profluentis è capite, cui coniungitur halitus calidior è iccore, & ex bilis feruore in corde ac pulmone per cesophagum & asperam arteriam exurgens, cuius febris signum est, & causa. Non igitur hæ fluxiones in gingiuas & dentes leui de causa fiunt αἰεὺ κραιώθεις, vt quædam aliæ assiduè in os superficiem tantùm & partes mollissimas occupantes, quæ facillè placantur, si quis mediocriter os astrinxerit, sed κραιώθεις, quia malignæ omnino sunt, & vt Galenus loquitur, cum malignum aliquem affectum dicere vult, μή ἤϊ τὸν σαυήθη πρόπον, non secundum consuetum modum, quia humor redundans σικπεδονώδης, μέτ᾽ ἢ σήπεδα τὰ μόρια, καὶ ποσλαβὸν τῆ συμφύτῳ κραιώθεις τῶν ἐκ τῆς κατὰ σῆσῳς, ἢ μάλλον ἐκ τῆς ἕξεως: putredinosus, cum putredine partium, & cum natiua malignitate malignitatem etiam ex constitutione, aut corporis habitu accipiens. Potest etiam quis phthysicos habitus interpretari, in quibus iam confirmatam phthysim ostendunt febris non dimittens, interdum leuior, noctu densata cute, & calore à superficie ad centrum se recipiente ingrauescens, multus sudor, tussendi cupiditas sine villo penè sputo, oculi caui, malarum rubor, vngues adunci, extimorum digitorum calor, in pedibus tumores, difficilis spiratio, cibi fastidium, & pustulæ toto corpore. Verùm inter tot, tantæque symptomata, quid maius expectari potest ex superuenientibus fluxionibus in gingiuas ac dentes? Nam distillationis ferinæ continuum affluxum & humorum corruptionem tantùm ostendunt: cætera partium solidarum interitum. Itaque & rationi, & experimentis, & maiestati Hippocratis multò conuenientior est prior interpretatio.

XVII.

Ἐπὶ τῶν ὑποχόνδρια μετέωρα, κακὸν. καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖς φθινώδεσι.  
In om

In omnibus in tumorem eleuata hypochondria, mala sunt: in tabidis autem pessima.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Quæ vocet ὑποχόνδρια μετέωρα prius dictum: & quare κακὸν in tabe, causa manifesta, quia sic naturalia instrumenta, quibus alitur corpus laborant, cum tamen in tabidis probo alimento sit maximè opus: deinde quia sic augetur difficultas spiritus.

DESID. IACOTII COMMENT.

ὑποχόνδρια μετέωρα, sublimia, & quasi in altum suspensa dicuntur, ex quibus quid præfagiendum, & vnde attollantur, prius expositum. Dictum etiam est hoc modo affecta hypochondria perpetuò mala esse, aliàs magis, aliàs minus, pro causæ varietate. In tabidis verò interdum hypochondria vehementer exarescunt, & squalida admodum existunt, qualia etiam in mortifera facie, quam Hippocrates describit in Prognostico, apparere solent: Deprimuntur enim ita hypochondria, vt ab inexercitatis medicis retractum videatur à phlegmone interiori, quanuis in causa sit sine phlegmone exuberans siccitas, in qua humidum omne absumptum est, vt etiam interdum inde septo & hypochondrio tensio maior accedat. Nonnunquam etiam in eodem affectu hypochondria ad superiora reuelluntur, resiccatis immodicè, aut inflāmatis, aut vellicatis ab acrimonia puris membranis, vt septo, & pleura, quæ nothis costis alligantur. Quòd si intumescat, & attollatur hypochondrium cum tumore ac rugitu, non solum pessimum est, vt causa difficilis spirationis, & deficientis alimenti, sed etiam vt signum maximè lethale. Videtur enim tale symptoma tabidis eodem modo superuenire, quo tumores pedum morbo trahente, quòd ab illis primùm totius corporis incipiat interitus, vt à partibus longissimè à principio distantibus. Verùm tantò deterius id est in hypochondriis, quantò sub his partibus nobiliora viscera continentur, & cordi viciniora. Ac certè vndecunque sit is tumor (quod tactu, excrementis, & vrinis discernendum est) ingentem pulmonum corruptionem, aut puris copiam esse oportet, in cuius consensum hepar, ventriculus, & lien adducantur. Nam partibus primigenio affectu laborantibus neque simpliciter, neque semper aliæ consentiunt præsertim nobiles, sed tum demum, cum morbo difficili ac vehementi tentantur. Is igitur meteorismus hypochondrij cum rugitu calorem natiuum iam in visceribus extinguere denuntiat, morbo videlicet vehementer aucto, quòd nec à iccore alimentum amplius in sanguinem probè conuertatur, nec pituita digeratur, nec ventriculus suum munus in concoquendo ritè obire possit. Ex quibus sequitur flatusosus & corruptus spiritus, qui ventrem implet, ac distendit. Dixi autem morbo vehementer aucto, quoniam si alia occasione ille accidat, non vi morbi, vt à flatu humori permisto, aut alimento, quem deorsum natura vegeta propellit, minus est incommodi. Interdum sanies eò redundat è thorace symptomaticè prauo quidem signo, quoniam facultas naturalis ac nutritrix acrimoniæ transitu perturbatur, nondum tamen lethali. Quinetiam vidimus criticè id fieri in suppurato, qui copiosa deiectione & remediis conuenientibus optimè habuit, antea ab aliis pro deplorato relictus. Causam itaque distinguere oportet, antequam præfagias.

XVIII.

τῶν μακρῶν ἐπὶ τοῖς τέλει καὶ ὀλέθριοις, ἔνιοι πρόβιν τελευτᾶν ἐπιβρίγεται.

Ex his, qui diutina tabe consumpti sunt, aliqui ante mortem rigore prebenduntur.

**P**arum perspicua oratio, nisi ex vel aliquid tale adicias, vt sit hæc oratio. Ex longo tempore tracto morbo in iis, qui exitiosè colliquati sunt, nonnulli ante mortem subinde rigeant. Id videtur dici de tabidis, qui longius viuunt, & paulatim conficiuntur, quibus maximè propria est *συντηξίς*, vt forma ossea, quàm *συνληξίς* sine carne & sola cute, eaque scabra & arida in cæcis olsibus, quibusdam etiam partibus decisa cutis appareat. Rigor verò frequens incidit putri febricula cum hectica mista, aut acriore pure subinde neruaceas membranas vellicante.

DESID. IACOTII COMMENT.

**A**liud est *τημεδω*, aliud *φθίνειν*, καὶ *μαραινέδω*. Nam illud propriè colliquationem & computrefactionem quandam designat: hoc consumptionem & extenuationem. Colliquari tamen corpora Galeno dicuntur, & Hippocrati, tum quæ celerrimè facta ex cute immoderata euacuatione per febris malignitatem, humorum tenuitatem, & raritatem texturæ concidunt & extenuantur: tum in quibus propria hominis substantia defluit. In ea verò, quæ propriè *συντηξίς* nominatur, colliquatione, propter caloris extranei malitiam potius, quàm propter magnitudinem eiusdem pinguedo & tenera caro primùm colliquantur, deinde, nisi ante præripiatur æger, naturalis partium solidarum concretio dissoluitur. Cuius principium imprimis vrinæ oleosæ, aut detectiones pingues ostendunt: statum verò quæ in colore & consistencia veluti oleum representant, ab his, quæ dissoluta renum pinguedine oleosæ sunt, excretionis tarditate disiunctæ, vt in commentario de vrinis copiosius exposuimus. Non ergo *τημεδω*, tabe consumpti intelligendi sunt propriè, qui iamdiu extenuari sunt immoderata siccitate à calore torrefaciente, vt in marasmo *πυροφρογυή*, aut hectico, vt in quadam tabe: aut eo, cui resolutio succedit frigus, vt in senio ex morbo: sed ij præsertim, qui lenta & putrida febre ex vlcere pulmonis & puris colluue paulatim absumuntur, quiq; tandem verè hectici euadunt accensa febre in ipsa substantia cordis propter malè ventilantis pulmonis imbecillitatem. Hi enim reuera diutius vitam trahunt, & proximè ante obitum identidem rigeant, atque interdum in ipso rigore occumbunt, haud secus quàm qui in aliis prauis & diuturnis affectionibus semitertiana correpti, sub ea intereunt. Quod Hippocrates etiam admonuit primo Epidem. In semitertiana appellata (inquit) fiunt quidem & morbi acuti, & est inter cæteras hic maximè lethalis. Sed tabidi, & quicumque aliis longis infestantur morbis, ex hac maximè laborant. Cuius rei causa videtur esse varij in vlcere humoris prauitas, cuius putredine febris, acrimonia, & motu rigor excitatur, quo tandem pereunt, vt alibi explicatum est copiosè. Potest & horror fieri eo modo, quo in libro de flatu scribitur, perfrigerato sanguine quacūq; ex causa. Etenim collecta sanie sanguis refrigeratur, ac tandem calor inæqualiter ad locum puris contractus propter paucitatem extinguitur. Ex quo effici potest, cum tabidi ex hac febre ægrotant, sola hectica non laborare, imo sæpe ante hecticam in semitertiana rigoris vi identidem affligentis debilitatos ægros è medio tolli, quàm voce *ἐπιρρογυήσι* expressit, (ἐπι) frequentiam & repetitionem congnificantem. Nam rigor, qui per initia suppurationis, & rupta vomica inuadit, per se lethalis nõ est. In his verò, qui diu perniciosè affecti iam contabuerunt, & aliquando lethalis rigor superuenit, & vbi superuenit, mortis aduentū accelerat, extincto in pugna, aut dissipato calore exiguo tum ab inæquali concussione, tum à refrigeratione coniuncta, quam excretio inutilis & virium resolutio insequuntur. Est enim rigor omnis, præsertim sæpius repetens, sine solutione febris, ægro iam debili maximè lethalis, vt & refrigeratio, quæ per totam exacerbationem perseuerat, & è qua non redit calor à centro ad superficiem.

XIX.

τὰ ἀμυχάδεια ἐξ αὐτοῦ σμα. τ. φ. γ. λ. κ. ἐξ ἰος σμα. λ. β. ε. ι.

Qua

*Qua pustulis quasi vstulata efflorescunt, tabem confirmatam indicant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M**agna iam putredo feruorq; vitiosi succi, qui non pruriginem, sed dolorem, quasi inustus igne inuehit, pustulasque, vt in ambustis, mouet indices acrimoniæ humoris. Vocat autè *ἀμυχάδεια ἐξ αὐτοῦ σμα. τ.* quæ *φλοσάκεια*, & *φλοσάκεια* prius diximus. Quæ cur fiant prius expositum, & *φλοσάκεια* in Prognostico inter signa suppurationis in tabem inclinantis significat. *ἐξ ἰος* autem dicit, quicquid extra ossa & interiora corporis est, quem habitum corporis dicimus.

DESID. IACOTII COMMENT.

**E**is *φθινάδης* antea dicebatur *ὡς τὸ σῶμα τὸ ἰπασκόν*, vitiosa corporis constitutio ad phthisim maximè appositæ. Hic verò *φθίσις ἐξ ἰος* tabes in habitu, id est, vel in habitu corporis: vel potius stabilis iam, confirmata, &, vt loquitur Galenus, *ὅτι δυσλότρω δὲ δέσσει*. Est enim extensa per solida corpora natura, quæ facultas illorum est, & humorum concoctio à solidis partibus bene valentibus proficiscitur. Cùmque illæ ægrotant, iam morbus is in habitu est, & periculosus, quia prius, quàm solidæ partes propriam vim receperint, nulla eis potest adhiberi curatio. Nunquam verò recipiunt, cùm alterationis tractus iam absolutus est, & confirmata impressio. Ab ea alteratione incipiunt febres hecticae, in quibus neque primò spiritus, neque humores accensi sunt, sed partes ipsæ solidæ, non solum quæ sunt in habitu corporis, & primæ sese nobis offerunt, vt musculi, qui ossa vestiunt, sed etiam interiora viscera, cor, pulmo, ventriculus, iecur, lien, renes, ieiunum, colon, septum, vterus, ex quibus omnibus febres hecticae & variæ oriuntur. Nam hectica aut febres ardentes sequitur, quæ in illis partibus focum habent, aut phthisim. Ex quo verisimile est *φθίσις ἐξ ἰος* appellari hoc loco phthisim, quæ ad hecticam peruenit, nec dimoueri à subiecto iam à seipso alterato potest. Neque enim (quod ante admonuimus) necesse est phthisicos omnes hectica laborare ex Hippocratis sententia. Scribit itaque hoc loco Hippocrates phthisim in habitu esse, & ad hecticam confirmatam peruenisse, si τὰ ἐξ αὐτοῦ σμα. τ. ἀμυχάδεια, pustulæ liuidæ & quasi vstulatae superuenerint. Alias enim pustulas in suppurationis oriri dictum est ante, ex saniei rodentis in corpore coaceruatione, & sanguine ichoroso corrupto. Verùm hæc ortum habent à febre hectica in partibus solidis accensa, in qua siccitate humores acuuntur, & humidum primigenium vritur. Quò fit, vt & liuescant calore natio extincto subtrahto humido, & adustionem referant ex calore extraneo, tanquam igne, nec quicquam ferè reiiciant. Quia verò more floris erumpunt ad cutem, ideo dicuntur à Græcis vlcuscula talia *ἐξ αὐτοῦ σμα. τ.* Conuertere igitur animum oportet ad alia hecticae & confirmatæ tabis signa, vt firmetur præsagium. Ex eo autem repetenda sunt, quòd cùm alimentum vel non retinetur, vel malè coctum, vel vitiatum partes solidas humectare nequaquam possit, tum ipsum per se diffuit, aut corrumpitur, tum partes alimento destitutæ febrilem & acriorem calorem concipiunt, incalescunt, resiccantur, & planè indurantur. Itaque oculi caui sunt, collapsa tempora, squalor & siccitas totius corporis, & cutis pallida, tensa, dura, quæ in extenuatione imperfecta à spirituum & humorum dissipatione partibus solidis integris laxa est, & pallida, vt scribit Hippocrates. Venter inferior depressus & extenuatus apparet: hypocondria versus thoracem vehementer contracta, pulsus tenuis, durus, debilis, frequens. Calor tangenti primùm quidem mitis, mox acer & mordens. Nec tamen se febrilem æger putat, non quidem propter caloris paucitatem, quippe qui mordax omnino sit, igneus, & tangenti molestus: sed quia alteratio sensim impressa est, non subito & affatim; estque hectica intemperies omnino æqualis. Alimento sumpto augetur calor, vt in calce, cui aqua affusa est,

pulsusque maior ac velocior percipitur, quandiu cor ab alimento humectatum, minus intemperatum est. Ob idque quidam scribunt robustius etiam inde, quandiu euadere, magisque ad suos motus expeditum: atque hoc febris heclicæ maximum, indubitatum, & inseparabile signum esse, siue heclica sit primæ speciei, qua vritur humidum primigenium: siue tertiæ, quæ in fibras & solida grassatur: siue secundæ, quæ inter vtranque mediū tenet. Cæterum heclicam etiam vocat improprè omnem febrem solutu difficilem, siue pituitosa sit, siue melancholica, quæ opponitur τῆς σχετικῆς solutu facili. Sed hic ἔξις est, non χέσις.

## X X.

Οἱ δὲ σπυροὶ ἐκπύουσι πολλὰ ἀπεπτα ἀνάγχιες ἐν φθίσει, δὲ λήθει.

*Qui difficulter spirant à siccitate, & multa non cocta expiunt in tabe, exitiāliter habent.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M** Vltis suppuratis & tabidis contingit, ut pus intus cohibeatur, & iam liquida crudaque eiciant, quod aliquot locis annotat Hippocrates. Duplici igitur vitio periclitantur suppresso pure, unde difficilior spiratio, & quia iam nihil concoquitur. Prius enim quod defluebat, partim calore insito, partim febrili crassius reddebatur. Nunc autem vnà cum corpore contabescente calore cruda reiciunt, unde exitiāliter habent. An autem ἐκπύουσι legendum, an ξυὴ σίψει cum putredine, parum constat. At vtranque coit, putredo puris, & vlcerum, unde grauius expirant, & resiccatio à colliquatione.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**D**ifficilem spirationem à putredine in suppuratis efficiunt puris crassities, vrium imbecillitas & bronchiorum obstructio tum coarctatoria, tum quæ attenuatoria vulgò dicitur. Qui verò difficulter spirant à siccitate, in eā ferè dispnoeæ speciem incurrunt, quæ Hippocrati δὲ πνεύμα πρὸ σπύου, spiritus offensans dicitur, id est, ut interpretatur Celsus, elisus in faucibus spiritus: vel, ut ipsemet Hippocrates, reuocatus, superinspirantibus intercisis, interruptus, statim reuulsus, reduplicatus, intus deficiens, singultuosus, quibus vocibus variis locis offensantem spiritum exprimere solet, in quo virtus præ imbecillitate, aut instrumenta præ duritie, vel conuulsione vno veluti tenore inspirationem vel expirationem absolueri non possunt, sed veluti in via cespitant offensantque, unde gemina fit intro spiritus reuocatio, quasi superinspirantibus, aut extra expiratione. Hæc in febribus malignis, acutis, & heclicis tandem superuenire solet deiectionis iam ac planè prostratis viribus, vel neruis, qui in musculòs intercostales feruntur ex respondentibus vertebri, aut iisdem musculis à siccitate nimia induratis, vel vtrisque simul concurrentibus. Interdum etiam à simili affectu conuulsioni, qui siccitatem instrumentorum vi febris contractam insequitur. Cui si accedat sonus aliquis, quasi qui in luctu, aut suspirio editur, κλωβή μὲν δὲ ἀπνοία nominatur, in qua præter causas expositas affectio aliqua cum dolore cõiuncta est, per quam quasi sterent, aut gemerent, aut mistum quendam ex vtrisque sonum funderent, ad eum respirant modum. Eadem durities instrumentorum & veluti motio cõuulsoria, à refrigeratione thoracis oriri potest, sed extra febrem, cui ipsa remedio est. Siue ergo ἐκπύουσι legas, siue ξυὴ σίψει, notum est ex antecedentibus, quàm periculosum signum sit in tabidis omnibus, difficulter spirare, aut ἀανάσσειν supprimi, vel non conuenienter fieri. Nam tametsi coctionis tum particulatis, tum vniuersalis signa appareant, hoc vnicum symptoma homini interficiendo satis est. Quod si vnà etiam coniungantur πολλὰ ἀπεπτα, multa inconcocta, malum malo cumulatur, maximè si illa cum pure putrefacto, aut etiam cocto prodeant.

deant. Dicitur enim est ex cruditatis, & putredinis varietate præmonstrari caloris natui proximam extinctionem, morbi victoriam, & nouæ materiæ motum ac synatrisimum, cuius interuentu altera corrumpitur. Præterea non solum prauum est, ut signum, crudum cocto misceri, velut pituitam purulento sputo, sed etiam tanquam causa, quod pituita meatibus hærens puris excretionem intercipiat, & locum refrigeret, de quo per calorem fit repurgatio sputi. Potest quoque locus ita explicari, ut difficulter spirent ex putredine suppresso pure, cuius loco liquida crudaque prodeant. Cæterum cruda καὶ ἀπεπτα sunt Hippocrati, generali significato, quæcūque à natura cuiesta non sunt, etiam bilis & serum. Verum hoc duobus contingit modis. Nam quædam reuera sunt ἀπύου per solam absentiam coctionis & mixtionis, ex quibus sola morbi duratio significatur adiuncto vrium robore: alia verè ἀπεπτα, quasi ἀμεία βληνία, quæ dispositionem habent coctioni planè repugnantem, ut à putredine summa, frigoris excessu, vehementi vitione, quæ nisi robore naturæ maturè excludantur, insanabiles morbos concitant, aut celeriter interficiunt. Siue ergo ἀπεπτα sint citra coctionem, ut pituitosa: siue vltra, ut biliosa: siue omnino à naturæ elaboratione aliena, ut corrupta cuiusque humoris substantia, cruditas omnis in morbo diuturno cum vrium infirmitate, ut in tabe, lethalis est.

## X X I. HEPATICA.

Οἱ ἐν ὑπαλικῶσι πολλὰ πύαλον αἰμαλωδες, ἔλτε ἐνυπόσπρον, εἴτε χολωδες ἀκρηλον, δὲ λήθειον ἀθέως.

*Quibus hepaticis multum sputum cruentum, siue subputridum, siue biliosum meracum, statim lethale.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**epaticos medici appellare solent, quibus infirmum hepar est, ut iam desit suo officio, neque sanguinem naturæ conuenientem gignit, nullo tumore, non scirrho, œdemate, aut inflammatione intercedente. Quod vbi incidit, vniuersum corpus pati necessè est, quia alatur deterius, ut ne sequatur hydrops metus est. Sed qua ratione è sputo de hepatico præfagiat, parum constat. Hepaticus enim non sputis, sed vrinis & deiectionibus, interdum quoque vomitionibus arguitur. Vrinis quidem sandaracis modo rubentibus, deiectionibus loturæ carnis similibus, post etiam, quæ picem liquidam referant. Atque interdum putrescente materia, quæ infirmitate visceris tardius excernatur, & inde crofa vena sanguis meracus per intestina deiicitur. Intemperies calidior, unde visceris imbecillitas, biliosa deiicit, ac multis stas temporibus profluua commouentur. Nonnunquam infarcta bile angustis vaforum, quibus gibbis cauæ committuntur, crassior bilis & grauius olens deiicitur: nonnullis euomitur. Melius igitur fuerit è deiectionibus, quàm sputis præfagire, nisi quis existimet grauisimum esse malum, vbi iam è viscere in viscus serpit. At per venas reliquo corpori hepar conspirat. Sic igitur iam affectis inde pulmonibus æger expuit cruenta multa, & alia. Oporteret ergo in hac concursione hepar calidius esse, sed maximè parte superiore, vbi ferè multum exhalat, sursumque rapta materia caput repleti, quod cum natura frigidum, exhalatione calida multam pituitam falsam colligit: bilem verò infernè recipit. Quæ cum defluant in pulmones, sputa eiusmodi faciunt, modò irritatis viis pulmonis, modò bile scæris & putrescente pituita. Atque ab eiusmodi hepate & bilis, & pituita falsa multa generatio esse consuevit. Id ergo cum euenit, ut iam violatus pulmo ea reiciat, vnà cū naturalibus vitalibus quoque læsis, & animæ sede violata, ἀθέως in breui mors expectanda est.



**E**X his affectibus, quibus iecur patet, præcipui sunt intemperies calidior, aut frigidior, substantiæ corruptela, vesicæ aqua plenæ in membrana extrema, imbecillitas, ceu *ἰσχυρὸς ἀσθὴνία*, obstructio, scirrhus, vlcus, inflammatio. Ex his plerique extrorsum dolorem ac tumorem communicant, de quibus ante dictum est, & paulò post etiam quædam adiciuntur. Alij neque dolorem, neque tumorem vllum proferunt exterius, quos ex symptomatis humoris morbifici, & partis affectæ propriis discernimus. Huius generis est imbecillitas, qua qui laborant, propriè hepatici nominantur. Neque enim tumor vllus deprehenditur, neque dolor, nisi cum alio affectu coniungatur, aut interdum grauato iecore, aut flatu aliquo distento leuis cuiusdam molestiæ sensus ad nothas costas protensus percipitur. Imbecillitatis causa est intemperie calidæ, aut frigidæ excessus, nõ quidem omnis, sed sub quo humores, qui venis & arteriis continentur, qualitate aut copia plurimum à natura receperunt: & visceris integritas, vel propria substantia, quam *παρὴγγυμα* Græci vocant, dissoluitur, labefactatur, vel corrumpitur. Huius enim proprium munus est *αἱματώσις*, in qua infirma attractrice chylosa deiiciuntur: alteratrice & retentricæ rubra alui proluuiis, loturæ carniæ, aut sanguinis aqua diluti similis. Cùm enim sanguinem conficere non possit, serosum & inelaboratum, qualem à mesenterio accepit, vbi inchoatur hæmatosis, ad intestina reicere cogitur, aut etiam corruptum & denigratum per moram, cùm maturè excretus non est. Verùm in frigida intemperie, maximè que circa principia excrementa alui loturæ similia esse solent: in calidiore faci, & olida, biliosa, crassa, crocea, mordacia, cum vomitu virulento, aruginoso, necnon his, quæ calidam affectionem insequi solent. In eodem tamen ægro vtraque apparent commutata temporis progressione mali natura, quoniam in frigido affectu, accèsa per putredinem febrè, affantur. Quò fit, vt omnes hepatici tandem nigra reddant. Assatur enim sanguis omnis vel excedente propter calorem coctricæ: vel subfistente plus æquo sanguine in iecore, nec distributo, quoniam modicus etiam calor aucta mora exsiccat, vrit, & indurat. Affectus verò interdum simplex est, interdum cum alio coniunctus, vt cum phlegmone hepatis, scirrhus, & similibus. Ex quo intelligitur hepaticos duobus signorum generibus maximè deprehendi. Vno ex calore, altero, ab excrementis alui, & vesicæ. Quia enim sanguis ex iecore prodiens impurus in totum corpus comportatur, ideo color apparet in cute albicans, subcitrinus, aut subviridis & fuscus: in deiectionibus & vrinis intemperie excedenti proportione respondet. Quemadmodum enim in ventriculo prauæ concoctiones fiunt, cùm ea, quæ sumpta sunt, aut magis pituitosa, aut magis biliosa redduntur, aut corruptelam quandam patiuntur, aut cruda, & mutationis expertia manent, & in flatum vertuntur: ita etiam vbi sanguis non gignitur, humorum in arteriis venisque affectiones haud absimiles sunt his, quæ à frustrata in ventriculo concoctione proueniunt. Ab his igitur, maximè verò ab excrementis alui hepatici affectus *παθολογικὰ καὶ συμπτωτικὰ* signa sumuntur, de quibus hinc non agit Hippocrates, quòd ad *διαγνωσιν* potius, quàm ad *πρόγνωσιν* pertineant. *ἰσχυρὸς ἀσθὴνία* verò, quæ vi aduerti morbi superueniunt, & è quibus de morte, aut salute præsagium instituitur, aliunde requirenda sunt, vt ab his, quæ cùm excrementis alui ac vesicæ excernuntur: quæ in toto corpore apparent: & quæ partibus vicinis, ortis, & coniunctis mali primigenij còtagio eueniunt. Quòd autem in his rectè spūta ponantur, præsertim cruenta, alibi explicatum iam est, & ratio cum experimentis confirmat. Nam cùm venæ iecori malè affecto, vt pote suæ origini condolecant, atque consentiant, vt & nerui cerebro: humores autem prauī per venas ferantur tum in omne corpus, tum maximè in partes vicinas, ideo fit, vt sanguis sponte profluat è venis, grauius affecto hepate, resolutus, aut maximè imbecillo, idque vel per nares, vel per vterum, vel per hæmorrhoidas, vel per sputa. Sanguis verò in venis cùm semper in hoc affectu sit vitiosus, si ferrosior est, facillè transcolatur: si calidior, putrescit, aut vritur, facitque vt tum particula, in qua inest, tum quæ vicina sunt, calidiora sentiantur, & venas irritat, aut tumorem

tumorem aliquem præter naturam, vel vlcus excitat. At vbi ad intestina præ imbecillitate reici totus non potest, partim circa iecur corrumpitur, partim in venas pulmonis regurgitat, & vasa imbecillia aperit, aut rûpit. Hippocrates *ῥοπιω* dicere solet, cùm sanguis vitiosus, aut è venis effusus ad alias partes repit, nec iam per priorem locum euacuatur: vt si (ait Gal. de humo.) ex iecore in renes euacuetur, tum in thoracem, aut in pulmonem vertatur. Tunc enim neque cum vrina exit, neque per aluum secedit, sed expui solet. Venæ enim prominent, ac sanguine vitioso plenæ & liuidæ apparent, haud secus atque suppressis mensibus, vel hæmorrhoidibus, non quia multus sanguis generetur, sed quoniam in carnosissimo genere imbecilla virtus ex venis, & arteriis corruptum alimentum non trahit, ex quo habitus *λεπυσμός* insequitur. Qua ratione etiam in lienosis crassus interdum sanguis excreatur, & vlcera praua superueniunt. Ex quo efficitur tribus de causis sanguinem in hepaticis vi aduerti morbi expui, venarum videlicet infirmitate, sanguinis praua qualitate, & plenitudine ad vires in venis. Eum verò sanguinem etiam constat aut serosum esse & rubrum in frigida intemperie: aut putridum propter moram: aut biliosum meracum in intemperie præcalida & febre. Proinde diuinitus Hippocrates, vt solet, hic admonet, si multum cruentum, aut subputridum aut biliosum meracum in hepaticis expuatur, statim lethale esse. Magnum enim affectum esse oportet, in quo neque hepar per loca conuenientia expurgari potest, & partes supra septum omnes in còsortium mali adductæ sunt. Addit autem *πολλο*, quia semel aut parum, aut rarefactis gingiuis sepe refudat, non ita præsentem periculo. Idem iudicium, si cum inflammatione imbecillitas coniungatur, in qua facillè est ab hepate in thoracem *διάσσειν* fieri, vt à thorace in hepar. Cæterum hepatici etiam dici possunt, quicumque affectu aliquo hepatis laborant, vt hydrope, morbo regio, durezza & imbecillitate ex inflammatione, scirrhus, obstructio: quomodo lienosos vocat in libro de humoribus, quorum lienem obsidet inflammatio, nec ad naturalem statum redit, nec abit inflammatio, sed duritas in eo manet, lienemque habent imbecillum, ex quo natiuus color corporis immutatur, ex quacunque causa, vt vsu prauæ aquæ, ciborum, & similibus. In quibus eadem est præsagij ratio.

## X X I I.

*Ἐφ' ἡπατικῶν τῆς ἀμ. βράγχω, κακόν, ἀλλως τε ἢν ὑποέχουσι.*

*In hepatico colliquatio cum raucedine malum, tum aliàs, tum si extusiat.*

**C**olliquatur corpus in hepaticis, quia serius nutriatur. Neque enim iustum calendo corpori sanguinem conficit hepar. Paucum enim gignit eumque vitiosum. Itaque cassum corpus alimento intabescit. Raucedo accidens distillationis in arteriam, vnde hæc exasperationis signum est, vt & tussicula. Vtrunque vitio cerebri. Hoc autem maleficio iecoris accidit.

**A**liud est *ἰσχυρὸς ἀσθὴνία* imbecillitatis hepaticæ, superueniens nimirum colliquatio, quæ tantò periculiosior futura est, quanto maior, & ex causa deteriore, quam distinguere necesse est ad prænotionem. *τῆς* ergo Græci vocat affectionem præter naturam, in qua dissoluitur naturalis membri còcretio, & humidum primigenium consumitur: vel euacuatio, in qua naturalis hominis substantia defluit, ad differentiam euacuationis excrementorum. Proinde generalius sumpta voce colliquari corpus scribit Hippocrates digestionem per halitum & perspirationem, quæ sensum nostrum fugit, quando magna est humorum tenuitas, & cor-

poris raritas. Corpora enim tum celerrimè euacuatur, vt nisi occurras, facile colliquantur. Atque in febribus quidem vehementissimis colliquantur sæpe corpus, concidit, & extenuatur, plus quàm par sit, aut propter febris magnitudinem, aut propter morbi tempus, ætatem, regionem, anni tempus, aëris constitutionem, aut propter euacuationes, quæ sub sensum cadunt, aut vigilias, aut curas, aut inædiam, aut immoderatos motus. Nam & magnitudo & malitia febrium nulla antecedente fame, nullis vigiliis, nullo profluuio alui intra primum quaternarium faciem illam ab Hippocrate in Prognostico descriptam inducit signo planè lethali. Aetas quoque tum puerorum, tum eorum, qui vltima sunt senectute, & morbi prolixitas idem faciunt: puerorum quidem, quia propter humiditatem & caliditatem plurimum fluit, & corpus euacuatum extenuatur: senum verò, quia propter imbecillitatem corpus collabitur. Sed & vigilias multas, quæ ex biliosis excrementis proueniunt, pinguedinem teneramque carnem colliquant, ac sanguinem corrumpunt. Idem contingit in fame, iracundia, luctu dolore, fastidio cibi, quia detrahitur alimentum, & calor auctior euadit. Verùm ex his non tantum periculi, quia occasio externa est, & febris abest, nisi quòd nequaquam siccantur carnes, vt in his, qui artificiosa inædia tractantur, & frictionibus atque exercitationibus collectam ex colliuatione humiditatem resoluunt & absumunt. Nam licet extenuentur, in omnium partium habitu humidiores euadunt. Ob defectum enim alimenti (præsertim si dolor & curæ torquent, quæ cor vrunt, & membra exedunt) in ipsis carnibus adeps omnis, & quicquid molle, & recens coagulatum est, dissoluitur, cuius fusa & liquata substantia intus manens, per moram carnes mucositas reddit. Quicquid enim tenue ac serosum in colliuatione inest, per halitum, si quis id solum procuret, abit, ac digeritur: quod verò crassius est, intus relictum temporis progressionem lentorem quandam contrahit, ac mucosum simile euadit. In tristitia etiam & angore animi calor natius contrahitur, & frigidus, pituitosusque humor generatur. Hoc genus colliuationis in hepaticis fieri mirum non est, qui defectu alimenti, alui profluuio, & morbi diuturnitate intabescunt, & licet malum sit, morbis tamen omnibus commune est, in quibus calor imbecillior redditus ad extremas corporis partes equè diffundi non potest, sed solis in visceribus exiguus manet. Quò fit, vt tantum sanguinis spiritusque in extremas corporis partes non influat, quantum antea. Minus ergo periculi subesse arbitrandum, quia quicquid ab externa causa oritur, aut secundum aliorum morborum consuetum modum accidit, aut manifestam sui effectus causam habet, id inter maligna signa non ponitur ab Hippocrate. Quare hoc loco τῆν accipiendam cenfeo, cuius causa abdita est ex vi febris colliquantis, quæque malignitate morbi superuenit, non à causa manifesta, aut natura propria ipsius affectus. Verbi gratia, cum non solum extenuatur, & concidit corpus in hepaticis alimenti defectu: sed pinguedo, aut etiam caro propter malignam febrem in toto corpore colliquantur, aut potius cum hepar ipsum affectum resoluatur, & in propria substantia contabescit, vnde duplex colliuatio. Vtramque verò ex deiectionibus atque vrinis potissimum deprehendimus, veramque colliuationem appellamus, quia fit ab extraneo calore vel acerrimo, vel potius maligno siue magno excessu in gradu. Is enim pinguedinis concretionem colliquans in intestinis, deiectiones pingues facit, & aucto feruore, vel per moram carnes dissolvens, colliuationes excrementis permiscet pinguibus deiectionibus longè deteriores, vt in commentario ad vltimum librum tertiæ sectionis huius operis docuimus. Nam cum adeps & caro, quæ tenera est, diffuant, sanguis verò torreatur, metacabuliosa à febre gigni mirum non est. Itaque venter humorem biliosum excernit è toto corpore defluentem, fulvum, graueolentem, quasi ex eadentere, stigmatorum crassitie aut olei, aut adipis. Nam si substantia hominis ex colliuatione defluens tenuis sit in venis, & tenes valeant, ad vrinas conuertitur, in quibus pinguedines araneorum telis similes innatant: sin crassior, & qualis à renibus trahi nequeat, tota in ventrem & intestina necessario confluit, ac maxime in propria est ea fluxio, quibus neruosa partes dolent, quia ventriculi os maxime neruosum, illis

illis condolefcit, nec molestiam vllam doloris quatumuis exiguam ferre potest, Itaque quæ in ipsum repunt, vomitione redduntur, quæ ad intestina descendunt, deiectione. Colliquari ergo hepaticos, & ad extrema venisse (non enim hoc simpliciter malum est) ex vrina pingui, aut ex deiectionibus cum febre & marcore deprehendimus. Apparet enim vrina oleosa, quæ principium colliuationis significat. Cum verò & in colore, & in consistentia quid veluti oleum fuerit, tum affectionis indicabit statum. Verùm ne huiusmodi vrinæ in præfagiendo fallant, quoniam tales etiam ferè excerni solent, cum rerum pinguedo dissoluitur, Hippocrates ipse in Aphorif. distinctionem docuit, quia in renibus celeriter fit, & vniuersim excretio propter minus interuallum. At in pinguedine totius corporis, non celeriter, sed tardè & paulatim, pingui colliquato per longos venarum fractus tandem ad renes perueniente, quòd copiosè in comment. de vrinis exposuimus. Idem iudicium de deiectione, nam exigua, tenax, & alba colliuationis nota est, modò ne quid eiusmodi æger comederit. Tū enim pinguedo ab igneo calore, qui tamen non admodum malignus est, colliquantur. Quæ verò subpallida lenisque est, eiusdè est colliuationis indicium: sed maioris, in qua pinguedo à vehemientiore calore consumitur, aut quia pinguedo vetus, aut semiputris existit. Quæ de re quoque fusius in comment. huius operis de fecibus à nobis dictum est. Quòd si particularis colliuatio sit in hepate, cum vrinis & orobea, & pultacea excernuntur, quia à febrili calore molliori carne in tenuem humorem soluta partes solida ac duræ, perinde ac quæ in sartagine torrentur, arefactæ contabescunt. Ab hepate enim talia sedimenta esse, velut à renibus, quæ carnem magis representant alibi docemus. Nec verò mirum hepaticos hoc modo affectos, & tussiculosos, & raucos fieri ab eadem colliuatione, quàmquam non necessarium, nisi cum è supernis partibus colliuatio guttur, & asperam arteriam irrigat, vel inflammatoria asperitas tussiculam commouet vi febris excitata, vel thorax cum iecore coafficitur.

## XXIII.

Οἱ καὶ ἡπαρ ὀδυρόδεις, καρδιαλγικοί, κερῶδεις, ῥιγῶδεις, κοιλίας παραχρῶδεις, λεπτοί, ἀπώσιμοι, ἐπιδρωσύνες πολλῶ, πυώδεια κατὰ κοιλίαν προίεν).

*Qui circa hepar dolent, & os ventriculi, soporosi, rigore subinde concussi, aluo turbata, macilenti, auersantur cibos, & multum exudant, vix per aluum purulentam prodeunt.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Describit suppurationem hepatis, sed maxime caua parte. Dolent ergo circa hepar, quibus eo loco tuberculum est, quo maxime tempore colligitur suppuratio. Intumescit enim hepar, & tumore tunicam distendit, trahitque vincula, quibus cum aliis vicinis partibus alligatur, ac densum cum sit & graue, nec facile cedat locum materiae dolorem commouenti, acerbior dolor fit, vt inde asperiore dolore hominem celeriter mori contingat. Atque dolor omnis circa hepar à conexis partibus potius, quàm corpore iecoris est. Fit autè ab obstructione, sed leuior & cum pondere, à tumore præter naturam, sed præcipue inflammatione forti cum febre, & à flatibus, sed sine febre. Vehemens à suppuratione quoque. Atque inde dolor. καρδιαλγία verò, quia aliquid ex inflammatione refudat, multò magis, si in cauis hepatis: ac sæpe ex hepate in ventriculum aliquid redundat, vnde καρδιαλγία. κερῶδεις, difficile est, vt affecto hepate non multa effluant in caput. Nam toto ventre male affecto sæpe is somnus, qui laborem facit. κοιλίας παραχρῶδεις inflammato hepate sæpe imbecillitas nascitur, & bilis multa, quæ in ventrem defluens aluum perturbat. λεπτοί emaciati febre dolore, parum conuenienti alimento. ἀπώσιμοι eadem, qua cardialgici. ῥιγῶδεις, cum natura

molitur suppurationem irritatis & venis, & membranarum. ἐφ' ἄλλοις imbecillitate, vel copia. πύλας verò iam suppurato abscessu, quem verisimile est latuisse in cauis, qua portæ sunt hepatis. Nam gibbæ sæpe excludunt foras suos abscessus. Considerandum verò pus est. Si enim amurcæ & fæci olei, vel vini simile extierit, corruptio est visceris, ac ferè pereunt: si purum & album, euadunt, quia tuberculum in tunica hepatis, & inde pus defluit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**C**irca hepar dolor mouetur compluribus modis, & locis variis, vt ab obstrictione, flatu, scirrho grauante, vesicis aqua plenis circa membranam in musculis, tunicis, venis, mesenterio, & eo, quod pancreas appellatur, quanquam tumor in his nullo dolore affligit, quòd pars ipsa doloris sit expers. Quæ tamen symptomata recenset, hepatitis suppurationem præmonstrant in parte caua, & inde puris excretionem per aluum. Nam phlegmone fieri potest in gibba, caua, membranarum, venis ipsius hepatis, pro quorum varietate symptomata quoque & signa variantur, tum quæ ad διαγνώσιν, tum quæ ad πρόγνωσιν pertinent. Erenim in gibba, parte nobiliori, in qua coctus iam purgatusque sanguis continetur, & quia magis cordi communicat, deterior est phlegmone, sed minor consensus cum ventriculo, cuius symptomata magis terrent, nauca, singultus, bilis assiduæ vomitio vitellinæ, post modum eruginosæ, sitis inexplabilis, linguæ ariditas, scabrities & rubor. In gibba maior consensus cum corde ac thorace, vnde costarum notharum dolor similis pleuritidi, qui ad iugulum quoque interdum peruenit, rufus inanis, spiratio difficilis, tumor durus ac dolens, & hypochondrij in omni genere inæqualitas, quanquam in neutra partium phlegmone exquisitè distincta possit consistere, cum tota substantia ipsius sibi continuata sit. Variatur quoque & crisis & curandi ratio, quoniam caua hepatis per deiectiones, gibba per vrinas expurgantur. Ob idque simulatque concocta inflammatio est, purgationem adhibemus, ac per inferiora quidem, cum cauam partem obsidet, præcipuè si natura id ipsum alui deiectionibus indicet: per vrinas verò, cum partem conuexam magis occupat, modò neutra purgatio ex accidente aliquo sit incommoda. Exitus autem multiplex est pro natura inflammationis, copia humoris, & varietate loci, in quo præcipuè sanguis feruet, membranæ videlicet, carnis, & venarum, portæ & cauæ. Nam ex phlegmone præsertim erysipelatode febris vehementissima in marcorem desinit, quia ardor cordi proximus est, & alimenta deuri: frequentissimè per hæmorrhagiã crism habet, aut sudoribus, deiectionibus, vrinis soluitur. Post vigesimum diem si febris maneat, nec resideat tumor, in suppurationem conuertitur, è qua pus, siquidem intra tunicas contineatur, nihil patiente substantia hepatis, vtiliter & superflite egro vacuari potest: sin ad carnem vsque hepatis corruptio peruenerit, ex incocta putredine fæci olei pus simile exit, idque planè lethale est. Huius itaque suppurationis signa & præfagia sigillatim explicat Hippocrates hoc Aphorismo. Primum (inquit) si dolor est circa hepar, nimirum in tunica & membranarum, quibus hepar alligatur partibus vicinis, siquidem ipsius caro sensus & proinde doloris expers est. Vocat autem dolorem, non qualis fuit ab initio inflammationis, sed auctum cum febre, & vehementiorem, quam qui præcessit. Initio enim inflammationis sanguis vel exuperantia, vel tenuitate, vel feruore & acrimonia, vel externarum causarum impulsu è venis immoderatus prorumpens in visceris corpus copiosior secedit. Tum vel infarctus, vel extra propria vasa putrescit & inflammatur. Sanies deinde calor natiui beneficio in pus abit, tumque dolores fiunt & febres magis, quam cõfecto pure. Doler autem os ventriculi vel resudatione tenuis ichoris aut bilis, vel pressu, quia tum eas caua iccoris opprimit ventriculum, vel feruoris communicatione, communium nonnunquam neruorum ratione, qui, vt in secundo Epidem. docet, perexigui sunt & exiles, vnde etiam singultus oritur. Hoc tamen non fit, nisi cum inflammatio maxima euaserit, & pessima, aut cum propter inchoatam suppurationem maximè feruere inceperit. Os enim ventriculi tum præcipuè in confor-

tium

tium mali adducitur, quod neruosum maximè existens, dolore etiam exiguo in maxima symptomata incurrat. Videre enim licet omnes ferè, qui circa os ventriculi laborant, animi deliquis, aut cardialgiis prehèdi, in quibus tenuia omnia excrementa in ventrem confluunt. Quin etiam si id non euenerit, nihilominus in ventriculi dolore ac tristitia talia excrementa in ventriculum & intestina irruunt: vnde vomitione, aut deiectione vacuantur, aut cardialgiæ graues superueniunt. Quòd verò subiicit, soporosos fieri, aliquando, non semper contingit, idque collecta vomica, & deferuescente ardore. Nam eo tempore omnia symptomata remittuntur, vires tamen relinquuntur multò imbecilliores cum pulsu frequenti, paruo, ac languido, & interdum crebra animi defectione. Atque tum ob eam causam, tum ob euaporationem multam minus acrem, quam ante, somnus obrepit, qui delirium sedat, & tamen lethalis est, vt plerisque medicos vana spe fallat. Hi enim ex multis vigiliis somnum irrepere, deliriumque sedari, & febrem imminui obseruantes, temerè salutem pollicentur, cum interea ratione abscessus collecti, & effusione puris sæpe æger derepente ferè è medio tollatur, vt sæpe obseruauimus, & Hippocrates admonet in historia vxoris Philini in Thaso, inflammatione vteri, vt videtur, laborantis, cum febre acuta, rigore, oris ventriculi dolore vteri, & dextri hypochondrij, vigiliis, extimis partibus frigidis, delirio, & similibus. Cum enim vndecimo dormisset, omniumque meminisset, redeunte quadam mentis vacillatione, & cæteris, vigesimo obiit. Omnis enim somnus, in internis inflammationibus grauioribus, etiam initio, omnisque febris refrigeratio, aut remissio, periculosa est, sæpius lethalis, nisi in declinatione post crism, aut excretum pus laudabile. Hunc itaque somnum ex imbecillitate virium, calor natiui resolutione in cerebro, aut multa euaporatione putridi humoris soporem rectè appellat. Adde deinde rigores, quos sæpe admonuimus nullo ordine nullaque ratione inuadere per suppurationes internas à nascentis puris acrimonia, & putredinis motu. Alui verò παραχρόνως fiunt non quidem initio, cum calor adhuc exsiccat & exhaurit omne humidum intestinorum, sed superueniente infirmitate hepatis, aut interceptione ἀπὸ δάκρυος, aut potius resudante acri sanie per membranam tenuem in intestina, vnde plerumque dolor colico similis oritur, & alius perturbatur. Illud autè, λεηθὸς, ad paucitatem excrementorum referri videtur, non autem ad extenuationem corporis, quæ necessariò nõ insequitur nisi ex dissipatione spirituum, humorum, aut solidæ substantiæ in malignissima febre, aut longius affligente, aut cum fame, vigiliis, profluuio alui immoderato coniuncta. Qua voce etiam ad hanc significationem vtitur multis locis, vt cum scribit ex aquis palustribus, crassis, glacie concretis lienes magnos fieri, plenos, ventresque duros, tenues & calidos. Nec Hippocrates perturbationem alui τὰς ἀφίψιν vocat, quia profluat, immodicè, quanquam sæpe ita accipitur, sed cum aliquid scedi, vel intestinis, præsertim recto, molestiam affert, vt abscessus, medicamentum aliquod veneni vim habens, vlcus, humor aliquis ibidem compactus, & infixus, aut exortus alicuius rei & germinatio, aut flatu, cui exitus non patet, aut cibus nõ confectus, aut lumbrici, aut æstus vexans, aut aliud mali genus, vt Galenus interpretatur. Præterea rarò suppurant hepatis inflammationes cum profluuio alui coniunctæ, quoniam aut vacuatur humor, aut hepar imbecillum est, λεηθὸς itaque ægri dicuntur, tametsi νοιλία sint παραχρόνως, quia tenuia & pauca reddunt, quòd tenuis tantum sanies resudet, aut bilis, quæ & ventriculum, & intestina irritat, vt & mordacia omnia excrementa, quæ vel à partibus noxam sentientibus reiciuntur, vel motu, aut estu agitantur, vnde non modò horrorem, sed rigorem quoque & febrem afferre possunt. Cruda verò & tenuia, vt horrorem quidem & rigorem afferant, certè febrem non accendunt, nisi quædam copia notatu digna vtrisque accesserit. Quòd autem etiam fiant ἀπὸ σίσι, perspicuum est, quia vena in ventriculum malitiam succorum reiciunt, nec ab ipso trahunt. Sudor verò oritur interdum ab oppressione, interdum à resolutione, maximè, cum rupto abscessu puris illuues prorumpit, cuius tetto vapore cor obruitur, qui sæpe graui orta animi defectione ægrum de medio tollit. Ex hoc enim vix quisquam seruari potest.

I. Epid. 3.

lib. de aere, locis &amp; aquis.

I. de hu. sect. 1.

potest. At cum exiguus est abscessus, & inter tunicam, si vires satis constant, pus per alium profunditur. Proinde subiicit, *πυώδεια ἢ κοιλίῳ προϊόνται*, nimirum sapius, quia nonnunquam etiam vomitione reduntur, aut per urinas. Licet enim frequentius & facilius quæ cauam iecoris obsident inflammationes, per secessum expurgentur propter connexionem cum intestinis: ut per urinas, quæ gibbam occupant propter coniunctionem cum caua vena: interdum tamen contrarium accidit, ut è caua per urinas & sudores, è gibba per alium fiat expurgatio propter tenuitatem, vel grauitatem humoris, vel continuitatem vtriusque partis. Verùm perturbatio ventris hoc loco ostendit humorum inclinationem propendere in alium. Sed & interdum fissa, vel exesa iecoris substantia pus excidit in abdominis capacitatem, quò & hydropicorum aqua confluit. Præterea vlcera curatu difficilia ob retentam diutius saniem acrem & putridam interdum relinquuntur, quæ perpetua colluue fordescunt, nec vnquam possunt sanescere. Tum igitur vitiosa est sanguinis coactio, corpus non alitur, sed verè tabescit, putrida, saniosa, & interdum cruenta est alui deiectio, ac sæpe quasi ex cadauere facta colliquatio. Vrina quoque sanie perfusa est, interdum etiam non mala, aut si ea in abdominis spatium penetret, hydrops omnium grauisissimus exoritur, quoniam quibus iecur (ait Hippocrates) aqua plenum in omentum eruperit, iis venter aqua repletur, & moriuntur. Proinde per initia prohibere suppurationem, quantum fieri potest, oportet auertentibus, imminuentibus, & discutientibus materiam. At quando id effici non potest, tum conandum saltem, ut materia, quam putrescere est necesse, citissimè in pus vertatur, & pus ipsum celerrimè expurgetur, quæ cursum inflectere videbitur.

XXIIII.

*τοῖς ἢ παρ' ἐξαπίνης περιόδωσιν, πυρετὸς ἐπιγονόριμος λυεῖ.*

*Quibus hepar de repente vehementer dolet, ijs febris superueniens remedio est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**xapines omittitur in Aphorismis. Atque hinc rectè additur, quia dolor ab inflammatione, vel obstructione, vel denique suppuratione & fit tardius, & tardius dissoluitur, neque ea febre soluitur. Itaque materia crassa & viscida calore diffundente in flatu resoluuntur, qui inclusi irruunt in membranam, distendunt vincula, distrahunt, vnde vehemens dolor, quibus accedens calor è febre sufficit quod imbecillitas insiti caloris non præstitit. Coquit enim, incidit, & in halitum dispergit flatu, vnde soluitur dolor. *περιόδωσιν* autem dicit, ut *πᾶσι* vim habeat augendi, vel in ambitum iccoris significet dolorem spargi. Vox autem *ἐπιγονόριμος* febrem, quæ non fuerat, superuenisse ostendit, atque inflammationem è dolorum causis excludit: vehemètia verò obstructionem. Vt enim prius dictum est, ab obstructione mediocris dolor est.

DESID. IACOTII COMMENT.

7. Aphor. 52.

**N**on solum dolentis loci situs, sed etiam doloris ipsius magnitudo, species, & proprietates diligenter obseruanda, cum in omnibus aliis partibus, tum maximè in iccore, ad diagnosim & præfagiũ. Eius enim carnosa parte phlegmone obfessa grauis dolor est, qui videlicet ponderis cuiusdam sensum representat, ut in renibus quoque & pulmone, quoniam nullus per totum corpus ipsorum neruus dispersus est, ambientes verò membranæ sensus participes à tumente viscere grauantur. Circa iecur verò (quod voce *περιόδωσιν* expressit) sæpe vehemens est & acutus inflammatione membranas & vasa occupante, aut flatu distendente, quoniam nerui portio ex sexta ferè neruorum cerebri coniugatione in eius

in eius tunicâ dispergitur. Maioris autem minorisve doloris in eadem parte causa est efficientis causæ qualitas. Nam biliosus humor & acris dolorem intendit, ut & spirituosa seu flatulenta distentiones: remittit verò pituitosus. Si igitur vehementer iecur circumdolet, vel inflammatio vehemens intra membranam & vasa in causa est, vel in suppuratione phlegmones ebullitio, & spiritus flatuosus, qui tunicam obuoluentem violenter distendit. Absesse autem phlegmonem duo indicant, febris superueniens, & repentinus doloris exortus. Alioqui enim febris phlegmones autæ vi non superuenit, sed perpetua comes est, nec repentina doloris vehementia, sed initio mitior paulatim increfcit, dum vel ad suppurationem, vel ad magnitudinem ingentem phlegmone peruenerit. Consentaneum ergo est repentinum, vehementem, & sine febre dolorem circa iecur à flatu fieri. Propterea his duabus vocibus vsus est, *ἐξαπίνης*, & *πυρετὸς ἐπιγονόριμος*, non quòd in flatulentis distentionibus nunquam febris esse possit, aut quòd semper flatum dissoluat (Nam doloris à flatu vehementia sæpe ephemeram parit, aut in putrida flatu à putrente humore excitatur) sed quia flatulenta distentio non incipit cum febre, ut phlegmone interior. Quoniam verò dolet etiam iecur propter obstructiones à crassis & viscosis humoribus in extremis tenuium vasorum partibus ex vena porta, per visceris carnem dispersis, quæ sanguinem percolant, ideo hunc dolorem à flatulenta distentione separat grauitatis sensus, quæ per obstructiones dextro hypochondrio incubat. Magis enim sub hac grauantur ægri, quàm doleant. Sit itaque flatulenta tensio, repentina, cum vehemèti dolore, sine grauitatis sensu, vaga, nec eodem loco persistens, contactu pressuque mobilis interdum cum borborigmo, & sine febre, nisi ex euentu. Addit interdum Galenus distinctionem in scirrho, abscessu, & obstructione, ex consequentibus atrophia, & coloris mutatione. Atrophia enim insequitur in obstructione & scirrho propter impeditam alimenti delationem per hepar, & membra. Albus autem viridisque color obstructionem in venis, aut abscessum in iccinore ostendit, ut viridis & niger in liene, albus cum rubore genarum, in pulmone. Quæ omnia absunt à flatulenta distentione, nisi interdum cum his affectibus cõiungatur, quòd etiam distinguendum est ad præfagiũ. Solum enim flatum ab imbecillitate caloris febris superueniens dissoluit tenuando, coquendo, dissoluendo, & interdum obstructiones liberando. In voce *περιόδωσιν* Galenus notat *ἂν πᾶσι* vim augendi habere, quasi diceret, vehementer dolet.

5. de loc. aff. de hum. 2.

7. Aph. 52.

XXV.

*Ὅταν ὁ ἀρρῶδες αἷμα, κίβησι, τῶν ἐσθλῶν ὑποχόνδριον δεξιῶν, ἀπὸ τῆς ἡπατος κίβησι, καὶ ἰνησκασι.*

*Quibus spumofus sanguis expuitur, & à dextro hypochondrio laborant, ab hepate expuitur, atque ij moriuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Exposita est prius hæc sententia.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**uòd sanguis vel ab hepate vel à liene effluens per ventriculum vomitur, aut per thoracem sputo reici possit, de quo tempore Galeni non conueniebat inter medicos, experimētis constat, & ante expositum est. Duplex autem ratio est. Vna eadem ferè, quæ in rubenti proluue hepaticorum propria, retentricis videlicet, aut costricis infirmitas, quoniam illa iusto tempore ad concoctionem liquidiorum & rudiorum ex ventriculo & mesenterio succum cõtinere non potuit, hæc excreticem irritat, quia perficere non potest. Venæ autem suo principio consentiunt. Altera propter copiam, aut vitiosam qualitatem. Nam

5. de loc. affe.

iccur

Lib. de hum. 3.

iecur oppressum tum multitudine & crassitie sanguinis, quem continet, tum eo, quem aliunde, fluentem excipit, vt in phlegmone, ad eorum, quæ nocent, excretionem per venas, quæ in ipso sunt, seu per canales insurgit. Si verò id, quod influit, prauus sit sanguis, siue alius humor, tunc necesse est, vt in aliquam propinquam partem perueniat. Qui cum ibi constiterit, aut concoquetur, aut corruptetur, aut neutrum horum fiet, sed in aliam aliquam partem dilaberetur: tum ex illa in aliam transluet, donec in aliquam eiusmodi decumbat, quæ amplius in aliam propellere non possit, quod redundat. Quæ res illis potissimum accidere partibus solet, quarum vis expellens infirma est: atque etiam magis, si vicinæ partes robustiores sint. Tunc enim pars infirma repellere id, quod molestum est, in propinquas, quæ propter vitium robur illud non excipiunt, non potest: imò verò illæ partes, vt pote robustiores, id ipsum remittunt, & contrà repellunt. Talis verò est post glandulas omnium maximè pulmo, qui quoniam corpus laxū habet, tres facultates infirmas, cor vicinum, caput è directo situm, solam asperā arteriam, quæ expurgetur, omni fluxioni excipiendæ præoptissimum est. Quocirca iecur plenitudinem, aut cacochymiam in venas pulmonis aut thoracis protrudit, & sæpè aliquam ex his rumpit, idque maximè accidit affecta parte connexa, vbi ex vena caua cordi assidente, in eam, quæ azygo nuncupatur, ac deinde in renues costarum venas peruenit, ac tussi excluditur. Proinde rectè dixit sputum sanguinis ab hepate esse, si dextrum hypochondrium ad nothas costas ex plenitudine, aut inflammatione doleat. Spumescit verò sanguis, vt docuimus alibi, non solum à spumosa pulmonis substantia, sed etiā motu, aut calore vehementi, eadem ratione, qua in omni humido, cum vehementer feruet, aut flatu & aëre commotum frangitur, spuma oboritur. Proinde spuma interdum caloris extranei, & ignei argumentum est: interdum angustia partium, & perturbationis à flatuoso spiritu intercluso, nec viam liberam habente. Spumofus ergo sanguis ab hepate alterutra de causa esse potest, sed illa perniciosior. Ob quam addidisse videtur, ἢ θνήσκουσι. Nam copia sæpe sine incòmodo grauiore illa parte expurgatur, aut tabes insequitur. Eiusmodi spumam concipiunt excrementa ferè omnia in his febribus, quæ colliquant, & ad tabem perducunt.

XXV.

Ὅτι ἡ ἵπαρ κενεῖται ὅταν ἀμύργη ἐρχεται, γανάσιμον.

Quibus hepate inusto velut amurca exit, lethale.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Suppuratio hepatis aliquando signa edit foras contendentis naturam, vt macteriam excludat, tuncque vitione, vel sectione opus est, vt detur exitus puri. Si ergo velut amurca exit, indicium est corruptæ, atque eliquatæ substantiæ, vbi irremediabile malum est. Si verò purum & album est, in tunica, inquit Hippocr. in Aphor. pus est, vnde indicatur robur alteratricis facultatis & caloris infiti, atque integritas substantiæ hepatis. Hepar enim tunica cingitur, quæ à peritonæo propagatur, in qua & pus, & ὑδάτιδες vesiculæ aqua plenæ colliguntur, non in hominibus solum, sed canes, oues, boues, & aliis animantibus, vt antè dictum est. Est autem ἀμύργη sedimentum crassius olei, ac multis vel fæci liquidæ vini, vel amurcæ dictæ simile eiusmodi pus exit.

DESID. IACOTII COMMENT.

7. Aphor. 45.

In Aphorif. Quibus inquit, purulentum iecur aduritur, si purum pus effluat & album, salui fiunt. In tunica enim ipsis pus continetur. Si verò qualis amurca profluat, intereunt. Quo loco causam etiam ipse affert, propter quam ex iis, qui ita affecti sunt, quidam euadant, alij intereant. Etenim quibus in tunica, qua iecur

qua iecur obuoluitur, pus continetur, integra visceris ipsius substantia, seruatur: quibus verò ad carnem vsque & solidam substantiam iecoris corruptio penetrat, iusta ratione moriuntur. Est autem ἀμύργη fæx olei, cui corrupta substantia hepatis colore & consistentiâ respondet, ruffa videlicet, glutinosa, & fæculenta. Neque enim fieri potest, vt calor vllus eam substantiam in pus optimum mutare queat, neque vt ipsa vlla alteratione reparetur, spermatica cum sit, non magis, quàm caro pulmonis, cerebri, aut etiam renum. Colliquatur autem à calore putrido, à quo corrupta diffuit, fitque seipsa humidior. Neque verò si pus album effluat, semper seruatur ægri, nisi simplex sit, & vndique sibi simile. Nam quibusdam vtrumque prodit, & amurcæ simile, & post amurcam, aut simul cum ipsa, album ac laudabile, qui tamen non euadunt. Est autem exemplum particulare, præcepti omnibus ferè visceribus communis. Etenim è thorace & ventre vftis, vel sectionis quotiescunque pus album & æquale prorumpit, facultatis alteratricis robur, naturæ victoria, & viscerum integritas significatur. Vbi verò sanies ruffa, cruenta, & fædi odoris effunditur, colliquantur viscera, & corrupta sunt. Ob idque secundo de morbis scribit, pulmone suppurato siquidem album pus, & purum effluat, fibris etiam cruentis intermixtis, ægrum conualescere: si vitello oui simile, ac subuiride (ὀπώχλωρον vocat) crassum, foetidum, ipsum mori. Idem in vniuersum scribit de suppuratis in Aphorifmis. Secat autem & vrit Hippocrates, vt Philothæus scribit, in profundum etiam conuulserata, apertaque membrana succingente. Vftionem tamen magis probat, quòd ignis finiat putredinem, non solum pus educendo, sed relictam etiam ex sanie impressionem corrigendo & exsiccando. Celsus locum ferro aperit non candenti, inde vomitam intus adurit. Hippocrates de internis affectionibus, cum maximum iecur euaserit, sic vt multum promineat, exurere ipsum iubet buxeis fufis oleo feruente intinctis, aut fungis. At cum educitur pus, candenti ferro exurendum scribit. Rhafius idem Galenum censuisse refert, sed non videri sibi tutum auxilium. Sed hæc in tertia sectione huius operis fufius explicantur.

7. Aph. 44.

XXVI.

Ὅτι ὁ ὕδρωπες οἱ ἐν τῶν ὀξέων νοσημέτων, ἐπιπνοὶ γίνονται, καὶ ὀλέθριοι. ἀρ-  
χὴν δὲ οἱ παλαιοὶ ἰδοὺ ἀπὸ τῶν κενεῶνων, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἵπατος.

Hydrops, siquidem ex acutis morbis natus est, difficilis & lethalis: Incipiunt autem magna ex parte ab ilibus, quidam verò & ab hepate.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Præfagium colligitur ex iis, quæ antecesserunt, vt quòd acutus morbus hydropem præcessit: ex præsentibus, vt quòd colore fædo sunt, difficulter spirant, intolerabili vruntur siti: ex iis denique, quæ postea contingunt, vt profluente aluo, tumore & dolore in hypochondrio permanente præfagimus fore, vt totus venter in pristinum tumorem resurgat. Omnia verò collecta præfagium futuri euentus conficiunt, qua ratione præfagium dici potest præsentium, præteritorum, & futurorum, quia videlicet ex iis omnibus præfagij materia colligatur. Aliter quoque, vt initio dictum est. Quod autem scribit incipere magna ex parte ab ilibus, in Prognostico addit & à lumbis. Vbi lege annotata.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quoniam præfagij vis omnis pendet ex dignotione exacta morbi, in quo euentus quaritur, qualem hydropem intelligat ducto ab essentia rei exordio inuestigandum. Non enim omnes idem sentiunt de generatione hydropis, & vulgò aliena ab Hippocrate sententia circumferuntur. Erasistrati sectatores



lib. de humo.

nulla alia ratione hydropem oriri posse putant, quam viarum angustia sanguinis per iecur egressum prohibente: nec ipsum vnquam excitari vitio lienis, aut alterius membri: sed semper ex scirrho, qui iecur obsideat. Qui verò commentarios nuper ad hunc locum ediderunt, omnem hydropem (vix excipiunt anasarcam) ab intemperie calida fieri contendunt, putantque eam esse Hippocratis mentem. Experientia tamen docet, ex diurnis hæmorrhoidibus suppressis, vel immodica euacuatione, quæ ad extremam refrigerationem hominem ducit, hydropem insequi. Mulieres quoque eo morbo prehendi per absolutam menstruæ purgationis cessationem, & immoderatam eiusdem profusionem: imò verò fluorem, quem muliebrem vocant, in hunc affectum interdum desinere. Hippocrates verò docet, ex primis pluuiis, vbi post multam siccitatem, futura pluuia est, aquam inter cutem prædici debere, quia frigidus humidusque morbus sit, & ex frigidorum, humidorumque succorum redudantia oriatur. Sed & ex immoderata etiam copia prauorum humorum nasci, & morbis acutis superuenire, vt hoc loco, perspicuum est. Ex quibus in vniuersum efficitur in hydrope partem affectam perpetuò hepar esse, licet Paulus ex membrorum omnium vitio, & renum etiam non satis serum vasorum expurgantium fieri dicat: affectionis causam, quam immediatam vocant, refrigerationem: actionem verò laesam, vitiatam sanguificationem, & frustratam. In his enim tribus omnes hydropis species conueniunt. Verum singula multis egent distinctionibus. Nam interdum hepar primariò & per se afficitur: interdum ab aliis partibus, propter vicinitatem, vel propter communionem vasorum. Refrigeratio quoque aut positio est, id est, qualitas ipsa præfens calori contraria, quæ vim agendi habet: aut caloris natui & formæ priuatio quædam, siue resolutio: aut caloris absentia. Sed & in sanguificationem multiplex error cadit. Itaque in vniuersum ex causarum distinctione triplex hydrops constituitur, à scirrho hepatis, vt suppressa aliqua solenni euacuatione, aut grauius affecto liene, sanguine in hepar resuente, qui tum multitudine, tum crassitie viscus ipsum opprimit, eiusque calorem paulatim minuit, & quasi extinguit: deinde ex intemperie frigida, & vt vulgò loquuntur, positiua, quemadmodum diximus de frigidorum & humidorum copia, aut immoderato vsu: aut priuatiua per immoderatas euacuationes: tertio ex intemperie calida quidem calore extraneo, frigida verò priuatione natui. Non enim solum frigus refrigerat, sed etiam calor extraneus subtracto humido, & natui resolutio. Itaque in hac specie hepar calore igneo torretur & exsiccatur, proprio destituitur. Quòd autem hoc modo quædam frigida dici soleant, in quibus cum defectu innati calor extraneus abundat, Aristoteles quoque docet, qui in Problematis lachrymam frigidam vocat in ophthalmicis, quæ tamen præ calore exulcerat, & semen frigidum, quia destitutum postrema alimenti coctione. Ratio quoque non deest. Nam cum hepatis calor hæmatosim perficiat, non quia calor est, sed quia naturalis, & in medio temperie constitutus, vtrinque habet extrema pro contrariis, caloris excessum, & frigus. Parum ergo refrigeratus sanguinis boni loco pituitam multam generat: parum auctus, multam bilim. Iam verò languescens, & extinctioni proximus, ab excessu quidem frigoris accedente sanguificationis priuatione in carnosum genus pituitam diffundit, quæ assimilari non potest: ab excessu verò caloris humidum omne in flatum conuertit, non alter, quam ignis aquam, aut ambientis calor cadaver tumefacit, vnde pro sanguine flatum generatur, quomodo sæpe videmus ex calore hepatis & ventriculi ructus ferè perpetuos. Hic autem flatum à ventris frigore concreuit in ascitem: nonnunquam etiam serosus sanguis, & in confectus in spatium, quod inter peritonæum est, & partes ipsi subiacentes, effunditur. Cum enim omentum peræ speciem habeat, & intra se caudicem portæ excipiat, facile est, vt per receptæ portæ ramos defluat in omentum aqua propter imbecillitatem expultricis hepatis, aut obstructionem, aut laxitatem venarum, aut infirmam renum secreticem, vel præclusam viam feri. Ita existunt tres aliæ hydropis species ex triplici sanguificationis errore, loco & materia distinctæ, anasarca, aqua inter cutem propriè dicta (quamuis Celsus tria hydropis genera cõ nomine

nomine comprehendat) ascites, & tympanias. Ostendit ergo Hippocrates se non de omni hydrope agere, sed de eo tantum, qui acuto morbo superuenit. Modus autem huius *ἐν τῷ σπυγμῶν* est eiusmodi. In febre acuta, vt Caulo, aut coniungitur inflammatio vel flamma dispositio, alicuius visceris interioris, vulgò focum febris vocant, & mineram, vt pulmonis, iecoris, renum, lienis, ventriculi, intestinorum, maximè ieiuni & reiuui, mesocoli, vel totius mesenterij: aut bilis vbiuis intra vasa quidem putrescit, sed eum febris ardens est, intra venas iecoris, ventriculi, pulmonis: cum longè ardentissima, in ventriculi ore, vel finis iecoris, quòd ex partes omnium maximè cordi communicent. Ex eo immodico calore hepar primariò, vel propter vicinitatem, aut propter commercium venarum incalcescit, exsiccatur, & exurit, tandemque resolutio humido frigidam & hecticam intemperiem cõrahit simul cum venis, & partibus nutritioni dicatis, qualis immodico incendio superuenire solet per marasimum *πῶς φούρη*. Hæ igitur febres, maximè quæ ardentissimæ sunt, & iecoris aut ventriculi occasione cœcitant, magna ex parte in marcorem transmutantur, quoniam ardor proximus est cordi & alimenta exurit, aliæ in hydropem transeunt, nisi ante crisi, suppuratione, morte finiantur. Vitiatum enim sanguificatio, verique sanguinis loco humiditas multa nascitur, aut flatus. Hunc hydropem morbi acuti *ἐν τῷ σπυγμῶν* esse vult Hippocrates, quoniam vi aduictæ febris, malignæ, necdum extinctæ superuenit. Aliquando enim *ἢ μερῶν τῶν σπυγμῶν* morbus in morbum transit, idque vel vtiliter, vt epilepsia in quartanam, cõuulsio, vel etiam catharrus & asthma in febre, ophthalmia in diarrhoeam, licentia in ructum acidum, peripneumonia in pleuritidem, lethargus in phrenitum: vel inutiliter & cum periculo, vt phrenitis in lethargum, pleunitis in peripneumonia. Aliquando verò *ἢ μερῶν τῶν σπυγμῶν* materia aliò depulsa, vt in cura, aut etiam conuersa in ventrem, hæmorrhoidas, varices, fistulas, prior morbus vtiliter desinit, & febris finem facit. Hic verò hydrops superueniens febrem (ait Hippocrates in Prognostico) non discutit, sed dolorem insuper vehementem concitat, & mortem. Etenim quòd venter & erura intumescant, id non est ex febris materia loco mota, sed nouum excrementum malè affecti iecoris in causa est. Permanet enim visceris flamma dispositio quasi fomes febris, noua interim excitata putredine, nouoque cacochymic synatrismo, per sanguificationis priuationem. Hos igitur hydropas si cum aliis conferas, sunt *ἐν τῶν σπυγμῶν*, & *ἐν τῶν σπυγμῶν*, dolorifici, & lethales. Ac dolorifici quidem, primùm, propter inflammationem partis nervosæ, medio corpore sitæ, & nutritioni dicatæ: deinde propter distensionem peritonæi à flatu, oppressionem diaphragmatis, & materie exultæ acrimoniã. Lethales verò, quia præter symptomatum vehementiam, & curationis difficultatem calore natui penè extincto, in corpus liquatum aliò morbo (ait Hippocr. *περὶ νόσων*) incidunt, atque hominem iam confectis viribus celeriter extinguunt, aut, si alius immoderatè fluat, sentientem & loquentem, quasi deperente è medio tollunt. Neque tamen proinde existimandum carere periculo hydropas, qui nullo antecedente morbo, deinde qui longo orti sunt, vt sentire videtur Celsus: sed ita potius distinguendum est, vt à refrigeratione sine febre, quam positiuam vocant, aut etiam ab immoderata euacuatione, facilius restituantur ægris: à scirrho hepatis, soltè symptoma vsitione, aut sectione imminui possit, causa insanabili permanente, præsertim scirrho iam confirmato. Ab intemperie verò antecedente calida, præfente frigida, aut frigida cum calore febrili iuncta ex morbo acuto, dolores & mortem insequi: quanquam per initia occurrere potest, & in conualescentibus, vt paulò post docebitur, imbecillo quidem, sed nondum extincto calore infito. Hippocrates quarto de morbis, Omnem hydropem periculosum facit, sed grauiorem ex acuto morbo, & *πῶς φούρη* subcutaneum, *ἐφ' ὅσον* incuitabile malum atque desperatum. Qui verò *μετὰ ἐμφύσημάτων*, qualis tympanites, plenum esse periculi, nisi fortuna bona, & attentata cura depellatur. Verum, vt dixi, causæ ratio habenda est, cui etiam ætatem addere licet, quoniam parum affecto iecore facilius iuuenes seruantur, & multi sunt nostris auxilium restituti. Seniores verò, aut quibus grauius perfrigeratū viscus est, vel scirrho induratum, nusquam,

aut raro admodum conualescunt. His ita constitutis duplicem originem hydro-  
 pīs ex morbo acuto facit. Plurimi enim, inquit, incipiunt ἀπὸ τῆς κενέωνων, ab ili-  
 bus: in Prognostico addit, ab ilibus, & lumbis. Alij verò hydro-  
 pes oriuntur ab ipso hepate. Vocat autem κενέωνων omnes eas partes, ut Galen. scribit, quæ inter  
 extremam thoracis costam, & coxendicis ossa continentur, nimirum tenuia in-  
 testina, ieiunū, mesenteria, & mesocolon, quod à lumbis nascitur. Pars enim illa  
 ventris mediæ inter thoracem, & ossa ilium inanis est, mollis, & sine subiectis os-  
 sibus, unde κενέων, ait Suidas, ὁ περιττὸν λαγόνων τῶν κενέων, κενὸς γὰρ ἐστὶν ὁ στέων. Hip-  
 pocr. verò notata parte externa subiectas intelligit. Hæ ergo partes & vicinitate,  
 & venarum connexionione faciliè hepar in consensum trahunt, præsertim cum quæ-  
 dam annexæ sint, aliæ propemodum continuæ, vbi venæ plurimæ, aliæ dispersæ,  
 aliæ veluti in scalas directæ, per quas fit ἀπόδωσις, & chylus è ventriculo in ca-  
 uam hepatis conuehitur. Illic focum habente causo, & putredine concepta ali-  
 mentum corrumpitur, & sanguificatio impeditur, unde hydro-  
 pīs prima funda-  
 menta iaciuntur, qui tandem absoluitur, vel propter communicationem hec-  
 ticæ intemperiei, vel propter inflammationem tenuium intestinorum, quæ intercipit di-  
 stributionem cibi. Celsus scribit, vbi dolor in imo ventre, & coxis est, hydro-  
 pem ab ilibus firmandum esse. Et certè hoc genus, ut alibi scriptū est ab Hollerio, plu-  
 rimū status habet conclusum intestinis, & aquam colligit ab eo spatio, quod  
 omento & intestino medium est, quanquam aliquid refundi possit in abdomen  
 vacuum. Ab ilibus ergo oriri, idem est, quod ab inflammatione harum partium, ut  
 mesenterij, & ieiuni, aut ab intemperie hec-  
 tica frigida, primā hanc hydro-  
 pīs speciem constituit, quoniam febris, ut dixi, refrigerat victo calore insito, exsiccat ab-  
 sumpto humido. Calor verò hepatis inde languidus ex humore subiecto flatum  
 generat, quem discutere non potest, unde σπόφοι, tormina, & ventris dolores, qui  
 si neque purgationi cedant, neque aliis auxiliis, firmatam & hec-  
 ticā intemperiem denunciant. Sed & in renibus ferè dolor est, & calor per febres acutas aliquando  
 vehemens incendium, aut etiam inflammatio: nonnunquam etiam in mesocolo  
 ex lumbis orto. Proinde à lumbis quoque hæc species oriri potest, id quæ vel quia  
 renes imbecilli serum sanguinis non secernunt, qui in corpus redundans, nisi su-  
 doribus, aut aliter vacuetur, ascitem concitat: vel quia in meatu tuberculum ali-  
 quod innascitur, vel quia venæ hec-  
 tica intemperie concepta hepatis connexam  
 partem, indeque totam substantiam refrigerant, vbi hydro-  
 pīs confirmatur. Pul-  
 monis quoque, septi transversi, ventriculi, lienis occasione idem euenire potest.  
 Verum ex pulmone hydro-  
 pīs est à thorace, de quo alibi diximus. In ventriculo  
 autem febris ardentissima celerimè ad marcorem deducit, nec concoctionis of-  
 fensa in ventriculo perse tollit humorū in icore generationem. Quare tamen  
 propter vicinitatem, & venarum connexionem, inde quoque prima hydro-  
 pīs rudimenta esse queant, rariustamen id accidit: aut potius dicendū, ventriculum τῆς  
 κενέωνων nomine contineri. Gale. verò scribit Hippoc. nullā lienis mentionē fecisse,  
 quod de morbis tantū acutis loquatur: quāquam in veteri morbo lien scirrho-  
 sa aliqua affectione contracta, tum icur ipsum similiter afficiat: tum etiam hydro-  
 pas ea occasione in corpore vniuerso excitet. Altera verò species huius generis  
 hydro-  
 pīs nascitur primario affectu laborante hepate. Eo enim ardore febrili sic-  
 cato per marasimum τῆς φρυγῆς, & calore insito resolutio perit vis sanguificatio-  
 nis, atque ita serosus humor & incoctus, aut flatum implent spatium ventris  
 inter peritonæum, & epiploon.

XXVII.

τοῖσι μὲν οὖν ἀπὸ τῆς κενέωνων ἀρχομένησιν, οἱ πόδες οὐδέποτε καὶ διάρροια πο-  
 λυρόνησι ἀδυναστεύουσιν, ἢ λαπαρῶσαι κοιλίῳ, ἢ δὲ τὰς ὀδύνας λύσαι τὰς ἐξ  
 ὀσφύος, ἢ κενέωνων.

Quibus igitur ex ilibus ortū habent hydro-  
 pīs, iis pedes intumescunt, & diuturna alui  
 profusio comitantur, quæ neque ventrem inaniant, neque dolores solunt, qui ex ilibus  
 & lumbis oriuntur.

HAEC in Prognostico.

DESID. IACOTII COMMENT.

EX duabus hydro-  
 pīs, qui morbo acuto superuenit, differentiis, alteram ex  
 ilibus & lumbis tum communibus, tum propriis signis describit. Diligenter  
 enim obseruandum est, unde primū oriatur malum, non solum præfagij ratio-  
 ne, sed etiam curationis, quæ antè omnia parti primario affectu prospicit. Frustra  
 enim hepati adhibentur remedia, cum à renibus, ventriculo, liene, ieiuno intesti-  
 no, mesenterio, causam, principiumque ducit hydro-  
 pīs. Primū signum est, pe-  
 dum tumor œdematosus, sed aliis etiam differentiis commune, siue icoris vitio  
 primario, ut Hippocra. ipse postea docebit, siue lienis, aut aliarum partium occa-  
 sione hydro-  
 pīs oriatur: nisi quod interdum non intumescunt in principio tym-  
 panitis, icore nondum significationem penitus vitiant. Causa triplex. Primū  
 pituitosus & excrementosus sanguis, qui suapte natura deorsum magis fertur, ut  
 calidior & tenuior sursum. Deinde pedes in decliui loco positi, & partibus pri-  
 mariò affectis vicini primi, & maximè noxam perferunt, & excrementa cor-  
 poris faciliè excipiunt. Tertiò & à caloris & spiritus fonte longissimè absunt, &  
 suapte natura frigidi, osse multo, neruis, cartilagine exanguis, maximè circa mal-  
 leolum, vbi etiam tumor citius apparet. In his ergo primis calor elanguescens san-  
 guinem cruditiorem in flatum & vapores conuertit, nec assimilare potest. Idem de  
 manibus dici non potest, quæ & cordi viciniores sunt, & in loco sublimi posi-  
 tæ, & à parte affecta longo intervallo disiunctæ. Quo loco illud admonendum  
 adhuc videtur, tumorem pedum intelligi, qui vi inflammationis ieiuni intestini,  
 vel mesenterij, aut vi intemperie hec-  
 tica carumdem partium exciatur. Nam  
 sæpe in conualescentibus, tum ex longo, tum ex acuto morbo pedes tument, at-  
 que etiam hydro-  
 pīs interdum nascitur, non admodum formidabili signo, si ini-  
 tiò occurratur. Causa enim est non malignitas morbi, ut hoc loco, sed ciborum  
 copia, aut occasio aliqua externa. Natiuus enim calor, tum in ventriculo, tum in  
 hepate languens, & ex antecedente morbo ferè resolutus, tantum conficere non  
 potest, quantum egri appetunt, aut etiam quatum alendo corpori opus est. Ideò-  
 que ex alimento vapores crassi, & cruda serosaque excrementa cogeruntur, quæ  
 viscera opprimendo faciliè hydro-  
 pem gignere queant. Alterum signum est pro-  
 prium ac peculiare huius speciei hydro-  
 pīs, longum & pertinax alui profusiuū,  
 quod tamen iudicatoriuū est non iudicans, perpetuò succrescente noua cacochy-  
 mia. Ideòque nec ex lumbis & ilibus dolores soluit, manente causa, ut intempe-  
 ric, vel inflammatione: nec tumorem ventris emollit, quod corrupta tantum ali-  
 menta, & bilem, quæ generatur, non autem materiam morbificam expurget. Eius  
 quoque causa triplex est. Imbecillitas venarum, quibus, tanquam manibus icur  
 ad se trahit alimentum adeo, ut nec visceri ad digestionem subseruiant, nec ali-  
 mentum in ieiuno, & tenuibus intestinis morari possit. Quæ si infirma quoque  
 fuerint, grauata alimento, id omne confestim deorsum propellunt. Huius autem  
 imbecillitatis causa est intemperies hec-  
 tica & frigida, & quod icur iam in con-  
 fortium mali adductum non conuenienter trahit, nec in mesenterio inchoatur  
 amplius hæmatosis. Ob idque ad lyenteriam huiusmodi profusiuū referendum  
 est. Altera causa est, in quibusdam obstructio à putredine & phlegmone, quæ in-  
 tercipit ἀπόδωσιν, in qua præter vim attracticem hepatis requiritur vasorū am-  
 plitudo. Tertia alimenti corruptio, & perennis biliosus excrementi coacervatio, tum  
 à putredine, tum ab inflammatione, & vehementi calore ieiuni, vel mesenterij, ex  
 quibus vehementer morderi intestina, & irritari ad excretionem eorum, quæ in-  
 festant, necesse est. Atque inde existit diarrhœa. Neque verò mirum est hoc pro-  
 fusiuo symptomatico, nec dolores sedari, nec ventris tumore subsidere, cum in-  
 ternus ardor, & intemperies hec-  
 tica maneat, in qua medicorū vulgus, quasi mor-  
 bus omnis, quem materialem vocant, e plenitudine esset, medicamentis cathar-

eticis affectus sepe deteriores reddit, aut egrum precipitem agit in mortem. Cæterum λαπαρσίαν verbum, quo vitur Hippoc. utrumque significat, & vacuare, & ventris tumorem ad equalitatē redigere. λαπαρδίωαι (ait Galen. in Exegefti.) κυρίως μὲν κενώδιωαι, ἴσθ' ἴσθ' ἢ ἢ τὸ μαλακδίωαι, propriè quidē vacuare est, & propterea mollirè. Videtur autem vox rei accōmodata, quia λαπαρσίαν κενώδιωαι dicūt partes, quæ neque exuberant, aut duræ sunt: neque languent, aut flaccescunt. Ex quibus etiam verbis ostendit (ait Gale.) eos, qui sic affecti sunt, cum dolore redere alui excrementa, & imum ventrem totum ipsis intumescere. Dolores enim excitant phlegmone, & acrum humorum morfus: tumorem verò in imo vētre flatuosi spiritus, quibus intestina plena sunt, ex cruditatibus orti, cum tensione ab inflammatione. Vidimus in febre tertianæ intermittētis naturam referente pleurosq̄ cum dolore, ac tumore ventris quasi derepente oborto ex hac intestinorū inflammatione intra biduum præter omnium opinionem: n mortuos, ne quis putet, semper, quod in Prognostico scribitur, profluuium ventris diu detinere, aut sensim ventrem in tumorem attolli.

XXVIII.

Ὁμοίως ἢ ἀπὸ τῆς ἥπατος ἐξέρχεται ἐντύμως ἐγγίνεταί, ἢ οἱ πόδες οἰδέει (ἢ ἢ καὶ ἢ σκληρὰ διαδίδωσι, καὶ πρὸς ἀνάγκην, οἰδηματὰ τε περὶ ἀπὸ τῶν γίνε), τὰ μὲν ἐπὶ δεξιᾷ, τὰ δ' ἐπ' ἀριστερᾷ, καὶ πάλιν καὶ ἀπὸ αὐτῶν.

*At quibus ab hepate, tussis vel facile fit, pedes tument: aluius dura reddit, & ea vi, tumores circa ventrem fiunt, modò dextra, modò sinistra, eaque rursus conquiescunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Vbi βῆξ ἐπ' ἐτύμως, in Prognostico βῆξες τὸ ἐν τύμως. Additque ἢ ἴσθ' ἀπὸ πίτυσιν ἄξιον λόγος. alia ferè similia. lege annotata.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quibus notis altera hydropis species à iccore orta, distinguatur à priore, modò explicat: non quidem eius, qui longis vitiis hepatis vt intemperie frigida, & scirrho nascitur, sed quem morbus acutus inuehit in hepate, veluti focum habens, vt phlegmone, flammea dispositio, erysipelas, in quibus substantia hepatis quasi torretur incendio, & sanguis in venis feruens in serum eliquatur, tandemque refrigeratus per extinctionem caloris nasci in pituitam quandam degenerat. Hinc totius corporis sequitur atrophia, & ascites sero in ventrem effuso: vel λυκοφλεγματῖα, siue anasarca, & φλέγμα λευκόν, quando membra vitiosum illud, & serosum, aut pituitosum alimentum trahunt, nec assimilant, cuius suffusione exalbescunt. Primum itaque signum est tussis, quæ hic inter pathognomonica signa reponitur; cum in aphorismis doceat tussim in hydropticis ἐπιγενήματα esse perniciosissimum. Proinde distinguendum est, tribus de causis tussire hydropicos, non eodem euentu, neque eadem significatione. Vna est per accidens à destillatione è cerebro cum hydrope complicata, è qua multa repurgantur. Atque hæc neque affectum, neque affectus malignitatem indicat, vt nec ea omnia, quæ ab externa causa ortum habent. Quintum etiam symptoma est alterius morbi, quod abscessus quoque tales facit, aut in ceruice, aut in pulmone, aut in pectore, quales excitari à febribus solent. Altera tussis est vitiosi hepatis nota, & hydropis ab hepate propria. Discernitur ab aliis, quoniam irritamentum quoddam tussis est potius, quam vera tussis. Ob eamque causam in Prognost. θυμὸν appellat, cupiditatem quandam & propensionem ad tussendum, ad quam ægri tanquam aduersus symptoma irritantur, sed confestim

confestim vix etiamnum tussire aggressi, cōquiescunt, experientia ipsa affectum suum certò agnoscentes, & ex seipsis intelligentes frustra se tussire, quòd vacuari nequeat id, quod molestum est, quia in pectore non continetur. Ipsa tamen per se natura, nobis etiam non molientibus, tussiculam hanc sollicitat, vt sæpè difficile sit resistere, & ne accidat, prohibere. Verum diu tussis non detinet, q̄ nihil dictu dignū expuant, nisi quantum vi & concussione aliquid serosi excrementi ex vasis ferosum sanguinem continentibus in asperam arteriam, sudoris cuiusdam instar exprimitur. Hæc igitur tussendi cupiditas ab hepate originem habet vel opprimente diaphragma propter tumorem, vel detrahente propter grauitatem, cum tuberculo grauis, & viribus languens deorsum vergit: quomodo scribit Hippocrates lienem, qui parte inferiore durus est, ac deorsum inclinatur, κατὰ βροχίον esse, aut qui prauos humores, quos in se continet, in partes corporis inferiores propellit. Alligatur enim hepar quibusdam fibris septo, quibus deorsum reuulsis vnà septum trahitur, & ab hoc membrana, quæ thoracem interiorē comprehendunt, ex quo angustia spiritalibus instrumentis accidit, quæ hanc inanem tussiculam mouent. Quocirca siue hepar primario affectu laboret, siue etiam secundo, sed iam obfirmato, vt marasmo retorrido, duritic, scirrho, tumore, tussis, & eius cupiditas infestant, καὶ ἴσθ' ἐν τῷ (ait Hippocrates) ἀποπύουσι ἄξιον λόγος, de qua tussi hic locus accipiendus est. Tertia tussis differentia hydropticis desperati ἐπιγενήματα est, vnde cunq̄ ortus sit, nec iam tussicula, aut θυμός, aut, vt hic loquitur, βῆξ, ἢ ἐτύμως ἐγγίνεταί, sed vera, vehemens, ac difficilis tussis à materia contenta in pulmone, quæ vi morbi & præ copia è capacitate ventris cæcis ductibus eò regurgitat, & præsidia vitæ ac spiritalis partes expugnat. Quam tussim Hippocrates in Prothetico intelligit, cum scribit in salutaribus signis hydropticorum βῆξ καὶ προσείναι, tussim non adesse: In Aphorismis, Hydropticis tussis superueniens, malum: alio loco seuerius, ἐὰν βῆξ ἔχῃ, ἀνελεπιδόσ' ἔστι, si tussis habeat (qua voce habendi notat vehementiam affectus, qui iam naturæ dominatur, pertinax est, & ægrè medicabilis) desperatus est. Adidit deinde aliud signum ex tumore pedum, de quo iam antea, quia commune etiam est hydropi primæ speciei. Vt enim aliquando diximus in iis, qui iam diu contabescunt, totius corporis interitum incipere à pedum tumore, quia longissimè à principio distent: ita & in morbo acuto hepatis, qui hydropem inuehit, pedes primum tumorem contrahunt, à quibus sursum conscendens malum, totum etiam ventrem similiter occupat adeo, vt si tumorem digito premas, locus ipse cauus, quasi que defossus appareat, deinde paulò post in priorem sedem reuertitur videatur, quoniam cutis vniuersa pituitoso sanguine alta tumet, cuius certissimum signum est impressi digiti vestigium. Neque enim tumentia flatu loca ita cedunt, neque vestigia appressi digiti aliquandiu retinent. Tertium signum est à paucitate & siccitate excrementorum alui. Venter enim, ait in Prognostico, nihil deicit, nisi dura quædam, & necessitate coactus, quoniam absunt cause lyentericæ, & diarrhœicæ, quas diximus in priori specie hydropis, intestinorum scilicet vel mesenterij imbecillitas, alimentorum corruptio à phlegmone, ἀναλώσεως interceptio. Hic verò dura admodum & retorrida sunt per initia, alui excrementa, qualia σπυραθώδεα nigra ab incendio, aut magis albicantia à longiore mora in intestinis. Nam eorum, quæ per hunc affectum diu morantur in aluo, pars aquea in abdomen & epiploon immittitur: quod reliquum est à iccinoris phlegmone exustum induratur, ex quo etiam sitis fit in hydropticis, & os amaricat, non quidem semper à bile ex hepate, sed sæpè à putri humore, & fumis. Eiusmodi ergo excrementa non facillè dimouentur loco, nec excernuntur, nisi πρὸς ἀνάγκην, id est, ἢ ἀπλῶς (ait Galenus in Prothetico) ἀλλὰ μετὰ πραγμάτων τεύεσθαι τὴν ἰσθὴν, ἢ ἴσθ' κλυσῆσθ' ἢ ἴσθ' βαλάνος, non simpliciter quidem, sed medico aliquid moliente vel clystere, vel glande. Dixi verò talia esse excrementa per initia morbi, quia ipso diutius trahente hepatica imbecillitas sæpe accedit, aut hepar mesenterium, & intestina in consortium mali adducens facit, vt iam neque distribuatur chylus,

6. Aphor. 35. 7. 47

neque retineatur. Consentaneum est enim non minus partes ventris hepatis grauius affecto consentire, quam illis hepar. Ob idque aucto malo, aut facta imbecillitate hepatica, venter, ut in prioribus speciebus, diffinit. Quod verò subdit, tumores circa ventrem fieri modò dextra, modò sinistra, eòque rursus conuiescere atque desinere, vel ad cavitatem digitorum compressu factam propter pituitam suffusionem ad eum de qua iam dictum est: vel ad tumores abdominis, qui in primo morbi ortu plerumque confidunt, ut prorsus desuisse videantur, deinde verò exurgunt denuò, rursùmque confidunt, atque iterum postea renouantur. Verùm temporis spatio permanent, nec amplius fidunt. Natura enim valens suas vires interdum excitat, atque adiuta medicamentis, aut etiã per se citata aluo, vel pituita cum flatu in halitum discussa, aut sudore multo, aut vrina copiosa, aut vomitu, aut vlcere in cruribus modò sponte orto, modò arte comparato tumorem delet, & ventrem ad æqualitatem reuocat: verùm hepatis vitio manente, & noua materia regenerata, recrudescit malum, donec naturam superauerit. Proinde ut conualescant ægri, fidendum non est detumescenti aluo: quin vidimus, cui sub mortẽ multis vrinis prodeuntibus, & aqua in partes spirituales regurgitante venter subito detumuerit, vnde paulò post præfocatus interit. Itaque optimè monet Author Prorrhæti, qui ex hydrope feruari & conualescere debeant, eos *ὄσπλάγγων* esse oportere, sanis firmisque visceribus. Alioqui neque vitionem, neque sectionem prodesse, nisi quia aliquandiu symptomati occurrendo vitam producant.

## X X I X.

Ἐπὶ τοῖς ξηροῖσι ὑδρωπιδεῖσι τὰ τραγγυλεμὰ, μοχθηρόν. φλάυρα δὲ καὶ τὰ μικρὰς ὑποστῆλαις ἔχοντα.

*In siccis morbis hydropicis stillicidia vrinae mala: praua quoque, ubi parua sedimenta habet.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Quem siccum hydropem appellet, parum constat, nisi vel tympanitem, vel eum, in quo dura aluus nihil reddit, quomodo siccam pleuritidem dicimus & peripneumoniam, in quibus nihil expuitur. Ita in passionibus partium, quæ ventre continentur, siccior morbus est, vbi aluus nihil excernit, aut dura & *αυραλώδης*. Ac reuera in hydropicis molle & compactum esse oportet alui excrementum, non aridum, & spirithodes, neque liquidiori natura perfluens. Vrina verò omnibus ferè hydropicis paucior, quam ut potui conueniat, qui casus malus est. Quòd si stillatim effluit, multò deterius. Nam omnis stranguria, nisi aliquando critica, mala est. Parua verò subsidentia de vrinis videtur dici, quæ communiter damnatur, quia in morbo salutari, qui criticè per vrinas indicatur, multum subsidere album, leue, & æquale oporteret.

## DESID. IACOTII COMMENT.

4. Aph. 11.

Siccus morbus dici ab Hippocrate non ab intemperie sicca excessu, sed cum nihil de materia morbifica per idoneos meatus excernitur, dictum est alibi: præterea etiam morbos siccos, qui in arteriis venisque consistunt, & ex linguæ siccitate, & ex totius corporis squalore cognosci. Solent tamen *ὄσπλάγγων*, siccum hydropem dicere tympaniam: humidum verò ascitem ab ascite, id est, vtris similitudine, in quo materia collecta non est aer flatuosus, sed aquosus humor, ut in illo Aphorismo. Quibus tormina adsunt & circa vmbilicum cruciatus, & lumborum dolor, qui neque medicamento, neque aliter soluitur, in siccum hydropem firmatur. Est enim ascites, in quo humoris tenuis & serosi copia inter epiploon,

ploon, peritonæum & intestina quasi in vtre aceruat. Alter verò hydrops tenuia intestina, & vniuersum abdomen non aqua, sed flatu cum humidi momento plena implet, & ferè omnes superiores partes in eo intumescunt: hincq; tympaniam, à tympani similitudine, vocat. Alius autem totum habitum pituitæ plenum habet, quem hypofarcidion, anasarca, & leucophlegmatiam, vocant. Quamquam Aretæus hanc ab anasarca distinguit, quoniam si ex alba pituita crassa & frigida est affectus, leucophlegmatiam appellat: si in humorem sanguineum, aquosum, tenuem, carnes liquatæ sint, anasarca. Verùm Galenus in librum quartum de diæta in acutis, vbi author duas tantum hydropis species distinguit, hypofarcidion, & tympaniam, rectè errare eos scribit, qui vel duas tantum hydropis species, vel quatuor constituunt: & si in tota corporis mole frigidior ac pituitosior sanguis contineatur, partim è icore accedens, partim è tota carne corporis velut in aquam resoluta, hypofarcidion esse, quam ut lubet, appellare possis, anasarca, aut leucophlegmatiam. In Aphorismis verò, leucophlegmatiam dici ait, quæ vel liuida quadam pituita, vel secundum suam certè ipsius rationem alba semper manente, sed propter alios quosdam humores admixtos verum exactumque colorem mutante constat. de qua dicitur exactius Aphor. 8. lib. 7. huius. In omnibus vrinae suppressio præcedere solet, & comitari, quia vel magna subest obstructio, aut scirrhus, propter quem vrina vix percolari potest, vel infirmi sunt renes, ut serum superare nequeant, aut tuberculo obstructi, quo meatus interceptitur. Ideoque serosus humor ad superiora resuens modò in hanc, modò in illam partem pro naturæ impetu, & partis huius vel illius maiore aut minore imbecillitate, irruiat, sæpius verò in abdominis spatia deponitur. Ita sero aliò conuerso, aut affectu renum coniuncto minuitur vrina in ascite, tubetque & propter paucitatem, quòd multa bilis paucò sero misceatur, & propter secreticis facultatis imbecillitatem, & propter putredinem atque calorem, quomodo in colica frigida & sitis, & amaror oris, & vomitiones æruginosæ apparent. Paulò copiosior est in hypofarce, quæ à frigida intemperie semper ortu habet posituæ, aut calidæ succedente, quia sanguinis pituitosii & aquosæ substantiæ plurimum generatur, quam venæ trahunt, deinde renes, nisi in sudores abeat. At in tympania suppressionis vrinae, aut difficultatis nulla causa est, nisi vel à renum marasmo principium causamque ducat, vel aucti in icore morbi ratione renes grauius laborent. Non enim serosus humor in omentum deponitur, ut in ascite, nisi fortasse paucus: neque in membra distribuitur, aut per sudores abeat, ut in anasarca. Propterea vrinae stillicidium in tympanite perpetuò malum est. Id etiam ex causis stranguriæ demonstrari potest. Nam vel vlcus est, aut debilitas in vesica (ut à frigore & siccitate) propter quam grauiatur, & ad excretionem proritur, antequam tota vrina coaceruata sit: vel in ipsa vrina acrimonia est, cuius morsum vesica ferre non potest, ut si biliosa sit, aut putrida: alicui materiae permista, quæ ex renum corruptela ducat originem, aut hepatis, pulmonis, vasorum seque expurgantium, quæ sæpe humorum suorum vitia & pus quoddam ad renes transmittunt tum criticò, tum symptomaticè. Stranguria ergo in tympania cum vesicæ affecta symptoma sit, nec criseos ratione accidere queat, nihil aliud denunciare potest, quam putrilaginem quandam ab inflammatione interiore relictam in icore, aut renibus, vel saltè tantum incendium intus feruere, aut sanguinem ita corruptum esse, ut falsam & acrem vrinam reddat. Quin interdum etiam ardor & corruptio viscera interiora ita occupant, ut quibusdam cadaueribus dissectis liuida, & admodum corij serpentis varia & siderata intestina appareant. Stranguria ergo in tympanite *ἐπιγνημα* semper est, ex quo per suppressionem sero morbus augetur: per doloris autem accessionem vires iam morbo fractæ magis prosternuntur. Eadem ratione vrinae, quæ pauca sedimenta continent, vituperantur, quòd crassa intus cohibita, nec transcolata propter obstructionem renum, vel hepatis, aut propter scirrhum, tum multitudine tum crassitie morbum augeant, interdum etiam cruditatem, & alimenti defectum in partibus solidis denunciant. Quòd si vlcus quoque vesicæ præterea accedat, aut cum acrimonia vrinae, oris & gingiuarum

7. Aph. 19.



rum vlcera infestent, mortem esse in propinquo Auicenna scribit. Magna enim copia putridi & acris halitus significatur, ex corrupto sanguine & ichoroide. Ille enim partes superiores appetens os intus exulcerat: hic morsus vrinae, & solutae continuitatis in vesica causa est. Vtrinque cocochymiam in totum corpus iam peruasisse declaratur. In moribundis autem siccitas & refrigeratio circa vesicam stillicidij vrinae, atque etiam suppressionis causae esse possunt.

XXX.

τοὺς ὑδρωπιδεῖς ἐπιληπτικὰ ἐπιγόνουσα, δλέθριον, ἀλλήλων τε σὺ μείων μοχθηρῶν, καὶ κοιλίας ἐξυγρῶν.

*In affectionibus hydropicorum comitiales morbi incidentes lethales praevis signis sese consequentibus, & in solutas aluos incidunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Arum hoc est, vt hydropicis superueniat caducus morbus. Quod vbi incidit, graui morbo graue malum superueniens plus quam satis est, vt agrum interficiat. Quae autem signa sese consequentia dicat, parum constat, nisi hydropica & epileptica. Aluum vero solui in hydropicis malum est, nisi inde soluiatur morbus, atque aliis quidem soluitur, vt nec inde venter derumeat, aliis ex eo subfidet, sed iis quidem salubriter nondum corruptis visceribus: aliis nulla vtilitate, quibus manet interdum vitium, atque inde saepe deterius habent scirrhu graui iam non habente, quo innatet, & sese sustineat.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hydrops conuersione cacochymiae a venis & superioribus partibus in ventrem morbos capitis praecidere potius quam inferre solet. Proinde Hippoc. scribit in Aphorismis dynteriam & hydropem translationis materiae ratione, maniae remedio esse, a capite deorsum conuersis noxiis humoribus. Ab infania (inquit) quam maniam vocant, difficultas intestinorum, aut hydrops, aut ecstasis, bonum. Quamobrem si quae iuuare debent, non modo non iuuant, sed etiam in contrariam naturam transeunt, vt videlicet hydropi superueniat grauis aliquis capitis affectus, qualis est in cerebro epilepsia vel demorsio a praua qualitate, vel pituita flatu distento, vnde abolentur ad tempus principes facultates cum vniuersali conuulsione, & frequenti repetitione, id pessimum esse multis de causis constat. Primum communi illa, qua dicimus, quod plures partes, aut facultates laesae sunt, eod perniciosis habere agrum. Deinde, quia scribit Hippocrates περὶ πρεθῶν, omnem accessionem mali grauioris ad graue malum lethalem esse. Praeterea symptomatum vehementia maxime pertimescenda est. Cum enim conuulsio dolorifica sit affectio, vt docet in Prorrhethico, ad eam autem per epilepticos insultus sensu & fuga, aut ex neruorum plenitudine transmissa ad ipsos materia cerebrum incitetur, manifestum est a virium deiectione, quae iam in hydrope prostrata sunt, & vniuersali caloris extinctione tum in iecore, tum in cerebro metum esse. Verum non solum hoc nos terrere debet ratione causae, sed multo magis ratione signi. Ostendit enim cacochymiam iam irumpere in principes partes. Dorsi enim dolores, locum mutantes ex humore defluente fiunt, qui interdum solus sit, magna tamen ex parte flatuosum crassumque spiritum contineat, estque consentaneum huic crassum humorem, cum in flatu versus fuerit, & vias spiritus in cerebri ventriculis obstruxerit, comitalem morbum afferre, maxime in anasarca, neruorum principio seipsum quaticente, vt quae noxia sunt, excutiat. In aliis vero hydropum differentis cerebrum non tam humorum mole grauatum, quam sanguinis & feri corrupti acrimonia a venis, aut aura venenata ex corruptione in aluo demorsum & irritati conuulsiones epilepticas mouet.

Quoties

7. Aph. 5.

Quoties vero id, quod infestat, in ipso cerebro localem habet generationem, grauisime vniuersum corpus conuellit. Vbi vero ab acri mordentique humore in ventriculi ore noxium quidpiam cerebro communicatur, vt in suffusionibus, aut ab ignobili aliqua parte, vt tibia, veluti frigida quaedam aura conscendit in caput, sine vehementi quidem conuulsione concidunt, & per interualla tantum breuibis quibusdam motibus quatiuntur: nihilominus magna & venenata corruptio in hydropici ventre significatur. Sed in vniuersum prauum est duarum principum facultatum grauia symptomata mutuo sese consequi, vt nutricis in hepate, & animalis in cerebro. Naturalis enim facultatis (ait Galenus) vitalisque imbecillitas deterrima est, & cito hominem a medio tollit. Nempe & vna cum ea, quae est a cerebro, confestim exoluitur: Haec vero si afficiatur, non protinus cor ipsum laeditur. Eadem ratione ventris inflationem cum motu conuulsio coniuinctam, statim lethalem esse veteres dixerunt. Quod vero hi in solutas aluos incidant, in causa est duarum facultatum resolutio: vel biliosorum ac tenuium excrementorum ad ventriculum & intestina symptomaticus confluxus, qualis fieri solet in animi deliquis, vehementi dolore, tristitia, & neruorum partium affectionibus, quibus ventriculi os maxime neruosum semper condolefcit. Interdum etiam profluuij alui causa sunt eadem, quae in hydrope siue epilepsia, nimirum imbecillitas intestinorum ab intemperie hectica: interceptio aναστάσιως ab obstructione in mesenterio: aut alimentorum corruptio, & bilis perennis generatio ab incendio in illis partibus, in quibus hydropis iacta sunt fundamenta. In principio enim, constante natura, & agro ἀσπλάγχνο, citata aluo hydropici liberari possunt. Languescente vero iam natura, & principibus partibus expugnatis (vt iecore & cerebro superueniente epilepsia) omnis euacuatio symptomatica est. Leucophlegmatiam tamen a forti, vel diuturna diarrhoea solui scribit in Aphorismis, siquidem conditiones adsint, quas dixi, saltem si alleuatio inde consequatur, & humor morbificus euacuetur. Nullam enim euacuationem laudat Hippocrates, quia euacuatio fit, sed quia humor, qui morbum committit, expurgatur. At vbi per aluum, aut haemorrhagiam, aut sudores, aut vrinas, multa euacuantur, morbus vero perseverat, humorem, qui morbi causa est, non excerni verisimile est, aut perennem esse eiusdem generationem.

2. Prorrh. 5.

7. Aph. 29.

XXXI.

Ἐν τοῖς χολώδεσι κοιλίῃ παραχάδης, διαδιδέσθαι συμπερὰ γονώδεα, μὲξώδεα, καὶ πόνον περὶ ἤτρον ἐμποιέοντα, καὶ οὖρα σὺν διλύτως ἴοντα, ἐς ὑδρωπικὰ ἀπολελλῆσα ἐν τῶν τοιστων.

*In biliosis turbata aluus reddens parua genitura & similia, mucosa, quae ad aqualiculum dolorem faciunt, vrina quoque non facile prodeunt, vt ne in hydropicum malum desinat, metuendum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Χολώδες dicit, vel agros, vel vctres. Ac constat experientia naturalis biliosis deiectionibus conturbari, hoc est, & profluere, & mordicari, quae κοιλίῃ παραχάδης ab Hippocrate solet appellari. γονώδεα vero permisceri solent, quia in eiusmodi corporibus facile pituita cruda colligitur, vnde eiusmodi excrementa pituitosa. Idque ferè efficit refrigeratio ventriculi, vt non temerè comperias hominem, cui hepar calidius aequo euaserit, cui non etiam ventriculus sit frigidior. Ac rectè Galenus eas naturas febribus a cruditate opportunas scripsit. Itaque cruda cca pituita ventriculo & intestinis collecta affluente bile detergetur. Atque hinc γονώδεα & crassiori femini similia, aut mucro egerunt. γονώδεα enim dicit, quomodo



modo *πυώδεια* sedimenta, ubi concocta pituita cum vrinis excernitur. Concocta enim pituita vsque adeo puri similis est, ut saepe medicos distrahatur sententiis, qui hi pus, illi pituitam esse contendunt. Ceterum an ex eo hydropem sequi oporteat, distinguendum. Ac reuera metus est. Vidi enim, qui inde hydropem incurrerunt. Alij rapti acuta febre cum eiusmodi alui perturbatione moriuntur. Noui quibus in multos menses perseueravit eiusmodi perturbatio biliosis & mucosifis euntibus, variis cruentis, qui tandem superstites euaserunt moniti, ut iusta ratione vitæ periculum hydropis declinarent. Itaque tantum periculum denunciandum auertendumque, quoniam arte datum est. Interminandus hydrops, nisi legibus medicorum sese adstrinxerint.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**H**æc symptomata in biliosis & signa sunt, & causæ hydropis futuri, per resolutionem caloris in partibus nutritioni dicatis, aut bilis crassæ & vitellinæ suppressionem, quæ tenuiore parte abeunte scirrhum hepatis inuehit, ut in ictericis. Etenim impendentis hydropis significationem efficiunt ea omnia in vniuersum, quæ hepar immodicè refrigerant, aut velde obstruunt, aut febrili ardore torrent, aut multitudine & crassitie obruunt. Particulatim verò graues ipsius affectus iam inueterati, renum imbecilla secretrix, morbi acuti potissimum in ieiuno & mesenterio, qui neque suppuratione, neque crisi finem habent, marasmus eiusdem *πυώδεια*, & extra febrem malus corporis habitus, quem cachexiam vocant, qualis hypofarcam semper antecedit, hydropem verò aquosum & flatulentum frequenter, nisi repente oboriat, transmissa in ventrem materia. Verum quid per *χλωδάεις* intelligat, haud ita facile est explicatu. Nam cum duplex sit intemperies cum humore: vniuersalis in omnibus corporis partibus externis, aut toto venoso genere, ut in ictero, elephantiasi, hydropi, cachexia, vitiosis coleribus ab hepate & splene, quibusdam melancholicis: & ea, quæ vnam duntaxat partem occupat, quæ videlicet aut biliosum, aut pituitosum, aut melancholicum humorem aliunde excipit, vel generat in seipsa: *χλωδάεις* quidem dicere licebit & biliosos temperamento, & auruginosos, & *πυροχόλους* autem, quos Galenus scribit *χλωδάεις* *λεπώτερον μορφοστίλαι φέρειν ἢ ἀστίλαι*, quibus nimirum flaua bilis sursum fluctuat, cum ipsam à iecore ad id intestinum, quod ventris exortum vocant, meatus defert. Interdum etiam in quibusdam particula quadam ab ipso ad ventrem progreditur, in quibus nimirum biliosum supernat excrementum, quod in aliis deorsum omnino secedit. Num igitur biliosi sint à suffusione bilis in totum corporis habitum, aut bilioso totius temperamento, aut parte nobili bilem generante, vel aliunde excipiente, parum cõstat. Ac si quidem frequentioris vocis vsus spectes, *χλωδάεις*, hepate venisque præcalidis biliosi dicuntur: sin veritatè Aphorismi, magis conueniunt omnia *χλωδάεις*, id est, *χλωρῶ καὶ ἰκτερώδεις*, quoniam in ictericis si mutuo sese hæc consequantur, de hydropi & morte dubitare nõ possumus, ut saepe, etiam cum hæc scriberemus, obseruare licuit. In omnibus tamen vna ratio communis est, quæ metum hydropis inuicit, humorum videlicet biliosorum inclinatio in ventrem cum colliuatione è toto corpore, & intestinorum rasura. Hi enim fusione & acrimonia sensum sui dolorè que excitant, penetratione ad interna & penitiora loca aluum perturbant, diuturno denique & continuato transitu ex perenni generatione hæcticam intemperiem intestinis & partibus nutritioni dicatis conciliant, vnde hydrops siccus. Dierum enim & affectionis progressu innatus calor emarcescit, qui neque concoctionem perficere, neque sanguificationem potest: quinetiam innato præsidio destitutus vehementer ab accedentibus humoribus inter se pugnantibus mutatur, bile videlicet, & pituita. Tandem verò etiam exhausta parte, per quam humor excernitur vicinæ, quasi vacui fuga, colliquantur, & ex toto corpore in ventrem confluit, quod liquatum est propter affectus perseuerantiam & magnitudinem. Quæ omnia ex his symptomatis simul iunctis deprehenduntur. Particulatim verò in ictericis vera esse hæc ex eo patet, quòd vel sola vrinæ tinctæ suppressio, aut excretio morbo

morbo impar hydropem denunciet bile resfluente ad iecur, in quo scirrhum concitat, quia pelli non potest. Præstat enim vrinas in aurugine fellea (quam imbecillitas tractricis in vesicula fellea, aut meatuum obstructio attrahentium ab hepate, vel pellentium ad intestina, aut immodica plenitudo concitat) valde tinctas esse & crassas, quàm puras, quia natura conatur non rerinere ad hydropem, sed pellere, quæ potest bilem superuacua. Idem iudicium de ea, quæ ab inflammatione hepatis, aut scirrhu ortum habet. In critica enim pura debent esse excrementa tum vesicæ, tum alui, qualia nullum visceris affectum declarant. Quæcumque igitur signa in ictericis facultatem iecoris expultricem infirmam, aut multitudine bilis crassæ suppressam, aut confirmatam iam intemperiem hæcticam in partibus nutritioni dicatis ostendunt, ea etiam hydropem denunciant, nisi æger morte præripiatur. Biliosi autem, id est, valde calidi & sicci, quos Hippocrates in Epide. *πυροχόλους* vocat, diarrhœis, acribus deiectionibus & pinguibus obnoxij sunt, necnon febribus colliquantibus facillè corripuntur: quemadmodum sanguinei ac rubri, qui videlicet crassum & calidum sanguinem habent, tametsi biliosis minus calidi sint, ad melancholiam, phrenitim, caustum, & dysenterias cruentas propenses sunt. Acres autem deiectiones à pallida, & flaua bile ortum habent: pingues verò à colliuatione, in qua diarrhœa diutius perseuerat propter redundantiam tum collectæ, tum succrescentis cacochymia. Hi igitur aut multo profluuiio alui intabescunt sensim moriuntur: aut in hydropem incurrunt, si signa hoc Aphorismo comprehensa cõueniant, quorum generatio sigillatim nunc explicanda nobis est. Quid sit *ισιλίν πυροχόλους*, ante demonstratum est. Hic verò eam perturbationem intelligit, quæ incidit aluo sæpius irritata ad excretionem à bile corrupta & acris, siue pauca ad intestina confluat, ut in ictericis, siue multa propter continuam ipsius generationem in hepate calidissimo, & siccissimo, ut in picrocholis. *σ μικρά* verò parua, aut pauca exeunt propter obstructionem, aut imbecillitatem facultatis excrettricis, aut colliuationem. Nam paucitas deiectionis acris & pinguis cum viscositate & fædo odore certissimum est colliuationis argumentum: quanquam interdum vehemens etiam colliuatio permulta glutinosa excrementa pariat. *γνώδεια* verò excrementa, id est, genitura similia sunt in morbis longis & salutaribus à vitrea pituita: in acutis à colliuatione pinguedinis recentioris: in picrocholis, à pituita, quæ bile per intestina transeunte abraditur, vnde principium dysenteria. Idem iudicium de his, quæ *μυώδεια* vocat, id est, mucosa ab eadem pituita. Cum enim viscida sit & crassa, pertinaciter adhærescit intestinis, nec celeriter, ut bilis, permeare potest, ob idque pauca est. Hæc igitur omnia si dolorem in aluo, maximè circa pubem concitarint, aut dysenteriam in propinquo denunciant, aut, si tumor quoque in aqualiculo accedat, hydropem siccum, flatu, ex crudiore materia genito ab hæctica intemperie intestinorum, quam, ut dixi, causæ alterantis perseuerantia ac pertinacia tandem inuehit, per Aphorismum, Quibus tormina adsunt, & circa vmbilicum cruciatus, & lumborum dolor, qui neque medicamento, neque aliter soluitur, in siccum hydropem firmatur. Tormina enim aut à morfu vehementi oriuntur, aut à spiritu flatuoso, qui exitum non habet, vnde dolores & cruciatus circa vmbilicum & lumbos obfirmati, hydropis præhuncij. Ad hanc hæcticam intemperiem multi quoque alij morbi referuntur ab Hippocrate & Galeno, ut in Prothetico, hydrophobia, vitiligo, interdum etiam phrenitis, mania, & plurimi capitis affectus, ne quorundam errore sequamur morbum omnem ad plenitudinem referentium. In his frustra, atque adeo cum periculo purgationibus exagitantur ægri, quæ vel nullæ esse debent, vel raræ ad symptomatis tantum correctionem, ut cacochymia imminuatur, quam vitiatum alimentum perpetuò renouat. Inter hæc verò ad prænotionem hydropis magnam vim habet vrina non facillè effluens, quæ refluxus feri ad superiora causa est, & obstructionis signum, vel imbecillitatis secrettricis renum vesicæ vacua: ex quo solo vitio hydropem interdum nasci putat Paulus. Quòd si vesica plena id incidit, minus periculi est ab hydropi, quoniam ischuria huius causa pertinet ad vesicam aut nimium distentam à

3. Epidem. 3.

4. Aph. 11.

nimia vrinae quantitate, aut refrigeratam & torpescens, qua parte neruus est, qui morsum, molem, & pondus vrinae percipit: aut obstructam circa collum à tumore, crasis humoribus, grumo, calculo, & similibus.

XXXII.

Υδρωδίνι πυρρίωδεσι, &ρον μικρόν καὶ τετραγυμύον, δλέθριον.

Hydropico febriculoso vrina pauca turbataque, lethale.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Omnia vrina pauca in hydropicis admodum vitiosa est, quia & sponte, & arte multa meiere conueniat. Quod si praeterquam quod pauca, etiam perturbata est, interioris in venis perturbationis, quam febris in cruda materia commouet, indicium est. Id quod etiam sine hydrope damnari solet.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quod vrinae paucitas aut suppressio nullo tumore vesicam obfidente obstructionem in vteribus, aut renibus, vel imbecillitate renum non satis serum expurgantium significet in hydrope, dictum est antea. Idque in tympanite tantò deterius est, quam in aliis differentiis, quòd in ipso infrequentior est huius paucitatis causa. In ascite enim semper minuitur, quòd serum in abdomen transeat: in anasarca paulò minus, sero ad membra cum sanguine pituitoso abeunte. At in tympanite grauem affectum esse oportet, per quem quae propinqua sunt, & societate coniuncta in mali dolorisque consensum veniant: Sed & rubra quoque vrina est per eiusmodi affectus, praesertim si iecur initium dedit, mixta bile rubra, vel sanguine paucò sero, aut imbecilla facultate, quae serum à sanguine secernit. Nam & sanguis, & bilis rubra, quae in intestina, aut folliculum fellis propter obstructionem transire non potest, in morbis etiam frigidis vrinas tingunt, itemque dolores, vigiliae, calor ex putri humore, renibus potissimum in consortium mali adductis. Verum praeter haec si returbata quoque sit in hydrope cum febre acuta ex inflammatione, aut lenta ex putri humore, qualis est vrina subiugali, in venis perturbationem ostendit cum calore praeter naturam non paucò egesto acruatoque flatuoso spiritu. Qua de re agit acuratius in commentario de vrinis. Annotant quoque vulgo inter signa lethalia hydropis vrinarum colorem variatum, vt si supra rubeant, infra liuescant, aut nigrescant, propter materiae variam naturam, bilis adustionem, & partium νεκρωσιμ.

1. Prorrh, 31.

XXXIII.

Επι δ' υδρωει: αρχομύω, διάρροια γνομύνη υδατώδης, χωρίς άπεψιας, λύει τὸ νόσημα.

Incipienti hydropi alui profluum aquosum sine cruditate morbum soluit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Y Aequi alij eundem morbum faciunt in hydropem, alij περιχυσιμ effusionem aquei humoris in raritatem inanitatemque carnis, quod vitium à renibus nasci voluerunt, hydropem verò gigni ex duritie hepatis. Sed haec parum ad rem. Si ergo exhausta aqua non regeneratur alia, re corporatur aeger, viuidum colorem recipit, integrae solutionis spes est à profluum: si contra, desperatio. At qui fiat vt υδατώδης prodeant sine cruditate. υδατώδης sunt, quae e ventre prodeunt, non eo quidem, vbi concoctio cibi elaboratur. Concoctio enim per excretionem

tionem alui non omnem, sed eam, quae fit quo iam tempore distributionis tempus abiit, colligitur: deinde per vrinas. Si ergo vrinae coctae sunt, & nutritur corpus, neque in excrementis aliquid signi existat malè confecti alimenti, non rufus, inflatio ventris, nidor, aut aliquid tale, quod άπεψιας indicet, υδατώδης χωρίς άπεψιας esse dicantur, vnde soluitur morbus.

DESID. IACOTII COMMENT.

IN Aphorismis pro υδρωει, λευκωμ φλέγμα legitur hoc modo, Si pituita alba detento fortis diarrhoea superuenerit, morbum soluit. Vbi Galenus scribit distionem (λευκωμ) additam nullius distinctionis gratia, cum pituita alba sit. Verum Hippocrates επι παθωμ, cur λευκωμ adiiciatur, rationem reddit, quòd videlicet in eo morbo color corporis albidus cernatur pituitae suffusione, quae quamquam exactè alba non sit, sed vel liuida, vel quorundam humorum admixtione à genuino colore immutata aquam intercutem propriè dictam constituit. In Epidemiis Galenus cum Hippocrate ab hydero distinguere videtur leucophlegmatiam, atque ad genus quoddam intemperamenti referre. Leucophlegmatiam enim (inquit) manifestò frigida sunt temperatura, siquid memores fuerimus eorum, quae in libris de temperamētis diximus. Est autem ipsis mollis & tumidior quodammodo caro propemodum, vt hydero correptis, quem vocant λευκωμ φλεγμασίμ. Verum parum refert, siue hyderum dicas, siue λευκωμ φλέγμα, aut λευκοφλεγμασίμ, siquidem sententia vera est in omni hydrope, maxime verò ascite, & anasarca. Siquidem experientia docent, & alibi quoque docet Hollerius, in hydrope naturam contra morbum suas vires interdum excitare, atque alios profluuii alui liberari: alii & pituitam & flatum in halitum discutit, vt detumescat venter. Quosdam etiam sudore multo per laxiores poros abdominis & per femora maioribus guttis effluente conualuisse. Idem interdum rectè medici artificio tentari. Nonnullis salutaris fuit nauigatio maritimo halitu vomitum saepius concitante, siccantè pituitam, atque resoluentè, quod se in quodam obseruasse Hollerius scribit: Interdum quoque salutare fuisse vlcus in ciuribus modò spontè ortum, modò igne comparatum. Verum hos omnes θεωλεχνας esse oportet, vt scribit Author Prorrheticus, id est, sanis firmisque visceribus. Alioqui tumore subfidente, & larga per aluum effusa aqua, siue spontè, siue arte paulò post moriuntur. Quocirca spes aut desperatio hydropis à visceribus captanda est, frustra quoque omnino tum natura, tum ars molitur vacuationem materiae, vbi desperata vitia latent in visceribus. Proinde tamen hoc loco, & secundo de morbis Hippocrates hydropem à pituita sanari scribat alio spontè soluta, & nisi spontè soluitur, purgandum esse, conditiones tamen addit: vna hoc loco in voce (αρχομύω) alibi αρχομύωμ τῆς νάσο, iuchoante adhuc morbo, nimirum antequam viscera grauius laesa sint, intemperies hectica contracta, vires diuturnitate morbi fractae. Alteram in Aphorismis, vt haec διάρροια circa principia accedens sit ισχυρή, fortis, Philotheus ad longitudinem temporis refert: alij ad naturae robur, nimirum vt aluus spontè fluat naturae robore excrementa pellentis, quae infestant, cuius signum est facilitas ferendi. Ac certè omnium vtilium vacuationum praeter coctionis signa, & dierum criticorum vires, diu sunt notae certissima: θεωλεχνα, vt etiam aeger sentiat se factum leuiorem: & copia cum qualitate idonea. Proinde sic in Aphorismis loquitur, Si qualia oportet, confert: & passim alibi, si copiose, & quantum opus sit, ne sit excretio morbo impar. Sed addit etiam in hoc hydrope tertiam conditionem maxime necessariam, vt diarrhoea sit υδατώδης χωρίς άπεψιας, deiectio aquosa sit, sine cruditate. Etenim quatenus aquosa est, materiam morbificam vacuari ostendit: quia verò χωρίς άπεψιας, neque ab imbecillitate retentricis superuenit, neque ab interceptione anadoscos, aut alimentorum corruptione, vt in hydrope, qui ab ilibus incipit, dictum est. Ex quo generale axioma conficitur, nullam excretionem, quatenus excretio est, laudari, sed quia humorem, à quo morbus committitur, euacuet. Itaque vbi multa deiectio, quae aquosa sit, in hydrope cernitur, morbum ipsum sanare poterit, quia morbificus humor excernitur.

vide Aph. 8. lib. 7. hum.

3. Epid. 3.

lib. de hum. t.

E. Epid. sec. 7.

Verum nihil absurdi est, & diarrhoeam longam esse, & hydropem perseverare. Potest quoque ea voce (χωρίς ἀπεψίης) euidetur à natura serum intelligi, eo modo, quo euinci potest, vt sola collectæ materiæ expurgatione sit opus. Sit ergo profusio alui hydropicis utilis, ἢ ἀρχῆ, ἢ ἰσχυρῆ, ἢ ἀσπίδως χωρίς ἀπεψίης: ægri verò διαπραγματοί. Hoc verò non solum valet ad πρόγνωσιν, sed etiam ad curationem, quæ in remotione causæ posita est, aut correctione symptomatis. Illic purgatione opus est: hic sectione. Vtrobique ἢ ἀρχῆ, καὶ ἰσχυρῶς. In hydropem quidem (ait Galenus) statim in principio adhibenda curatio est. Vbi verò constiterit, imprimis addenda erunt, quæ pituitam per sedem educant: deinde vtentur his, quæ ex cito vomitu euacuant: tum vsus eorum erit accommodatus, quæ ad euocandam ex ore pituitam valent, vt à capite pituita detrahatur. At vbi humor pituitosus in totum sit corpus distributus, tum corpus erit eo expurgandum medicamento, quod illi vniuerso expurgando sit. Quanquam ad crassos humores incidendos, & vt vrina procedat, etiam medicamenta, quæ incidendi vim habent, erunt nobis vsui. Et paulò post, Est etiam morbi genus spectandum. Qui enim aquam inter cutem ex pituita habet, is medicamentum pituitæ educendæ postulat: ac primum quidem per inferiorem ventrem, deinde & per vomitus, & per ea, quæ pituitam per os euocant. Cùm enim in toto corpore sit dispersa redundantia, omnia euacuationũ genera adhibebimus. At hydropi ascitæ medicamenta dabimus, quibus aqua educatur. Hoc est igitur ἢ ἀρχῆ, καὶ ἰσχυρῶς, καὶ ἢ ἀσπίδως purgare. Idem iudicium de sectione, nisi quod non ἰσχυρῶς, sed paulatim aqua effluere debet. Hydropem correptos (ait Hippocrates) citius incidere, tabidòsque statim vrere, caputque secare conuenit. Quo loco scribit Galenus Hippocratem non docere curandi rationem, sed tempus: vt intelligas, quicquid agis, celeriter esse agendum. Cùm igitur cutis in ascite perforanda est, iubet, nequid temporis interponas, sed confestim rem aggrediaris, ne humor ad internas partes confluat. Itẽmque in mulieribus hydropem correptis ex suppressis mensibus, aliis ex hæmorrhagia, hæmorrhoidibus, aut aliis euacuationibus consuetis festina (ait Galenus) adhibere remedium, priusquam robur deficiat, & vires prosternantur. Idem iudicium de vrione tabidorum, antequam vlcus ipsum putrescat, quo tempore omnis frustra suscipietur labor, & in similibus omnibus. Verum nec in omni hydropem sectio, vt nec diarrhoea, conuenit, sed ἢ ἀσπίδως, cùm ita humor auetus est, vt vires ægri euertat. Tympanias enim secandus non est, quoniam propter flatum nemo ad opus manuum venerit: neque verò etiam anasarca, quia sparsus disseminatusque per carnẽ humor euacuari non potest: quemadmodum in tympania frustra purgatione exagitantur ægri, cùm iam intemperies hæctica est. Sic naturæ legibus medici artificium respondere debet. Modus autem, quo aqua tum in ascite, tum in leucophlegmatia per ventrem expurgatur, sic habet. Serosus sanguis suppressus sine vitio substantiæ viscerum, aut hæctica intemperie è venis in ventrem (ait Hippocrates in Aphorismis) defluit, & morbum soluit. Nam in leucophlegmatia redditur aqua tenuata, quæ lenta erat & concreta, in venarum orificia. In ascite exugitur venarum orificiis, & per porras ab hepate in intestina defertur. Potest quoque exugri à venis mesenterij, & transferri ad intestina, vt non refluat ad hepar, & hinc ad intestina. In libro de iudicationibus addit solutionem etiam fieri per vrinas. In hydropem detento (inquit) si aqua ad ventrem, aut vesicam fluat, solutio. In leucophlegmatia alui profusiuum vehemens solutio.

XXXIII

τοῖς ἔσθροις ὑδρωπιδῶσι, ἢ ἀσπίδως, ἢ ἰσχυρῶς, καὶ ἢ ἀσπίδως ἐμπιπλοῖτες, καὶ ἢ ἰσχυρῶς.

Ubi eduntur signa hydropis sicci, tormina circa intestinum tenuis incidentia malum.

Siccum hydropem dici ab Hippocrate, qui tympanias est, iam ante diximus. Atque is sui signa edit, quæ idem scripsit in Aphorismis. ἐσθροισι (inquit) ἐσθροισι καὶ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν πῖνοι, καὶ ὀσφύων ἀλγῆμα μὴ λυόμενον μῆτε ὑπὸ φαρμακείης, μῆτε ἄλλως, εἰς ὄσφρατα ἐμρὸν ἰσθύνεται. Quibusdam cancrorum malignumque vlcus intestini diutius excruciat ægros, quod nulla spe leuatur, sed inde paulatim intabescens æger extinguitur. Aliis intemperies quædam confirmata, aut certè maior, quàm vt à calore aut remediis euinci possit. Remedia dico medicamentã, clysteres, foci, infusions, vnguenta atque reliqua, quæ topica nominantur. Diu itaque cruciante morbo, neque auxiliis concedente significatio tympanitis hydropis est. Ac ἐσθροισι, hoc est, tormina, & in intestinis sæuiens dolor sit infirmo calore materiam frigidam in status resolvente. Atque hi status insinuantur primum tenui intestino, quod καὶ λεπτὸν simpliciter dicit. Atque tenue intestinum prorsum incumbit in vmbilicum, multisque anfractibus conuoluitur, vnde difficilior exitus flatibus, & tensio vehementior. Dolor autem acrior, quia, vegetioris sensus tenue intestinum est. Et quod in Aphorismis πρὸς τὸν ὀμφαλὸν scripsit, tenue intestinum intelligit, quod procumbit in vmbilicum: quomodo lumborum nomine cæcum & colum significat, in quibus conclusi flatus dolores mouent non solius intestini ratione, sed vinculorum, quibus intestinum renibus & lumbis colligatur. His ergo malis diuturnis, neque auxiliis medicis cedentibus tympanias significatur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Sicci hydropis signa eduntur, vt & aliorum omnium morborum, cum ad partium interiorum dispositionem, quam Aristoteles διαίρησις, καὶ ἀρχῆ μετὰ βολῆς appellat, causæ quædam efficientes accesserint: vt cùm intestina tenuia & ventriculus refrigerata sunt immodicè, aut iccur calidius circumpositarum partium calorem natiuum resoluit, aut perennis fluxio partes nutritioni dicatas labefactat. Tum enim leui occasione hydrops siccus superuenit, cuius metum incutiunt cibi prope omnes in status conuersi, frequens ventriculi inflatio cum dolore colico simili. Quandiu enim status infra, supraue erumpunt, materiæque potius in causa est, quàm intemperies confirmata, ægri liberantur. At vbi alteratio eò progressa est, vt iam temperiem partium natiuam alienauerit, subsistunt status imbecilla intestinorum & ventriculi facultate excretrice, & obstructis meatibus, vt ab inflammatione, duro stercore, tumore. Tum dolores ventris ac tormina accedunt flatibus nonis continenter excitatis à calore natiuo languido, aut extraneo vehementi, vt nec medicamento, nec fotu, balneo, theriaca, aut similibus quicquam concedant, quoniam horũ origo non tam ex materiæ suppressione, quàm ex hæctica intemperie pendet. Distenditur ergo abdomen circa vmbilicum, cutisque contactu ac pressu durior est, tympani modo sonat, moles minor, & minus, quàm in ascite, renititur. Grauitas nulla est, aut exigua: partes superiores graciliores sunt: crebri ructus vrigent, & flatibus deorsum erumpunt, ex quibus alleuatio quidem aliqua, sed exigua insequitur. His ita constitutis de hydropem sicco dubitari non potest. Ac tum verissimum est, quod scribit Hippocrates, Quibus tormina circa vmbilicum fatigant, & labor atque lumborum dolor, qui nec medicamento, aut villo alio modo solui potest, in hydropem siccum firmatur. ἐσθρους autem vocat Hippocrates dolores per anfractus tenuis intestini circumuolutos exquisito sensu præditi ab acti humore mordente, aut flatulento spiritu intercluso, nec exitum habente. Hi potissimum affligunt circa vmbilicum & lumbos propter cæcum & colon, quod illic sæpe angustius est, & propter vincula neruacea, quibus collum & renes inter se colligantur. Huiusmodi validos intestinorum dolores vulgus colicos dicere solet, quanquam ab ea parte, qua dolor sentitur, vix vllum iudicium sumi potest, quòd magis colon, quàm tenue intestinum, dolor afficiat. Verum colici doloris frequentissimæ causæ sunt flatibus crassus, aut hærens

4. Aph. II.

pituita, quæ duo in tenuibus intestinis ob membranarum tenuitatem & adipis inopiam facile aut dissipantur, aut descendunt: in cæco ob eius paruitatem locum non habent, sicut nec in recto ob amplitudinem & facilem exitum. In colo verò anfractuoso, crasis membranæ recto, ac multo intus & inæquali adipe infarcto means excrementum moratur & retinetur. At hîc tenuia intestina potissimum afficiuntur, vt & in ileo, causaque est inflammatio calorem natium resoluens, aut hæctica intemperies. Nam si critica vacuatione, aut sola refrigeratione, quam positivam vocant, aut ex humoribus frigidis & crasis dolores illi oborti essent, emendata intemperie per forum, atque interius assumpta, & vacuata materia per medicamenta purgantia facilem conquirerent. Obfirmatam ergo causam ostendunt perseverantia doloris, & pertinacia. Memini Hippocratem quodam loco referre, vocatum se ad horum dolorum curationem, admouisse deceptum calorificam: à quibus diu adhibitis cum nihil iuuaretur æger, transisse ad frigidam cum magna utilitate, & doloris alleuatione.

7. Epid.

## XXXV.

Τὰ ἐξ ὑδρωπικῶν ἐπιληπτικὰ, ἀλέθρια.

*Ex morbis hydropicis comitiales lethales.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

H A E C prius exposita.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

V I D E Aphorisma trigesimum libri huius.

## XXXVI.

Ἵδρωπὸς πρὸς γερὰ πέντε ἡμέρας παλινδρομῶν, ἀνέλπιτος.

*Hydrops, qui leuatus remedijs integer renascitur, desperatus est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Efficitur non sola arte, sed sponte naturæ, vt exhausta aqua, resolutis flatibus videatur hydrops percuratus. Sed intus defixa causa tumore, intemperie, aliisque id genus paulo post renascitur vitium. Nam exhausto fontis aluco, si quidem scaturigo viua incolumis est, ille aqua facile repletur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Solum illum hydropem naturæ beneficio, vel medici artificio curari posse docet Hippocrates, qui ex sola seri collectione & suppressione, aut materiæ flatuosa copia ortum habet sine scirrho hepatis confirmato, aut sine corruptela substantiæ eiusdem, aut marasmo retorrido, aut hæctica intemperie intestinorum. Vbi enim ex his vitiis aliquod in visceribus later, frustra status discutitur, aut aqua vacuatur, nisi vrgenti symptomati tantum occurras, quod sæpe causa ipsa molestius est. Possunt enim aluo commota multa expurgari, indeque venter detumescere, vt melius habere per aliquod tempus videantur. Verum insanabili vitio recrudescit malum, eoque mortiferum magis, quam ante, quod & vires infirmiores sunt tum ex diurnitate morbi, tum ex multa spiritus dissipatione in effusione aquæ, & viscera, quæ circumfusa vndique materia, tanquam fulcmento, subleuabatur, deorsum magis inclinant, simulque diaphragma & partes in thorace contentas reuellunt, vnde animi deliquia existunt, ac vires deficiunt, quarum iactura refarciri non facile potest. Ob eam causam, simul vt seruetur virtutis tenor, qui dissoluitur vasibus quibusdam arteriosis reclusis propter magnam

magnam corporum separationem à se inuicem, & puris acrimoniam, Hippocrates in Aphorismis præcipit, neque in suppuratis vitione, neque in hydropicis paracentesi vacuationem vniuersam & confertim fieri debere. Cum ergo hydrops aliquantulum alleuari videtur, postea redit, desperatio est, quia ex perenni materiæ generatione pendet, nec ægri sunt ἀναλαγχοί, de quibus iam dictum est ante.

## XXXVII.

τοῖς ὑδρωπικῶσι καὶ φλεβῶσι κοιλιῶν βαρύνει τὸ ὑδαρὸς, ἀνέλπιτος.

*His qui hydropem circa venas collegerunt, erumpente aqua in ventrem soluitur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

ET si hydrops reuera tū dicitur, quum aqua vel imbibita cuti, velut papyro, aut spongæ: vel inter peritonæum & intestina effunditur, tamen è venis quoque inclusa interdum aqua est, quæ si in ventrem, hoc est, intestina erumpit & excernitur, solutio fit, nisi vitium superfit in viscere & venis, quod de integro aquam regeneret.

DESID. IACOTII COMMENT.

Aqua in hydropicis vel per venas in omne corpus permeat, vt in leucophlegmatia (quæquam hæc etiam habitus corporis refrigeratione sine magno hepatis vitio sæpe fieri videtur, quod vrinæ ostendunt) vel angustis cæcisque poris, aut exeso, aperto, rupto, fissove vase aliquo sine sanguine sola, vt solet per renes, excidit, & in abdominis capacitate illabitur, vt in ascite. Interdum etiã ex hepate serum resudans (sive soluta sit ipsius continuas, vt in vlcere suppurata phlegmone, aut exiguo vulnere: sive febre ardente, aut calidiorum præsertim vini meracioris liberaliore vsu exaresfacta dehiscat) intra ambietem membranam, quæ integra est, colligitur, & vesiculas aqua plenas (ὕδαρτιδες Græcis dicuntur) concitat, quales sæpe in pecudum bovinumque iugulorum iccore cernuntur, quæ in omentum (vt scribit Hippocrates) erumpunt, ventisque aqua repletur, atque moriuntur. Habet enim omentum peræ, & impertusi infundibuli speciem, quo intra se portæ caudicem excipit, per cuius ramos excidit aqua. In his omnibus si aqua circa venas colligatur, ex hisque in aluum erumpat, soluitur morbus. Et enim quæ materia ab hepate manat, vel per venas, atque ita potius ad intestina: vel per superficiem & membranam in omentum exudat. Quibus verò meatibus id fiat, non facile dici potest. Vel enim serosa humiditas venis conclusa ita purgatur: vel aqua in medio peritonæi & intestinorum collecta, aut in omento exugitur à venis mesenterij, è quibus transfertur ad intestina. Hippocrates de internis affectionibus peculiare esse leucophlegmatia scribit, vt pinguedo colligescat, & à calore, qui in pituita est, fiat aqua: quæ si sensim distillet intra cutem & membranam carnosam, aquam inter cutem pariat: sin in venas meseræi absumatur, profluuium alui, quo liberatur æger. Verum experimenta docent, naturam, quemcunque liquorem concoxerit, stillatim colare, non per meatus manifestos, sed per angustos quosdam cæcisque poros. Sic meseræica vasa ad intestinorum cavitatem non dehiscunt, sed per latera sugendo purius trahunt. A dextro in sinistrum cordis ventriculum cæcis ductibus sanguis permeat, & à venis ad arterias per occultas anastomoses. Vrina quoque per renum carnem excolatur: sanguis à porta ad cauam per hepar, animalis spiritus per cerebri substantiam: semen per testium molem: menstruus sanguis ad vbera conscendit non vasorum ductu, sed media per interstitia partium transcolatione. Sic aluntur ossa & membra maxima ex parte per inuisibiles meatus allicientia, non per apertos.

7. Aph. 55.

DDD 4

δυσεντερία ἢ ἀμείβουσα ἐπιπέσει, ἀπόστασιν ἐν πλάσσει, ἢ ἀπὸ γαγγλίων, ἢ ἐν ἀρχαῖσι ποίεσι, ἢ μὲν χολώδης ἐν ἀρχαῖσι, ἢ ἀμείβουσα ἐν πλάσσει, ἢ σπλάγγνι.

Dysenteria intempestivè suppressa abscessum facit in lateribus, visceribus vel articulis. An non biliosam in articulis, sanguineam in lateribus & visceribus?

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Satis indicat Galenus contra Herodotum, quantum noccat intemptius astringentium usus in dysenteria, quae exulcerationes sunt intestini cum alui profluvio. Supprimuntur quidem declinante morbo, & ne materia in partem nobilem versa iniuriam adferat, imperatur astringentia mistis aromatibus & iis, quae urinas moveant. Sic enim diverso humore ad urinas, ulcera possunt celerius sanescere. Et quantum licuit cognoscere experientia, alios vidi suppressa intempestivè dysenteria in epilepsiam incidisse, alios in pleuritidem. Cuidam quoque cò- uersa materia ad manus, foedam densamque scabiem leprae persimilem pustulis saniosis confertim inuexit. Nonnullis medicamentis astringentibus sic astrictis, ut inde siccatis intestinis vix quarto quoque die postea deiecerint. Quod autem dubitanter scribit, id quidem fecisse par est, quia eos abscessus biliosos in articulis, sanguineos in lateribus & visceribus aliquando obseruarit. Neque enim ratione constare potest, cum bilis sursum potius moueatur.

DESID. IACOTII COMMENT.

Dysenteriae nomen Hippocrati symptoma est, non morbus. Significat enim ἀσχετησιν ἢ ἀμείβουσα, vel τὴν ἐξ ἐσθρας ἐκκρισιν ἀμείβουσαν, excretionem cruentam per sedem, quae ab haemorrhoidibus loci tantum affecti ratione distinguitur. Haemorrhoides enim fiunt in ano: deiectiones vero cruentae per venarum orificia in intestinorum anfractibus aperta, aut exesa, vel in ipso etiam intestino recto, longè tamen ab ano, & in superiore eius parte. Harum deiectionum cruentarum differentias quatuor numerat Galen. Vna est, quam venosam dicere licet, ex immodico, sed minimè noxio sanguine, in qua repèrè multum sanguinis deicitur, ad aperto nimirum vasis osculo, ob idque ab Hippocrate ἀμείβουσα nuncupatur. Altera propriè dicta exulcerato intestino, ut plurimum à bile acris, aut pituita salsa & corrupta, quae praecedente hyeme Austrina, vere Aquilonio grassari solet, aut aestate fieri, & autumno, cum hyems Aquilonia fuerit, & ver austrinum ac pluuiosum. Tertia atrabilaria ex adulto in hepate sanguine, aut ad crifim referuato. Quarta propriè hepatica, quoniam ex iecoris infirmitate, ut plurimum δὴν κρεῶν πλάσμα, tanquam carnis recens macerata lotura excernitur: & quandoque purus sanguis non multus: interdum cum flava bile commixtus, nonnunquam etiam suppressione & aestu velut sax sanguinis. Fieri quoque potest, ut dysenteria utriusque affectus symptoma sit, hepaticae videlicet imbecillitatis, & ulceris intestinorum: aut plenitudinis, & hepatici affectus. Proinde Galenus meritò reprehendit medicos, qui neglecto hepate solius vlcis in curanda dysenteria rationem habent. Videndum igitur in quibus dysenteria Aphorismus hic verus sit. Prima oritur ἐξ τοῦ πλεθροῦ ἀμείβουσα ἢ τῆς φλεβίης, propter plenitudinem sanguinis in venis, ut in rubris ad melancholiam paratis propter crassum & calidum sanguinem; aut in mutilatis, & ex laboriosa vita ad desidiam conuersis, anni còstitutione calida & humida, verno tempore, suppressa aliqua vacuatione, nec copia arte imminuta. Nam ex profusione sanguinis immoderata, aut frigore hyemali, aut temperamento praehumido corpus minus, quam

3. de sympto. caus. & 4. de artic.

3. Aph. 10.

quam prius, per cutim perspirat. Quod ergo non exinanitur, intus cohibitum sanguinis copiam auget. Quod fit, ut acruata plenitudo statis ratisque temporibus, ut mulieribus menses, per intestina erumpat referatis venarum ostiis, interdum etiam per nares, aut sedem, idque λείρωσ καὶ ἰχυρῶσ. Nam repente sanguis multus deicitur, natura, quod infestabat, expurgante, si bene cum agro agatur, & ut Galenus loquitur, σὺν δὲ πυλῆσι ἢ πλεθροῦσιν. Haec distinguitur ab utraque hepatica, quia cito definit, nec cibi fastidio agros conficit, cum hepatis nulla subfit infirmitas, sed plethora soluat. Ob eamque causam dubium non est, quin suppressio, & sanguinis refluxus ad hepar & partes nobiles, graues morbos inferre possit, maxime plethoricos. Quoniam vero saepius copia in pectus & pulmones conuertitur, alterum è duobus accidit (ait Galenus) ut aut in pulmonias & laterales morbos incurant, aut in sanguinis excreationem, nisi arte plethora imminuatur, ut venae sectione, cibi abstinentia, frequenti purgatione per aluum, exercitio, frictione, lotione ante cibum, & similibus. In vera autem dysenteria, quae (ait Hippocrates πρὸ πλεθροῦ) per totum ventrem tormina excitat, propter humoris acrimoniam, flatum, & vlcus, egeritque bilem, pituitam, & sanguinem, μακρῆς καὶ πολυπονοῦσας, ac tandem colliquato corpore δανείωδης, maxime pertimescenda est eiusmodi suppressio, & symptomatica translatio. Ea enim constat ex fluxione, motu, & putredine humoris mordacis, frequentissimè quidem bilis flavae aut salsae pituitae: interdum etiam cum certo mortis periculo, bilis atrae: nonnunquam etiam sanici ac puris ex rupto abscessu interiore, aut critica è venis vacuatione, quam dolores mordaces cum sanguinis pauci excretionem perpetuè & antecedunt, & comitantur. Ob idque si quis hanc fluxionem, antequam còstitit, medicamentis astringentibus cohibere aggressus fuerit, primùm quidem suppressione humoris morbifici & aestu inflammatio, febris, ventris inflatio, ac dolor colico similis inuadunt: deinde symptomatica translatione ad partes nobiles deliria, epilepsia, pleuritis, peripneumonia, hepatitis, hydrops, vel arthritis, pro natura humoris translati, & partis excipientis, insequi solent. Hunc materiae secessum praclusa via inferiore ἀπὸ στασιος vocat, non quidem abscessum per emissionem, sed per alterius morbi in alterum transitum quomodo in Epid. scribit ex febribus, & aliis morbis ἀρσενείσιν, id est, digressiones in quartanas fieri. Alioqui humoris est μετέστανσις, aut μετέστροφισις. Quod autem de abscessu ad articulos scribit, ex 6. Epid. intelligitur, quo loco docet ab arthritide ad dolorem intestinorum, & contra, permutationem saepe fieri per fluentium humorum translationem ab articulis in colon, aut à colo in articulos. Quamquam alibi Gal. interpretatur de doloribus articulorum, qui accedente coli intestini dolore vehementiore alleuari videntur, quoniam in doloribus simul excitatis, non eundem tamen locum obsidentibus, vehementior alteri obscurat. Cur autem sanguis magis in thoracem ressuat, in causa sunt hepar vicinū, venae cauae situs ac distributio, & partium respiratori inferuentium peculiaris infirmitas, idque maxime fit in dysenteria ἀμείβουσα, ut diximus. Bilis vero tametsi suapte natura sursum ferri soleat propter calorem, & substantiae tenuitatem: propter acrimoniam tamen ab omnibus partibus, praesertim nobilibus, reiecta, quam longissimè fieri potest, propellitur, ac tandem, ubi viscera robusta sunt, in imbecillioribus articulis obfirmatur, ad quos propter tenuitatem facile penetrat, cum etiam pituitosis crassisque humoribus eò decumbentibus misceri, quasi pro vehiculo, soleat, idque potissimum accidit suppressa dysenteria χολώδης. Nam hepaticis dysenteria Aphorismus non conuenit.

4. de art. 40.

1. Epid. 20.

lib. de hum. 3.

XXXIX.

δυσεντερικῶσιν ἐμείλωσ χολώδης ἐν ἀρχῆσ, καὶ κρόν.

Dysentericis vomitus biliosus initio malus.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

AN quia magnam vim astuantis bilis indicat, quae superiorem ventrem pariter atque inferiorem turbet.

DESID.



**S**aepe scribit Hippocrates vomitum alui profluuium, & alui profluuium vomitu scurari. Præterea in vomitu nõ solum vim inesse astringendi aluum, sed etiam soluendi. Ventrem (inquit) compactum vomitus soluit, & egerentem magis, quàm oportet, fistit, illum quidem humectans, hunc verò sicans. Cùm igitur aluum quis sistere velit, auidè deuoratum cibum euomere oportet prius, quàm humefcat, & infra detrahatur, acerbisque cibus & austeris vti potius, quàm aliis.

**In Aphorismis quoque scribit Hippocrates longo alui profluuiio laboranti superuenientem sponte vomitum, soluere morbum, propter reuulsionem materiae, vt censet Galenus. Primo quoque de morbis, à profluuiio (inquit) alui valido correpto vomitus superueniens bonum. Et de locis in homine, Sic quidem vomitu vomitus sedatur. Rufus autem propterea quòd sedatur, quia infernè deduxit id, ex quo vomitus fiebat, atque ita contrariis ambobus modis (scilicet à simili contrariòque) homo sanatur. Adde quod ὑπερβολῆς vomitus remedio est, & infinita alia, quæ maximum fuisse apud veteres vsum vomitus docent, cùm iis aliis morbis, tum maximè in profluuiio alui. Quò fit, vt non rectè dictum videatur in dysenteria vomitum biliosum initio malum esse. Verùm idem Hippocrates sæpe etiam permagni referre scribit, scire, quibus vomitus cõferat, & quo tempore fit imperandus, & sapène an ratò hoc remedio vti oporteat, quin etiã sponte, an artificio medici superueniat, de quibus omnibus dicetur alio loco accuratius. Itaque non absolute dixit vomitum hîc malum esse in dysenteria, sed biliosum, & initio. Quia enim biliosus est, neque à cibo, neque à medicamento ortum habere vult, sed à materia copia & feritate, quæ duas simul partes similiter imbecillas inuadit, quod alibi rarissimum esse voluit, vt cùm scribit, minus lienosos fieri, quia à capite coriza laborant. Nam si plethora, aut cacochymia naturam irriter, in vnam aliquam partem aliis imbecillioem superflua omnia confluunt, cæteræque partes liberantur. Vbi contrarium accidit, quia μὴ ἔτι τὸ σπληνὸν ὑπόσπον, non secundum consuetum modum, idcirco malignum est. Proinde diximus antea quosdam esse περιβάλλειν αἷμα, in quibus flaua bilis sursum fluctuat: in aliis ad aluum & intestina bilem omnino ferri. Vbi in eodem agro vtrumque concurrat, vt bilis omnia interiora petuat, malum est, maximè verò initio dysenteriae, tum quia humor sursum fertur, qui per inferiora vacuari debet: tum quia in principio nihil bene excernitur à natura, & sèmpè prauum est stomachum per sympathiã intestini affici in dysenteria. Symptomata est ergo excretio, qualis in cholera morbo, in quo vomitus profluuium alui iungitur, propter acrimoniam & redundantiam humoris circa ventriculum, & è toto corpore ad ventriculum confluxum, quem colliquatio insequi solet. Alia ratio vomitus, qui robore naturæ, aut medici artificio sollicitatur, & diu iam trahente morbo, cuius materia aliò auertitur, & vacuatur. Quæ omnia in vomitu vtili Hippocrates requirit.**

2. Acut.

6. Aph. 15.

6. Epid. 2.

X L.

Ὅταν ἐκ δυσεντερίας ἀξίως ἐκ πυώδους ἦκετ' ὕγρον, ὁ περιττωματικὸν ἐκλειπὸν ἐστὶν ἡ ἀποβολή.

*Quibus ex dysenteria acuta ad purulenta progressus est, vis, quod superstat, admodum album erit & multum.*

**D**ysenteria alia acutior & celerior, alia tardior. Et quæ acutior, febrem acutam coniunctam habet, excrementa statim biliosa pinguia: Alia sine febre est, aut cum ea quidem, sed leui: excrementa verò non ita acria. Illa cum grauibus torminibus, doloribus, & vigiliis: hæc citra hæc, aut multo leuiora. Nam in dysenteris nonnunquam atra, nonnunquam flaua bilis, meraca excernitur, feruens, despumans,

despumans, acris. Interdum aquosa, aut mucosa. Ac fieri potest, vt primum trāscurrente liquida bile, & exulcerante certas intestini partes, πυώδεις, purulenta & fœculenta excernant, quod fit inualecente dysenteria. Et quia biliosis atatibus per intemperantem vitam & genus alimentorum, acce aliquando concurrente, multa cruditas colligitur, quæ inhæret sæpe intestinis lenta, viscidâque pituita: eaque à bile deraditur, apparentque albida, mucosaque excrementa, quæ in media bile conspicias. Hæc experientia docere potest, & in generatione dysenteriae meminuit Galenus eius pituitæ, quæ intestino collecta putrescit, eraditur, & mucosa reddit excrementa. Eaque tam multa, vt mirum sit tantam vim aut ante colligi, aut in presentia signi.

**P**υώδεις Hippocrates dicere solet (quod veteres interpretes Prorrhetici annotarunt) vel reuera purulenta: vel similia puri, qualia sunt caro ac pinguedo colliquata, & pituita concreta ac putris. Tondem modis excrementa in dysenteris acuris progressu temporis purulenta reddi possunt, id est, iis, quæ ab acris humoribus oriuntur, non autem à plenitudine in venoso genere, aut hepatica imbecillitate. Eiusmodi enim dysenteriae acutæ esse non solent, nec ferè coniunctam febrem habent. Quæ verò acutæ sunt, interdum à venosi generis critica expurgatione ortum habent, aut ab abscessu rupto in superioribus partibus, vel intestinis, ex quo pus effusum, & putredine acrius redditum intestina exasperat, & abradit: interdum verò à pituita salsa, aut bile acris, aut vtrisque simul, quæ initio intestinorum mucum tantum, mox pinguedinem illis adhaerentem exiguo calore perfusam deradunt, & in excrementis representant: progrediente malo interiorem etiam intestinorum tunicam exulcerant, cuius pelliculæ & fibræ diectionibus permixtæ apparent: tandem verò altius penetrante, & depascente vlcere ipsam carnem propriamque intestini substantiam putrem, vel excam simul educunt. Separat ergo Hippocrates excrementa reuera purulenta, aut per humoris alterationem purulentis similia, ab iis, quæ colliquationem carnis, & pinguedinis sequuntur, quòd id maximam vim habeat tum ad διάγνωσιν, tum ad πρόγνωσην, cùm alia admodum periculosa sint, & mortifera, alia verò interdum etiam salutaria & critica. Distinctio autem potissimum sumitur à multitudine & colore. Nam si purulenta sunt per coctionem humoris & mutationem in pus, aut per abscessus interioris eruptionem, illic quidem id quod superstat, multum est, & admodum album: hîc copiosum quidem, sed minus album, nec lentum, quoniam multum pituitæ purulentæ, aut puris effusi per inferiora excernitur. At in colliquatione pinguedinis, & carnis, excrementa quidem purulenta apparent, sed pauca, fœtida, glutinosa, & minus alba, quoniam & pauca pinguedo est in intestinis, & vehementem colliquationem esse oportet, quæ multa glutinosa excrementa pariat. Verùm etiam si vehemēs adesset colliquatio, & inde multa prodirent excrementa puri similia, tamen nequiquam admodum alba apparerent. Nam pinguedo intestinorum recens corrasa, aut à calore igneo, sed nõ admodum maligno liquata, minus adhuc alba est, quàm pituita in pus conuersa aut saltem minus copiosa: quæ verò vetus est, & semiputris, aut à calore vehementiore colliquatur, subpallida etiam apparet. Etenim non modò ipsa pinguedo, verùm etiam seuum temporis spatio suum colorem mutant, & subpallida fieri manifestò videntur. Adde quòd colliquatio omnis fœdi odoris est, eoque discernitur tum à reuera purulentis, tum à crudis humoribus, & pituitosis, qui vel exigua, vel non tantam habent odoris fœditatem. Multitudo ergo purulentæ materiae cum albedine sine magno fœtore, ostendit pituitam esse, quæ in puris similitudinem mutata vtiliter sæpe excernitur.

X L I.

τὰ δυσεντερικά, ὑπερβρα, ἰλυώδεις, λεῖβρα διαχωρήματα ἐπὶ φλογώδεις, ἐξερύθροι, χρώματι λευκώμα, ἐλπίς ἐπιμαήνοι.

Dysenter

Dysenterica, subrubra, limosa, larga excrementa alui in flammis, valde rubicundis coloribus soluta, in sania timorem inducunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

H A E C ex sequentibus intelliges.

DESID. IACOTII COMMENT.

Aliarum dysenteriarum, quæ acutæ non sunt, excrementa, eorumque significationem docet, quales sunt hepatica, & venosa. Nam si repente sanguis multus deicitur, apertis venarum osculis naturam, quod noxium est, excernere coniciendum, ex quo dysenteria αματώδης, vel αιματηρά dicta existit, quæ veluti quodam impetu incitatur, & citò definit sine vlllo cibi fastidio. Si verò excretio quidem cruenta sit sine torminibus, sed neque eo statim feratur impetu, & fastidiū cibi coniunctim habeat, hepatica dysenteria est, in qua vtpurimum quasi carniū lotura & sanies sanguinis tenuis ac diluti inter initia excludi solet. Interdum tamen accidit, vt cum eiusmodi repentino sanguinis profluuio incipiat, siquidem ad hepatis infirmitatem plenitudinis quoque affectio accesserit. Verum post initia vtrouis modo facta fuerit, vnà cum summo cibi fastidio sanguis purus, aliquando non multus, nonnunquam etiam flauæ permixtus bili, cum intestinorum adipe corraso deicitur. Tandem verò trahente morbo cum malè admodum iecur affectum est, quasi sanguinis fax etiam apparet, & tanquam grumus, fluxusque nocte excitatur magis, & longioribus intervallis. In deiectionibus autem eiusmodi, præsertim in quibus bilis aliquid permixtum est, summa quoque intestinorum tunica humoris acris transitu abradi solet, vnde intestinorum ipsorum particulæ quædam, quas ευσματι, id est, strigmenta Græci dicunt, simul deiciuntur. Ex quibus perspicuum est in vtraque hac dysenteria subrubra, cœnosa, & multa excrementa per aluum defluere, atque interdum vtramque simul inuadere, nonnunquam etiam alterutram cum ea, quæ propriè dysenteria est, coniungi. Neque enim in simplici intestinorum exulceratione cum dolore ac torsione ventris subrubrotum & cœnosorum excrementorum copia esse potest, sine alterius speciei accessione. Monet ergo Hippocrates, horum excrementorū suppressionem valde lethalem esse, & in his, qui sanguineo sunt temperamento, rubræque facie maniam polliceri. Quod ita distinguendū est. In hepaticis tamen si excrementa & subruenta sint & cœnosa, quoniam ab integra cœctione deficiunt pro intemperiei calidæ, aut frigidæ excessu, nunquam tamen ægri facies inflammatur aut valde rubet, cum sanguis cum spiritu deficiat. Suppressa itaque excrementa assantur quidem vel ab immodico æstu, vel per moram, quia modicus calor aucta mora non minus exurit, quàm immodicus breui. Nunquam tamen per se maniam inuehere possunt, sed tandem resoluta hepatis vi colliquatæque substantia paulatim ægri contabescunt. Quoties verò cum his facies valde rubicunda apparet, aut venosa & critica est dysenteria, aut hepatica cum plethora coniungitur. Solent enim etiam interdum per morborum crises admodum praua excerni, cœnosa, exitioso calore, ac fetore propter inemendabilem pulsa malitiam, de quibus Hippocrates, cum scribit, excretionēs liuidas, cruentas, fetidas, si bene exeant, bonas: si contrā, malas esse. Has itaque in ægris flammeo & valde rubicundo colore suffusis bonum non est, solui, id est, supprimi ac desinere ante perfectam euacuationem. Ita enim Hippocrates has voces vsurpare solet λυειν, καὶ κείνειν, cum videlicet affectus augentur, minuuntur, terminantur, aut degenerant in alium morbum, vt scribitur ἐπιπαθῶν. Colores autem flammei & valde rubicundi in facie & supprimi ante tempus excretionēs illas cruentas denuntiant, & plethoram in caput transferri, & mania periculum impendere. Nam valde rubicundi esse non possunt, in quibus sanguis copiosè per aluum deicitur. Facta autem in caput παλινδρομία, aut μετὰσσει, propter calorem sanguinis vehementem, humorum motum, vasorum superiorum amplitudinem, & rectum capitis

4. de art.

4. Aph. 47

pitis situm rubor faciei saturatus superuenit, qui per se quidem solam copiam ostendit: cum mœstitia verò & febre melancholiam à crasso & calido sanguine, aut etiam maniam ab atra bile, nisi vel hæmorrhagia, vel parotydibus, vel cholera morbo superueniente liberentur. Neque enim fieri potest, vt ægri perinde colorentur, vt sani. Quare pro illa, quæ in ipsis est, affectione à calore extraneo & immodico impensè rubri euadunt, & bene coloratis similes videntur. Quod autem valde rubrum est, id ad melancholiam idoneum esse scribit Hippocrates, cuius signum est mœstitia. Cum ergo (ait Galenus) florida & rutila facies apparuerit non solum in dysenteria cruenta, sed in omni febre calidiore: æger autem valde tristis fuerit, quædam in cerebro valde calida affectio esse viderur, quæ sanguinem adurit, ob eamque causam bilem atram gignit, ex qua periculum est ægros εκμανῆνα. Sic in Epidemiis Hippocrates ἐφευθῶδες melancholicum genus & subsanguineum vocat: deinde docet ita constitutos, causis, phrenitidi, & dysenteriosis excretionibus maximè obnoxios esse, quemadmodum iuuenes pituitosos, tinesimis: homines verò amaræ bilis longis diarrhœis, & acribus, ac pinguibus deiectionibus. Quod si ex hac suppressione facies non ita rubescat, ad pectus & pulmones sanguis potius remeat, vnde laterales morbi, pulmonia, hæmoptoïsis, cholera certo circuitu repetens collecta æquali in tempore sanguinis æquali copia in venis, vt alibi docet Hollerius, vt supra exposuimus.

1. Prorrh.

3. Epid. 3.

X L I I.

δυσήλεειν ασπρωδες, μη μακρη, χηρῆσιμον, μακρη ὁ ποτηρον. λιγυρῆς γαρ, εἰ ὑδρωπες, ἢ λευκωδεις γινωσται, γαρυσιμον.

Dysenteria, quæ longa non sit, lienosis utilis: longa praua est. Ea enim desinente in hydropas, vel lenterias, lethale est.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Lien imbecillior multam fœcem colligit sanguinis, & si refluit in corpus, varios morbos adferre solet, epilepsias, insanias, melancholias, caneros, vlcera maligna, elephantiam. Conclusa viscere sæpe scirrhus gignit, quod cum sit, ασπρωδοι proprie dicti à Græcis. Id autem fit aliquando intemperie splenis, vnde imbecillitas, quæ δριδῶδης, aliquando alimenti vitio, aut aliunde nato vitio & lienem opprimente. Hic ergo natura visceris exurgit, & sese liberat depulso excremento in intestina. Breui ergo tempore leuata natura utilis est ea dysenteria, vnde intelligitur nondum inualuisse malum, vitiūque visceris, vt perpetuò colligat excrementum, & vicissim nutriat alui profluuium. Quod si longius perseverat malum, corrupta scaturigo, infectaque. Quomodo enim in scaturiginem alui coniecto cœno alueum, & qui inde riuu oriuntur, infici necesse est. At venis ipsis scaturiginis inquinatis diutius maleficium trahitur. Ac inde hydropes vitio iam transeunte in hepar. Sæpe enim à liene hydrops quartanarum argumēto, & melancholiz, quæ φροδῶδης appellatur. Lienteriz quoque dysenterias sequitur malo euentu, quod in Aphorismis notat Hippocrates. Lienteria fit intestinis longo cursu materiæ læsis. Alia lege in com. Aph. 43. libri sexti.

Desid. Iacotij de splenicis.

Adem sententia scribitur in Aphorismis hoc modo, Qui lienosi dysenteria corripiuntur, iis superuenientem longam dysenteriam hydrops, aut lenteria excipit, & moriuntur. Paulò post verò, Lienosis dysenteria superueniens, bono est: nimirum quæ, vt hoc loco, longa non sit. Verum lienem complures variæque affectus occupant, vt imbecillitas, qua attrahere, aut conoquere melancholicum sanguinem non potest: tumor sine scirrhus laxus, nec admodum

6. Aph. 43. 48.

E E E

renitens ex aquoso, & crudo humore, aut melancholico ac terreno, cum multo flatu: obstructio venarum & arteriarum ex crassiore humore cum solius grauitatis sensu, aut totius substantiæ, cum tumore duro: scirrhus durus, valde renitens, exitiosus, ac diuturnus: inflammatio cum febre acuta, nigrore linguæ, siti implacabili, sinistri hypochondrij distensione, tumore ac dolore pulsante: atra bilis in liene vicinisque locis congesta, sine tumore, cum multo flatu, ructuque, quasi ex lebetis aqua subdito igne, cordis palpitacione, faciei per interualla rubore, metu, tristitia. Ex his autem tractis in sympathiam vicinis partibus & coniunctis multi alij affectus oriuntur, vt ex hepatis sympathia hydrops, icterus nigrior, quasi flaua bile fuligini permixta, vitiosus totius corporis color: ex ventriculi sympathia, vomitiones nigrae, & vitiata concoctione, crudus aquosusque chylus fluctuans cum pyelismo, flatu sursum deorsumque necnon rugitu quodam & murmure vel in ipso ventriculo, vel in colo visceri assidente collecto: præterea interdum vehementissima appetentia cibi, acido melancholicoque excremento eò confluente, quod & fugit mordetque venarum instar, & ex vigilis (ait Aretæus) famem inuchit: interdum contra ingens ad cibos omnes offensio, concepta in illo excremento horrida aliqua & naturam offendente qualitate, quæ subuertit appetentiam, natura interim in expellendo occupata, nec recipiente cibum, nec trahente. Ex cordis verò consensu vapore lacessiti palpitatio, leuiusculæ animi defectiones, ignauia, totius corporis inertia. Ex consensu cerebri metus, tristitia: sæpius capitis grauitas, inconsueta somnolentia, eaque turbulenta ac molesta. Sed & ab affectibus lienis oriuntur herniæ, calculi, deiectiones nigrae, colliuationes (ait Galenus) scirrhii, inflammationes, & omnino obstructions, tumores circa mesenterium, & pancreas, melancholia, & dispnoeæ per oppressionem diaphragmatis, cui subiacet. Præterea lien post glandulas & pulmonem, aptissimus est ad excipiendas fluxiones propter laxitatem, & trium facultatum infirmitatem. Cum igitur tot tamque varios affectus lien vel ipse patiatur, vel in alijs partibus pariat, Hippocrates autem dicat absolute *σπληνώδεις*, meritò existit quæstio, quosnam hæc affectus velit intelligi. Galenus splenicis interpretatur, quibus longo tempore lien obduruit ab infarctis humoribus crassis & melancholicis, quorum translatione & vacuatione per superuenientem dysenteriam durities soluitur, modò ne eiusmodi vacuationes supra modum protractæ egros affligant. Alibi sine distinctione *σπληνώδεις* intelligit, qui ex splene laborant. In illum autem locum, vbi Hippocrates docet ab aquis calculolos, lienososque fieri, idem scribit, siquando lien non rectè iecur expurget, & sanguis multum facis habeat, tunc illa, quæ nigra appellantur, excrementa deiici, ac multos alios affectus fieri: progressu verò temporis eos, qui lienosi appellantur, consequi. Lienosos etiam esse, quorum lienès obsidet inflammatio, nec ad naturalem statum redeunt, nec abit inflammatio, sed duritia in eis manet, & natius corporis color immutatur: atque hos lienem habere imbecillum. Paulò post subiicit, Scito (inquit) hoc loco lienosos intelligendos esse omnes eos, quos prauæ aquæ gignunt: & qui ex illarum tum potione, tum verò omni vsu proueniunt: & qui ex hisce causis, atque occasionibus oriuntur: & omnes, qui ab affectibus lienis originem ducunt, cuiusmodi sunt hydropes, herniæ, calculi, morbus regius, & qui sunt eius generis: itèmq; scirrhii, inflammationes, & omnino obstructions, & colliuationes. Ex quibus locis intelligitur *σπληνώδεις* dici eos omnes, non solùm, qui è phlegmone nec concocta, nec digesta durum lienem habent cum scedo corporis colore, & defluxionibus, vt vult author medicarum definitionum: sed etiam quibuscunque lien malè iam diu affectus est, obstructus, tumens, durus, siue à fluxione externa, siue ex proprio excremento cum flatu, aut scirrhusa duritie. Is igitur tum symptomaticè, tum robore naturæ, aut medici artificio collecta excrementa per aluum, hæmorrhoidas, ventriculùm, nonnunquam etiam vtiliter per urinas excernere potest, vt docet Hippoc. de internis affect. Facta, vt quidam volunt, per coeliacâ arteriâ viâ, aut refluentè humore à liene ad hepar. Sed in què locu inclinatio humoru fiat, ex figura tumoris, & situ

lib. de humo. 3

6. Aph. 43.

6. de locis affect. 9. 981 τὸ πρῶτον. lib. de hum. 3.

6. Epid.

situ Hippocrates deprehendit. Nam multi præter naturam tumores lienem obsidere solent, vt duritia in partibus inferioribus, ait Galenus, vt quidam sit rotundus, quidam latus, quidam in longitudinem auctus. Qui ergo parte inferiore durus est, quia deorsum vergit, aut quia prauos humores, quos in se continet, in partes corporis inferiores propellit, ideo ab Hippocrate vocatur *κατὰ ῥόπον*, quemadmodum rotundus simul & *ἀνὰ ῥόπον* est, & *κατὰ ῥόπον*. De quo Hippocrates agens scribit, in liene *κατὰ ῥόπον* genua & pedes calidos esse: nares verò & aures frigere. Itaque in splenicis ita affectis humor, quo intumuit lien, interdum abscessum facit in crure sinistro, sæpiusimè per hæmorrhoidas, aut per intestina expurgatur. In Herophonte cum febre acuta lien quinto die intumuit: octauo imminutus est tumor: doluit inguem primùm secundum lienis rectitudinem: deinde dolores in vtramque tibiã transferunt. Quòd autem lien induratus hæmorrhoidè quoque sanetur, alibi demonstratum est. Frequenter quoque sub morbi finem criticè mouetur dysenteria *αἰματώδης*, aut deiectio nigrorum à sanguine atro sine exulceratione intestinorum, quod salutare est, interdum etiam ex suppressione, mixtione, astu contracta corruptela, cum exulceratione. Nam melancholici humoris transitus intestina non exulcerat, nisi post quadraginta dies, & adhuc ferius, vt veteribus visum est. Atra autem bilis erodens & exulcerans planè mortifera est. Ea igitur dysenteria lienosis omnibus vtilis est, quæ neque longa sit, & humorem crassum ac melancholicum vel scirrhim, vel alios mixtum euacuet, non autem bilem exquisitè atram, aut alios humores. Nam cum in longius tempus producit dysenteria, liquatur humor ex toto corpore, continuatòque cacochymia transitu intestinorum vires laborant peritque calor natiui symmetria. Ergo propter iecoris, lienis, & totius venosi generis cõsensum in longa dysenteria hydrops superuenit: propter vitium intestinorum, henteria, quæ magnitudine causæ, alimenti defectu, vigiliis, & assiduo surgendi labore post dysenteriam planè lethalis est.

Lib. de humo. 2. 6. epid. 2.

1. Epidem. 3.

X L I I I.

ἐν λειπεντεριμοῖς, καὶ γηρίων, ὀδύνας τέρφω λυόμεναι, τὰ περι ἄρθρα μεταρρίξιν, ἐν τοῖστων λέπια ἐξέρυθρα, φλυκταίνεμνα, ἐφιδρώσαντες οὗτοι διαφορίσθησιν οἷα μάστιξιν.

*In hentericis cum vermibus dolores tormine soluti, quæ sunt circa articulos in tumorem attollunt, ex quibus scammula prærubra, quasi inustis igne. At us, ubi exudarunt, quasi flagris cæsi erubescunt.*

IACOBI HOLLERY COMMENT.

AD obseruatione particulari scriptum. Est autem leienteria, vbi sic profluit lalus, vt immutatus, aut mutatus quidem, sed leuiter, tum cibis, tum potus excernitur. *θηρία* verò lumbricos dicere, qui è putredine gignantur, verisimile est. At quàm sit ambigua ea vox, prius expositum. Ac mixtum est dolores solui torminibus, nisi ea tormina dicat pro eo, quod consequitur, excretionem, eorum, quæ dolorem commouebant, aut certè in alium locum transpositionem, vt in articulos, vnde *μεταρρίξιν*, *ἐς ἄρθρα* dixit, quia videlicet, eo decurrente materia extuberant. Ex quibus, inquit, *λέπια* extant, squammula. Oportuit ergo humorem acrem effervuisse, à quoq; intestinis & ventre læsis orta prius fuerat leienteria, quomodo à dysenteria nasci solet. Et quod sequitur, *ἐξέρυθρα*, valde rubentia acrimoniam materiae indicat. Tam vehemens enim rubor id confirmat: magis quoque *φλυκταίνεμνα*, ambustis similia. *φλυκταίναι* enim pustulæ sunt, quales ab igne ambustis fiunt. *ἐφιδρώσαντες* de sudore, qui toto

exeat corpore, etiam si tenuis est, & paucus, dictum videtur: à quo ampullæ phœnicæ & rubentes excitantur, quales iis, qui vel vitica confrictis, aut verberibus casis exoriri solent. Ac colorem phœnicæ dixit, qualis est flori anemones, rubro papaveri, flori mali punici, & alteri anagallidi. Rutilus enim color is est, & igneus, qui quia sæpe accidit elephantiacis, inde & Φοινίκων ὄψος ab Hippocrate ἐλεφαντίασις dicitur, aut vt alij, quia in phœnicia & aliis orientalibus locis frequens est elephantiasis.

DESID. IACOTII COMMENT.

Causas quasdam lienteriae raras & obscuras docet, simulque vicissitudinē quādam esse doloris articularū & ventris. Postremò addit ἐπιγενήματα quedā ex vitata in ventre concoctione, & cacochymia in venis: omnia obscure, & per syndromen signorum, quæ sunt ἐπερογενή. Ob idque præstat singulorum vires expendere: vt intelligatur, num aliqua demonstratio ex his elici queat. Lienteria ergo Hippocrati non semper est λείπτης τῆς γήτρων, læuitas intestinorum, continua videlicet, æquabilis, & sine rugis vetriculi & intestinorum superficies, à glutinoso humore, qui internam tunicam obducens cibos incoctos celeriter elabi finit: sed retentrix facultatis debilitas, propter quā celer fit cibi nullo modo trāsmutati exclusio cum priuatione primæ cōcoctionis. Non enim cruditas festini exitus causa est, sed festinus exitus cruditatis, ex qua alui excrementa, ipsa alimēta sunt, neque consistentia, neque colore, neque odore, neque alia qualitate ferè immutata, sed subalbida, nulla cōmixta bile, aut sanguine. Hanc Paulus cum cœliaca affectione confundit, in qua tamen tanta cruditas non est, vt alimenti assumpti species apertè internoscatur, quoniam in Cœliacæ alimentum quidem liquatur, sed nec integrè coquitur, nec distribuitur, ob idque per aluum ex medio chylosa descendunt. Huius imbecillitatis cōtinendi cibi Galenus ex Hippocrate tres causas præcipuas refert variis locis, intemperie frigidam humidam vetriculi, & intestinorum quasi hecticam non aliam (quāquam omnis excedens intemperies operationem exoluit) deinde pituitosam è cerebro fluxionem: tertio exulcerationem superficiæ vetriculi, & intestinorum, idque facultate nihil perpessa. Ratio etiam conuenit. Nam si vetriculus villorum beneficio, & siccitatis atque caloris temperamento, quo villos contrahit, suum retinendi munus obit, potissimùm deficiet, aut impiedietur, primùm opposita intemperie frigiditatis & humiditatis, quæ vel adhuc fit, vel facta est, & hectica: secundò, pituitosæ defluxionis occasione acidæ, aut salis, quæ vel intemperiem illam imprimat, ex qua resoluitur facultas retentrix, vel acrimonia mixta irritat intestina ad præcipitem exclusionem, vel lubrica fluxuque substantiæ conditione delabi facit alimentum. Tertio, non obducta cicatrice, vt quidam volūt, sed vera exulceratione summas vetriculi partes occupante, vt à morfu, vermibus, acri sero, pituita salsa, quæ nõ secus atque lac serosum in puerorū ore, sic in illis partibus aphthas veluti quasdam excitant, & vt in stranguria vesicam, in tenesmo vltimum intestinum, ad præcipitem exclusionem continuò irritant. Differunt autem & signis, & curandi ratione permultùm inter se. Nam in prima specie nullus dolor est, nullus ructus acidus, nisi restitui intemperies cœperit, calorque natius quasi extinctus iterum excitari, per Aphorismum, In diuturna lienteria si ructus acidus superuenit, qui prius non extiterit, bonum est signum Neque verò purgatione opus est, sed fotu, cibo facili, vini meracioris, aut etiam Hippocratici potu, & similibus. In secunda verò specie ægri sunt ab initio ἀφυεργυμώδεις, quia acidum eructant, statimque sanantur purgatione humorum, & astringendi victus ratione adhibita. Tertia facillè noscitur dolore percepto ex morfu labentis alimēti, curaturque detergentibus, & exsiccantibus. Hanc igitur significare voluisse Hippocrates videtur hoc loco, quum vermiū ac doloris mentionem facit. Vermes enim in intestinis ex cruditate geniti, ad vetriculum ascendunt, vt Aristoteles docet,

4. Aph. 12. &  
3. Aph. 22. &  
6. Aph. 1. &  
2. Epid. 2. 36

6. Aphor. 1

4. meteo.

qui

qui morfu & humorum corruptela flatus, ventrisque torsiones concitant, vnde lienteria cum dolore, accedente potissimùm acri fluxione. Sed & cum fluxio diutius perseuerat, tum vermium generandorum causa est, tum etiam incipientis hecticæ intemperie vetriculi & intestinorum, vnde tormina à flatu, quem vel extraneus calor generat in materia humida: vel innatus deficiens in omni ferè obiecto. Hi dolores σφόδρα, aut potius σὺ σφόδρα soluti, siue mutati in σφόδρα, in tormina, ac mox cum torminibus desinentes sine excretionē vlla, & sine causa manifesta, quæ sunt circa articulos, non quidem semper, sed interdum in tumorem attollunt, vel communi illa ratione, quòd duobus doloribus simul excitatis, non eundem tamen locum obsidentibus, vehementior alterum obscurat: vel fluentium humorum facta distributione, aut transpositione, qui vt ab articulis in colon, ita à colo in articulos ἢ μετέσπει, ἢ διάδοσει, ferri possunt, per illum locum libri de humoribus, Cui intestinum in dextra parte, arthritico affectu laborauit: quietior erat: illo autem sanato magis doluit. Et sexto Epid. Cui intestinum in dextra parte arthriticus factus est, & quietior fuit: post curationem dolore magis fatigatus est. Hanc itaque μετέσπει τῆς δόξης χυμῶν intellexit. Quòd verò facilius sit humorum impetum è ventre, capite, ac toto corpore in articulos fieri, quàm ex articulis in ventrem, manifestum est, quoniam humores cruditiuas suapte natura deorsum magis feruntur, tum bile attenuati in partes longinquas & imbecilliores facillè sese insinuant: pedes verò & genua, per affectus viscerum, quæ sunt infra diaphragma, facillè in sympathyam adducuntur: quemadmodum manus, facies, & aures per affectus superiorum partium, vt de liene κατὰ δόξαν dictum est. Atque ob eam etiam causam tumorem pedum ac manuum in torminibus à tympania maximè lethalem esse obseruamus, communicata intemperie cordi, cuius influxus non amplius perficit alimentum. Sed & cacochymia ventrem occupans superiores partes, vt gingiua, os, palatum halitus acrimonia corrumpti solent: inferiores humorum decubitu, quoniam ventris infirmitas in concoquendo cibo omnium (ait Hippocrates) confusio, quia omnium corporis affectuum causa est. Quòd enim in aluo probè coctum non est, sæpius impuritatis vasorum occasio existit: & vitata vasorum concoctio primùm quidem impuritatem in venis facit, id est, prauorum humorum redundantiam: deinde multa in toto corpore perturbat, & confundit. Itaque subiicit Hippocrates, ex tumoribus articularum è ventre excitatis, scammulas prærubras, quasi ambustis igne superuenire, nimirum quia non solum humor è ventre communicatur partibus extimis ἢ μετέσπει, sed etiam cacochymia, καὶ τῆς ἀγγείων ἀκαθαρσία, id est, vasorum impuritas ἢ τὴν τῆς κοιλίας ἀκαθαρσίαν, propter ventris segnitiam: quasi diceret Hippocrates non quidem certò præfagiri posse ex doloribus ventris cum lienteria articularū dolores, & pustulas à calido & acri humore: sed vtrūque sæpe insequi, μετέσπει videlicet, aut διάδοσει, καὶ ἀκαθαρσίαν τῆς ἀγγείων, quæ sunt quasi effectus prauorum humorum in aluo putrescētium, per tumorem articularum, & pustulas significati. Nam vt causa effectum indicat, sic quod effectum est, quæ fuerit causa, demonstrat. Vitata ergo in vetriculo concoctione per lienteriam, ac tormina à sero acri, vermibus, vlcere, incipiente hectica intemperie, impieditur concoctio in venis & aliis partibus, quoniam sanguis corrumpitur, fitque ichoroides, deinde partes solidæ labefactantur, nec proprium alimentum assimilare valent. Sanguis itaque extraneo calore concepto feruens sudamina, & pustulas concitat, de quibus dictum est alibi. Ex quo etiam intelligitur conuersionem cibi in flatum, quam Hippocrates laudat in lienteria à frigida intemperie, meruendam esse maximè in ea lienteria, quæ fit à morfu, & exulceratione: quia inde tormina, & ex torminibus ea, quæ diximus, quæ si planè dolorem ventris soluant, in bonis ducenda sunt: sin tantùm doloris maiore vehementia obscurent, mortem denunciant. Caterùm συμώδεις in lienteria interpretari possumus ferinum, malignum, mordens, vlcus, vt Galenus docet in Epidem. de quo adhuc sequente Aphorismo.

lib. de hum. 3.  
6. Epid. 4.

6. Epid. 2.

6. Epid. 3.

6. Epi. 1. & 2

Οἱ ἐν λειοσιελώδεσι μακροῖσι δμα γνηλοῖσι τροφώδεες, ὀδυνώδεες, λυο-  
μδύων ἐποιδέες. Ὁ ἐπιρρηγού τέτοις κχρόν.

*Qui in longis leuitatibus intestinorum cum lumbricis, tormi-  
nibus, & doloribus male afficiuntur, solutis ijs extumescunt: atque  
hic incidens rigor malus est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**T hæc particularis obseruatio est. Nam neq; frequens est verminatio lien-  
tericis. Torquentur autem sæpius ac dolent, rarius lumbricos gignunt. Ac  
solutis iis, quia videlicet aliò materia conuersa, vel intemperies hepatis contracta  
ἐποιδέες, quia pedes ferè primùm extumescunt, deinde crescente malo reliquum  
corpus. Ac rigor incidens cruditate putredinem contrahente fit. Id quod ma-  
lum esse manifestum est.

DESID. IACOTII COMMENT.

**H**ic locus facit, vt tum in hoc Aphorismo, tum in superiore *θελία* non qui-  
dem ventris animalia, aut lumbricos significare purem, sed malignam ali-  
quam & venenatam causam in ventre, vt phlegmonem, hecticam intemperiem,  
aut vlcus, vnde lienteria ducit originem. Ita enim loqui Hippocratem sæpe ob-  
seruamus, vt cùm scribit, Autumno *θελιώδες*, id est, ferinum, & stomachi mor-  
sus, & horridum, & melancholicum: per *θελιώδες* intelligēs, quicquid malignum  
est, elephantem, cancrū, phthysim, destillationem malignam, quæ omnia autumno  
magis grassantur, propter referuatam & suppressam ex æstare cacochymiam, &  
acris inæqualem intemperiem. Eodem quoque libro sectione secunda tusses di-  
stinguit in eas, quæ sunt *θε* *θελιώδες*, à ferino: & *θε* *πνεύματι*, ab aere: quòd illæ  
malignæ sint à destillatione è cerebro, vlcere spiritalium partium, vel abscessu,  
aut empyemate: hæc verò, quæ malignæ non sunt, ab intemperie & exasperatio-  
ne sola partium respirationi seruientium, & faucium, quam vel cibus, aut potus,  
vel aeris constitutio, vt Aquilonia, inuexit. Sed & *θελιώματα*, tetra vlcera, præser-  
tim quæ pulmonis propria sunt, veteres interpretantur, vt Galenus ostendit, qui  
etiam *θελίον* scribit *πυώτε* *ελμινθα* vocari, *καὶ δ' ἀγγιγέλης*: *θελιώδες* verò *κακώ-  
θες*, quia ferarum more, quæ non solum sunt agrestes, sed etiam morsu, aut vene-  
no lædunt, ita in viscera nostra hæc vitia grassantur, vnde Galli quoque tiliarum  
vlcus malignum, *lupum* vocant. Quatuor itaque in perniciosissima lienteria no-  
tas hic posuit, diurnitatem, malignitatem, tormina, dolores. Et quibus dolores  
quidem separant lienteriam à catharro acris, aut vlcere, ab ea, quam frigida intem-  
peries inuexit, vt superiore Aphorismo diximus: cætera sunt ἐπιρρηγίματα, vi adau-  
cti morbi. Nam diurnitas ostendit causæ efficientis pertinaciam: tormina, fla-  
tus exitum non habentes, & intestinorum flexuositas anfractibus ac gyris interce-  
ptos, aut morsum vehementem: ferinum verò, malignum subesse humorem, aut  
inflammationem, aut exulcerationem ventriculi, & intestinorum denunciat. Per-  
inde igitur est, ac si diceret, Ex lienteris, quæ cum dolore ventris accidunt, alias  
malignas non esse, quæ videlicet à pituita salsa, aut acris humore oriuntur, facilè que  
purgatione, temperatione acrimoniæ, & astringendi vietus ratione sanantur, vt  
etiam Galenus docet in Aphorismis. Alias verò à ferino, in quibus intestina in  
superficie exulcerata sunt, inflammatione obsessa, aut incipiente hectica intem-  
perie, ab exustis partibus nutritioni dicatis. Hæc rursus aut abscessu ad partes in-  
feras desinunt, per superiorem Aphorismum: aut tumescunt, & in hydropem  
siccum firmantur per hunc locum. Sic antea dictum est ieiuno intestino, vel me-  
senterio phlegmone laborantibus hydropem excitari, cui ventris profluuium  
peculiare est, ac proprium, quoniam per sympathiam iis imbecillæ venæ sunt,  
quibus

6. Epid. 1.

6. Epid. 2.

6. Aphor. 1.

quibus iecur ad se trahit alimentum adeo, vt nec visceri ad digestionem subser-  
uiant, nec alimentum in ieiuno, & tenuibus intestinis morari possit. Quæ si infir-  
ma quoque fuerint, grauata alimento, id omne confestim deorsum propellant:  
sed & tormina fieri, quæ nulli remedio cedant, & hecticam accedere intempe-  
riem, ac ventris tumorem solutis tandem doloribus, extincto sensu, auctaque  
intemperie, quæ non amplius tot flatus mouere queat. Ita nos Hippocrates, quasi  
natura loquens, magna reconditaque docet, ignota medicorum vulgo. Quòd  
autem iis rigor superueniēs malus sit, perspicuum est, quia cùm vires fractæ sint,  
& morbus obfirmatus, criticus esse non potest. Ergo lethalis, vt causa extinctio-  
nis caloris natiui, & signum suppurantis inflammationis, aut puris effusi, aut pu-  
tredinis inæqualis, & infirmæ naturæ, quæ contumaciæ humoris succumbens, ca-  
lorem exiguum, quo instrumento vitur ad alias functiones, ad centrum diuertit,  
retrahitque, vbi congregatus in reliquis membris rigorem parit, quem ægro iam  
debili lethalem esse alibi dictum est.

XLV.

λειοσιελωδε μετὰ δυσπνοίης, καὶ πλδρδ τῆ κνήσει, ἐς φησιν ἀπο-  
τελδτῶ.

*Lienterica vitia cum difficili spiritu, & lateris punctura, in ta-  
bem desinunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**lij dysenterica. Sed vbi coeunt hæc omnia, metuendum, vt ne antequam  
intabescat æger, moriatur. Id vni aut alteri potuit accidere.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**Q**uales exitus habeat lienteria maligna cum dolore, & ventris torsione, di-  
ctum est ante. Hic agitur de ea, quam catharrus excitat, ex humore acris &  
mordente, vt sero bilioso, aut pituita salsa. Nam per se quidem non admodum  
maligna est, quoniam (ait Galen.) lienteria, quæ propter humorum acrimoniam  
totius ventriculi & intestinorum abrasa fit superficie, siquidem humorum mali-  
gnitas cessauerit, astringente tum cibo, tum potu curatur citissimè: si verò lon-  
giore tempore perseueret, in dysenteriam, id est, intestinorū difficultatem trāsfit,  
ac mutatur: quemadmodum dysenteria interdum in lienteriam confirmata in-  
temperie, & contractio iam habitu soluti difficili. Verùm quoties cum difficili  
spiratione, & lateris punctura coniungitur, in phthysim (inquit) desinit. Quo-  
niam verò illud, *μετὰ δυσπνοίης καὶ πλδρδ τῆ κνήσει*, significat vel lienteriam,  
difficilem spirationem, & pleuræ puncturam simul inuadere: vel lienteriam illis  
superuenire, duobus modis locus explicari potest. Etenim si simul inuadant, cau-  
sa erit destillatio praua & acris è capite in fauces, in qua quod per guttur in aspe-  
ram arteriam, pulmones, & pleuram illabitur, tabis veluti præludium quoddam  
est, vt alibi exposuimus: vt scribit Galenus, *τὰς φθινώδεις ἀργάσας διαθήσεις, τα-  
βιδόσας* molitur affectiones. Quod verò in ventrem irruit, deorsum subiectis cum  
morsu, ventris *ἐπιρρηγίω* facit, & lienteriam. Nam humorum defluentium morsu  
& acrimonia punguntur membranæ thoracis, copia pulmo opprimitur, vnde  
difficilis spiritus, & punctura: at in superficie exasperatur intestina, ac veluti aph-  
thas quasdam patiuntur, tametsi vires ipsorum non magnopere laborent. Tum  
ergo necessarium est, & alium morsu perturbari: & permicantibus cibus partes  
exulceratas dolorem sentire, atque ob id ipsos deorsum propellere, & à seipsis  
quàm ocysimè excutere: quod per singulas partes dum fit, tanta sequitur transi-  
tus velocitas, vt sibi nullum coctionis rudimentum inchoationemve accipiant,  
cui lienteris morsus cuiusdam inest sensus, quemadmodum ab initio *ἐφευρεγίω*,  
E E E 4

6. Aph. 1.

3. Epid. 3.



3. Epidem. 3. ructus acidus, pituita præsertim acida in ventriculo abundante. Sic Hippocrates tabidos multos & lientericos euasisse scribit in austrina, humida, sine flatibus, & calida aëris constitutione, propter acres fluxiones in pulmones, & aluum, ingentemque putredinem. Quod si primùm quidem spiratio difficilis & dolor punctorius inuasent, ut in pleuritide, moxque sequatur lienteria, suppuratio interior significatur nondum rupta, è qua exudat ichor quidam tenuis ex pure, propter quem demorsa intestina, ventris perturbationem quandam efficiunt, id est, morsus, quos vel continua egerendi cupiditas sequitur, vel præceps cibi nondum mitificati exclusio. Ex quo intelligitur & initio morborum thoracis, & in progressu, & confirmata iam tabe profluua alui fieri neque iisdem de causis, neque eodem euentu. *νησιον* autem appellat morsum, aut veluti prurimum quandam, quem tenuis pituita in cauitate pectoris collecta ac putrefacta mouet, membranas vellicando, cuius acrimonia pulmones exulcerat, humiditas per moram putrefacit: vel punctorium dolorem propriè dictum, qui membranarum peculiaris est, siue intus sita sint, siue extra, qualis in exquisita pleuritide. Ad certitudinem autem prælagij neceffe est, neque ex illo alui profluuium alleuationem vllam sequi, neque finem defluxionis fieri.

X L V I.

Εἰλεώδες ἢ μέλος, καὶ κώρωσις, κακόν.

*Volumulosis vomitus, & surditas, malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Quid *ἄλεθ* morbus, prius expositum. Inflammatio enim est tenuioris intestini, grauis admodum morbus, in quo vomitus multus, & sæpe grauiter olens & stercoraceus lethali casu. Surditas autem fit aliquando in caput versa materia, vnde parotidas lethales dixit in Prorethetica. Alioqui iam emoriente natura. Ac sic ferè & alij sensus emarcescunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

Ileum ab ileo intestino dici volunt, cui affectus ille peculiaris est: volumulum verò, quòd intestina in nodum conuolui videantur. Neutrum tamen simpliciter verum est. Nam nec conuolutum in nodum intestinum semper est, licet perpetuò coniunctam habeat malam conformationem cum intemperie, & solutione continui: nec ileon semper locus affectus, licet magis inflammationi pateat propter vasorum sugentium copiam, & stercus durum ex tenuibus intestinis excipiat, quia crasis vicinum est. Galenus enim scribit interdum tenuia intestina, interdum crassa affici, vbi ita inquit, Existente omni ileo periculoso, qui in sublimibus consistunt intestinis, his qui crassa occupant, deteriores sunt, quoniam facilius & citius tum hepar, tum lienem in sympathiam adducunt. Alio tamen loco quasi secum ipse pugnans, Quòd ( inquit ) intercluso inferiore transitu, in tenuibus intestinis & non crasis hic morbus fiat, omnibus ferè concessum est. Vbi vel strictius sumit ilei vocè, quàm in Epidemiis: vel intelligit eolum intestinum, quod crassissimum est, ad differetiam colici doloris à pituita crassa & lenta, flatu, humorum acrimonia, & inflammatione. Verùm in vniuersum ileus est *τῆς διεξόδου τῆς τροφῆς ποδιστάτων ἐπιχέσις*, retentio excrementorum cibi, quæ per aluum excludi debent, præclusa via inferiore, sæpissimè quidem ab inflammatione modò tenuia & superiora intestina, modò crassa ipsa, aut crasis maximè vicina occupante: interdum etiam ab abscessu, aut à duro stercore, aut ruptura peritonæi: rarissimè à multitudine obstruente crudorum & crassorum humorum cum vehementi refrigeratione, cui febris remedio est, & retentæ vrinæ vacuatio. Rarius autem crassa intestina inflammatio inuadit, sæpius durum stercus, aut abscessus, aut prolapsus in scrotum ac distortio, aut flatus crassus, aut hærens pituita

3. Epid. 2.

6. Aph. 44.

3. Aph. 22.

6. Aph. 44.

pituita dolores graues concitat, qui colici rectius dicantur, quàm iliaci, nisi accedat illud symptoma, vt nihil omnino per initia deorsum subeat, quod est huius affectus propriū, & inseparabile signū. *σωεσθένοντα* verò sunt dolores circa hypochondria, & tormina in ventre, vomitus assidui, vel nausea, febris symptomatica, quibus etiam discernuntur duæ species ilei, eius videlicet, in quo tenuia intestina inflammatione obfessa sunt: & alterius, in qua crassiora. Licet enim iliacus affectus omnis morbus sit acutissimus, in quo ægri, vt scribit Hippocrates in historia ileosæ mulieris, iuuari vix possunt, ac secundo die, aut plurimùm tertio acerbitate doloris & febris acumine intereunt: periculosior tamen est multò in superioribus intestinis, quoniam & angustiores meatus difficilius recluduntur, & nobilia viscera, hepar, ventriculus, lien magis consentiunt, ac condolefcunt. Proinde Galenus ad illam Hippocratis historiam scribit consistentem in intestinis superioribus, ab eo, qui crassa infestat, discerni vomitionum assiduitate & vehementia, quòdque retinere potum ægri non possint: atque adhuc magis ex eo, quòd nihil deiciatur per aluum, adsintque dolores, ac tormina. Quòd si stercus etiam vomatur, clarissimum esse argumētum, intestina gracilia affici. Ex quo intelligitur vomitum semper in ileo malum esse, quia *ἐπιχέσις*: alium tamen alio longè deteriore, pro ratione temporis morbi, in quo superuenit, & eorum, quæ vomitu excluduntur. Nam si statim ab initio ægri vomant, tenuia intestina haud dubiè afficiuntur: si verò postea vomitiones superueniant, magnitudo affectionis declaratur. Vomunt autem primùm pituitosa: postea biliosa: tandem stercus, vt scribitur tertio de morbis. Venter enim ( ait Hippocrates ) superior incalescit, inferior cogitur & frigescit. Nonnulli sine vomitu sunt, quibus minus impendet periculi. Grauis ergo censetur vomitus biliosus: lethalis, varius, niger, mali odoris. Mortis proximæ signum est, vbi vnà quoque stercus per os reicitur. Nam in his, qui perniciosè habent, vel phlegmone in causa est, vt nec pondus, nec acrimonia excrementorum sentiatur ab intestinis: vel tam arctè sedes clauditur, vt ne acus quidem possit adigi, clysteres verò citissimè absorbeantur, & glandes, nisi alligentur cruri. Facultas enim expultrix noxam retenti excrementi sentiens contractione vehemēti aggreditur exclusionem: & primùm quidem seruato cōsueto motu, & ordine instituto à superiore parte inchoat contractionē: vbi nihil promouere potest propter coarctationem ductuū *πρωτελευτήσις διαταξίς* ordinem inuertit, atque multa vi sursum excrementa, bilēmque cohibitam regerit. Ita ergo augetur exitus inferioris angustia, vt vomitione tum alimenta, tum bilis, tum etiam stercus reddantur, post diu cruciantem nauseam, & cardiogmon. Tum ad extrema ventum esse certum est, præsertim si ructus, færens sudor aut frigidus, extimarum partium refrigeratio, anxietas, vrinæ prauæ superuenerint. Hæc enim omnia *ἐπιχέσις* sunt lethalia. Addit hoc loco surditatem, quæ est ( vt scribit in Prorethetico ) morbi acuti consequens. Interdum etiam delirant, & conuelluntur neruorum principio propter stomachi vitium per sympathiam laborāte, & sursum pulsa bilis redundantia. Proinde scribit in Aphorismis, Ab ileo vomitur, & singultum, & desipientiam, & conuulsionem, mala. Vocatur autem *ἄλεθ* *δυσώδης* fetidus, vrus respiciēs, in quo stercus vomitur, respiratio, ructus, flatus grauius olent, & factor vniuersum corpus occupat, vt in moribundis.

X L V I I.

κύστις ὁ σκληρατέ καὶ ἐπώδυνοι, πάντων μὲν κακόν: χεμιστον ὁ αὐρησίων σωεχέσι. καὶ γὰρ οἱ ἀπ' αὐτῶν πόνοι, ἐχθροὶ ἀνελεῖν. καὶ κοιλία τέλειον ἢ πείνυ διαχωρέει.

*Vesica dura ac dolentes omnino mala: pessima verò cum febre continua. Nam qui dolor inde est, necando homini satis esse potest. Atque ijs alui non multum deiciunt.*

**K**ΥΣΙΕΣ dicit, quia duplex omnino corpus est, cerebrum, pulmo, venter, vterus, vesica sententia Hippocratis. Quod κακόν hoc loco, in Prognost. δένου καὶ ἀλεθροῦ πινυτέλωσ : & quod hic κάκιστον, ἀλεθροῦ πατρῶν. Vocibus autem σκληροῖ καὶ ἐπιδρωοῖ, inflammationem, vt solet, intelligit. κοιλίας ea ratione, qua κύσισ. Subsistit autem alius vesicæ calore, qui intestino infidet, & excrementa alui indurat. Propterea in Prognostico addit aluum nihil reddere, nisi dura, & conatu magno, artificioque medici. Id enim est, quod illic πρὸς ἀναγκῶν. Nec solum subsistit aluus, sed vrina ferè ægerrimè excluditur, dolorque & aliquando manifestus tumor est in pube. Itaque inflammatione partis, & febre continua dolorèque excruciante ægrum, quanquam aliquando clementior est, periculum graue imminet ægro, ac paucissimi euadunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

**V**esicæ morbi proprii sunt straguria, dysuria, ischuria, de quibus paulò post: communes verò cæteris partibus tumor, dolor, intemperies. Frequentissimi, calculus, exulceratio: rariores, inflammatio, & abscessus: de quibus agitur hoc loco. Tamen si ergo vesica tenuis sit, frigida, & exanguis (ob idque à causis frigidis plus, quam alix partes, labefactari solet) venas tamen & arterias à meatibus (per quos serum quidem non trahit, sed villis rectis promouendæ materiæ idoneis excipit, vt menstruum sanguinem vterus) separatas habet, quarum ministerio alitur, & per quas tum sanguinem fundit erosione ex vlcere facta, cuius signa sunt partis dolor, pus, & veluti quædam corporis eiusdem minuta detrimenta: tum fluxionum excipere potest, ac vera phlegmone tentari: maximè verò in ipsius ceruicis musculo: idque aut ab interna fluxione: aut ictu in perineo: aut luxatis introrsum vertebri compressa vesica & inflammata. Huius phlegmones tria signa sunt pathognomonica tribus vocibus hoc loco significata, quæ sunt σκληρόν, ἐπιδρωόν, πυρεθός, σιωχός, duritas, dolor, febris continua, & acuta. Dura enim etiam fit vesica, dolorèque affert: per alios affectus, vt suppressa vrina propter copiam, imbecillitatem, obstructionem à calculo, grumo, crassa pituita, tuberculo: sed neque dolor acerbus (ait Archigenes, more vulgi loquens, id est, lancinans, & in angustias agens) cum rubore & ardore excruciat, neque febris ardens est, & acuta, nisi vi aduerti morbi superuenerit. Hic autem durities adest tum à tensione, tum à plenitudine: dolor à vehementi intemperie, continui solutione, & vitiosa conformatione: febris ab inflammatione, & putredine. Hæc verò vt initio pathognomonica signa sunt phlegmones, ita vehementius aucta inter ἐπιπυρεθία iure censentur. Nam febris acuta accessio mali est, quæ calorè natium cordis, & vitales spiritus vrendo resoluit, actionesque omnes labefactat. Doloris verò magnitudo ingens est, & pertinax propter exquisitum sensum, & substantiam neruofam, aut, vt Galenus loquitur, substantiæ neruosæ similitudinem, quæ duabus membranis exteriori vna à peritonæo, & interiore, quæ crassior est, constat, tribusque fibrarum generibus rectorum, rotundarum, & obliquarum præter neruos quosdam non paruos, quos à sexta coniugatione accipit, & ab osse sacro. Quoniam enim vrina acrior ac biliosior noxam vesicæ erat allatura, nisi celeriter excerneretur, ideo pluribus neruis, vnoque præcipuè magno donata est, ad exactiorem sensum. Hic ergo dolor graue prorsus malum est, periculumque portendit, quin (ait Hippocrates) solus homini necando satis esse potest: primum quia nihil æquè vires prosternit, ac dolor: Deinde quia in sympathiam trahit cerebrum euaporatione, vigiliis, neruosæ substantiæ similitudine: cor arteriarum, hepar & renes venarum communionem. Tertio, quoniam præter intestini angustiam à tumore incumbens vesicæ non solum vrinam, sed etiam excrementa alui supprimit. Nam vbi aluum ægri reddere aggrediuntur, si repente dolorem excitari contigerit, ipsi ab opere desistunt. Id quod est omnibus doloribus commune, qui ob phlegmonem instrumentorum, quæ actionem edunt, aut partium ipsius annexarum

6. de loc. affe.

4. Aph. 78.

annexarum prouenire solent. Sic enim, quibus phlegmone lienem, aut ventrem, aut iecur, aut præcordiorum musculos obsedit, respirando dolorem sentiunt, eamque ob rem spirandi illa difficultate necessariò laborat, quæ spiritum paruum & frequentem trahit. Accedit, quòd catheter immitti non potest, quia in primis periculosa est irritatio: & quòd ingens dolor gangranam prænunciat, in quam hic affectus sæpe vel sponte abit, è qua vix vllus vnquam seruatus est. Ob eas igitur causas scribit hoc loco Hippocrates vel ipsos vesicæ dolores necando homini satis esse. Interitus enim ratione vesicæ nequaquam sequitur, sed interceptione communis officij, & doloris vehementia. Rarò autem ex vesicæ distensione dolor tam grauis est, quam ex phlegmone, quoniam partium vicinarum pressu atque complexu tensio prohibetur, sæpeque suppressa vrina in vteribus, renibus, & venis manet, cuius copia distendens graues & acerbos dolores circa lumbos concitat, qua parte vtereres descendunt. Ob idque sæpe medicus fallitur calculum renum, aut vlcus subesse arbitratus, vbi dolor est. In multis enim dissectis renes integri à nobis obseruati sunt, qui tamen, dum in viuus essent, de renum dolore pertinaci querebantur, vel ex venis, aut pulmonibus eò confluente acri sanie, vel sero renum vasa distendente. Visi etiam sunt, quibus per viginti dies vrina suppressa fuerit, quibus aquæ nihil quicquam deprehensum est in abdominis spatium refluxisse. Redundat enim serum in partes superiores, quæ per sympathiam cum vesica afficiuntur. Cur autem vesica dura & dolens affectus eiusmodi tam graues inuehat, præsertim si febris acuta superuenerit, id ipse aperte indicauit non solum in magnitudinem doloris causam referens, sed etiam in suppressas alui deiectiones. Hæc autem tum propter dolorem, vt iam exposuimus: tum ob recti intestini angustiam supprimitur. Vesica enim incumbit recto intestino potissimum in viris (in mulieribus enim vterus interiectus est) unde premitur intestinum, & ipsum vicissim intercepto stercore vesicam premit, ac dolorem auget. Proinde venter nihil eo tempore reddit, nisi dura quædam, & necessitate coactus. Cæterum Aetii phlegmones vesicæ signa accuratè exposuit hoc modo, Consequuntur autem ægros communia inflammationis signa: febre acuta infestantur, & vigilant: delirantes aliena loquuntur, & vomunt biliosa pura, & lorium eiicere non possunt: durus fit pecten & pubes cum vehementi dolore, & egerendi appetentia, veluti in tenesmo fieri solent. Quod verò egeritur, tenuè est, & subdientiam non habet. Aliquando & inflationes sequuntur, & aluus adstricta est, intestino recto ab inflammatione vesicæ compresso.

lib. 3. sect. 3.

X L V I I I.

λύει τὸ τοῦτος οὖρον πυρρὸν ἐλαθὸν, λευκὸν καὶ λεῖψον ἔχον ὑπόστασιν.

*Soluit autem hac vrina purulenta, quæ album habeat, & leue sedimentum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**D perpetuum non est. Vidi enim aliquot, qui emicta vrina purulenta leuius quidem ad tempus habuerunt: sed postea renata inflammatione, vrinæque iterum suppressa obierunt. Quomodo enim in exteriori corpore aliquando fit, vt pars quidem materiæ concoquatur, & vertatur in pus, reliqua maneat cruda: sic in vesica, aut quia in locum inflammatum refluit noua materia, hoc est, sanguis, vt renascatur phlegmone, quæ materiam sanguinem habeat. Nam etiam si cruda pituita, aut pus crassius interdum adferat occasionem inflammationis vesicæ, continens tamen materia sanguis est. Ac dissectis mortuis vacua vesica visa, & nigricans è gangrana, quibusdam etiam vlcerosa.

DESID. IACOTII COMMENT.

**P**ericulum in vesicæ phlegmone ex febre, dolore, alui suppressione impendere docuit superiore Aphorismo. Exitus autem plures habere potest. Nam aut in

aut in gangrænam abit, aut induratur, aut sensim discutitur, aut repente oborto erysipelate in cutis superficie, aut multo lotio reiecto conquiescit. Interdum ad suppurationem conuertitur, fitque abscessus, quo tempore omnia ingrauescunt, febris & sine ordine horror. Hoc ubi acciderit, vna salutis spes est in concoctione phlegmones, & puris eruptione albi, leuis, & æqualis cum vrina laudabili. Concocta enim phlegmone, quæ vesicam affecerat, in internum ipsius spatium concocti humores confluunt, & cum vrinis excernuntur, probæ concoctionis notas, ubi subsederint, præ se ferentes. Nam sic caloris natiui robur, & materiæ benignitas significatur, & pure erumpente tumor subsidit profusa vrinæ exuperantia, vesica remolefcit, febris imminuitur, & excrementis alui patet exitus: quæ sunt salutis certissima signa. Verùm aliis adhuc distinctionibus opus est. Non enim simpliciter scribit Hippocrates vrinam purulentam esse debere, sed etiam addit, λευκὴ, καὶ λεῖω ἔχει ὑπόπασιν, quod etiam ad vrinam referendum est, quæ in toto venoso genere concoctione ostendit: quasi diceret, & pus laudabile esse debere, & in vrinis hypostasim albâ apparere, & leuem, præsertim cum febris quoque coniuncta sit, morbus vniuersalis, ex quo etiam periculum impendere dixerat. Si enim cruda sit vrina, frustra fit in parte concoctio, manente in toto cruditate. Neque puris permistio impedimento est, quominus ex venoso genere hypostasis internosci possit. Nam cum pus per vrinas è multis corporis partibus esse queat, è superioribus cum vrinæ liquore exactè permiscetur: è renibus per partes quasdam inæqualiter dispergitur: è vesica adeo parùm commiscetur vrinæ, vt etiam sine ipsa exire possit. Quanquam solum pus sine vrina effluens purulentorum potius, quàm vesicæ abscessum declarat, referente Paulo. Dixit quoque Hippocrates λεῖω τῶν τῶν, numero multitudinis, vt intelligatur & dolorem, & febrem, & tumorē vesicæ solui oportere. Nam licet ex abscessu seruetur æger, si tamen pus corruptum appareat cum fædo odore, ac dolore, significatur vlcus in sphinctere cauum mansisse ac sordidum, aut in corpore vesicæ, è quo cum vrina crassa modò sanies, & modò pus copiosum, & graueolens excidit, tandemq; subsidet in imo. Vlcus verò in vesica consistentis ab erosione signa sunt partis dolor, pus non permixtum, & ipsius sæpe corporis vesicæ veluti minuta quædam detrimenta, vt Galeus docuit. Quinetiam interdum tunica frangitur, pûsque in capacitatem ventris effunditur, & in rectum intestinum, aut perinæum penetrat vlcere immedicabili. Quòd igitur æger ex suppuratione tutus sit, & pus ipsum particularis coctionis, & vrina vniuersalis notas proferat, omniâque illa, è quibus periculum imminabat, aboleantur, febris, tumor, dolor, recti intestini vitiosa conformatio. Quo etiam loco admonere non erit inutile, vrinas purulentas per se vlcus renum, aut vesicæ fallacissima esse signa. Vidimus enim sæpe sine his purulentas vrinas, atque etiam deiectiones & in crisi, & sine febre, aut ab affecto mesenterio, cuius tamen abscessus nullo sensu doloris per venam proximam in recti aut colli intestini capacitatem potius influit, syncerumque per deiectiones redditur: aut à thorace & pulmone, vel ab inflammatione iecoris, aut aliarum partium, in quibus vehemens dolor præcessit: aut à toto venoso genere: cuius interdum causa est sanguis excrescens, siue ob assueti exercitij abstinentiam, siue ob victum solito indulgentiorem. Vertitur enim in vasis in pus, & ad excretionem ductus à natura salubriter pellitur, vt scribit Auicenna. Sed & interdum in transitu dolorem mouet tum in renibus, tum in vesica propter acrimoniam, vt docet Galen. de abscessu strangurioso in Febribus. Quocirca neque dolor cum purulenta vrina semper vlcus renum ostendit, aut vesicæ: neque semper dolent vlcerati renes, quia renum substantia neruorum est expers: quanquam frequentior causa doloris & puris vlcus est renum, aut vesicæ. Cauendum ergo, ne ex falsa διαγνωσει, falsam πρόγνωσιν instituamus.

4. Aph. 78.

1.1. de egest. & de hypost. In Pythionis hist 3, Epid. 1.

X L I X.

μη λυομένων ὁ πύτων, μηδὲ τῆς κύστεως λεπτοσπορῶν ἐν τῆς ἀρρώτις  
 πῶς ἐλθοῖεν, ἐλπίς ἀπολέσει ἐν νοσέοντι.

Atque

Atque ijs non cedentibus, neque mollita vesica expectandum, vt primis periodis moriatur æger.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Πρώτησι περιόδοισιν, hoc est, quaternario & septenario. κύστις λεπτοσπορῶν, in Prognostico, μήτε ἢ κύστις μαλθακός. Sed quid λεπτοσπορῶν prius definitum.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

Quibus modis soluat phlegmone vesicæ, dictum est superiore aphorismo: hinc signa ponuntur mortis intra primum septenarium futura. Ea sunt dolor, febris, tumor, durities, tensio, vrinæ suppressio, quæ nihil remittunt: in vniuersum signorum concoctionis, & resolutionis phlegmones absentia. Inter hæc tamen principatum tenet vrinæ suppressio: quoniam cætera, dum pus conficitur, ingrauescunt minore periculo. At cum simul cum vesicæ phlegmone vrina quoque suppressa est, morbus hic tum summam habet perniciem, & rarò ex eo seruantur ægri. Proinde illud μη λυομένων τῶν, ad vrinas maximè referri debet, quæ meliores non efficiuntur, neque purulentæ sunt, aut potius quæ ante suppressæ non vacuantur, vnde maior dolor, feri ad superiora refluxus, & gangræna. Ob idque in Prognostico cæteris omisis tria signa maximè lethalia tantum posuit, vrinam suppressam, duritiem vesicæ perseuerantem, & febrem continuam, dixitque ἕξω μολὴν ἢ δ' ἔναα, vrinam nihil remittere, pro eo, quod hic scribitur, μη λυομένων τῶν. Quòd igitur Aetius ponit suppressionem vrinæ inter signa, quæ ostendunt vesicæ inflammationem, falsum est, nisi eam intelligat, quæ fit in ceruice & collo, aut difficilem mictum, non priuationem, quæ ἐπιγόνια est vi adacti morbi maximè lethale. Primos autem circuitus intelligit primum & secundum quaternarium, in quo spatio interire solent ægri propter magnitudinem morbi, & excrementorum alui, atque vrinæ suppressionem: quanquam alij celerius, alij tardius pro naturæ robore, causæ magnitudine, symptomatum vehementia, & nobilium partium sympathya.

L.

μάλιτα ὃ γίνεται τῆστο τοῖσιν ἀπὸ ἐπὶ δ' ἑτέων μέχρι πενήντα εἰδεν.

Fit autem hoc maximè à septem annis vsque ad decimum quintum.

DESID. IACOTII COMMENT.

Perilis ætas eo ferè annorum numero definitur, nisi quòd pubertas ab anno incipit vel vndecimo, vel decimoquarto, iuxta sexuum varietatem: adulescentia verò media est inter pubescentes ἡβονίας, & iuuenes. Pueri ergo propterea quòd intempestiue & multum comedunt, mouenturque vehementius à cibo, cum ludunt ac profliunt, plurimum crudi humoris cumulant, non quidem illius, qui aqueus est, ac tenuis, sed crassi, qui in ventriculo ac venis nõdum concoctus continetur, puri ferè similis, nisi quòd pus graueolens est, & glutinosum: crudus verò humor habet quidem crassitudinem, & colorem illi similem: sed neque graueolens est, neque glutinosus. Cum igitur se cibis largius expleuerint, primum necesse est deterius in ventriculo venisque concoqui id quod plus est: deinde maiore copia in corporis molem subire, quia plus sit: præterea id citius fieri, quàm par est, quoniam ventriculus venis, venæ autem cæteris omnibus animalis partibus permittunt, vt quod nondum confectum est, rapiant. Hunc itaque humorem, plerique pueri propter edacitatem plurimum coaceruant, qui cum per renes quotidie expurgetur, & per vtereras dimissus in vesicam coaceruetur, mo-

FFF

dò calculos in ea parit, sæpe verò phlegmonas: propter communicationem venarum, quæ in renes ingrediuntur, cum his, quæ vesicam alunt in vena magna descendente. Nam si fusio humorum crassorum cum sanguine mixtorum in cauitatem vesicæ influat, calculus: si in corpus, inflammationem efficit, vbi vesica assiduo eiusmodi humorum transitu vehementius diexata fuerit: aut istus aliquis acceptus, vt in perineo inter testes & pudenda, vel in spina. Calculi autem *συσσώμα*, id est, collectio (vt vocat Hippocrates) de quo etiam agitur sequente Aphorismo, in senibus quidem fit ante mictum, nimirum prima generatione in renibus, propter expultricis imbecillitatem, meatum siccitatem, vel angustiam in pinguibus, & multi ac lenti humoris cruditatem. Materie enim qualitas, ex qua calculus conformatur, concretionis ipsius causa est: mora adiurat, calor perficit. Post mictum verò, in vesica, quia mictu lapides concreunt in eius capacitatem. Neque enim verum est, quod recentiores viri alioqui doctissimi scripserunt primam generationem calculi in vesica non fieri, cum Hippocrates experimentis fidens scribat lapidem à mictu pueris magis. In pueris enim, in quibus magna est natiui caloris copia, & validæ sunt actiones, materia crassa funditur, & in renes delata faciliè ad vesicam percolatur. Quia verò vesica frigida est, utpote neruea, & pauco prædita sanguine, & quia in ea amplissima est cauitas, ideo humorum crassities in ipsam transmissa, ibi iterum cogitur ac concrevit, & subsistendo concretionis huius principium accipit, cum eo tempore non excreta, quo oportet, diutius manet intus. Facto itaque eiusmodi principio reliquum, quodcumque rursus in vesicam peruenit crassum, adformatur, fitque maior prorsus lapis. Neque verò solum naturalium omnium functionum robur, cum humorum crassorum fusione, calculorum in pueris causa est, sed etiam magna ipsa caloris copia, quæ materiam in vaporem digerens lapidem generat. Quod Hippocrates quasi addubitans, cum dixisset lapidem à mictu pueris magis, significasse videtur his verbis, *ἢ ἄρα μὴ καλιδιότες*? Tribus enim modis calor causa esse potest calculi, mora, excessu, copia. Nam per moram paulatim humidum tenue resoluit: excedens vrit & indurat: copiosus crassitiam humorum eliquat, liquatam ac dissolutam tandem etiam exhaurit relicto terreo, quod etiam subsistendo per se calculi causa esse potest.

## L I.

*Οἱ λιθώδεις χημικὰ δέξιντες, ὡς εἰς τὸ λίθον μὴ παρασπίπτειν πρὸς τὴν ἐπιθήρα, βηθίως ἐπέσκει.*

*Calculosi ita figurati, ut ne lapis in meatum urinarium proci-dat, facile meiuunt.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Λ**ιθώδεις videtur intelligere, qui calculum habeant in vesica. Est autem duplex figura, qua docti experientia facilius meiuunt calculosi. Nam vel plurimum inflexo corpore calculum seponunt in alueum vesicæ, qua pubem spectat: vrina in decliue fluens fistulam subit urinariam. Alioqui vel multum reducto dorso, & in lumbos reflexo in aduersam spinæ cauitatem calculus relabitur: ita libera via in propensam ceruicem vrina defluit. Idem efficitur supino decubitu sublatis femoribus & clunibus. Quod autem *ἐπιθήρα* dicit, cõmuniter quidem audiendum est pro via vrinæ. Proprie enim meatus sunt, & veluti tubuli incani, qui è renibus obliquè in vesicam tendunt, qua vesicæ corpus in ceruicem desinit. Communiter autem & de fistula urinaria, quæ *ἐπιθήρα* peculiariter appellatur, vsurpat Hippocrates. Quod si quis recta aut sedentaria figura constat, proci-dit calculus in os ceruicis, vbi sphyncter musculus sese laxat & astringit. Occupat itaque viam, qua vrina decurrit.

DESID.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N vrinæ suppressione, quam *ιχθυίαν* vocat Hippocrates, partes affectæ quatuor in vniuersum esse possunt, renes, vreræ, vesica, colli vesicæ meatus, quem *ἐπιθήρα*, vrinæ fistulam nuncupant. Dignotio tum ex præteritis, tum ex præsentibus. Inter præsentia primum locum tenet perinæi tumor, aut inanitas. Si enim vesica tumet & plena est, sana sunt superiora, malique causa: vel in ipsa vesica continetur, vel in cole: si inanis est, & vacua, in superiore aliquo ad vesicam loco. Tumente vesica causa triplex: resolutio, siue imbecillitas facultatis naturalis vesicæ vt à nimia vrinæ quantitate, aut ab intemperie, (perficitur enim vrinandi actio vesicæ contractione naturali, otio sphyncteris voluntario, concurrente masculorum abdominis auxilio, cum vrina pauca est, aut vesica infirma) deinde nerui sensitiui, qui in vesicam dispergitur, refrigeratio: tertio obstructio in ceruice. Hæc iterum triplex. Attenuatoria à tumore corporis circumdantis meatum, vt inflammatione, scirrho, abscessu: coarctatoria ob aliunde accedentia, quæ meatum replent, qualia sunt lapis, grumus, pus, crassus lentusque humor: carnofa ob innascentem plenitudinem, vt carnem, verrucam, callum in medio meatu. In horum distinctione tria signorum genera, præcedentia, catheter immixtus, concussio corporis decenter figurati (*χημικὸν* vocat hoc loco.) Exordiamur ergo ab his, quæ vesica plena præcesserunt. Ea sunt in infirmitate vesicæ: vrina diutius retenta, nimia refrigeratio, resolutio caloris natiui à febrili. Itaque si catheterem immittas, faciliè subit: ac si hominem ita figuraueris, vt decliuis sit ceruicis vesicæ situs, manibusque tumorem presseris, prodibit vrina: quædam etiam glandi colis imponuntur, quæ facultatem iritent, vt alij cortex. His nihil conferentibus obstructio est in meatu. In calculo prægrediuntur vrinæ aquæ similes, in quibus subsident fabulosa quædam: pudendi vel laxi, vel inteti præter rationem pruritus: repentina vrinæ suppressio oborto alicubi dolore. In calculo enim puerorum pendendum à pruritu ac tentigine inflatur, ac præter rationem tenditur: citra tentiginem verò pondere laborans flaccescit. In grumis sanguinis, quacunque corporis parte contineantur, animi deliquia, pallor, pulsus parui, obscuri, frequentes, anxietas, putredo partium & mortificatio aliquando fiunt: verum ex his, quæ de calculo diximus, nihil ante visum est, sed sanguis fluxit, cuius portio aliqua refrigerata concreuit in capacitatem vesicæ. Quod si nullus sanguis exire visus est, nihilominus grumus esse potest aut ab vlcere, in quo exiguus sanguis ex erosione concreuit, aut à renibus. In puris obstructis dignotione præcessit vlcus vel renum, vel vesicæ maximè sordidum: aut in parte aliqua renibus superiore abscessus ruptus est, per quem tale tantumque pus colligi potuit, vt par sit meatum ab ipso fuisse obstructum. In crassi lentique humoris obstructione, nulla calculi signa antecesserunt: sanguis ex vesica nullus prodit: vlcis nulla suspicio: æger in otio educatus est, multisque cibis vsus, qui crassos & viscosos humores cumulant. In caruncula vlcus antecessit: catheter inditus ingredi vix potest, & dolorem mouet, qua parte fuit vlcus, fractaque sub eo carne vrinæ vacuatio, sed non repentina, vt in grumo, cruor aliquis, & carnis fragmenta insequuntur. Quod si citra vesicæ tumorem vrina suppressitur, necesse est vel vreræ, vel renes esse obstructos. Nam infirma tantum secretrice renum serum in vasis aceruat, semperque vrinæ aliquid elabitur, quod sine facultatis impulsu feri sua etiam sponte fluctis delatio in totum non cesset. Attendere itaque animum oportet ad ea, quæ antecesserunt: num, antequam supprimeretur vrina, aut lapidis, aut inflammationis, aut crassorum humorum signa apparuerint, neque negligenda est vniuersi corporis dispositio. Sæpe multi affectus simul complicantur, vt vlcus, calculus, caruncula. Ita igitur species affectus artificiosa coniectura veritati proxima, & inter exactam scientiam, atque ignorationem media progrediendum est: deinde ad catheterem veniendum, & *χημικὸν*, vel palustrem iuncum præcunte molli radice, aut candelam ex cera ad resinam dupla, aut ex cera alba sola parte summa tenuiore adhibere oportet, vt ex eo, quod cuspidi adhæsit, coniectura in scientiam euadat. Quod si ex signis simul iunctis, quæ diximus, calculus in vesica

i. de loc. affec.

FFF 2

cervicem incidisse comperiat ( λιθιάντης hic Hippocrates vocat) satagendum, ut lapis ex meatu recedat. Supinus ergo decumbat æger, & ita componatur, ut crura reliquo corpore multò sint sublimiora. Multifariam deinde concutiarur, atque admoueat, ut urinam reddere tētet. Nam si bene successerit, profluatque urina, præter exactam causæ notitiam, curationis quoque modus inventus est. Quòd si nihilominus urina supprimitur, rursus concutiendus vehemētius, quoniam calculus impactus, maximè sequente propter dolorem partis tumore, non facillè cedit concussioni etiam repetitæ. Ac si ne ita quidem concusso ægro urina prodierit, cathetere explorandum est, simulque & lapidem à vesicæ ceruice repellere, & urinæ iter præbebis, quia, (ait Hippocrates hoc loco) *Calculosi ita figurati, ut ne lapis in urinæ meatum prociadat, facillè meiunt.* Non tamen inde sequitur, ut si lapis sit in vesica, semper in cervicem incidere queat, & urinam supprimere. Quibusdam enim calculus vel pellicula supernata continetur, vel internata carne hæret vesicæ, in quibus urina liberè effluit, nisi quòd sæpe coniungitur vlcus, ex quo stranguria. Atque eiusmodi calculus solo ferè cathetere dignosci potest. Ex his, ergo non solum huius Aphorismi interpretatio perspicua est, sed etiam curationis ratio. Vult enim Hippocrates imprimis occurrendum esse symptomati urinæ cohibitæ, quod est causa ipsa perniciosius. Transferendus ergo calculus in vesicæ amplitudinem, ut commect urina, ne retenta perimat. Per otium deinde lapidi providendum vel medicamentis, vel chirurgia: quanquam rarum est, ut in vesica calculum confringentia profint, tum ob loci intervallum, in quo languescit vis medicamenti: tum quia lapis in amplo loco ad immodicam augetur magnitudinem. Quod autem *εργήρα* dicit, licet *εργήρα*, id est, urinæ fistulam communiter comprehendat, veteras tamen etiam significare potest. Nam transpositio calculi de qua hic agitur, vel detrusione fit lapidis ad imum, ubi veteris impingitur: vel retrocessu ad superiora, ubi colem obrurat, utrobique scilicet ad eum locum, qui amplissimus patet.

L I I.

Οἱ δὲ φῦμα περιτῶν κώτην, ὅτι παρέχον τῶν δυσχερέων, παθολοῦς χημῶν, τῶν δὲ ὄχι ὄχι. Ἰδίως δὲ τῶν γινόμενων, ὡς παρὰ γένος.

*At quibus tuberculum circa vesicam est, unde meiendi difficultas, in quamcunque partem se vertant, diuexantur: atque huius solutio fit erumpente pure.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N Aphorismis melius φύματα ἢ τῶν εἰρηθῶν, tubercula in fistula urinaria. Nam si in vesica tubercula nō supprimunt urinam, nisi fistulam urinariam occupēt. Neque tamen omnia eiusmodi tubercula suppurare possunt, quomodo nec exteriori corpore. Carunculæ enim duræ sæpe innascuntur, quæ vel exedentibus medicamentis absumendæ vel lacerandæ atque diuellendæ sunt difficili omnino negotio, ubi altius in ceruice vesicæ natæ sunt. Alia verò reliqua in Aphorismis.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Σ**χημασμοῦ, quem in calculosis superiore Aphorismo vilem docuit, nullus vsus esse scribit in iis, qui dysuria laborant propter φύμα, cui puris eruptio remedio est. Vocant autem φύματα, proprie quidem phlegmonem, quæ in adenosa carne spōtè oborta statim augetur, atque ad suppurationem citò peruenit: communiter verò omnes æquè tumores *εργήρα*, qui præter naturam oborti sunt in quacunque corporis parte: interdum etiam omne tuberculum excrefcens extra corporis superficiem sine causa aliqua externa. Hic si priorem

6. Epid. 1.  
4. Aph. 82.  
7. Aph. 57.

priorem aphorismi partem tantum spectes, hoc postremo modo φύμα accipi potest: si posteriorem, pro eo tantum, qui *εργήρα* est, & materiam suppurabilem continet. Dicitur ergo est antea, tum ischuriam, tum dysuriam à triplici obstructione meatus vesicæ fieri posse. Prima est attenuatoria, cum corpus ipsius ad insignem tumorem attollitur, ut propter inflammationem, scirrhum, abscessum, vel alium quemvis tumorem: nam tumor corporis circumdantis meatum facit, ut accedant ad se mutuo meatus latera, nec seiungi patiantur. Quod etiam à siccitate in febribus ardentibus fieri posse Galenus sentire videtur, & Rhafius à consumpta humiditate in coitu: quanquam vix unquam cum vita ad eam ariditate venire possunt latera, ut cocant, neque urinæ exitum præbeant. Altera est carnosa, quando videlicet caro fungosa in medio meatu supernascitur, aut verruca, aut callus. Tertia coarctatoria, in qua, meatus aliunde impletur, ut à grumo, humore crasso, pure, calculo. In hac ergo *χημασμοῦ* opus est, ut ægro supino, & elatis cruribus urina liberè prodeat, sicuti in vesica infirma declivius esse debet cervicis ipsius positus. At in duabus reliquis quacunque figura collocentur ægri, urina liberius, quam antè, prodire non potest. Manet enim semper eodem statu, & loco causa morbifica, quæ meatum intercipiens dysuriæ causa est, neque fit transpositio, ut in calculo. Sola igitur spes est in puris eruptione, si tumor fuerit *εργήρα*: aut si tubercula, vel carunculæ lateant in anfractu colli vesicæ, vel in reliqua fistula penis (à quibus & dysuria, & dolor grauis, dum meitur) consumptione eius, quod nimium excreuit. Rumpuntur enim, absumuntur, purgantur, & cicatrice obducuntur. Sed & ceteri tumores, qui materiam suppurabilem continent, sæpissimè digeri possunt. Proinde simulatque cum periculo phlegmones, aut etiam in ipsius principio, ut ab icu, vel casu urina restitat, & vesica ipsa, ut pote plena, manifestò secundum circumscriptionem intenditur, summopere cauendum iubet Galenus, ne irriteretur inflammatio, ob idque catheterem adhibere non licet. Aqua igitur calida adfusa, oleo perungere satius est. Cùmque tribus horis sic æger tractatus fuerit, tensione non parū relaxata, & dolore non ita grauiter infestante, imperandum ægro, ut urinam reddere tentet, interim manu vesicæ tumorem ad inferiores partes impellendo, & blandè ac sensim premendo. Nam sic urina sæpe redditur, atque interim tumor discutitur. Similis sententia est in Aphorismis, ubi ita scribit Hippocrates, *Quibus in meatu urinario nascitur tuberculum, suppurato eo & rupto, solutio.* Vbi Galenus quaerit, utrum Hippocr. velit ortum tuberculum rumpi solum: an sæpissimè quidem, ut rumpatur, accidere, digeri tamen posse: an potius hoc unum solutionum esse exemplum, ruptionem scilicet? Hoc verò postremum magis probat, quia reliqua duo sunt manifesta. Neque enim semper tubercula suppurant, sed interdum digeruntur, interdum absumuntur, ut diximus. Vocat autem dysuriam affectum ischuriae proximum, vitio expultricis facultatis, in quo ægrè & vi urina redditur, interdum cum dolore à phlegmone, abscessu, vlcere, inæquali intemperie spiritu flatuoso: interdum sine dolore difficilis tantum quadam motio est vesicæ, ab imbecillitate, aut tumore præter naturam.

6. de sympto. causis.

4. Aphor. 82.  
7. 57.

L I I I.

Οἱ δὲ λαμβάνει ὅτι αὐτοῦ προσπίπτον καὶ ὅτι αἰδοῖον ἐλκώσαι, ἀνέλπιτοι.

*Quibus incogitanter urina prociat, & pudendum trahitur, de spe depositi sunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**Lij *ἐς τὸ αἰδοῖον* legunt, ut voci *προσπίπτον* cōnectatur, sitque sensus, *Vri-* nam sine voluntate & imprudenter è vesica in penem defluere. Id autem solet contingere resolutio musculo, qui vesicam claudit, prohibetque, ut ne in tempestiuè urina exeat, qui quæ arbitrio laxatur, atque astringitur. Aliis non tam



peculiari vitio musculi, quàm communi iniuria totius corporis, resoluta virtute, quæ in cerebro est, id accidit. Alioqui nulla, aut incerta desperatio est. Quod autem *ἐκλονται*, alij *ἐκλόνται*. Quod si *ἐκλονται* legas, *ἀνασπώνται* reuclluntur, trahunturque intro, vt ea omnia admodum imminuta videantur. *ἐκλόνται* autem, vt ante, de proiectis viribus, & valde marcescentibus dicitur, vel de flaccidis genitalibus. Sed hoc, nisi alia signa coniunxeris, infirmum est.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**M**Orbos vesicæ proprios persequitur, ischuriam, dysuriam, inuoluntariam vrinae profusionem, stranguriam. Quò autem omnia facillima methodo comprehendendi queant ad diagnosim & prognosim maximè necessaria, ponamus quasi ob oculos artificium naturæ in reddenda vrina. Est autem eiusmodi. Vesica vrinam excipiens naturali facultate, & transtueris fibris agens, laxatis obliquis, & rectis, vrinam exprimit: habetque neruum sensificum à lumbis, & osse sacro descendente, per quem vrinae morsum, molem, & pondus sentiens excitatur ad hanc naturalem & inuoluntariam excretionem. In ceruice verò musculus est obliquus, obliquis fibris & arbitrario motu, meatum claudens, cuius actione, id est, contractione pendente ab electione vrina retinetur: otio verò & laxitate effluit, habetque neruum motorem præter sensificum, sic enim facilius doctrinæ causa loqui liceat, è spinali medulla circa lumbos & os sacrum. Musculi verò abdominis maximè medij, iuuant compressionem, tum in egerendo, tum in meiando: ob idque nonnulli, vbi vrina, aut deiectio suppressa est, manibus huiusmodi musculos cõprimunt. Aliud igitur est vrinae expulsio, aliud verò (vt ita dicam) vrinatio. Nam vesica naturaliter & inuoluntariè vrinam expellit. Vrinatorio verò composita functio est ex naturali vesicæ, animali musculorum abdominis, & otio sphincteris. Ex his intelligi potest, quot modis vrina & retineatur, & inuoluntariè effluat. Retinetur enim (ischuriam nuncupant) vesica laborante, aut sensifico neruo. Vesica laborat ab intemperie, & hac quauis, frequentius frigida: aut à distensione valida cõtinentis membranæ ob nimiam vrinae copiam, vnde veluti diuulse fibræ exprimere vrinam non possunt: aut à tumore, aut ab obstructione, de quibus hætenus dictum est. Neruus autem sensificus frigore torpens, aut à calore febrili resolutus, aut contusus, primùm facit, vt lentè reddatur vrina propter obtusum sensum: deinde vt integrè retineatur ob immodicam membranæ distensionem, quam sequitur expultricis imbecillitas. Inuoluntarius ergo vrinae exitus proprium symptoma est actionis resolutæ sphincteris, non tamen inseparabile, quia fieri potest, vt simul & musculus resolutus sit, & meatus obstructus, tumque vtraque dispositio cognitu difficilis est, nisi ex præteritis habeatur, quoniam deest resolutionis manifestum indicium, vrina inuoluntariè profluens. Hæc autem resolutio interdum causam habet in neruo ipso, per quam animalis facultas fertur ad musculum, vt si propter extinctum calorem, vel penuriam spirituum relaxetur, flaccescat, nec amplius contrahi possit, nec vrinam effluentem sentire: aut in spinali medulla luxata ad externas partes: aut in cerebro ipso perturbata mente, vt in Phreniticis. Hi duo posteriores modi curationem admittunt: primus verò est *ἀδελπις*, desperatus: siue musculus & neruus nimio humore, aut vlcere computruerint, vnde tamen mors nõ sequitur: siue animalis facultas, quæ contrahit, sit extincta, quod lethale: modò id fiat nihil sentiente ægro, idque per hæc verba intelligit, *λανθάνει τὸ ἔργον προσπίπτει*: quasi diceret, clam ægro, & sine sensu vrinam delabi ad vrinariū meatum. In pueris enim humidioribus inuoluntariè aliquando effluit vrina, & in senibus ab acrimonia irritante, & in vlcere vesicæ, qui tamen desperati non sunt. Nam morsum quidem vrinae sentiunt: verum excretrix facultas acrius irritata, aut nimio pondere pressa, musculo imbecillo non expectat voluntatis imperium. Ex quibus etiam perspicuum est rectius hoc loco legi, *τὸ ἔργον προσπίπτει εἰς τὸ ἀδελπιον, vrinam clam illabi ad pudendum, quam pudendum trahi*, flaccescit enim potius, quàm trahatur, nisi musculus conuellatur, quod & vix fieri potest propter defluentis excrementi humiditatem:

tatem: & si fiat, vrina potius prohibetur, nisi læsa facultate animali, & motu conuulsifico vrina effluat. Contractio verò testium & pudendi, aliam causam habet in moribundis, & capitis morbis, vitalis scilicet facultatis interitum, quæ ad extremas corporis partes extendi amplius non potest, sed perturbata se ad suum principium recipit, vnaque secum partes retrahit: aut dolores vehementissimos, propter quos delati spiritus ad locum dolentem secum rapiunt partes ipsas: aut musculorum conuulsionem à siccitate ex ardore febrili. Ob idque etiam rectius scribitur, *ἐκλόνται*, quia vrinae inuoluntarium exitum describit à resolutione vrinæ, & lapsu, quem *ἐκλουσι* appellari sæpe diximus.

## LIIII.

*Ἐπὶ τραχηλῇ εἰλεὸς ἐπιγρονθμός, ἐβδομαεὺς ἀπόλυσι, ἢ μὴ περιέξῃ ἐπιγρονθόν, ἀθρόον ἔρον ἔλθῃ.*

*Stillicidio vrinae voluulus superueniens septimo die interimit, nisi accedente febre vrina semel multa prodeat.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Σ**τραχηλῇ, quod vrinae stillicidium & substillum malum appellant, siue acrimonia vrinae moueatur, siue vlcere, aut imbecillitate vesicæ, raro solet esse morbum inuicere: neque magnopere consentit vesica cum tenui intestino, cuius ileus morbus est. Sed aliquando ex vniuerso corpore conflente acrimonia vrinae stillicidium & voluulus moueri possunt, aut inde læso recto intestino, serpente malo, tenue quoque intestinum patitur. Ac de voluulo plura antea, qui inter lethales morbos & celeres numeratur. Vix enim septimum superant. Quod autem dicit, *nisi febre superueniente*, satis indicat non ab inflammatione, sic enim febris: non ab vlcere vesicæ, sic enim non curaretur vrina multa. Ab affectu ergo, qui prohibeat liberum exitum vrinae materia crassa, quam tenuerit dissoluatque febris, atque ita aperta via cesset affectus. Quanquam non facile intelligo inflammationem tenuis intestini inde sedari, nisi aliter *ἄλειον* intelligat, quomodo Diocles Charistius, qui *χρόσιον* tenuioris intestini morbum *ἄλειον* plenioris esse dixit. Alij quoque aliter. Quidam etiam *ἄλειον* tum plenioris, tum tenuioris intestini morbum esse voluerunt. Sed è pleniore stercus: è tenuiore cibus reuomitur. Ergo vesica plenior angustiore meatum reddit, quia fistula vrinaria in vesicam definit, & quomodo anteriore parte in pubem extuberat, ita posteriore rectum intestinum opprimit. Hic ergo retento excremento obstructio, & inde voluulus. Prodeunte vrina elaxatur liberum intestinum, vnde melior ægri conditio. Si quid enim retentum in intestino, liberata via vel sponte, vel arte, foras prodeat.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**D**E ischuria dictum est hætenus: modò ad stranguriam transit prætermissa dysuria, quæ tantum maioris & minoris ratione ab illa differt. Vtraque enim expultricis facultatis symptoma est, semperque affectus aut vesicæ, aut sensifici nerui. Verum in ischuria vrina suppressitur: in dysuria cum meicie vult æger, non statim vrinae excretio sequitur parum efficiente imbecilla vesica, sed magno cum conatu, & vel difficili tantum motu, vel etiam cum dolore. Sunt enim duæ species *ἡ μὲν ἄδελπις*, ab inflammatione, abscessu, exulceratione, inæquali intemperie, & spiritu flatulento: & *ἡ μετὰ δυσχερείας*, ὅς μόνις φέρει τὴν πύσιν, à facultatis imbecillitate, aut tumore præter naturam. Ab vtraque differt stranguria. Nam nec ab expultrice ortum habet, sed à retentrica: nec vrinam suppressit, aut ægrè tantum & vi reddit, seruato alioqui naturalis excretionis modo: sed maturius, quàm naturæ conueniat, idque intercisè & guttatim, quod nomen

7. Aph. 48.

ipsum in dicat, quasi *ἢ σπύγγα ἢ ἕρπον ἀποκρίσις*, guttatim vrina reddita: quāquam Paulus interdum stranguriam confundere videtur cum dysuria. Proprium ergo stranguriae, siue stillicidij vrinae hoc est, vt vesica ad excretionem vrinae irriteretur, priusquam insigniter ab ipsa repleatur. Quod duabus in vniuersum de causis accidere potest. Vna, cum vrinae acrioris, & nimium mordentis qualitatem vesica diu sustinere non potest, sed ipsam, tanquam noxiam, citissimè à se propellit, tamen ipsa neque intemperie, neque obstructione laboret. Altera, cum vesica ita imbecilla est, vt grauata à pauca etiam vrina, eam confestim propellat, antequam tota coaceruetur, haud secus atque intestina alimentum nondum mutatum in lienteria. Priore modo accidens tantum vesicæ est, non etiam affectus, nisi generalius nomen affectus dicatur de omni parte, cuius actio læditur. Posteriore verò ab vlcere, aut imbecillitate ipsius vesicæ procedit. Quod si sola vrinae acrimonia in causa sit, vel propter vitium renum talis est: vel propter mixtionem puris ab abscessu aliquo rupto in superioribus partibus, aut ab vlcere defluentis: vel etiam propter mixtionem humorum corruptorum è toto venoso genere. Sæpe enim humores prauis, qui in venis continebantur, non solum per intestina, sed etiam per vesicam expurgantur, quorum morsus stranguriae causa est, vt in crisi bus quarundam febrium: Hippocrates abscessum stranguriosum vocat. Ex quibus intelligitur ileum proprie dictum ab inflammatione, aut duro stercore, aut scirrho, aut abscessu ilei (quod est intestinum à ventriculo ordine tertium, incipiens vbi ieiunum desinit) stranguriae superuenire non posse in modum *ἐπιγνώμας*, vi aduerti morbi. Et Galenus in Aphorif. negat etiam ab inflammata vesica tantam angustiam in vicinis intestinis ex compressione fieri posse, vt inde sequatur ileus. Neminem enim à se visum inquam, qui in vrinae suppressione, etiam cum maximo vesicæ tumore in ileon incidisset. Accidit enim, vt diximus de vesicæ phlegmone, excrementa dura, & vi tantum reddi propter angustiam recti intestini, cui vesica inflammata incumbit: verum ipsius tumor superius non ascendit, nec si ascenderet, ilei esset causa, cum in gravidis vterus multo altius intumescens, ad hypochondria vsque perueniat, prematque tenuia intestina absque periculo ilei. Præterea illud absurdus febre superueniente ileum iuuari. Nam cum ipsa inflammationis alicuius sit symptomatica, quod maior fuerit inflammatio, eò auctior futura est. Ileus autem ab inflammatione vnicam solutionis spem affert, si phlegmone remittatur, aut discutiatur, cum qua febrem quoque cessare necessarium est. Quæ vt vera sint, minus tamen consentanea videntur Hippocratis sententiæ. Non enim putat Hippocrates omnem ileum fieri ab inflammatione. Quin etiam longè aliam generis interdum illi tribuit. Scribit enim *ἢ ἀδύναμις*, & de locis in homine ileum intestinum pituita è cerebro, aut aliunde illapsa, id est, crudorum & crassorum humorum copia vnà cum vehementi refrigeratione coniuncta impleri: quæ nullum dolorem cõcitat priusquam vel in flatu dissoluatur, vel excrementorum alui transitum omnino præcludat. Ea initio vesicæ molestiam quandam affert in meiendo, quod pars fluxionis tenuior ad vesicam conuertatur, vnde stranguria *ἢ δῆξις*, per morsum, eo modo, quo ipsam diximus fieri pure ex vlcere, aut abscessu renum, vel iecinoris vrinae mixto, aut vasis sese expurgantibus. Mox grauitas & frigiditas ventris superueniunt cum alui duritie, vnde coli dolor, & interdum, quanquam rarius, ileus. Si enim (inquit Hippocrates) fluxio retro processerit per palatum, & in ventrem pituita peruenerit, fluunt quidem horum ventres, non autem ægrotant. Si verò infernè maneat pituita, affectiones voluulosæ existunt diuturnæ. Recentiores addunt præter defluxionem à cruditatibus & continua ciborum corruptione colicum affectum fieri, & inde intercepto excrementorum exitu ileum: quod Galeno non admodum probabile videtur. Hac ratione ileus interdum *ἐπιγνώμας* est stranguriae, quibus simul iunctis duo remedia sunt, febris, & retentæ vrinae vacuatio. Nam ij duntaxat morbi à febribus iuuantur, qui refrigeratione constant, aliàs sola, aliàs cum crudis humoribus & pituitosis, aut cum spiritu flatuoso cõiuncta, quia calore aucto intemperie frigidam febris emendat, crassos humores concoquit, & attenuat,

3. Epidem. 1.

6. Aph. 44.

lib. de gland. & de loc. in hom.

lib. de gland.

attenuat, obstructiones denique liberat, vnde vrina crassa, & multa, & confestim vacuatur. Quod si febris quidem accedat, sed symptomatica internæ inflammationis sine hac vrinarum profusione, intra primum septenarium doloris vehementia, & excrementorum aestu ac suppressione æger moriturus est. Est enim ileus morbus acutissimus, vt dictum est ante.



# IACOBI HOLLERII

STEMPANI MEDICI IN SE-  
cundam Coacorum Præfagiorum sectionem  
Comment. liber postremus.

## APHORISMVS I.

*Νάρκη, καὶ ἀναίσθησις γινόμεναι παρὰ τὸ ἕρπος, ἀποπληκτικῶν συμβη-  
σιν ὀφείλουσι σημειῶν.*

*Torporis & sensus priuationes præter consuetudinem ortæ & futuræ apoplexias denunciant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.



ERTISSIMUM signum hoc est futuræ resolutionis. *ἐπιπληκτικῶν* enim sæpe dicit Hippocrates pro peculiari resolutione. Ergo quamcumque partem & torpor, & hebes sensus, vel nullus incidit, resolutio metuenda est. Atque id quidem resolutio quædam est.

## DESIDERII IACOTII VANDOPERANI MEDICI IN COACORVM PRÆFAGIORVM SECTIONEM SECUNDAM liber septimus.



V A E D A M intericiuntur de apoplexia, paralyfi, hydrope, & his, quæ circa vniuersum corpus apparêt, vt ex particulari morbo vniuersalem præfagire doceat, & in leui affectu interdum mortem, aut graue aliquod malum. Exempli gratia, in morbis vesicæ, de quibus modò egit, torpor & sensus priuatio mortis periculum afferunt, non solum quia trahitur in cõsortium mali cerebrum: sed quia in vniuersum *ναρκη, καὶ ἀναίσθησις*, periculosa. Demonstratum enim est torporem à neruofarum partium læsione proficisci, quarum seruatō motu, aut leuiter læso sensus amittitur, aut debilior redditur propter humorem, aut frigus, aut vtrumque, impedito spiritus animalis transitu, in cerebro, principio spinalis medullæ, aut parte aliqua, vt manu. *ἀναίσθησις* verò duplices sunt. Aliæ occupata, aut aliter læsa mente, de quibus Hippocrates, Qui parte aliqua dolentes, dolorem non sentiunt, iis mens ægrotat. Et multos obseruare licet, qui cum ad extrema iam venerint, nihil se sentire doloris affirmant, & bene valere putent, tamen si nequaquam absurda loquantur. Aliæ verò motricis & sensificæ facultatis læsionem sequuntur, vt in torpore grauiore, vel densato neruo à frigida intemperie: vel compresso, vt à ligatura, ictu, tumore circumdante: vel ob-

structo

fructo à crasis & viscidis humoribus: vel extincto sensu, & partis insito calore, vt in gangræna, & νεκρωσι, vel quia non amplius mittitur spiritus animalis à cerebro propter penuriam, aut pituitæ diffusionem in principium neruorum. In hac sensus priuatione compuncta pars non sentit, aut ægrè, quoniam corpus resolutur: in illa maximè, quia animus læditur. Ex quibus etiam intelligitur, quid ex his præfagiendum sit. Etenim παράσις, νεκρωσις, paralyfis, apoplexia prænuncia est pro causarum varietate, ex qua ducit. originem, & locorum affectorum natura. ἀναιδυσία verò præter hæc mortem, aut phreniticam denunciat. Videtur autem his verbis, παράσις, & interdum aliquam causam notasse, quasi diceret: si præter morè & quasi derepente motus sensusque torpeat & hebescat, nec causa aliqua externa, aut manifesta appareat, vt compressio exterior, aut in crure stupor à calculo, aut frigus, aut aliquid simile, apoplexiam metuendam esse, quod consentaneum sit neruorum principium affici. Sin verò in parte aliqua stupor sensum augeatur sine offensione sensuum, capitis grauitate, & aliarum partium læsione, partis illius paralyfis potius, quàm apoplexia, expectanda est, nisi occurratur. Nam apoplectici, nullis ferè aliis mali indicis præcurrentibus præter breuissimum torporem & capitis grauitatem concidunt, quasi syderati, sine sensu, sine motu, sola seruata respiratione, quæ & admodum difficilis mox euadit, & cum stertore grauisimo propter omnimodum priuationem facultatis, quæ fluit ad neruos, siue spiritus vitalis in carotidibus ab ingressione ad cerebrum (quæ tamen species apoplexiæ non ita subitanea est) siue in communi neruorum principio ab exitu ad partes subiectas prohibeatur. At in particulari paralyfi, cum pars aliqua non plenè excipit animales spiritus, sensum fit stupor, sensumque augetur, donec vel sensus perimatur, seruato motu, vel motus incolumi sensu, vel vtrumque simul, constantibus interea & integris cerebri functionibus sine grauitate capitis insigni, sine totius corporis inertia, aurium tinnitu, vocis tarditate, & similibus. Præsertim in senibus, pituitosis, crapulæ addictis, qui breui, angustoque collo sunt. Vbi enim vnà cum stupore hæc quoque apparent, paralyfis inchoata firmatur in apoplexiam, quæ admodum interdum debilis apoplexia in paralyfim, quæ paraplegiâ proprie dicunt. Paralyfis verò obstructo in totum principio dorsalis medullæ omnes, quæ sub capite sunt, partes resolutæ: vno verò tantum ipsius foramine præcluso (duo enim sunt medio septo diuisa, non aliter, quàm in cerebri ventriculis) alterum saltem corporis latus occupat, estque proprie hemiplegia. Interdum tamen vna tantum pars resoluatur, vt lingua, oculus, maxilla, labrum, brachium, manus, crus, pes, digitus, pudendum. Verum Hippoc. apoplexiæ nomen vsurpat non solum in ea, quæ vniuersalis est, sed etiã in particulari, vt sequente Aphorismo, & cum scribit crus apoplecticon fieri, id est resoluti: vltique in vniuersum hoc loco sensus motusque inchoata ablatione exolutionem animalis facultatis præmonstrari, vnde nomen resolutio. Diximus autem præfagium sæpe fallere in stupore cruris, quoniam Hippocrates docet, & sæpe obseruauimus, eum à calculo fieri. Atque hac ratione nuper nobilem curauimus, qui medicorum doctissimorum consilia communi consensu remedia ad paralyfim accommodata præscribentium nobis attulit. Huic enim cum prædixissemus futurum, vt intra quatrimum calculi fragmentis excretis alleuaretur, subridens prænotionem contempsit, quod neque à quoquam ea de re esset admonitus, neque arenulas vnquam reddidisset. Tandem tamen vix persuasus magna omnium admiratione verum nos prædixisse expertus est. Causa autem est eiusmodi. Venæ caue descendens ramus vnus in renem: alius in crus: tertius in testes fertur. Ad plenitudinem itaque eius, qui crus alit, aut compressionem stupor sequitur: quemadmodum alio tumente, qui ad testem peruenit, & ideo breuiore facto testis contrahitur; qua de re copiosius alio loco.

I I.

Ὅτι ἐκ τρώματος ἀκρατέες γίνονται τὸ σῶμα, πυρετὸς μὲν ἐπιγυνομίμνος

μῦθος χυεῖς πύρετος, ὑγιάζονται. μὴ γυνομίμνος δὲ, ἀποπληκτικοὶ γίνονται τὰ δεξιὰ, ἢ τὰ ἀριστερά.

*Quibuscumque ex vulnere impotentes fiunt corpore, superueniente febre sine rigore conualescunt: non superueniente vero apoplectici euadunt dextris partibus, vel sinistris.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Id solet accidere in vulneribus capitis, vt videlicet vel febricitent, vel resoluantur. Resoluuntur autem ferè dextra parte, vbi in sinistro capite vulnus est: sinistra, vbi in dextro. Ac conualescere ægros in eiusmodi vulneribus superueniente febre, non omnino verum: sed febris quidem efficit, vt materia tenuetur dissoluaturque, vnde minus facile resoluuntur. Contra verò apoplectici altera parte euadunt. Quod autem apoplexiam hoc loco resolutionem particularem dicat, manifestum. ἀκράτης autem non qui omnino motu priuatus est: sic enim iam resolutio esset: sed cum iam languet motio corporis, quomodo ἀκράτης dicuntur sine vlla resolutione confectis prope viribus, qui proiecti immotique iacent. Id autem initium est paralyseos affecto neruorum principio, materia non tam mordente, quàm premente vel alterante.

DESID. IACOTII COMMENT.

Τρώματι voce Ionica Hippocrates complecti solet quamlibet corporis offensam & plagam, maximè verò sub ictu, casu, contusione, vt in cerebro & spina, vulnure, percussione: vel potius, vt ipse loquitur, ἀποπληκτικὸν πλῆγμα, σείσις, quæ fit repentino aliquo è sublimi casu. Eiusmodi enim casus σείσις, quasi dicas afflictationem & violationem adferre solet, modò spinæ, facta in vertebra harmoniæ commotione & deprauatione, ex qua contenta medulla dorsalis laborat, & ex dorsalis vehementiore concussione apophyses aliæ contrahuntur, aliæ tenduntur, & aliquando neruus dirumpitur: modò cerebri, in cuius ambitu spatium vacuum est, idque maius, quàm circa dorsalem, maximè in senibus. Vbi igitur vel caput istu valido percussum est, vel æger ab alto cecidit, concussis cerebro, & spina, statim grauia symptomata fieri solent, alia paulò post superueniunt, nonnulla septimo, quædam ferius. Ea in vniuersum apparent vel in vniuerso corpore, vt ἀκράτης τὸ σῶμα, impotentia corporis, nimirum totius corporis infirmitas, aut ἐπιπληξίς, stupor, & febris: vel circa cerebrum, vt ὀφθαλμοί, ἀφωγία, oculorum inflammatio, sanguinis per aures, os, nares effusio, de quibus dicitur tertia sectio: quædam circa ventriculum, vt χολῆς ἐμέσις, vomitus biliosus. Sed inter hæc grauissimum est, cum homo sine sensu, quasi dormiens iacet, quod Hippocrates dicit κερωθῆ, quia manifestum indicium est cerebri violati ob ictus grauitatem, vt vomitus biliosus, vel cerebri, vel duræ membranæ per sympathiam oris ventriculi. Hæc tamen omnia aliam vim significandi habent in principio, & cum duntaxat temporaria sunt: aliam verò, cum vel superueniunt, vel diutius perseverant. Videre enim licet sub his omnibus plerisque non multò post restitui: alios diutius trahere, & vel in apoplexiam incidere, aut paralyfim: vel morti occumbere. Id autem euenit propter causarum varietatem, vnde eiusmodi symptomata oriuntur. Nam in vniuersum magnam concussionem, & partium interiorum affectionem grauem significant: sed neque affectionis speciem, neque locum, vt quod cerebri substantia, aut meningum, vulnerata sit, certò declarant. Etenim (exempli causa) vomitus & à concussione sola excitatur, maximè partibus ac bene potis: & membrana læsa, ac cerebro violato. Itaque per solam facultatis animalis contractionem, & inordinatum motum tum spirituum, tum humorum ex vehementia concussionis sine læsione substantiæ partium contentarum ἐπιπληξίς accidit, in qua aliquandiu neque loquuntur ægri, neque agunt quicquam, sed

7. Aph. 14. 58. & 6. Aph. 50

de uul. cap.

7. Aph. 58.

sed apertis oculis immoti manent iis, qui metu & pauore percussi sunt, aut attoniti, similes: vnde sola offensæ magnitudo certò dignosci potest. Cùm enim principatus animi, quatenus mouet & sentit, in cerebro sit, ad ipsum cerebrum facultas animalis retracta cogitur per eiusmodi affectiones, commotione vehementiore offensa, ob idque (ait Galenus) quietem agit, & feriat. Interca ex neruis obortis quidam valde tenduntur, quidam aliqua ex parte diuelluntur. Quòd fit, vt quandiu animalis facultas in totum soluta ab officio cessat, mutus & immotus iaceat æger ita affectus: ea verò restituta ad se redeat, præcedente leui delirio. Quòd si neruosa corpora disrupta sint, aut cerebrum parte aliqua vulneratum, diuisum, aut auulsum fuerit, haudquaquam eiusmodi symptomata omnino conuiescunt: quin potius, quæ non adsunt, postea superueniunt. Ex quo generale axioma existit, vt, Quæcunque in vulneribus mox à principio sunt, & apparent, ea minus terrere debeant, quàm quæ vel perseverant, vel postea superueniunt, siue febres sint, siue alia symptomata. In initio enim doloris causa, loci, hæmorrhagiæ, inordinati motus spirituum atque humorum, & facultatum contractione multa videntur esse lethalia, quæ non sunt, in quibus suspendere iudiciū oportet. Quæ verò vel permanent, vel quarto, septimo, aut deinceps accedunt, quo tempore omnia remitti oportuit, ingens aliquod malum portendunt, vt phlegmonem, putredinem, saniei collectionem, & similia. Huius generalis axiomatici exemplum ponit Hippoc. hoc loco, in ἀκρασία corporis, vt in Aphorif. ἀφωνία, cùm ita scribit, Quibus occasione aliqua cerebrum fuerit vehementer concussum, protinus fieri ἀφώνιος, est necesse. Consecuit enim Hippocr. vno sæpè quàm maximè manifesto symptomate, aut medicamento ( vt aphoina, & pti sana ) exempli causa proposito, cætera omnia, quæ sunt eiusdem generis, intelligere, vt per aphoniam eos omnes affectus, in quibus motus voluntarij, aut sensus grauius oblaeduntur: per ptisanam, vinum, oxymel, quæcunque similes vires habent. Quocirca tum ἀκρασία corporis: tum ἐκπληξις, aut ἀφωνία concussione & ictu intro ad cerebrum penetrasse significantia, definitum iudicium cùm ex aliis, tum maximè ex febre accipiunt. Verum quo die, & qualis illa sit, quæque symptomata inferat, exactè cognoscere permulcùm interest. Superueniente enim febre, ait hoc loco, sine rigore conualescunt. Vbi etiam ἕρως nomine intellige alia symptomata grauissima, nimirum sine delirio, sine syderatione, pustulis in lingua, conuulsione alterius partis & similia: Quæ mortem antè septimum portendunt. Nam siue his ab initio, vt primo, secundo, aut tertio die, febris superueniens ex agitatione, spirituum motu, perturbatione, leui putredine per arterias cordi communicata, esse solet: æger verò, maximè quod ad febrem pertinet ( ex aliis enim periculum impendet, quorum vulnus causa est per accidens ) in tuto est. Quinetiam maior ex illius febris præsentia utilitas expectatur, quàm ex eiusdem absentia. Nam quia rigor abest, suppuratio nulla est: neque sanies, aut alia materiæ acris effusio membranas mordentis & exedentis vicina corpora metum affert: neque vlla grauis inflammatio subest, ad quam congregatus calor in reliquis membris rigorem pariat: imò neque in ægro debili periculum à rigore imminet extinctionis caloris natiui, translationis materiæ in cerebrum, & resolutionis virium. Hæc enim omnia aut denunciat, aut inuicit rigor symptomaticus. Quoniam autem illa corporis impotentia, vel validam refrigerationem ex contractione caloris, & spirituum dissolutione in ictu sequitur: vel angustiam & compressionem neruofarum partium ab aliqua echymosi: vel obstructionem parotidum à grumo, quæ spiritum vitalem aditu ad cerebrum prohibet, vt illa animale exitu: vel denique pituitæ à cerebro diffusionem in principium dorsalis: his omnibus febrilis calor quodammodo remedio est. Primum vniuersum corpus in ea febre recalescit, spiritusque redeunt: deinde ἐκχυόμενα, id est, effusa, excretiones videlicet ex vasculis, quæ fieri solent, cùm venæ contendantur, ac sanguis per ipsas contusas ad cutem, vel intro effunditur, calor febrilis discutit, antequàm nigrescant, & in grumos coeant ( non enim coeunt, nisi longo post tempore, & grauissima tum, inducunt symptomata ) euacuando, videlicet

Libro de hum.  
mor. 1.

delicet calefaciendo, moderatè siccando. Nam quæcunque (ait Galenus) calefaciunt, parùm humectando relaxant, & ad siccius vergunt, neque tamen euidenter contrahunt, ἐκχυόμενα, omnium remedia sunt. Et Hippocrates prohibet, ne humores effusi intro retrahantur: sed transitus exsiccentur. Postremò pituitam, in cerebro ex vehementi commotione diffusam, febris illa minimè maligna absumit, tenuando, quod crassum est, incidendo viscidum, exsiccando humidum, quod facultatis delationem impedit. Contrà verò si nulla febris accesserit, aut septimo, vel post septimum inceperit: aut cum rigore, & prauis aliis symptomatis coniuncta sit, illinc quidem apoplexiæ, aut paralyfis: hinc mortis certissimum argumentum sumitur, nisi robore naturæ, & aliis bonis signis, ægri adiuti ( de quibus agitur tertia sectio huius operis ) tantùm claudicent, aut diu trahente morbo vix tandem euadant. Nam refrigeratio interior, aut humores extra venas, vel in carotidibus grumi, qui nec exitum habent, nec alia ratione cessant, ex imperfecta obstructione tandem perfectam absolutamque efficiunt, ac planè spirituum transitum præcludunt dextris partibus, vel sinistris, nimirum qua parte impediatur facultatis delatio: quo modo malum omne diutius latens intus, quod naturæ certamine non tollitur, seipsum sensim auget. Obstructio autem in carotidibus & substantia cerebri apoplexiæ propriè dictam inuehit: in principio verò dorsalis, vniuersalem partium subiectarum paralyfim: aut in alterutro foramine, vel alterutra parte hemiplegiam dextri, vel sinistri lateris. Cæterum dissectionibus apoplecticorum constat, ex grumo ad carotidas delapso, vel ex humore alio eadem vasa premente & impediente, ne contentum cum spiritu sanguinem ad ventriculos effundant, attonitos reddi homines, non aliter quàm si externo vinculo premerentur. Idem iudicium de obstructione originis neruorum, cuius veluti præludium quoddam est ἀκράσια ἢ σπμάσις; impotentia, quam Hippocrates ad animales operationes refert, quæ corpus mouent, non ad mentem, aut rationem, quomodo secundo de morbis imminente apoplexia æger esse scribitur ἀκράσις ἐαυτοῦ, impotens sui.

## III.

Ἀποπληκτικῶν ἀμορροΐδες ἐπιγενόμεναι, χεῖρμον: ψύξις δὲ καὶ καρῶδες, πομπρόν.

Apoplecticis hæmorrhoides supernata, utile: perfrictiones venarum torpores prauum.

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Non admodum verisimile est resolutas partes liberari hæmorrhoidibus. Resoluuntur enim materia ferè frigida insidente neruis. Hæmorrhoides autem multo eoque acri, & mordente sanguine per venas decurrente fiunt. Ac parùm constat materiam frigidam & crassam relictis neruis transfluere in venas. Itaque apoplecticos dicere oportet, qui interceptis venis copia sanguinis, quasi resoluti toto corpore iacent, quam nonnulli apoplexiæ sanguineam dicunt, Hippocrates ἢ φλέβων ἀπόληψιν. Itaque vbi natura robusta est, crassiorum illum sanguinem spiritu incitante ad hæmorrhoidas depellit, quomodo melancholicis accidit, quibus depulsus sanguis è capite, & per hæmorrhoidas fluens, morbum soluit. At si interceptis venis torpescit calor, sanguis & spiritus, refrigerant ægri & obtorpescunt prauo signo. Sed quid, quod apoplectici non solum torpent, sed sine motuque iacent, vt illis obtorpescere mitioribus factis iniuriis illis sit vtile. Hoc videtur velle initio quidem mali calere corpus: deinde euictò calore refrigerare magisque obtorpescere.

GGG

**Q**uod apoplexia proprie dicta morbus sit sine febre acutus, causa & loco cum epilepsia conueniens, sed cum omnimoda priuatione illius facultatis coniunctus, quae fluit ad neruos (iis exceptis, qui thoracem mouent, licet cum difficultate quoque moueant, respirationis necessitate excitante vim ad functionem) nemo est, qui ignoret. Praeterea nec illud, huius mali causam in cerebro omnis motus, atque sensus communi principio consistere, quae vel cerebri ventriculos implet, vel arterias retis mirabilis, aut carotidas, per quas spiritus ex corde in cerebri sinus influit, repente obstruit, aut coarctat. De causa non eadem omnium consensus. Putant enim plerique ex crassiore frigidiorique pituita hanc semper gigni, nunquam vero à sanguine, aut à melancholico humore. Hippocrates tamen, cuius sententiae experimenta consentiunt, neque hunc, neque illum humorem absolute causam statuit, sed omnem crassiorem succum, siue sit pituita, siue humor melancholicus, siue crassus sanguis, aut multus, aut concretus & grumosus. In libello de flatibus addit flatu interceptantes vasa: aliquando abscissum, vel tumorum praeter naturam: & vinum commouens materiam in cerebrum, vel vinum ipsum replens. Rarissima causa est fulmen, vnde tamen attoniti & syderati veteribus dicti apoplectici, quod fulmen sydus esse crederent. Addit etiam Galenus, ab externo & vehementissimo frigore apoplexiae quippiam simile concitari, ita vt symptomatis à materiali non distet, quanquam eam affectionem cataleptim potius dicerem, in qua partes solidae refrigerantur, humores in venis concresecunt, & spiritus praeter siccitate immobiles redduntur. Melancholicus ergo humor, cui cum pituita crassities communis est, si cerebri substantiam imbuat, melancholiam morbum, assatus, acris, & malignam quandam qualitatem contrahens, maniam concitat: sin vero cerebri ventres obstruat, apoplexias, & epilepsias inuehit, vt scribit Hippocrates secundo de morbis: & in Aphorismis vere & autumno in declinante aetate à quadragésimo ad sexagesimum (cui atra bilis familiaris est, vt senioribus pituita) apoplexias fieri docet: Morbis melancholicis (inquit) per haec tempora suspectae ἀρτηρίαις (humorum videlicet transpositiones, aut decubitus) vel apoplexiam corporis, vel conuulsionem, vel maniam, vel caecitatem denunciant. Et sequente Aphorismo, non omnem apoplexiam, sed eam solam, quae (interprete Galeno) ex sola atra bile ortum habet, in dicta aetate fieri subiicit. De sanguine multo vel crassiore, & plenitudine in vasis, dubium non est, quoties carotidas, & arterias interceptit, quae contexunt retiformem plexum: qualis apoplexia à frigida syncope parum distat, & quarto de victus ratione in acutis (nonnulli falso interpretantur cataleptim) describitur. Calor enim natiuus cum spiritu in illa plenitudine suffocatur, quia diffari non potest, vt & in crapula, fitque ἢ ἀγγείων ἀπόλησις, venarum interceptio. Nam cum supra modum oppletae fuerint, premi virtutem, grauatiq; est necesse, vnde extinctionis caloris natiui periculum, & propter multitudinem atque copiam suffocatio ei similis, qua omnes apoplectici laborant. In quo à syncope frigida maxime differt, quod in hac dissipentur spiritus, aut ad cor contrahantur. Hic enim per naturales ductus intro foras, aut contra, ferri non possunt, vt ante: proindeque torpent, ac refrigerantur, sanguisq; coalescit & coërescit, vt in mortuo corpore, non à vehemēti frigore, aut siccitate, vt in catalepticis, sed suffocato calore, & intercepto spiritu, quo liquidus erat, ac fluxilis, vt cum solum metallum ab igne remotum, licet adhuc calens, cogitur. Ob eamque causam quamplurimis horum haec (ait Hippocrates) accedunt, faciei rubor à sanguinis copia: oculorum immobilitas & veluti quidam functionum torpor, laeso neruorum principio: manuum porrectiones & stidores dentium, propter vitiatam motionem conuulsionemque coniunctam: extimarum partium refrigeratio, oppresso calore ab humorum copia: denique spirituum in venis interceptiones impedito transitu. Quod autem Gal. aliquando negare videtur carotidū & iugulariū venarū vel sectione, vel cōpressione (idem

de diff. morb.

6. Aph. 56. 57

4. de cut.

2. de dog. Plat. Hipp.

(idem iudicium de obstructione) apoplexiam fieri, intelligere oportet statim, quod accidere oportebat, si iuxta Peripateticos animalis vis à corde per arterias cerebro & corpori influeret. Post aliquot enim horas vim animale exolui, & animal mori, non solum ibidem fatetur, sed & alibi saepe. Spiritus enim animalis, vitalis, ex quo fit, in carotidibus intercepto, externo aere recreatus aliquandiu ad motum & sensum satis esse potest. Vbi vero dissipari & contabescere incipit, alterius (vt corpus alimenti) penuria, veluti carus quidam hominem inuadit ablato iam omni sensu, ac motu praeter respirationem, qua tandem laesa & perturbata apoplexia constituitur. Galenus similes ex sanguine apoplexias intelligere videtur, cum praeter pituitam ventriculos cerebri opplentem, alteram apoplexiae causam scribit esse φλεγμονώδη διαταραχήν in ipso cerebro consistentem. De his ergo hic Aphorismus intelligitur, in quo superuenientes haemorrhoidas laudat: perfrictiones vero & torpores, calore natiuo iam penè suffocato & ad extinctionem properante, damnat. Dictum enim est alibi, haemorrhoidibus interdum cacochymiam melancholicam reuelli & vacuari, quando sanguis niger effluit, de quibus Hippocrates, Bilis nigrae simile per haemorrhoidas effluens: interdum etiam plethoram, & sanguinis copiam vel natura expellente, vel referatis venis ipsius sanguinis violento affluxu citra naturae institutum opus. Euenit autem aliquando, vt vacuato eo, quod prauum est, consequatur sanguinis vtilis immodica profusio, vbi vena diutius aperta manserit. Quomodo haemorrhoides cachexiam inferunt, nec periculo vacant. Aliae vero omnes & graues affectus soluant, vt apoplexiam, pleuritidem, vlcera, lepram, atque alios similes: & futuros prohibent ratione tum vacuationis, tum reuulsionis. Eodemque modo praeter rationem suppressa vel naturae infirmitate, vel intempestiuo medici artificio, alios atrabiliaris morbis quotannis afficiunt, nisi occurratur aperta vna haemorrhoides, aut bilis atrae purgatione: alios vero morbis plethoricis, & apoplecticis. Quibus Hippocrates nos quoque docet apoplexiae, epilepsiae, melancholiae, maniae, & similibus morborum tum curationem, tum praecautiōem, quod medicus naturae recte agentis aemulus & diligens imitator esse debeat. A sanguine ergo & atra bile apoplecticis fidem dexteramque porrigamus venae sectione, haemorrhoidum apertura, bilis atrae purgatione, reuulsionibus ad inferiora, succisione, & calorificis. Aliis vero remedia parum conferunt, quod antequam pertinax malum euinci possit, aegri praefocentur.

6. Aph. 42.

6. Epid. sect. 5.

IIII.

Ἐν τοῖσι ἀποπληκτικοῖσι ἐπὶ τῇ δυσφορίῃ τῶ πνεύματος ἰδρὸς ἐπιγενέσθαι μένος, γλαυκίμων. ἐν ἀλλοῖσι δὲ πάλιν τὰ τοιαῦτα ἢν τωρεῖος ἐπιγενῆναι, λέγει.

*Apoplecticis, siquidem à difficili motu spiritus, sudor superueniat, lethale. In ijs ipsis rursus, siquidem febris superuenit, solutio.*

**A**poplexia omnis, siquidem fortis, incurabilis, authore Hippocrate, nec si superueniat febris, inde solutio fit. Leuior enim febris satis esse non potest, vt soluat eum morbum. Exemplo fuit filius Numeni in Protrheticis. Fortior vires exoluit, nec fit facile, vt seruetur iusta ratio febris ad morbum, atque moderatio. Atque vt superueniat febris, conditio aegri hoc solo melior, quia ex apoplectico paralyticus fit. Quod si accedat δυσφορίαν πνεύματος, hoc est, laboriosa motio thoracis inspirando & expirando, tum demum certum periculum imminet. Neque enim aliunde grauius, quam è respiratione periculum apoplectico imminet, & maxime, vbi iam sic viget, vt facies liuescat & nigrescat



quoque similiter iis, qui laqueo praefocantur. Ac sudor consequens exolutio-  
nis indicium est, & ad extremum laborantis naturae. Ac fortis quidem apople-  
xia è respirationis ingrauescente vicio definitur. At quæ leuis est, non facile cu-  
ratur. Ac ferè apoplecticos vidimus derepentè mortuos. Alios intra duodeci-  
mam horam: nonnullos eodem die, secundo, tertio, aut quarto. Et qui exci-  
tantur graui illo somno, alij quidem resoluuntur, alij dementes fiunt & veluti  
fatui, qui inde quoque accedente febre moriuntur. Atque hæc omnia experti  
scribimus. Vox autem πάλιν hoc infinuat, siquidem neque grauis illa respira-  
tio, neque sudor superueniat, sed febris, solutio. Ac more suo λόσιμ dicit ple-  
nius, quia sublato priore morbo alius succedat, resolutio partis alicuius, fatui-  
tas, aut aliud id genus. Rarè enim videas apoplecticos sine noua iniuria exci-  
tari, nisi si vel flatu crasso, vel leuiter interceptis choroidis venis, & leuiore de  
causa moueatur: quomodo aliquando ebriis accidit, qui apoplecticorum mo-  
re cum stertore & graui somno iacent, quos conuulsione mori scripsit Hippo-  
crates, nisi febre cortipiantur. Febris ergo crassos spiritus, crassam pituitam co-  
quit, tenuat, resoluit. Id autem de apoplecticis scripsit in Aphorismis de con-  
uulsione ab insidente materia neruis, aliisque similibus affectibus, quia videli-  
cet febrilis rigor exagitat & loco mouet materiam, calor tenuat, incidit, co-  
quit, resoluit: vtrumque ad excretionem materiae conducit. Sed vt ante dictum  
est, febris sit non debilior, quam vt aliquid efficiat: non vehementior, quam  
sustineant vires.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**A**poplexia ἐπληγμαία duo sunt lethalia δυσφορίη ἢ πνεύματι, grauis  
videlicet, inaequalis, intermittens, ac violenta spiratio cum stertore: & su-  
dor symptomaticus: totidem salutis, horum videlicet absentia, & febris superue-  
niens. Difficilis autem spiratio simpliciter ἐπληγμα non est, sed pathognomi-  
cum signum apoplexiae, si coniungatur cum motus ac sensus in vniuerso cor-  
pore aut inchoata, aut integra priuatione. Atque hac ratione potissimum tum à  
soporosis affectibus, vt caro, tum à syncope frigida & apnoea vteri apoplexia di-  
stinguitur, quòd praeter omnis animalis functionis ablationem cum omnium  
membrorum exolutione difficilem & perturbatam spirationem reddat. In caro  
enim planè libera est: vteri verò strangulatus cum solo vapore cerebrum feriat,  
multò minus respirationem impedit, nisi fauces pracludat. In syncope frigida  
(quam plerique cum apoplexia confundunt) nulla ferè est, nec pulsus percipi-  
tur, nisi obscurus admodum ac languidus: in apoplexia verò plenus ac validus  
existit: nisi cum iam in propinquo mors est. Vt ergo per sanitatem dormientes  
reliquis neruis obstructis, solos eos, qui pectus mouent, seruant liberos, sollicita  
natura, ne vlla occasione respiratio percat: ita in apoplexia omnium partium  
sensu motuque intercepto, sola spiratio naturae quodam instinctu ad extremum  
vsque vitæ actum seruat, sed non integra. Omnes enim apoplectici diffi-  
culter spirant, nec nisi strangulatione superueniente moriuntur, idque cum ster-  
tore quodam, denegata in totum facultate, quæ thoracem mouet. Quocirca tum  
hoc loco, tum in Aphorismis meritò de vita aut morte cognoscendum, iudican-  
dumque docet Hippocrates ex maiore, minoreve difficultate respirandi. Nam  
hæc magnitudinem causæ consequitur, cui si natura succumbat, vt amplius ne-  
que voluntate, neque instinctu thorax moueri queat, quasi derepentè strangula-  
tur ager, tumque apoplexia maxima dicitur, & acutissima: in qua recentiores nõ  
nulli frustra explorant lana carpta, aut gosapio, aut candela accensa, aut cyatho  
aqua pleno, vtrum apoplecticus respiret. Hoc enim tantum in apnoea vteri, aut  
syncope frigida faciendum est, in qua calor cordis ita refrigeratur, vt sola ar-  
teriarum pulsatio sine respiratione vitæ tueatur. Quocirca si ager adhuc viuit, nec  
spirat, vel apoplecticus non est: vel syncope coniungitur. Hanc proximè sequitur  
altera

altera apoplexiae differentia, quam Hippoc. fortem ac vehementem appellat, in  
qua seruat quidem respiratio, sed cum magna violentia procedit, ac cum ster-  
tore, ac intermissione. In tertia verò, quæ vehemens quoque est, sed minus, inae-  
qualis quidem, inordinata, & intermittens apparet, sed ab ea violentia abest. Om-  
nium mitissima quendam iam ordinem seruat, sensusque quidam, aut motus  
inest, sed admodum stupidus & incertus, ita vt curam admittat. Ex quo intelli-  
gitur δυσφορίη το πνεύματι, violentam videlicet, & inaequalem spirationem  
lethalem esse: quoniam ait in aphorismis, apoplexiam fortem, cuius illa signum  
est, nullo profus modo, debilem agrè curaueris. Sudor autem ab oppressione,  
& violento thoracis motu mortem ostendit in propinquo. Omnes enim muscoli  
qui thoracem mouent, agunt, non quia respirationis aucta sit necessitas, vt in ve-  
hementissimis corporis exercitationibus, sed quia propter virtutis imbecillita-  
tem omnes, quasi subsidio venire naturæ laboranti coguntur: in quo conatu per  
expressione, & partium solidarum resolutionem sudor symptomaticus oboriri  
solet. Mortis signis ita definitis, subiicit in us ipsis, si febris superueniat, solutio-  
nem fieri. Vbi vox illa, ἢ ἐπληγμα, de apoplecticis intelligenda est: non tamen, vt  
videtur, iis, qui difficilem motum spiritus trahunt cum violentia, stertore, & su-  
dore, cum illam apoplexiam insanabilem faciat Hippoc. Debilis autem tum me-  
dici artificio, tum naturæ beneficio solui potest superueniente febre, quoniam  
febris, vt sæpè dictum est, eos omnes morbos iuuat, qui refrigeratione constant,  
aliàs sola, aliàs cum crudis humoribus, & pituitosis, aut spiritu flatuoso coniuncta.  
Neque enim omnem apoplexiam febris sanare potest, sed eam tantum, quæ re-  
frigeratio sanguinis, pituita, aut flatus concitant: neque omnis febris, sed quanta  
& qualis necessaria est. Proinde Numeni filio in Prothetico febris nihil profuit,  
quòd minor esset, quam vt apoplexiā soluere posset. Ob idque secundo de mor-  
bis septimanos perire ait, nisi ignis corripuerit, idemque repetit propè finem de  
morborum crisi. Dicit quoque potest, ἢ ἐπληγμα, in ipsis, qui valida & forti a-  
poplexia laborant, febrem hanc salutarem etiam esse, quia tamen si valida apople-  
xia arte sit insanabilis, beneficio tamen naturæ superueniente febre excitari queat  
agri. Nam Galenus illum Aphorif. (Qui valentes, capitis repètè doloribus cor-  
ripiuntur, & protinus muti fiunt, & sterunt, intra septem dies intereunt, nisi febris  
interuenerit) de valida apoplexia interpretatur, cuius stertor ab imbecilla ner-  
uorum actione signum est qualis profundo, grauique somno oppressis accidit  
secundum affectionis similitudinem. Verum neque hæc interpretatio conuenire  
videtur, neque quod scribit Hippocra. ita affectas ad septimum diem peruenire  
posse: cum apoplexia fortis morbus sit acutissimus, qui tandiu in parte nobilissi-  
ma sustineri non potest. Partes enim principes, vt Galenus ipse scribit, diurnos  
simul & vehementes morbos non ferunt. Et Aurelianus scribit, quod experimen-  
ta confirmant, in valida apoplexia longissimum diem esse tertium. Aut igitur di-  
cendum est per validam apoplexiam Galenum eam intellexisse, quæ ad mitissi-  
mam accedit (Est enim, vt diximus, valida, validior, & validissima) aut antequam  
valida apoplexia constituatur, praecurrere sæpè conuulsionem: interdum etiam  
ἀκράτην ἢ σώματι, impotentiam corporis, de qua antè, & Carum, vt in ebrie-  
tate, cuius stertor comes est. Cum enim multus flatuosus spiritus excitatur, & ca-  
lor natiuus penè suffocari incipit, dolor capitis inuadit cum sopore quodam, ad  
quem mox accedit materiae confertim affluentis copia quæ tandem apoplecti-  
cum constituit. In illo itaque temporis tractu febris superueniens apoplexiae for-  
tis absolutionem prohibet, & mortem arceat, quæ alioqui imminet intra septem  
dies. Eam autem fuisse Hippocratis mentem Hippocrates ipse innuit secundo de  
morbis, & tertio, itemque sub finem de crisi: vbi his, quæ diximus, symptoma-  
tis positis, posttridie scribit hominem fieri ἀποπληγματι fanguine perfrigerato,  
quasi antè verè apoplecticus non esset. Ob idque stertor sine aliis signis apople-  
xiae fortis vera nota non est. Et nos multis praesentibus Procuratorem regium  
Arelatensem icinum, derepentè sensu motuque priuatum cum magno stertore  
& violenta respiratione restitutum vidimus, sine paralyfi, aut alia noxa. Verum ea

ipsa hora, qua derepentè concidit, bona quadam fortuna præfens convenientia auxilia statim exhibui, antequàm affluentis materiæ copia obstruatur: quo tempore spiritus flatuosi ex turgente materia grauissima symptomata, qualia in valèdissima apoplexia, aliquando mouent, quibus facilius occurrì potest. Hanc igitur apoplexiã fortem, febris nec maior, quàm vt vires exoluat, nec minor, quàm vt nihil proficit, maximè iuuat, vt pote quæ tum spiritum illum flatuosum, tum humores pituitosos excalfaciat, attenuet, & resoluat. Id autem fit tribus nonnuncquàm diebus, aut quatuor, interdum etiam pluribus, non tamen vltra septimum procedit diem, propter morbi magnitudinem, & partis affectæ nobilitatem.

## V.

τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένως ἐπιπυρετικῶν χροῶν, ὀλίθια.

*Qui derepentè apoplectici fiunt, siquidem cum intermissionibus febres accedentes habeant, tandem moriuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Repentina ferè apoplexia est, atque inde nomen factum volunt, quia velut ietu graui percussi concidant. Et Aurelianus Victor in vita Marci Antonij, qui Antonino Pio successit, ietum sanguinis ἀποπληκτικῶν cōuertit. Et apud Eusebium sanguinis subita eruptio apoplexiã dicitur: qua ratione & ἀσπραοπληκτικὰ appellata, quicunque ietu fulmine, quasi è cælo ietu concidunt. Quod autem λελυμένως dicit, videtur intelligere de ratione febris, quæ vel mollis sit & soluta, vel quæ intermittat. Acutam enim febrem esse conuenit, & fatis vehementem, quæ pertinacem hunc morbum discutiatur. Ergo mollior febris vel intermittens, cum efficiat, vt diutius viuat æger, tandem tamen nõ omnino soluit materiam, atque diutius superuiuentes moriuntur: diutius quidem, quàm soleant apoplectici, qui quod summum sit, non superant septimum. Mihi tamen verisimilis videtur interpretatio de molli febre.

DESID. IACOTII COMMENT.

Illud λελυμένως, id est, exolutionis in modum, aut mollitiei, in medio duarum dictionum positum, cum vtraque coniungi potest: vt vel τὰ ἀποπληκτικὰ λελυμένως dicantur: vel τὰ ἐπιπυρετικῶν λελυμένως. Priore modo significari potest mitior apoplexia, in qua non est absoluta omnium functionum animalium priuatio, sed sensus aliquis, aut motus manet, admodum tamen stupidus, & incertus, exolutionis in modum, qualis in paralyfi, ex apoplexia debili, quæ sæpè progressu temporis in apoplexiam recurrit. Tùmque sensus erit, febrem diuturnam in debili apoplexia lethale esse. Posteriore verò leuis & soluta febris ostenditur, quasi diceret, in apoplexia repentina ægrum superfebrile mediocriter, lethale esse: quod postertus & experimentis, & aliis Hippocratis locis magis consentaneum est. Febris enim superueniens morbis frigidis, non modò non est lethalis, quantumuis diuturna sit, nisi forsitan ex accidente vitium imbecillitate, sed & securiorem, firmioremque coctionem facit, ita vt mitigata febre, quamuis ægri in aliquo mox delinquant, non tam faciliè tamen relabantur in morbum: per illud Aphorismum Hippocr. Minus his, qui ex capite grauedine & raucedine febricitant, recidiunt. Quæ verò febris in repentina & valida apoplexia leuis est & mollis, ea humores & flatus mouet potius, quàm dissoluat, vt in febribus vertiginosis dictum est alibi. Cum ergo calor febrilis superueniens iuuat, aut quia intemperiem maximè frigidam emendat: aut quia flatus discendit: aut quia frigidus humores calefacit, crassos attenuat, & lentos incidit, atque absomit: aut quia omnia simul efficit, vt in apoplexia ex pituita repentino affluxu: nihil omnino horum lenta febris prestare potest. Idem igitur significat hic Aphorismus cum illo Prorethetici, Subitaneis apoplexiis si febris mediocris solutaque, & diuturna superuenit

6. Epidem. secundo. 3.

nerit perniciosum, vt Numenij filio. Ea enim tantum apoplexiæ, paraplegiæ, grauedini, raucedini, conuulsioni, asthma, & similibus morbis pituitosis ac frigidis remedio est, quæ acuta sit & calida, non debilis & soluta. Eodè pertinent ij aphorismi, Febrem à conuulsione fieri melius est, quàm à febre conuulsionem. Et, Si ebrius quispiam repentè obmutuerit, conuulsus moritur, nisi febris prehenderit, vel vbi in horam, qua crapulæ soluuntur, venerit, loquatur.

## VI.

Ὅταν ἐν τινὸς ἀρρώστιας ἐς ὕδρον περιελατῶται, τῶτοι (κοιλίας) ξηραὶ αὐραθῶδες ἔρχονται, μὲν περιτῆξις μυσώδεις, καὶ ἔρρα, & καλῶ.

*Quibus è morbo aliquo hydrops euenit, iis alui sicca, & stercori caprillo similia egerunt, cum colliuatione mucosa, & urina non bona.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Am antè diximus, minus formidabilem esse hydropem, qui nullo antecedente morbo nascitur: deinde qui longo: periculosissimum autem, qui acuto. Ac præterea qua ratione non nisi conatu magno & ope medica excernant. Solet autem Hippocra. diuulsa, disiuncta, dura ad instar caprilli stercoris excrementa αὐραθῶδες vocare. μυσώδεια verò colliuationis initia sunt partium solidarum, quantum aliquando pituita in intestino collecta, aut aliunde affluere mucosa quidem per aluum excernuntur. περιτῆξιν autem efficiunt, tum febris subinde hecatica, quæ interdum hydropicos absomit: tum quia non nutritur corpus, vt corpus similiter iis, qui colliquantur, intabescat.

DESID. IACOTII COMMENT.

Tamet si citra vitiatam iecoris sanguificationem, ceu proximam mali causam, hydrops non nascitur, vt alibi demonstratum est: qui tamen ex acuto morbo coepit, semper ferè aut ex inflammatione partium intra lumbos & ilia principium ducit, qualis est frequentissimè hydrops siccus: aut ex duritie hepatis, vel marasmo retorrido, vt Ascites, & Anasarca. In vniuersum verò iecur insigni vitio laborans, vel suo, vt cum refrigeratur immodicè, humorum copia obruitur, obstruitur, scirrhusus est, exsiccat consumpto nativo humido: vel alieno, vt lienis, ventriculi, renum, ieiunij, tenuium intestinorum, vteri, quibus propter vicinitatem, & magnorum vasorum societatem cōsentit, tandem hydropis speciem aliquam inuehit, cuius periculum repetendum est ex causæ magnitudine, viscerum integritate, aut corruptela, & vitium infirmitate, quæ antecedente acuto morbo longè maior est, quàm nullo. De hoc agitur hoc loco, quia ἐπιγένημα, comparaturque is, qui iecur per se primùm obsidet, cum altero ex consensu. Duo verò signorum genera sunt: vnum eorum, quibus alter ab altero nascitur: alter superuenientium, ex quibus de toto morbi euentu iudicium instituitur. Vtrumque genus promiscuè complectitur hoc aphorismus: in quo explicando singula tantum, tanquam signo notabimus: quod superiore libro copiosè explicata sint. Paucitas ergo excrementorum alui cum duritie, & siccitate, separat hydropem primigenium iecoris ab altero ex lumbis, & iliis, vt & arida tussis. Nam initio, cum nondum iecur vicina intestina, & mesenterium in consortium mali adduxit, venter non fluit, quòd illic diutius alimenti reliquæ immorentur, partim ad intima peritonæi immittæ, partim verò à iecinors plegmone adustæ. Hinc excrementa αὐραθῶδες, caprillo stercori similia, quorum tum in sanis, tum in morbis omnibus causa duplex: longa in intestinis mora: & si nigra sint, vstio ab immodicè æstuante hepate. Alterius autem speciei hydropis ab ilibus & lumbis profluvium alui ab initio (nam superiori tandem superuenire potest) proprium & peculiare

est, quia ieiuno intestino & mesenterio phlegmone laborantibus, imbecillæ venæ sunt, quibus iecur ad se trahit alimentum, nec quicquam illic morari potest propter dolorem, & infirmitatem. Præterea cibus corrumpitur, & plurimum excrementi biliosi aceruat, propter partium, quæ phlegmone torquentur, caliditatem, unde vehementer mordentur intestina, & irritantur ad excretionem. Urina autem in omni specie hydropis pauca est suppresso sero, & rubra ab inflammatione, excepto tympanite, in quo tamen non bona est, sed quàm in aliis, copiosior. Mucosa autem interdum sunt excrementa alui, vel ab acrimonia derasa pituita, quæ duriori stercorei inhaerescit: vel à colliquatione solidarum partiũ aucto malo. Quod si ob malignitatem caloris extranei, aut abundantiam, neque urinae bonæ sint, & excrementa alui colliquationis notas præ se ferant, desperatio est.

V I I.

Διατάξεις τε περί υποχόνδρια, καὶ πόνοι, καὶ ἐπάρματα περί κοιλίαν, καὶ πόνοι περί κοιλίαν, καὶ περί τὰς ῥαχιαίας μύας προσπίπτει: πυρετοὶ τε, καὶ διάρροιαι, καὶ βήχες ἔνθα παρακαλεῖται, καὶ δύσπνοια περί τὰς κινήσεις, καὶ σκελετῶν βαρύτες, ἴσθμιον τε ἀφεστῶσα, καὶ προσνευγμάμμοι μικρὰ πληροῦται.

*Ac circa hypochondria distensiones fiunt, & dolores, extumescit venter, dolent ilia, & qui musculi lumbis incumbunt, febres, sitis, sicca tussis insequuntur, & cum moventur, difficiliter spirant, grauitas crurũ, abhorrent à cibus, & paucis ingestis expleri solent.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

DE hydropicis ex antecedente morbo scripta hæc oratio, in qua coitio est signorum, quæ denuntiant exitium ægro, quibus si coniungas, quæ in Prorrheticis scripta sunt, faciliè præfagium colligas salutaris, & lethalis hydropis. Sunt & alia in Prognostico, quæ ad præfagium hydropis referri possunt. Augescente ergo passione ita distenduntur latera ventris, hypochondria & ilia, vt illic dolor necessariò moueatur. Tensio enim vehemens id efficit, multò magis in lateribus, quia multis neruaceis partibus colligantur, & minus tensioni cedunt. In medio verò, quia videlicet magis cedunt, ideo magis extuberant, eoque quasi in concavam flatibus euecta extumescunt. Ac circa ilia & lumbos colligatione peritonæi ad vicina corpora neque cedentia dolores excruciant. Febres putredo excitat, vtrumque sitim. At oppresso diaphragmate, & aliquando appendente grauiore hepate è scirrho sicca tussis, in qua videlicet nihil exspuitur. Difficultas adhæc spirandi, vbi commouent corpus. Nam κίνησις ad corpus, non ad respirationem referendum puro. Commoto corpore materia commouetur, & in ea mitus crassior spiritus ac fluctuans inæqualem motum infert diaphragmati. Grauitas crurum etiam sine hydrope malè affectis visceribus esse solet. Sed in hydrope malè nutriuntur & clangescunt, ex quo vel marcescunt, vel aqua implentur. Sed & oppressis venis & neruis minus spiritus excipiunt. Abhorret autem à cibus læso orificio ventriculi. Quibusdam enim appetentia integra est duplici ratione, quia salutaris hydrops & ea pars incolumis est, vel quia à frigidior potu refrigeratus stomachus & iecur, & inde hydrops natus est. Replentur autem paucis ingestis cibo, quomodo & sine hydrope, quibus angustior minorque ventriculus. Hic autem quomodo astringatur, manifestum.

DESID. IACOTII COMMENT.

Signa persequitur hydrops ex acuto morbo, quorum alia sunt σωμασθένοντα, alia ἐπιγενήματα, de quibus superiore libro copiosius. Secundo Prorrheticis salutis signa omnia accuratius & distinctius persequitur, ab Hollerio alibi explicat

explicata sunt: διαλλάττον esse, quasi bonorum viscerum, quorum videlicet natura integra est, vt & concoquere, & conuenienter in reliquum corpus influere possit: quod ex colore non prauo, & succulento corpore dignoscitur. Nam pallidus viridisque color abscessus in iecinore nota est: viridis & niger, in liene: pallidus cum rubore genarum, in pulmone. Et in hydropico marcidum, squalidum, ac decoloratum corpus deploratum est. δύσπνοια, cum facili spiratione, neque oppresso diaphragmate à tumore: neque aqua redundante in thoracem. ἀνάδυστος, sine dolore, qui & vires exoluit, & intemperiem hecticam, aut inflammationem interiorè denunciat. χλιαρὸν ὁμαλῶς πᾶν τὸ σῶμα ἔχειν, molle tepidumque corpus habere, nimirum calore insito adhuc vigente, sine febre hectica, aut maligniore, cuius signum est durities, & extimarum partium refrigeratio. καὶ μὴ πειπετηγὸς περί τὰ ἔσχατα, non exuccum colliquatumque partibus extremis, inopia alimenti, & visceribus parum fungentibus suo munere, aut colliquatione partiũ solidarum vi malignæ febris. κρείσσον, ἐπάρματα μᾶλλον ἔχειν ἐν τοῖσιν ἀκρωτηρίοισιν, tumere potius extimas partes, quoniam videlicet ignobiliores, modò ne ingrauescente morbo id fiat, in quo ab his incipit interitus, vt alibi exposuimus. βήχας μὴ προσεῖναι, nec adesse tussim, quæ vel symptoma est iecoris tumens, aut languidi, vel ἐπιγένημα hydropis lethalis, de qua paulò pòst. μήδε διάρροιαν, neque sitim, quæ praua est, & vt signum resiccati ventriculi, iecoris, ac partium solidarum, aut putrentis aquæ: & causâ morbi vim augens, in quo non modò potu, sed etiam aquæ conspectu, ait Auicenna, prohiberi debent ægri. μήδε πλὴν γλῶσσαν ἐπιφθράνεσθαι, linguam non resiccari, tum aliâ, tum à somno, ex putredine & æstu in visceribus ac venis, quæ noctu contracto calore ad centrum magis ardent, & fuliginem ad superiores partes mittunt. τὰ δὲ σιτία ἰσθμῶς δέχεσθαι, καὶ ἰδίοντα ἐκινῶ μὴ πονεῖσθαι, cibos suauiter fumere, neque laborare à iusto cibo: integris partibus nutritioni dicatis, & suo munere probè fungentibus, sine scirrho, vehementi obstructione, imbecillitate ex intemperie frigidior, quæ vehementius appetentiam auget, aut calidior, quæ fastidium cibi parit, & sine corruptione alimentorum, aut humorum praua qualitate, quæ ventriculi os grauitè offendat. πλὴν δὲ κοιλίαν, πρὸς τὰ φάρμακα ὀφέλωσθαι, ventrem cedentem medicamentis, natura conuenienter vtente medicamentis, & materia faciliè cedente: illud quia corpus δύσπνοια: hoc quia humor morbificus sine malignitate sit, & sine perenni generatione. Quod salutare signum reliquis etiam morbis commune est, atque ab Hippocrate inclusum in voce ἐν ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς. Commune quoque est quod sequitur, excrementa alui mollia, & bene figurata esse: exercitia corporis faciliè ferre, & sine lassitudine. Hæc igitur ex Prorrhético, quæ hic quasi in tabula paucis proponere visum est, vt haberent studiosi tanquàm ob oculos, quid in iudicio de hydropicorum morte, aut vita spectandum sit. Addenda verò erunt cætera, quæ communia sunt, vt ætas, tempus, vires, ægri mores, præterita, & similia. Singulorum quoque symptomatum, quæ hoc aphorismo comprehenduntur, causas distinguere oportebit, hoc modo. *Circa hypochondria distensiones, & dolores.* Hoc peculiare est tympaniti à lumbis, & ilibus. Nam & cum dolore reddunt alui excrementa, & imus venter totus ipsis intumescit. Quippe dolores excitari necesse est, tum propter phlegmonas, tum propter morfus: hypochondria autem & totum ventrem distendi, quòd intestina flatuoso spiritu plena sint ex cruditatibus. ἐπάρματα, tumores circa ventrem. Signum hydropis ex iecinote in quo venter extumescit interdum dextra, interdum sinistra parte: hi verò tumores, ait in Prognostico, consistunt & desinunt: aut propter œdematosum tumorem vniuersæ cutis, quæ impressi digiti vestigia retinet: aut propter tumorum ventris incòstantiam in primo ortu, qui modò subsidunt, modò reuertuntur, donec obfirmatus sit morbus. Differunt à tumoribus tympanitis ex ilibus, quia ex pituitoso humore constant, non autem ex flatuoso spiritu: ob idque digiti compressu excavantur: & à pedibus maximè incipiunt. *Dolent ilia, & qui musculi lumbis incumbunt.* Hoc rursus proprium est hydropis ἀπὸ τῆς κενέωνων, concepta flamma & putredine in mesenterio, ieiuno, & tenui intestino. Vbi enim febris focus est in renibus,

lib. de humo. 2.

6. Epidem. 4

renibus, vel mesenterio, qua parte mesocolon est, circa lumborum musculos, & spinæ dolor vrget. Nam cum mesenteria continua sint, & communia tum intestinis tenuibus, tum crasis, quod mesenterij nomen generale sit, mesocolon ad crassa intestina pertinet. Hoc autem in vnam quandam, ait Galenus, earum, quæ in lumbis sunt, pertingit vertebrarum, à septo transuerso situm habens, iacetque hoc sub ventre. Proinde Hippocr. Cōla, inquit, homo habet, qualia canis, maiora verò ex mesocolis: dependent hæc ex venis à spina in ventrem. Ex quibus inteligitur, cur in dolore lumborum affecti loci dignotio accurata egeat distinctione, de qua exactè alibi. Interdum enim dolent externæ partes ab externa causa, aut humore defluente vel solo, vel cum flatu: interdum verò doloris causa est in spina, à luxatione, ictu, inflammatione: in membranis, renibus, vena caua & arteria, intestinis, mesenterio, quæ doloris proprietate, situ, contactu, exeuntibus, actione læsa, propriis symptomatis discernens. In tympanite ergo ex acuto morbo, primigenio affectu laborante tenui intestino dolores præcipuè & maximè vrgerit circa vmbilicum: mesenterio verò vel renibus, circa lumbos & flexum corporis, vbi spina & lumborum musculi, quoniam nervosæ sunt partes, vehementer incenduntur, flatu, phlegmone, morsus à bile. Hæc discernenda sunt ad præfagium & curationem, ne, quod vulgus medicorum facit, neglecta parte primariò affecta, totam curandi rationem in hydrope ad hepar referamus. *Febres*, modò hecicæ circa finem, ex marasmo retorrido partium nobilium in ventre contentarum, vt iecoris, quia ardor cordi proximus est, & humidum naturale deurit: modò symptomatice, vt initio, ab inflammatione interna, quæ sanguificationis opus vitiat in iecore: modò lentæ & diurnæ ex corruptela viscerum, aut putredine aquæ, vel humorum circa iecur, aut continua prauis humoris generatione. *Sitis*. Ventriculi propria, vel primariò affecti, & plus æquò incalescentis, aut reficcati: vel per sympathiam circumpositarum partium, quæ præ incendio vicinum ventriculi os excalfaciunt, illiusque humorem ebibunt, quales maximè sunt, ieiunū intestinum, hepar, cor, pulmo. Ingentis enim sitis causa, quæ citra diabetem accidat, intemperies est calida, vel sicca, vel vtraque oris ventriculi. Huic proxima, ab hepate, sed maximè parte cōcaua, qua ventriculū complectitur, simul accensis, mesenterio, ieiuno, toto ventre, pulmone, qui etiā nativo calore, motis que perpetuitate substratum ventriculi os exsiccat. Sitis autem in expugnabilis radix ferè esse solet in flammea dispositione, & erysipelatis naturam referente, horum viscerum, in qua focus febris ardentis latet, vnde magna ex parte marcor aliàs alius insequitur. Sed & præter inflammationem viscerum in hydrope sitis est ex putredine aquæ, vel alimenti, ex qua halitus acris sursum conscendens, & oris amarorem, & sitim excitat, etiā si morbificus humor frigidus sit. Præterea humidum primigenium consumitur, & partes solidæ exarescunt deficiente alimento ex sanguificatione vitiatæ, licet humor accedat aduentitius, vt in hypofarca & ascite. Ob idque omni hydropis speciei sitis communis est aliàs maior, aliàs minor, pro ratione causæ, & magnitudine morbi. Ex quibus efficitur, quòd ad morborum & loci affecti dignotionem magnā vim habet, sitim sæpe neque febrī respondere, neque humori putrenti. Nam in flammea dispositione circa os ventriculi longè sitis intentior est, quàm febris, quia magis exarescit os ventriculi, quàm cor exuratur: & contrā, cum venter abundat humiditate, in vehemēti febre sitis nulla est, aut exigua pro febris ratione. Neque verò semper fieri à bile sitim hydrops, & coli dolor frigidus testantur, vbi inedia, spirituum motus vehemens, putris humor & fumi partium oris, & ventriculi humidum exhauriunt, & alimenti humorem exsiccant. Idem iudicium de siccitate linguæ. Communis causa in omni febre siccitas partium, calor in venis, cordis incendium, quod nec liberè & conuenienter refrigerari potest, nec fuligine expurgari, vnde calor officio ventriculi faciliè communicatur. Sit igitur sitis modò inter *συνεδρεύνοντα* signa, hydropis, modò inter *επιγνώματα*. *Siccæ tussēs insequuntur*. Triplicem alibi tussim in hydrope distinximus, *ἢ σιμβεβηκός* ex destillatione è cerebro: morbi aucti ratione superuenientem, quæ est *ἐπιγνώμα* ascitis imminente morte: & propriam ac pathognomonicam

thognomonicā hydropis à iecore primariò affecto. Verum hæc ab illa distinguitur, quòd sicca sit, & tussicula, aut verius propensio, vel irritamentum ad tussien dum, quàm vera tussis. Nulla enim est angustia vera, & propria pulmonis, sed oppressio à tumente iecore, vel *κατὰ ῥόπον*. Tumor enim septo incumbens pulmoni parit angustie veræ similem affectionem: grauitas, verò deorsum inclinans languente viscere, aut tuberculo oppresso per fibras quasdam septum, cui iecur alligatur, deorsum reuellit, & hoc membranas, quæ thoracem internam comprehendunt, ex quo spiritalibus contractis sicca tussēs, quæ diu non detinent, licet semper molestæ sint, quòd ægri vixdum tussire aggressi, conquiescant, quia nihil effatu dignum expuunt, nisi quantum serosi tenuisque humoris, ex vasis serosum sanguinem continentibus in asperam arteriam, sudoris instar, exprimitur. *Et cum mouentur, difficilius spirant*. Hoc symptoma omni speciei hydropis cōmune est, & inter *συνεδρεύνοντα*. In ascite enim, & tympanite eandem causam habet, quàm tussis sicca: in hypofarca verò, tum pituitam, quæ carnes, membranas, cutemque imbut, tum sanguinem incoctum, qui replet vasa. Inde thoracis partes grauatae liberè dilatari non possunt, præsertim cum ægri mouentur, quia motus vsu respirationis auget, & fluctuationem facit. Quòd si in ascite ita dispncea augeatur, vt sublimis appareat, aquæ copia sursum redundante, quòd Rhafius falsò negat, *ἐπιγνώμα* est valde lethale; ex quo, ait Auicenna, mors intra triduum impendet. *Grauitas crurum*. Grauis doloris, tum in visceribus, iecore, pulmone, liene, renibus: tum in membris, vt brachio, crure, genu, duæ sunt in vniuersum species. Vna, vbi sentitur suspensum viscus, aut membrum: altera, vbi incubans onus. Prior fit ab imbecillitate facultatis, quæ membra sustinet, & à spirituum inopia, in neruis, aut musculis, qui amplius neque mouere liberè, neque sustinere membra possunt. Quòd fit, vt etiam ea partis imbecillitate, vt in genu, laborantes modò summum se frigus, modò calorem igneum sentire querantur, quòd iam inualida pars, & calore insito, quòd omni excessui resistit, destituta à quolibet contrario grauitate offendatur. Altera, in partibus externis, vt crure, humorum plenitudinem, aut cacochymiam sequitur: in visceribus, ex sentiente membrana oritur, & viscere indolente, ac tumente, vel humoris copia grauiore: haud secus atque manus sentiens à contento pondere insensibili grauitatur. Priore modo grauitas crurum in hydropticis *ἐπιγνώμα* est lethale: posteriore pathognomonicum, vel asidens, quoniam humor frigidus & crudus deorsum inclinans cum vapore crasso & imbecillo calore, pedes semper in principio hydropis, præterquam tympanitis, non nunquam etiam crura tumefacit. Pessimum, cum duæ simul causæ concurrunt, facultatis motricis interitus, & humorum crudorum copia. *Abhorrent à cibis, & paucis ingestis expleri solent*. Iecinore affatum refrigerato sine tumore, aut obstructione, vt ab intempestiuo aquæ frigida potu, vehementem ciborum desiderium ægros habet. Nec mirum, cum ob refrigeratum os ventriculi eiusmodi cupiditates accidere soleant. at in hydrope ex morbo acuto, & cum morbo acuto, ingens ciborum fastidium vrget, facultate iecoris nutrice grauitate læsa, ventriculo estuante, impedita alimentum distributione, & oppresso ventre, vnde etiā paucis alimentis ingestis replentur, indeque deterius habent. Nam iecur languidum etiam sine tumore trahit alligatum sibi septū præsertim à cibo, ventriculus verò opprimit, vnde grauitas & spirandi difficultas. Vix hæc omittere, aut breuiori compendio explicare potuimus, sine magno studiosorum dispendio, qui exactam diagnosis, certamque præfagij constantiam requirunt.

## VIII.

τὸς λευκοφλεγμῶν τὰς διάρροιας ἀκούει.

*Leucophlegmaticos alui profluumium soluit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**omen habet ab alba pituita, quæ & in vasis, & in habitu corporis collecta *λευκοφλεγμῶν* genus hydropis facit, vt in Aphorismis, *ἐπι λευκῶ φλεγμῶν*

7. Aphor. ult. c. 29.

ματι ὑδρωσὶ ἐπιγίνετο. quanquam simpliciter λευκὸν φλέγμα interdum λευκοφλεγματίαν intelligit, vt in Aphorif. ἢ ἐπὶ λευκῷ φλέγματι ἐχρῆμα δὲ ἀφροσίου ἐπιγίνετο. Si quis ab alba pituita detineatur, eique vehemens alui profluuium superueniat, morbum soluit. Atque id quidem integris visceribus, nec iam contracto malo corporis habitu, κακείαν vocant. Id autem communi ratione vacuationis, quæ & in hoc genere, & in ascite inutilis, nisi natura mouente, integris visceribus, aut non aded læsis contingat. Ita & sudoribus id accidit, & vrinis multis. Vult autem vehemens esse profluuium, reuera vehemens, etiam si breue, aut certè diturnum. Vtrunque enim scribitur in Aphorif. Rectè autem addit secundò de Morbis, Ἐπὶ ἢν μὲν ἡ γὰρ τὴν παραχρῆν αὐτομάτη ἀρχομένη τὴν νόσον ἐγγυτάτω ὑγίης γίνετο. His siquidem morbi initio sponte turbatur aluus, proxima salus est. In libro περὶ παθῶν, ἢν μὲν ἔν θεραπειῶν ἀρχομένη τὴν νόσον ὑγίης γίνετο, ἢ δὲ μὴ ἐς ὑδρωσὶα μεταστῆται ἢ νόσον, καὶ διεφθέρῃ τὴν αὐθροπον. Ac videtur quidem Hippocra. tantum duo genera facere hydropis, ascitem, & tympanitem: leucophlegmatiam verò rudimentum hydropis. Curationem verò vel spontè naturæ, vt hic, libro de Morbis; & in Aphorif. m. vlt. quam θεράπειαν dicit, pituita & aqua medicamento purgatis, & siccante multum ratione vitæ, vt libro περὶ παθῶν. Vbi, quod dubitat. Galen. cur pituitam albam vocet, cum alia genera pituitæ alba sint, & φλέγμα definiatur χυμὸς λευκὸς καὶ ἄσπερος. Ac Galenus quidem dici putat vel simplici adiectione, quomodo in libro de Articulis vertebrae spinæ dicit, cum tamen non alia parte vertebræ sint, quam in spina: sic pituitam albam, cum non alia pituita sit, quam alba: vel vt ab aliis distinguatur, quæ permixtæ aliis humoribus colorem mutant. Hippocr. libro περὶ παθῶν, aut Polybus Hippocra. discipulus ( alteri enim horum alius assignat librum περὶ παθῶν Galenus ) hoc modo, καὶ λευκότερον μὲν ἄσπερον τὸ λευκὸν ἢ φλέγματι δὲ δὲ χυμὸς φαίνεται λευκότερος. τὸ γὰρ αἷμα ὑποπλήθους τὸ φλέγματι δὲ ἀσπερότερον γίνετο καὶ ἕκαστος ὁμοίως ἐπὶ αὐτῶν τὸ ὑγρόν, καὶ δὲ τὸ λευκότερον τὸ φαίνεται, καὶ καλεῖται ἢ νόσον φλέγμα λευκὸν. Itaque non ad colorem pituitæ, sed eum, quem corpori inducit, λευκὸν referendum.

DESID. IACOTII COMMENT.

His vocibus λευκὸν φλέγμα, & λευκοφλεγματίας non eodem semper significato Hippocr. vtitur. Nam interdum cachexiam, phlegmaticam notat, malum videlicet habitum corporis, in quo plurima pituita alba, vel limida aliis quibusdam admixtis humoribus, tum in vasis, tum in toto corporis habitu acruata est à frigida intemperie partium solidarum & hepatis, propter quam sanguis aquosus generatur, per carnosum genus suffunditur, nec assimilatur, unde cutis exalbescit, viridi coloris flos deperditur, caro mollior est, & quodammodo tumida. Sic λευκὸν φλέγμα sumitur, in illo Aphorismo, Alba pituitæ hydrops superuenit. Semper enim antecedit hydropem anasarca vocatum, interdum etiã alias species, quando sensim materia colligitur in abdomine. Eadem significatione in Epidem. Leucophlegmatias dixit Hippocra. frigidè temperamenti homines, quibus (ait Galen.) molle corpus, & tumidius quodammodo propemodum, vt aqua inter cutem affectis, quam leucophlegmatiam appellant. Altera significatio est pro tertia specie hydropis, quæ tum magnitudine affectus, tum mole totius corporis ac tumore cedematoso impressi digiti vestigia diu retinente differt à cachexia. Quomodo hoc loco scribit leucophlegmaticos alui profluuium solui. Et in Aphorif. m. vlt. λευκὸν φλέγματι, alba pituita detento fortem diarrhœam superuenientem, soluere morbum. Cum autem tumor siue inflatio omnis duobus modis fiat, vel collecto flatuoso spiritu, aut humore in cavitate aliqua sensim manifesta, vel eodem totam per carnem sparsim diffuso: hic pituitosus humor per carnem, sub carne, iuxta carnem & spargitur, & colligitur, unde variis nominibus exprimitur, ἀνάσκαμα, ὑποσάσκαμα, ὑπὸ σάσκα, σαρκίτης, ἐπισαρκίδιον, & ὑποσαρκίδιον. Celsus venit aquam inter cutem, licet eo nomine generalius sumpto tria hydropis genera comprehendat. Huius semper causa est frigida intemperies,

7. Aphor. 74.

6. Epid. commentar. 3. sectio. 70.

7. Aphor. 29.

peries, non tamen semper positiua quam vocant: sed saepe per oppressionem caloris natui à supressa cacochymia, aut plethora, aut per extinctionem siue resolutionem in acuto morbo. Iecoris enim copia humorum & crassitie grauati calor paulatim minuitur, & quasi extinguitur, ob idque bonum generare sanguinem non potest. Proinde Hippocrates secundo περὶ νόσων, & hoc loco diarrhœam, quæ sponte naturæ accedat, maximè laudat, per quam & copia depleatur, & humor pituitosus è corporis habitu in ventrem & intestina per medium hepatis & venas mesaraicas naturæ robore conuertatur. Verum duas condiciones requirit. Vnam, vt id fiat ἀροχολίως τῆς νόσου (ait secundo de morbis) in principio morbi, alioqui purgandum iubet. Nam longitudine morbi fracto ægro ab imbecillitate retentricis profluuium alui lethale est: alteram, vt sit diarrhœa ἐχυρὴ, copiosa, & fortis, non impar morbo. Qua de re dictum est superiore libro copiosius. Galenus verò etiam venæ sectionem laudat in ea, quam suppressa plethora excitauit: deinde calefacientia, & exsiccantia. Principio (inquit) scripsit hic author tolerantiam, sotum & temperantiam, calida & sicca comedere admonens: quod solius anasarca est, quem vt insanabilem pratermisit. Nempe hic solus, cum incipit, eget interdum sanguinis detractione: cum scilicet ex retentione vel hæmorrhoidis, vel muliebrium, vel ex quapiam, quæ ita plethorica sit, causa inceperit. Tympaniam verò & ascitem nullus per sanguinis missionem sanare ausus est. In eo igitur, qui sanguinis detractione indiget, fiat, quæ subsequens est curatio, quæ scilicet calfacit, & siccatur. Paulò post verò elegantè similitudine rationem reddit. Vt enim ignis prope extinguitur immixtis lignis tum humidis, tum multis, nisi quis multitudinem sustulerit: sic & in frigidore, ob copiam sanguine, vbi calor natuus prope extinguitur, præsentissimum est remedium sanguinis missio, quo tempore periculum ita prehenderit. Eadem est ratio alui turbatæ tum sponte naturæ, tum medici artificio.

7. Aphor. 29.

4. acut. ad finem.

I X.

Αἰ μετὰ σιγῆς ἀθυμία, καὶ ἀπαθηρωπία ἐπιτελικῶς αὐτῶν κρηταισι.

Maerores cum silentio & auersationes hominum leniter eos interficiunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc quidem nisi affecta mente esse non possunt, quæ refrigerato cerebro & inualecente succo melancholico fiunt. Neque tamen interficiunt, sed morbi in exitum vergentis indicia esse possunt. ἀπαθηρωπία autem sunt, quæ & μισανθρωπία, cum quis solitudines quaerit, & consuetudinem hominum auersatur. Ex quo & silentia, desperatio vitæ, mæror, aliæque id genus. Videtur autem referre ad λευκοφλεγματίαν.

Desid. Jacoty, de melancholicis affectibus.

DE præfagiis in melancholicis affectibus deinceps agitur, in quibus melancholicus humor ab hepate generatur, aut in liene colligitur, aut partis alicuius intemperie, febris vi, diæta, ætate acruatur. Horum vis ex moribus potissimum repetenda est, quod cerebri substantiam humor imbuat, & in mentem (ait Hippocrates) vt per epilepsiam in corpus, grassetur. Videtur tamen hanc sententiam ad leucophlegmaticos referre, quoniam scribit. αὐτῶν κατὰ γὰρ HHH



*5. Epid.* Quos non alios intelligere potest, quam eos, de quibus loquebatur. Quasi vero non solum leucophlegmatia pituitae suffusione totum corpus immutet, sed etiam cerebrum, & mores melancholico succo. Haec enim symptomata, silentium, mœrores, odium pertinax hominum, vera sunt humoris melancholici symptomata, ut & metus, desperatio, seueritas vultus. Qui præter consuetudinem & naturam propriam tacent (ait Galenus) aut veterano quodam marcere, & graui in somnum propensione tenentur, aut melancholice principium habent. Et alio loco, Verba multa, phreniticum est: silentium, melancholicum. Idem iudicium de mœroribus. Videtur enim numero multitudinis uti, ut significaret harum affectionum perseverantiam, quoniam mutuo seipsa generant & augent tristitia, mœror, & melancholia. Nam quemadmodum timor & mœstitia sine occasione, & causa alicuius externae accessione melancholice propria signa sunt, & pathognomonica: sic si ex occasione diutius, quam pro causa ratione perseverent, cerebri temperamentum immutant, & melancholiam significant. Proinde rectè Aretæus melancholiam definit animi angorem in vna cogitatione defixum atque inharentem sine febre, denum furoris, vel maniae initium. In melancholia enim ratio in vna aliqua re labitur, ut in tristitia, metu eorum, quæ metui non debent, silentio, hominum odio, & similibus, ut mirabile sit, quam variae imagines rerum animis eorum obuersentur, quos hic humor vexat. Cùm tamen semel aliquid apprehensum est, in reliquis ferè iudicium constat, quod in mania, aut furore non fit, in qua absoluta est insania. Hinc & ἀπαιδευτία in quibusdam, vitia videlicet infra hominis naturam, alienato corpore, & animo: & in aliis diuini nescio quid, quasi cùm idem homo duorum extremorum sit subiectum, ad vtrumque extremum ab vno eodemque humore immutetur, heroicam videlicet quandam naturam: & ἀγρίωτα, siue feritatem, vnde μισάνθρωποι, inhumani, & hominibus aduersi, qualis Timon Luciano. Horum affectuum, & harum imaginationum difficiles quidem cognitu causa sunt: à philosophis tamen ac medicis in proprietatem humoris, temperamentum, qualitatem, & vapores atros relata. Cùm enim substantia crassus sit, ac terreus: temperamento frigidus & siccus: qualitate niger & acidus, propter terrenam soliditatem, constantiam ac firmitatem tribuit (vnde Galenus scribit aciem animi atque intelligentiam à bilioso humore: constantiam & firmitatem à melancholico: simplicitatem & stoliditatem à sanguine gigni: pituitam verò, quæ in prima ciborum mutatione gignitur, ad mores conformandos inutilem) propter crassitatem autem, magnas calidi & frigidi differentias, variisque gradus in se recipit. At frigiditate & siccitate calorem nostrum constringit: nigrore animum perturbat (ut explicabitur sequente aphorismo): acore famelicus facit: & flatulento spiritu in præcordiis concepto salaces. Ut ergo (ait Galenus) cogitare & videre, quæ iucunda sunt, animum letitia perfundit, nativumque calorem dilatat: ita ab atro humore immutato temperamento obscuritas actiones animi offendit, metumque ac tristitiam inuehit, in quibus contractus calor nativus inter vigilandum varia spectra: inter dormiendum terribilia, perspicua, formidinisque plena somnia excitat. Verum neque furorem, neque maniam melancholicus humor facit, nisi irretat ac mordicat: non irritat autem, nisi exustus sit, aut putrefactus. Ex quibus intelligitur mœrores, silentium, odium hominum, hoc loco ad humorem melancholicum, non ad atram bilem referri debere. Superest igitur, ut exponamus, num leucophlegmatici in hæc incidere queant. Non enim absolute scribit Hippocrates in leucophlegmatia præfagiendam melancholiam: sed si superueniant mœrores cum silentio, & odia hominum, paulatim hominem ad mortem trahi: ut id sit ἐπιληψία quoddam lethale. Verum si epilepsia pituitosa non mutatur in melancholiam morbum, quomodo in leucophlegmatia pituitosus & incoctus sanguis melancholica vitia excitabit? At ne hoc quidem dicit Hippoc. sed cū pituitoso & incocto sanguine in habitu melancholici succi in venoso genere coniungi

com. in lib. de humo. 2.

2. de hum.

6. Epid. 8.

coniungi posse in leucophlegmatia ex acuto morbo: aut progressu temporis pituitam crassam & adustam absumpta portione humidissima & aquosissima similes affectus melancholicis inuehere. Vtrumque enim fieri potest. Nam pituita verè melancholicus succus non enadit, nisi coctione transeat in sanguinem, & à sanguine commigret in melancholicum humorem: crassescens tamen vitione & putredine melancholica vitia creat, ut elephasia, & quartanas in pueris ac virginitibus crudorum humorum copia refertis. Imò verò scribit Galenus per febri- les morbos humorem melancholicum contrahi, & Aetius conualescentes melanogogo egere docet, quòd aucti melancholici humoris argumentum sit idoneum, febres diuturnas fuisse. Tribus ergo modis melancholica symptomata leucophlegmaticis tandem superuenire possunt. Vno quidem pituitoso sanguine in venis & arteriis cerebri (quæ multæ sunt, & calorem cordis primæ ferè omnium & maximè experiuntur in febribus) crassiore per moram reddito atque etiam, si placet, febrili calore exarsato. Omnis enim humor crassus quodammodo melancholicus est. Neque verò repugnat, quod Galenus scribit, epilepsiam pituitosam non mutari in melancholiam. Licet enim in cerebro extra venas propter caloris defectum non mutetur: in venis tamen & arteriis aduri, & migrare in alteram naturam nihil prohibet. Quia Hippocrates ἐπιληψίαν ex febribus diuturnis leucophlegmatia oriri docet, & secundo de morbis, in ea faciem rubere ait (signum melancholice certissimum, si sanguis expurgationes non habeat, quia corpus biliosum esse, itémque situm, spiritum frequentem, dolorem, ut se mori putent: quæ ostendunt crassum & melancholicum humorem ex corrupto sanguine & cerebro calefacto. Alter modus est per admixtionem humoris melancholici cum totius venosi generis pituitoso sanguine. Leucophlegmatia enim (ait Galenus) appellatur, tanquam quæ vel liuida quadam pituita, vel secundum suam certè ipsius rationem alba semper manente, sed propter alios quosdam humores admixtos verum exactumque colorem mutante constat. Miscetur autem melancholicus humor, aut cùm ex suppressione plethoræ, vel cacochymie leucophlegmatia ortum habet, ut superiore Aphorismo dictum est: aut cùm hepar ob refrigerationem languens siccum melancholicum non separat, vel lien colligit, aut non attrahit. Sanguis enim vel nimium refrigeratus, vel adustus, vel proprio excremento non expurgatus, melancholicus est. Adde quòd leucophlegmatia maiore habitus corporis refrigeratione constat, quam hepatis, & venarum, in quibus non ita magnum vitium esse sæpe vrinæ ostendunt. Tertius modus est, cùm leucophlegmatia ex lumbis & ilibus ortum habet, ex inflammatione videlicet illarum partium, ut ante exposuimus, vnde vitatur in icore sanguificatio, relicto circa lienem & ventriculum in venis mesaraicis, crasso, atro, & adusto sanguine, vel à lie- ne collecto, qui per illas partes dispersus, & ex suppressione, vel febre incalescens fuliginosa & fumosa euaporatione ad cerebrum flatusam, & hypochondriacam melancholiam inuehit, in qua rugitus, ructus omnisque generis flatus apparent. Cùm ergo melancholicus humor in omnibus melancholicis aut localem in cerebro generationem habeat, aut ex toto venoso genere continenter affluat, aut circa hypochondria collectus sit, totidem quoque modis in leucophlegmaticis hæc symptomata interdum, quanquam rarius, superueniunt. Quod verò concluditur ex his ἐπιληψίαν præfagiendam mortem: duplicem sensum habere potest, quòd vel illud, ἐπιληψίαν ad symptomata præcedentia referatur: vel ad vocem κατεργασίαν. Priore modo significat mœrores, silentium, & odia hominum moderatè fieri in leucophlegmaticis: Posteriore, sensum & leuiter ipsos interire, siquidè illa euenerint. Atque vtrumque verum est. Neque enim vehemètia illa esse possunt cum pituitoso humore per totum corpus suffuso: & melancholici effecti a gri sensim exarescunt, & consumuntur (tamen si caro intumescat) partibus solidis resiccatis, & calore nativo resolutis. Quoniam (ait Themistius non ineptè) corpora melancholicis ita affecta sunt, ut quo vescuntur, non fruuntur, nec eat in corpus: sed similia videantur infelicibus lignis, & quæ in regione arida ac striculosa na-

3. Prog. 2. lib. 22.

6. Epid. co. 6.

7. Aph. 29.

com. de som. & uigi. ca. 18.

scuntur. Nam bilis atra, quae naturaliter frigida est, frige facit venter & iecur, quae conceptacula nutrimenti sunt, & alia loca, in quibus humor hic redundat.

X.

aliàs οἱ πᾶ-  
ναυδοί.

Οἱ φόβος μὲν καὶ τῆς ψυχῆς ἐξίσαται, πυρετοὶ μὲν ἰδρωτῶν, ὅππῃ οἱ ὑπᾶ-  
ναυδοί, τῶν δὲ λυγῶν.

*Quibus ex timore cum perfrigeratione vehemens insania mo-  
netur, febres cum sudore, & somni solutionem eorum adferunt, in  
quibus nihil omnino loquantur agri.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Particularis haec obseruatio. Pauor enim sequitur succum melancholicum. Refrigeratio quoque inde esse potest. Quod si inde insania vehemens moueatur, computruisse materiam frigidam, & à putredine concaluisse, calore verò in cerebrum excurrisse oportuit. Febris ergo inde meritò nata est, quae excitatam materiam in sudores dissoluit adiunctis viribus naturae. Somnus autem maximum remedium est furoris, & praesertim si *παναυδοί*, hoc est, tranquillus: ei oppositus, qui *παρὰ λόγῳ* turbulētus antea dictus est. Dormiunt enim aliquando furiosi, sed in somno exclamant, nugantur, dimouent corpus. At contra videtur dicere *παναυδοί*, quietum, sine clamore & voce, quae certè dementiam, & alia liberare possunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

Hippocrates sequentibus Aphorismis varios modos explicat, quibus deliria finiuntur vel ad salutem, vel ad perniciem. Ea inter se loco affecto conueniunt, cerebro nimirum, siue primario, siue secundario, & per sympathiam cum venoso genere, hypochondrio, diaphragmate, vetriculo. Causis verò efficientibus multum differunt: quia interdum solus calor sine prauo humore deliria excitat iis, quae in ebriis apparent, haud absimilia: interdum verò flaua bilis, *μετὰ αὐτῆς* deliria cum studio inuehit, antequam vstione atrae bilis naturam induat: quandoque etiam sanguinis limus, aut sanguis ipse crassus, *μετὰ γέλασθ*, deliria cum risu. Ex his duae atrae bilis species contracta venenata qualitate vel vstione, vel putredine maniam constituunt vehementissimam sine febre: *ἐκαστη σφοδρῶν καὶ θυμῶν*, phrenitum ferinam & vehementem cum febre, quae aliàs maior, aliàs minor est, prout ex bile, vel sanguine crasso, aut melancholico succo atrae bilis magis, vel minus exusta est, aut aliter deprauata. Inter haec duo sunt humores melancholici signa pathognomonica, *φῶβος*, et *καὶ κατὰ ψυχῆς*, metus, & perfrigeratio. Terrentur enim melancholici, vt in tenebris pueri, & ex adultis indocti, quod (ait Galenus) atrae bilis calor mentis sedem tenebris similem reddens, metum sine occasione incutiat. Nam & humores, & partium temperamenta animi actiones mutant. Calor autem humorum niger idem praestat, non quod qualitas sit actiua, aut quod priuatio (vt tenebrae) imprimat in visum, aut color, non temperamentum, mores variet, vt Galeno obiicit Auerrois: sed quia ex temperamento humorum, tum partium solidarum sequitur: temperamentum verò humoris non solum prima qualitate, sed etiam secunda, vt splendore, vel obscuritate functionibus animi confert. Sic sanguis laetitiam inducit: melancholicus humor, metum. Dum enim animalis spiritus simul cum cerebri substantia nigrore inficitur, fit, vt speciem quamlibet externam horridè recipiat & cum morore, non secus, quam si triste esset, quod recipitur, quasi animus è puro aethere, puro splendidoque spiritu gaudeat: impuro ac tenebricoso laedatur. Quod si permiscetur sanguis, per intervalla laetitiae signa eduntur: interdumque dum sanguis vritur, quia

quia magis, quam ante splendet, spes animo, vigor, & alacritas oboriuntur: eademque ratione incalcescente melancholico humore profusi interdum risus erumpunt: ratò tamen, & mox refugit (vt ait ille) sanguis metu, reditque sollicita suspicio. Vt autem metus partem affectam & humorem detegit, ita *κατὰ ψυχῆς* humoris qualitatem, quoniam & suapte natura frigidus est, & pituitae frigidae molem coaceruat. Ob idque melancholia febris est expers, quandiu humor non putret, aut plus aequo non incalcescit, nec exurit. In hoc enim terrae quidem portiois moles superat: exigui tamen caloris vi in partibus tenuibus adustis relicta semper quoquomodo erodit: nunquam, vt prior, refrigerat: & aliquando, prout exustionis gradus est, excalfacit, & exulcerat. Melancholicus verò humor totus frigidus, corpus quidem refrigerat, sed multò magis vitalem spiritum, qui animali continuus, ac re ipsa idem, sed in arteriis cerebri veluti formam quandam accipiens, in sito partium solidarum calori conuenientem actum impertiri non potest. Sic itaque melancholia ex melancholico succo quantitate magis, quam qualitate superuacaneo metus cum perfrigeratione constituit. Modo subiicit, si aegris ita affectis *ἐκαστη* superuenient, febre cum sudore & somno arcto, atque placido solui morbum. Vbi illud, *ἐξίσαται* non qualitatem bilis acris & adustae, vt cum *ἐκαστη θυμῶν* dicimus, sed magnitudinem disipientiae ex vehemēti causarum melancholiam efficientium motione significat. Illa enim agitatio & vehementer auget morbi symptomata, & si sequatur febris *μετὰ ἰδρωτῶν*, cum sudoribus, nimirum cum sudore copioso, omnino critica est. Qua ratione Hippocrates scribit in Aphorismis, Ab insania, dysenteriam, aut hydropem, aut *ἐκαστη* bonum esse. Vbi Galenus etiam refert, se vidisse leuatos moderatè insanientes, vehemēti delirio repente oborto, ex quo solutio sequuta est, quoniam illa vehemens & repentina mentis emotio tantum perturbatio est ex materiae morbificae agitatione: quomodo in morbis acutis vehementissima symptomata interdum bonas crises adferunt: & perturbatio critica naturae pugnam atque *ἔρροδον* ostendit, ex qua vel sanitas, vel in melius mutatio insequitur. Verum quemadmodum aliis signis criticis fidendum non est, nisi & excretio sequatur, & affectus ipsius manifesta, nec falso credita remissio, illud febris cum sudore declarat: hoc somnus tranquillulus. Febris enim *κατὰ ψυχῆς* restituit, frigidus humores concoquit, & quicquid atrae bilis feruet, sudore oborto digerit: idque magis cum rigore, tanquam veste, humorem melancholicum excutiente. Qua etiam ratione Hippocrates scripsit epilepsiam quartana sanari, & quotidie obseruamus iniecto vehemēti metu, aut moto è crapula vomitu, vel alui profluuiio, aut graui aliquo casu, quartanam, quasi excitatis naturae pigrae viribus cocto humore solui. Melancholiam enim *ἐκαστη*, *σφοδρῶν* *τῆς κινήσεως* *τῆς πρῶτης* *αἰτίας*, *πυρετοὶ* *μετὰ ἰδρωτῶν*, *μετὰ αὐτῆς*, *δύσκολος* discutiant. Quia verò morbo, aut febre cessante si quod ex symptomatis ipsius supersit, qualis est *ὑπὸ παρὰ λόγῳ*, relictae intus reliquias ostendit, confirmant solutionem somni, vel *οἱ παναυδοί* tranquillae, vel, vt alij legunt, *ὑπαναυδοί*, *ἐκ τῆς αὐτῆς*, cum silentio, & sine perturbatione mentis, qui & euaporationem atram discussam ostendunt, & cerebrum humectant, viresque reficiunt. Etenim, si qualis in corpore cacochymia abundet, ex cerebri operibus, somno & vigilia, & ex ventriculi fame ac siti, aut horum contrariis noscitur, vt Galenus docet: quanto magis id in cerebri affectibus exercere par est, & à somno vigiliisque *διὰ γνοσιν* arcessere?

7. Aph. 5.

lib. de plenitudine.

XI.

Ἐκ μανίης ἐς βράγχον μὲν βήχης ἀπόστασις.

*Ex insania in raucedinem cum tussi fit abscessus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hoc quoque particulare est. Nec si quis insanit, comota tussi & raucedine liberatur. Potest enim concalfacto cerebro à materia, quae insaniam mouit, HHH 3

coeunte febre aliquid in fauces & asperam arteriam distillare, vnde exasperata arteria raucescat æger ac tussiat. Ac siue βράγγου, siue βρόγγου legas, parui refert. ἀπόσπασιν autem cum & κατ' ἐκκρίσιν, excretionem: κατ' ἀπόσπασιν, decubitum ἢ μετασπασιν dicatur, hic secundum transpositionem dici videri potest. Non addit autē an salutare, an lethale. Sed salutare esse non potest, cum transferatur maligna materia in partem nobilem, & maximè necessariā vitæ, hoc est, pulmones.

DESID. IACOTII COMMENT.

1. Progn. 23. et 17.

6. Aphor. 21.

1. Prorrh. 1.

**M**Aniæ vocem tribus modis Hippocrates vsurpat. Interdum enim maxime mam mentis desipientiam, & furentis animi incitationem in febre acuta significat, quomodo in Prognostico modò ex pulsu in præcordiis & crebro oculorum motu per febres acutas, modò ex stridore dentium præter cõsuetudinem præmõstrari maniã scribit. Interdum etiã pro melancholia, ex crasso & melancholico sanguine, de qua superioribus aphorismis dictum est, accipitur, vt cum dixit, Mania correptis si varices aut hæmorrhoides superuenerint, maniam solui. Propriè verò furorem sine febre notat à calido, & mordaci humore cerebri substantiam imbuente, qualis est atra bilis, maximè qua flaua exustione, aut maligna putredine genita est, ex qua ferocius, quàm ex altera atræ specie insaniant. μαιναιδνα enim (ait Galenus) insanire omnes homines dicunt eos, qui citra febrem desipiunt: φρενιτιζειν verò, qui cum febre id patiuntur. In hac calor quidam est, aliàs maior, aliàs minor, tamen si febris absit. Nam bilis atræ materia, siue propriè atra sit, siue in confinio, vel bilis flaua est: vel crassus & præruber sanguis, vel melancholicus succus, qui dum adurit, aut putret actu præter naturã est, & in confinio atræ bilis. In illo autem tractu, in quo ad atram tendit, terræ portionis mole adhuc frigidus est, ratione tamen partium quarũdam exustarum caloris extranei non expers, qualis in cinere & aceto: quia dum vratur, vt nunquam amittit propriam qualitatem, ita pro vstionis magnitudine habet veluti ἐμπύρευμα quoddam coniunctum. Vbi verò intra corpus per moram magis corrumpitur, aut per febrem exurit & putret, venenatæ qualitatis fit particeps, iamque propriè atra est, quæ extraneo calore acerrima terram fermentat, acidum fetet, exulcerat, & partis terræ mole adhærescens, membra omnia arrodit, planeque exitialis est. Ex his varij maniæ gradus existunt, in quibus omnibus calor extraneus coniungitur, quo animi functiones interiores deprauantur. Nam rationis & mentis ob læsio perturbatione notionum & phantasmatum perficitur: abolitio aut imminutio frigore, quòd caloris proprium sit mobilitatem (ait Galen. in Prorrhetico) facere, perturbare, & vitare: frigoris extinguere, & tum motu, tum actione priuare. Ob eam etiã causam maniaci, tamen si maniæ causa non febriant, vt phrenitici, lenta tamen interdum & minimè acuta febre laborant, vt pote quæ nullius inflammationis symptoma sit: nec in maniaco delirium insequitur febrem, vt in Phrenitico, sed antecedit, atque vtrique accidit, vt & in Phrenitide exustus humor, & in melancholia crassus ac frigidus suppressione, aut estu reddatur μαιναιδης: vt nobis verè dicere liceat phrenitidis, aut melancholiæ intensiõnem ad maiorem ferociam esse maniã, quæ ferocia nunquam in Paraphrenitide apparet, vt alibi exposuimus. In maniacis itaque propriè dictis calore extraneo, & humoris adusti acrimonia vellicatur cerebrum, spiritus variè agitantur, spectra horrenda mentem irritant, vt ferarum modo in eos insiliant, qui imprudentius ipsis occurrunt, vixque contineri vinculis possint. Ita fit, vt motu, clamore, vigiliis, estu, non solum exhauriatur humidum cerebri, sed etiam naturalis partium cõcretio dissoluatur, quam malam colliquationem Hippocr. vocat. Ob idque vel colliquationis portio in faucibus expressa: vel inflammatoria gutturis atque asperæ arteriæ asperitas raucitatis ac tussis causa est, quam mox oregmone & mors excipiunt. Quod nobis, cum aliàs aliquando, tum hoc ipso anno in nobili muliere obseruaticuit, quæ cum suppressis mensibus gravidam se falsò crederet, oborto leui dolore, quem ab imo ventre in fauces conscendere dicebat, derepentè admirabili mania correpta est, nec remediis adiuta, in βράγγου, siue βρόγγου incidit, vnde

dit, vnde paulò post obiit. Ea raucitate persuasi parentes mulierem catarrho laborare, remedia mania conuenientia adhiberi nunquam passi sunt. Est & mania alia leuior, vt in senioribus capite grauatis, in quibus propter naturæ imbecillitatem per vomitus, aut hæmorrhagiam collecta in capite materia excerni nequit: vnde & interdum fit in oculos ἀπόσπασιν, aut in fauces, de qua ita scribit Hippocrates in Epidem. Senioribus verò, & quibus iam calor vincitur, paraplegiæ, aut mania, aut oculorum cæcitates. Atque hæc multò minore periculo incidit: propter quam fortasse causam non adidit, malumne esset, an lethale, an salutem: quòd in ambiguo & vario euentu ex aliorum signorum collectione præfagium institui debeat. ἀπόσπασιν tamen, ait Galenus, ægrum priore morbo, & omnibus molestiis liberare solet, & iudicatoria est: μετασπασιν noua affert mala, & nonnunquam iudicium expostulat.

1. Epid. 2.

4. acuto rum.

X I I.

Ἐν τοῖσι μαιναιδεσι πωσιμὸς ποσγινδιδμος, ἀμύρωσιν ἔχει.

Insanientes superueniens conuulsio ad nihilum reducit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**M**ανικὰ δεις vel ægros, vel morbos, quos appeller, prius expositum. De vehementi enim dementia dicere consuevit. Sed obscurius dixit ἀμύρωσιν, quæ vox oculis ferè attribuitur, vt in oculis diximus. Hic autem è natura rerum non aliud intelligimus, quàm exitium & extinctionem ægri. A mania enim, quam humor acris & feruens excitat, conuulsio superueniens omnino lethalis est. Itaque nomine ἀμύρωσιν obscurò mortem colligit.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**e ἀπόσπασιν in mania dictum est superiore aphorismo: hic μετασπασιν explicatur. Duas ergo maniæ species distinximus. Vnam mitiorem, cum grauitate capitis ex plenitudine humorum, qui per vomitum, aut hæmorrhagiam excerni non possunt propter naturæ infirmitatem, vt in senibus. Alteram multò grauiorem ex atra bile cum ferocitate, & vehementi resiccatione cerebri. In hac cõuulsio perpetuò lethalis est tum suapte natura, si à siccitate superuenerit, tum humoris morbifici ratione, si ab atræ bilis propriè dictæ acrimonia nerui & membrana vellicentur, nec quidquam ἀμύρωσιν facit ad præfagium. In plenitudine verò cerebri si crudi ac frigidi sint humores, & putrescentes acrimoniam caloremque extraneum contrahant, delirant quidem interdum ob acrimoniam ex putredine, sed leuiter, & sæpè cum cataphora graui propter frigiditatem & cruditatem: nullus tamen horum βεμαίνω, ἢ σπὸρ ἐπ' ἀλλοίωσιν, ait Hippocrates, vehementer insanit, quod μανῆσαι, ἐκμανῆσαι, ἀβρομόλαι & ἐκσῆσαι, valde insanire, furore percitum esse, mente moueri dicere solet: vt illud, ληήσαι, ἀβροληήσαι, ἀβροφρονήσαι, παρενεχθῆσαι, nugari, delirare, desipere, mente transferri. Nunquam enim hæc maniæ affectio ob pituitosum humorem conflatur, quia, ait Galenus, ad ipsius γέσιν requiritur ἐρεθίζοντε καὶ δάκνον χυμὸς, stimulan & mordens succus, quales sunt flaua bilis, & melancholicus humor, cum supra modum vel combustus, vel putrefactus malignam acrimoniam contraxerit. Ex hoc ergo humore cerebrum obsidente maniæ intid leuiore existunt, fiuntque per decubitum, quam Hippoc. ἀπόσπασιν vocat, id est, μετασπασιν, translationem, siue transpositionem humorum, quasi μετασπασιν: quæ fit vel fusione humoris collecti, & in partem imbecillioem propter auctam copiam reiecti, à partibus fortioribus: vel cacochymia irritante facultatem excreticem partium in quibus inest, donec in parte aliqua infirmiore obfirmetur. Videtur ergo has humoris melancholici ἀποσπασιν notare hac sententia, quas in Aphorismis suspectas esse dicit, verno tempore propter plenitudinem ex fusione auctam: vel autumno, super-

3. Epidem. 3.

6. Aphor. 56.

ueniēte frigore propter suppressam ex ætate & opota cacochymiam. Quia enim humor stimulat, & cerebrum mordet, idcirco agitur & vehemens ex agitatione, ut ante demonstratum est, delirium excitatur. Quoniam verò neque vacuatur, ut per sudores, hæmorrhagiam, vomitum: neque è cerebro ad inferiores partes transmittitur, ut ad fauces, intestina, hæmorrhoidas: idcirco per cerebrum trāfluens, modò ventriculos obstruit: modò ad partes neruofas conuertitur: modò per venas & neruos in oculos illabatur, vnde apoplexiæ, epilepsix, manix, conuulsiones, cæcitates. Quòd si per venas & cerebri substantiam dispersus maniam excitet, indèque redundet in neruos tum anteriores, ut opticos: tum posteriores & medios, qui motui præfunt, cõuulsio superuenit, fiuntq; ut scribitur in Aphorismis, *πῆρώσεις ἀφθάλμων*, cæcitates, vel, ut hic, *ἀμαυρώσεις* per obstructionem neruorum opti-  
corum. Hi enim affectus, quos humoris melancholici ἀπόσκηψις concitat (quod mania ostendit) causis efficientibus non differunt, sed locis tantum affectis, quia in venis & substantia cerebri maniam: in ventriculis & meatibus, apoplexias & epilepsias: in neruofis partibus, conuulsiones: in optics cæcitate & amaurosim viuis, idèmq; humor facit. Potest quoque conuulsione mota visus in transitu transluentis humoris hebescere, sicque ad conuulsionem manix superuenientem accedere ἀμαυρωσι. Qua de re sic loco citato, morbis melancholicis per hæc tempora suspecti humorum decubitus, vel apoplexiam corporis vel conuulsionem, vel maniam, vel cæcitate denunciant. Idem scribit primo Epidem. quem locum ante citauimus.

XIII.

Αἱ σιγῆσαι ἐκ τῶν ἐκ τῆς ἐκείνης ἢ ἐκ τῆς ἐκείνης, ὅμοια πᾶσι βλεπέσται, τῶν δὲ μὲν ἐξ ἀναφύσεως, ὁ δὲ θάλασσαν, ποῖς δὲ παραπληκτικῶν χροῖα. ἀτὰρ καὶ ἐκ μαλινονται, οὗτοι οἱ δὲ ἐπὶ ταρῆχῃ κοιλίης ἔτω παροξυώνται, περὶ κρίσιν μάλιστα διέρχεται.

*Moti mente cum silentio, non quiescentes contentis oculis vehementer spiritum foras euocantes, perniciosè habent: inducuntur quoque in resolutiones: sed è in vehementem insaniam ferri solent. Qui verò exturbata alio ita exacerbantur, ijs circa indicium nigra prodeunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**isi quis obseruatione ægrorum id cognouerit, non facile intelligat, quid velit Hippocrates. Describit enim melancholicam insaniam, in qua dum quieta materia est, & mentem occupat, efficit ut extra se ægri positi in silentio iaceant oculis confixis & similibus iis, qui magna admiratione capiuntur. *πνῶμα ἐξ ἀναφύσεως*, cum semel multum expirant, quomodo suspirantes. Atque hi quidem lethaliter habent. Quod autem *παραπληκτικῶν χροῖα* scribit, id obseruationis est particularis. Paucos enim videas inde resolui, quia mens potius, quam corpus cerebri afficitur. Rarius autem *χροῖα*. Moriuntur enim in breui, siquidem accesserit, quod scribit, *μὴ ὑποχάλυσαι*, hoc est, perseuerantes, non temporariæ. *ἐκμύδνονται* autem incalescente commotæque materia, quæ prius immota erat. Ac *ἐκμύδνονται* de admodum vehementi insaniam dici constat adiectione ἐκ particulari. *Qui verò exturbata alio*, hæc coitioni coniungenda sunt. Si quis ergo mente motus oculis confixis suspiriosus vehementer insanians seruari debet, huic natura materiam è cerebro deturbabit aut aliis viis excludet. Si ergo ad ventrem naturæ impetus vertitur, turbatur venter, tumultuabitur, & in solutionem morbi nigra deiciet. *ἔτω παροξυώνται* cõmuniter dixit. Nam non solum de accessionibus & exacerbationibus febrium *παροξυσμός* dicitur, sed enascentibus casibus,

sibus, quæ *συμπτόματα* medici appellant, qualia sunt *ἐκσασεις, πνῶμα βλεπέων ὅμοια, πνῶμα ἐξ ἀναφύσεως*.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**Q**uoniam antea docuimus *ἐκσασιν* duo apud Hippocratem significare: interdum vehementem caufarum maniam efficientium motionem, qualis crises antecedere solet: sæpius verò affectum ipsum, nimirum vehemens deliriū ab humore acri, & mordente: duobus quoque modis interpretationem facere licet. Priore significabitur, in moderata mania superuenientem *ἐκσασιν* cum silentio oculis exertis, expiratione calida, lethalem esse, si perseueret, nec excretionem mota conquiescat: & si qui seruentur, eos aut resoluatur, aut ex moderata mania vehementer manicos fieri, aut si per exacerbationes ex motu humoris veter peritulari solitus erat, nigra deicere: quanquam & vomitu, & hæmorrhagia, & sudoribus leuari etiam possint. Horum autem omnium vna ratio est omnibus criticis motionibus communis, in quibus necesse est mutationem fieri ad mortem, aut salutem, ad melius, aut deterius: excretiones autem ferri per ea ferè loca, ad quæ in paroxysmis, humorum inclinationes fiebant. Posteriore verò modo, qui rationi & experimentis magis conuenit, *ἐκσασεις* signa ἐπιγενήματα ponuntur, ex quibus maximè præfagire mortem licet, quòd ex his nõ solum humoris morbifici copia, incendium, acrimonia, venenata qualitas declarentur, sed etiam affectus magnitudo, qui communicat ortis & cõiunctis, ut oculis, linguæ, faucibus, thoraci: vnde sæpius mors: rarissimè paralyfis: sæpe absoluta mania: interdum per nigrorum detectiones crisis. Ea autem diiudicabimus explicatis singulorū symptomatum viribus hoc modo. *Cum silentio*. Id in vehementi delirio triplex. Integra loquendi facultate, sed mente circa spectra occupata, & distractis spiritibus, ut in principio melancholix, de qua paulò antè. Deinde facultate animali extinctioni proxima, vel in ecstasi cum silentio & manuum palpitante, ac tremula motione, de qua multa alibi. Tertio, conuulsis musculis, qui exufflationem faciunt, aut guttur claudunt, & aperiunt. Ut enim musculorum pectoris, aut neruorum ex frigore, vel febre contracta durities thoracis dilatationem impedit, animali præferum facultate imbecilla, ut inter inspirandum ægri suspiria ducant, & plorantium more respirent: sic in phrenitide vehementi resiccatis incendio neruofis partibus affectio quædam conuulsioni similis circa thoracem, & guttur interdum superuenit, propter quam fit *ἀφωνία*, quoniam partes, quæ voci inseruiunt, siue resoluuntur, siue conuellantur, ad arbitrium moueri non possunt. Hæc in *ἐκσασιν* cum silentio transit, est que maximè lethalis. Si, inquit in Prorrhætico, in febribus aphonix conuulsio modo in motionem mentis cum silentio transeant, perniciosum. Quòd autem de hoc silentio locus hic accipi debeat, (vox *ἐκσασιν*) ostendit, quæ referenda est ad inquietationem ægri, non ad perseuerantiam horum symptomatum. Nam, ut scribit Galenus, qui sic laborant, neque tumultuari, neque clamare possunt, sed insanendo & silendo huc atque illuc variè dimouentur. Licet enim non loquantur, ex eo tamen ipsorum deprehenditur insaniam, quòd cum interrogantur, nutu, aut scripto affectum suum non produunt, sed motus ostendunt à ratione alienos, exiliunt, inordinatè conuelluntur, ut facile conuulsui motus à perspicaci medico notari queant: quæ omnia hoc genus delirij ab aliis, quibus coniunctum est silentium, perspicue separant. Neque enim quicquam horum apparet in his, quorū spiritus, spectris distracti, ut in *ψῆδισιασμός*, membra destituunt inania: neque in veteriosis affectibus, neque in silentio ab hæctica cerebri intemperie, & facultatis animalis inchoata extinctione. Quòd si affectio valde augeatur, non iam insaniam, sed *ἐκσασιν* vocat Hippocrates, in qua voce varij minoris maiorisque gradus notantur:

*ὅμοια πᾶσι βλεπέσται*. Potest hoc cum sequentibus coniungi, quasi diceret, oculis circūspiciunt, spiritum extra efferentes. Potest & separari, ut spiritus de expiratione suspiriosa, vel magna & rara dicatur. Suspiriosam tamen & intersectam cum significare vult Hippocrates, aliquid addit, vnde interruptio spiritus significetur,

2. Prorrh. 19.

ceatur, quia subsistit inter expirandum, aut inspirandum pectus, rursumque quod ad integram respirationem deest, adiicit: aut eam similitudine quadam ploratum exprimit, ut cum vocat κλυθ μωδην, & πνύμα προσκόπηον άσπερ άνακαλυμνον, & άππλω έσω έπανάκλυσίμ, όϊον έπί πνύσει. Certum tamen est vtrumque symptoma in hac vehemēti insania superuenire. Hoc quidem ex conuulsione musculorum, qui respirationi inferuiunt, virtutis imbecillitate, neruorum duritie, aut affectu conuulsioni simili. Præterea spiritum, id est, spirationem ( sic enim loqui solet Hippocrates ) extra efferunt phrenitici in magna & rara respiratione, quæ soli delirio, licet non omni, propria est. Illud verò alterum accidit, cum incendio in cerebro cõcepto, & copiosa fuligine spiritus ex oculis foras quasi euibratur, & oculi exeruntur, haud secus atque in iracundis, foras, ut sic dicam, commota anima. Quales alibi έξίχθηες dicuntur, & in hoc opere, έκθλιψις έξω σφοδρά. Vt enim in mœrore ac metu & in accessionum principis contracto ad interiora fluxili ac tenui sanguine cum spiritu, oculi excuantur, subidet facies, cutisque pallet & contrahitur: sic in læticia, ira, mania, furore exeruntur oculi ac prominent cum rubore quodam faciei, & multo halitu bilioso. Et certè nihil æquè affectus cerebri magnitudinem ostendit, atque oculus proximus, & coniunctus, in quo particulæ omnes notam aliquam proferunt interni vitij: spiritus inflammati, & extrâ effusi: venulæ à plenitudine, & inflammatione rubræ: aut nigræ vel liuidæ à refrigeratione & extinctione: facultas propter imbecillitatem lucem fugiens: in canthi lacrymæ ab infirmitate contentricis: musculorum distortio laborante neruorum origine: alter altero minore emoriente facultate ipsum regente: membranæ & humores in tumore sublati ab humoris copia vel crasso spiritu: densati à refrigeratione interna vel externa: obscuri à fuligine. De quibus omnibus vitijis antea dictum est. Quòd ergo hæc symptomata lethalia sint, perspicuum est: parte principe grauissimè laborante: atra bile copiosa & maligna obsidente cerebrum, & iam inchoata in thorace conuulsione à siccitate.

*Inducuntur quoque in resolutiones.* Hoc vix fieri posse videtur. Primùm quia ex febre siccitas eòsque progressa, ut conuulsionem inferat, breui ad temperiem reduci non potest, sæpius nunquam. Deinde conuulsio affectui paralyseos omnino aduersatur, ipsamque potius in febre curat, quàm inducat, nisi fortasse in debili apoplexia. Præterea, vix bilis paralyseos causa esse potest, quòd propter acrimoniam humoris nerui vellicati ipsam prius à se excutiant, quàm diutius morari & obstruere sinant. Constat tamen ex Hippocrate & bilem, & melancholicum humorem sæpe apoplexiæ, ac paralyseos esse causam, ut ante demonstratum est. Quinetiam alius quiuis humor in spina infixus paralysem committere potest: ac sæpe flaua bilis hanc infligit, quum sub finem intermittetium febrium in spinam dorfi, & neruorum origines effunditur. Mouet quoque & attenuat crassos humores bilis, quorum ipsa vehiculum est. Et nos vidimus virum admodum biliosum, ira & furore percitum repente in paralysem incidisse. Neque enim semper humor neruorum substantiam emolliens paralytis author est, sed quicquid obstruit foramen, & impedit facultatis commeatum in totum nerui ductum, ut nerui callus, tuberculum, tumor omnis præter naturam neruum aut musculum cõstringens, iniectum vinculum, contusio ex casu vel ictu, vertebrarum luxatio, & similia. Hæc verò aut in parte resoluta consistunt, aut in toto nerui processu, aut in eius parte aliqua, aut in origine solùm, aut in ipso cerebro, vel medullæ principio. Laxitas itaque membri resoluti, & langor, otij soboles est, nõ humoris morbifici. Imò sæpe aridum membrum apparet, quia non nutritur. Neque verò per solam bilis effusionem è cerebro in spinam paralytis mania succedere potest: sed etiam per interceptionem spirituum in vasis à fluxione acri obstruente & refrigerante. Etenim (ait Galenus) repleta à fluxionibus particula aliqua, corrumpitur quidem imprimis sanguis: deinde vasa opplentur, quod cunctas spirituum vias impedit & cohibet, vnde refrigerationes fiunt, vertigines, aphonix, capitis grauitates, conuulsiones, quibus succedunt paraplexiæ, & epilepsiæ, cum in cor, hepar, venam cauam fluxiones exciderint. Idem eodem loco docet Hippocrates à dolore

4. de uic. rat. in ac. 27.

lore fieri, qui (inquit) bilis atræ fluxionumque acrimie destillationes commouet. Dolent morfa intestina, morfaque atque admodum arefactæ venæ intenduntur, trahuntque inflàmata, quæ influunt. Quapropter corrupto sanguine, nequeuntibusque spiritibus in ipso naturales transire meatus, in frigidationes fiunt ob stationem, vertigines, aphonix, capitis grauitas & conuulsiones, si iam ad cor, vel hepar, vel in venam peruenerint. Hunc epilepsiæ, & paraplexiæ, si continentes locos fluxiones inuaserint, atque spiritibus exire nequeuntibus exaruerint. Hactenus Hippocrates. Ex quibus duplex generis paralytis intelligitur, nec semper causam in neruis consistere, sed & in vasis, quorum consensu nerui refrigerantur, & spiritu influente destituuntur. Nec quod de conuulsione obieciimus, simpliciter verum est. Ipsa enim etiam mania superueniens, & neruosas partes validè concutiens, easdem excalfacit, adeo ut factam paralysem soluat, non ante factam inducat, cum ex multitudine aliud per cutem digeritur, aliud in aliquam partem ex non præcipuis depellitur. Vbi cum tenaciter impactum fuerit, paraplexiam facit, resolutionem videlicet ex apoplexia, vel epilepsia. Tribus igitur modis εντέσιες in resolutiones cadunt, effusa in spinam bile: conuulsiuus motibus è cerebro excussa: interceptis fluxione spiritibus in vasis.

*Sed & in vehementem insaniam ferri solent.* ενμαυλωται dixit, quod grauius est, quàm μαυλωται, facta videlicet, per suppressionem & æstum exquisita bile atra, quæ in vehemēti illa motione excerni non potuit. Nam τὸ ἐκ, interdum minuit, interdum auget significationem, ut in voce, εκλυσις. Norat enim naturam rei, è qua fit egressus.

*Qui verò exturbata alio, &c.* Natura valde superante, ut in optima crisi, signa omnia ad victoriam inclinant, quia nihil est, quòd naturæ motus ordinatos interturbet. Vbi verò vel parùm superat, vel etiam à morbo superatur, incerta ferè sunt omnia, & ut Celsus ait, dubia spes inter certum metum. Natura enim in discrimine posita, per momenta quædam vires vniuersas colligit, & facto agmine aggreditur morbificas causas. Ergo in illo conatu interdum, licet debilis, propter virium collectionem & extremum conatum vincit: nonnunquam contra, quæ propter conatum robusta videbatur, in certamine succumbit. Itaque certò nihil hic definit Hippocrates, sed varios euentus docet, & modos, quibus in illa symptomatum vehementia ægri seruari possint. Si tamen excretio circa crifim insequatur, iis, quibus in exacerbatione alius irritabatur, nigrorum deiectio superuenit, quia crifes fieri solent per ea loca, ad quæ humores inclinant: diebus, & horis exacerbationum: & per excretionem humori & morbo respondentem. Nec verò adhuc ex nigrorum deiectione de vita aut morte quicquam decernit. Nam si cõstionis signa apparuerint, facillè ferat æger, & symptomata remittantur, salutis spes confirmatur. Sin æger iam admodum extenuatus, postridie morietur propter imbecillitatem virium & humoris excreti malignitatem. Is enim deorsum excluditur, non robore naturæ, sed quia nec ferri amplius, nec loco contineri potest, per Aphorismum, Quibus per morbos acutos, aut diuturnos, aut vulnera, aut alium modum extenuatis atra bilis, aut velut sanguis niger subicit, postridie moriuntur.

4. Aphor. 23.

XIIII.

Οϊσιν ύγιαίνουσιν χρεμδνος έοητες πειλ ή άσφλω ψυχρότης και βάρος άπό βραχέτης προσάκτος, και κοιλίης έπιτακτος, ή άνω και κάτω ύπηρηκτος, ισχιας, ή νεφρών πόνος, ή στραγγέλης τάχα άν συμβαίνη.

*Quibus per hyemem sanis frigus circa lumbos: & grauitas ex parua occasione fit, & alius retinetur ventriculo suo munere ritè fungente, coxarius, vel renalis dolor, aut urinae stillicidium fortasse contingit.*

IACONI



**H**Aec oratio nihil aliud docet, quam quod materia graui & frigida, qualis hyeme multa est, in lumbos ex occasione leui cōuersa, siquidem alius sup-  
primitur, integro ventriculo, non dissoluto & vomituriente materia, inquam, vel  
in coxam delabitur, vnde coxarius morbus, vel in renes vertitur, vnde renum  
dolor. Alioqui in vesicam defluens stillicidium vrinae facit. Potest quoque & in  
crura abscedere.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**R**arius multò in hyeme homines aegrotant, quam in aliis anni temporibus,  
propter naturae virtutis robur, & humorum à frigore cōcretionem, atque  
quietem in vasis. Morborum tamen feminaria eo tempore intus includuntur,  
suppressa ex vere & autumno cacochymia, collecta plenitudine & acruata pi-  
tuita. Vbi enim annus propriam seruat constitutionem, vere temperatissimo a-  
bundat sanguis: aestate calida & sicca, bilis: autumno inaequali, in quo siccum &  
frigidum euincunt, atra bilis: hyeme frigida & humida, pituita. Particulatim verò,  
cùm hyems aquilonia est, humor in corpore redundans non discutitur: cùm au-  
strina, pituita salsa, & putredinis fundamenta iaciuntur. Vere morbi incipiunt  
ex fusione, motu, putredine humorum collectorum. Morbi autem variant pro  
cuiusque hominis natura, aetate, diæta, temperamento, imbecillitate partis alicuius,  
quoniam patiens (aiunt Philosophi) recipit, non secundum modum agen-  
tis, sed secundum propriam dispositionem. Ex his Hippocrates futurorum mor-  
borum prænotionem passim repetit, quam necessariam esse vult, vt multò antè  
medici præmoneant, incipientes morbos prohibeant, factos artificio curent. Hu-  
ius vniuersalis doctrinae exemplum ponit in renali dolore, coxario, & strangu-  
rioso: quos affectus ex hyemis constitutione, partis imbecillitate grauitatis per-  
cepto sensu, & excrementorum suppressione prædicere facile est. Frigoris ergo  
sensus circa lumbos, humoris qualitatem: ex leui occasione aucta affectio, partis  
imbecillitatem ostendit, quæ in causa est, vt à quolibet humore accedente, siue  
calidus sit, siue frigidus, pars imbecilla grauissimè lædatur, atque à pituita, quasi  
à crystallo refrigeretur, ac penè restinguatur: à bile inflàmatur. Quia enim imbe-  
cillitas intemperiei soboles est, vitiosa intemperie, & temporis progressu calore  
in sito languido, cuius proprium est vtrique contrario infestanti obistere, facilis  
est omnis impressio. Ob idque queruntur sæpè aegri ex occipite, vel genu, vel  
lumbis, vel quavis alia antiqua partis imbecillitate, percipere se noxam, per quæ-  
dam temporum interualla ἀπὸ βραχέως πρὸ φάσις. Est autem πρὸ φάσις, non sim-  
pliciter causa euidentis aut manifesta, vt à quibusdam scriptum est, neque causa  
morbi efficiens, sed quæcunque affectionis latentia intus seminaria excitat, &  
quasi in actum deducit. Vt si quis concepto iam intus vitio, quod tamen actio-  
nes nondum lædit, leuiter offendat in motu, cibo, potu, insolatione, venere, aëre,  
vigiliis: indeque graui aliquo morbo corripiatur, nihil horum per se morbi causa  
est, sed occasio. Etenim nisi hæc omnia præcurrisset intus morbi veluti quædam  
designatio & apparatus ex plenitudine, cacochymia, vel imbecillitate, nusquam  
ita aegrorasset. Proinde Hippocrates πρὸ φάσις τὰ μικρὰ τῶν ἀδύων, paruas causas  
appellat: illam verò præparationem ad morbum, in qua versatur præcautio, Ga-  
lenus πρὸ φάσις τοῦ νόσου καὶ τῆς ἀδύων λέγει, dicit præexistentem morbosam præpa-  
rationem, & διὰ τὴν νόσου morbosam affectionem: ad quam accedens parua  
causa totius morbi causam continere videtur, cùm tamen illa per se morbum  
committere nequeat, vt in historia eius, qui iacebat in Dealcis hortu, declaratur.  
Frigus verò in hyeme à pituita est, & ambiente. Nam pituita, vt scribit Hippocr.  
hyems procreatrix est propter pluuiarum copiam, & noctium longitudinem. Il-  
linè enim humidum, hinc frigus longius abscedente sole oritur: & animantium  
corpora in aëre sicco exsiccantur, in humido humectantur, eodemque modo in  
aliis. Nec obstat, quod ventres hyeme calidissimi sint, & somni longissimi. Ha-  
bent enim

bent enim certè plurimum substantiæ innati calidi: minus tamen caloris, qui  
est qualitas. Nam externum frigus per omnes corporis incatis permeans, re-  
pulsio ad interiora calore extrema refrigerat, vt manifestò subsidat carnis moles  
qualitatis frigida impressione. Particulæ itaque corporis refrigerantur, vt & ven-  
ter ipse ex itinere, vestium penuria, studiorum genere, & similibus. Vbi verò  
frigus ad vasa, & intima sese insinuauit, ventriculi quoque superficiem refrige-  
rat, vnde summa appetentia, sitis minima, calidiorum vsus iucundior: atque in  
eo licet cibi probè concoquantur, in iecinore tamen exactè: mutari in sangui-  
nem nequeunt, multò minus in refrigeratis totius corporis venis. Accedit cibo-  
rum copia vel manifestè pituitosorum, qualis est, ouilla caro: vel aptissimorum  
ad pituitæ generationem, nisi probè conficiantur, qualis suilla. Quin caseus, pla-  
centa, & similia facillè in pituitam transeunt, vt & mustum ac vinum recens,  
quo plerique vtuntur. Quòd si per hyemem alimenta temperamento calida  
sint, vt mel, aromata, caro, pituitosa tamen euadunt substantiæ crassa, & diffi-  
culter coctilis ratione. Vt ergo in pueris propter edacitatem humores crudi ma-  
gis, quam in viris abundant, licet coctrice superent viros: sic plurimi ac difficiles  
coctu cibi à robustiore etiam calore confici nequeunt. Cùm, inquit Galenus pri-  
mo de humor. homo se cibis largius expleuerit, necesse est crudi humoris pluri-  
mum in corpus animantis rapi: idque multis de causis, & quòd deterius in ven-  
triculo venisque concoquatur id, quod plus est: & quod plus in corporis mo-  
lem subeat, quia plus sit: & quòd citius, quam par est: propterea quòd ventriculi  
lus venis: venæ autem cæteris omnibus animalis partibus permittunt, vt quòd  
nondum confectum est, rapiant. Hic igitur est apparatus ad morbum, ex rem-  
poris constitutione, frigus, & pituita: ex lumborum imbecillitate, prompta per-  
pessio, & ex leui occasione impressio. Modò adiicit collecta iam materię signum  
grauitatem. Ea potest esse in musculis, rene, venis. Musculi & carnosæ moles præ-  
copia grauata dolent cum ponderis cuiusdam arenosi sensu ob densitatem im-  
pedientem liberum copiarum transitum, idque cùm humores in habitu corporis  
continentur, vel plenitudo in vasis communicatur carni & partibus vicinis,  
quomodo Hippocrates in Pleuritide ex graui dolore in brachio, sectionis venæ  
indicationem sumit. Est & alia grauitas cùm propter imbecillitatem motricis  
corpus videtur plumbeum, quæ hinc locum non habet. In visceribus: verò gra-  
uitatis sensus iterum duplex. Nam vtrouque excitatur dolor grauis, & vbi sen-  
titur suspensum viscus, vt vacuata in hydrope aqua, aut hepate marasmo retor-  
rido languente: & vbi tumoris contenti pondus à tunica obuolente, quæ sen-  
su prædita est, percipitur. In rene ergo tum hoc modo grauis dolor est, quia re-  
nis corpus insensibile, neruique expers sentiente membrana obuoluitur: tum e-  
tiam interdum grauissimus, id est, acerrimus affectus vteris, quæ densa & crassa,  
maximè simul distenta continente membrana egregiè dolent. Ob idque cùm  
calculus in sinu oritur, solo descensus tempore dolorem vehementem mouet:  
reliquo sola grauitas molesta est. Cùm verò in carne localem habet generatio-  
nem, genitus solius grauitatis sensum excitat: dum generatur, aut à carne in  
sinum trahitur, acer dolor cruciat. Durus enim & angulosus lapis densam re-  
nis carnem proscindens dolorem mouet propter communicatam ab externis  
neruulis modico carnis interuallo sentiendi vim, præsertim à tumore rene di-  
stenta membrana, vt Galenus docet. Concretus ergo lapis in carne, vel in sinu  
quiescens grauis doloris author est, vt & suppuratus tumor, aut humorum cras-  
sities. In venis autem & arteriis, quæ exiliter sentiunt, ob plenitudinem tensis  
grauis etiam dolor oboritur instar cuiusdam ponderis, sed extensus & equalis se-  
cundum longitudinem corporis, veluti chorda speciem referens, nulla vtrique  
profunditate simul apparente, aut arenosa inaequalitate. Ita enim per synochos  
aegri referunt graues se esse toto corpore, potissimum dorso ac lumbis, & inter-  
dum ceu arenoso pondere confusos. Ex hac doloris grauis proprietate affectus,  
& loci affecti dignotionem vestigare oportet, cui situs addendus est, & vtriusque  
status. Hæc enim duo maximè separant dolores intestinorum, ab iis, qui in reni-

De nat. huma.

1. de vici. rat.  
in acut.

6. de usu. 17

bus causam habent. Vbi enim vrget supra renes dolor, certum est ad intestina pertinere, non ad renes. Præterea nephriticus ferè dextrorsum vergit, nec ab eo loco vsquam ex toto discedit: colicus sæpè locum mutat, & in pectinem inclinat: qui etiam quavis vacatione & sursum & deorsum lenitur, quandoque integre cessat: nephriticus verò etiam inanitionis tempore manet fortis, constante adhuc lapidis stimulo, doloris causa. Urinæ verò aut tenues sunt ab obstructione vasis urinarij, aut suppressæ cum dolore renum repente oborto, aut frequentibus arenulis intermixtæ. Accedunt vomitus biliosus post pituitosum, & è directo cruris stupor. Horum omnium exortum præcurrit grauitas cum imbecillitate illarum partium: ex qua humorum copia, aut calculus ostenditur. Quid ergo inde præfagiendum? Fortasse, ait Hippocrates, coxarius, vel renalis dolor, aut stranguria cõtinget, si ventriculus ritè suo munere fungatur, & aluus retineatur. Ac rectè has conditiones appofuit, τὰχα καὶ ἐν κοιλίῃς ἐπίσπιν, ἢ ἀνω καὶ ἰσθμίου τῆς κοιλίας. Primum τὰχα, quoniam grauitatem renum interdum nullus alius dolor sequitur, cum lapillus neque ad sinum trahitur, neque per venteras descendit, sed concretus in carne vel sinu manet: copia verò in vena caua urinis multis, mensibus, hæmorrhoidibus, translatione ad superiora, & febre cessare potest. Ventriculi autem robur propter vnitum calidum innatū, & propter temperamentum proprium, neque vaforum excrementa recipit, & sua ad renes expellit. Neque igitur vomitu, neque alui profluuiio cacochymia à renibus reuelit, aut vacuat: & rarò accidit, vt duæ simul partes similiter sint imbecillæ. Vnde fit, vt cum materia in partes aliquas, vt lumbos, incumbit, ceteræ liberæ sint, vt ventriculus, & intestina. Ob quam etiam causam alui suppressio confert ad generationem nephritidis, stranguriæ, & coxendici doloris: & impeditur calculi generatio, si nec ventriculus, nec iecur sua excrementa propter angusta venarum ora transmittant, nec renes propter densitatem recipiant. Deinde ex his constat lapidis occasionem, aut cuiuslibet doloris renalis plurimam esse ex agente imbecillitate expultricis: ex materia multum lentumque in renibus humorem. Præterea si quis arenulas non excernat, nihilominus fieri posse, vt ob renum imbecillitatem retineat multa, crassa, lenta, quæ paulò post in lapidem commigrent. Humores autem in lumbis superflui, frigidi hyeme, & quodam modo concreti, cum calore accedente liquantur, aut ex putredine contracta acrimonia stimulant, aut præ copia contineri amplius non possunt, laxatis viis ad vias urinæ, aut ad articulos conuertuntur. In senibus circa renes suppressi solent propter caloris infirmitatem, quo crassities exatè liquari non potest: in pueris ad vesicam descendere, ibique subsistendo calculum procreare. In vtriusque stranguria sæpè contingit, vel tanquam vesicæ affectus ab vlcere, vel sine ipsius affectu ab acrimonia urinæ. Coxendicus autem dolor ad seniores pertinet. Fusi enim humores, attenuati, & expulsi ad ea loca semper feruntur, quæ facillè excipiunt, aut propter dolorem, aut propter calorem, aut propter imbecillitatem exatate, vel morbo. Non enim hanc vel illam partem eligunt, sed eò decumbunt, quò facillimè possunt. Sic aperientia & diuretica coxendicum dolorem, arthritim, nonnunquam etiam paralytim infligunt, quia attenuati humores, nec vacuati præ copia in neruos, aut articulos secedunt. Quominus eorū ratio admitti debet, qui ad præcautionem morborum in articulis, se concessio vini albi vsu extra paroxysmum humores putant ad meatus urinæ diuertere. Hoc enim tantum verum est in iis, qui his morbis nequaquam sunt obnoxij.

XV.

Ὅτι τὰ κάτω κέρεται, κησιμῶν ἐγγονομένων ἐμπροσθεν ἰσχυρῶν, τὸ πόσιον ἀμυδαίς ἔρον γίνεται, καὶ ἐφίεται. τοῖς δὲ ὀλεθρίοις ἐν ἀντανθῆ, ἢ διάνοια ἰεποαρχέται.

Quibus

Quibus inferiores partes in vitio sunt, antegressa forti prurigine, iis arenosa urina redditur, atque cohibetur. At iis ipsis, quibus exitium imminet, ratio obtorpescit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Dissoluta hæc omnia neque ratione, neque experientia coherentia. Quid enim prurigini cum arenosa urina, aut cohibita, aut torpore rationis? Quod ergo in vno aut altero annotauit, quasi perpetuum esse scripsit. Alioqui hæc ad maiorem fidem reposita, vt videlicet experientia firmiora comprobaret. τὰ κάτω, & crura aliquando, & quæcunque sub diaphragmate. διάνοιαν verò γνοῦσθαι dicit virtutem animæ, qua ratiocinamur. κησιμῶν verò malè habere & dolere.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quomodo superiores, inferioresque partes in corpore intelligi debeant, Hippocrates ipse docet, vbi scribit sexto Epidem. & Galen. in libro de humo. An ea quoque, quæ infra iecur sunt, è supernis distributa sint: Ibi enim iecur esse terminum omnium superiorum, inferiorumque corporis partium statuit. Conuexa enim eius pars septo transuerso annexa est. Itaque omnia, quæ supra iecur sita sunt, eadem etiam supra septum transuersum sunt collocata, vt cor, pulmo, pectus, collū, ac multo etiam magis caput: cetera omnia infra in corpore esse vult. Vel igitur lumbos, vt superiore Aphorismo: vel articulos intelligit, quos dixit κησιμῶν, eo modo, quo antè, grauitate & imbecillitate laborare, vt iam cacochymiam colligant, & aliarum partium excrementa excipiant. Itaque quemadmodum in crudis & frigidis humoribus circa lumbos, facillè esse docuit coxatij morbi, stranguriæ, & nephritidis generationem, facta à superioribus partibus ad inferiores translatione: ita in calidis atque acris ostendit non minus facillè esse intro recursum ab extimis partibus & inferioribus ad renes, vbi arenulae generentur, & urina cohibeatur. Non enim sola pituita crassa & viscosa arenularum & calculi materia est, sed etiam alterutra bilis terrea, quæ cum pituita cõmunem habet crassitiam: quia crassities cum calore renum iuncta lapidi facit obnoxios. Sic à podagra in lythiasim, & à lythiasi in podagram facillè est μεταπησις, modò vterque morbus per defluxionem fiat, à plenitudine & redundantia in vasis, vt ferè semper fit: non autem per congestionem, vt in morbi gallici podagra: aut ex recementis aliarum partium, vt cerebri, quæ interdum intra tunicas tendonum per foramen dorsalis defluentia podagram accersunt, sed cum capitis grauitate & ceruicis coniunctam, & interdum cum frigore vel horrore paruo. Attenuatus autem, & acris humor facillè fluit, ac refluit, & cum sit in motu, modò ad hanc, modò ad illam partem imbecilliorè, calidiorè, magis dolentem, viam inflectit, cuius fluxionis, siue calida sit, siue frigida, certissimum argumentum est rubor partis, & venarum inflatio. Copia ergo humorum tenuium, & partium imbecillitas horum affectuum causa est: interdum etiam cacochymiaë varietas, quæ in plures locos diffunditur ita vt tenuior per minores venas in articulos: crassior per maiores in renes & vesicam irruat. Nihil tamen horum fieri est necesse. Ponamus enim in quopiam partes inferas, vt pedes, malè affici, vt iam accedente imbecillitate partium superiorum excrementa excipiant: antegressum quoque esse magnū pruritum ab humore acris & salso, cuius portio intus maneat (quod τὸ ἐν in voce ἐγγονομένων indicat) iis arenosa urina esse potest: verum neque semper, neque sæpius, sed cum cacochymia in plures locos distribuitur, aut intro recurrit, aut calor renum immodicus est. Alia itaque signa coniungenda sunt, præfertim cum humor in pruritu è cute in alias partes, quàm renes, ferri queat. Quomodo vlceribus tibiarum malè curatis, aut intempestiuè conclusis fonticulis, qui diu aperti manserunt, aut erysipelate intro abeunte, podagra, cru-



etiã propter phlyctenas idẽn dñon, aspectu grauẽ. Est autẽ i πεμφιξ, οἶον ἐλάττ  
 γλωφύς ἄπερ ἀράρχιον, tanquam olei viridis veluti tela aranea, vt in Gnidiis  
 sententiis, Mingit parũm semper, vritque, atq; superstat πεμφιξ. Vocat enim πεμ-  
 φιγα nõ totam phlyctenam, sed id solũm, quod ipsam circũscribit telã aranẽ  
 simile. Proinde subiicit ἐξερύθρσιον ἐπιπολάσιον, rubentibus in superficiẽ, quia  
 sunt tãquã stigmata, &, vt alibi dictum est, pulicũ morsus in superficie. Addit  
 deinde superuenientem rigorem, nimirum neque criticum, neque periodicum,  
 sed symptomaticum, vel à materiã translatione, vel ab inflammatione interna,  
 ad quam congregatus calor in reliquis membris rigorem parit, vel à defluxione  
 in collectione bubonis, in qua per vasa delatus humor acris & venenatus horro-  
 rem quendam facit. Pro rigore verò semper in extimis partibus refrigeratio per-  
 cipitur, sanguine & spiritu ad locum feruoris & putredinis contractis, quẽ febrĩũ  
 malignarum nota est valde perniciofa. Ex illo quoque sanguinis feruore, quem  
 maligna putredo causatur, venter & inguina rubent, bubonẽsque sæpius exo-  
 riuntur, quales alibi germen habere diximus, & lethales esse, præsertim cũm pri-  
 mis diebus oboriuntur. Sed & quasi plagis dolorificis cæsi maculis scateant, vt re-  
 uera febres eiusmodi sint πεμφιγώδες idẽn δεινοί, cum phlyctænis & papulis  
 aspectu grauẽs. Quanquã autem sæpẽ in febribus sine peste papulã visã sunt,  
 si tamen hæc omnia simul concurrant, de peste dubitare non possumus, proinde  
 subiicit sub his ægros mori veneni malignitate & humoris morbifici corruptio-  
 ne. Quinetiam hæc humorum ebullitio, quam facit putredo, ne in cadauere qui-  
 dem deletur, quibusdãque superuenit in morte, vapore sanguinis corrupti re-  
 frigerato, & sub cute coaceruato, atque cõcreto. Licet ergo harum febrium præ-  
 sagia difficillima sint, ex his tamen certa est mortis prænotio. Galenus eodem  
 ferò modo ipsas describit, primũmque docet neque calidos, neque exustos tan-  
 gentibus videri pestilenti laborantes febre, tamen interiora vrantur, deinde ma-  
 culis & exanthematis scædari: confirmãtque ex Thucydide, qui ita scribit, Exter-  
 num quidem corpus tangenti neque valde calidum erat, neque pallidum, sed  
 subrubrum, liuidum, phlyctænis paruis, & vlcibus efflorescens. Interna vre-  
 bantur ita, vt neque valde tenues vestes, neque linteorum iniectiones, neque ali-  
 aliud quippiam vel nudi tolerarent.

6. Epidem.

XVII.

τὰ ὑπερώδεια, & πᾶν τι ἐπαμοθιμύδωμα, οἷα λύγγες, κοιλίας καὶ τῆς  
 γυνωταί. ἵσως ὁ καὶ ἐπιτῆσις, οὗτοι ἐκχλοιοῦνται.

*Qui scædati morbo regio non adeò acriter sentiunt, siquidem  
 singultiunt, alui ijs exturbantur, fortasse supprimuntur. Atque ij  
 valde flauescunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**on multũm sentire referendum videtur ad id, quod etiã si aurugo existat,  
 neque tamen dolorem inde insignem aut molestum ægri sentiant. Con-  
 uersa intro materia & singultus, & exturbata aluus: suppressa meritis ἐκχλοιο-  
 τῶν, hoc est, auruginis colore plurimũm intinguntur, ex enim particula addita  
 augendi vim habet.

DESID. IACOTII COMMENT.

**D**e icteri exitu ex causã varietate & magnitudine statim iudicandum po-  
 tius, quã ex iis symptomatis, quã postea superueniunt, qualia hæc com-  
 prehendantur, quòd & ambigua sint, & interdum eiusmodi, vt iam in propin-  
 quo mortem denuncient, quod tempus expectandum non est, vt edatur præsa-  
 gium. Cũm ergo triplex sit, felleus ab immodicã plenitudine vesiculã fellis, aut  
 imbecillit

imbecillitate facultatis attractricis eiusdem, aut mearum obstructione, siue alli-  
 cientium, siue pellentium bilem: deinde hepaticus ab obstructione, inflammatio-  
 ne, vel scirrho hepatis: Tertius criticus, in quo pura sunt vesicę & alui excremen-  
 ta: hic semper salutaris est post septimum: alij difficiles: nonnulli planè lethales,  
 vt à scirrho, aut inflammatione hepatis. In nullo autem obtusum fieri sensum,  
 aut, quod auctor Prothetici scribit, νωσφόσιν τῆς τῆς torporem & segnitiem superue-  
 nire docet Galenus. Hęc enim symptomata ex frigidis, crasis, glutinosis, & planè  
 ad motum contumacibus humoribus oriuntur, non autem ex calidis, tenui-  
 bus, aut acribus, qualis est flaua bilis. Quoniam tamen pluribus locis Hippocra-  
 tes horum meminit, cũm de ictero agit, non sine causã factum id conuicere licet.  
 Duobus ergo modis icterici torpidi ac veteriosi fieri posse videntur. Vno, quem  
 Gale. ipse eodem loco explicat, extincta videlicet animali facultate, & refrigerato,  
 aut resoluto natiuo calore, aut bile crassa in venis spirituum tràsitum impedi-  
 te. Cũm enim æger morti iam proximus est, propter extinctam virtutem quie-  
 scit, nec valde sentit: cuiusmodi symptoma humori ascribendum non est, sed fa-  
 cultati & refrigerationi per priuationem caloris natiui, nec vnquam quisquam  
 inde euasit. Altero inflammationis hypochondrii, siue quia phlegmone interior v-  
 niuersum sanguinem cum spiritu & calore cucurbitulã instar ad se trahit: siue  
 quia multa euaporatio, quam putredo excitat, stupefacit sensum. Vtrius autem  
 modo non adeo acriter sentiant icterici, ad præsagium mortis, singultu, aut alui  
 suppressione, vel profluuiio opus non est, cũm id symptoma per se omnino sit  
 lethale. Videtur tamen illa signa adiecisse, tanquam consequentia icteri ab in-  
 fiammatione hepatis, quorum quædam sunt pathognomonica, alia συνεσθεύον-  
 τα, aut ἐπιγυνέματα. Singultiunt enim non quouis modo affecto hepate, sed ita  
 pleno, aut inflammato, vt vel præ copia exundantis bilis totus ventriculus, aut  
 stomachus grauetur, aut mordeatur: vel præ magnitudine inflammationis ac fer-  
 uore opprimatur: quod tum demum euenire solet, cũm affectus maximus est ac  
 pessimus. Verũm ille singultus exclusus per vomitum, aut purgatis humoribus  
 ventriculi os infestantibus conquiescit: hic verò à vomitu etiam perstat, quia  
 causam firmam & constantem habet, scilicet inflammationem. Interdum vtrum-  
 que accidit per graues hepatis inflammationes, vt non solum ventriculus tumo-  
 re premente, aut exilium neruorum communionẽ simul afficiatur: sed etiam bile  
 admodum calida conuellatur, quam adeò copiosam generat phlegmone, vt  
 & in habitum corporis effundatur, & in principium intestinorum redundet, ex  
 quo in ventriculum conscendens, ibique fluitans singultum parit. Proinde mi-  
 rum non est aluum iis profusè exturbari, tum propter acrimoniam ipsius bi-  
 lis, tum propter hepaticam imbecillitatem, quã ferè coniungi solet. Sistitur au-  
 tem robusto adhuc viscere, & meatu obstructo, quo bilis fertur ad intestina.  
 Cuius speciei icteri peculiare symptoma est alba deiectio, quia bilis flaua non  
 descendit: quinetiam sæpe accedente alui profluuiio soluitur reseratis locis ob-  
 structis. Quibus autem aluus supprimitur, ij ( inquit ) valde flauescunt, effusa  
 tota bile in venosum genus, & per moram corrupta, ita vt tandem in atram mu-  
 tetur picis liquatã similem, atque hydropem accersat, vt paucis ab hinc mensibus  
 dissecto cadauere hoc genere icteri interfecto obseruare licuit.

1. Proth. 13

XVIII.

τὰ κατὰ πλάττον ἀλγήματα, ἐν πυρετοῖσιν ἰσχυρῶς ἐσηκῶτα, ἀσηκῶτα, φλε-  
 βοτομῆν βλάπτει, καὶ ἀπόσπαστος ἢ, καὶ ὑποχόνδριον μετέωρον, καὶ ἐν κατὰ πλάττον  
 σὺν ἀπύρρῳ νοσηθρῶμένῳ αἵματος ἀφαίρεσις βλάπτει: καὶ δοκίοντες ὅ ἐπι-  
 κέστρον ἔχουσιν, οὗτοι θνήσκουσιν.

*Dolores secundum latus in febribus tenuiter consistentibus, ci-  
 tra notas, vena sectio laedit: Et si auersantur cibos, atque hypo-*

chondrium attollitur: & in perfrigeratione ac torpore non sine febre detractio sanguinis offendit, & cum melius habere se putent, moriuntur.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Tota vis orationis in voce ἰχνῶς consistit, qua & moderatio & leuitas doloris intelligi potest, & quomodo sæpe vsurpatur, vt idem significet, quod citra tumorem. Primum igitur in moderata pleuritide, in qua videlicet parum vrgent respiratio, tussis, dolor, febris, phlebotomia inutilis est, aut certe non necessaria. Aliis enim auxiliis leuioribus curari potest, quomodo is à Galeno percursatus, qui in leui pleuritide sanguinem expuebat, & plurimi visi à nobis & aliis medicis citra eiusmodi auxilium conualuisse. Quod si tantum dolor est, non etiam inflammatio, pituita quadam crassa lentaque in lateribus hærente, & in status resoluta tendente, & ita discruciente ægros, aut intemperies sola, noxia venæ sectio est. Ac multò magis lædet, si quidem aluus profluit, ætas, cælum, & alia repugnēt, hæcque oratio verisimilior, quam quæ in Epidemiis, & libro de humoribus, κώλυσις ἐπὶ πῶσι ἀμειψῶδες πῦρ, πλὴν τῆς χολῆς. Phlebotomiam prohibent sanguinis excreatio, anni tempus, pleuritis, bilis, quia in sanguinem expuentibus, & pleuritide sæpe necessaria phlebotomia est. In moderata pleuritide & lateris dolore citra inflammationem non necessaria, atque adeo sæpius noxia. Quæ deinde subiicitur, siue seorsim dicantur, siue orationi de pleuritide connectantur, parū cōuenire videri possunt. Nec enim si quis auersatur cibos, statim illi interdici detractio sanguinis, vt nec si plurimum auidi ægri sint cibi, statim illis venæ sectio conuenit. Scimus quidem imbecilliore subuersioque & nauisæ stomacho sectionem venæ non ita conuenire, sed roborari potest, detergeri atque expurgari. At si res vrgear, interna vehemensque inflammatio, suffocatio, aliaque id genus, neglecto stomacho ne pereat occasio, statim sanguinem detrahemus. Neque verum est, quod subdit, μείωρον ὑποχόνδριον lædi sectione venæ. Sæpe enim μείωρον ὑποχόνδριον dicit, quod inflammatū, vbi necessaria statim initio est sanguinis detractio. Potest quidem attolli flatibus, vbi non conueniat phlebotomia. Potest tumerelaxo & indolente tuberculo, vbi nec ea tam prodesse, quam nocere potest. In perfrigeratis inutilis, atque adeo exitiosa est, quia calore & spiritu vnà cum sanguine exhalante extinguitur vita. Ac detractio quidem sanguine, cum melius habere videantur, fatiscente vita, insito calore necopinantes moriuntur. Id quod in euacuatione sanguinis immoderata sæpe videas, vt nullo doloris sensu paulatim extinguantur.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

Affectus quosdam recenset, qui sanguinis missione non egent, tamen egeri videntur. Duo autem præcipua sunt, quæ de sectione venæ deliberati proposita esse debent, morbi magnitudo, eaque aut præsens, aut imminens: & virium robur. Sub his continentur constans ætas, plethora, temporis constitutio idonea. Contraria venæ sectionem suspectam atque sollicitam reddunt: idque duobus modis. Nam interdum habita affectionis ratione vena omnino esset secunda: eam tamen prohibent morbi paruitas, vt in miti pleuritide: ætas, vt puerilis, & summa senectus: tempus, vt caniculæ exortus, & rigida hyems: humor, vt bilis: vitium deiectio, vt in refrigeratis, & facta in ventriculo concocti alimenti quadam corruptela. Quomodo Hippocrates scribit, Impedimentum iis, qui sanguinem expuunt, tempus anni, pleuritis, bilis. Interdum verò affectus toto genere repugnat, vt cruditas, aut cacochymia sola. In cruditate enim robur virium non adest, vt facta vena quidquid est probi sanguinis euacuatur, prauus verò (qui in primis potissimum venis, quæ sunt in iecore & mesenterio, consistit) in totum corpus trahitur. Vbi verò parum à forma sanguinis factus est ad vtrumque excessum

επιτ. 40 sect. 4.  
περὶ ἀσθ. 4.  
6. Epid. 3. 6.  
3. de humo.  
101 bene hie  
videtur. Vide  
in Hallerij Com.  
pag. 326

cessum recessus, deliberatio non inciditur: vbi plurimum planè abstinendum. In cæteris cautius agendum, præsertim cum in alium humorem insigni mutatione sanguis conuersus fuerit. De his non agitur hoc loco, fortasse quòd facilis sit deliberatio. Illorum verò affectuum exempla ponit, in quibus non prohibetur omnino, sed impeditur sanguinis missio, vt à paruitate morbi in pleuritide. Dolores ergo lateris alij nullo modo sectionem venæ admittunt, vt quos flatus, & pituita crassa concitant. Alij non admodum requirunt, vt à phlegmone, quæ partes thoracis inferiores prope septum transversum infestat, & circa hypochondria dolorem concitat, quia vena, quæ inferiores thoracis partes alit, sub corde emergit, quod proinde medium occupat. Nonnulli etiam impediunt, quia neque necessaria est, & ægri læduntur, qualis est pleuritis placida, ac mitis cum sanguinis sputo: quam expressisse videtur his verbis, ὅτι πυρετῶσι ἰχνῶς ἐσηκότεν ἀσθημα. Nam febris, quæ est symptomatica, separat pleuritidem à dolore flatuoso: ἰχνῶς, ostendit exiguum dolorem esse oportere, & pleuritidem quietam, vt in qua sanguis expuitur, qualis moderatissima esse solet, facillèque aliis pleuritidis auxiliis cedit: ἀσθημα excludunt notas omnes, quæcunque sanguinis detractio indicant. Nam quemadmodum in periculo fluxionis & inflammationis, etiam si copia non adfit, venam secamus, vt in principio inflammationis ex ictu, vel dolore, vel partium imbecillitate: sic in principio pleuritidis, cum dolor adhuc exiguus est, & morbus tolerabilis, si signa cōiuncta sint, quæ maiorem futurum denuncient, sanguinem mittimus. Tamen si tenuiter dolor infestet, non tamen est ἀσθημα, sine signo, aut sine certa alia significatione grauioris morbi. Hoc præcepto admonitus Galenus scribit sic in sanguinis sputo & exiguo dolore lateris sanguinem nõ misisse adulescenti, qui tum habitu, tum virtute hoc remedij genus facillè ferre poterat, si necessarium visum esset. Vt enim non sine periculo in secunda valetudine, aduersæ præsidia consumuntur: ita grauioribus remedijs offenduntur ægri, qui leuioribus curari potuerunt: ob idque scripsit βλάπη. In pleuritide ergo (ait alio loco Galenus) si morbum attendas, venæ sectionem postulat: ipsa tamen non semper id exigit, nisi alia quoque adsint, quæcunque sanguinis detractio indicant (nimirum morbi magnitudo & vites.) Interdum enim pleuritis placida est, ac mitis, neque necesse est sanguinem mittere, etiam si homo sanguinem expuat: sed aliis remedijs ad pleuritidem accommodatis curare morbum prodest. Quocirca probabile est venæ sectionem (ab Hippocrate) prohiberi in iis, qui sanguinem expuunt, si anni tempus valde calidum sit, si homo sit natura biliosa, & si morbus lateris adfit, cum is, qui cruenta expuit, propter pleuritida, id facit, quòd nimirum parua, mitisque pleuritis existat. Hactenus Galenus.

καὶ ἢ ἀπὸ τῆς. Alius affectus est, qui venæ sectionem per se non omnino prohibet, sed impedit, & remoratur. Vocat autè Hippocrates ἀποσίτης, ἢ ἀρέϊτες, qui, vt Galenus interpretatur, gustare non valent, ciborum assumptionem auersantur, atque ad eos offensionem habent, quemadmodum ἀρέϊτες καὶ ἀσίτους, qui non appetunt, aut à cibo abstinent, vel cibos non ingerunt. Symptoma est facultatis ventriculi, in qua inest appetitus. Duobus autem modis oritur. Nam interdum primariò afficitur ventriculus, vt cum crudo humore scatet, qui (ait Galenus) appetitum tollit, sicuti acidus famelicos homines reddit, falsus siticulosos, dulcis somnulosos: aut quadam concocti alimenti corruptela opprimitur, aut cibum adhuc incoctum continet. Interdum verò per consensum offenditur, vt à defluxione è cerebro, aut ab humoris copia in venis coaceruata, ex qua tenue quoddam serum in ventriculum confluit, atque os ipsius exquisitissimo inter omnes partes sensu præditum offendit, vnde nausea, inappetentia, cordis dolor: aut validè affecto hepate, quod est principium tum nutritis, tum naturalis appellatæ animæ, ait Galenus, qua affecta graues prehendunt inappetentia, vt mori potius æger velit, quam aliquid gustare. Priore modo ἀποσίτης venæ sectionem in febris prohibet, cum à crudis humoribus existit: remoratur verò tantum, si cibus incoctus est, aut corruptus. Quomodo Galenus scribit, in his, quibus euacuatione opus est, maturandum esse euacuare, nisi sit quadam concocti alimenti in ventric

2. Acut. 10.

6. Epid. 3.

3. de humor.

1. 3. Epid. 1

2. de humor.

3. Epid. 1.

1. de humor.



3. Epid. 1.

ventriculo facta corruptela, quam prius corrigere oporteat: & in commentario ad historiam Pythionis, febre acuta, cum tremore à manibus, ac delirio primo die laborantis, oportebat (inquit) Hippocratem intellecto hominis periculo ad venæ sectionem devenire, aut primo die, si nullus incoctus cibus in ventre contineretur, aut prorsus secundo: quam prætermittere solet in narratione, tanquam manifestam, nisi quando præter consuetudinem ea vitur, vt cum in quodam ægro, tanquam rarum ita scribit, O octavo die cubitum secui, multumque, vt debebat, fluxit. Posteriore verò modo ciborum fastidium sanguinis missionem neque prohibet, neque retardat, modò morbi magnitudo præsens, aut futura eandem requirat, & vires consentiant. Itaque falluntur sæpe, qui in deliberatione, vtro auxilio utendum sit, phlebotomia, an purgatione, hanc illi præferunt, siquidem nausea est, cum non intelligant eiusmodi nausæ & cardialgias esse à colliquatione materiæ, quæ in venis est, putentque è ventriculo phlebotomia posse reuocari in venas. Sic Galenus Medicos quosdam sui temporis non ignobiles reprehendit, qui in muliere maximè extenuata, mensibus octo iam menses suppressis venæ sectionem, tanquam noxiam reiciebant, non solum propter mulieris extenuationem, sed etiã propter inappetentiam: quam tamen se breui tempore ad naturalem habitum reduxisse idem testatur, detracta primo die sanguinis libra vna & dimidia: secundo, altera: tertio, vncis octo: nec iudicationem sumpsisse ab inappetentia, aut extenuatione, cum multi sanguinis copiam non exiguam habeant, qui tamen summè graciles existant: & contra alij crasis obesi que sint, & pauci sanguinis: sed ex eo, quòd venæ illi prominere, sanguine refertæ, & lividæ colore: dissecto autem vase pici liquidæ similis exisset, & crassus, ob id què longè plus vacuandum esse censuisset.

6. Epid. 3.

4. acut. 21.

ὑποχονδροῖον μετέωρον. Hoc quoniam minus definitè scriptum est, accurata distinctione opus habet. Author quarti de diætâ in acutis in catalogo morborum, qui sanguinis missione egent, imprimis numerat φλεγμαίνοντα ὑποχονδροῖα μετεωρώδη ἀπὸ πνευμάτων ἐκλειψῆς: Galenus interpretatur hypochondria τὰ ἐς ὕψος ἠρωδία, in tumorem sublata, citra spirituum interclusionem, docetque iecinoris lienisque dolores, atque in vniuersum omnes inflammationes, omnè que morborum collectiones, quas Græcè σφύρασας vocat ab intumescens partibus secta vena iuari: cuius loco siquis (vt ibidem docet Hippocrates) inflammata statim per morborum initia medicamento soluere conetur, is non solum ab interna inflammata que parte nihil adiuet, cum non cedat obsequaturque, quæ adhuc cruda est affectio: verum quoque & quæ morbo resistentia & sana sunt, absument, ac contabefaciet. Ductò que ad imbecillitatem corpore morbus superior euadet, qui vbi corpus vicerit, remedium non habet. Ex quo intelligitur hypochondrium, quod hic μετέωρον appellat, intumescere interdum à flatu intercepto, interdum ab inflammatione: atque hoc sanguinis detractione egere statim ab initio, illud minimè, quoniam (ait Galenus) ἢ δὲ ποτε ἢ πρὸ πνευμάτων ἀπόληψις ἐπιφέρει φλογώδη διάθεσιν ἢ ὑποχονδροῖα. Hoc autem iterum distinguendum est. Nam tumor vel recens est, vel vetus. Recens à flatu interclusionem sine inflammatione dissoluitur sonitu in præcordiis excitato, qui flatus humoris permixti indicium est, itè que vrinis & deiectionibus vel sponte naturæ, vel clysmate, & medicamento purgante, vt scribitur in Prognostico. Recens verò sine sonitu, ἢ ἀδύνατος τε καὶ ἰδιωτικός ἢ, μετὰ θερμότητος πολλῆς, qui durus cum dolore & multa caliditate existit, sanguinis missione curatur. Vetus autè hypochondrij tumor aut cum sonitu, ac torminibus coniunctus est: aut cum duritie sine dolore ac sonitu. Ille sonitu, medicamento, clysteribus iuuatur, alioqui auxiliis nihil concedens hydropem siccum denunciat, vt scribitur in Aphorismis. Hic ab obstructione, aut scirrho ortum habet, atque interdum venæ sectionem postulat, vt suppressis mensibus, vel hæmorrhoidibus, quemadmodum dictum est de hydrope anasarca dicto: interdum verò minimè, vt scirrho confirmato, aut multis cruditatibus circa iecur collectis.

2. Prog. 26.

4. Aph. 11.

Et in perfrigeratione ac torpore non sine febre. κατὰ ψύξιν vocat perfrigerationem quæ

quæ vel caloris & formæ veluti quædam priuatio est, vt in moribundis, extincto prope calore natiuo: vel caloris absentia in extimis partibus, vt per inflammationes vehementes alicuius visceris interioris: vel qualitas ipsa præsens calori contraria. Primo & tertio modo sanguinis missio nunquam conuenit, quia non solum particulis animantium (ait Galenus) suppeditatur à sanguine alimentum: sed etiam natiuus calor suam in sanguine sedem habet. Is autem calor, qui in corde est, tum minor seipso redditur propter magnam eiusdem inopiam: aut propter frigidam qualitatem: tum maior, vel propter calidam sanguinis qualitatem, vel propter inopiam exiguam. Interdum tamen caloris inchoata extinctio venæ sectione iuuatur per initia morbi, quando videlicet per oppressionem & suffocationem accidit, vt initio hydropis à suppressione hæmorrhoidum, mensium, aut solennis alicuius vacationis. Vt enim ignis prope extinguitur immixtis lignis tum humidis, tum multis, nisi quis multitudinem sustulerit: sic & in frigidioribus copiam sanguine, vbi calor natiuus prope extinguitur, præsentissimum est remedium sanguinis missio, quo tempore periculum ita prehenderit. In secundo autem perfrigerationis modo Hippocrates sectionem venæ imperat statim initio collectionis. Alioqui ipsi postea locus non est duabus de causis. Vna, quia cum illud extimarum partium frigus magnæ viscerum phlegmone nota sit ex crasis succis collectæ, quantò maius fuerit, tantò virtutem imbecillior denunciat. Altera, quia solus sanguis è venis externis educitur, reliquo, qui circa locum inflammationum collectus est, non cedente: vt pessimum signum sit in eiusmodi febribus purum ac floridum sanguinem secta vena exire. Ob quam etiam causam in pleuritide vacuandi sanguinis terminum Hippocrates constituit coloris mutationem: & alio loco, absolutissima tum diligentia, tum custodia indigere eos scribit, quibus febres ἀπὸ δαίης, cum hypochondriorum tensione, inquietudine, & extremorum omnium refrigeratione: ita vt nihil præter oxymel aquosum tangant, nec sorbitione vtantur, donec sese malum remiserit, & vrinæ maturentur. Quod verò subiicit, perfrigeratos ac torpidos cum febre, tum interire, cum melius habere se putant, id duobus modis accidit: aut suppuratione collecta, in qua cum febris & omnia symptomata remittant, puris euaporatio torporem, effusio repentinam & inopinatam mortem affert: aut dissipato calore extraneo humoris putrentis, & natiuo ira imbecillo manente, vt restitui non possit. Tum enim ægri nec febre videntur, nec dolent, sed comatosi sunt, & obtorpescent propter imbecillitatem naturæ superatæ, quæ est tanquam νέκρωσις in sphacellismo, vt Hippocrates docet in historia Hermocratis. Torpor enim, aut coma in febre calida & sicca, multum iam progressa, ab humido esse non potest. Ergo vel à frigido calori febrili succedente, vel ab imbecillitate virtutis, quorum vtrumque statim lethale est.

1. de humor.

4. acut. ad finem.

2. acut. 10. 4. acut. 47.

3. Epid. 1.

XIX.

κεφαλήν καὶ πόδας καὶ χεῖρας καὶ ἰσχυρά καὶ κοιλίαν καὶ πλάτων, θερμῶν ἐόντων, καὶ κρύων. βέλτερον δὲ πᾶν ὁμοίως ἑσθλα θέρμεν τε εἶναι καὶ μαλακόν.

Caput & pedes, manusque perfrigerari ventre ac lateribus calentibus, malum. Optimum vero est, si totum corpus aequaliter calidum ac molle est.

IACOB. HOLLERII COMMENT. H A E C in Prognostico.

DESID. IACOTII COMMENT.

Quemadmodum alibi partes superiores ab inferioribus separat medio iecinore, ita hoc loco nominatim distinguit extremas & externas ab internis, quas

6. Epid.

quas τὰ ἄσθμα καὶ μέλας ἢ σάματι dicere consuevit. Extremæ enim sunt caput, aut potius in capite nasus, auriculæ, labra, palpebræ: deinde manus & pedes: postremò cutis. Mediæ verò & internæ thorax, ac venter. Omnibus extremis commune est, ut minimè carnosæ sint, & longissimè absint à visceribus, ex quibus calor influens in omnes partes corporis diffunditur. Ob idque primæ omnium ac maximè refrigerantur, quomodocunque id fiat. Primum ergo distinguendum est, quo tempore, in quo morbo, & in qua ætate refrigerantur, ut quid inde præfagiendum sit, intelligas. In longis enim morbis, per hyemen præsertim, & senibus, non solum in principiis accessionum, verum etiam cum morbus intermisit, si extremæ corporis partes refrigerentur, non debet mirum videri. In acutis tantò id periculosius est, quantò causa grauior. Potest autem esse quadruplex. Caloris nativè extinctio, eiusdem oppressio, contractio ad interiora, & periodica accessio. Extinguitur calor imminente exitio, indeque extrema refrigerantur, sed cum liuore, tantòque interdum frigore, ut glaciem dicas, interdum etiam cum sudore frigido, qui cum superuenit, intra vicesimam horam mortem denunciat. Alioqui diutius trahunt. Sic in Sileno Hippocrates extrema frigida notat & liuida sexto die, quæ eadem septimo iam non recalescerent: ad vndecimum tamen vita producta est. Opprimitur autem idem calor, & oppressus minus extrema excafcacit à copia multorum ciborum grauatò ventriculi ore, aut morso ab acerbis humoribus per inediam, ut scribitur secundo de diæta in acutis: ab humore crudo & frigido minore periculo, ut ei, qui in Dealcis hortò iacebat. Etenim decimo septimo manè in febre acuta extrema frigida habuit, idemque multis contingit crasso humore & crudo medio corpore collecto, qui vias aliquando intercipit, qua halitus calens in cutem & extrema corporis exiret: idque præcipuè (ait Hollerius alibi) quo tempore exacerbantur febres, & redeunt. Sic ille tandem quadragesimo liberatus est pituita multa albâque per aluum expurgata, & motis sudoribus. Contrahitur autem ad centrum calor in dolore vehementissimo interiores partes occupate ab inæquali intemperie, pituita vitrea, flatu. Per aphorismum, A vehementi dolore partium, quæ in ventre sunt, extremarum partium frigus malum: deinde in febre pestilente cum phlyctænis (ut paulò ante diximus) summa virium imbecillitate statim ab initio affectibus cordis, colliquatione alui: tertio in vehemènti phlegmone, aut erysipelate interiore, quæ instar cucurbitulæ vniuersum sanguinem cum calore ad se trahunt. Postremo in accessione periodica aut critica. Verum hoc loco solam illam perfrigerationem intelligit, cuius phlegmone interior causa est. Hæc enim ab aliis omnibus causis discernitur illa nota, quæ his verbis expressit, καλίνης καὶ πλὴν θερμῶν θερμῶν ἐόντων, ventre & lateribus calentibus, id est, ut Galenus interpretatur, longè calidioribus, quàm cum se haberent secundum naturam, concepto videlicet incendio æstuantibus, ut in febre, quæ à Græcis λεπτείας dicitur. Hoc autem non solum tactu deprehenditur, sed etiam colore ac siccitate linguæ, siti vehementi, iactatione, hypochondrij tensione. Proindeque eiusmodi febres, ἀσώδεις vocat, quia in iis ægri ἀσώδιστα, grauius afficiuntur, atque inquieti sunt, quod etiam interdum contingit oppresso stomacho. Eam vehementem phlegmonem Galenus ex crasis succis oriri vult, cui si vehemens frigus coniunctum fuerit, coniuncta quoque est maxima virtutis imbecillitas. Ob idque solum oxymel ita affectis cum Hippocrate concedit, quo crassi glutinosique humores attenuentur, incidantur, & derergeantur, omni alia forbitione interdicta, donec morbus ad maturitatem peruenerit, modo æger sufficere queat. In aliis perfrigerationis extremorum differentis, ut in accessione, quæ in acutis aliquando prehendit cum horrore, aut refrigeratione non extremum modo corpus, sed ipsa etiam thoracis, ventrisque cutis inalgescit: ob idque nullum in visceribus vitium arguit.

2. acut. 44.

4. acut. 47.

*Optimum verò est, si totum corpus equaliter calidum ac molle est. Quemadmodum in acutis pessimum est medio corpore æstuantè extrema refrigerari, & igneum calorem suas vires in visceribus colligere: ita optimum hic esse scabie eundem in superficiem corporis ita diffundi, ut totum corpus & calidum & equaliter*

æqualiter etiam molle. Etenim caloris in omnes corporis partes æqualis diffusio (non autem æqualis intemperies, qualis in febre hæctica) primum ostendit, neque cor opprimi, ut calorem à toto retrahere cogatur, neque obstructions magnas esse, quæ caloris influentis motum ad extimas partes impediatur. Præterea simplicem esse febrem sine naturæ infirmitate, dolore interiore, materia heterogenea, aut phlegmone, saltem quæ periculum mortis iniuciant. Quinetiam Galenus primo Prorrh. & de Crisib. vehementissimum etiam calorem per vniuersum corpus æqualiter diffusum benigni morbi indicium esse vult. Non tamen id bonum est in ardentissimis febribus, in quibus corpus moricans & aridum manifestò videtur. Proinde molle etiam æqualiter esse vult, in quo videlicet neque mordicatio, neque scabrities sentiantur contingenti, sed humidum blandumque exhalet. Etenim quemadmodum humidum calore superius extinctionis & putrefactionis causa est: ita calor humido potentior exurit, & magis inardescit, quia humore non temperatur. Optimum itaque corpus μαλθακόν, iusta ratione mistis humore, & calore, sine colliquatione, putredine, aut resolutione humidi primigenij. Videtur autem hoc referri ad illam rationem refrigerationis extremorum in acutis, quæ affert primo de morbis. Eam enim fieri in ardentibus scribit, quòd igneus febris calor quicquid humoris est, absumat & conficiat, vnde extremæ partes, quæ natura sicciore sunt, facilius atque celerius resiccantur. Siccitatem autem ac reuera squalorem frigus sequitur ab extinctione, quoniam calor pabulum & vehiculum humor est.

XX.

εὐρέπεια δὲ πηδίων καὶ τὸν νοσούντων, καὶ ἐν τοῖς μέλεσσι μοῖσιν ἐλαφρόν εἶναι.

*Conuerti autem facile ægrum oportet, alacremque esse, dum se attollit, exurgitque.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

LEGE annotata in Prognostico.

DESID. IACOTII COMMENT.

Symptomata facultatis motricis, quæ in cerebro, musculis, & neruis vires suas habet, deinceps exponit, è quibus præfagia in morbis sumuntur. Cum enim tres genere virtutes sint in tribus positæ principiis, cerebro, corde & icinore, earum tum infirmitatem, tum robur ex singularum actionibus deprehendimus. Nam totius præcognitionis eorum, qui ex morbo vel interire, vel seruari debent, caput est, magnitudinis morbi cum ægri viribus comparatio. Morbo siquidem prævalente, æger nullo modo effugere mortem potest. Sin autem vires illi sint morbo superiores, modò nulla in re peccet, certò effugiet. Non solum ergo Hippocrates corpus neque calidum, neque siccum, neque humidum immodicè esse vult, sed neque graue, & veluti plumbeum in assurgendo, multò minus deiectum, modo inanimi corporis, cum iam robur vniuersum ex omni parte exolutum est. Rectè enim Diocles animalium corpora dicebat, ἐκ τῶν φέροντες, καὶ φερόμενοι, ex ferente, & eo, quod fertur, constare. Nam virtus quidem ipsa est, quæ fert: corpus autem id, quod fertur. Hoc naturaliter deorsum mouetur à grauitate: illa sursum, deorsum, antè, retro, in latus mouet ad arbitrium, aut quasi suspensa in aère membra continet, dum musculos contrahit, rēdit, sistit, ne proprio & elementari motu deorsum dilabantur. Motus ergo membri proprius, non est facultatis mouentis actio, sed passio, casus, prolapsus. Illa enim operatur, dum musculos contrahit, vel contractos seruat, (quam actionem Toniam Galenus vocat, non motum) eaque ratione aut mouet, aut motui ele-

menti renititur. Ergo cum, qui laborat, facile conuerti, in affurgendo alacrem esse, discumbere, stare, membra tenfa sustinere, agere est: illaque actio prompta & expedita neruorum robur, spirituum copiam, & facultatis animalis integritatem denunciat, quæ repugnans grauitati, & vel corpus, vel membrum sustinens, aut erigens, non vnus muscoli, sed omnium collectione operatur, idque validè, quod tonicè appellant. Contrà verò decidere deorsum, prolabi, tanquam inanimum corpus iacere, vel interiore motu liberè cieri non posse, nihil aliud est, quàm pati, & vires iam superari à morbo. Obseruandum itaque diligenter iubet Hippocrates tum ad præfagium, tum ad curationem, motum membri, & actionem facultatis membrum mouentis non perpetuò coire: sed fieri, vt pars moueatur otiante, aut emoriente facultate motrice, nempe in casu corporis, vel membri: fieri etiam, vt pars quiescat operante etiam validè facultate, vt in membri tensione, vel hominis statione, quod sine facultate animali non fit. Si quis igitur alacriter affurgat, aut in lecto conuertatur, viget adhuc facultas motrix: si cum labore & grauitate imbecilla est: sin subinde ad pedes collabatur, prorsus deiecta, vt iam ad extrema ventum sit. Ob eam etiam causam Hippocrates vlceratos non modò ab exercitiis reliquis prohibet, sed à statione, cum scribit, stare vlcerebus malum. Quoniam verò animalis vitali & naturali iuuatur, & quasi fouetur, illa integra non minima coniectura est, reliquas haudquaquam multum lædi.

X X I.

βαρύτες ὅ ἔλα τὸ σώματος, καὶ χερῶν καὶ ποδῶν, πονηρόν.

*At grauitas totius corporis, & manuum ac pedum mala est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

VIDE Prognosticon.

DESID. IACOTII COMMENT.

Docuit necessariam esse ad salutem facilem corporis conuersionem in lecto, & in affurgendo alacritatem. Nunc eidem opponit grauitatem, tum reliqui corporis, tum manuum & pedum, in qua maius periculum esse scribit. Quantam autem vim habeat ad præfagium, ex eo intelligitur, quòd prædictionis summa continetur in comparatione trium facultatum cum morbo: ob idque antequàm de salute, aut morte ex particularibus signis quicquàm pronuncietur, ad singularum opera respiciendum est, vitalis quidem in motu arteriarum, & calore: naturalis, in sanguine & humoribus: animalis primùm in sensibus, imaginatione, memoria, ratiocinatione, somno, vigilia: deinde in motu totius corporis, & singulorum membrorum. Idque eò diligentius faciendum est, quòd plurimi morbi occurrant, quorum vehementia symptomata terrorem incutiant vulgo: quibus tamen generosus medicus nõ mouetur, si principes omnes facultates vident. Contrà nonnulli leuissimi apparent, qui sine vehementia symptomatum, nec opinatò interficiunt, deficiente vna ex his facultatibus, vt Galenus admonet. Rarius summus medicus huius præcepti vim se expertum scribit in ægro quodam non sine periculo famæ. Eum enim periisse sibi curanti, & nihil minus speranti nullo antecedente lethali signorum: tantùm animaduertisse pridie obitus, decumbenti leuatam brachium instar inanimis decidisse, deficiente vi animali, licet nondum duæ reliquæ magnopere concidissent, vt intelligatur, quàm prudenter Hippocrates admonuerit, sexto Epidemiorum sectione 2.25. nihil superuenientium ægro negligendum. Verùm distinguere oportet, tum imbecillitatis illius, tum grauitatis causas, ne fallat præfagium. Nam oppressis musculis à plenitudine, aut peculiari aliquo vitio laborantibus non ita merus est: sicut

1. Proverb. 4. 31. Cont.

sicut nec languente facultate subita aliqua vacuatione, aut occasione manifesta. Vbi verò sine his victa malignitate morbi facultas sic exoluitur, vt corpus graue, plumbeum, ac torpidum appareat, vitium cerebro communicatur, & morbus superior esse incipit, quia cum cerebro ferè reliqua principia fatiscunt. Grauitatem autem totius corporis dixit, capitis, dorsii, ceruicis, lumborum & crurum, quæ se manifestò prodit, inquit Galenus, cum æger voluntarias actiones obire conatur: crurum quidem, ægro surgere cupiente, vel ambulare, vel ipsa etiam, dum iacet, transferre. Et manuum ad eundem modum, cum accipere aliquid, & dimittere, & loco mouere contendit. Aequè verò & colli, & spinæ, dum molitur per has partes corpus in alium habitum inuertere. Quod fit in vniuersum oppresso, refrigerato, aut resoluto cerebro, denegato comœatu spiritui animali, aut summa eiusdem inopia.

X X I I.

Εἰ δὲ καὶ πρὸς τῶν ἑσπεριπέλοι γίγνονται οἱ δάκτυλοι, καὶ οἱ ὄνυχες, πλησίον ὁ θάνατος.

*Si verò etiam ad grauitatem liuidi accedant digiti & ungues, mors est in propinquo.*

DESID. IACOTII COMMENT.

Quoniam ex principum facultatum statu naturæ vel morbi victoria intelligitur, si ad animalis exolutæ testimonia alterius vitalis extinctæ peculiare notæ accedant, dubium esse non potest, duobus principiis expugnatis mortem esse in propinquo. Cerebrum autem in seipso imaginationis, memoriae, & ratiocinationis opifex est: in membris & musculis, sensuum ac motus voluntarij. Iecur verò in se cupiditatis, & sanguificationis causa: in membris, nutritionis, delato per vasa sanguine. Cor denique in se irascitur, distenditurque: in membris moderatur pulsum, & caloris natiui potestatem. Inde fit, vt animalis facultatis, tum infirmitatem, tum robur ex motu, & cæteris functionibus deprehendamus: hepaticæ verò, ex sanguine, humoribus, & ipsorum excrementis: vitalis autem, tum ex arteriarum pulsu, tum ex calore, aut frigore partium extimarum, quæ in magno lapsu, cordi tandem consentiunt, vt ab illis etiam primùm totius corporis incipiat interitus, tanquàm à partibus longissimè à principio vitæ distantibus. Proinde scribit, si præter grauitatem ungues digiti que liuidi euaserint, non simpliciter amplius mortem portendi: sed confestum & absque mora id futurum, quòd iam vtriusque facultatis emortuæ manifesta signa appareant, grauitas videlicet animalis, & liuiditas spiritus atque caloris, qui à corde proficiscitur, deficientis per extinctionem, aut interceptionem. Cæterum liuor pro varietate subiecti, cui inest, varia significat. In cacochymia enim albedini permixtus, & veluti plumbeus copiam pituitæ indicat in corpore, non cuiusuis, sed refrigeratæ, qualis vitrea, aut crudus succus. In excrementis alui atræ bilis paucam permutationem, vt nigror, multam significat. In vomitionibus foetidis abundantiam extranei caloris cum defectu innati. Huius enim liuor: illius foetor nota est. Vbi verò frigus extremorum cum liuore superuenit, id vel vehementi intestinorum inflammationi ascribendum est, vel extinctioni caloris innati. In omnibus communis causa est frigiditas. Liuorem autem intellige imprimis quidem digitorum & unguium: deinde verò labiorum, genarum, & pedum.

4. de sanitat e tuen.

2. Progn. 40

3. Epid. sect. 2. 54.

K K K 2

μελαυρόμορα ὃ πανελῶς, ἴσσον ὀλέθρια τῶν πελίων. ἀλλὰ τὰ λοιπὰ γεω-  
ρῆτιν. ἢν γὰρ ὠπείως φέρη ὃ νόσημα, καὶ ἀλλότι τῶν χροσίων ὑποδεικνύη,  
ὃ νόσημα ἐς ἀπόφωτον τρέπεται, καὶ τὰ μελαυρόμορα τῆ σώματος ἀποπύλλεται.

*Si verò penitus nigrescant, minus perniciosi sunt liuidis. Verùm  
ἔ reliqua consideranda sunt. Si enim facile fert morbum, ἔ ali-  
quod aliud salutarium signorum ostendatur, in abscessum vertitur  
morbus, ἔ quæ nigredinem traxerunt, concidunt.*

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N Prognostico sic scribitur, Pedes autem digitique penitus nigri minus per-  
niciosi sunt liuidis. Sed & alia signa considerare conuenit. Nam si æger ma-  
lum leuiter ferre videatur, atque signum aliquod salubre præterea se ostenter,  
morbum in abscessum versum iri spes est, ex quo homo quidem incolumis eua-  
det, partes autem, quæ nigredinem contraxere, decident. Quo loco non vult  
Hippocrates pedes ac digitos nigros minus absolutè perniciosos esse liuidis: cum  
interdum nequaquam perniciosi sint: interdum verò liuidis perniciosiores. Sed  
quòd nigrescentes minus condemnari mereantur, quàm liuidi, quia liuor, vt di-  
ctum est, hic ad solam sequitur calidi extinctionem: nigror verò quandoque ad  
eandem auctam: nonnunquam etiam cum vtilitate ad decumbentem humorem  
ex vasis ad imos pedes. Nigrescit enim pars aliqua interdum fluxione in eam  
decumbente, quæ caloris natiui com meatum intercipit: interdum verò extincto  
in ea calore. Hoc proximæ mortis certissimum indicium est: Illud verò abscessus,  
à quo non semper mortis periculum conflat, sed gangrænæ in parte ignobili,  
quæ syderata decideret, quoniam vt omnis abscessus criticus difficillimè curatur, ita  
cum nigrore incipiens gangrænâ denunciat, & corruptelam partis. Decidet ve-  
rò quod syderatum est, quia mortuum viuo cohærere non potest. Neque verò ex  
hoc abscessu homo perpetuò euadit. Obseruare enim sæpe licet in diuturnis mor-  
bis cum signis salutaribus dolorem cruris nonnunquam lethalem esse, vel spatii  
quibusdam multis & latis nigricantibus, vel sine his post summum cruciatum  
paulatim sensu partis amisso propter caloris inopiam, aut materiæ multitudinem  
opprimantis arterias, & pulsationis motum intercipientis. Iubet ergo Hippocra-  
tes, antequam salutem pronuncies, alia signa consideranda esse, quòd abscessus,  
vt excretiones criticæ, aliàs vitricæ natura & mouente: aliàs vi morbi exoriantur,  
nonnunquam etiam natura quidem expellente, sed imbecillius, quàm conueniat.  
Præterea pars, quæ excipit, totius materiæ eò accedentis non semper est capax. Ita  
fit, vt vel humor refluat, vel calor natiuus extinguitur. Quibus autem signis dis-  
cernere oporteat an nigrescant ab extinctione caloris vitalis, an verò ab eiusdem  
interceptione ob materiæ febrilis in eas partes decubitu: & vtrum inde homo  
superstes sit futurus, necne, intelligitur, si deposita in abscessum materia soluat  
febris, æger bene habeat, leuiter ferat abscessum, nullumque vitium appareat  
neque in functionibus trium facultatum, neque in coctione, secretione, & ex-  
cretionem excrementorum, quæ morbi propria sunt. Hæc enim ostendunt: totam  
materiam depulsam esse: morbi focum intus extinctum: & partium redditam ac  
restitutam propriam temperiem. Sin contrà nihilo leuius habet æger, summo  
cruciatu tibia torquetur, vel obtorpescit, & accedant lethales casus, vt difficultas  
spirandi, *νάργη*, nauſea, deliquia animi, infania, pulsus vitiosus, vnà cum parte  
vita extinguetur.

Ὁρχες καὶ αἰδοῖον ἀντασπασίδια, πονηρὸν σημαίνει.

*Testes ἔ pudenda reuulsa, malum significant.*

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**Π**ονηρὸν dixit, pro eo, quod in Prognostico scribitur, πόνος ἰσχυρὸς, καὶ κίν-  
δωσι θανάσιμα, dolores fortes significant, & periculum lethale. In pu-  
dendis autem duo considerare conuenit ad præſagium: musculòs, quibus testes  
appenduntur, mouentur, vtrinam, & semen emittunt: deinde neruos, venas, & ar-  
terias, quibus non solum cum partibus principibus, vt corde, cerebro, hepate con-  
ueniunt, sed etiam cum aliis, vt oculis, ac thorace. Vt enim inter mammæ & vte-  
rum communio quædam per venas intercedit: sic inter testes & thoracem, pro-  
pter quam naturæ communionem humorum migrationes fiunt. Ex quo fit, vt  
in morbis thoracis cum tussi testes intumescant, & interdum abscessum patian-  
tur: in acutis verò contrahantur, propter conuulsionem, vel dolorem, vel facultatis  
vitalis extinctionem. Ac propter conuulsionem quidem, in morbis capitis, in  
quibus nerui ad suam originem trahuntur: in febribus verò ardentibus, cum mus-  
culi præſiccitate immodicè exarescunt. Propter dolorem verò, quia dum se fa-  
cultas cum spiritu in seipsam contrahit, secum etiam rapit partes illas. In dolore  
enim omnia contrahi, & eò magis, quòd atrocior dolor est, alibi explicatum. Idem  
iudicium de emoriente facultate vitali. Quoniam enim amplius ad extremas cor-  
poris partes extendi non potest, perturbata se ad suum principium recipit. Quin-  
etiam partes principes inopes caloris, spiritus, & sanguinis, quicquid antea im-  
partiebant reliquis, ad se reuocant. Hæc verò necessariò vnà cum eo intro se refe-  
runt, & mediis corporis partibus, quasi opem requirentes, adiunguntur. Ex qui-  
bus intelligitur citra dolorem testes conuelli exitij signum esse certissimum. Quo  
etiam tempore sæpe obseruare licet non solum testes reuelli, & penem rugari: sed  
etiam digitos & pollicem manifestò inflecti, curuari vngues, labra disſidere, mol-  
liorem auriculam reflecti, aliæque id genus duobus tribusue diebus, interdum  
pluribus ante mortem.

XXV.

φύλαξ ὃ ἀπὸ ψόφου περιήλθως διεξίναμι, βέλτερον κρέσσον ὃ καὶ σὺ ψόφου  
διελθῆτιν, ἢ αὐτὸ ἀντιλέειται, καὶ αἰτιοὶ τῶν τῶν διελθῆτιν, σημαίνει πονη-  
ρὸν, καὶ παραπροσόντω, ἢ μὴ ἐκὼν τὸ ποιεῖν ἢ ἀρετῆν ἢ φύλαξ.

*Flatus sine edito sono crepitus excludi oportet. Melius au-  
tem cum sono exire, quàm circumuolui. Ac qui sic excernitur, ve-  
xationem ægri significat ἔ delirium, nisi sponte hoc efficiat, emit-  
tâtque flatum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**L**ege Prognosticon. πονηρὸν hoc loco dicit ἐπίδωσι. In Prognostico πο-  
νηρὸν.

DESID. IACOTII COMMENT.

**F**latus, quem in genere spirituum Hippocrates contineri vult, humor est at-  
tenuatus à paruo calore, quem discutere non potuit. Natiuus autem calor  
paruus est, vel quia resolutus ab extraneo, vt in hydrope ex morbo acuto, & in

ventriculo imbecillo ex contagione calidioris hepatis: vel quia refrigeratus, vt in tempestiuo gelidæ potu: vel oppressus, vt à liene melancholia turgète & obstructo ventriculi concoctionem offendente, aut à multo cibo, cruditate, vel humore, tanquam ignis à lignis tum humidis, tum multis. Imbecillus ergo calor per se in omni humido flatus excitat: vegetus verò non nisi in crasso, multo, frigido, vt in copioso cibo & flatulento, aut in humore melancholico, vel pituitoso. Nonnunquam etiam vtraque concurrunt, partium videlicet, quæ ad vètriculum pertinent, imbecillitas, & humor pituitosus, aut melancholicus. Quomodo Hippocrates melancholicos πνευματώδεις, flatuosos esse scribit, & Aristoteles in Problematis, salaces ac mulierosos, quòd semè nihil aliud sit, quàm πνευματώδεις: multi autem flatuosi spiritus in ipsorum hypochondriis acerventur: quanquam multi flatu abundant sine feruice, vt eunuchi, aut sine calore, vt ætate defecti, & in generatione coire oporteat præter flatum semen & calorem natium copiosum. Galenus quoque Φυσώδεις ex Hippocrate esse scribit quos αὐτὸν περιγώδεις vocat, quia σπυροβάκεις, angusto sunt pectore: ergo & corde, vnde inopia vitalis caloris, & ex hac flatus. Quod verò ad prælagium & curationem pertinet, Hippocrates in flatibus obseruari vult coctionem quandam, & cruditatem, vt in humoribus: deinde exēdi modum. Crudus enim flatus est crassus, nec facis adhuc elaboratus: coctus tenuior & elaboratior. Ille reuoluitur, nec expellenti naturæ facillè cedit: hic facillè superatur, elabitur, aut discutitur. Ob id quæ Galenus in curandis flatibus non solum vult intemperiem restitui, & humorem flatulentum purgari, sed etiam flatus crassos attenuari, & continens ipsos corpus rarefieri, aut aperiri. In excernendi verò modo siue flatus per rectum intestinum emittatur, siue per œsophagum, quem ructum appellant, quandam naturæ providentiam notat Hippocrates in eo, quòd vtrumque instrumentum, in quo flatus colligitur, ad ipsum excludendum insurgat. Nam flatus excernuntur, etiam si ij, in quibus insunt, dormiunt, aut propensione in somnum, vel sopore, vel veterno, vel delirio sint occupati. Sunt autem vel σιγώδεις, vel ψοφώδεις, silentes, aut sonori, quos etiam πρισμὸς καὶ βόμβος, crassiore spiritu per laxius intestinum semel effuso appellant, ex quibus interclusis μετρωσιμὸς, βορβορῶν, σπύροι, de quibus omnibus alibi dictum est. Hic enim tantum considerantur, vt sunt σιγώδεις, ἢ ψοφώδεις, ἢ ἀεθλιμματα, quales in Epidemiis inter scopos vniuersales recenset, à quibus prænotiones sumere oportet. Silentes ergo optimos esse scribit, quia calorem vegetum, materiam edomitam, & meatus amplos ac liberos significant: ψοφώδεις verò tametsi per se nihil sinistri portendant, minus tamen viles sunt, & spiritus flatuosi copiam, vel vasorum angustiam designant. Præstat tamen cum sono flatus prodire, quàm in ventre reuolui: quod cum fit, ἀεθλιμματα dicuntur, sunt quæ malè, vt causæ, & signa. Ac causæ quidem τῶν σπύρων, inflationis ac doloris: signa verò in acutis incendij alicuius partis, & deprauatæ morionis πῶσιπλῆκῆς ex infernis partibus ad superiores. Ob id quæ alibi scribit Hippocrates flatus in febribus inflata aluo non erumpere, malum esse. Quòd si æger plurimis audientibus crepitum ediderit, mores illius considerare oportet. Si enim inuerecundus est, aut eorum, qui præsentés sunt, nullam curam habet, nihil malè præmonstratur, nisi quòd satius esset, sine sono elabi: sin is est æger, qui præsentés cultu quodam & honore dignos iudicet, alterum duorum significatur. Vel enim ad ca non aduertit, quæ agit, quod delirij principium est: vel propter doloris alicuius in aluo magnitudinem adigitur, vt quæ nolit, faciat, nisi fortasse sponte sua flatum sic emittendum duxerit. Dolor enim, vt & mens læsa, flatus edito sono excludere sine pudore interdum cogit, aut quia, vt in sopore vel delirio mens vi doloris occupatur, aut quia dolore intestinum contrahitur, contractum exprimit flatum. Atque hoc signum pertinet ad morum dissimilitudinem in ægro. Quomodo scribit Hippoc. In composito homine audacem respõsionem malam esse: & contrà, turbulentum hominem, non solum si audacter loquatur, verum neque si in vrente febre deliret, periclitari.

6. Epid. 3. 276

2. de humor.

1. Epid. 3.

Ἐλκος πῶλιον ἢ ξηρὸν, ἢ χλωρὸν γινόμενον, θάλασμον.

Ulcus liuidum est siccum, aut chlorem redditum, lethale est.

DESID. IACOTII COMMENT.

IN Prognostico, Nec verò ignorandum an vlcere, vel ante morbum, vel in ipso morbo nato laboret. Nam si æger moriturus est, liuidum & siccum, aut pallidum & siccum ante euadet. Celsus verò ita vertit, Vlcus quod aut ante, aut in ipso morbo natum est, aridum aut pallidum, aut liuidum factum est. Quo loco Hippocrates ad prænotionem vlcera in ægro inquirenda esse vult, diligentèrque considerandum qualia sint. Ea enim siue morbo superuenerint, siue ante morbum sponte, vel telo nata sint, vt in pede, manu, capite, aut alia parte, inclinante iam in manifestum exitium morbo puris inopia exarescunt, alimenti defectu & siccitate contrahuntur, calore natiuo extincto liuescunt, aut pro humorum affluentium varietate prauè colorantur. Id quæ signum adeo certum est, vt non modò talia facta vlcera vi febris hominem moriturum denuncient, sed etiam (ait Hippocrates) si moriturus sit, talia ante euadant, quod signum sit mortis inseparabile. Proinde statim inquit dixit, ignorare nõ oportere, quoties de morte prælagium instituitur, an aliud sublit in ægri corpore vlcus, quasi medicus iusta reprehensione non careat, si hoc prætermittat. Quo præcepto admoniti sæpe mortis prædictionem confirmauimus inspectis fonticulis, quos arte in brachio, aut tibia multi sibi parant. Capita autem huius obseruationis duo sunt: mortificatio, quam liuor ostendit, & humorum prauitas, quorum qualitatem variatio coloris indicat. Vtrique autem in Prognostico iungit siccitatem. Quod Galenus in commentario de humoribus explicat, vbi scribit coloris suffusionem stabilem, & sine reciprocatione, nõ solum humorum signa & notas, ex quibus temperaturam noscimus, ostendere, sed etiam noxæ magnitudinem declarare: vt si (inquit) vlcus omnino siccum sit propter eius facultatis, qua corpus alitur, imbecillitatem, non vnus in eo calor erit perpetuò: sed pro humorum, qui in corpore sint, varietate, magnitudinèque noxæ, variabitur: vt exempli causa, si amaræ bilis humor in corpore redundarit, color pallidus apparebit: si humor sit melancholicus, tum aut liuidus, aut in alterutra χλωρῆ significatione: cum δὲ χλωρὸν modò idem quod pallidum, modò idem, quod æruginosum significet: vt interim maior noxa liuidum colorem, qui prope ad nigrum accedit, minor rubrum & viridem siue χλωρὸν efficiat. Deinde subiicit, hoc cum in singulis partibus clarè, tum verò in facie euidentius perspicitur: siquidem pessima coloris commutatio habetur, quæ ad nigrum tendit, vt pote refrigerato iam sanguine: vt facere solet, cum foras effusus in grumos coit: moderatior verò, cum ad χλωρὸν vergit: id quod diuturnis in morbis sæpe cernitur, sed tamen in principiis perarò. Quocirca eo tempore maximum periculum impendere significat. Etenim cum totius corporis color immutatus sit, tum & malum, & perniciosum putandum est, cuius rei fidem faciunt alia signa lethalia simul accedentia. Hactenus Galenus. Ex quo loco intelligimus & maius esse periculum in liuido ac sicco vlcere, quàm in pallido, aut æruginoso, quorum vtrumque voce χλωρῆ significatur: & colorem faciei huic mutationi consentire, quem ad confirmationem prælagij intueri oportet. Quid autem liuor significet, dictum est ante, & Galenus alibi, iam verò (inquit) & pili, & vngues liuidi & nigri quidpiam indicant, quod non est contemnendum: quemadmodum scimus aduncos reddi vngues tabescentibus, quòd carnes, quibus vtrinque infinguntur, colliquantæ sint. Quamobrem ipse in prælagiis dixit, Si verò præter grauitatem vngues digitique liuidi sint, mors est continuò expectanda. Perseptum enim habemus liuorem nobis indicare, calorem natiuum extinctum esse. De siccitate autè vlceris non idem omnes sentiunt. Cum enim vlcus tripliciter siccum dicatur: propria sua substantia, excrementorum paucitate, & deterfione ac re-

1. Prog. 25.

lib. 2.

1. de humor.

ad fin. 1. de hu.



ficcatione excrementorum, hoc tertio modo ficcati debere omne vlcus dubium non est. Vtro autem aliorum modorum ficcum vlcus mortem premonstrat, quibusdam ambiguum. Nam alij sua substantia ficcum intelligi volunt, non excrementis: alij excrementis potius. Vtrumque tamen accidit. Nam cum integra natura sanguis in omnes partes corporis necessario alimento diffuset, eadem extincta neque is gignitur quidem, tantum abest, ut dimittatur in corpus. Defecta ergo pars alimento tum vlceris partes solidæ exarescunt, tum sanies etiam pauca est, cum sanies alimenti vlcerum reliquæ quædam sint. Proinde Hippocrates optimè eiusmodi vlcera describit alibi, posito, quasi pro exemplo, vulnere capitis cum ossis fractura, in quo febris (inquit) per hyemem plerumque ante decimum-quartum diemprehendit: æstate verò post septimum: quo tempore decoloratur vulnus, saniesque non multa, & pars inflammata emoritur, glutinosaque efficitur: & apparet veluti caro salita, color rufus & subliuidus. Auicenna quoque in opiam puris condemnat, ceu indicantem abolitionem suppurantis innati caloris, cuius penuriam refrigeratio & sphacelus membri cum extinctione sequitur. Fieri tamen potest, ut cum siccitate substantiali vlceris & puris inopia iungatur extranea humiditas aut sanies copia ex colliquatione è toto corpore, quod non minus perniciosum est. Præter autem dictos siccitatis modos addere etiam possumus ab vlceratis partibus humoris refluxum in partem aliquam principem, quem deprehendimus ex loco repente detumescente. Ob idque Hippocrates in omni magno vulnere, à quo non potest non defluere à corpore humor, non solum pus laudat, sed etiam tumorem, sæpeque affectum compositum simplici meliorem esse vult, ut febrem cum rigore, quam sine rigore, & epilepsiam cum quartana, quam sine quartana, vlcus quoque cum tumore & pure, quam cum rigore, aut puris expers, quoniam & facultatis corpus alentis imbecillitatem metuit, & noxij humoris ad viscera deserto loco vulnerato *πυλινδορμίαν*, ut docet in Aphorismis. Cæterùm Galenus vlceris liuorem non solum ad mortificationem partis refert, ut exposuimus, sed ad melancholici etiã humoris affluxum. Si nanque (inquit) humores biliosi exuperent, color erit pallidus: si verò melancholici, aut liuidus, aut altero *χλωρό* significatu æruginosus.

lib. de uul. ca.

sen. 4. trac. 3. 1

5. Aph. 65.

1. Progn. 25.

## XXVII.

*Ἀνάκλις βελίτη μὲν ὡς εἴηται τις ὑγιαίνων.*

*Decubitus optimus est, velut quis sanus solitus fuit.*

Desid. Iacotij *περὶ κακλίσεως.*

DE decubitu duobus modis medici agunt. Aut enim querunt in vniuersum, quo situ dormienti tum sano, tum ægro cubandum sit: aut quomodo iacentem ægrum deprehendi à medico oporteat, quo tempore ipsum inuisit, ut talis decubitus non ex composito, neque de industria factus videatur. Priore modo rationem tantum habent suauitatis dormiendi, aut coctionis inter dormiendum. De suauitate ergo agens Aristoteles in dextrum latus arctius & iucundius homines dormire scribit: vel quoniam dextra pars, quæ est motionis omnis principium, diurno labore fatigata magis quiescit, quia nec pendet, ne mouetur: vel quoniam ita decumbenti dexter oculus occluditur, nec à lumine percucitur, ob idque prorsus otio perfruitur, qui in videndo non secus, quam dextra alia magis laborauit. Alij, itaque viri doctissimi ad liquidos humores referunt, qui tum in ventriculo, tum in cauitatibus cordis continentur. Ventriculus enim obliquè iacet ore in læuam inclinato, ita ut si recumbatur in latus sinistrum, alimentum offendat grauetque ventriculi orificium exquisitissimo sensu præditum, vnde turbatio & somni interruptio. Quod etiam fit, ut iis, qui cathartica sumpserunt, aut quauis ex causa facilè vomunt, decubitus in latus sinistrum prohibeatur. Cordis verò

6. Proble. 7.

Tho. à Veg. in art. par.

verò duo sunt sinus, quorum sinister dignitate præstat dextro. Is ergo decumbenti in læuam à pendente ex dextro sanguine premitur, ex quo facultas vitalis laborat. Idque indicio est, quod Cardiaci nullo modo eum decubitum ferre possunt, reliqui ferè omnes quodammodo offenduntur. Quod ad coctionis utilitatem pertinet, Auicenna vult incipi à dextro, quod alimentum descendat, non innatet, aut fluctuet: progressu verò noctis in læuam conuertendum esse corpus, tum ut ea mutatione, haud secus atque in iis, quæ ad ignem coquuntur, facilius & æqualius conficiantur alimenta, tum ut incumbens iecur ventriculo potenter exalfaciatur. Matutino verò elaborato iam in ventre alimento, si rursus in dextrum vertatur corpus, alimenti ductus ad intestina opportunior futurus est. Eoque fit, ut his mutationibus, vnde quaque ventriculo laborati opem feramus. Posteriore autem modo in vniuersum pronunciat Hippocra. probandum esse, si ægrum medicus deprehendat ea figura iacentem, qua plurimi sani cubare solent: sin aliter, interrogandum de consuetudine. Nam si eo decubitu iacere solitus sit, qui tamen videatur absurdus, non protinus, ut malum signum, damnandum est, quoniam quodcumque consuetum est, vim morbi præsentis non sequitur, nec quicquam confert ad præfagium. Sunt autem tres decubitus figura, quas Hippoc. hoc loco describit. Duæ scilicet extreme prorsus absurdæ & vitiosæ. Vna in excessu, in qua supra modum contrahuntur membra: altera in defectu, in qua proiciuntur, & extenduntur. Inter has autem naturalis quædam & bene valentium propria est in mediocritate vehementis contractionis, & immodicæ projectionis artuum ac spinæ, qua figura etiam non cogitantes cubare solemus. Extremas figuras Galenus vocat *χημαία ὑπερβολικά, καὶ ἀπορίας*: mediam verò Hippocrates *τὸ ὕγιον*, quod totum corpus modicè humidum significet, sine siccitate, aut humiditate vlla præter naturam. Sic enim in Prognostico dixit, *ὡς ὑμῶν σώμα ὕγιον κέμενον*, totum corpus humidum quasi molliter iacens deprehendi debere, id est, media figura situm, & in latus firmatum. Quod enim moderatè humidum est, & sine dolore tendi non solet, sed in medio contractionis, siue flexus, & projectionis, siue longæ extensionis sese continet, ita, ut in dextrum aut sinistrum latus iaceat, manibus, collo, cruribusque parum reductis, & neque supra modum extensis nervis, neque nimium plexis: quorum hoc conuulsionem significat: illud resolutionem, vel summam infirmitatem facultatis eius, quæ corpus per musculos stabilit ac firmat. Interdum etiam si voluntaria sit, sed indecora corporis compositio, delirium præmonstrat. In media ergo & naturali figura tria concurrere debent: decubitus in alterutrum latus erectum ac constans corpus, non prolapsum ad pedes: & moderata totius corporis reductio, id est, spinalis medullæ, cuius partes sunt ipsæ colli vertebrae, & quatuor artuum, manuum videlicet, atque crurum. Quo situ membrorum flexus ad obtusum angulum accedit, qui in prostratis ac proiectis nullus est: in inflexis acutus. Quod igitur ex hac figura robur animalis facultatis significetur, perspicuum est. Sed & ex ea etiam intelligitur absentia doloris in ventre, & conuulsionis atque resolutionis in nervis. Proinde hanc solam figuram probat Hippoc. communi vsus epilogismo in Prognostico, quod cubare similiter sanis saluberrimum sit: & sani ea figura cubare soleant. Ex quo efficit, eam saluberrimam esse. Quæ tamen accipienda sunt de tempore, quo medicus ad ægrum ingreditur. Neque enim ibi absolute scribit hominem in latus cubare oportere: sed hoc situ iacentem à medico deprehendi debere, ut intelligamus de decubitu priore modo sumpto hinc non agi. Hoc verò loco omissa mediæ figuræ descriptione in vniuersum scribit, eum decubitum optimum esse, velut quis sanus solitus fuit. Quod verum est in his, qui exactè sani non sunt. Nam haudquaquam absolute optimus est is, qui cuique familiaris est, & consuetus, sed qui sanis omnibus, aut plerisque. Multi enim in ventrem, aut dorsum iacere solent, quorum tamen decubitus nemo simpliciter probauerit, nisi hoc ipso, quod per morbos acutos nihil vi morbi fieri ostendant, quia sunt ægro familiares.

1. Progn.

1. de humo.

## XXVIII.

Ἦπιον ὃ κείναι, τὰ σκέλεα ἐκείνων, ὅτε ἀφ᾽ ἑῶν.  
*At supinum iacere cruribus extentis, bonum non est.*

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N Prognostico, Supinum verò iacere manibus, collo, cruribusque porrectis, minus bonum. Vbi Galeno illud (minus bonum) non probatur, quòd hic decubitus nullo modo bonus sit. Habet tamen interdum suas etiam commoditates tum in sanis, tum in ægris, atque ex variis causis procedere potest, quas Hippocrates distingui vult ad præsagium. Etenim ingenti labore fatigati, vt ex itinere, eum situm exigunt, quoniam tum musculi, qui corpus sustinent, nihil agunt, & planè omnes cessant, exceptis musculis thoracis, membræque omnia supino homine in partem imam atque grauisimam, ceu in nauis carinam procumbunt. Præterea resolutas vires animales siue ex cerebri damno, siue ex interitu non alio situ tueri possis. Addit Auicenna in excludendo calculo vreribus vel renibus impacto conferre aliquid propter viarum laxitatem, calorem, & celeriorum expulsiõnem. Quâquam in his omnibus aliis de causis nocet. Primum, quia in vniuersum musculi thoracis ascendenti inter inspirandum supino homine magis laborant, quàm erecto, aut alio modo decumbente. Quocirca tamen hic decubitus breui tempore vires foueat, easdem longiore infirmat, tollitque. Præterea multorum affectuum præter naturam causa est. Nam cerebri morbis obnoxios reddit deductis ad postremum vetriculum omnium dignissimum humoribus, vnde epilepsia & incubi frequens occasio. In supino quoque decubitu procliuiores sunt è capite in thoracem fluxiones: & humores ad renes deducuntur, qui immodicè ex eo situ calent, vt non minus nephriticis, quàm cephalalgicis, ac destillationibus obnoxios cauendus sit. Quod enim Auicenna scribit, id de solo tempore exitus calculi accipiendum, ad quem haud secus conferre potest, quàm festinus per scalas descensus, & inæqualis æqui vestio, quæ tamen ei morbo obnoxios maximè nocent extra paroxysmum. In febribus verò, in quibus non fit ex composito, perpetuè exhaustas vires insinuat, quæ corpus sustinere recusant, aut à laboriosis motionibus otium petunt. Quòd si æger ita cubare solitus sit, aut præ mollitie quadam & languore animi, vel præ mœrore, aut accessionis vehementia, aut insigni vacuatione ita iaceat, minus est periculi. Nunquam autem ratione causæ in febre acuta prodesse potest, quoniam ventrem ac pectus per inspirationem laboriosè in sublime eleuando, vel non satisfacit febre, quæ respirandi necessitatem auget: vel frequenti illo ac difficili thoracis ascensu vires magis prosternit. Cùm igitur hic decubitus supinus consideretur ab Hippocrate, quatenus otium, aut impotentiam facultatis motricis significat, non quatenus causa mala est: varij autem illius otij, aut impotentia gradus sint ex causarum varietate, vt electione, consuetudine, animi mollitie, mœrore, labore, resolutione: propterea ipsum reposuisse videtur inter signa ambigua, quæ nec ad salutem, nec ad perniciè magnopere pertinere possunt: sed vel exquisitè media sunt, vel non multùm in alterutram partem propensa. Atque hoc est, quod in Prognostico dixit, minus bonum esse, supinum iacere, quàm in latum: peius tamen multò ad pedes prouolui, de quo dicitur sequente aphorismo. Quo nos admonet, vt deprehenso illo decubitu, ex causæ magnitudine de periculo præfagiamus, atque ex aliis signis confirmemus, num fatigata, languida, collapsa sit facultas animalis, aut vitalis, aut vtraque. Et si enim ad animalemaximè pertinet, quia tamen hæc vitali labefactata exoluitur, vitalis quoque noxam interdum significat. Sic ergo omnia hæc distingui debent, vt si æger in summa lecti parte supinus iaceat membris non omnino deiectis, & pulsu constante, signum sit, vt vult Galenus, ὃ δ᾽ ἔπειτα. Sin verò propter impotentiam decumbendi in latum, præter arbitrium

bitrium corpus, quasi proiectum cadaver videatur, ita vt omnia membra protrata sint, ipsumve caput in puluinar erectum reflectatur, aut sublato mento quicquid est anterioris colli emineat, aut mentum clauiculis contiguum sit, id iam proxima mortis argumentum esse certissimum. Ac tum ferè aliarum facultatum, vitalis scilicet & naturalis perniciofa signa coniungi solent. Nam sola animali læsa, reliquis integris, non ita metuendum, licet omnis nota resolutæ facultatis animalis perniciofa esse soleat. Galenus ita alio loco ex horum Aphorismorum serie distinctionem adhibet, vt supinum iacere minus bonum sit: decliuem esse, & à lecto ad pedes prouolui, grauius: mortiferum verò hiante ore dormire. Deinde subiicit, non posse stare, vel sedere, vel exurgere, minus graue esse: sed deiectum videri inanimis corporis instar, cùm robur vniuersum omni parte exolutum est, grauisimum esse malum, & virium ad extremam imbecillitatem perductarum signum, præsertim cùm æger præ grauitate, nihil amplius agente facultate, ad pedes prolabitur. Ac certè ea figura proiecti cadaveris peculiaris est, hæcque ex morientibus permultos ita iacentes quotidie obseruare. Proinde Hippocrates hos appellare solet ἀλλυμένους dissolutos, & corpora ἐκλυσία καὶ πάρεσις. Corporis (inquit) contentiones, artuum durities, & æger ipse dissolutus, atque articularum contractiones, malum. Quo loco Galenus σπασμῶν, siue contractionem refert ad concretionem ex vehementi frigore, vel ad immodicam siccitatem, vel aliarum partium & continuarum trahentium consensum, vt neruorum, qui supra partem contractam resiccati sunt, aut inflammati, aut concreti, aut in prima sua origine conuulsi. Huic autem contraria membrorum relaxatio ac projectio vel à multa humiditate ortum habet, citra frigus membrum diluente (cùmque propriè corpus molle dicitur) vel ab exoluto robore facultatis: quod Hippocrates ἐξίφθαι dicit, & affectum ipsum ἐξίφθαι: καὶ ἀκασμῶν verò articularum contractionem, quando vel nimium inflectuntur, vel planè disiuncti sunt.

1. de humor.

6. Epid. 1.

XXIX.

Εἰ δὲ καὶ κατὰ ῥέει ἀποπείθῃ ἐπὶ πόδας, χεῖρον.

*Si verò etiam delabatur pronus ad pedes, deterius.*

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N Prognostico, Quòd si decliuis sit, & à culcitra ad pedes delabatur, peius. Galenus hoc symptoma ita cum antecedentibus comparat, vt iacere in latum, aliquid roboris præ se ferat: sicut & supinum decumbere in summa lecti parte: quòd his duobus modis omnes cubare soleant. At perniciosissimum est signum, quòdque facultatis corpus gubernantis interitum declaret, ad pedes cadaverum instar prouolui. Nam si in latum alterum cadaver collocetur, pronum tamen, aut supinum omnino recidet. Quemadmodum si summo quoque in lecto sublime statuatur, in pedes etiam sic relabetur. Eodèmq; modo caput nunc antrorsum, nunc in latera concidit, sicuti crura & manus, quia hic motus fit cessante omni in musculis actione propter infirmitatem, non autem propter electionem, aut molliem ægri, aut consuetudinem. In illa autem functionum musculorum cessatione membri motus elementaris ita inualefcit, vt totum corpus videatur plumbeum. Quæ omnia superius explicata sunt. Caterùm non minus perniciosum est alios in delirio, alios extra manifestum delirium, quod ex oratione intelligatur, prouoluere se ad margines lecti, ac primùm pedes excludere, deinde quasi desurgere, corpus erigere, ac nisi cohibeantur, vel excidere, vel surgere. Ex quo obscuro delirio, & hoc signo edito Hollerius testatur se, qui conualuerit, vidisse neminem, quos tamen obseruauit plerumque satis erecto corpore decumbere. Appellat autem obscuro delirium, quia cùm oratione coherentem loquantur, gestu tamen, oculis, aut aliis sensibus aberrant, & quæ non adsunt, audire se,

se, odorari, aut alio sensu percipere affirmant. In quibus cute scabra apparente, pulsu languido, vigiliis, aut aliis signis perniciosis, mors est in propinquo. Eadem est ratio iactationis pedum non admodum calidorum pro ratione febris: & si te presente æger manus, collum, crurâque inæqualiter dispergat, ac protinus se in aliam figuram inuertat, eamque subinde mutet, quod situs omnis molestus illi sit & grauis. Tum enim sciendum est ipsum vel vitio oris ventriculi, vel propter virium imbecillitatem sic inquietum esse, modò prius diligenter expendentis, num animo molli sit & delicato, & vel leuissima de causa statim remisso fractoque, de quo postea.

X X X.

Ἰσχυρῶς καὶ κεχρημένῳ, καὶ καθόδεν ἄει, καὶ τὰ σκέλεα ὑπὸ τῆς κεφαλῆς συγκεκλιμένα τε εἶναι ἰσχυρῶς καὶ διαπεπλεγμένα.

*Lethale autem est hiare, dormire semper, & crura supinè iacentis valde incuruata esse ac complicata.*

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N Prognostico simpliciter scripsit mortale esse ore hiâti dormire: hîc vero se paratim hiare dixit, deinde subiunxit, semper dormire, vt sint duo symptomata, hiatus oris, & sopor. Quod Celsus legisse quoque videtur. Ita enim vertit, Periculosum vbi hiat, vbi assiduè dormit. Galen. tamen nulla habita ratione soporis (quod ipsum per se malum esse constat) solum illum hiatus oris inter dormiendum intelligit, eumque perniciosum esse vult, quia cum infirmos esse musculos testetur, qui os claudunt (vt de iis, qui palpebras committunt, alibi dictum est) facultatis animalis resolutæ manifesta nota est. Quod si quis non dormiens, nihilominus hiat, malum certè multò maius ostèditur. In vniuersum enim talia symptomata accidunt vel propter facultatis animalis imbecillitatè, vel propter ingens cordis incendium, vel (quod minus malum est) propter particularem resolutionem musculorum, qui maxillam inferiorem mobilem cum superiore immobili committunt. Qua de re sic scribit Galen. in Aphor. Quod viribus laborantibus & fatigatis non solum oculos, sed os etiâ exactè claudere nequeant (vnde hianti ore dormiunt) liquet vnicuique naturam rei diligentius considerare volenti. Possunt interdum plures causæ simul concurrere, maiore periculo, vt ingens æstus cordis, & viriû imbecillitas. Potest quoq; hoc symptoma ad σπασμῶν, aut σκληροσμών, aut κατὰ κλάσιν τῶν ἁρθρῶν referri, id est, ad contentionem, atq; duritiem articulorum, quæ siccitatem sequitur. Hæc enim omnia repugnât modicè inflexo, modicè clauso & cõmisso. Vt enim (ait Hollerius) articulos modicè inflexos esse conuenit, neque tēsos, nimium, neq; nimium incuruos, sic & os, & oculum mediocriter committi, non aperiri præter modum, neque contrahi, vt ore nimium compresso dentium stridor moueatur, & oculi claudatur. Quod etiam ea, quæ insequuntur, confirmant. Subiicit enim lethalem quoque esse crura supinè cubâtis admodum inflexa videri ac complicata. Qui locus in Prognost. variè legitur. Quidam enim scribunt πεπλεγμένα, crura videlicet implicata, & retis in modum intexta, quod delirij manifestum signum est, quia ἀποπνοῦ καὶ ἀκλίσεως, indecora corporis cõpositio, & à natura aliena. Alij διαπεπλεγμένα, disiecta. Et Galen. in Epid. docet quosdam legisse tantum συγκεκλιμένα: alios διαπεπλεγμένα. Siue enim (inquit) collecta atque intorta crura, siue disiecta scribas, vtroque modo articulos distorqueri, & à figura naturali recedere significatur. Vbi etiam διαπεπλεγμένα interpretatur διασπαστὰ μέχρι πλάσιν, id est, plurimum distãtia disiectaque, vt hîc ἰσχυρῶς. Vtroque ergo modo decumbere perabsurdum est, & longè à nostro more abhorret, adeo vt delirium portendat, siue quis supinus iacens contrahat crura, sibi que inuicem implicet, siue extēdat, ac multum inter se distūgat, nisi quod in inflexis præter delirium cõuulsionis, aut resolutionis alterius generis musculorum suspitio esse potest, vt de extremis figuris dictum est ante. Hac autem distinctione vtendum est, vt si inflexa

6. Aph. 52.

6. Epid. 2.

inflexa membra adhibita manu extendi queat, delirij: vel resolutionis signum sit: sin autem rigeant, nec facillè cedant manui vi quadam extendenti, conuulsionis. Vidimus interdum ferè hæc omnia à vermibus ortum habuisse, usq; reiectis cõ-queuuisse: verum neque febris effatu digna antecesserat, neque vlla alia signa aderant, quæ eiusmodi symptomata vi febris acutæ fieri testaretur, quod diligenter annotandum est ad præfagij distinctionem.

X X X I.

Ὅ δ' ἐπὶ γαστέρα καὶ σταθῶν οἴμι μὴ συνήθες, παραπροσώλω σημαίνει, καὶ πόνος πῶς καὶ κοιλίῳ.

*In ventrem autem decumbere, si quis non sit adsuetus, delirium significat, & dolores circa ventrem.*

DESID. IACOTII COMMENT.

**N**Vllam decubitus figuram Hippocrates damnat, nisi indecoram corporis compositionem, & situm πρὸς τὸ ἐθῶς, præter morem. Proinde hanc etiam distinctionem adhibet in iis, qui in ventrem iacent. Quibus enim in secunda valetudine ita decumbere consuetum est, in iis decubitus ille nihil mali portendere solet, quia vim morbi non sequitur. Vbi verò πρὸς τὸ ἐθῶς, vel delirij præsentis, aut iamiam futuri significatio conficitur, vel doloris alicuius, aut inflammationis partium, quæ sunt in ventre, ad quam sanguine & spiritu intro accurrente natura sese colligit. Alterutrum autem significari ex eo intelligitur, quod & plurimis, quibus dolor ventrem occupat, eiusmodi situm placere videamus: & omnes absurdos motus, aut decubitus, qui neque conuulsione, neque consuetudine, neq; dolore, aut alia manifesta causa fiunt, ad delirium referre oporteat.

X X X I I.

πόδας ὁ γυμνὸς ἔχειν καὶ χεῖρας, μὴ θερμὸν εἶναι ἰσχυρῶς, καὶ τὰ σκέλεα διεσπαστὰ, καὶ πόνον ἀλυσμῶν γὰρ σημαίνει.

*At pedes nudos habere & manus, si quis non vehementer calidus sit, & crura disiecta, malum est. Anxietatem enim significat.*

DESID. IACOTII COMMENT.

**I**N Prognostico ita scribitur, Si verò nudis etiam pedibus deprehēdatur æger, nec tamen multum calidis, & manus, collum, crurâque inæqualiter dispergat, malum. Inquietudinem enim significat. Sunt autè duo symptomata seorsim explicanda: nudare scilicet pedes minus calidos, quam pro ratione febris: & manus, collum, crurâque inæqualiter dispergere, mutata scilicet subinde figura & forma, recta, obliqua, flexa, tensa, erecta, deiecta. Prius sit tribus potissimum de causis, pro quarum varietate diuersi sunt euentus. Nam interdum ægri pedes nudant; sed calidos minore periculo, quando artus ac lumbi dolent, atq; ita exæstuant, vt ardor febris æqualiter corpus, pedes, ac manus perurat. Interdum verò idem accidit, quia æger mollior est, ac delicatior, vt vel leuissima de causa statim deiciatur. At vbi corpus magna perturbatione iactatur, & exæstuat, pedes tamen minus calidi sunt, quam pro ratione febris, neque mollitiem ægri, neque solum febris æstum causari possumus: sed malignitas aliqua morbi subest, quam inuestigare oportet ex distinctione causarum, quæ ἀλυσμῶν, id est, inquietudinem inferunt, quales sæpe exposuimus. Sunt autem in vniuersum, ventriculi motus ab acrimonia humoris alicuius, aut oppressio à copia cum nauſea: interioris alicuius visceris ingēs inflammatio: virium imbecillitas, quæ non sustinent morbum: occulta malignitas cor-

L L L

vt in pestilente febre, obsidens materia denique in venis, quæ sunt circa præcordia turgens, atque huc & illuc agitata. Quibus addere licet dolorem vehementem & perturbationem criticam. Proinde Hippocr. ad malignitatem causæ deprehendendam, appositum hoc loco notam distinctionis, si calor vehemens non fuerit, id est, vt in Prognost. ipsemet interpretatur, si interiora vrantur, pedes tamen & manus frigeant, aut minus caleant, quàm pro ratione febris. Nudare enim pedes frigidos perinde ac si ardentissima febre vrerentur, inflammationem malignam in visceribus, & inde inquietudinē significat, quam ἀλυσμόν, δυσφορίαν, ἀρελίαν, ἀλυσιν, & ἀλυσιν appellare solet, vt sæpe dictum est. Et certè eiusmodi symptoma nõ nisi in febres malignas, aut pestilentes incidit, in quibus imminente exitio & iam sudore tenui frigida, sæpe etiam viscido effluente ægri membra nudant, etiam si ad instar gelu frigeant. Ab his non longè absunt, qui subinde lectum commutare volunt, aut proiecta in terram stragula decumbere, quod in multis exitialibus morbis accidit.

XXXIII.

Ἀνακαθίξεν ὁ βέλτατος, καὶ ἐν τοῖσιν ὄξεσι, καὶ κίτον ὁ ἐν περιπνευμονικοῖσι καὶ πλευριτικοῖσι.

*Erectum verò sedere velle, malum est in acutis: pessimum autem peripneumoniacis ac pleuriticis.*

DESID. IACOTII COMMENT.

Spinum decubitum duobus modis molestum esse ex superioribus intelligi potest. Vno propter angustiam pulmonum, quam pectus ac pulmo quodammodo in spinam procumbentia, & anteriores colli partes in arteriam cõcidentes pariunt. Altero propter laborem musculorum, qui supino difficilius pectus attollunt, quàm erecto, ex quo infirmitas virium sequitur. Ea ratione fit, vt si æger iacere nõ possit, sed crebrè sese in spinam erigat, ac residere velit, is vel iam deliret, vel summa spirandi difficultate vrgeatur. Huius autè difficilis spirationis causæ sunt incendium vehemens febris, angustia viarum spiritalium, & virium imbecillitas, interdum quædam, interdum omnia simul. Etenim ægri id maximè temporis, quo grauius affliguntur, immoti iacere solent, ac si quis eos excitet, indigari. Quãobrem si vigente morbo æger sedere conabitur, ab alterutra harum causarum, quas diximus, procedere coniciendum. Eas autem ita distingues. Nam in vigoribus accessionum & febribus ardentibus, quæ in thorace fomitem non habent, si qua alia delirij signa coniuncta sint, vt vigilia, verba absurda, ἀαιδησία, morum dissimilitudo, hominem iam delirare certum est. Sin nihil horum, solum incendium cum inquietudine hominem ad sedendum compellit, quod pessimum est. In inflammationibus autem partium thoracis, vt pleuræ, pulmonis, diaphragmatis, membranæ, quæ thoracem diuidit, & arteriæ. (Has enim omnes, quàm eadem est ratio, peripneumoniacæ & pleuriticis nomine comprehendit) non solum febris æstus, sed præter hunc angustia, & sæpenumero virium imbecillitas ex hoc signo præmonstratur. Hoc verò tantò periculosius est, quantò causæ plures & grauiores, præsertim in his morbis, in quibus vires & spirituum viæ libertæ necessariæ sunt ad salutem.

XXXIII.

καθίξεν ὁ χειρὶ καὶ κεφαλῇ ὁ ἡμέτερον ἐρηγορέναι. ὁ δ' ἀνίστην, πομπρὸν. ἡμετερον δ' ἀνίστην ὁ πρῶτον κοιμώμενος ἕως τῆς τετάρτης ἡμέρας. οἱ δ' μὲν τεύχευσι πομπροί.

*Dormire verò oportet noctu: interdum vigilare contrarium autem malum est. Minimè verò æger ladi poterit, si dormiat manè ad tertiam diei partem: verum postea somni mali sunt.*

DESID.

Omniun signorum vtilium causam vel ad naturalem habitum, vel ad consuetudinem, quæ est altera natura, referre solet Hippocrates, sicuti inutilium ad id, quod præter naturam est, aut præter consuetudinem. Est autè homini tum naturale, tum consuetum, somnum inire noctu, interdum autem vigilare. Id igitur vtile est, contrarium verò malum. Sed consuetudinis vocem Galenus scribit accipiendam esse pro ea, quæ natura firmata est, non deprauata & ex libidine, vt non aliud sit secundum naturam, aliud ex consuetudine. Non enim Hippocr. seculo hæc duo seiuncta fuisse. Quamquam si id verum est, Hippocr. opinor, non diceret habendam esse consuetudinis rationem. Itaque consuetudinem videtur intelligere, quæ parum & sine incommodo recedit à naturæ legibus. Qui verò ipsas naturæ leges ita deprauant, vt præposterè agant, & præter naturam viuere consueuerint, horum consuetudo nusquam probatur ab Hippocr. vt si, quod plerique diuites mulieres faciunt, interdum dormiant, noctes verò insomnes ducant: idemque iudicium de cæteris omnibus, in quibus consuetudo maioris est momenti, quàm natura. Cur autem naturale sit homini & consuetum noctu dormire, vigilare interdum, causæ sunt in vniuersum noctis & tenebrarum natura, quietis necessaria vicissitudo, & corporis dispositio. Nam in nocte tenebræ, frigus, copiosum alimentum somno tum materiam, tum motionis principium afferunt. Vt enim lux mouet, ita tenebræ sistunt, & spiritus cum calore, & sanguine tenebras, quasi hostem (ait Auicenna) fugiens intro contrahitur. Frigus verò cutim astringit, exhalationes in cerebro cogit, spirituum meatus densat, eorumque motum, ac comæatum prohibet. Copiosius denique alimentum accedit ex fame, fames ex labore diurno, & inanitione. Ob easque causas Hippoc. somnum attribuere lunæ videtur, quæ intro humorem mouet: & Poëtæ somnum noctis ac cerebri filium esse fingunt. Interdum autem contrarij sunt lucis & somni motus, multaque ex somno diurno incommoda sequuntur. Primum enim, cum somnus noctu concoquat, vigiliæ interdum concoctionis excrementa resoluant, per somnum diurnum nocturno succedentem aliquid excrementi in corpore relinquitur, quod morbis plethoricis, auctore Hippoc. originem tribuit. Deinde diurnus somnus nec profundus, luce & continentis calore retrahente, nec quietus inter crebras excitatum voces, nec prolixus, nisi homo Endymionis somnum dormiat, esse potest. Tria tamen hæc ad exactam alimenti concoctionem necessaria esse Hippoc. & Galen. docent. Concoctionis ergo loco somnus moderato minor flatus mouet, & cruditates gignit. Præterea vigente luce cerebri & neruorum meatus patent, ad quos exhalatio calens ascendit. Effeminatur ergo & emollitur neruosum omne genus cum cerebro, vnde membrorum laxitas, enervatio, capitique grauitas interdum dormientibus. Noctu verò minus ab his metuendum, quod refrigeretur denseturque cum neruis omnibus cerebrum. Etsi autem de somno ita sentiendum est, Hippocr. tamen inter partes noctis quasdam vigiliis concedit, inter partes diei, quasdam somno. Expectare enim conuenit horas ferè noctis tres, vt eo spatio paulatim refrigeretur caput, & halitus in ipso concresecant. Interdum verò matutinus somnus nõ improbat: vespertinus semper noxius est, meridianus medius. De matutino ita censet Hippocr. hoc loco, vt homo dormire possit ad tertiam diei partem. Celsus interpretatur quartam diei horam: quæ in decimam nostro more incidit. Cum enim dies artificialis duodecim horis constet à sexta matutina, ad sextam vespertinam, aut ab ortu solis ad occasum horæ quatuor tertiam diei partem cõstituunt. Toto autem eo tempore matutino dormire nõ licet, nisi insomnis noctu homo fuerit, aut nondum perfecta sit cõcoctio, vt multa pituita superfit in sanguinem conuertenda. Proinde hunc somnum non ita concedit Hippocr. quod eum absolute probet, sed minimùm lædere ait, id est, interprete Galeno, aliquid licet admodum parum. Celsus verò ita optimè distinxit. Nam si per noctem non est alimentum integrè confectum, non solum non lædit, sed siquid aliud summopere conducit, vt matutino dormiatur, saltem conquefcant in lecto calens is, qui cru-

lib. de diata.

lib. 3. de diet.

1. Aliment. 1. 3. de diet.

Tho. 2. Veg. in art. par.

lib. de affect.

lib. 2. 4.

lib. de diet.

8. Meth. 2.

ditatem passus est, nec committat se aut aëri, aut negotiis. Quod præceptum tanti facit, ut etiam si urgente negotio ad publicum procedendum sit, oportere putet re confecta lectum repetere, & si fieri potest, ad integram usque coctionem redormire. At in iis, qui per noctem integrè coxerunt, præstat prima luce surgere. Alioqui per id tempus somnus excrementi copiam in capite aceruat, & crebris catarrhis occasionem præbet. Minus autem lædit, quam vespertinus propter dormiendi continuitatem, & aëris matutini constitutionem, qui somnum conciliare solet. Ante solem enim refrigerat: ex oriente sole multum & suauem halitum excitat è sanguine & pituita. Pomeridianum verò somnum Hippocrates aliquando concedit, & Celsus confirmat, nimirum ætate, ne corpus siccat, in his, qui natura biliosi sunt, & ubi ignis aquam superat: in debilibus longis diebus: magis in studiosis propter nocturnas lucubrationes. Galenus quoque ipsum permittit diaria laboranti ita affueto. Magis nocet celo frigido & humido, austris flantibus & pluuibus, quam per æstus. In quo etiam videndum, nunquid vigilia, crapula, prædium liberalius, animi moeror, cura, studium antecesserint. Semper verò vel nullum, vel paucum esse conuenit, sedendo potius, quam decumbendo, quominus caput grauetur, pedibus nudatis, ut perspiratio retrahat conscendentem exhalationum copiam. Vespertini autem somni damnum referunt ad horæ malitiam, quia recedente sole, quo calor innatus mirum in modum recreatur, noxia omnia plus incommodant. Addunt incrementem frigiditatem, quæ facit ut diutius noxius illo somnus duret. Quod verò ad somnos febricitantium pertinet, præter hæc, quæ diximus, somnus omnis nocet, qui laborem facit, modum excedit, delirium non sedat, materiam intro cogit, prauam & multam euaporationem concitat, aut qui calore febrili agitante, vel commota materia in ore ventriculi accedit. In vniuersum enim ut calor, vapor, & cerebrum se habent, ita & somni.

X X V.

κακίστον ὁ μὴ καθεύδειν, μήτε ἡμέρας, μήτε νυκτός. ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνου ἀγρυπνοῖν ἀνὴρ, ἢ παραφροσύνη ἀπὸ τῶν τῶ σμυτικῶν.

*Pessimum autem est non dormire, neque die, neque nocte: aut enim pro a dolore & afflictione vigilauerit: aut ab hoc signo delirabit.*

DESID. IACOTII COMMENT.

3. de rat. uis. sub finem.

Quoties in febre acuta, in qua somnus imprimis necessarius est, ægri neque noctu, neque interdiu dormiunt, id ferè sine continuo dolore, ait Celsus, esse non potest: aut, quod Galenus addit, sine delirio, quod propter siccum cerebri temperamentum & acrem halitum vigilias excitare solet. Dolor enim & labor tum animi, tum corporis (πόνου καὶ ὀδύνης vocat) somnum arcent: in delirio absunt somni causæ naturales, bona scilicet cerebri temperies, & suaui euaporatio. Perpetuæ ergo vigilie pessimæ sunt, ut causæ, & signa. Ac causæ quidem cruditatis (non modò enim non concoquitur crudum alimentum, sed crudius, quam ingestum sit, relinquuntur) deinde resiccationis totius corporis, biliosi sanguinis, delirij, & exolutionis virium. Signa verò tum horum omnium, tum verò maxime, doloris, ut diximus, ac delirij. Ille ferè oritur ab incendio acris, interna inflammatione, erysipelate interiore, & similibus: hoc exoluto animali spiritu & siccato cerebro, in quo facultas animalis residet.

F I N I S.

COACORVM  
 P R A E S A G I O  
 RVM MAGNI HIPPOCRA-  
 TIS SECTIO TERTIA,  
 JACOBO HOLLERIO STEM-  
 PANO MEDICO INTERPRETE, CVM  
 eiusdem Hollerij, & Desiderij Iacotij Vando-  
 perani commentariis.







# HIPPOCRATIS

## COACORVM PRAESAGIORVM SECTIO TERTIA,

Iacobo Hollerio Stempano Medico interprete, cum eiusdem Hollerij & Desiderij Iacotij Vandoperani commentariis.

### APHORISMVS I.

Ὅμοιοι κρόταφοι τέμνεται, πωσιμὸς ἐν τῶν ἐναντίων τῶν τομῆς ἐπιγίνεται.

*Quibus tempora secantur, conuulsio ex contrariis sectioni partibus oboritur.*

#### IACOBI HOLLERII COMMENT.



IRVM videri possit, cum natura cerebrum duplex, dextrum ac sinistrum, membrana quoque se inferente in mediū distinxerit: nerui quoque, non, vt quidam volunt, ita complexi, vt è sinistris partibus in dextras, & contrā, decussatim excurrant: sed è dextris in dextra, è sinistris in sinistra abducantur, & os temporale cum aduerso nihil habeat tam commune, vt eo vulnerato altera parte ægrum conuelli oporteat. Sic tamen docet experientia, nec in temporibus solū, sed capitis reliqui vulneribus, vt altera parte, quā quæ læsa sit, conuulsio aut resolutio accidat. Atque in conuulsione fieri potest, vt pars læsa sanam contrahat, & ita alterius partis cōuulsio sequatur: Sed in resolutione non ita manifesta causa est, cum oporteat potius contra quā docet experientia, dextra resolui dextris vulneratis. Atque idem scriptum lib. de vulneribus capitis.

### DESIDERII IACOTII VANDOPERANI

MEDICI IN TERTIAM SECTIONEM Coacorum Præfagiorum Hippocratis commentariorum liber primus.



E morbis ad solutam continuitatem pertinentibus ita agit Hippocrates hoc loco, vt præfagiendi tantū rationem complectatur. In aliis tamen commentariis interdum facilioris præfagij causa curationem inserit, vt in Prognosti. gurgulionis, quod ea ignorata tutò præfagium explicari non posset: & cōtrā, in libello de vulneribus capitis, mortis signa quædam interponit, vt melius curandi ratio percipiatur. Quoniam verò præfagitio omnis ex signis & symptomatis repetenda est, exordio à capite sumpto, cuius vulnera, diligentiore multo cōiecturam requirunt, quā reliquarum partium, duo symptomatum genera in ipso obseruat.

3. Progn.

vn̄um eorum, quæ affectus substantiæ cerebri & circumpositarum partium insequuntur, qualis est conuulsio, quam falsò Philotheus *ψυχικὸν πᾶσι* facit: alterum eorum, quæ ad facultatis & spirituum animalium repentinam & vehementiorem agitationem, aut dissolutionem magis pertinent. Qua distinctione videtur vsus, cum paulò post ἀποπληξίῳ τῶ σώματι nominat, ad differentiam illius, quæ in vehementi cerebri concussione accidit collecto tantum spiritu & oriante aliquandiu animali facultate. De hoc itaque genere dicitur sequente Aphorismo: prius explicatur hoc loco, in quo verbum *πέμνεται* generaliter vsurpat pro *τιμωσμεται*. Non enim sectionem tantum, vt sæpè in libello de capitis vulneribus, significat, sed quamlibet musculorum temporalium vulnerationem & contusionem, quæ ex manifestis causis profecta est, vt plaga, vel casu, siue solus temporum musculus afficiatur: siue os ipsum fractum sit. Etenim quocunque modo musculi temporales vulnerentur, siue punctim, siue casim diuidantur, siue contundantur, siquidem grauior sit ictus, alterum latus conuelli solet, id quæ vbi euenit, mors ferè est in propinquo. Alibi ex his vulneribus non solum conuulsionis partis oppositæ periculum impendere scribit, sed etiam apoplexiæ, soporis, febris, delirij, & mortis. In vniuersum enim Hippocrati plagæ capitis præcipuæ, quæque plura & grauiora symptomata insigunt, sunt temporales. *ὅτι, ait in Proorrhico, καὶ πληγαὶ καίτοι, καὶ κατὰ τὰς αἰ μέρη φέρονται γίνονται, καὶ μὲν καὶ ὅτε ἐν σασμοῖς καὶ πλείονις, οἱ πρόσφίτοι μύες πρῶτον πάχυνται.* Quod plagæ temporibus inflitæ lethales sunt, & perturbantes, quòd item in conuulsionibus distentionibusque temporum musculi primi patiuntur. Et eodem libro cuidam ægro notat tria hæc simul contigisse, *τὴν ἰσθίαν τῶν πρόσφρον διασπλιν, τὸ μέθυσμα, καὶ τὴν αἰμορρογίαν*, id est, incisionem circa os temporale, ebrietatem, & immoderatam sanguinis profusionem, vnde sequuta est conuulsio. Querit deinde (quod à nobis quoque sæpe queritur, cum Iurifconsultus non tantum de partu decemestri, sed & de vulneris lethalis conditione medicos doctos consulendos statuat) cuienam ex his tribus conuulsionis causa ascribenda sit. Galenus verò respondet singulis seorsim, & omnibus simul tribui posse. Nam de ovis temporalis distentione dubium non esse. De ebrietate verò scriptum in Aphorismis, *Si ebrius quiescens repente obtulerit, conuulsus moritur.* Ad hæmorrhagiam quoque conuulsionem sequi, non propter vacuationem totius corporis, quæ conuulsionis causa esse non potest, nisi nerui ipsi immodicè vacuentur & exsiccantur: sed propter neruosarum partium refrigerationem, quæ asidentium incuria incidit, aut medicamentorum refrigerantium vsu præpostero, quibus sanguinis profluuium sedare tentant. Libro verò secundo de articulis Hippocrates de luxatione maxillæ agēs, periculum mortis afferri docet, cum præter naturam iudem musculi temporales intenduntur, ac propterea dolent, & idcirco inflammatione premuntur, quia simili vitio cerebrum afficiat, quo affecto acutæ febres sequuntur, lædunturque omnes animi actiones, sensus, motus, ratiocinatio, memoria. *καρῶδες γὰρ* (inquit) *οἱ μύες ὄντι, καὶ ἀλλοιόμενοι, καὶ ἐν τεινόμενοι πρὸς φύσιν.* Vbi τεινόμενοι vocat fibrarum, quæ prius laxæ erant, distentionem, quæ & dolorem inuehit, & inflammationem propter humorum affluxum: ἀλλοίωσις verò naturæ alienationem, quando ij musculi vltra modum calefiunt, refrigerantur, madescunt, siccantur, inflammantur, erysipelata patiuntur, vel putrescunt, in quibus omnibus eorum natura alienatur. Nos certè aliquoties obseruauimus ex leui in temporibus ictu conuulsiuos motus epyleptiæ paroxysmis haud dissimiles insequutos, interdum etiam mortem præcurrente brachij, actotius cruris infirmitate cum paruula quadam titubatione linguæ. Causa horum omnium symptomatum ex præstantia loci illius ovisibus, musculis, neruis, venis, & arteriis carotidibus constantis pendet. Primum enim in cauitate temporum musculus vtrinque vnus cæteris longè validior ac neruosior reconditus est, qui ab ipsius cerebri tertio & quinto pari neruorum surculos recipit, ac prope ipsum contingit, cum solo osse, eoque infimissimo à cerebro ipsiusque membranis dirimatur. Deinde insignes venæ iugulares & arteriæ *καρῶδες* ex magna arteriâ sub clauicula iuxta asperam arteriam diuisæ par-

lib. de ca. uul.  
2. de articul.  
2. de usu part.

3. Proorrh. 29.

2. de articul.

tim interius, partim exterius per ossa temporum vario plexu disperguntur in cerebrum & eius panniculos, quæ tum sanguinem defecatiorem, tum spiritus vitalis copiam alendo cerebro deferunt, eamque veluti materiam spiritui animali continenter suppeditant. Præterea os temporale infirmisimum est, nec vlla alia in parte calua peticulosius frangitur, quòd, ait Hippocrates, maxilla in tempore cum caluaria committatur, & sursum ac deorsum moueatur articuli modo: quòd iuxta sit iter, per quod facultas audiendi est: quòd vena caua & valida per tempus intendat. Ex quibus intelligitur, quàm facillè ac celeriter affectus temporum communiuntur cerebro in tam arcta connexionem, atque vicinitate, tamque expedita: diadoche per venas, arterias, & neruos. Proinde mirum non est, sauciatis temporibus (quæ sic dicta sunt, quòd sua canicie & macilentia ætatis annos prodant, vnde homines apud Homerum *πολιονόταφοι*) febres, deliria, conuulsiones fieri: ob læsis verò vel cõsuis venis, quæ per tempora feruntur, cataphoram, vertiginem, apoplexiam, carum soporiferum inferri, propter spirituum dissolutionem vel collectionem, vel interceptionem, inflammationis magnitudinem, sanguinis grumum, sanie prauam & corruptam qualitatem, cerebri denique ab humore effuso, aut osse læso compressionem. Horum tamen symptomatum præfagia ita moderanda esse Galenus docet, vt si euentura sint, magnas affectiones esse oporteat. Cerebrum enim (inquit) menyngesque ac cæteræ capitis partes, si inflammata illæ sint, febricitent necesse est, ac delirent. Si alæ, non necessariò. Nam musculorum temporalium inflammationes febres, deliria, spasmos, sopores frequenter inducunt, si magna sint: neque tamen semper, neque cum parua sunt, illa symptomata afferunt. Verum vt horum ratio constat, ita illa perobscura est, & controuersa, cur vna parte læsa, in apposita, quæ icta non fuerit, conuulsionem fieri accidat. Id *ἐπιγόνυμα* maximè lethale esse vult alio loco Hippocrates, atque osse iam purulento superuenire. Etenim, ait, quum iam os purulentum est, pustulæ in lingua nascuntur, & laborans mente non constante consumitur. Plerisque etiam neruorum distentio in altera parte corporis supernascitur: siquidem vulnus in sinistra parte capitis fuerit, neruorum distentio dextram corporis occupat: si dextra capitis vulnerata sit, nerui in sinistra corporis distenduntur. Sunt & qui attoniti sunt. Dubium tamen non est idem interdum contingere solis musculis temporalibus affectis sine læsione ovis. Proinde causa illa, quam nonnulli afferunt, quòd sanies in alteram faciei medietatem confluens, & motorios nervos occupans partem oppositam conuellat, non semper vera est. Multò minus, quod Celsius scribit, neruos, qui è cerebri basi originem suam trahunt, se inuicem decussare in modum literæ X, ita vt à dextra basis parte exorti in læuum capitis sinum ferantur: qui à læua, in aduersum: quod Hollerius merito reprehendit. Alij ex inanitione partem oppositam conuelli putant, vniuerso sanguine in eam, quæ sauciata est, confluentem. Verum cum neque ex qualibet inanitione conuulsio oriatur, neque ex ea, quæ fit per venas, minus id probabile nobis videtur. Ob eamque causam primum illud ponamus, necesse non esse, vt conuulsa pars conuulsionis causam in se semper contineat, repletionem, aut inanitionem. Quinetiam sæpius fieri, vt doloris vi, aut vapore aliquo, aut noxia qualitate cerebrum offendente vis animalis exciteatur, atque id, quòd infestat, deuitans, conuulsiuos motus efficiat: sed & interdum resolutò vno musculo, alterum, qui ipsi opponitur, suapte natura contrahi ad suam originem, vt in Cynico spafmo. Habent enim nerui motum, quo se retrahunt ad suum principium, non modò dum mouere tentant, sed & dum quiescunt. Ex quo fit, vt cum duo musculi sibi inuicem oppositi sunt æquales, vno resolutò, alter non aliter quàm conuulsus, in seipsum colligatur. Quin & in mortuo animali secti musculi partes in sese retrahi experimur. Hippocrates quoque scribit propter eas, quas appellat *ἀδελφίαις*, quasi inter musculos oppositos fraternam quædam necessitudo intercedat, id euenire, vnũque nullam affectionis causam in se continentem alteri læso condolefcere. Nam si musculi (ait Galenus) ab altera maxillæ parte resoluantur, fit, vt altera breuior appareat, & quasi contracta: sed, quæ læsa est, eam sequuta, extēdi videatur. Cum enim musculi

lib. de ca. uul.

4. de præfag.  
rat. ex puls.

lib. de uul. ca.

3. de artic.

3. de arti. 100

omnes

omnes unam propriam habeant actionem, qua scilicet ad sua initia contrahuntur, quando illi, qui à sinistra parte maxillæ fieri sunt, agendi potestate priuantur, qui à dextra sunt robusti ac naturaliter habentes agunt, dextram maxillam exten- uerfam, & labra ad se contrahentes, atque ita cōspicitur sinistrum labrum exten- tum & longius redditum: dextrum breuius & contractum. Ergo in hoc casu bre- uius fit, quod integrum est, attrahens ad se ipsam maxillæ partem, quæ resoluta est. Alibi verò ab eo, quod affectum est, attrahitur, cōuelliturque id, quod sanum, sicut ubi musculus, vel chorda, cum induruit, nequit simul cum oppositis, dum agunt, extendi. Eadem ratio musculorum temporalium, qui maxillam sursum trahunt. Neque verò obest, quòd interdum in parte resoluta grauians humor plus possit ad trahendum, quam sanæ vis in oppositum conuellat, cum illud rarissimè cōtingere soleat. Ex quo perspicuum est per resolutionem unius musculi alterum oppositum contrahi, & tamen morbo vacare: aliquando etiam agrum esse, quòd fieri etiam queat, ut humor alteram faciei medietatem resoluat defluxu in moto- rios neruos: in altera sensum tollat, quoniam neruos afficit extimos sensui dicatos. Conuulsio autem intelligitur ex corrugatione, resolutio verò ex sensus priuatio- ne, nisi quòd potest, quanquam rarissimè, pars contracta simul & resoluta sensu priuari, quoniam humor immodicè grauians utrosque partis unius neruos occu- pauit. His ita cōstitutis manifestum est, fauciatibus temporibus duobus modis con- uulsionem in parte opposita superuenire. Vno quidem propter naturalem muscu- lorum motum, etiam illæso ossè, eaque conuulsio in motu non est. Altero verò propter euaporationem & saniei suppressionem, quæ cerebrum petens spiritus animales dissipat, torporèque inducit: principia verò neruorum afficiēs in parte quidem oblata resolutionem: in ea verò, quæ integra est, conuulsuos motus ex- citat. Hoc verò potissimum accidit ossè iam purulento, cum in contraria parte neque putrido vapor, neque saniei exitus patet, ut in ea, quæ læsa est. Huius ergo resolutionis causa est calor extinctio propter putredinem: aut commeatu facul- tatis in neruum interceptio: aut neruorum ipsorum integra sectio: aut à multo humore suppressio, madefactio. Conuulsionis verò, partis sanæ vellicatio, & mor- sus, vel oppressio. Vtrouis autem modo pars sana conuellatur, signum est lethale: posteriore tamen desperatio est: Cum videlicet (quòd ferè semper cōtingit) prius ægri lateris conuulsi manifesta signa se produnt, mòxque in opposito conuulsiui motus superueniunt, utraque capitis medietate iam expugnata à morbo. Ex qui- bus etiam intelligitur, summopere cauendum esse, nequis ossa temporum læsa nu- dare vlcere exciso, aut carnem subsecare, aut musculum temporalem ab ossè se- parare audeat, quoties fractura medium occupat. Vbi caput incidendum sit (ait Hippocrates) ceteræ partes eius tutò inciduntur: tempus & regio superior supra venam, quæ per tempora fertur, hic, inquã, locus scalpello attingi non debet. Eum enim, qui incisus fuerit, neruorum dissentioprehendit: ac si tempus sinistrum in- ciditur, dextrum neruorum dissentione occupatur: si dextrum, nerui distenduntur in sinistro. Quanquam extrema parte & superiore, ne cerebrum deorsum excidat, paulatim musculus, si opus sit, ab ossè seiungere licet; ibique os aperire, modò venæ carotides, & partes neruosæ vitentur. Eadem ratione magna syncipitis vulnera valde lethalia sunt, quòd sub ea parte cerebrum diuidatur, ubi colli- gitur sanies.

## I I.

Οἱ σὶν ἀνὸ ἐγκέφαλος σὶν ἰσθμῷ καὶ πονέση ἀλλεργεῖ σὶν, ἢ ἀλλως πῆπυς, παραχρῆμα ἀρῶνοι γίνονται, καὶ ἴτε ὀρῶ σὶν, ἴτε ἀκούσῃ, καὶ τὰ πολλὰ θνήσ- κουσῃ.

*Quibus cerebrum concussum fuerit, & doluerit percussis, aut aliter lapsis, statim priuantur voce, non vident, non audiunt, ac ferè moriuntur.*

IACOBI

**C**oncusio cerebri sæpè fit ex alto præcipitatis, aut ad durum corpus vehe- mentius alliso capite, aut eodem percusso obtuso telo, quod non incidat, sed contundat. Ex eo ergo σῆσις, hoc est, concusio non disrumpit, aut loco motis partibus, quod sub sensum cadat: sed elaxatis, quomodo in spina σῆσις est so- luta compage vertebrarum, elaxatis vinculis, sed ut nec intro, nec foras, nec in latera dimota sint, aut luxata. In concusione sæpè fit, ut & ruptio, aliæque ge- nera solutæ continuitatis adiungantur: & in vehementi concusione capitis ner- ui & venæ cerebri non satis confirmati vacuo loco, nec subnixi aliis corporibus disrumpantur, à neruis ruptis sub mortem irremediabilis conuulsio, à venis san- guis effunditur, ut mortuis execto cranio, tum membranæ, tum cerebrum con- taminatum sanguine intinctumque appareant. ἀφῶνοι verò fiunt, & apoplectico- rum modo sine sensu motuque iacent, quia in concusione spiritus, ubi natura integra est & libera, in corpus cerebri vacuumque fusus iam se colligit, & in an- gustias contrahit, nec in partes spargitur, ex quo ἀφῶνοι, qua voce includebatur, non videre, non audire: sed hæc ad claritatē orationis adiunxit. Moriuntur autē primū quidem angustius contracto spiritu & obtorpescere: deinde distractis neruis & fibris, quibus cerebri partes inter se craniòque copulantur: postremò effuso sanguine & concreto in grumos. Quòd si accesserit ruptio nerui, mem- branæ, & aliarum partium cerebri, certior mors expectanda est. Alioqui si nulla alia iniuria à concusione accesserit, spiritus sese explicat, & quasi postliminio re- dit, seseque partibus ad rediuium morum sensumque insinuat.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**E**adem sententia multis locis legitur, ut primo de Morbis, Si percussus cere- brum conuassatum dolebit, percussus obmutescet, nec videre, nec audire poterit: si verò vulneratum fuerit, febrem & cholera vomitum superuenire, ac aliquam corporis partem syderari, ac perire necesse est. Et in Aphorif. Qui- bus occasione aliqua cerebrum vehementer concussum fuerit, mutos protinus fieri necesse est. Vbi τὴν ἀφῶνοι intelligit causas manifestas, plagam videlicet aut casum, ut si quis ab alto in caput ceciderit, aut id pauimēto vel parieti cadēs alliserit, aut lapide, fuste, aliòve telo graui, & obtuso percussus fuerit, ex quibus vulnus & contusio, tanquam proximi effectus, relinquuntur. Præterea dictione ἀφῶνοι, exēpli tantū causa vitur, eaque functionū omnium voluntariarum læsio- nem comprehendit, motus videlicet, visus, auditus, quas hic sigillatim explicat. Appellat autem σῆσις Hippocrates conuassationem & perturbationem quan- dam interiorum partium, exempli causa, in spina vertebrarū afflictationem, quo- ties harmoniæ ipsarum tanta fit commotio ac deprauatio, ut contenta ipsarum cauo dorsalis medulla vehementer laboret: in capite verò, quum cerebrum intra caluariam violenter plaga vel casu concutitur, quod tantò facilius euenit, quan- tò in ipsius ambitu vacuum spatium amplius est, & multò magis in senibus. Ex hac cerebri conuassatione euentum duplicem Hippocrates obseruat. Nam in- terdum sola virtus animalis, violenta commotione offenditur, ob idque sese in cerebrum colligit, atque otatur, aut propter validum dolorem ex toto spiritus in cerebrum reuocat, sine ossis fractura, aut vlla neruorum, venarum, vel membra- narum ipsius cerebri disrptione. Interdum verò offensa per cranium ad cere- brum vsque peruenit, ita ut ex neruis quidam valde tendantur, alij diuellantur, aut aliquid in caluaria, cerebro, vel ipsius membranis rumpatur. Vtroque modo contingit ægros statim voce priuari, non videre, non audire, ac ferè mori. Priore tamen magna ex parte ad se redeunt, postquam facultas animalis sese receperit, nec vlla alia grauiora symptomata insequuntur. Posteriore verò vel attoniti & soporati moriuntur: vel ubi ad se redierint, in grauiissima symptomata incurrunt pro varia plagæ natura, & partium vulneratarum ratione, siue cutis adhuc inte- gra, aut parum vulnerata appareat, siue os nudatum sit, & conspicuum. Nam oborta inflammatione febris acuta, delirium, pulsatio vehemens, tandè que conuulsio

x. de morb.

7. Aphor. 18.

conuulsio superueniunt: musculorum temporalium compressione, aut valida cerebri refrigeratione, aut plenitudine anteriorum ventriculorum, aut depressa ad cerebrum calua, vel tenui membrana, sopor, aponia, lingua & partium, ad quas nervi coarctati perueniunt, paralysis, vel stupor: dehiscente vero calua, & sanguinis ichore ac sanie supra cerebri duriorum pelliculam per rimas defluente, cerebri phlegmone, eiusdem pelliculae putredo, indeque febris acuta, deliria, conuulsui motus, ac tandem syderatio. Eadem disruptis venis eueniunt praeter cruentationem per aures & nares. Sanguis enim extra vasa effusus, paulo post coagulatur, ac putrescens virulentis suis vaporibus cerebrum, illiusque arterias replet, & spiritum animale suam contagione inficit atque alterat. Inde fit, vt febris incrudescat, patiensque deliret, & spasmo epilepsiae conuellatur. Omnibus ita affectis commune est, vt non solum initio, sed etiam tertio die & quarto bilem euomant stomacho lege confortij laeso, tandemque *αφρονι* & syderati moriantur, nisi quidam euadant, quibus confestim incisa cute os fracti cranei vel perforatur, vel ferra inciditur, vel tripodis instrumenti terebra eleuatur, vt foramine dilatato humores effluant, & foras pharmacis attractoriis eliciantur. Ex quibus intelligitur illud, *τὰ πολλὰ θνήσκουσιν*, non sine causa additum esse. Nam quibus sola facultas animalis grauius offensa laborat, non modo non necessariò, sed ne magna quidem ex parte moriuntur. Ex his vero, quibus cerebri ipsius partes quaedam disruptae sunt, multi seruari possunt, si opportunè tradita ab Hippocrate methodo curentur. Atque ex hac distinctione eleganter efficit Galenus, spiritum neque substantiam animi esse, neque domicilium, sed primum tantum ipsius instrumentum, ad sensus omnes & motus: quod videlicet per eiusmodi vehementes cerebri concussiones resolutus aut exinanitus, nequaquam animali vitam adimat, sed stupidum sensum motumque crebro tantisper reddat, quoad rursus collectus restituitur. Alioqui enim ipso ex vulnere dissipato animal necessariò interiret, quemadmodum cerebri corpore vehementer diuulso, quia in eo animus ipse residet, animal interire necesse est. Vtrum ergo solus is spiritus animalis laboret, an in calua, cerebro, vel ipsius membranis aliquid ruptum sit, tum ex his symptomatis, quae diximus, tum ex aliis, quae sequentibus aphorismis explicabuntur, coniciendum. Quod vero hic dolorem addit, distinctione opus habet. Nam dolor vel extra caluariam percipitur, vel interior est, & cum aliis prauis signis coniungitur. Priore modo periculo caret, siue solas ipsas partes, quae percussae sunt, occupet: siue ad vicinas etiam propter continuitatem cutis & pericranei extendatur, quorum vtrumque propriam substantiam habet, & continuam per omne corpus. Posteriore vero è pericranio, quod ex ligamentis productis à dura menynge nascitur, dolor per eadem ligamenta interioribus cerebri partibus communicatur, cum febre & pulsatione vehementi coniungitur, tumque inflammationem interiorem, & periculum manifestum denunciat. Quod si ex ruptione alicuius partis capitis obortus sit, grauius affligit, semperque ingrauescit, quod maximè lethale est.

7. de dogmat.  
Plat. & Hipp.

I I I.

*Οἷς ὁ ἐγκέφαλος τισὶν αἰτίαις, πυρετὸς ὡς ἐπὶ τῷ πολλῷ, καὶ χολῆς ἐμῆλος ἐπιγίνεσθαι, καὶ ἀποωληθῆναι σώματος, καὶ ὀλέθριοι οἱ τοῖσιν.*

*Quibus cerebrum vulneratur, febris ut plurimum superuenit, & bilis vomitio, atque resolutio corporis, ubi acri lethaliter habent.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N Aphorismis *ἀνοπλίω*, & *ἀπὸ βάθους τομῆς* profundam incisionem dixit haec adferre, febrem & bilis vomitionem: *πρῶτον* dixit primo de morbis, ubi haec eadem sententia scripta est, *πρῶτον γὰρ ἐν τῷ κεφαλῷ θαυμάσιον ἴσται τὰ ἐς τὸν ἐγκέφαλον*

*φελον ὡς ἐπὶ τῷ πολλῷ*, quia saepe arte, vacuatione, & ratione vite prohibetur inflammatio, & inde febris. Vomitiones autem fiunt, & febres aliquando initio, aliquando post initia 4. 7. 9. 11. 14. vel eò tardius. Atque initio vomitio fit concussione forti, ex quo agitata materia aquosa quidem, quia tenuis, & bilis eadem ratione, tum quia calida mobilisque esse solet, ad ventriculum confluit. Atque hinc vomitio biliosa quidem, non quia meraca bilis, sed permixta aquosae humiditati reuomitur. Syncera enim bilis rarius excluditur. Adde consensum cerebri cum ventriculo per nervos insignes membranarum cum interiore tunica eiusdem ventriculi. Post initia dolor ferè, & febres, & vomitiones commouet. Eliquat enim dolor atque exagitat: exagitata materia & eliquata facilius ad ventriculum decurrit. *ἀρρηξίμῃ* resolutio partis alterius corporis. Ac si medio fyncipiti & cerebro malum illatum est, vtrinque tum conuulsio, tum resolutio fit, si altera parte dextra, aut sinistra iniuriæ illi oppositam partem corporis occupare solent. Ac iam formidabile praesagium est, ubi inuadit resolutio: desperatio, siquidem febris & inflammatio coniuncta sint. Rectè igitur *ὀλέθριοι οἱ τοῖσιν*.

DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**UOD hic *πρῶτον*, primo de morbis *πρῶτον*, & in Aphorismis *ἀνοπλίω* scribitur. Est autem *διακοπή* in capite fracturae species, sub qua os altè diuiditur, vt postea fusius explicabimus. In vniuersum capitis vulnus notat, aut conuassationem, cuius offensa ad cerebrum vsque peruenit, atque in ipso, vel eius membranis aliquid rupit. Dicitur enim est superiore Aphorismo in plaga, vel casu solam interdum facultatem animale grauius offendi: interdum ossa caluariae frangi, membranas diuelli, venulas rumpi, cerebrum violari. Illic acri statim voce priuatur, non vident, non audiunt: hic eadem interdum fiunt: verum & diutius permanent, & praeterea alia accedunt febris acuta, biliosus vomitus, resolutio non solius animi, vt prius, sed corporis coarctatis neruis, qui ad partes inferiores feruntur. Celsus multa adiicit, sed quae vel communia sunt, vel ad mortis praedictionem potius, quam ad *διάνοσιν* pertinent. Sin, inquit, cerebrum, membranave eius vulnus accepit, sanguis per nares, quibusdam etiam per aures exit, ferèque bilis vomitus insequitur. Quorundam sensus obtunduntur, appellatiue ignorant. Quorundam trux vultus est, quorundam oculi quasi resoluti, huc atque illuc mouentur. Ferèque tertio vel quinto die delirium accedit. Multorum etiam nervi distenduntur: antè mortem autem plerique fascias, quibus caput deligatum est, lacerant, ac nudum vulnus frigori obiciunt. Hippocrates ex grauitate plagae, & superuenientium vi iudicium ita instituit, vt antè omnia quo telo, quali, quomodo, & à quo homo vulneratus fuerit, diligenter inquiratur. Deinde quae statim & sub ipso ictu fauciato acciderint, qualem vim habeant, & an perdurent. Ex his enim vehementiae ictus & cerebri concussi signa potius, quam ossis fracti petuntur: illius tamen vehementiae cognitio ad aliquam coniecturam faciendam de fractura, aut disruptione in partibus interioribus plurimum habet momenti. Omnia haec, inquit, praeter id, quod in offe oculis comprehenditur, requirenda sunt: grauioris enim vel leuioris plagae indicia sunt. Ad haec si offensus sine sensu, quasi dormiens iacuerit: si oculi obcaecati fuerint: si vertigo ipsum occupauerit, si conciderit. Posthaec ad ea, quae circa vulnus fiunt, aut apparent, veniendum est, de quibus dicitur Aphorismo sexto. Tandem ex his, quae diebus criticis superueniunt, vt 4. 7. 9. 11. 14. 17. 20. 40. iudicium absoluendum. Nos certè obseruauimus, quibus cerebri partes fauciatae essent, alios repente mortuos: alios soporatos cruentatis etiam auribus & naribus diu mansisse, tandemque euasisse: quendam Arclatae, cum diu obmutuisset, crebrisque conuulsionibus prehensus supremum, vt videbatur, diem conficeret, subito è lecto noctu exilientem, ac furore percitum in eos, qui aderant, impetum fecisse, prostratisque aliis, cum Franciscano valente & neruoso, diu pugnis, vnguibus, calcibus certasse, quem frustra ceterorum opem implorantem, ita mi-

6. Aphor. 50.

lib. de ca. uul.

feris tractant modis, ut arrepta primum cruce, deinde matula, fuste, ferro etiam incredibili vi è fenestris detracto hominem non sine eiulatu penè oppresserit: ac certè sublato lapide quadraginta pondò tandem oppressisset, nisi Fràscianus in summa desperatione collectis viribus istum grauem ægri pudendis impugisset, quo ille humi concidit. Hic tamen præter omnium opinionem nostris auxiliis adiutus tandem conualuit. In vniuersum quoties ægri bilem vomunt, conuelluntur, lingua balbutiunt, pedibus obtorpescunt, veterno laborant, brachio, vel crure resoluuntur, sensim febre lenta incalescunt, dubitare non possumus offensam per cranium ad cerebrum vsque penetrare, sauciaturumque lethalter habere, nisi secto cranium statim occurratur. Proinde rectè Hippocrates hoc loco tria hæc tanquàm fracti crani, & læsi cerebri certissima signa posuit, febrem, biliosum vomitum, & resolutionem corporis. In quibus tamen duplici distinctione opus est. Primum enim non est necesse semper hæc euenire, tametsi os fractum sit, & cerebrum, vel eius membrana percussa. Cum enim multus sanguis effunditur, & ampla statim relinquatur via, qua puri, vaporis, & spiritui pateat exitus, nihil horum interdum superuenire obseruamus. Nam in magna concussione vehementius commotus sanguis & spiritus negata via multa excitant, aperta liberant. In fissura quoque caeca & parua, aut effuso paucò sanguine in diploem vel membranam, nullum interdum graue symptoma initio se prodit, quo tempore differendum iudicium, & ad ea signa confugiendum, quæ sequentibus Aphorismis explicabuntur. Præterea ut hæc omnia initio accesserint, febris, inquam, vomitio, & resolutio (soliis videlicet animi) non necessariò efficitur, cerebrum vulnerari. Febris enim à principio, vel paulò post (ut tertio die) superueniens non ita terrere debet, quia & doloris causa, & suppuratio incipientis in loco vulnerato esse potest. Perniciofa autem est cerebro inflammato, in quo accensus calor ex phlegmone, vel putrente sanie per arterias communicatur cordi. Quinetiam tum in vulneribus, tum in aliis omnibus affectibus, nihil æquè ad prælagium conducit, quàm intelligere statim ab initio, non solum qualis sit febris species, aut magnitudo, sed multò magis, num sit primigenia in humoribus, an symptomatica partis alicuius principis phlegmone oblesæ, aut corruptæ, quòd hæc sepius interficiat, tametsi lenta, aut sine villo graui symptomate coniuncta videatur. Quæ in vulneribus capitis eiusmodi est, vel à principio accedens diutius perseverat, visceri contumaciter adhærescente, impactaque putredine, vel post primum quaternarium apparere incipit, quo videlicet tempore cessasse inflammatio, atque suppuratio loci affecti debuerunt, ætate quidem, ait Hippocrates libro de vulneribus capitis, post septimum: quia tum viget calor extraneus: hyeme verò ante decimum quartum, quòd calor naturius potentior diutius resistat putredini. Eiusmodi ergo febris (quæ reuera ἐπιγενής est viudaæti morbi, quæque hoc loco significatur ab Hippocrate) inflammationis grauitate cerebrum, vel eius membranas affici, nec materiam intus collectam ac suppressam exitum habere planè denunciat. Cui si alia praua signa accedant, homo peribit, qualia sunt (ait Hippocrates) delirium, syderatio, vulnus decoloratum, siccum, liuidum, quasi caro sale condita, & pustulæ sub lingua. Sin remissiora omnia, naturæ robore, & aliis signis bonis adiutus euadere, quanquàm rarò, poterit. Eodem modo iudicandum est de superueniente vomitu. Nam aliquando in bene partis concussione sola, & partium interiorum contusione, illæso etiam osse & cerebro excitatur. Nonnunquàm verò vel à principio superueniens diutius perseverat, aut interuallis redit: vel simul cum illa febre inflammationis cerebri symptomatica incipit. Prior nihil periculi portendit, facileque internoscitur, quòd neque diutius vrgeat, neque quicquàm ferè reddat, præter ea, quæ alio continebantur. Posterior vel cerebri oblæsæ, vel duræ membranæ, quæ cerebro, cum quo multis partibus coheret, malum celerrimè communicat, exploratissimum signum est, omninoque biliosa, quæ reiciuntur, multo seroso excremento permixto apparent. Ut enim in dolore

in dolore aliquo ingenti, aut vehementi mœrore, aut longa cibi abstinentia, maximè si homo sit *πινερόχολος* (quem, inquit Galenus, *χαλεπώτερον μόνον σιταίου φέρον ἢ ἀσιταίου*) excrementum biliosum solet in ventriculum confluere, præsertim cum imbecillitate laborat, aut partes nervosæ afficiuntur: sic cerebro, vel membranis grauius laborantibus, cum ipsis os ventriculi, quod maximè nervosum est, & insignium neruorum coniugationem recipit, lædi necesse est: tum quòd proximæ communèque partes primum potissimè afficiantur: tum quòd ad ea, quæ infirma sunt, vicinatum partium excrementa ferantur, præsertim quæ tenui substantia constant, qualis est humor biliosus, vnàque cum eo, quicquid est serosi excrementi, quod per vomitiones bili sæpè permiscetur. Rarè enim admodum bilem synceram, sine excremento seroso vomitione reici videmus. Eadem distinctione opus est in voce, *ἀποπληξίη*. Non enim omnis resolutio sauciata cerebri partes ostendit, sed inquit *τὸ σάμα*, in qua videlicet corpus, aut corporis pars aliqua, non autem sola animalis facultas resoluitur. Vocat enim Hippocrates *ἀποπληξίη σάμα*, paralytim: ad differentiam *ἰσχυράτης*, de qua dictum est secunda sectione huius operis. Eiusmodi autem resolutio non solum offensæ ad cerebrum penetrantis nota est, sed etiam periculi præsentanei, nisi quàm celerrimè os depressum eleuetur, fractum aperiat, sanie & vaporis dilatato foramine exitus comparetur, partes corruptæ remoueantur. Sphacelismo oborto, aut diuiso altius cerebro insanabile malum est. Oritur enim hæc resolutio secto, aut rupto neruorum principio, inchoato sphacelismo cerebri, aut intercepto facultatis commeatu & coarctatis neruis, qui ad inferiores partes perueniunt, à sanie, sanguine effuso, osse depresso, vel tumore aliquo.

## III.

*τῶν ῥηγνυμένων κεφαλῆς ὀστέων, χαλεπώτερον γινώσκαι τὰ κατὰ τὰς ῥαφῆς ῥηγνύμενα.*

*Ossium, quæ sunt in capite, fractorum cognitio difficillima sunt, quæ circa suturas rumpuntur.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Ossa capitis aliquando ita fracta sunt, ut nullam dubitationem adferant. Sed vbi dubitatur, nec fractura sub aspectum venit, atque ossis iniuria specillo, aliisque artibus cognoscenda est, difficilior quidè experimentū, quia specillum incidens in fissuram, aut suturam, similem asperitatem repræsentat. Extra verò suturas cum oporteat os esse leue atque æquabile, quod *δμόχρουν* vocat Hippocr. libro de capitis vulneribus, si quid fissum ruptumve est, dissimilitudine à reliquo osse & asperitate facile deprehenditur. Quot autem & quæ tum ossa, tum suturæ, ex eodem loco Hippocr. & libello Galeni de ossibus intelligas.

## DESID. IACOTII COMMENT.

UT hæc omnia exactè intelligi queant, paucis solutionis continui in osse, quam fracturam generali nomine appellamus, species præcipuè explicandæ sunt ex eodem Hippocrate libro de capitis vulneribus. Sunt enim in vniuersum tres simplices, & duæ compositæ, quarum singulæ multas alias eiusdem generis suo ambitu comprehendunt. Ex simplicibus prima (licet cum parua collisione partium vicinarum ferè semper coniungatur) *ῥωγμή*, rima, siue fissio fit à graui telo ac retuso, in iis potissimè, in quibus ossa ætate iam induruerunt: sæpiusque in anterioribus partibus propter minorem ossis crassitiam, quàm in posterioribus. Propter duritiem enim os non cedit loco: quia verò non cedit, nec multo humido coherent partes, idcirco disijlit, hiat, & finditur. Hæc fra-





ῥήγνυσι τὸ ὑπὸ τῶν βαρέων μολινα, καὶ ἐκ τῶν ἐξ ὑπερμετρίας φερομένης, καὶ μὴ ἐξ ἰσότητος.

*Rumpuntur autem maximè à grauibus telis & rotundis, & ab his quæ ex subcontrario afferuntur, & non ex plano.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**G**raue leui, rotundum plano opponit. Ac graue quidem quid sit, facillè intelligas. Rotundum verò plano, vt planum dicas, quod ἰσότητος dicitur, non ἀρτίσμοιο. In eo enim, quod ἰσότητος æquabilis superficies est, & plana, nulla parte eminent, aut gibbosa: in eo verò, quod ἀρτίσμοιο leuor quidam inest, & æquabilis vel rotunditas, vel planities. In aliis enim rotundis planities est, & leuor: in aliis scabrities, asperitas, inæqualitas, & vt caput massæ Herculeæ pingitur. Et rursus in rotundo, quod στρογγύλον dicitur, longitudo quædam est, vt in baculo rotundo, & columnis quibusdam & cylindris aliqua orbiculata sint, vt poma, lapides quidam, massæ ferreæ, æneæ, plumbeæ, quod ποδιφερέεις, & extrema parte, quæ rotunda sunt, aliquando obtusa, aliquando acuta sunt. Hæc eadem libro de capitibus vulneribus, alia mollia, alia dura.

καὶ ἐκ τῶν ὑπερμετρίας. ὑπερμετρίας intelligit, quæ vel ex alto, vel obliquè inferuntur cadentibus hominibus, vel inde cæsis: contrarium verò ἰσότητος.

DESID. IACOTII COMMENT.

**S**igna, quibus fracturas ossium capitis deprehendere liceat, eas præsertim, quæ sub aspectum non cadunt, & sola coniectura continentur, quales sunt collisio & fissura, deinceps explicantur. Etenim si os nudatum sit, nondum tamen conspicuum, specillo res explorari debet: si nudatum & conspicuum, scalpro, atramento, & similibus: si cute adhuc tectum, aut ictus circa futuras acceptus, interrogatione & mente noxa colligenda citra specilli admotionem, vt alibi docet Hippocrates. Etenim nudari os, aut aperiri vetat, multò magis fecari, nisi fracti cranei, aut effusi in membranam sanguinis citra ossis fracturam (vt in concussione cerebri plerumque euenit) manifesta signa se prodant. Quorsum enim pro leuioris vulneris curatione, in quo nihil ad membranam confluit (qui est vnicus sectionis scopus) periculum de industria intenditur ægro, lacerato pericranio, cuius exquisitissimo sensu dolores, societate cum menyngibus grauiâ symptomata excitantur? Cur sine graui occasione caloris natiui sedes detegitur, vt pro vapore sanici, quæ nulla subest, ipse in ambientem dissipetur? Cùm enim constet pericranium tum cranio firmiter adhærescere, tum è ligamentis à dura menynge produci, præsertim qua parte futuræ conferuntur, non nisi cogente malo & cranij, caloris natiui, ac menyngum habita ratione, quarum noxa celeriter cerebro communicatur, ferro dilacerari debet: multò minus osse secto membrana detegi, vnde refrigeratio vulneris, ossis, & ipsarum membranarum insequitur, grauisimorum symptomatum maxima occasio. Nihil igitur horum temerè aggrediendum est, nisi statim initio planum sit os ita fractum esse, vt sanguis descendat, aut membranam vrgeat, aut sanicem colligat, cui non pateat exitus, aut aliquid in membranis ruptum sit. Proinde Hippocrates latentium fracturarum signa omnia accuratissimè exquirat, eaque ita diuidit, vt quædam ex vulnerati responsis innotescant: alia ex his symptomatis, quæ vel sub ictu acceperunt, vel postea superueniunt: cætera ad chirurgi industriam pertineant. Primum genus notatur hoc loco. De secundo dictum iam est superioribus aphorismis. Tertium ad sequentem pertinet. Vt autem ratiocinando ex his, quæ æger respondet, certi aliquid colligi possit, interrogandi quoque ægrationem omnem, quæ, siquid aliud, plurimum artificij requirit, idem Hippocrates alibi nos docuit, eamque totam referri scripsit ad ictum, & telum, quorum

lib. de ca. uul.

lib. de ca. uul.

quorum differentie variant distinguuntque fracturæ periculum. Ictum autem appellat, cùm vel alter alterum vulnerat: vel homo ipse cadit: vel aliquid super caput incidit, quoniam his tribus modis os finditur, colliditur, aut aliter peruripitur. Omnibus commune est, vt ex validiore ictu certior sit ossis, vel cerebri violati coniectura. Proinde in feriente homine, siue telum manu tenuerit, siue vi iecerit, habitum, robur, mentem spectare oportet. Etenim neruosus, exercitus, audax, violentius, quàm infirmus, mollis, timidus, ferire solet: & qui de industria, quàm qui imprudens facit. In ictu quoque modus notandus. Grauior enim omnis ictus est ex sublimi loco & ad perpendicularum: leuior obliquus & à latere. Casus quoque è sublimi super durissimum quidpiam & hebes, grauisissimus est: super mollius, aut non è sublimi, vel nullo modo offendit, vel quàm minimùm. Eodè modo siquid decidat in caput graue, durum, & admodum hebes, maximè solet eiusmodi noxas afferre: minimè verò, quod leue, acutum, aut molle. In telo autem, quo alter alterum vulnerat, obseruamus substantiam, pondus, figuram. Substantiæ durities plurimùm potest ad augendam noxam, quam mollietis imminuit. Pondus quò grauius, eò maius periculum fissuræ, collisionis & effracturæ significat: in leuiori contraria omnia. Quod denique figura acuta est, carnem & os incidit: retusa collidit, findit, deprimit. Oblongum telum & acutum, si leue sit, incidit: si graue, non solum incidit, sed etiam collidit. In vniuersum (ait Gale.) fecant, quæ acuta sunt, collidunt, quæ grauiâ durâque: abrumpunt omnia, cùm vehemens ictus fuerit: idem facit casus ab alto, vel graue quidpiam durumque incidens. Quòd autem hoc aphorismo vtrumque veluti exemplo quodam proposito expresserit, telum videlicet, & ictum, perspicuum est. Scribit enim capitis ossa findi, collidi, & sic peruripi vt decidant (nam verbum ῥήγνυται ea omnia comprehendit, vt paulò ante dictum est) maximè à grauibus telis & rotundis, teli nomine generaliter vsus pro eo, quod quomodocunque caput vulnerat, siue alter alterum percutiat, siue homo ipse super aliquid cadat: siue aliquid super caput incidat. Ictus autem modum significauit his vocibus, ἐξ ὑπερμετρίας, καὶ ἐξ ἰσότητος, quomodo in libro de capitibus vulneribus scribit os potius frangi coniectione teli à superiori loco, quàm ab æquali: & eos omnes periclitari, qui ex loco maximè sublimi super durissimum quidpiam & valde hebes cadunt, non autem qui à loco æquali, vel plano super quidpiam mollius. Alio verò loco paucis complexus est duo illa prima genera signorum, quæ exposuimus, vbi ita scribit, Si suspicaris, ne os fissum, collisum, vel vtroque modo violatum sit, de sermone hominis coniecturam facies: quòd vehementer ictus fuerit: quòd à valido vulnere acceperit: quòd telum, quo percussus fuerit, ex eorum numero sit, quæ grauius lædunt: deinde quòd vertigo sequuta est, oculi obcæcati sunt, æger sine sensu quasi dormiens iacuit, concidit, &c.

Method.

lib. de ca. uul.

VI.

τὰ δ' ἀπορροια, ποτ' ἔστιν ἢ ἐκ, καὶ ἐν δέ, διαμείσθηται διδόντα ἐφ' ἐκ γέλυ τὴν συνήθη, ἀδύνατον, ἢ τὰ ῥήγνυται, καὶ ἀπορροια καὶ ἐν τῷ ἰσότητος ἀλλὰ δοκεῖ τὸ ὄσθον. τὰ γὰρ καὶ ἐν γέλυ δοκεῖ τὸ ῥήγνυται.

*In quibus autem dubitatio, num ossa fregerint, hoc modo diiudicare oportet. Mandenda enim in utramque maxillam dabis caulem hastulae regia, vel ferulam, tumque iubebis ægrum animaduertere, nunquid ossis strepere videatur. Quod enim fractum, ea ratione strepere videtur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**unt & aliæ artes, de quibus lege annotata in librum de capitibus vulneribus, quibus intelligas, num os fractum sit, tum quod nudatum est, tum quod etiãdum

opertum cute. *ἀσθενέων* autem caulem hastulæ regię vertimus, etiam si intelligamus eius herbæ florem ita dici à Dioscoride, quomodo *σινάβρας* maxillas, quæ tamen propriè buccæ sunt.

## DESIDERII IACOTII COMMENT.

**T**ertium signorū genus exponit, quod Chirurgi opera atque industria comparari diximus. Sunt autem huius duæ differentiæ. Nam quædam in vulnere obseruanda sunt ac prædicenda, antequam Chirurgus manum ipsi admoueat: alia verò postquam iam admouit. Priore genere continentur partis læsæ natura, & capillorum in vulnere relictorum situs. Vbi enim pars ista cæteris imbecillior suapte natura fuerit, quales sunt futura, tempora, & synciput, probabile est & prope verum, noxam in osse relictam. Nam à simili telo, ait Hippocrates, eiusdemque magnitudinis, aut etiam minori, ictu æquè graui, vel etiam leuiori, multò magis homo læditur, si telū futuras attingit, quàm si alias partes. Perspicuum etiam est ossa imbecillia, facilius findi, collidi, ac deprimi, quàm crassa ac dura. Quoties verò pilos, qui incisi sunt, in ipsa plaga contineri videmus, os nudatum esse certum est, nimirum vulnus ad os vsque penetrare, quia pili telo cedunt, donec ad os ventum sit, vbi secari solent, quòd propter ossis duritiem vterius pelli nequeant. Vbi igitur nobis euenerit, os violatum à telo prædicendum, tamen si iniuriæ species nondum nobis explorata sit, nec adhuc discerni queat, si ne fractura superficialia ita, vt sectionem non requirat, an profunda, aut exterius præclusa. His ita obseruatis Chirurgus vulnere manum admouens, id, si quidem magnum sit, dilatabit, vt os nudatum oculis appareat: deinde scalpro rader, atramentum inducet, nigritiem detrahet. Alioqui nudato quidem osse, necdum tamen conspicuo, specillo noxam explorabit. Quòd si hac industria nihil deprehēdi queat, & symptomata latentis fracturæ suspicionem iniiciant, aut fauciata pars ex his esse conspiciatur, quas scalpello attingere non licet, quales sunt musculi temporales circa medium, & circa carotidas & futura, quæ nec propter asperitatem vtiliter specillo explorari possunt, nec ferro attingi, propter venas & ligamenta, quibus suspenditur dura membrana: aut si illæsa cute fissurâ latere metuemus, vel *ἀπὸ χυμῶν*, quod neque mente, neque oculis deprehenditur, tum ad alteram signorum huius generis differentiam confugiendum, quæ etiam valent ad priorum cōfirmationem. Iubet ergo Hippocrat. exhibere ad mandendum asphodeli caulem, aut ferulam, vtrique maxillæ parte: tumque diligenter attendere ægrum, num strepitum aliquem intus percenscat, qua parte os vulneratum putatur. Fracta enim ossa, quia solida & contigua, attritu inter mandendum strepere percipiuntur: neque absque ratione. Nam dum vehementi & omnium validissima musculorum contractione, qui ossibus temporalibus illigantur, maxilla inferior clauditur, ac dentes artè inter se committuntur, eadem opera effracta capitis ossa distrahi & moueri loco necesse est, præsertim cum maxilla superior, quæ cum capite coheret, vehementius pulsa, eadem ossa disiungat. Eò fit, vt strepitum leuem edant, modò ne fissio superficialia tantum sit, sed profunda, qualem potissimum inuestigamus, quòd sola sectionem requirat. Addidit autem vtrique maxillæ parte mandendum esse, quia necesse sit ex vtrique parte crotaphitas vehementius distrahi. Quòd à quibusdam minus accuratè animaduersum est, qui à Guidone huius præcepti admoniti pro asphodeli caule, aut ferula, nodum palææ dentibus stringendum præbent. Tamen si enim parum referre videatur, palææne nodum, an asphodeli caulem, vel ferulam, vel telam, aut chartam triplicatam, vel aliquid aliud, quòd tenax sit, nec inter dentes frangatur, dentibus conterendum exhibeas, id tamen vtriusque partis maxillæ dentibus firmiter faciendum est. Quæ in re deceptos puto, qui huius signi constantiam suis experimentis infirmare conantur. Alij, sed dubia & obscura coniectura filum cubitale crassiusculum in ceratum altero extremo dentibusprehendunt: alterum ægro stringendum porrigunt. Tum filum tensum valide ter aut quater trahunt ac distorquent, aut virgula contundunt. Si enim fissura est, ictu stridorem, tractu violento dolorem sentire ægrum, qua parte ipsa later: quod

lib. de unil. ca.

quod fauciatis tantum temporum ossibus verum esse videtur. Sed & auellanam eadem ratione frangere quidam iubent, aut bacillo leui siccaque materia ægri caput molliter concutiunt, quòd os integrum naturalem sonum edat: fissum verò, vel obscurum, vel stridulum. Osse verò nudato & conspicuo, minus est negotij, quòd collisio mutatione & varietate quadam coloris, fissura scalpro, & atramento pauco oleo adiecto melius deprehendatur, nisi vel inferior caluariæ lamina sola noxam exceperit, vel futuris fissura obscurata sit: tumque ex symptomatis superuenientibus ratiocinandum est, atque imperandum ægro, vt nares digitis præcludat, & quantum potest, buccas diu inflet. Nam si os ad diploem vsque, aut membranam fractum sit, exiguæ sanguinis stillæ, & veluti sudoris cuiusdam guttulæ per rimam exillent, quas magna illa compressione atque inflatione membranæ cerebri sursum pulsæ, & venæ turgentes expriment, tum que membranæ conferuntur, tum quæ sunt in diploe inter duas laminas, quò multa vasa cocunt ex iis, quæ inferiore & interiore parte caluariæ foras tendunt, & iis, quæ è superficie exteriori feruntur intro, vbi à graui casu aut ictu effusus sanguis, & in grumum coactus dolores, inflammationes, & alia grauiora adferre consuevit. Cera quoque inducta loco suspecto madescit hausto vapore & madore, qua parte fissura later, cum reliquis partibus non ita mutetur. Cætera, quæ vulgò produntur, minus habent firmitatis.

## VII.

*πρῶτος ὁ τῆς χειρὸς τὰ ἐπιγονότα μὴ ἔχει, τὰ δὲ ἰδ. τὰ δὲ καὶ ἄλλως διασπαι-  
νεται. τῆς τε γὰρ ἄρκος ἀπόστασις ἀπὸ τῆς ὀφθαλμῶν γίνεσθαι, καὶ ὁ ὀφθαλμῶν πέλαιον, καὶ πό-  
νοι, ἰχθύων ὑπορρεόντων. γίνεσθαι δὲ τὰ αὐτὰ ἢ διὰ δυσκοιήσεως.*

*At progrediente tempore effractæ ossa 7. 14. aut alijs diebus sui indicia produnt. Abscedit enim caro à suo osse, & os linefcit, dolores commouentur influyente sanie. Ac tum quidem ea difficilem locum cedunt auxilijs.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**A res experientia constat. Nam dum aliquid ossis fissum fractumve est, & non est manifestum, quòd contusum est aut contractum, paulatim putret & saniem facit. Ac corruptela quidem efficit, vt ea consuetudo, quæ carni est cum membranæ, & his cum osse, interfitis fibræ dissoluatur, ac iam non heret caro membranæ, nec hæc ossi, id quòd *ἀπόστασις τῆς ἄρκος ἀπὸ τῆς ὀφθαλμῶν* dicit. Atque insidens sanies ossa corrumpit, & membranacea neruosaque pungens dolorem mouet. Quo tempore difficilior curatio est, si quidem per futuras aut fissuras sanies in diploem vocatum & membranas influxit. Ac non abs re fuerit historiam adscribere, quæ huic loco maximè conueniat. Ea verò scripta ab Hippocrate quinto Epide. Antonomus ( inquit ) ex vulnere capitis mortuus 16. Is media ætate lapidè è manu vibrato percussus, qua parte medium synciput est, & sunt futuræ. Atque offensio quidem in futuris, quæ me deceperunt. Postea verò prodita iniuria est. Dolor enim vehementissimus primùm in clauiculas, deinde in latus, ex quo conuulsio vtriusque manus habuit. Erat enim vulnus in medio capite ac syncipite. Sectio è ferra adhibita: 15. prodit pus non multum. Membrana verò nodum putrefacta apparuit. Multa ergo ex ea historia colligas. Vis enim teli magnitudinem vulneris ostendit. Quòd ætate media, celerius exitium: medio syncipite, qua *ἀβελία* est. Ac in syncipite grauisimas esse iniurias multis de causis ex libro de capitis vulneribus intelligas, multò magis vbi futura illa coit cum coronali. Atque fallitur interdum, vbi futuras vitium habet. Idem scripsit eodem libro: postea verò sese prodere iniuria 7. 14. hoc loco annotauit. Addit autem ad ea signa, quæ

Epide.

produnt vitium, dolorem lateris & clauiculae, atque conuulsionem in vtramque partem. Nam ubi tantum altera pars capitis laesa est, tantum opposita conuellitur, ut famulae in Onulo dextra parte laesa sinistra manus conuulsa est. Haec autem clariora, si quis diligenter legerit librum de capitis vulneribus.

DESID. IACOTII COMMENT.

lib. de ca. uul.

Vbi os in capite fractum, quasi integrum esset, nec raditur, nec terebratur ante septimum, maxime vero tertio die, quem Hippocrates inter omnes eligendum esse vult, interdum quidem naturae beneficio, & quia fissura non ita profunda est, pus in cutem vergit, separatque hanc ab osse, quae mollitiae & fluctuatione, si ea parte digitos compresseris, se prodit: saepius vero sanie interiora putrefaciente grauisima symptomata progressu temporis infligit, ac tandem mortem affert, tamen si per initia nihil periculi subesse videretur. Primum enim inflammatur vlcus, & caro ab osse separatur: deinde vero ichor & sanies ex sanguinis extra venas effusi, vel osis fracti putredine in membranam cerebri stillat, aut in eam partem, qua ossa capitis inter se connectuntur, ex cuius putredine in parte principe semper febris excitatur calore extraneo per arterias cordi communicato: cui deinde superueniunt deliria, sopor, conuulsio, vel paralysis. Horum enim omnium symptomatum hanc esse causam Hippocrates Laconica breuitate docet, simulque curandi methodum explicat his verbis, ημ δὲ τὸ δόσεον ῥαγί, καὶ ῥωγμὴ ἐγγύθηται ἐπιπίνουρον ἴσως πρὸς αὐτὸς μὴ ἢ τὴν ῥωγμὴν ἢ δόσει ἰχθὺς ῥέω, καὶ μὴν ἰγὼ σίπη, ὡς εἰ γὰρ ἢ τὸν μὲν ἐσώω, ἢ ἐξώω δὲ, λυπέει, καὶ μάινεσθαι ποιεῖ τὸν αὐθροωπον. ὡς γὰρ ἢ ποιέω, ὡς ἐξώω ἢ τὸν ἰχθὺς, μὴ μόνον ἐσώω, ἀλλ' ἐξώω δὲ, καὶ φαρμάκωσι γρη῏ς, ὅσα ἐσὶ ἐκείνῃ τὸ ὑγρὸν ἐλκεσι, καὶ λείπει: quibus verbis monet, os fracti cranci seira incidere, & foramen dilatare, vt humores, quibus cerebri pellicula putrescit, effluere possint, & hos pharmacis attractoris eliciendos: quanquam haec remedia post septimum exorta febre & aliis symptomatis non semper respondent, partibus interioribus cerebri iam expugnatis. Eodem etiam loco primum symptoma, quod latentem, nec suo tempore scctam fracturam denunciat, febre esse vult, non quidem eam, quae a principioprehendit doloris causa & loci, qui inflammari incipit: sed quae post septimum aetate, & ante decimum quartum hyeme superuenit, quo tempore inflammatio cessare debuit. Atque hoc est, quod scribit hoc aphorismo, progrediente tempore effracta ossa septimo, vel decimo quarto sui indicia prodere. His enim diebus, qui inter criticos principatum tenent, natura solet humorum concoctionem, aut eorum, quae infecta sunt, excretionem aggredi. Quia tamen interdum celerius, interdum tardius, saepius vero intermediis diebus eiusmodi indicia sese proferunt, vt aetate quarto, nono, & vndecimo: hyeme septimo, nono, & post decimum quartum, idcirco addidit hanc exceptionem, τὰ δὲ καὶ ἕλωσ. Solet enim Hippocrates insignibus naturae mutationibus septimum & decimum quartum, dies vtrinque medios praestituere, quos tamen symptomata, quae diximus, anteuertunt, vel subsequuntur, prout vulnus grauius, aut leuius fuerit, vel tempus ad aetatem magis, aut hyemem inclinauerit. Ex quo etiam sequitur capite sauciatos, qui ex vulnere interituri sunt, hyeme diutius, quam aetate viuere: quoniam per hyemem, caloris natui, qui humores moderatur, & morbos sanat, robur augetur, humorumque ipsorum pigrior est motus: aetate vero idem ab ambiente dissoluitur, & humorum tum plenitudo ex fusione, tum celer motus ex tenuitate & acrimonia naturam vehementius irritant. Quae vero symptomata vi huius grauisimae febris, & putredinis intus saniei superueniant, postea explicat, eaque primum leuia videri innuit, mox incrementum, donec hominem e medio tollant, nisi quam citissime occurratur. Primum est τῆς ἰχθὺς ἀπόσει, ὡς ἢ δόσει, carnis ab osse discessio, calore natui, cuius dominatu omnia in naturali statu continentur, superato ab extraneo, & multa humiditate putri natui partium concretionem dissolvente. Sed & collisionis vehementia statim initio, aut putredine saniei intus cohibita: post initia saepe accidit, vt non solum caro proprie dicta, sed etiam membranae interiores, aut peculiare περικρανίου caluariae

lib. de ca. uul.

caluariae inuolucrum ab osse abscedat. Ob idque Hippocrates iubet diligenter cauendum esse, ne os a carne, quae minus recte curata sit, aliquo modo afficiatur, inflammatione videlicet & suppurato, vt cum vlcus fracturae iungitur, nec consilium ad vtrumque dirigitur. Cum vero membrana interior ad caluariam venis & arteriis quibusdam, maxime vero fibris & ligamentis per futuras in petricranium degenerantibus alligetur, tribus quoque modis ab osse discedit, vasorum, videlicet aut ligamentorum disrptione, sanie e purulento osse intro stillante, & sanguinis extra venulas disrptas effusi putredine. Primus modus fit subito & initio per vehementes ictus, sequiturque dolor tendens & grauis cum sopore, si veniculis soluta cerebrum opprimat: vlcerosus, si ipsa dilaceretur: punctorius si osculi alicuius fracti stimulo fodiatur, aut frigido tenuique flatu intercluso vellicetur. Secundus vero accidit progressu temporis, cum os ipsum purulentum reddatur, neglecta terebrandi occasione tertio die. Sanies enim, quae exitum non habet, super ipsam membranam confluit, vnde (inquit Hippocrates) diutius madens hebes fit, & attollitur in tumorem, quae cum accidunt, periculum est, ne putrescat. Idem iudicium de sanguinis extra venulas effusione. Nam suppressione & aetu putredinem concipiens inflammationem concitat & febrem diebus criticis, quos exposuimus, praestitum cum cerebrum opprimens impedimento fit, quominus libere moueri queat. Cum igitur vox τῆς σαρκὸς non solum Hippocrati partem illam mollem ac rubicundam, quae fibras musculorum complectitur, significet: sed etiam & propriam cuiusque visceris substantiam, quam Graeci παρέγχυμα vocant, & eam, quae viscerum fibris ac partibus membranaceis circumhaeret, instarque munimenti circumnascitur, totidem quoque modis interpretari licet τῆς σαρκὸς ἀπόσειν ἐπὶ δόσει. Huic magna perniciosorum symptomatum series necitur, febres acutae, deliria, vomitiones biliosae, conuulsionem & similia. Commune autem omnium indicium est osis ex contagione decoloratio. Nam siue caro demortua osi incumbat, siue os a sua membrana, vnde alimentum capit, diuellatur, siue purulentum sit, ipsum decolorari necesse est, praestitum cum omnibus modis afficiatur, quibus caro vexatur. Ob idque addit os luere post discessionem carnis. Nam cum suapte natura non plane album sit, sed quodammodo subrubrum, in collisione ad superficiem, quibusdam veluti punctis albis intermixtis geminum colorem variat & mutat. In fissura vero saniem eructante nigrum fit (ait Hippocrates) laeue existens, tandem subpallidum se ostendit, vel albidum. Liquata enim carne ac tabescente, qualem Hippocrates σαρκὸς καὶ μὴ δάσαν, καὶ σιπομελίω dicere solet, pars osis glutinosa & pinguis leuigatur: acri vero sanie exasperatur. His vero nigror accedit vel propter ingentem inflammationis calorem, vel propter sanguinem refrigeratum disrptis vasis, quibus alitur. Quod si purulentum sit, pallet & exalbescit sanguinis alentis penuria, & puris albi suffusione. Ex his omnibus tandem sequitur liuor calore innato ex toto deficiente, quo tempore malum insanabile est, quia vitiatum est in tota sua substantia, quod vitium Hippocrates σφάκελον vocat. In vniuersum ita corrumpitur os, vt ex modice albo palleat & liuescat: ex solido cariosum reddatur: ex perpolito exasperatur, totumque vlcus nimis inflammatum fiat δαρυνώδες, quia sanies cruda ac tenuis inde profluit, non secus, quam ab oculis lachrymae per vehementes inflammationes. Quod vero inflammatum est, tandem emoritur, & glutinosum redditur carne tabescente, & quasi in glutem versa. Id ubi euenerit, quia amplius alimentum non suscipitur carnem sale conditam vlcus representat & siccat, signo valde pernicioso. Addit postremo influente sanie dolores commoueri, τῶν πόνων νομινε vel nocumenta omnia intelligens & symptomata grauia, de quibus diximus, quomodo in illo aphorismo viurpatur, ἢ ἢ νοσημαλὶ ὑπὸ πόνων ποιεῖ, θανάσιμον: vel dolores proprie dictos, quales oriuntur ex inflammatione, quam influxus humorum concitat, aut in disrptione membranarum & ligamentorum eius: de quibus sic scribit Galenus, De capitis doloribus ex conspicua plaga obortis operae precium est nosse nos, eiusmodi affectionem nullam aliam, quam inflammationem esse, de qua scripsit Apollonius: quae non ex plaga solum aut casu: sed etiam

lib. de ca. uul.

lib. de fract.

1. Prog.

2. Aph. 2.

2. ἢ τὸ πόνος

etiā citra manifestā causam,iuxta omnes corporis partes propter humorū cōflūxionē fieri consuevit. Postea subiicit, si per cōmunionē pericranij, quā circa suturas habet cum dura menynge, etiam intra caluariam inflammatio ipsa distribuatur, non absque periculo eiusmodi capitis dolorem existere. Præterea contingere non parū sæpe in casu præsertim ex sublimi facto, vt quædam circa cerebrum, aut membranas eius abrumpantur. Quod vbi contingit, etiam amplius capitis dolorem inualescere, ipsamque affectionem totam ægrē curabilem reddi, & periculum ingens ac præceps imminere. Aducit autem hoc loco ἰχθῶρον ἀπορροήτων ad discrimen eius doloris, qui sub ictu, aut statim initio accidit, nondum concepta ossis putredine, nec oborta adhuc inflammatione. Is enim per se neque periculosus est admodum neque latentem fracturam detegit. Tandem verò rectè concludit, superuenientibus eiusmodi doloribus ex ichorum illapsu difficilem locum auxiliis relinqui. In libro tamen de vulneribus capitis, simulatque febris accedit, vel aliquod aliud signum ex iis, quæ dicta sunt, cunctandum esse non vult, quin os confestim ad membranam vsque terebretur, vel scalpro radatur. Etsi enim id tertio die factum oportuit, quosdam tamen hac ratione seruari: alioqui cerebrum in sphacelismum transire, cui malo remedium non est. Interdum quoque robore naturæ humores prauos in faciem & oculos transferri, vnde erysipelas oboriatur cum febre & graui horrore: quo etiam modo nonnulli, quamquam pauci, euaidunt dato medicamento, quod bilem moueat: modò error in visu nullus accedat: vlcus, quod ad carnem attinet, rectè habere videatur: & os, vlcerisque partes omnes rectè procedant excepto faciei tumore.

VIII.

Ὅσκι ἐπιπλοὸν ἐκπίπτει, ἀνάγκη ἀποσπῆσθαι.

*Quibus omentum excidit, necessario putrescit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**νάγκη dixit, non vt summo iure voce necessarii vtatur, sed quod rarissimè aliter euenit. Semper atque necessariò populari cōsuetudine dicimus. Nam celerrimè quidem reponi potest. Alioqui statim liuorem trahit: quod cum fit, cōtra profluua sanguinis sana pars funiculo præligatur: quod liuescit, excinditur. Excidit autem in profundis vulneribus ventris, cum quo & intestina sæpe foras prouunt. Liuescit aliena consuetudine externi spiritus, quomodo caro sua cute, intestina suo abdomine, membranæ cerebri suo osse, os sua carne & cute, cerebrum suis membranis, atque reliqua omnia consueto operculo nudata, & insueto aëri exposita facilè corrumpuntur. Tanta vis est mutatæ naturæ & distitudinis.

DESID. IACOTII COMMENT.

**E**πιπλοὸν, quod omentum Latini dicunt, sacculi modo extructum est, & instar circuli à dorsi medio sub ventriculi posteriori sede incipiens, per iccoris cauum ad fundum ventriculi (à cuius tertio inuolucro inibi pronascitur) ad lienis cauum, & hinc ad dorsi medium suo veluti initio defertur. Hinc verò sacculi instar deorsum protēsum, anteriori intestinorum sedi obuoluitur, innatāve, colum intestinum, qua ventriculo exporrigitur, mesenterij vice dorso committens. Eius vsus duplex est. Nam & vasitudo deferendis adaptatur, præcipuè quæ ad colum pertinent: & venis atque arteriis, quæ ex maximis ortum habēt, multaque pinguedine illis affusa constans ventriculi atque intestinorum calori fouendo auxiliatur. Ex eo loco interdum procidit in scrotum, vnde epiplocele: interdum verò per plagam excidit vulnerato abdomine & diuiso peritonæo, quod Hippocrates ἐπιπλοῦν dixit tum hoc loco, tum in Aphorismis: vt Galenus verò interpretatur nudari, & extra peritonæum prominere. Quod cum fit, necessarium esse vult

6. Aphor. 58.

vult Hippocrates, vt putrescat, nisi statim, antequam luorem contrahat, reponatur. Illud enim, ἀνάγκη, non ita inaudiendum est, quasi semper & necessariò corruptatur: sed quia ita vsu venire solet, vt si vbi minimo tempore nudetur, repositum putrescat. Proinde præcedendum illud omne est, quod iam reficcatur liuet, aut nigricat, antequam intra peritonæum digito, vel specillo recondatur, ne corruptio vicinas partes peruadat. In qua sectione periculum nullū esse, præterquam hæmorrhagiæ, Gale. docet in 6. methodo medendi, quod pars membranæ quidem sit, non tamen nervosa, nec absolutè ad vitā necessaria: proindeque neque cōuulsionem, neque mortem insequi. Vitari autem hæmorrhagiæ periculum, parte sana vinculo religata, vt filū per foramen vulneris propendat, donec sponte vulnere curato, vel antè excidat. Quāquam relinquitur iniuria, quod admodum opportunus sit frigori externo venter, vt Galeni historia ostendit. Corruptionis tam expedite causa est partis humiditas, & caloris natiui extinctio à frigore ambientis. In nulla enim parte interiore, quæ tegumento munita sit à natura, detectus calor ambientis vim sine noxa experiri potest, præsertim cum partes ipsæ corporis, quas ceteris frigidiores Medici dicunt, quouis aëre calidiores sint, etiam eo, qui in summo estu nos immodicè calefacit. Proinde hoc omento proprium nō est, vt aëri expositum alienetur, sed omnibus partibus interioribus cōmune, vt caluariæ, membranæ cerebri, intestinis, pulmōni, omnibus denique, quæ externo & insueto spiritu circundantur, nisi quod omento tantò id celerius & facilius accidit, quantum humidius est. Ob eam etiā causam in fracturis ossis capitis Hippocra. vetat per initia excidere, aut terebrare totum os ad membranā vsque, sed aliquam ossis testam relinquendam, tum ne membrana cerebri violetur, tum ne diutius sine ossis tegumento relicta intumescat, & putreat, quod inueterata iam fractura minus perimescendum est. Intestina quoque diutius in ambientem exposita liuescunt, nigricant, sensu priuantur, vbi incurabile malum, ait Celsus. Diutius autem dixi, quod diu etiam perfrigerata ad pristinum statum reuerti queant post cicatricem obductam vulnere, quod de omento dici non potest.

6. Aphor. 58. & 6. meth.

IX.

ἢ ἕτερον διακοπή τῶν λεπιδῶν, & σωφύεται.

*Si quid tenuium intestinorum vulnere discissum fuerit, non coalescit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Δ**ιακοπή magnum profundūque vulnus intelligit τῶν λεπιδῶν διακοπή. Orbanus addit, cum aliquid è parte vulnerata excisum est, adempta parte multum iam disidentibus labris vulneris. Ac reuera vtrūque genus διακοπή dicitur. Tenuis intestinum neruaceum est, hoc est membranaceum. Et quomodo scribit Aristoteles, vbiunque cutis sine carne est, vulnerata non coit in gena, bucca, præputio, palpebra. Eadem Hippocrates in Aphorism. Nam vt vulneratum coeat, necesse est aliquid simile ei, quod deperditum est, regenerari. Caro facilè regeneratur. Seminales partes albæ, exangues, quale corpus est tenuis intestini, nihil habent, vnde regenerentur. Itaque neque cerebri corpus, neque os, neque vesica, nec aliud genus neruosi generis, hoc est, excarnis alibi que corporis generari potest.

DESID. IACOTII COMMENT.

**V**ulnera omnia insanabilia sunt, & vel mortem afferunt, vel abeunt in fistulosum signum, quæ nec vniri possunt vnione, scilicet naturali, qua partes diuise fiunt vnum sub vna forma: nec interuentu alterius substantiæ, tantquam vinculo connecti. Illud συμφύεται Hippocrati dicitur, quia fit ἐνωσις, vulgò vniri & coalescere prima intentione: hoc verò πωρῆσθαι, id est, vt Celsus

NNN



interpretatur,conferuere,consolidari,vel ferruminari: vulgò secunda intentio-  
 ne, & interuentu pori sarcoidis agglutinari. Vtrunque opus naturæ esse nemo  
 negat, cuius minister medicus ea tantum, quæ impedimento sunt, remouet,  
 exsiccat, abluir, & abstergit. Ad naturæ autem actionem omnino eliciendam  
 tria sunt necessaria: materia parata, quæ est proprium cuiusque partis alimen-  
 tum, vt sanguis variè præparatus pro varia natura partis alendæ:agens validum,  
 calor videlicet natiuus solidarum partium, qui trahit, alterat, agglutinat, afsi-  
 milat, & vnit: aptè denique admotum, vt si nihil intercedat, & facilè calor se-  
 se per omnes partes æqualiter infinet. Ex quibus intelligitur totidem quoque  
 modis huius coalitus opus impediri posse. Primum defectu materiæ, vt si non  
 suppediatur sanguis, aut suppediatur quidem: verum idoneus non est ad for-  
 mæ susceptionem, nec proportionem habet respondentem parti solidæ trans-  
 mutanti. Deinde agentis ratione, id est, vel facultatis, quæ certum augetendi  
 terminum,certumque commensum iam imposuit: vel instrumenti, coloris vi-  
 delicet insiti, qui paucus est, aut à temperamento proprio alienatus, aut extra-  
 neus. Postremò interuentu materiæ alienæ, vt puris, quod partium dispartiarum  
 applicationem & contactum impedit: aut defectu meatuum, per quos mate-  
 ria idonea intromittatur, mutetur, & vniatur. Ex quibus cum multa alia collig-  
 git Galenus, tum verò illud ad hunc locum maximè pertinens, sex in vniuersum  
 particularis causas esse, cur quædam vulnera difficulter, alia nullo modo  
 sanari queant. Prima est partium vulneratarum siccitas, densitas, vel durities,  
 propter quam scribit ossa prima intentione coalescere non posse, nisi fortasse in  
 pueris, in quibus molliora sunt, & agentis robore præstant ob propinquitatem  
 suæ natiuitatis: consolidari tamen pori interuentu. In quo temerè à quibusdam  
 reprehenditur. Nam si, vt rectè positum videtur, vnio fieri non potest, nisi per  
 intromissionem, perfectam alterationem, & naturalem agglutinationem succi  
 alimentarij, manifestum est siccitas partes & duras, quæ diuisæ sunt, atque inui-  
 cem distant, præterquam quòd non habent succi copiam, nec commodos meatus,  
 multa interpollatione substantiam idoneam colligere, alterare, afsimilare, &  
 vnire, quibus agens in corpore ossis frigido, duro, & morbofo sufficere nun-  
 quam potest, *διὰ τὸ πλεονεχθῆναι μεταβολῶν*, vt scribit Aristoteles. Nec verò so-  
 lum hic coalitus in duris partibus operosus est ac difficilis, sed etiam interdum  
*ἀδύνατον*. Cum enim ad vnionem naturalem non solum requiratur *προφῆ*,  
 sed etiam *μορφῆ* ( vt ex definitione vnionis patet, quæ non est, vt volunt, re-  
 ditus ad vnum, cum id etiam vnioni mathematicæ conueniat, sed continuitatis  
 in diuisis restitutio sub vna forma ) ossis interiorem formam nequaquam ex-  
 tendere se constat supra id, quod ex alimento superfluum apponitur tantum se-  
 cundum quantitatem, quam localem philosophi vocat, quòdque proportionem  
 nõ habet facultati vniuenti: os enim durissimum intra se partes peregrinas & cras-  
 sas recipere non potest, quæ postea fiant propriæ: quod tamen in ossibus puerorũ  
 per harmoniã coeuntium propter mollitiem & facultatis robur fieri Gale. conce-  
 dit, vt & in venis, arteriis ac nervis, quæ mediã sortiuntur naturam inter carnem  
 & ossa, modò ne sectio magna sit, nec in corpore admodum duro. In osse ergo  
 duro & fracto, vel aliter vulnerato, quod ex proprio, crasso ac terreo alimento  
 redundat, in labris quidem fracturæ hærens concrefcit, & suo interuentu partes  
 dispartas glutinat: os tamen neque esse potest, neque ita appellatur ab Hippocrate,  
 sed porus: neque, quod aiunt, ex carne anticipante regenerationẽ deperditæ sub-  
 stantiæ constat. Falsum enim est porum esse carnem, tametsi caro circumpo-  
 sita multum iuuet pori generationem, vulneris extrema applicando, firmando,  
 & suo calore exsiccando: interdum etiam penitus abscissæ partis loco accrescat,  
 vt partibus vesicæ discissis. Quòd verò dentes augeri dicunt cimento vero,  
 quia caro non adest, ea ratio non est: sed quia partes omnes feminales tandiu  
 ita augentur, quandiu densari possunt, & materiam feminalem intra se recipere,  
 quam postea sibi vniant. Secunda causa difficultatis huius vnionis naturalis est  
 carnis paucitas, & tenuitas diuisæ partis, vt membranæ neruosa, ad quam  
 paucus

2. de generat.

5. metho. lib. artis med.

paucus sanguis peruenit, quia multus ad oras tenuis membranæ descendere non  
 potest: & calor infirmus in subiecto frigido ac tenui non sufficit veræ vnioni  
 peragenda. Quia ratione Hippocr. scribit vesicam & tenue intestinum aut diffi-  
 culter, & in parte carnosa, vel superficialia tantum coalescere, aut nunquam vt in  
 magna diuisione eius partis, quæ est *νεύρα δ' ἡσυχύ λεπτῆ, ἢ ἀσπυμῶν*, ait Gale. Qua-  
 tuor reliquæ causæ difficultatis huius vnionis pertinent ad agens non aptè ad-  
 motum. Aut enim vulneris labra aptè admoueri nequeunt: aut pars ipsa in con-  
 tinuo motu est: aut in profundo sita, meatus idoneos expurgando puri, vel ad-  
 mittendis medicamentis non habens: aut officio aliquo reliquis præstat, quo diu  
 vita carere non potest. Primo modo præter eum, quem iam exposuimus, intesti-  
 norum tenuium *διακοπή*, id est, *ἢ μεγάλη πρόσσις καὶ μέχρι βάθος* magna discis-  
 sio vsque ad finem perueniens non curatur, quòd vulneris labra plurimum à se  
 inuicem distantia arctè applicari nequeant. Quòd verò cõtinaua partis diuisæ mo-  
 tio eandem laborum adiunctionem impediatur, perspicuum est in vicibus septi  
 ac pulmonis, quæ rarè admodum curantur. Propter situm quoque partiũ qua-  
 rundam vel commodè medicamenta admoueri nequeunt: vel quod alienum in-  
 tercedit, exitum non habet, vt quæ ita conformata sunt, vt effluxus sensibiles,  
 atque ad alium locum foraminibus patentes à natura non obtinuerunt. In qui-  
 bus numeratur thorax, cuius vlcera sola tussi expurgari possunt: tussis verò mo-  
 tu & compressione eadem amplificat. Postrema occasio vel partis insignis nobi-  
 litas est, cuius diuisio prius exhaurit spiritus, quàm vulnus vniri queat, vt cordis  
 & cerebri: vel præstantia aliqua ad vitam necessaria, vt cum pars lesa magnitudi-  
 nem multitudinẽque vasorũ continet, aut cum nobilibus partibus vicinitatem  
 habet. Ex quibus manifestum est, pluribus de causis ieiunum intestinum altè, vel  
 orbiculatim ac transversim vulneratum vnionem naturalem, quã *σύνφυσις* vo-  
 cat, non admittere: quas breuiter Gale. cõplexus est, vbi hoc modo scribit, Crassa  
 quidem, inquit, intestina facilia sunt sanatu. E contrariò difficilia, quæ tenuia. Ieiunum  
 tamen omnino incurabile est, tum propter magnitudinem, multitudinẽque  
 vasorũ: tum quòd tunica ipsius prætennis sit ac neruosa. Adde quòd tum bilem  
 synceram hoc intestinum recipit vniuersam, tum omnium maximè iocinori est  
 vicinum. Ventriculi verò quæ carnosæ partes infernæ sunt, curare cum fiducia  
 tentabis. Nam fieri potest etiã, vt bene cedat, non solum quòd hæc crassiores sint,  
 sed etiam quòd sanantia medicamenta facilè hoc loco ipsius subsistant. In Apho-  
 rif. verò imprimis hunc coalitũ impediti vult propter difficultatem in adhiben-  
 dis remedijs: atque hunc Aphorismum verum tantum esse, cum vulnus valde  
 magnum est, quia vulnerata tenuia intestina parte superiore, vbi carnosum quid  
 habent, vt plurimum sanantur: vulnere verò ad fundum & cavitatẽ penetrante,  
 minimè, præsertim vbi transversim secta sunt. Quamquam practici, quòd rem  
 confici posse non diffidant, ea etiam, vt crassa, consui iubent, præsertim cum fre-  
 quentius ferè, quàm crassa, secto peritonæo procident, nec aliam curandi ratio-  
 nem admittant. Cæterum cõmunes ieiunũ intestini & ventriculi, vulnerati no-  
 tas ita exponit Celsus. Nam cibus & potio, ait libro 5. per vulnus exeunt, præ-  
 cordia indurefcunt, nonnunquam bilis per os redditur. Intestino tantum sedes  
 inferior est. Cætera intestina ista vel steruus, vel odorem eius exhibent.

5. metho. 9

5. de loc. 2

6. metho.

*Νεύρα διακοπῆν, ἢ γνάφον ἢ λεπτόν, ἢ ἀσπυμῶν, & ὀμφαλίαν.*

*Nervus dissectus aut gena pars tenuis, vel præputium non coalescit.*

*Σύνφυσις* dicitur *ἢ διασπῶν χαλεπῶν ἐνώσιον καὶ κόλλησιον*, vnionem atque  
 conglutinationem disidentium laborum vulneris. Inde *σύνφυτικὰ κόλλη-  
 NNN*



tritione, quia ipsis vnitur naturaliter transmutatum alimentum. Quinetiam vidimus os orbiculatim fractum circa futuras capitis, quod separari propter ligamenta duræ membranæ non potuit, agglutinatum interuentu pori, licet nullam cum circumposito offe continuationem habere videretur. Tertius est augetur modus, quo omnibus dimensionibus quantitas apponitur, & noua magnitudo in toto acquiritur. Veram accretionem, aut crementum verum Philosophi vocant, in quo tria concurrunt: naturæ videlicet actio, quæ alimentum trahit, transmutat, & vnitur pars, quæ additur, recens generata, vt caro: & per huius partis adiunctionem secundum omnem partem, ipsiusque corporis naturalis dimensionem extensio, quæ post tricesimum annum cessat. Hanc in abscisso offe & cartilagine fieri Hippocrates negat, quoniam magnitudine diminuta nunquam possunt omnes dimensiones recipi, quot à natura debentur: exempli causa, in pueris mollioribus abscissa ossis alicuius extrema parte, quæ reliqua est, quando alicui, densari quidem potest: ablata verò nunquam per additionem nouæ substantiæ restituetur, quæ natura & forma eadem sit cum priore deperdita: multò minus in senibus, in quibus ossium etiam sanorum cessat verum incrementum. Quoniam verò pars, quæ additur, generatur, idcirco illius habita ratione Galen. regenerationem vocat. Non enim vera accretio sine generatione fieri potest, cum eius materiæ, quæ accedit, verbi gratia sanguinis, forma abolita post multas alterationes introducatur forma partis, quæ alitur & augetur. Non tamen accretio generatio est, quia accretio non est partis additæ, quæ nõ præexistebat, vt augetur, sed eius, quæ præexistens adiunctionem portionis aduentitiæ recipit. Ob idque vtrumque & verum est, & proprie atque accuratè dictum, nimirum, Ossa dissecta & cartilagine non augeti, quod Hippocrates scribit: & Quod deest in cavitae vulneris ossium atque cartilagine non regenerari, vt Galenus loquitur: nec ea distinctio, quam à quibusdam afferri diximus, recipienda est: cum Hippocrates partem præexistentem consideret: Galenus verò eam, quæ addenda est. Cur verò illa diminuta magnitudine non augetur: aut hæc, quod idem valet, non regeneretur, causam ad materiæ seminalis defectum: alij ad facultatis informatricis corruptionem aut cessationem referunt, quorum neutrum probabile videtur. Nam & sperma quotidie, sanguisque seminalis gignitur, & facultas non solum carnes ac dentes reparat, sed etiam ipsis apponit figuram ad pristinæ figuræ commensuram atque proportionem. Quocirca cum ad generationem ossis multæ causæ concurrant, imprimis verò subiectum productile, materia seminalis, agens validum, & finis, factus est ad earum omnium naturam id referre, quia proportione non habent respondentem facultati transmutanti. Primum enim in subiecto offe durities repugnat productioni. Nam si propter duritiem ossa non admittunt vnionem naturalem: quanto minus veram deperdita substantia accretionem multò difficilior, quæ & generatione nouæ substantiæ, & præexistentis productione absoluitur? Materia verò seminalis vel desit, vt in senibus: vel ad susceptionem formæ ossis apta non est, qualis erat ex semine & menstruo. Quod si quis aliquam adhuc suppetere, & proportionem habere contendat, quæ respondeat facultati conformanti, eò quod dentes regenerantur, finis tamen abest, qui est expletio figuræ & mensuræ certæ. Expleta enim conformatione in utero, & mensura post tricesimum annum, nullus erit finis ad conformandum, vel augendum, tamen si portio aliqua abscissa sit: quia natura non appetit infinitum. Appeteret autem, si quod semel auctum est & conformatum, semper augetur, & conformaret. Carnis autem longè alia ratio est. Nam cum ipsam natura muniendis, fouendis, & alendis partibus solidioribus adaptauerit, de eius regeneratione maxime sollicita est, nec circumscriptionem tam exactè definitam habet, quam ossa: præsertim cum ipsam magna ex parte à partibus mutuetur, quibus adnascitur. Præterea etiam si in regenerando offe illa omnia conuenirent, subiectum productile, materia seminalis, & finis, agens tamen validum non est. Vt enim sufficiat alendo ossi, non tamen sufficere potest alteri regenerando, præsertim cum ex vulnere malè affectum imponere nequeat alimento ossis figuram & duritiem naturalem ad os perficiendum.

Aliud

Aliud enim est vnire & assimilare: aliud verò generare & conformare. Idem iudicium de cartilaginibus, quæ post ossa durissimæ aridissimæque totius corporis partes existunt, & ætatis decursu quandoque in os degenerant. Quod verò caro regenerari facile possit, ex contrariis causis perspicuum est. Cum enim nihil aliud sit, quam sanguis mediocriter siccatus & densatus, subiectum productile est: materia idonea semper in promptu: agens validum: finis toto vitæ curriculo idem. Cum enim necessarium fuerit, vt continuè muniret, atque aleret cæteras partes, quæ corpori, tanquam stabilitatis firmamenta, à natura constitutæ sunt, sanguis, qui à carnosissimis partibus alimenti causa trahitur, ad vulneris superficiem continenter affusus, minimo negotio transmutatur à contiguis, atque vnitur: cuius appositione sensim producitur caro mollior ad partes disscissas, & supra cutim vsque, vbi calli modo duratur cutis vice. Quod etiam fit, vt vulnera ossium & cartilagineum, è quibus portio aliqua similis ablata est, caua semper maneant: carnosorum partium minimè, nisi Chirurgi erratum sit.

## XII.

Ἐπὶ τρώματι ἀσασμὸς ἐπιγινώσκῃσιν, καὶ κλονί.

Convulsio ex vulnere mala.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Ⓞ Ανασμιόν dicit, non κλονί in Aphorismis. Alij rursus ἐπὶ τρώματι legunt, vt de vulnere in carne dicatur. τρώμα verò de vulnere in dici volunt nullo vsu veterum. Orbasius de vulnere in parte principe, hepate, cerebro, & aliis id genus τρώμα interpretatur. Ac vulnus interpretari communiter melius est, eaque ratione, quam prius ex Hippocrate & Galeno exposuimus. Itaque à vulnere sequitur ἀσασμὸς, quæ ἀσμιόν ἰσχυρὰ aliter appellatur, largum sanguinis effluuium, ex quo interdum inflammatio, quæ si serpat in neruos, tum fit convulsione lethalis, hoc est, quæ vt plurimum mortem accersit. Alioqui hæmorrhagia rarè convulsionem gignit. Fit aliquando, vt neruus fuerit vulneratus, à vulnere dolor & inflammatio, vnde convulsio. Fieri potest, vt non satis libero exitu sanies dolor accedat, & convulsio, vt in punctis neruis non satis aperta via, qua sanies effluat, & remedia immittantur. Atque hæc omnia posita siquidem convulsionem gignunt, lethalia: quomodo si nudatus neruus violatur frigore, si acta medicamenta, qualia, quæ euphorbium capiunt, neruum attigerint ἐπιγινώσκῃσιν proprie dictum, quia malum malo non cessanti superueniat.

DESID. IACOTII COMMENT.

Tamen si nulla pars absque neruorum affectu verè cõuelli possit, non eodem tamen modo, neque eadem de causa omnibus partibus vulneratis convulsio superuenit: & vbi superuenerit, semper quidem mala est, vt hoc loco scribitur, non tamen semper lethalis, quod in Aphorismis affirmatur. Proinde ad curationis rectam methodum inueniendam, & prælagij certitudinem convulsionum species ita distinguemus, vt in quibusdam musculi ac nerui causam cõuellentem intra se contineant, inanitionem videlicet, aut repletionem: in alijs verò noxia aliqua causa neruum contrahat, aut neruum, vel cerebrum per neruum offendens excitet vim animalem ad convulsiuos motus, quibus propulsare iniuriam nititur. Huius iterum multæ sunt causæ, vt os luxatum, vel fractum musculos tendens, insignis refrigeratio, vel hæmorrhagia, puris vel vapor, vel noxia qualitas, inter appositos & æquales musculos alterius resolutio, & materiæ ex loco vulnerato in caput translatio: de quibus omnibus ordine dicendum. Primum ergo convulsionis genus accidere potissimum solet neruosis partibus vulneratis, nimirum vel neruis ipsis ex cerebro, aut medulla dorsali: vel membranis cerebri: vel ligamentis: vel etiam musculis, non quidem breuib. illis, qui vnuerfo progressu carnei per-

NNN 4

5. Aphor. 66.

12. Meth.

12. Meth.

5. Aphor. 2.

2. de fract. 23.

5. Aphor. 2.

manent, nec in nullam notatu dignam eneruationem degenerant, sed longioribus, qui in tendinem desinunt, vt circa iuncturas, quos Galen. neruosos vocat. In horum enim principium atque originem nerui insignes inferuntur: ad finem vero qua parte mouenda parti alligantur, ex fibrarum citra carnis interuentum coalitu, aut vt vult Galenus, ex neruo ac ligamento tendines habent, in quibus vulnera non minus praua sunt, quam in neruis ipsis, tamen si propter obtusorem sensum minus conuulsionem accerfant. In harum ergo partium vulneribus conuulsio ferè ex plenitudine est. Interdum tamen, licet multò rarius, ex immoderata siccitate, quæ vel ad incendium febrile, vel ad plures & immodicas euacuationes consequitur. Hanc perpetuò lethalem esse Galenus docet, modò febris occasione contracta sit, aut exitiali phrenitidi superueniat, tum quòd solidorum corporum humidum primigenium instaurari non possit: tum quòd vires omnino prostratæ sint. Proinde eodem loco testatur se ex his, qui ita conuulsi essent, sanatum vidisse neminem, nec à quoquam curatum vllum audiuisse. Ea verò, quam plenitudo concitat ex humoris affluentis, vel suppressi copia, omnim frequentissima est, vt huius tantum Galenus mentionem faciat in commentario ad hunc locum. Accidit autem ferè in punctura neruorum ac tendinum, in qua occluso foramine, & aucto intus dolore, copia humoris, quam dolor allicit, cohibita neruum inflammata ac replet: ferèque semper lethalis est, licet non necessariò. Eam enim subinde percurari posse idem Galenus auctor est in Methodo: & in Aphorismis *θωρασιμον* (quod hinc *νευρον* dixit Hippocrates) periculosum interpretatur, quasi sæpe, non semper, morte terminandum. Hippocrates verò omnium bonorum auctor distinctionem etiam exposuit, quæ intelligeremus ipsam certò lethalem esse *ἢ ἐπιγυγιεσι* videlicet, vt in osse calcis vitiato: Febres (inquit) peracutæ eueniunt, tremulæ, singultuosæ, mentem attentantes, paucorumque dierum, & perimentes. Causa est neruorū, vel tendinū sensus exquisitus & cū superioribus partibus continuatio, quæ noxam excipere necesse est, vbi inflammatione neruosæ partes tētantur vel primariò, vel per consensum cum osse subiecto & proximo. Ponamus enim exempli causa, calcem corrumpi ex plaga. Eius quidem vitium nullam superiorum partium afficiet, nisi ad partes, quæ ipsum cingunt, ipsique alligantur, perueniat. Chorda ergo, quæ calci innectitur, vbi inflammationem senserit, primū quidem musculos posterioris partis cruris, quæ carnosa prominēt, propter consortium afficiet, cum ab ipsis oriatur: deinde iis musculis affectis, nerui, qui per eos distribuuntur, promptè lædentur, quemadmodum & arteriæ, per quas cor noxam sentit, sicut per neruos cerebrum. Quoniam igitur cor innati caloris fons est, cerebrum verò per se rationis domicilium habet, & per musculos partes mouet voluntario motu, consequens est, vt propter cor febris: propter cerebrum, deliria: propter musculos, tremor, neruorumque distentio: propter stomachum, qui plurimū neruosus est, singultus oriantur. Quæ omnia vbi simul in perniciem ægri conspirauerint, ad extremā ventum esse dubitari non potest. Magnum enim esse oportet vitium, cui partes omnes principes consentire videmus. Febrem verò acutam valde lethalem esse constat, in qua tria hæc conueniunt, inflammatio interior: *ἐπιγυγιεσι*, causæ videlicet morbificæ productio: & *μέλασισις* ad superiores atque nobiles partes, cum vel vnicū ex his mortis causa esse soleat in acutis. His tamen lethalibus signis Galenus addit totius corporis conuulsionem. Primum enim (inquit) conuelli videntur, quæ ex directo partibus respondent inflammatione laborantibus: deinde vbi ipsum etiam principium præhenderit inflammatio, in totum corpus conuulsio extenditur. Sic ergo iudicandum est de conuulsionibus, in quibus partes neruosæ conuellentem causam intra se continent. Sequitur tertia species superiori proxima, eique ferè iuncta, quando videlicet neruus vel musculus contrahitur à causa externa, vt ab osse fracto, vel luxato. Quia enim membrum redditur breuius, cum fractum, vel luxatum os loco exciderit, eidem in suum locum reposito sua longitudo restituitur. In quo casu coguntur musculi vnà cum toto membro distendi, quod sine conuulsione fieri non potest, præsertim si iam musculus ob dolorem inflammatione obsessus fuerint. Cùm enim singulorum

lorum musculorum propria actio contractione versus suum principium perficiatur: eaque quando inuitis nobis acciderit, conuulsio sit, sub illa repositione duabus de causis membrum conuelli necesse est, nimirum propter plenitudinem ex inflammatione, & propter distentionem, cum ad pristinam longitudinem musculi reuertunt. De hac conuulsionis specie ita statuit Hippocrates, vt repositionem aggredi oporteat eodem fracturæ, aut luxationis die, vel saltem sequenti, non autem tertio, multò minus quarto, aut quinto: quoniam (inquit) his diebus siue os restituas, siue restituere conatus, voti compos non sis, inflammatio superueniet, quæ tum leniri debuit, cum illis diebus maxime vigere soleat. Quinetiam multò magis conuulsio excitabitur, si os restituaatur: quam si restitui nequeat. Tandem subiicit in angusto spem esse, si reposito osse neruorum distentio superueniat: ac præstare, vt iterum expellatur, si potest citra molestiam fieri, quòd us, quæ iustò laxiora sunt, neruorum distentio, aut rigor nequaquam supernascatur: sed iis, quæ ultra debitum intenduntur. Quarta conuulsionis differentia in vulneribus oritur propter insignem refrigerationem, quæ vel immoderatam hæmorrhagiam, vel medicamentorum frigidorum præposterum vsum consequi solet. Vulneratis enim musculis, & magnis venis diuisis (quas *αἰμαρῆδες φλέβας* Hippoc. appellat) si immodicè profluat sanguis, propter refrigerationem potius, quam propter inanitionem corpus interdum conuellitur: quia in conuulsione, quæ ad superfluentem euacuationem sequi consuevit, nerui potius, quam vasa exhauriri debent. De qua Hippocrates, Quibus (inquit) è naribus copiosa, violenta, & multa fluunt, ad conuulsiones interdum deducuntur: venæ autem sectio soluit. Et paulò ante, An & osium, quæ in temporibus sita sunt, pertusiones disunctionesque conuulsionem accerfant: vel temulentum fauciari, vel sanguinem valenter erumpere in principis, an hoc facit conuulsionem? Quibus locis Galenus admonet conuulsionem quidem à repletionem fieri, aut inanitionem, non tamen quarumlibet partium corporis, sed neruorum tantum. Ideoque fieri, vt nerui ex sanguinis eruptione haudquaquam contrahantur, nisi refrigerentur, vel assidentium incuria, vel præpostera diligentia in comescendo sanguine per refrigerantia medicamenta. Eodem tamen libro huius conuulsionis causam etiam refert ad inanitionem, quia immoderata sanguinis profusio non solum vasa, sed etiam neruos per fugam vacui exhaurit. Nos (inquit) sæpius vidimus in hæmorrhagiis eiusmodi conuulsos aliquos non solum ob exuberantem purgationem, quam *ὑπερκίνησις* vocant sed etiam propter refrigerationem, si medici caput refrigerauerint, dum sanguinis profusione cohibere volunt. Idem iudicium de partibus, quæ circa neruos fauciatæ frigori exponuntur, aut alia ratione perfrigerantur, vt per admota frigida, siue actu talia sint, & vt Galenus loquitur, *τῆ πρὸς τὴν ἀφλὴν ποιοῦσιν προσφάτω*: siue *τῆ συμφορῶν δυνάμει*. Etenim vtrumque neruis à natura insitum est, vt & facile perfrigescant, cum suapte natura frigidi sint, atque exanguis: & vbi patiuntur, in conuulsionem incurrant. Ob idque ab Hippocrate scriptum est, *ἄνυχθ' ἢ τοῖσι τοῖσποισι σπασμὸν ἐπικαλέουτα*. Hoc conuulsionis genus necessariò lethale non esse Galenus docet. Nam temerè (inquit) conuulsio, vel ex repletionem neruosarum partium incidit (qua ratione eos, quos magna phlegmone premit, adortur) vel ex mordente & tenui humore, qui neruosa corpora rodit, vel ex ingenti frigore, quod tale quidpiam, quale gelu efficit. Atque hæ tres conuulsiones subinde percurantur. Sed quæ ex partium neruosarum siccitate prouenit, insanabilis est. Ex quo etiam loco intelligitur quintam differentiam curari etiam posse, quam diximus oriri, cum puris suppressi vel vapor, vel acrimonia, vel medicamenti admoti noxia qualitas neruum, aut cerebrum per neruum offendens, conuulsiuos morus excitat, qui recluso vulneris foramine, & exitu saniei dato, aut exsiccante & dolorem leniente medicamento admoto facile conquiescunt. Sextam autem speciem, in qua ex duobus musculis æqualibus vno resoluto alter contrahitur, *ἢ τὴν ἀδελφίαν*, interdum lethalem esse, vt musculis temporum vulneratis: interdum verò sanabilem, vt in spasmo canino copiosè exposuimus antea, nec repetitione est opus. Superest postrema omnium ferè difficilissima, &

3. de fract. 40

3. Prorrh. 29. & 52. 5. Aph. 56.

3. Prorrh. 52.

4. de art. 21.

Ibidem.

12. Method.

5. Aph. 65, 66

ma, & maximè lethalis post primam, quam humorum μελαςσις à loco fauciato in caput accersit in magnis & prauis vulneribus, vt principij & finis musculorum neruorum, quamque Hippocrates ex tumoris absentia ac repentina occultatione sine causa manifesta pramonstrari docuit. Si magnis (inquit) vulneribus & prauis tumor non appareat, ingens malum. Et, quibus simul cum vlcerebus tumores conspiciunt, ij non admodum conuellantur, nec insaniunt. Quibus verò repente euauerint, siquidem postica parte factum sit, conuulsiones & tetani accidunt: si verò à fronte, insania, lateris dolor acutus, empyema, & dysenteria, si rubicundi fuerint tumores.

XII I.

Επί τρώμελι χολής έμελος επιγονόμοσ, κριόν. κχί μάλιτα επί τοίσι κεφαλιούσι.

*A vulnere bilis vomitio mala, maximè in capite.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

7. Epid.

Arum hoc est nisi in capite, vbi vel magna concussione, vel membranis laxis id accidit. Scribit Hippocrates idem contigisse Aristippo sagitta percussio superiore ventre. Vomuit enim biliosa, ventre doluit vehementer, septimo obiit. Vidi cui transfossus venter totus, vt vulnus in colum, renem & spinam penetraret cum multa quidem saluatione siue bilis vomitione intra horas 12. obiit. Id autem magnis vulneribus capitis & profundis familiare est. Propterea addit κχί μάλιτα επί τοίσι κεφαλιούσι.

DESID. IACOTII COMMENT.

6. Aphor. 50.

1. Proorrh. 17.

2. de artic.

Qvòd vomitio biliosa superuenire soleat maximè & frequentissimè cerebro fauciato, aut dura ipsius membrana diuulsa tum initio propter dolorem, tum post initia propter inflammationem ac febrem, dictum est antea, & Hippocrates sapius repetit, vt in Aphorismis, Quibus diuisum est cerebrum, his febrem & biliosum vomitum superuenire est necesse. In causa est mutuus ventriculi & cerebri consensus cum ob alias causas, tum verò maximè propter neruorum à cerebro ad os ventriculi descendentium insignem magnitudinem, per quos etiam sensus huic parti magis, quam vlli alteri in toto corpore contentæ exquisitus est: idque non solum biliosa vomitio ex vulnere cerebri, sed etiam deliria ex bile ostendunt. Tamen si autem illa communio ventriculi cum cerebro omnium maxima censetur, non modicam tamen etiam esse cum ceteris partibus præsertim neruosis ex eo perspicuum est, quòd vbi ipsius orificium vellicatur, aut aliter afficitur, corporis molesta iactatio, anxietas, extimarum partium refrigeratio, conuulsiones crebræ, syncope, guttæ quædam frigida, pulsus in summo gradu parui, & alia eiusdem generis symptomata superueniunt. Quinetiam in doloribus, mœrore, biliosiore temperamento, & cibi abstinentia, excrementa, quæ substantia tenui constant, qualis est humor biliosus, vnaque cum eo, quicquid est ferofi excrementi, in ventriculum præsertim imbecillitate laborantem confluere solent, quæ κερδιουμόν, singultum, vomitionem biliosam; aut ea quæ diximus, infligunt. Ob idque Hippocrates in vniuersum scribit hoc loco, à vulnere vomitionem biliosam prauam esse, quacunque parte acceptum sit, licet in vulneribus capitis ea & frequentior sit, & perniciosior. Id autem duobus modis euenit. Vno quidem per continuam synceræ bilis generationem à febre acuta, & phlegmones partis vulneratæ symptomata. Altero verò propter fauciatum loci alienationem, quæ tanta est, vt per neruos ad cerebrum perueniat, & inde ori ventriculi communicetur. Priorem explicat Hippocrates hypothesi musculorum temporalium (idem enim de ceteris, qui maximè neruosi sunt, iudicium, licet κερταφίτου propter exiguum interuallum celerius noxâ cerebro impertiant.) His enim tensis præter modum, aut

aut phlegmone obfessis aluus, inquit, bilem puram atque exiguam reddit, ac si euomant, vomitio pura est: nimirum quia per hos affectus non necessariò bilis vomitione redditur: sed si vi aduerti mali ægros vomere cõtingat, bilis propter morbi malignitatē reicietur: haud secus atque si quis acri dolore (quem ne leuissimum quidem ventriculi os sustinet) aut mœrore quodam, quasi morfu, cum imbecillitate ventriculi conficiatur: aut animo deficiat, quo tempore quæcunque tenuia sunt & superfluunt, in ventrem feruntur. Hanc autem bilem continenter generat febris acuta, quæ non solum sanguinem adurit, sed etiam adipem, & carnem recens concretam liquefacit. Huic enim proprium est, vt ea, quæ colliquefacta sunt, in aluum atque intestina confluant, quoties neruosa partes afficiuntur, quoniam cum ipsis (ait Galenus) vitiatum læditurque os ventriculi maximè neruosum. Ita fit, vt quæ ad ventriculum coeunt, vomitu reiciantur: quæ ad intestina cursum inflectunt, deiectione. Posterior modus huic ferè similis est, nisi quòd absente etiã colliqutatione febrili os ventriculi cerebro condolens biliosum excrementum è partibus vicinis ad se trahit. Cerebrum verò afficitur contagione mali in musculos, indeque per neruos eousque pertinet, vt ostensum est superiore Aphorismo. Ex quibus manifestum bilis vomitionem non solum cerebro fauciato, sed etiam aliis partibus neruosis ex vulnere inflammatis superuenire, idque cum graui discrimine vitæ, quòd non nisi in affectibus summum tum magnitudinis, tum malignitatis gradum adeptis principes partes ignobilium iniuriis condoleant. Proinde κωλύει hoc loco, vt ferè semper apud Hippocratem paulò minus significat, quàm θανασιμόν. Lethales enim casus, ait Galenus, Hippocrates quidem nominare consuevit, quos lethum sæpe subsequitur. Sed & malum pro lethali vsurpat. Maioris tamen & minoris ratione hæc nomina differre videntur, maiusque periculum per vocem, lethale, quàm per, malum, ostendi.

5. Aphor. 2.

XIII I.

νεύρα όσα παχέα τίσσονκε, ός επί τὸ πολὺ χαλωῦνται. κχί λοξὰ τίσσασκε ἰδὴνα μάλιτα, κχί τῶν μυῶν αἱ κεφαλαί, μάλιτα τῶν ἐν μηροῖσι.

*Nervi quicunque vulnerantur, ut plurimum claudicationem afferunt. Et siquidem oblique vulnus acceperint, id magis efficiunt, & in capitibus musculorum, maximè in femoribus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Vos neruos crassos appellet, dubitari potest. Triplex enim neruorum genus, quorum vnum atque alterum crassum est, ligamentum σπυδεσμός, quo inter se ossa coagmentantur, & è quibus permixtis neruo, dum se musculis inseruit alterum genus τενόντων tendinum coalescit: κερδιουμόν alij appellant, qui fines sunt musculorum. Tertium genus, quod peculiare nomen retinet, αἰδητικόν κχί προαιρετικόν, quia videlicet sensum inuehit partibus, & accepta virtute è cerebro arbitrio mouet: quorum neutrum ligamento inest. Tendo verò quicquid eiusmodi potestatis obtinet, ad neruum referenda est. Ac profectò crassos neruos dicere videtur tendines & ligamenta, quibus vulneratis & malè curatis claudicatio, impotentia, motus, aut vitiosa motio sequi consuevit. Sic enim perit totius articulationis membri actio, flexio, extensio, cæso eo, quo flexilis & obsequens articulus prius mouebatur. Neque musculus suo vel capite, quod ligamentum est, quòque ossi copulatur, vel sine, qui tendo dicitur, destitutus non cedentibus quidem illis, vt prius commodè extendi cum insertis neruis, aut contrahi potest. Et quanquam claudicatio propriè dicitur in cruribus, si tamen tendines aut ligamenta manus graue patiantur, idem vitium adferunt, deprauiatum quidem motum. Exempla quotidie sese offerunt in digitis manuum læsis tendinibus, qui vel inflectunt, vel extendunt. Sic in varia motione totius corporis: in femoribus



femoribus magis, vbi læsis magnis tendinibus & ligamentis, quæ in coxam ve- niunt, claudicatio etiam sine vulnere accidit. Obliqua verò vulneratio, quàm rec- ta, magis id efficit. Sic enim maior dissolutio fibrarum maiorque dissipatio spiritus.

DESID. IACOTII COMMENT.

PRimo de morbis prælagendi rationem in vulneribus ita distinguit Hippo- crates, vt in quibusdam mortem, in aliis salutem certò prædicere possis. In- ter hæc verò quedam sunt suapte quidem natura nequaquam calamitosa, ἢ μήτε ( vt ipse de morbis quibusdam scribit ) ἀποῖσι προσήκοντα : consequentium ta- men ratione semper praua, quod etiam percurata malo aliquo ægrum mulcent, & quod ( ait Hippocrates ) κακὸν ἐπὶ κακῷ ἀνάγκη γίνεσθαι, malum supra malum fieri necesse sit, cuius rei causam qui ignorant, medicum, vt alibi scribit, arguunt. Etenim ἀνάγκη ( inquit ) τὰ τοιαῦτα ἔχει, ὥστε γίνεσθαι, δόξα δὲ γίνονται. Eiusmodi esse subiungit vulnera neruorum crassorum & capitum musculorum, ex quibus clau- dicatio semper consequitur, quoniam pars, cui inferuntur, mutila & quasi decur- rata motu aliquo prohibetur. χαλῶμα δὲ enim voce Hippocrates omnem distor- sionem significare solet, cuiuscunque partis ea sit, quando videlicet in partes ten- sas ex proximorum consecutione inclinationes fiunt propter nerui affectum ali- quem, tumorem, resiccationem, plagam, duritiem, inflammationem, luxationem, aut fracturam. Eandem sententiam repetit hoc aphorismo, & secundo Prorrhethici: nisi quòd hinc ἐπὶ τὸ πολὺ, vt plurimum rem ita euenire scribit: primo verò de morbis absolute affirmat id necessarium esse. In vulneribus ( inquit ) eos qui cras- sos neruos fauciatis habent, necesse est claudos fieri: itémque si musculorum ca- pita faucia sint, præsertim eorum, qui sunt in femoribus. Verùm ipsemet in Pro- rthetico ex plagæ magnitudine aut paruitate sententiam ita distinguit, vt non sit necesse leui inflicto vulnere claudicationem sequi. Vulnere enim ( inquit ) in ar- ticulis, quæ quidem magna sunt, & neruos coniungentes penitus perfecant, cla- rum est, quòd claudos efficiunt. Si verò ambiguum fuerit de neruis, quomodo se habeant, si quidem acutum telum, quod rectum vulnus fecit, melius est obliquo. Ex quo etiam loco perspicuum est, quid neruorum crassorum dictione accipien- dum sit. Quoniam verò non solum neruū appellat Hippocrates genus illud to- tum, quod à cerebro, aut spinali medulla oritur, sed etiam tendinem, & ligamen- tum: non eodem modo in omnibus vulnera se habent. Etenim nerui omnes propriè dicti & exquisitissimo sensu præditi sunt, & cum cerebro vel proximè, vel dorsalis interuentu cohærent. Tendines verò, quoniam compositam habent substantiam ex neruo & ligamento, catenus cerebro communicant, quatenus nec ui sunt participes: obtusorem tamen sensum habent, quàm nerui. At ligamenta, quæ Græci συνδέσμις, ἢ νδύρα συνδέλικα, quasi neruos colligantes nuncupant, solam ferè substantiã & figuram obtinent neruis ac tendinibus similem, nisi quòd durissima sunt. Cæterùm neque ad cerebrum partem principem pertinent, cum ex osse deducantur, neque sensum participant, nisi è perioestio membranam acci- piant, vt quæ duorū ossium extrema externis connectunt. Ex quibus intelligitur neruorū propriè dictorū vulnera cæteris omnibus periculosiora esse nõ solum pro- priæ actionis deprauatione, aut interceptione, vt ligamentorum, sed etiam cerebri sympathia, & superuenientium symptomatum ratione. Puncti enim, ex sentiendi insigni facultate, quam habent, necessariò dolorem mouent multò, quàm in reli- quis partibus maiorem: ex quo post quartum diem phlegmone, febres acutæ, deli- ria, & conuulsiones insequi solent, nisi quis dolori remedium inueniat, & conue- nientibus auxiliis phlegmones prohibeat generationem. Quòd si cæsum fauciati sint, si quidem transuersim, maiorem conuulsionis metum afferunt, quàm si in longum, quòd phlegmone fibrarum perfectarum aliis integris promptè commu- nicetur, in quibus conuulsio excitatur. Perfecto autem toto neruo metus quidem phlegmones & conuulsionis nullus iniicitur, mutilam tamen partem, quæ ner- uum recipiebat, perpetuò manere necesse est. Eadem ratio tendinum, nisi quòd

2. Prorrh.

6. Method.

minus

minus, quàm nerui, conuulsionem accerunt propter obtusorem sensum. Hanc ἐπιγνήσειν, quam dolor tertio, aut plurimum quinto sauiens inuehit, Damocra- tes elegantissimè exponit his verbis,

Ὅταν μὲν μὲν προσθῆται, ἢ νεύρων τινῶν ἢ καὶ νυγνῆται ἢ μὲν ἴσῃ, μετὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν πυκνοὶ πόνοι, καὶ φλεγμοναί, πυρετοὶ μετὰ συμπτώματα, πολλῆς ἀγρυπνίας, ἀσθαινοπῆς, δίψης σφοδρῆς ἢ γλῶττις γρήγορα προδίδεσις, ἢ ἡμέρας ῥιπίστα πρὸς τὰ χεῖρωνα, ἔχωρ πρυγγάδης, λεπῆς, ἐρυθρὰ τραμάτια, ταυτ' ἐγὼς αὐτῶν πάντα ἔχοντα σώματα ἄργα, ἢ τὰ σπασίς, φλεγμονὰς, οἰδήματα.

Ligamentum verò sauciatur, aut disruptum, quod ab osse ad os accedit, vt in femore, periculum quidem conuulsionis nullum affert, quia & sensus est exers, nec cerebro continuatur: ossis tamen caput, siue processum, qui in alterius ossis cauitatem inferitur, & ἄρθρος, dicitur Hippocrati, elabi finit, nisi validis grandio ribusque musculis vndique firmum fiat, vt in genu & crasis partibus, aut ab exteriori parte neruosis quibusdam ligamentis contineatur. Idem euenire solet, cum humore glutinoso (muccum Hippocr. vocat partium exanguiuū excremen- tum præter naturā, ab intemperie aut humorum affluxu, vt ossium & cartilagi- num, quæ cõficere proprium alimentum nequeunt, instar læmarum infirmis ocu- lorum membranarum) cum, inquam, eo humore madefactum ligamentū relaxatur: nisi quòd disrupto ligamento os, quod excidit, repositum suo loco cõtineri non potest, præsertim in gracilioribus: eodem verò tantummodo relaxato firmiter sta- bilitur, vt naturalem situm etiam retineat, si siccantibus medicamentis, quæ com- missuram arcè ambiant, diu vtaris, aut vstione superfluentem humiditatē pla- nè absumas. Proinde 6. Aphorif. claudicationem propriè fieri scribit coxa pro- pter multitudinem muccoris extra propriū locum excidente, vbi malum diutius trahitur, indeq; necessariò crus intabescere, vt alias omnes partes, quæ propriū & naturalem motum amittunt, nisi prius muccor vstione exhauriatur. Ligamenta verò, quæ se in musculum inferunt, aut ipsi constituendo inferuiunt, qualia sunt lata, tantò vtiq; ligamentis rotundis grauius terrere debent, nisi rectè curètur, quantò dunt neruo ac tendine securiora. His igitur neruis crasis grauius saucia tis præter aliorum symptomatum accessione, quæ semper in metu est, partem di- storqueri, cuiusve motum aut perire, aut deprauari cõstat, eym potissimum, cuius proprium instrumentū lesum est, vt extensionis aut flexionis, si neruus, vel tendo iniuriã insignem acceperit: totius verò articulationis, si duorum ossiuū ligamentū dissolutum sit: idque omnibus partibus cõmune est, quæ musculis neruosis quo- uis modo flexuntur, aut per articulationē cõuertuntur: maximè verò femori, ac tibiæ, quoties magnorū musculorum, quibus mouentur, capita siue principia vul- nerata sunt. His enim quatuor illi nerui magni inferuntur, qui per interiores sedes in femur abeunt, quorū quartus omnium corporis neruorū, qui ex pluribus ner- uis cõstruuntur, facillè crassissimus est. Ob eam etiam causam hos Græci ἐπικρά- ρως dicunt, quòd eorum vsus in mouendo femore, genu, & pede sit pernecessa- rius, de quibus Gale. copiosè agit in lib. de anatomica administratione, & sub finē de vsu partiu. Cæterùm τὰς τῶν μὲν κεφαλῆς, Hippocr. intelligit musculorū prin- cipium & originē, qua parte neruos excipiūt: τὰς δὲ τελουτῶς, tendines ipsos, qui in partē mouendam inferuntur. ἢ μὲν γὰρ τὰς κεφαλῆς τῶν μὲν, ait Galenus, ἐμ- φνέται τοῖς μὲν τὰ νδύρα: ἢ τὰς τελουτῶς, οἱ τῶν ἰσθμῶν ἐκφύονται.

4. de art.

6. Aphor.

5. Aphor. 66

X V.

ἀποθνήσκουσι δὲ μάλιστα ἐν τῶν ζαματάων, ἢν τις ἐγκέφαλον βωθῆ, ἢ ρα- χίτιω μυελόν, ἢ ἡπάρ, ἢ φρένας, ἢ καρδίαν, ἢ κύστην, ἢ φλίζα τὸν παχιστῶν.

○○○

*Moriuntur autem maximè ex vulneribus si cui cerebrum, vulneratum fuerit, aut medulla spinalis, aut hepar, aut diaphragma, aut cor, aut vesica, aut aliqua ex iis venis, quæ crassiores sunt.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**ic describit lethalia vulnera corporis, ac de cerebro & aliis lege annotata in Aphorismos. Quòd autem ἐγκεφαλον dicit, & φαχίτιον μέλον, hoc ideo dicit, quia vulnera capitis etiam læsis membranis & spina, siquidem tantum tunicas, quæ medullam tegunt, attigerint, non autem in medullam permeant, non adeò lethalia sunt, nisi còsortio cerebrum, & medulla inflammationem trahat. Vis enim animalis non in membranis, & tunicis spinæ sita est, sed cerebri substantia atque corpore, similiter & medulla spinæ. Eadem enim ratio membranarum ad cerebrum & tunicarum ad medullam, quæ etiam in nervis retinetur, qui etiam si simplices putentur, duabus tamen tunicis, & interna quadam substantia constant, ac naturam menyngum & cerebri referunt. Crassæ venæ sunt, & quæ caua dicitur, & iugulares, & maiores venæ femoris ac breuiter quas αἰμορροῖς vocat Hippocrates, quia vulneratæ multum sanguinem profundunt. Contingit tamen aliquando, vt & mediocres, & tenues, sed profundè vulneratæ mortem adferant parùm libera via data sanguini, sed intus retento & grumescète, unde gangræna & corruptela partis, cui nisi occurratur, mors succedit.

## DESID. IACOTII COMMENT.

**Q**uemadmodum cæterarum rerum natura ita distincta est, vt aliæ necessitate fiant, aliæ sine necessitate contingant, quædam fortuitò accidant, ita vulnerum & aliorum morborum euentus, quos longè ante prospicere oportet, alij absolute tales sunt: alij vt plurimum, & vt Hippocrates loquitur, ἐπιτὸ πολὺ: nonnulli etiam ἢ συμβεβηκὸς sequuntur. Proinde Hippocrates lethalem affectum esse cum scribit, sexto aphorif. 18. interdum quidem hominem ex ipso necessariò moriturum intelligit: sæpius verò non necessariò, nec semper, sed vt plurimum & magna ex parte. Sic in Aphorifmis conuelli ab elleboro δαυόσιμον dixit, pro eo quod est, ait Galenus, periculosum, & sæpè non semper morte terminandum: itemque conuelli ex vulnere, de quo antea. Proinde hoc loco ambiguè loqui videtur, cum scribit ἀποθνήσκουσι δὲ μάλιστα. Incertum enim est, vtum omnino & necessariò his partibus sauciatis, quas nominat, sequitur mortem velit ostendere: an in quibusdam quidem hominem seruari, sed rarò, in aliis verò interire. Cuius ambiguitatis distinctionem, quia magnam vim habet ad prælagium, explanare necesse est. Etenim in vulneribus, ait Celsus libro 5. antè omnia scire Medicus debet, quæ insanabilia sint, quæ difficilem curationem habeant, quæ promptiorem. Est enim prudentis hominis primùm eum, qui seruari non potest, non attingere, nec subire speciem eius, vt occisi, quem fors ipsius peremit. Deinde vbi grauis metus, sine certa tamen desperatione est, indicare necessariis periclitantis, in difficili rem esse, ne si victa ars malo fuerit, vel ignorasse, vel fefellisse videatur. Vulnera ergo multis modis mortifera esse possunt. Vno quidem ἢ ἐπιγένεσιν, ἢ μεταστάσει, superuenientibus videlicet grauisimis symptomatis in cerebro per causæ morbificæ productionem, aut materie translationem: qualia sunt vulnera articularum & neruofarum partium, quibus accedunt inflammatio ingens, delirium, conuulsio, apoplexia, & similia. Hæc enim vt nō est necesse superuenire, ita vbi superuenerint, certa ferè desperatione est. Altero propter partiū vulneratarum insignem nobilitatē, aut officij ad vitam necessarij interceptionem. Sauciatis enim partibus principibus insigni plaga, prius exhauriuntur spiritus vitæ instrumenta, quàm cōtinuitas soluta vniui possit, vt in vulneribus cordis, ac cerebri perspicuum est. Interdum etiam homo interficitur impedita, aut planè intercepta aliqua actione, cuius idem est finis, & vitæ: vt spirandi

vt spirandi actione, grauius vulnerato pulmone: concoquendi verò distribuendi, & excernendi, ventriculo aut intestinis similiter affectis. Tertius modus est ex adiunctis, cum videlicet vel hæmorrhagia ingens coniungitur, vel curandi & δωρομεία. Etenim vulneratione hæmorrhagica existente (ait Galenus) prius moritur æger, quàm soluta cōtinuitas restituitur, vt sauciato iecore, vel crassis venis perfectis. Eodémque modo sauciatis partibus, quæ intus conditæ sunt, aut ossè crasso integuntur, quia remedia admoueri nequeunt, mors consequitur. Postremo vulnera, quæ alioqui suapte natura sanari possunt, ex euentu sæpe fiunt insanabilia, vt cum telum venenatum est, aut cacochymia ingens subest, aut in diætâ grauius peccatur. Quomodo auctor secundi Prorrhæti scribit mori homines ab omni generis vulneribus: multas enim venas esse, & tenues & crassas, quæ sanguinem profundunt & necant, si eò contigerit humorum ὀργασμὸν ferri: quas alia temporis occasione siquis pertundat, corporibus prodesse sentiat: multa quoque vulnera in locis vilibus ac non malis esse, & nulla re graua videri, & tamen sic dolore affigere, vt respirare ægri non possint. Alios verò præ vulneris dolore, quod sanè graue nulla re erat, spiritum quidem duxisse: verum delirasse, & cum febre interiisse: quòd, vt paulo post subiicit, & animi, & corpora hominum plurimum inter se differant, maximamque vim habeant. Quò verò plures mortis causæ simul cœunt, eò periculum grauius. Ex quibus perspicuum est sola vulnera partium principium, cæque ampla & magna necessariò lethalia esse, aut quæ vel protinus, vel non multò post hominem absumunt, vt si cerebri basis altè vulneretur, aut vena caua vel arteria cum profusione sanguinis, quæ ad syncopem ducat, diuidatur. Quòd si nec ampla sint, nec profunda, lethalia quidem etiam sunt, sed posteriore modo, quia non tanquam ex necessitate & semper, sed crebrò admodum mortem adferunt. Qua distinctione opus est in partium omnium vulneribus, quæ nobilitate cæteris antecellunt, excepto corde, cuius vulnera omnia necessariò necant, idque vel repenti, vel non ita multò post. Atque hæc in vniuersum. Singula autem seorsim sic habent. Ex plaga vel casu aliàs ossa capitis sola franguntur: aliàs membranæ, vasa, nerui, humor per cerebrum dispersus, ipsius etiam cerebri substantia violantur. Omnibus nudato ossè occurrit, præterquam substantiæ corruptæ, aut grauius vulneratæ. Hac enim parte vulnus duabus de causis lethale est: nimirum propter superuenientium symptomatum grauitatem, & partis principis nobilitatem. Etenim quia pars princeps, celerrimè exhauriuntur spiritus, noxæque toti corpori communicatur per priuationem, aut deprauationem facultatis animalis. Imprimis verò sequitur læsio, & interdum abolitio actionis musculorum thoracis, & aliorum membrorum respirationi inseruientium: qua actione deperdita perire hominem simul cum respiratione necesse est. Symptomata autem grauisima superueniunt, tum ex inflammatione, tum ex interceptione commæatus facultatis animalis, vt conuulsio, paralytis, delirium, sopor, & similia, siue cerebrum primigenio affectu laboret, siue membranæ. Nam tenuis membrana, quæ proximè cerebrum obuoluit, sola nunquam lædi potest, quin vnà quoque cerebrum afficiatur, vt nec cerebrum ipsum citra membranæ illius sympathiam. Siue enim intemperies citra fluxionem, siue etiam fluxio alterutrum horum inuaserit, statim affectum alteri communicari necesse est. At dura membrana, quoniã longissimè à cerebro distat, affecta esse sola potest. Origo autem horum symptomatum sic habet. Inflammato cerebro, aut menyngibus, vel aliis partibus hominem delirare ac febricitare necesse est. Reliqua morbosæ intemperiei exuperanti, aut obstructioni meatuum respondent. Nam immodicus calor & solus, delirium: coniunctus cum siccitate, delirium ac vigilias: cum humiditate, aut ventriculorū compressione soporem vigilantem & deliria inferre solet. Refrigerationis verò perpetuū symptoma est fatuitas, cui altus sopor accedit, si humiditas motus verò in vniuerso corpore priuatio, si siccitas cōiungatur. Paralytis verò apoplexia, motus cōuulsui ex obstructionum varietate originem habent. Tamen si autem etiã sine his vulnera cerebri maximè lethalia sunt, Galen. tamen scribit ex iis, quibus

6. Aphor. 18.

2. Prorrh.

Cerebri uulnera.

5. Aph. 1.2

telum summam cerebri partem duntaxat attigerat, aliquot conualuisse. Quinetia adolescentem quendam Smyrna, quae vrbs est Ioniae, sanatum, cui telum vsque ad alterum ventriculorum anteriorum penetrauerat, nulla tamen substantia cerebri detractione. Musa vero duorum meminit, quibus abscissa parte cerebri salus, sed stupidi manserunt. Alter capitis ferè dimidio cum sua cerebri portione ablato non intelligebat, mutus erat, sine voluntate meiebat: edebat tamen quod indebatur in os. Alter cui tanta substantia cerebri portio abscissa fuit, vt oui gallinae magnitudinem aequaret, triennio superuixit stupidus, ineptus, sine voce. Guido quoque se quendam vidisse affirmat, cui ex vulnere parte capitis postica accepto parua quaedam portio substantia cerebri exierat, vt ex memoriae latione cognitum est, & tamen is à tali vulnere conualuit, restitutaque est illi ex integro post curationem memoria. Non tamè asserit illum superstitem permanere potuisse, si totus ventriculus per vulnus exiisset, vt de quodam Cellario refert Theodoricus. Verum his exemplis, quae rarissima sunt, quaeque Dei potius voluntate, quam arte eueniunt, non euertitur vniuersalis sententia. Addit verò Hippocrates libro de capitis vulnere. plures mori ex iis, qui priori parte capitis vulnerantur, quam ex iis qui in posteriori.

Spinalis medulla.

*Aut medulla spinalis.* νοτιὰ μὲν οὖν μὲν δὲς ἢ ἀχίτης, ab ossium medulla plurimum distans in partibus sub capite locatis cerebri vices gerit, atque cum ipso omnia ferè communia habet, substantiam, neruorum principium, sentiendi vim propè parem, menyngas duas à duabus cerebri menyngibus productas: quibus praeterea tertia tunica fortis atque nervosa circumiicitur, & vertebrarum nodi vinculis suis inter se connexi, atque coniugati: quos demum vniuersos alia tunica extrinsecus integit, & firmissimè colligat. Hanc enim, vt cerebrum, variis, duris, & promptè iniurias repellentibus munimentis custodiri oportuit, quòd noxae, quae hac affecta hominemprehendunt, illis similes esse soleant, quae cerebro laborante oboriuntur. Motus siquidem, & sensus earum omnium partium, quae loco fauciato subsunt, vitiantur: ibique vulnera, haud secus atque cerebri, lethalia sunt, non solum propter partis nobilitatem, ac naturam nerveam: sed etiam propter superuenientium symptomatum magnitudinem, cerebri partiumque vicinarum sympathiam, & curandi difficultatem. Tantò autem celerius in periculum atque discrimen vocatur aeger, quantò eiusmodi vulnera sublimiore spinæ parte accepta fuerint, quòd supremæ vertebræ omnium sint praestantissima. Proinde (ait Galenus) quò inferior primis vertebris fuerit dispositio, eò minorem infert noxam, & contra. Verum vt necessariò lethalia eiusmodi vulnera dicantur, magna quoque esse oportet, quòd hominem seruari interdum, quaquam rarò, contingat, vbi telum dorsalis substantiam altè non diuiserit. Idem iudicium de his, quibus vna tantum vertebra ex ceterarum compage ita dimouetur, vt dorsalem valde inflectat, còprimat, aut etiam distumpat. Circularem enim euerfionem multis vertebris simul sua sede declinantibus tolerabilem esse scribit Hippoc. angularem minimè, in qua vehemens est subita, & acuta flexio. Interdum illaefa dorsalis substantia sub plaga vel casu fiunt tubercula, σῆσις, phlegmone, contusio, vertebrarum luxatio, de quibus ex superuenientibus symptomatis iudicandum, vt & de neruorum omnium partium vulneribus, quae omnia absolutè quidem lethalia Hippocrati non dicuntur, sed praua, magna, & cacothet. Vbi enim tendines, & nerui, & carne vacua, atque ossa loca sunt, hic doloris, vigiliarum, conuulsionis & delirij periculum impendet, vt Gale. scribit. Praeterea, inquit, vbi quis ab alto cecidit, aut vehementem, fortemque ictum spina subiit, inflammatio oboritur, quae non solum occupat ictus locum, sed ad plures partes simul extenditur: ob idque musculis, cerebro, neruis, vesicæ, intestinis iniuriam infert. Tensiones enim, cum ingens inflammatio fuerit, conuulsio comitatur: compressiones verò, earum partium resolutio, ad quas oppressus neruus peruenit. Quonia verò malum vesicæ & intestinis comunicatur, inflammationis quidem ratione villorum contractionem, qua proprium excrementum excernunt, ferre nequeunt: aut intercepto vel amisso sensu eiusdem morsum non sentiunt: quò fit, vt & vrinae & faeces supprimantur.

4. de loc. aff.

4. meibo.

1. de locis aff.

supprimantur. Prohibito autem spiritus animalis comiteatui indeque musculis resolutis earundem partium excrementa praeter voluntatem effluunt. Quòd genus symptomatis si statim ab initia appareat, quo tempore nondum inflammatio vrget, percussa medulla, quae in spina est, signum erit certissimum. Ea enim (inquit Celsus) discussa nerui resoluuntur, aut distenduntur, sensus intercidit. Interposito tempore aliquo sine voluntate inferiores partes vel semen, vel vrinam, vel etiam stercus excernunt. Ceterum medulla ipsa à telo diuidi vix potest, nisi sub ictu vehementi, aut vulnere collo inflato, praesertim parte anteriore, quae vertebræ inter se quidem sunt aequales propter arctam colligationem, soliditatem atque crassitiem, quodammodo tamen diuisa, quia altè admodum in vnitatem non coeunt, sed tanquam vinculo quodam mucoso neruosque ad faciliorem motum alligantur, quòd à cartilagine orsum ad medullam vsque spinæ progreditur. Ex quo fit, vt dum vulneratur collum, medulla ipsa attingi queat, idque vel punctum, vel transuersum. Quòd ergo transuersum medullam diuidit, necessariò mortem adfert, quia statim partes omnes inferiores resoluuntur, nec conuenienter remedia admoueri possunt, praesertim cum os nudare, vt in vulneribus cerebri, nequaquam liceat. Quòd verò punctum, non semper necat, modò vulnus exiguum sit, tamen si pauci admodum euadant.

lib. 5.

*Aut hepar.* Huius partis vulnera alia necessariò mortem, alia grauem metum sine certa tamen desperatione afferunt pro varietate partium laesarum, aut vulnerum magnitudine & paruitate. Vt enim interest vulnus in summa parte sit, an penitus penetrauerit: ita quodcumque hepatis portas, venas crassas, còuexam partem, aut còcauam offendit, certius multò ac celerius necat, quam quòd fibras tantum lobosue attingit. Quinetiam Galenus refert quosdam dicere in lobis extremis non solum vulnus profundum, sed fibræ etiam abscissam sanatam fuisse: quamquam id Galenus veritati nequaquam consentaneum esse putat. Celsus verò hepatis vulnera in portis tantum lethalia facit: tum subiicit vix ad sanitatem peruenire, quibus iecinoris crassum vulneratum est. Cum tamen Hippocratis sit sententia per abscissus & vlcera hepatis, omnes seruari, quibus iecur aduritur, si illaefa ipsius substantia pus intra tunicam tantum contineatur: interire verò quibus in carnem vsque iecoris corruptio penetrat: eadem ratione vulnerata quolibet modo hepatis substantia affectus merito lethalis cõsebitur, praesertim cum inde viscus inflammari, & abscellu factò exulcerari necesse sit. Proinde rectè scriptum est hoc loco ex vulneribus hepatis omnes interire, non tamen semper & necessariò, nec eodem genere mortis. Nam exiguum in fibris vulnus sine corruptione substantia hepatis sanari potest: accedente corruptione & vlcere perpetuò destillate propter defectum nutritionis & terram exhalationem corpus paulatim marcescit, decoloratur, ac tandem emoritur. Vbi enim iecur affectum est, ait Galenus, propter inedia moriuntur animalia: verum per longa temporum spatia, in huiusmodi affectibus vitam protrahere possunt. Sin autem vulnus magnum ac profundum sit, aut telum venas crassiores, aut gibbum cauumve diuiserit, vbi multarum venarum implexu propria hepatis substantia concreto nuper sanguini similis circumfunditur, profusione sanguinis exhauritur homo prius, quam vulnus conglutinari possit. Ob idque Galenus verè docuit, qui profunda iecinoris vulnera sese curasse, aut qui fibras siue lobos abstulisse dicunt, haudquaquam veritati consentanea protulisse. Iecinoris autem vulnerati, ait Celsus, notæ sunt multus sub dextra parte praecordiorum profusus sanguis, ad spinam reducta praecordia, in ventre cubandi dulcedo, punctiones dolorisque vsque ad iugulum iunctumque ei latus scapulari, os intentum. Quibus nonnunquam etiam biliosus vomitus accedit. Hippocrates verò quinto Epid. in hepate vulneratum describit cauis oculis, facie cadauerosa, anxium, mortuum eodem die.

Hepatis vulnera.

lib. 5. cap. 26.

5. de loc. aff.

6. Aph. 18.

1. Epid.

Vulnera diaphragmatis.

*Aut diaphragma.* Septum transuersum musculus est orbicularis, ad amplam latitudinem exactè membraneus, in medio ac tanquam centro caput suum principiumque habens, à quo ad partes thoracis inferiores exprorectus paulatim in progressu densior carnosiorque redditur, donec in fine pectoris ossis & spuriarum

costarum cartilaginibus, vertebrisque lumborum superioribus inseratur. Quibus locis inuertitur reflectiturque sursum, ut supra quintam costam manifestè ascendant: nonnunquam etiam, ut in suffocatis, concidente pulmone ad superiora attractum distentumque in thoracis amplitudinem iecur & ventriculum trahat. Ex hac substantiæ varietate efficitur, ut quò vulnera ad cætrum & medullium propius accedunt, eò mortifera magis habenda sint: quò verò remotiora, minus. Ea autem Galenus ita distinguere videtur, ut alia foras non perueniant, cum videlicet vas aliquod in diaphragmate ruptum est ex casu aut contusione: Alia telo facta sint, quibus non solum septum, sed etiam partes ventris aut thoracis externæ diuiduntur. Vtrobique carnosæ partes fauciatae coalescere possunt septi motu perpetuo agglutinationem non impediendo, quamquam difficilis grauisque curatio est, si has iam phlegmone occupauerit. Quæ verò in nervosis eius hærent, insanabilia esse constat, quoniam ad perpetuum septi motum accedit substantia nervea, quam coalescere non posse antea demonstratum est. In Aphorismis tamen nervosarum etiam partium vulnus, quod nec magnum sit, nec profundum, interdum, quamquam rarè, sanari non negat. Scribit enim solam *σπλονη*, quæ est magna & profunda diuisio, ut totius tunicæ, in vesica, intestinis tenuibus & septi nervosa parte lethalem esse, quasi exciperet leuiorem vulnerationem. Carnosas autem partes perfectas curari non solum ratio & autoritas, sed etiam experimenta frequentia docent. Tribus abhinc annis iuuenem Arelatæ curauimus, viuum adhuc & valentem, cui vulnere inflicto in dorsum circa medias vertebrae thoracis non longè à spina totus thorax perforatus est telo per dextrum hypochondrium exeunte: tamen præter ingentem sanguinis profusionem multus spiritus cum strepitu per vulnus prodiret, nec dubitari posset septum vtrinque confossum: de hepatis etiã læsione signa quædam apparent. Hollerius quoque in Aphorismis annotauit se in suspendioso quodam, cuius dissectioni in Academia Parisiensi præfuit, obductum cicatrice diaphragma parte carnosâ reperisse. Quòd autem curatio multò difficilior grauiorque sit in parte carnosâ, si vulnus foras non perueniat, aut phlegmone iam oborta sit, manifesta ratio est. Ut enim phlegmone suppuratum concipiat, sanies tamen liberum exitum non semper habens per pulmones, intra vulneris labra cohibetur, atque impedimento est, ne coalescant. Ex concava verò parte intra peritonæum defluens dolores & nocumenta periculosa inuehit, non ipsi modò diaphragmati, verum etiam omnibus, quæ intra peritonæum continentur, & ad quas sanies peruenit. At verò inflammatio non solum respirandi munus deprauat: sed etiam cor, iecur, & vetriculi os propter viciniam: cerebrum verò propter insignium neruorum communionem & continuam halituum euaporationem in consortium mali præoptisimè adducit. Hinc perpetuum ferè delirium, spiratio difficilis, tussis sonora còcussio vehemētius thorace à septo trāsuerfo, febris ardēs, dolor & grauitas circa extremas cartilagineas spuriarum costarum, nauſea, cibi fastidium. Ex quibus etiam intelligitur non solum naturæ neruæ & perpetui motus ratione hæc vulnera insanabilia sæpè reddi, sed etiam symptomatum superuenientium vehementia, & curandi *ἀδυναμία*. Septi autem tranſuerſi percussis signa sunt, ait Celsus, præcordiorum sursum contractio, spinæ dolor, spiritus rarus, sanguinis spumantis profusio. Aristoteles addit istu trāiectum diaphragma in præliis risum attulisse, eiusque causam esse scribit calorem, quem mouet vulnus. Calefactum enim, inquit, vel leuiter septum, ut sola alarum titillatione, aperit & mentem mouet præter voluntatem. Verum cum risus sit sardonicus, & septo fauciato plerique ita ridendo moriantur, causa potius referenda videtur ad diaphragmatis neruos extētia & quarta ceruicis vertebra. Hi enim cum ramulis in musculos, qui maxillas & labia mouent, propagatis permisceantur, vbi qua parte ad diaphragma perueniunt, fuerint còuulsi, vnà quoque secum ramulos illos musculorum faciei contrahunt, quibus maxilla & labia hinc inde præter arbitrium agitata risum quendam repræsentant. Quòd genus symptomatis inter signa lethalia reponendum est: Sic Hippocra. Tichoni refert in obsidione circa Datū à catapultâ percusso in pectus, paulò post superuenisse risum

5. Metho. 9.

5. Aphor. 18.

libro 5.  
3. de part. ani  
mal. 10.

5. Epid.

risum tumultuosum cum molesta nocte, quòd septum percussum esset, in eoque spiculum relictum. Die sequenti melius habere visus est: erat enim quietus. Prædixit breui hominem interiturum, vbi conuulsio incidisset. Sequenti itaque nocte molestè habens, in somnis, plerumque in ventrem decumbens, tertia exoriente die conuellebatur, tumque mortuus est.

Cor. Nullius partis vulnus absolutè & necessariò lethale dici debet, præterquam cordis, ut Galenus rectè docet. Tamen si eum cætera omnia, quæ intra thoracem, aut peritonæum penetrant, non exiguum periculum adferunt, præsertim si qua pars interior vnà vulnerata sit, magnum tamen vulnus esse oportet, ac profundum, aut cum grauissimis symptomatis coniunctum, antequam necessariò lethale cenſeatur. At in cordis substantia quòd magnum est & profundum, repente necat: exiguum non ita multò post: idque necessariò & semper, venis & arteriis languescētib, palleſcente vultu, & frigido malique odoris oborto sudore: extremis denique partibus frigidis apparentibus. Neque enim visus est vnquam quisquam, fauciato corde euasisse. Nos quidem obseruauimus & callum in corde durum instar calculi, & vlcus non exiguum in duobus pulmonariis, idemque se obseruasse multi præclari viri testantur. Addit Beuuenius quendam cor gessisse pilis refertum: in alio pituitosum abscessum ad sinistrum cordis ventriculum. Verum ut hæc rarissima sunt, ita multum refert aliquidne fiat sensim, & naturæ sponte: an vi & subito. Illud enim natura ferè aliquandiu potest, ut & multa alia sponte nara: hoc verò minimè. Quòd verò Galenus refert victimas erepro corde in quibusdam solitis sacrificiis arisque iam imposito respirare, intentè clamare, fugere, donec per sanguinis profluuium conciderint, inter porteta referendum est. Addunt ceruam inuentam, quæ sagittæ aculeum ex longo tempore infixū gereret. Quæ ut vera sint, de corde tamen humano idem iudicium fieri non debet, cuius caro multo mollior est, sanguis copiosior & calidior, vasa denique crassiora, auctore Aristotele. Quòd autem cordis vulnera non coalescant, Galenus causam refert in perpetuum ipsius motum. Verum addere oportet carnis duritiem, sanguinis profluuium, spirituum subitam resolutionem, mearum & ventriculorum cordis à sanguinis collectione obstructionē, & necessariò superuenientem inflammationem. Etenim si ad ventrè cordis vulnus penetraverit, statim exhauritur homo sanguinis profusione necessariò consequente: idque præcipuè vulnerato sinistrae partis ventriculo, qui multo puriorem sanguinem & vitalem spiritum continet. Quòd si istus in cordis substantia conſiterit, nec ad ventriculos vsque peruenit, tum æger non solum toto die, quo vulneratus est, sed etiam nocte sequente superſtes esse potest. Mox verò inflammationis vi, quæ tum in loco calidissimo & multo sanguine turgente prohiberi nequit, sine delirio extinguitur. Proinde Galenus scribit inflammato manifestè corde gladiatores se vidisse, haud aliter, quàm qui cardiaca syncope pereunt, obuisse. Cordis autem percussis signa præcipua sunt præceps vitium lapsus, & sanguinis nigri exitus, præsertim si telum dextrum ventriculum attigerit, vel sanguis multus, ait Celsus, pulsus languidi, color pallidissimus, sudores frigidi malique odoris tanquam in rotato corpore, extremæ partes frigidæ, mors ferè repentina.

Aut vesica. Duplici distinctione opus est in vulneribus vesicæ. Vna ut tota ipsius tunica ad interiorē vsque capacitatem diuisa perfectaque sit vulnere axiologo, quale in Aphorismis *σπλονη* appellatur. Exiguum enim vulnus tum coalescere carnis interuentu, tum exactè sanari scribit Galenus, & experimenta confirmant. Celsus quoque distinguens vulnera necessariò lethalia ab his, quæ vix ad sanitatem perueniunt, in posteriore genere vesicam vulneratam recenset. Altera est, ut vulnus in alueo & nervosa parte, eaque media, aut circa fundum acceptum sit. Nam collum ipsius, quòd maximè carnosum est, quotidie sanari videmus in iis, quibus calculus extrahitur, modò ne vi hærens forcipibus euellatur, indeque discindatur vesica & phlegmonem contrahat. Rarius quoque vulnera sanantur inflicta, qua parte alligatur oſi sacro: sanari tamen possunt, quia liga-

Cordis vulnera.  
6. Aph. 18.1. admirand.  
81 83, 89.2. de dog. Pla.  
et Hipp. 4.1. Hist. 17.  
6. Aph. 18.  
4. de loc. aff. 2.

4. de loc. aff. 1.

lib. 5.

Vesicæ vulnera.

6. Aph. 18.  
lib. 5.

5. Prog. 2. 3. 4 lib. 5.

menti interuentu ferruminantur partes diuifæ : quod Fallopius se scribit obseruasse in milite cui per vulnus in femore vrina reddebatur. Caterum aliud est vesicæ vulnera non coalescere, quod in Aphorismis scribitur: aliud verò, quod hoc loco, ex vulneribus vesicæ hominem mori. Etenim tamen si vesica neque coalescat, neque ferruminetur, diu tamen homo superstes esse potest & vitæ munia obire. Visum enim est in multis (quod Hollerius quoque annotauit) ex discissione vesicæ exempto calculo, aut alio modo vicere contracto, læso quoque intestino recto fæces & vrinas per vicus defluere. Vesica tamen grauitur vulnerata doloris acerbitate, & superuenientis inflammationis vi interficit, si hæc tria simul concurrant, febris continua perpetuò detinens, nulla mali per vrinas alleuatio, & perseveras in perinæo durities, vt Hippocrates docet in Prognostico. Porro vulneratæ vesicæ signa sic exponit Celsus: Dolent inguina, ait, quod super pubem est, intenditur: pro vrina sanguis, aut ex ipso vulnere vrina descendit: stomachus afficitur. Itaque aut bilem vomunt, aut singultiunt: frigus, & ex eo mors sequitur. Quo loco suo more signa ἐπιφαινόμενα cum propriis & pathognomonicis confundit. Sola enim duo illa percussæ vesicæ propria sunt: locus in pube, aut circa sedem vulneratus, & vrinæ per vulnus, vel sanguinis per meatus vesicæ excretio. Reliqua inflammationem, aut inflammationis magnitudinem, aut mortem denunciant. Galenus ἀκρόγυσιον, & curationis modum eleganter explicat initio de locis affectis adolescentis cuiusdam exemplo Mitylenis: qui circa sedem gladio fauciatus vulnere satis profundo, tribus primis diebus neque cibum neque potum ingessit. Quarto verò remediis prius adhibitis cibum sumpsit ac bibit. Deinde occidente sole iterum adhibita curatione vrinæ circiter quatuor cotylas (continent verò ferè libras tres) per vulnus excreuit, cum antea, ex quo vulneratus erat, nihil vrinæ reddidisset. Etenim etiam in homine nec cibum, nec potum sumente facultates, quæ vrinam trahunt & ad vesicam mandant, nequaquam otiantur. Tum verò ab onere, quo circa pubem grauabatur, se perfecte liberatum dixit. Paulò post verò idem Galenus scribit inflammatione suborta in vulnere perinæi adolescentem (eundem videlicet intelligens) vrinam reddere non potuisse: vesicam verò ipsam vtpote plenam, manifestè secundum circumscriptionem intentam apparuisse. Cui ne irritaretur inflammatio, æneam fistulam adhibere noluit, sed aqua calida adfusa, oleo perungere factus esse putauit. Cùmque tribus horis sic eum tractasset, tensione non parùm relaxata, ac dolore, vt ipsemet æger fatebatur, non ita grauitur infestante, iussit vt vrinam reddere tentaret: interdum cùm ipse vesicæ tumore ad inferiores partes impellendo, sensim premeret, iuuenis vrinam reddidit. Ex quo etiam loco perspicuum est vulnera vesicæ neque necessariò, neque semper lethalia esse.

2. de fract. 24

*Aut aliqua ex his venis, quæ crassiores sunt. φλέβας παχέας appellat venas & arterias grandes intusque cõditas, alibi αἰμοφόρους, quæ plurimum sanguinem fundunt. Tales sunt vena caua, magna arteria, & grandes venæ atque arteriæ, quæ sunt circa fauces, vel in crure. Præterea venæ maiores in alis, poplitibus, & iis, quæ ad anum testiculosque perueniunt, authore Celso. In illis vulnera magna necessariò lethalia esse constat propter immoderatum sanguinis profuuium, naturam nerveam, arteriarum motum, & situm profundiorum, quòd nec integris viribus medicamenta eò peruenire: nec ligatura venæ constringi sistendo sanguini necessaria, aut manibus tractari queant. In aliis verò altius percussis nonnulli seruantur, sed pauci admodum, idque, vt Galenus loquitur, bona quadam fortuna præstantibus præsentaneisque medicamentis adiuti. Venæ autem minores quomodocumque vulnerentur, larga quidem sanguinis profusione, vt illæ, hominem vitali spiritu exhaurire non possunt, tum quia paucus ex his effunditur: tum quia celeriter & citra noxam in superficie & osculo plagæ concrefcit: ἢ τὶ συμβεβηκός tamen interdum etiam periculum afferunt, siue scictæ sint, siue cõtulsæ: idque duobus potissimum modis: suppressi videlicet intus grumi, & superuenientium ratione, quando πελιδώσις, ναυσίωσις, ἢ γαγγραινώσις incidunt. Vbi enim sanguis è venis excidit, nec exitum habet, statim quidem in grumos non eõit: verum vbi iam*

2. de fract. 24

iam concreuit, mox qualitatem contrahit tantò deteriore, quãtò maior mixtio maioris putredinis occasio est. Ex quo fit, vt grumus in capite, intestinis, ventriculo, thorace & vesica exitiosus, planèque vitæ aduersus reddatur: veneni autem naturam inducens grauissima symptomata perpetuò infligit: sæpe etiam mortem inducit. Animi, ait Galen. defectio & pallor sequi solent: pulsus verò paruus, obscurus, frequēs apparet: & laborans ipse cum anxietate resoluatur, quemadmodum in magnis musculorum vulneribus sæpenumero accidit: vt mirari aliquis possit, quænam sit huius euentus causa, quippe cùm omnium, quæ in corpore sunt, sanguis maximè nobis sit familiaris: quomodo ex vasis suis effusus tantumali auctorem se præstet, vt & putredo partium, & mortificatio ipsum sequi possit. Etenim vidimus vesicæ meatu grumo obstructo eadem accidentia consequi. Grumum verò adesse coniecimus hoc argumento, quòd plurimum antea cruorem laborantes cum vrina reddidissent. Itaque medicamentum, quod lapidem terere posset ex oxymellite, atque ipsum quoque exymel per se in potu dedimus. At nihilominus alij quidem perierunt, vno quodam seruato solutis grumis, quos paulatim cum vrina excreuit. Hæc Galenus. Quòd verò alia etiam ratione venæ omnes grandiores percussæ, aut praua vincendi ratione compressæ modò mortem, modò partis vulneratæ sphacelismum inferant, Hippocrates docuit, quia superuenit ναυσίωσις, quasi nausea cum vomitu ipsarum venarum, quam alibi vocat ἐκχύρωσιν. Etenim venæ sanguinem expuunt, & quasi vomunt, tum sua imbecillitate, quam inflammatio affert: tum multo vitiosoque sanguine oppressæ, quem constat sub huiusmodi affectibus vitari. Hinc γαγγραινώσις, siue νέκρωσις, venis propter magnitudinem inflammationis emorientibus. Tamen si verò φλέβων nomine tum venas, quæ non pulsant, tum pulsantes suo more cõprehendat Hippocrates: in pulsantibus tamen tantò grauius est periculum, quãtò & celerior vitæ extinctio effuso vitali spiritu cum tenui, flauo, calidoque sanguine, qui σφυγμοδῶς quodam veluti saltu erupit: & curatio difficilior propter positum ipsarum magis à naturâ reconditum, agitationem perpetuam, substantiam solidiorem, duriorum, atque ex pluribus tunicis conformatam. Adde quòd incisa arteria, etiam si supprimatur sanguis, aneurysma tamen aliis maius, aliis minus superuenire solet.

6. de loc. aff. 4

2. de fract. 24

XVI.

θησκει ὁ κὶνῆς ἀρτηρίων καὶ πλεῖστα μεγάλα σφόδρα αἱ πηγαὶ γένων, ὥστε τῆ πλεῖστον πηγήν, ἔλασθον προερχόμενον πηδύμα, καὶ τὸμα γίνεσθαι, ἢ ὅ ἐκπιπλον ἐν τῆ τρώματι.

*Moriuntur autem & si in arteriam & pulmonem magna admodum vulnera illata sunt, vt pulmone sauciato minus spiritus per os prodeat, quam excidat è vulnere.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**Rteriam asperam intelligit. Etenim φλέβων nomine arterias pulsatiles comprehendere solitus est. Et qui magna admodum vulnera esse vult, vt interficiant, satis ostendit de aspera arteria dici. In arteriis enim pulsatilibus etiam non magnis vulnera mediocria magnis magnarum venarum grauiora sunt, & vnde non facile sistatur sanguis, maximè vbi in profundo sita est. At constat leuia vulnera asperæ arteriæ & pulmonis percurata, magna verò & maximè, quæ medium pulmonem habent, lethalia esse. Neque tamen moriuntur, quòd spiritus cauo thorace clausus expiret per vulnus, sed quia sic magnitudinem vulneris ostendit.

DESID.



Quoniam in pulmonibus tria contineantur, ipsa carnis substantia, vasa sanguinea, & asperæ arteriæ, duo illa pulmonis nomine complexus est: hoc verò tertium arteriam vocat. Hippocratis enim Platonis & Aristotelis temporibus arteria dicebatur, quia inspirantes è naribus & ore aërem in pulmones attrahimus, quæque rursus expirantes è pulmonibus fuliginosa excrementa educimus, *παρα δὲ τοῦ αἵματος πνεύμα*, quòd aërem siue spiritum conseruet & contineat. Nobis verò vocatas arterias illi venas appellabant, donec successu temporis illam *πρωχέτω* nuncupare cœperunt propter substantiæ inæqualitatem: vasa verò pulsantia, arterias læues. Verùm nunc sola, quæ ab ore in pulmones diffunditur, suum nomen seruauit, quæque veluti canalis quidam magnus laryngæ, cartilaginibus & membranis constans frequentes ramos per pulmonem diffundit. Eò fit, vt pro varietate partium, quibus cõstat, & vulnerum magnitudine periculum non semper idem præfagiendum sit. Etenim percussa interdum certò mortem affert: interdum periculum ingens sine certa tamen desperatione: nonnunquam etiam, si conuenienter vulnus tractetur, sanari potest, vt veterum *λαρυγγοτομία* probat. In Synanchicis enim ore & gargareone inflammatione obfessis, aut etiam tonsillis asperæ arteriæ os aperientibus, cum strangulatus periculum imminet, cui alia ratione occurri nõ potest, infra arteriæ incolumis caput spatio trium ipsius quatuorve circulorum secant scalpello arteriæ membranosa vincula inter duas cartilagineas, donec spiritus per vulnus cum murmure quodam erumpat, & vox intercidatur, imprimis cauendo, ne vasa & tunica cartilaginea exquisitissimo sensu prædita diuidantur. Tum declinato strangulatus periculo oras vulneris renouant: mox futuris cutim citra cartilagineam committunt, & cõuenientibus remediis glutinant. Simili curatione vtuntur, si quis mortis desiderio aut aliter iugulum sibi incidit. Id confirmat Paulus ex Antyllo: Auicenna præcipit: Albucrahis fœlici cum successu se expertum scribit in ancilla. Rhasius, Abynozæ, Haly idem docent. Galenus quoque bronchiorum in pulmone ligamenta diuidi sæpe testatur vel à putis acrimonia exesa, vel ab humiditatis copia putrentia, quorum abscissione bronchiorum decidere & expui contingit, vnde nec necessariò, nec nisi post longum interuallum mors consequitur. Quineriam alio loco scribit satius esse, vt simul cum vena vel arteria pulmonis rupta ramus asperæ proximus diuidatur, quàm si seruetur integer, quia fluenti sanguini exitus facilius est per asperam, quo integra expurgatio speratur. Vbi enim bronchiorum vincula illæsa manent, per solas anastomoses asperæ sanguis transcolatus retinetur, atque in grumum concrefcens per moram putrescit, pulmones viciat, tandemque interficit. Ex his intelligitur asperæ arteriæ vulnera neque necessariò, neque semper esse lethalia, nisi, vt rectè adiecit, *μεγάλαι σφόδρα αἱ γληκταί γίνονται*, magna admodum fuerint: nimirum vel ampla ac profunda, vt si tota arteria simul cum œsophagi contigui parte aliqua præcisa sit: vel maligna, vt si bronchia maiora inter pharyngem & pulmonem percussa sint, duriora multò crassioraque iis, quæ per pulmones in multam exiguitatem degenerant: vel præstantiori loco totius asperæ inflicta, vt circa gulæ gutturisque partes summas, vbi nerui, venæ & arteriæ iugulares periculum augent, & phlegmone superueniens spirandi munus intercipit, nisi spiritus per vulnus egrediatur: vbi verò egreditur, impedimento est, quo minus labra coalescât. Totidem igitur modis vulnera admodum magna sunt: siquidem magnum Hippocrates tum in vulneribus atque vlcibus, tum etiam in aliis vitiis ita vsurpare solet, vt cum in omnibus vulneribus, quæ magna sunt purgationem imperat. Quoties itaque in vulnere asperæ tria illa simul conueniunt, id necessariò lethale est: in duobus rarò euadunt, quanquam diutius manent superstites. Vno tantum accedente fistulæ insanabilis metus iniicitur. Minus periculi subest ligamenti, quæ bronchia connectunt, strictiore vulnere diuisis vel infra guttur, vbi vox intercipitur, vixque glutinari vlcus potest: vel in pulmonibus, quanquam mors tandem ex phtisi impendet. Difficultatis consolidationis

Paul. 6. 33.  
Auic. fen 9. 3.  
cap. 11.  
Haly 3. Præf.  
38.  
Raf. 3. cont.  
Auen. 10. trad.  
Etia. 14.  
Gal. 1. de locis  
aff. 1. 5.  
Meth. 8.

lib. de ulcrib.  
4. Meth. 6

tionis & periculi causa multiplex est, locus excarnis, nerui & vasa lateribus iuncta, quæ profusione sanguinis hominem exhaustire possunt, nec ligaturâ propter strangulatus periculum sustinent, tunica interior exquisitissimo sensu prædita, laryngis & œsophagi consensus, quæ partes cibi, potus, spiritus, & medicamentorum introitum non ferunt, motus necessarius, & spiritus exitus inter loquendum, respirandum ac deglutendum. Hæc enim vel hominem absumunt: vel si feruetur, quod vix vnquam in magnis vulneribus accidit, impediunt, quominus labra vulneris coalescere possint. Vlcera autem tum gutturis, tum asperæ arteriæ, quæ sputum purulentum reddunt (minore licet quantitate, quàm pulmo) quæque dolorem exiguum in affecto loco mouet, qualis vlcerato pulmone non sentitur, ob eam causam securiora iudicantur, quòd breuiora esse soleant, pus facilius labatur, & membranæ crassities præfertim ad laryngem non ita dure coalescat.

*Et pulmonem.* Pulmonis vulnera recentia, aut etiam vlcera, in quibus non solum vasorum anastomoses aperta sunt, sed etiam ipsa substantia dilacerata, duorum sunt generum. Alia enim incidunt citra dolorem integro pectore, vt cum vas aliquod rumpitur, aut exeditur acri destillatione, casu ex alto, thoracis percussione, ira cum clamore, acuta vehementique voce, sanguinis copia, frigoris occurfu densantis & angustiores reddentis venas, vt modicum etiam sanguinem continere vix possint, vehemēti motu, multo & flatuoso spiritu, calidis alimentis, potionibus, balneis. Alia verò foras perueniunt diuiso thorace & pulmonis carne. Vtraque cum exigua sunt, & statim ab initio cruenta adhuc ruptura conuenientibus auxiliis, prius quàm phlegmone inuadat, curantur, ad perfectam sanitatem perducunt imperato silentio, quiete, exiguo respiratu, venæ sæpius reperiata sectione, frictione, vinculis, posca, medicamentis emplasticis atque astringentibus, cibi abstinentia, & similibus, vt Galenus docet in Methodo. Curatione verò magis expedita est, vbi pus extrorsum per vulnus expurgationem habet. Magna verò vulnera, aut exigua quidem, sed vel serius, vel minus artificiose tractata necessariò mortem inferunt, idque tribus modis. Primò subito ac necessariò in profunda continuitatis solutione, quæ non solum pulmonis carnem, sed etiam magnorum vasorum, vt venæ arteriosæ, & arteriæ venosæ insignes ramos diuidit. Tum enim non solum spiritus vitalis dissipatione & sanguinis profusione homo exhauritur, sed etiam eiusdem copia vel grumo pulmones opprimente & spiritus conceptacula intercipiente strangulatur. Altero modo necessariò quidem, non tamen subito intercunt, quibus magna illa vasa sanguinea percussa non sunt, sed asperæ arteriæ membranæ, vel bronchia tanto vulnere, vt propter amplitudinem ipsius tum in thorace, tum in illis partibus è corde copiosior fuligo per vulnus erumpat, quàm per os, quo naturæ lege expurgari debuit. Tum enim multæ mortis causæ simul concurrunt, ingens continui solutio in parte ad vitam necessaria, cordis sympathia, spiritus vitalis dissipatio, pulmonum putredo, curandi difficultas, continuus pulmonum motus, & rufis vulnus amplificas. Præterea pulmo vim ambientis nunquam expertus plurimum & repente alteratur, interiorumque partium quas extraneus aer attingit, robur & insita temperies exhalate calore natiuo necessariò offenditur: quod vulneribus omnibus, quæ intro penetrant, commune est. Quoniam verò pus nec expurgari, nec detergeri commodè potest, tamen si partes interiores integræ maneat, vlcera tamen in fistulas degenerant, & empyemata fiunt, propter quæ vulneratis mors demum accidit. Quòd verò scribit pulmone sauciato si minus spiritus per os prodeat, quàm per vulnus, hominem moriturum, id de fuligine & aere in pulmone contento accipiendum est. Nam thorace tantum aperto minus multò periculi subest, si solum spiritus pectoris cauo contentus cum strepitu mixto sanguine erumpat, vnde multos cõualuisse vidimus. Sed & septimo Epidemion thoracis vulnera quædam describuntur in dorso accepta & in cauum penetrantia, vt stridor audiretur exiensque flatus, quæ tamen auxiliis cõuenienter adhibitis sanata sunt. Tertium mortis genus ex partiu pulmonum vulneribus cõsequitur, sed neque necessariò, neque

5. Meth. 8.

Method. 18.

Signa.

lib. 5.

neque subito, quando vel vasa quidem sanguinea, sed minora rupta sunt: vel caro ipsa pulmonis diuisa. In his etiam variat periculum. Peiora enim multo sunt ex substantia, quam ex vasis. Etenim licet ex substantia parcius ferè sit sanguinis expectoratio, insanabile tamen vulnus est, quod ad firmam cicatricem atinet. Ex vasis autem copia quidem magis terret: sed si ante inflammationem subuenitur, glutinantur non raro: multoſque à se percuratos Galenus testatur, ad quos statim vt malum fenferunt, accesserat. Eiusmodi ergo vulnera neque suapte natura lethalia sunt, neque propter perpetuum pulmonum motum vniioni repugnant, sed superuenientis phlegmones ratione paulatim hominem absumunt. Vbi enim semel inuaserit & sanguis intus putredinem conceperit, pulmones quoque vna putrescunt, aut empyema ex vlcere superuenit, cuius postea glutinandi spes exigua relinquitur, maximè vbi vulnus foras non penetrat. Nam phlegmone soluta expurgare pus vlceris & saniem oportet: quod cum duobus tantum modis fieri queat, nimirum si sua sponte delabatur, & medicamenta detergentia immitti possint, neutrum in pulmone integro præsertim thorace assequi licet. Proinde omnibus, quæ huic loco hærent, vlceribus, vna superest expurgatio, quæ per tusses perficitur. Atqui tussis neque prorsus totam saniem ex spatii pulmonis expellit, & ægras ipsius partes planè lacerat, & vlcus amplificat, vt difficilis incertaq; semper sit curatio. Sanari tamen visi sunt secundum pectus & pulmonem fauciati, vbi extrorsum pus habet expurgationem. Signa autem rupti, aperti, aut erosi vasis, alibi exposita sunt. Pulmonis verò icti diuiso pectore hæc sunt: Sanguinis spumosi effusio interdum rubicundi, interdum nigri, quia vasa pulmonis vtrumque sanguinem continent: perpetua ferè tussis siue sicca sit, siue humida, nisi tussendi quidem cupiditas aliqua infestet, verum præ imbecillitate virium aut pulmonum oppresione à sanguine tussire æger nõ possit, aut nisi leue admodum & in superficie connexæ partis vulnus acceptum sit, cui statim superuenire tussim non est necesse, quanquam progressu temporis necessarid accedit. Adde expectorationem sanguinis crueti, præsertim cum venæ arteriosæ rami percussis sunt. Alioqui sola carne diuisa sanguis in cauum pectoris destillat. Præterea caloris & frigoris vicissitudinem propter halitus è corde, qui statim discutuntur: difficilem admodum spirationem: coloris & characteris faciei mutationem pulsu tamen constanti, propter vtriusque partis maximum consensum. In thoracis autem cauo sæpe sanguis cohibetur, periculumque empyematis inuehit, siue ex pulmone eò illapsus sit, siue ex thorace. Id enim fieri semper necesse est, quoties inferiorem costæ partem, qua venæ & arteriæ perreptat, telum attigerit. Ob eamque causam vbi constiterit vulnus penetrare, atque vtramque ex costis ictam esse, intus sanguinem contineri certum est, periculumque esse, ne vel in grumum coeat, vel putrescat, accedentibus præsertim aliis signis, vt grauitate circa inferiorem thoracis partem, sanguinis in osculo vulneris spumantis exitu, ponderis sensu inter inspirandum aut cum in sanam partem æger decumbit, strepitu exeuntis spiritus, & molesta tussis. Celsus autem pulmonis vulnerati signa sic posuit: Spirandi difficultas est, sanguis ex ore spumans, ex plaga rubens, simulque etiam spiritus cum sono fertur. In vulnus inclinari iuuat, quidam sine ratione consurgunt. Multi si in ipsam vulnus inclinati sunt, loquuntur: si in aliam partem, obmutescunt. Verum experientia docent neque necessarid, neque semper hæc adesse, & suo more superuenientia cum pathognomonicis confundit.

XVII.

Ἰνὸς καὶ οἱ ἐς τὰ ὀστέα ἄσπυρα, ἢν τε τι τῶν λεπτῶν τρωθῶσιν, ἢν τε τῶν πυκνῶν, ἢν ἐπιμαρῆτος ἢ πληγῆ γίνεται καὶ μεγάλη. Εἰ δὲ μικρὴ καὶ ὀστέα, πρὸς γινώσκων ἐνιοί.

Moriuntur & quibus interiores nervi (vel potius intestina) vulnerantur

vulnerantur, siue ea tenuia sint vulnerata, siue crassa: siquidem transuersa magnaque plaga sit. Super sunt autem nonnulli, cum paruum vulnus idque rectum fuerit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Q Vos interiores nervos dicat, parum constat. Videtur tamen dicere, qui ad motum mediis musculis inferuntur. Interiores enim illi sunt & maiores, vt in superficiem expositi, minoresque, per quos sensus partibus inest. Sunt & neutra quidam interiores nervi, vt vocales, & qui è basi cerebri septem coniugijs in varias partes diuiduntur. Grauior quoque iniuria in singulis nervis, vbi pars interior, quæ medullæ spinæ & cerebro respõdet, violata est. Superficies enim minori cum periculo est, quomodo superficiales medullæ tunicæ minus periculosa, quam medulla interior. Sed legendum ὀστέα, non ὀστέον ἢ ὀστέα. In intestinis autem gracilibus icuino & ileo, quæ superiorem hypogastrii regionem & anteriorem ad vmbilicum tenent, vulnera, vt antè dictum est, periculosa: siue id situs, siue substantia efficiat. In crassis quæ magis carnosæ sunt cæco, colo, recto faciliior curatio. Vbi tamen magna vulnera sunt, dimittuntque per os vulneris alimentum, aut excrementum, & ea transuersa magis dissidentibus labris periculosa, quanquam nondum desperatio est, vbi excidit stercus è vulnere. Inde enim quidam reualescunt. In recto & paruo vulnere spes maior est, quia propiores oræ & propè coherentes facilius consuescunt & conglutinantur, quod in externis vulneribus videre est, vbi recta diuisio multo celerius coit, transuersa tardius.

DESID. IACOTII COMMENT.

Rectius multo τὰ ὀστέα legas, quam τὰ ὀστέον ἢ ὀστέα, quanquam in neutra parte vulnera necessarid lethalia sunt. Vt autem de nervis primùm dicatur, aliter antè scriptum est, vbi docuit eos, qui crassos nervos fauciatos habent, necessarid claudos fieri: vt & quibus muscutorum capita, præsertim eorum, qui sunt in femoribus, vulnerata sunt. Illi enim nervi & crassi sunt & interiores, quorum tamen vulnera ( licet, quam in tenuibus periculosa ) nequaquam per se mortem afferunt, sed læsa tantum partis impotentiam perpetuam & inexpugnabilem claudicationem. Præterea Galenus nervorum vulnera haudquaquam inter lethalia reponit, sed inter ea tantum, quæ cacoethæ, aut magna, & vulgò malefica nuncupantur. Vbi enim, inquit, tendines & nervi, & carne vacua atque offesa loca sunt, hæc doloris, vigiliarum, conuulsionis & delirij periculum instat: nisi quis, ait alibi, & medelam dolori inuenierit, & phlegmones generationem prohibuerit. Idem iudicandum de vulneribus, quæ tribus digitis à iunctura distant. Sed de periculo aliter statuendum est ex figura plagæ, quam hic doceatur. Vulnerantur enim nervi aut punctim, aut cæsim: & cæsim quidem vel per longitudinem, vel per transuersum: interdum etiam contunduntur. Punctura omnium ferè difficillima est, quoniam propter sensus vehementiam, nervi cum cerebro continuationem, phlegmones malignitatem, & saniei acris suppressionem promptissimè conuulsionem affert. Quam tamen diximus necessarid non superuenire, nisi aliquod erratum incidit. Nemo enim, ait Galenus sexto metho. cap. 2. statim ab initio iis vsus, quæ nos inuenimus, ex nervi vulnere in conuulsionem incidit. Alio verò loco conuulsionis duo remediorum genera tradit, quorum alterum conuenienter adhibitum semper à conuulsione liberat. Si enim, inquit, puncto musculi capite conuulsio, quæ nulla conuenientium medicamentorum vi remittatur, superuenierit, præciso per transuersum toto musculo, conuulsionem quidem sanaueris, aliquem tamen ex particulæ motibus vitaueris. Et paulò post, iam nervum punctum sæpè cogimur transuersum præcidere, quoties vel conuulsionem, vel deliria, vel ambo, magna, ægréque sanabilia, superuenire vulnerationi cernimus. Transuersum autem vulnus, maiorem, quam

4. Metho.

6. Metho. 2

3. Metho. 9

per directum, conuulsionis metum affert propter phlegmonem, quæ à defectis fibris ad non sectas communicatur. Ex quibus intelligitur pertinacia tantum, periculosa & cacoethe esse neruorum vulnera, nihilque aliud cerò præfagiri posse, præter periculum, ingentem dolorem, claudicationem, & similia. Proinde satius est totum hunc locum ad vulnera intestinorum referre, licet nec necessariò, nec in omnibus, nec omnia sint lethalia. Ieiunum enim intestinum, omnium maxime inter tenuia insanabile esse traditur propter vasorum magnitudinem, tunicae tenuitatem, neruicam naturam, iecoris viciniam, bilis susceptionem, & curandi difficultatem: aliquando tamen sanari visum est vulnere, præsertim summa parte accepto. Reliquorum verò leuior vulneratio agglutinatur, quia plurimum carnis substantiæ habent, nec ad mortem perducit, nisi phlegmone & ileus superuenierint. At magna vulnera & per transuersum inflicta ob eam causam lethalia re-  
 ctè hic asseruntur, quòd labra tum per se multum dissideant, tum etiam continuo vitiosarum humiditatum transitu disfungantur, nec medicamenta conuenienter admittant. Eadem ratio ventriculi. Nam exterior tunica tantum læsa facile sanescit: vulnere verò ad sinum vsque interiore penetrante difficilius est curatio, quod etiam circa fundum minus habet periculi. At in ore neruoso insignis vulnus desperatum est propter partis præstantiam, singularem quandam sympathiam cum corde ac cerebro, naturam exanguem, & medicamentorum difficilem admotionem. De quibus omnibus iam dictum est alibi. His annumeranda sunt renum & lienis vulnera, quorum illa ob id lethalia sunt ut plurimum, quòd renes multa vasa contineant, perpetuumque excrementorum illapsum excipiant, vsuque habeant vitæ conseruandæ necessarium: hæc verò, quod lien munus habeat toti corpori apprimè vitæ ac prope necessarium, sitque (ut nonnullis visum est) veluti alterum hepar. Ideo autem prætermissa videntur, quòd non adeò periculosa sint, ut aliarum modò dictarum particularum.

6. 381bo.  
6. Pau. 42  
5. de usu part.

XVIIII.

ἥκιστα ὅ γνησκουσιν οἱ τριβωχόμοιοι ἐν οἷσι ταῦτα μὴ ἐν τοῖς σώμασιν  
 μέρων ἢ τέρτων προσιτάτω.

*Minimè verò moriuntur vulnerati in partibus corporis, ubi hæc non sunt, aut ab his, quàm longissimè absunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

CLARA est oratio.

DESID. IACOTII COMMENT.

Vulnerum, quæ sanari possunt, alia parua sunt & tutissima, ut in locis carnosissimis, euchymo corpore, & vbi nerui pauci, venæ & arteriæ nec multæ, nec magnæ. Alia verò difficilia, eaque non vniufmodi. Nam quedam propter ingentem diuisionis magnitudinem, ut plurimum tantum sanabilia sunt, ut quæ futuris egent, deligatura, & purgatione: alia verò propter partis naturam non omnino tuta sunt, ut in capite musculorum carnosorum longè à iuncturis, & temporibus: aut in caluaria, thorace, & ventre. His omnibus commune est, ut si ritè atque ex arte tractentur, adhibeaturque diligens cura, & æger obedientè se præstet, exteriora denique omnia ritè sint apparatus, curationem haud dubiè recipiant: sin verò vel corpus valde infirmum sit & cacochymū, vel grauius alicubi erratum, mors sæpe consequitur. Hollerius refert quendam leui punctura cullæ in thoracis superficiem ictum derepentè mortuum, arteria fortasse quadam percussa, qua impetu factò exhalauit statim spiritus. Author verò secundi Prorrhætica plurimum posse scribit ad mortem, aut salutem τὴν τὸ αὐτὸ ἀνδρῶν τὸ σώματι.

σώματι. ὡς ἔστιν ἐκαστῶν: & ex omnis generis vulneribus homines mori, periculo imminente à venis, dolore, febre superueniente, ac similibus. Nam tum animi, tum corpora hominū plurimum inter se differunt, & multa incidunt, quæ morbos suapte natura sanabiles, ex euentu insanabiles efficiunt.

XIX.

τὴν ὅσῳ ἀμαυροῦνται ἐν τοῖσι σώμασι τοῖς ἐν τῇ ὀφρῆνι, ἢ μικρὸν ἐπ' ἀνω. ὅσῳ δ' ἀντὶ τὸ σώμα νεώτερον ἢ, μάλιστα βλέπει, χρονοζόμενος ὅτ' ἐλθῆς, ἀμαυροῦσθαι μάλλον ὑμπίπτει.

*At verò obscuratur visus in vulneribus, quæ vel supercilio, vel paulò altius insiguntur. At quanto vulnus fuerit recentius, eò magis vident: ac tardius enascente cicatrice magis obscurari visum contingit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

OS frontis, qua definit in supercilia, magis cauum est, qua parte duo ossa caluarie separantur, estque vocata diploe. Atque suppressa vacuatione per nares repleti solent, & dolore graui, qui videlicet grauitatè quandà præferat, tentantur, vbi oculi vel sine vulnere hebetiores fiunt parte excrementi in oculos diuertente. In vulnere autem propter viciniam & consensum cum vicino osse, communibus membranarum & quibusdam venis laborant oculi atque obscurantur. Nam & in vulneribus capitis, quæ altius illata sunt in sincipite sæpè inflammationes & labores oculis commouentur. Sequentium manifesta ratio est, quia initio neque febris, neque inflammatio, neque pus: procedente morbo, & iam vlcere difficiliore: tardiusque cicatricem ducente partes offenduntur magis, atque corrumpuntur, & quæ de proximo vulneratis consentiunt.

DESID. IACOTII COMMENT.

EXemplum est eorum vulnerum, quæ lethalia quidem non sunt suapte natura, noxam tamen insignem relinquunt, & ut Hippocrates loquitur, κακὸν ἐπὶ κακῷ, qualia vulgò malcica vocant. Vbi enim inferior frontis pars, cui subsunt oculi, superciliis veluti eminentibus pilisque confitis terminis circumscripta, altius percussa fuerit, ut vulneris labra futuris egeant, aut ad ossis frontis cauum ictus peruenerit, tria insequi necesse est, fluxionem in membranas oculi, partium circumpositarum intemperiem, & cicatricem. Fluxio autem superuenit, tum propter diffusionem saniei in pericranio collectæ, quæ quia exitum non habet, in tunicam vulgò adnatam dictam, & ex eodem pericranio deductam illabitur: tum propter exquisitum oculorum sensum, & musculorum inflammationem, qui in consortium mali facilè adducuntur. Intemperies verò & à sanie vlcis per moram generatur, & saniem ipsam acriorem reddit, vlcusque conseruat. Cicatrix denique partes vicinas contrahens ferè semper impedimento est, quòd minus exactè palpebræ committi possint. Quod vbi euenerit, cornea runica detecta durior atque aridior in dies redditur, tandemque visus obscuratur. Hæc ergo omnia recenti adhuc vulnere, vel abesse, vel parui momenti videri constat, ægrumque nullam aut exiguam noxam in visu percipere, quando diu per vulnus exitus saniei patet. Progressu verò temporis ita afficitur oculus, ut non iam in loci icti consensum tractus videatur, sed proprio affectu laborans pristinam constitutionem & genuinum nitorem amittat. Quòd fit, ut inueterascente morbo, & cicatrice diutius tardante visus magis hebescat. Id verò statim ab initio prædicendum esse vult Hippocr. quia (ait alibi) si qua mala supra mala necessariò euenerint, eius rei causam qui ignorant, medicum arguunt.

Αἱ σφειγές χαλεπώταται εἶναι, ὅσαι ἐν τοῖσι χονδρωδέσι τε καὶ ἀσάρκοις τόποις πεφύκασι, εἰσὶ τε κοίλαι, μελαινταί τε, καὶ ἰχωροροῦσιν αἰεὶ, σαρκίον τε ἐπὶ τῷ σφύγι ἔπεσιν αὐταῖς. Ἀθεραπρότεροι δ' ὅσαι ἐν τοῖς μελαινταῖς κοίσι τόποις καὶ ἀρκώδεσι τε καὶ ἀνεύροις πεφύκασι.

*Fistula difficillima sunt, quacunque cartilagineis & excarnibus locis enatae sunt. Atque ea causa sunt, cuniculos agunt, tenui sanie semper diffluunt, & caruncula ori fistula adnascitur. Facilius autem curantur quacunque mollibus & carnosiss, quaeq; nervo careant, locis excitantur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**F**istulas antea diximus vlcera alta, angusta, callosa, & vt alij addunt, obliqua, quae ex abscessibus & ex aliis vlcerum generibus oriuntur. Fiunt autem in omnibus ferè partibus corporis simplices, duplices, vel eò plures ex vno ore, rectae, transuersae, obliquae, flexae & tortuosae in suos singulae cuniculos intus feruntur. Atque hae magis, aliae minus profundae sunt. Hic differentiam annotat, quae è partibus, quas habent, transferuntur: quia aliae intra carnem desinunt minus periculose, aliae ad ossa & cartilagineam pertinent, quas difficillimas rectè scribit. Sunt & quae in neruacea corpora incidunt, in magnas venas, articulos, vesicam, vterum, pulmonem, intestinum, asperam arteriam, & inania quaedam spatia corporis, qualia in gula, ventriculo, abdomine, thorace, gutture, quorum vniuersum genus periculosum ac saepe pestiferum est. Vntri nullam os subest, in quo tamen insanabiles fistulas Softratus credidit, quod non ex toto sic habere vsus ostendit. Itaque quibus partibus nullo periculo callus rescindi, & quod exesum fuit, regenerari potest, fistula tutior est. Id ferè in carne datum est, vbi declinetur ferramentum, aut medicamentum, quod à perdendo callo ἐκτιλωτιδὸν appellant, à magnis venis, neruis, tendinibus, & ligamentis. Aliis partibus neruosis, cartilagineis, ossis, & profundis, vt quae in inania corporis permeant, periculotior difficiliorque ferramentorum & medicamentorum vsus est. *μολῶδου* autem dicere videtur de iis, quae in altum procedunt & cuniculos agunt, in flexus & veluti ramulos sese dispergunt. *ἰχωροροῦσιν* sanie reddunt. Hic autem *ἰχώρ* communis. *ἰχώρ* enim propriè sanies est, non tam crassa sordes, quam pus est, tenuior sanguine, quae nec recenti, nec iam sanescente vlcere, sed inter vtrumque tempus effluit, variè tamen crassa, glutinosa, atque colorata, saepe tenuior est, subalbida, & ex malo vlcere, & maximè vbi neruo laeso inflammatio sequuta est. Communis autem & pus, & *μελιγγρίων*, quae sordes subalbida, crassa, glutinosa, & melli albo similis est. *ἀθεραπρότεροι*, nisi fistula incurrat in magnas venas & arterias, è quibus periculum est ne sanie arrodatur, nisi è molli & carnosio loco, vt ventre, in inania, membranas, tunicas, nisi in intestinum in viscus &c. atque plus saniei, vel etiam varij generis reddit fistula, vt plures maioresque sinus habet, & varias partes, membranas, tunicas, neruos, ossa, cartilagineas, pinguis occupat. Pus ergo album, leue, & aequabile ex maturatis abscessibus effluit. Quod autem *πύον ἐλαϊώδες*, tenue, subalbium, quasi vntu colore atque pinguitudine oleo albo nò dissimile, quod apparet in magnis vlceribus sanescentibus. Celsus genera forditu facit sanguinè, pus, sanie, & haec in suas species distinguit. Sanguis, alius in laude, alius in vitio. In laude rubens, modicè crassus, nò glutinosus, qui vbi ex vlacte fluit, qui nò ante fluxit, melior spes & magis expedita curatio. In vitio nimiu aut tenuis, aut crassus, colore vel liuidus, vel niger aut puita mixtus, aut varius. Sanies alia *ἰχώρ*, alia *μελιγγρία*. Atque in genere sanies melior est

lior est non multa, modica, crassa, subrubicunda, aut subalbida. Malaverò multa, nimis tenuis, liuida, nigra, pallida, glutinosa, foetida, quaeq; & vlceris ipsum, & cõiunctam ei cutem erodit. *ἰχώρ* tolerabilior, subalbidus, paucus, non crassus, non subliuidus, aut subpallidus, non glutinosus, ater, calidus, mali odoris. Contrarius peior est. *μελιγγρία* melior tenuior & minus copiosa: peior praecrassa & multa. Pus inter haec optimum est album, laeue, aequabile, neque copiosius, quam abscessui vel vlceri conueniat. Peius tenue, dilutum, multum, magisque si ab initio tale est. Itemque si colore sero simile, si pallidum, si liuidum, si foeculentum est. Praeter haec si male olet, nec è loco is odor excitetur. Melius quò minus, crassius & albidius, si leue, si nihil olet, si equale est. Modo tamen conuenire debet magnitudini vlceris & tempori. Nam plus ex maiore, plus nondum solutis inflammationibus naturaliter fertur. *ἐλαϊώδες* peius est multum & parum pingue quo minus, quòque pinguis, eò melius est. E carne pus copiosius & leue, & album. E neruoso loco album quidem, sed tenuius & minus neruosa loca, membranacea, & vbi tunicae sunt. Ex neruo pingue & oleo non dissimile.

DESIDERII IACOTII COMMENT.

**C**elsus fistulam definit vlceris altum, angustum, callosum. Paulus sinum callo *lib. 5.* *6. Paul. 77.* *lib. de fist.* *4. lib. 49.* *de tumorib. pr. et. nat.* *lib. de fist.* **C**obductum, aliquatenus indolentem, in pluribus nascentem particulis, magna verò parte ex abscessibus ortum parum dextrae curatis. Callum verò (quem Hippocrates *χρῆσις τῆς σφειγῆς* vocat, & Celsus vetustate fieri scribit) solidam quandam carnem, albidam, madoris expertem, coque etiam doloris, neque vena, neque neruo (quorum illa humiditatem, hic sensum suppeditat) ad ipsum pertinentem. Et alio loco, Fistula sinus est callosus, qui magna parte ex abscessibus nascens ab arundinearum fistularum similitudine appellatur. Quae omnia ex variis Hippocratis & Galeni locis deprompta sunt. Hippocrates enim in Prognostico verbum *σφειγγῆται* usurpat pro cavitatibus oblongis, quae in corporibus animalium oboriuntur, quaeque musicorum fistulis similes sunt. Galenus verò sinum appellari scribit, cum pus in abscessibus sic excoriat particulam, vt contentia à subiectis separet ac diducat: quo quomodocumque euacuato distantia inter se pristinum statum recipere nequeunt. Hunc etiam, si quis non statim curet, callo obduci subiicit, durumque temporis progressu fieri, vt conglutinari cum sibi subiectis nequeat, quem affectum propriè fistulam nuncupat. Origo fistulae Hippocrati vna communis est, sanguis videlicet putrescens, qui extra venas necessarid corrumpitur, rodendoque sinuat ac fistulam efficit. Celsus addit malam vlceris alti & angusti curationem, propter quam occalescit, & in fistulam conuertitur. Sanguis autem ille vel ex abscessu putrescit, quem Phyma vocat Hippocr. vel ex contusione, quae fit ictu, casu, vulnere, remigatione, equitatu.

Differentiae fistularum plures sunt. Aliae, ait Celsus, simplices, aliae duplices, triplicesve ab vno ore intus orsa, quae tres fiunt, aut etiam in plures sinus diuiduntur. Singulae rursus ex loco, intra quem desinunt, aut in quo fiunt (habent enim quaedam in singulis locis propria) ita distribuuntur, vt quaedam sint in locis excarnibus, vt articulis: aliae in mollioribus, vt ano. Rursus aliae intra carnem desinant: aliae ad ossa, aut cartilagineam, aut neruum, aut tendinem notatu dignum, aut membranam succingentem, aut medullam spinalem penetrent: aut vbi nihil horum subest, ad interiora perueniant, vt ad vesicam, vel ad pulmonem, vel ad vuluam, vel ad grandes venas arteriasve, vel ad intestina, aut inania, vt guttur, stomachum, thoracem. Altera differentia ex figura & spatio repetitur. Siquidem aliae breues sunt, aliae altius penetrant, aliae rectae intus feruntur, aliae multoque plures transuersae, flexae, tortuosae sunt. Tertia ex modo puris & genere. Ac ex modo quidem, quia interdum sinus siccus est: interdum humidus: & nunc humor incontinenter fluit, nunc certis quibusdam temporibus remittit, ore ipsius oppleto, iterumque adaperto. Ex genere verò, quia ex carne pus leue, album, copiosius fertur: ex neruoso loco eiusdem quidem coloris, sed tenuius & minus: ex neruo pingue & oleo non dissimile. Proinde in praesagiendo haec omnia diligenter

ter sunt attendenda: nēpe, morbi species, fistulæ natura, locus in quo & ad quem, figura, altitudo, puris modus & genus: quæ omnia, hoc Aphorismo sigillatim, sed ὡς τυτῶν, Hippocrates complexus est. Celsus addit naturam ægri. Etenim vt in aliis omnibus affectibus, ita & in fistulis multum mali accedit, si corpus vel ægrum, vel senile, vel mali habitus est.

De loco igitur sic statuit Hippocrates, Cum maxima difficultate curari, quæcunque in cartilagineis & excarnibus partibus nascuntur. Cartilagineas partes appellat non solum eas, quæ totæ ex cartilagine constant, vt laryngem, epiglottida, palpebrarum extrema, asperæ bronchia, cordis basim mediam: sed etiam cartilagineas, quæ ossibus connascuntur, aut ea inuicem connectunt, aut ossibus appenduntur, vt nasi alas, costarum fines, ἑσφαιδῆς, articularum & spondilorum spinæ commissuras, coccygis extremum, & similia. Idem iudicium de fistulis, quæ intra partes carne vacuas desinunt, aut in ipsis oriuntur, quia ferè neruosa sunt, cum tendinibus, neruis, ligamentis, & membranis. Difficultatis curationis causa prima est loci exanguis & neruosi natura. Etenim in artificiosa curatione fistularum, quæ altius penetrant, tortuosa sunt, aut multiplices, quæque maius in manu, quam in medicamentis præsidium habent, cutis supra fistulam est, abscondi debet, callus emolliri & absumi, pus tum expurgari, tum detergeri, pars in imo vitata corrigi, cauum impleri, labra glutinari. At hæc non nisi sectione, lino, igne, adurentibus & exedentibus medicamentis, vinculis denique perfici possunt, quorum quædam sine periculo in locis neruosis tentare non possumus: alia verò vix vnquam consequimur. Præterea dictum est antea, vbi tendines & nerui, & carne vacua atque ossia loca subhærent, ibi doloris, vigiliarum, conuulsionis & delirij periculum impendere, quæ his remediorum generibus aut excitantur, aut exacerbantur, præsertim cum (ait Celsus) ferè quæ circa fistulam sunt, habeant aliquid inflammationis. Siccitas autem & durities horum locorum vlcera carne impleri aut glutinari non permittunt, vt merito eiusmodi fistulæ non solum perdifficiliter curentur, sed etiam sæpe sint insanabiles. De quibus omnibus sic censet Paulus, Femoris caput aut coxa, aut spinalis medullæ vertebra affecta attingi nõ debet, periculi, quod ex articulis adiacentibus accidit, euitandi gratia. Et paulò ante, Quæ in grandes arterias, aut neruos, aut tendines notatu dignos, aut membranam costas succingentem, aut aliquam principem particulam deueniunt, vel nequaquam, vel certè cum multa artificiosaque diligentia attingere debemus chirurgi fistularum. Sequenti verò capite eiusdem libri, Fistula (inquit) insanabilis est, quæ vesicæ ceruicem perforauerit, aut quæ ad femoris articulum sit, aut quæ ad ipsum lōganonem tēdat. Aegrè verò confanescit, quæ orificio caret, tum quæ delitescit & in os terminatur, multifariamque fissâ est. Reliquæ in vniuersum facillè curantur. Idem ferè Celsus his verbis, Expedita curatio est in fistula simplici, recenti, intra carnem, adiuuatque ipsum corpus, si iuuenile, si firmum est. Inimica, contraria his sunt. Itēque si fistula os, vel cartilagineam, vel neruum, vel musculos læsit, si articulum occupauit, si vel ad vesicam, vel ad pulmonem, vel ad vuluam, vel ad grandes venas arteriasque, vel ad inania, vt guttur, stomachum, thoracem penetrauit. Ad intestina quoque eam tendere semper periculosum, sæpe pestiferum est. Quibus multum mali accedit, si corpus vel ægrum, vel senile, vel mali habitus est. Galenus verò ita censet, sine opera chirurgi nullo modo curari posse fistulam, quæ in os desinat. Si tamen ad os vsq; peruenerit, & progressu tempotis squama sua sponte, aut etiam os abscesserit, tum medicamēta prodesse. Reliquas verò, quæ in os non desinant, iis medicamentis, quæ callos adimunt, & quibus agglutinandi vis inest, sanari.

Atque ea causa sunt. Non est necesse causas esse fistulas, quæ in cartilagineis & excarnibus locis oriuntur. Vbi tamen id contigerit, geminatur malum, quia cavitatis curationis difficultatem auget. Ob idque separatim hanc differentiam fistularum explicabimus, quæ ex figura & spatio sumitur, vt prior ex loci natura. Cavitatis itaque per se frequenter in causa est, cur fistulæ aut penitus insanabiles sint, aut curatu perdifficiles. Causam accuratè, vt pleraque alia, exponit Auicēna, quo loco

lib. 6. cap. 77.

3. de humor.

Fen 4 lib. 4.  
tyasi. 3. cap. 11

loco fistulas diuidit in recētes curatu faciliores, & inueteratas difficillimas. Quòd enim in carne concaua admodum altitudo difficillimam recipiat curationem, ex eo (inquit) perspicuum est, quia vt perficiatur, necessarium est totum cauum, quom fistula intus fecerit, cultro excisorio, aut aliis orbiculatim auferri, aut candente ferro aduri, vt crustæ inducantur, aut validioribus medicamentis erodi, quibus victa tunica, quæ inter foramen & integram carnem est, tora exeat, infraque vlcus purum sit. At hæc grauissima symptomata insigunt dolorem, febrem, inquietudinem, maximè cum iuxta fuerit neruus aliquis, aut pars præstabilis. Ob eamque causam incuratum malum, quam curationem facilius perferunt ægri, tutiusque & ad plures annos cum morbo viuunt. Eadem ratione eius fistulæ ardua & anceps est curatio, quæ longius excurrit (quod verbo μολῶσθαι significat) id est, quæ vicinas partes inficit, & cuniculos agit, aut longior est, tranuersa, multiplex, vel plures intus sinus continet. Hoc autem accidit, quando sanies suppressa aut corrupta diuersa intus corpora perrosit. Proinde præter superiora incommoda, arduum est admodum, atque interdum ἀδωδίστην demisso specillo principium huius incidi, & medicamenta intus compellere, quæ duo sunt ad curationem necessaria. In quo frequenter euenire solet, vt dum vna pars curatur, omittatur reliqua, quia vel interiores sinus latent, vel ad vltimas demitti collyrium nõ potest. Adde quòd cum malum altius serpit, id vix vnquam esse potest absque insigni noxa partium nobilium, quas intus natura condidit.

Tenui sanie semper distillant. Tertia differentia est fistularum curatu difficilium à natura puris exeuntis. Vbi verbo ἰχόρροσθαι & puris modum exprimit, cum sanies cōtinerenter effunditur, & genus eiusdem, quia tenuis, quæ reuera est ichor, aut ichori similis. Vtroque enim modo vera est sententia. Priore significatur plures intus esse sinus, aut continenter partes interiores arrodi, quia saniei plus fertur, quam quòd simplici spatio conueniat. In posteriore distinctione est opus. Nam ichor interdum significat serum humorum è venis tum naturale, tum præter naturam: interdum verò excrementum è tertia concoctione tenuius, quod in vlcibus relinquitur, eaque reddit humidiora: quemadmodum ῥύπινος sordes crassior & viscosior, sordidiora. Hoc modo ichor à calore naturali alteratus optimus est: ab eo, qui præter naturam, pessimus & maximè foetidus. Interdum etiam crudus est: sine perfecta alteratione prodit. Vtriusque autem excrementi natura varia est pro ratione subiectæ partis, ex qua redundat. Siquidem propriè πύον est, quod ex optimo sanguine & carne læue, album & copiosius fertur. Ex neruoso loco coloris quidem eiusdem, sed tenuius & minus effluit, ac generis nomine ichor Celso nominatur, cum scribit ἰχόρρα saniei speciem esse tenuis, subalbida, & ex malo vlcere exeūtis, maximèque vbi neruo læso inflammatio sequuta est. Et alio loco, ex neruo pingue & oleo non dissimile emanare. Quamquam Aëtius humorem hunc, qui è neruo in fistula croso prodit, tenuiorem esse vult, eique similem, qui ab ossibus defluit, nõ tamen oleagineum, aut pinguem, sed saniosum & glutinosum. His ita constitutis qualis sit ichor continenter è fistula manans considerandum. Nam primo modo sumptus, siquidem crudus sit & incoctus, venas subesse, easque vel arrodi, vel νωστωσθαι laborare (de quo symptomate dictum est antea) denunciat. Sin verò sanguis est ichorosus & corruptus, è toto corpore esse potest, aut viscere aliquo interiore malè affecto, cuius superflua per fistulam abscessus in modum continenter expurgantur. Etenim ab eiusmodi fistulis, vt & ab hæmorrhoidibus redundantiam humorum in corpore animantis vacuari, ac plerosque huius euacuationis beneficio, haud secus atque hæmorrhoidum, valetudine integra perfrui Hippocrates docet. In neutro harum fistularum genere curatio facillè perficitur propter perennem humorum affluxum. In posteriore periculosa est, quia suppressis humoribus dolores & morbos ipsis congeneres fieri necesse est. Vbi verò talis ichor continenter effunditur, quale diximus in vlcibus tenue & humidum excrementum, prauum admodum est, vt signum & causa. Id enim euenit cohibita intus crassiore sanie, nec satis purgatis vlcibus, in quibus alueus patet in decliue, aut flexus est ac tortuosus, aut

lib. 5. cap. 25.

3. de humor.  
et 6. Epid. 3.



malè versus, vt os videlicet sit superius. Quod enim tenuius est, effluit : crassior fordes in callum transit. Tertium autem ichoris genus, ex neruo in fistula eroso curationis quoque difficultatem augere manifestum est, vt & naturam loci mollioris, qui superfluente humiditate continuo madet, qualis est anus. Nam præterquam quod locus in ano facillè sinuatur, alieno humore perpetuò alluitur: quò fit, vt fistula, quæ iuxta oritur, penetrare soleat ad imum vsque recti intestini, ac tum per fistulam deiectio reddatur cum factore & spiritu. Continenter quoque sanies inde effluit malo sæpius insanabili. In vniuersum curatu difficillimas esse fistulas omnes Hippocrates concludit, quarum orificio σαρκινὸν superadditur, id est, caruncula, siue callus durior, aut quæ orificio carent, tum quòd in his exitu sanies, ingressu collyria prohibeantur, tum quòd sanari aliter nequeant, quàm medicamentis acrioribus & callum exterentibus, aut incisione sinus & vstione: aut incisione citra vstionem: quorum auxiliorum nullum sine periculo & ingenti molestia adhiberi potest. Quòd verò facilius curentur quæcunque mollibus locis carnosus, & neruis carentibus: aut, vt Auicennas addit, quæ recentes sunt, nec profunda: itèmq; (ait Celsus) quæ simplices, recentes, intra carnem, ex superioribus satis est perspicuum.



TERTIAE SECTIONIS

COACORVM PRAESAGIORVM

Hippocratis liber secundus, Iacobo Hollerio  
Stempano Medico interprete.

APHORISMVS I.

τὰ ὃ πρό ἥλιος ἔ γίνεται νοσήματα, περιπλωμοινὰ, περιπλωδελικὰ, ποδαγριὰ, νεφριτις, κύρσις πέρι κνήμην, ῥις αἰμαλιηρός, καρκίνος μὴ σύμφυτος, λακὴ μὴ σιγχοιησ, κατάρρως νωλιῶτος, αἰμορροῖς, μὴ σύμφυτος χορδαψός. τῆτων τῶν νοσημάτων πρὸ ἥλιος ἔ γρη προσδέχεται γυναικῶν ἔδεν.

*Hi autem morbi non sunt ante pubertatem, peripneumonia, pleuritides, podagra, nephritides, varix circa tibiam, fluxus sanguinis, cancer non congenitus, vitiligo non innata, fluxio dorsalis, hæmorrhoids non congenitus, chordapsus. Horum morborum nullum fore expectabis ante pubertatem.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.



By pubertas primo coitu & mensuris ferè definitur. Id ferè in decimumquartum annum incidit citius tardiusue, vt natura corporis euariat. Multa autem annotat ante pubertatem non fieri contra experiètiã nostrorum hominum. At fortasse quomodo in Aphorismis eunuchos, mulieres, pueros ante vsum venereorum podagra non laborare scripsit fretus sua suæque ætatis & memoriæ experientia, ita hoc loco. Nam eunuchos, mulieres, & pueros videre licet, qui podagra laborent, quomodo nihil

nihil frequentius videre licet, quàm quæ πλεωλικά dicit in pueris, & aliquando, licet rarius, περιπλωμοινικὰ. νεφελικά verò siquidem calculos intelligit, qui cogantur in renibus, neque id omnino nostra memoria certum est. Calculi enim in vesica sæpius, in renibus aliquando pueris concrescunt, & calculum puerilem morbum facit in Aphorismis. Sed neque repugnat collecta cruda materia in renibus atque putrescente, & per angustias & imbecillioem vim excreticem non repurgata, renum inflammationem gigni in pueris. Varix certè rarò visus in puerorum tibus, in seroto aliquando. Parùm enim colligunt crassioris sanguinis. Fluor autem sanguinis è naribus rarissimè videtur, sæpe per aluum. Cácro quoque, nisi ex vtero id habeat puer, rarissimè tenentur, vt nec vitiligine. κατάρρως νωλιῶτος non satis constat, quid velit. Si enim defluxionem in spinam intelligit, parùm verisimile. Cerebro enim pleno sunt & humido, nihilque ferè emingunt aut expuunt, & spina sunt infirma. Videtur fortasse intelligere defluxionem illam, quæ è cerebro in spinam est, vt velut formicarum motio sentiat, cuius meminit secundo de morbis in tabe dorsali, quæ familiaris est recens spõsis & effreni venere vtentibus. Hæmorrhoids, vt peripneumonia, pleuritis, varix, cancer, leuce, aliæque id genus atatis sunt inclinantis & melancholicæ. χερδαψός quomodo distinguatur ab ileo, prius ex Diocle Charistio dictum est.

II.

Ἀπὸ 14. μέχρι β. καὶ μ. ἐτέων, πᾶμορφος ἡ φύσις νοσημάτων ἤδη τῆ σώματος γίνεται. πάλιν ὃ ἀπὸ τῆς ἡλικίης μέχρι ξγ. ἐτέων, ἔ γίνονται χοιράδες, ἔδεν λίθος ἐν κύρσει, ἢ μὴ τύχη πρότερον, ὑπαρχών, ἔδεν κατάρρως νωλιῶτος. οὐδὲ νεφριτις, ἢ μὴ παρακολληθῶσιν ἐξ ἄλλης ἡλικίης. οὐδὲ αἰμορροῖδες, οὐδὲ ῥις αἰμαλιηρός, ἢ μὴ πρότερον τύχη γεννημένος. τῶν μὲν μέχρι γήρωσ ἀπέχεται νοσήματα.

*At à 14. ad 42. annum natura ferax est huius generis morborum corporis. Rursus ab ea atate ad annos tres & sexaginta neque strumæ sunt, neque lapis in vesica, nisi fortasse prius fuerit, neque dorsalis distillatio, neque renalis morbus, nisi consequantur ex alia atate, neque hæmorrhoides, neque fluxio sanguinis, nisi fortasse prius fuerit. Hi igitur morbi pariunt homini ad senectutem vsque.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Manifestè ostendit hoc loco præscripsisse initium pubertatis anno 14. quæ ἐφῆβια vocatur. παιδία enim pueritia eò extenditur. Pubertatis annos sequitur ætas τῆν μαρκαίων adolescentum ad 25. annum, vt multi volunt. Hinc νεανισκῶν & ἀκμαζόντων ad 35. &, vt alij, 40. quia videlicet aliis tardius aliis celerius maturantur anni, naturæque corporis. Ex quo ἀσθεῖς viri, qui à quibusdam ἀκμαζόντες intelliguntur. Ea ætas quibusdam κατεσθηνοῖα ἡλικία, aliis ὄρμημαζόντων, in qua pauca resoluuntur, iam deferuescit sanguis, maturatur ratio & iudicium. Ex quo minimè obnoxiam morbis esse voluerunt. Alij quoque aliter ætates distingunt. Cæterùm ferax adolescentum & iuuenum ætas morborum omne genus, quia tum sanguis feruidus multa concitatur bile, & intemperatissimè viuunt.

Rursus ab ea atate. Videtur hoc loco virilem ætatem, quæ iam declinat ad 63. annum extendere, qui à multis κλημαστεικῶσιν annotatur, quia in eum annum septimum nouenarius, & nonus septenarius coeunt, vbi maxima vitæ pericula imminet, & veluti autumnus vitæ est. Hic ergo senectutis initium est, quæ cruda dicitur, vnde ὁμογεροῖτες. Strumæ ergo cum sint soboles vitiosæ multitudinis, quæ

quæ redundare solet, pituitæ scilicet frigidioris, quæ ideo pueritiæ familiaris est, ei videlicet, quæ à 7. ad 14. extenditur, omnino ei opposita, quæ virilis dicitur. Lapis in vesica multis ætate accidit, sed prius collecta, ac multis è renibus in vesicam decurrit, hincque nouo accremento ita augetur, vt non excludatur nisi chirurgia. Cuius rei argumentum est, quòd in lapidibus quibusdam, qui ferramento incisis extrahuntur, lapillus quidam medius inuenitur, cui videlicet crustæ adnatæ sunt. Et non defuerunt, qui calculum in vesica nasci negauerint, tantùm in renibus, accrescere quidem accessione materiæ in vesica. *νολιαθ* κατὰ τὸν νεφρὸν morbus aliquoties annotatus ab Hippocrate, vnde tabes. De nephritide prius dictum est. Hæmorrhoides autem familiares esse dixit in Aphorismis ætatis, quæ 35. annum superat. Fluxio sanguinis iam deferuescente sanguine & crassiore iure quidem non fit. *μέγχι γέροντες*, quidam interpretes Hippocratis *γέροντας* dici voluerunt, qui extremam senectutem agerent, & postremam vitæ fabulam, quasi *ἐς γλυτὴν ἑσθίαν*, vel vt Plutarchus, quasi *νεκρῶν*, terrestres. Alij *δμογέροντας* senectutis ingressu, à quibus *γέροντες*, & postremo vitæ actu *ἡδύ γέροντες*, decrepiti ac siliernia, de quibus bis pueri senes. In Aphorismis *ὡς πρεσβύτας*, qui extremam vitæ ætatem agerent, dixit, progressâ iam senectute, cuius ætatis morbos describit, vt tertij libri sine. Hic autē non qui ætatibus familiares morbi sunt, sed qui nō fiant, describit.

I I I. πρὸ γυναικείων.

Ἐν γυναικείοις τὰ πρὸ τῶν τῶν ἰόντων ὑδατώδεια, καὶ κρόν.

*Muliebris purgatio siquidem ante partum aquosa est, malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Quam sit varia vox *γυναικεία*, prius est explicatum. Nunc purgationes muliebris ita appellat non menstruas quidem, subsistit enim in grauidis: sed quæ concepto foetu colliguntur, ac sub partum & in partu repurgantur. Constat autem experientia aliis plus aquæ colligi, aliis minus: plus vbi foeminam gestant & imbecillum foetum: minus vbi marem & robustum, vt aliquando copia aquarum abortiant. Eiusmodi autem aquam aut serum verius natura mouet appetere partu, atque euntibus aquis proximum partum enunciant obstetrices, vnde lubricæ viæ & emollitæ faciliorem partum reddunt. Quòd si aliquot ante partum diebus, aut longius à partu prodeunt aquæ eiusmodi, difficilis omnino partus sequitur. Qui enim foetus prius eiusmodi aquis molliter sustinebatur, decidit, & vincula vteri totisque vterus habent deterius, nec iam est, vnde viæ foetus excludendo moliantur. Est autem aqua duplex concepta vtero, dum gestatur foetus, velut sudor animo inclusus, cui infidet foetus subuchiturque nec ita grauitate distrahit vincula vteri. Altera atlantoide velut vrina acrior & mordacior, & paulò remotior à foetu.

I I I I.

τοῖματὲ ἀφθώδεια, τῆσιν ἐπιφόροις οὐ χρεῖσθιν. ἀρα καὶ κοιλίᾳ καὶ θυμῷ.

*Ora aphthæ ulcerata in mulieribus, quæ vterum gerunt, mala. Nam & ijs alui diffluunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Αφθώδεια quæ dicat intelliges ex iis, quæ annotauimus in Commentar. 24. Aphorif. 3. Mulier autem *ἐπίφορος* dicitur, & quæ vterum gestat, & quæ partui vicina est, *υδατὲ* & *ἐν γαστρὶ ἔχουσα* ferè ab Hippocrate. Aphthæ igitur cum sint vlcera maligna serpentina, vitiosi succi certissima indicia sunt, quæ si intestina quoque

quoque appetant, aluum exturbant. Itaque non nutritur foetus imbecilliorque redditur, & mater quoque intabescit, vnde metus abortus.

V.

Ἐκ κενεῶνων μεθισθῆναι ἀλγήματα ἐς τὸ λεπτόν, ἐν μακροῖσιν ἐν διαφορῆσιν καὶ μὴ λίτω καθαρθείσιν, ὀλέθρον.

*Ex ilium inanitate in tenue intestinum translatus dolor in longis morbis ex abortione, & infra modum purgatis puerperij excrementis, lethale.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Vterus suis corniculis ad vtraque ilia in larum porrigitur in grauidis: replet ilia, inferiorem ventrem ferè totum occupat, & multa iam attingit intestina. In aliis siquidem magnitudo eius iusta atque mediocris est, ad tenuia quoque intestina peruenit. In minori vtero non ita. Itaque transmutatio est à corniculis & lateribus vteri, vbi ilia sunt, in fundum, & hinc in tenuia intestina. *ἐν μακροῖσιν*, siue longos morbos, quibus abortio succedat, parum refert. In vtrisque enim pessime affecta mulier est, multò magis si non externa causa, sed intrus latente vitio obortit mulier. Est autem *διαφορῶν* nomen generalius, quàm *ἐκρυσις*, effluxio, quæ fit ante 7. diē, & *ἐκρυσμός*, quæ incidit intra 40. & rursus *ἀμβλωσις* *φθωρὰ ἐμβολή*, & vt Hippocrates, *ἀφθωρὰ*, vnde *ἀφθωρὰ* foetus abortiui in Epidemiis. Siue autem ante iustum tempus, siue natali mense pariat mulier, secundas purgari & conclusa vtero excrementa necesse est. In abortione sæpius secundæ ad aliquot dies retinentur, sed excrementa abeunt. In maturo partu statim exeunt secundæ, & vmbilicum sequuntur, nisi imprudentia obstetricis ante incidatur vmbilicus, quàm secundæ excant. *κάθαρσις* autem vocem ambiguum de purgationibus mensuris dici iam antè dictum est. Ergo cocunte abortione, defectu purgationum puerperij, longitudine morbi, vagis doloribus lethale.

VI.

τὰ ἐν τόνω καὶ διαφορῆσιν πολλὰ ὀξείως ὁ μὴ γινώσκων, ἐπιτίθει, δύνει καὶ ῥίγος τάντησιν πολέμοιοι, καὶ κοιλίης ταραχή. ἄλλως τε καὶ ὑποχονδρῶν ὀδυώδεις.

*Si ex partu & corruptione foetus multa celeri impetu mota supprimuntur, difficilia sunt. Rigor ijs inimicus & alui exturbatio tum aliàs, tum si doleant ab hypochondrio.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Vidam ab abortione multa ex vtero confertim proflexerunt facto impetu, & in venas materia versa habitumque corporis rigor & febris infesto casu. Accursus vitio in ventrem decurrente per aluum multa mordicantia & dolorem inferentia decurrerunt, quam *πρασινὴ κοιλίης* solet appellare. Quòd si hypochondrij dolor accesserit, deterior casus est, loco videlicet inflammato, aut multum obstructo. Observatio ergo peculiaris est, & eorum, quæ rarius accidunt.

VII.

τῆσιν ἐπιφόροις κεφαλαλγικὰ κερῶδεια, καὶ βάρεις γυνώμια καὶ ἀσασμῶ, φλάουρα ὡς ἐπίστολύ.

Utero

*Utero gerentibus dolores capitis soporosi accedente grauitate & conuulsione ut plurimum prauis sunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**ive utrum gerant, siue non habeant in utero, mala sunt ea omnia: sed in grauidis periculum maius est, quia ex iis vitium vel vteri, vel totius corporis conuulsiuitur, unde caput plenius dolet, in soporem mulier deiicitur, grauis est, conuulsiuitur. A quibus, sed maximè conuulsione tum vterus, tum corpora, quibus alligantur, vehementius concussa periculum adferunt, ut ne vincula vteri disrumpantur, & commotione excutiat fetus. Ac certè dubitari potest, unde in grauidis mulieribus capitis grauitas, sopor, conuulsio, grauitas oriantur. Atque siquidem è reliquo corpore, nihil iam commune res habet cum grauidis: si ab utero, res eiusmodi est. Vterus inter reliquas partes corporis tum plurimas, tum maximas venas habet & arterias. Atque iis plenioribus & vitioso succo redundatibus, multò magis si calor morione aliqua accesserit, vapores multi, humores quoque aliquando tum in stomachum, tum in caput attolluntur. Cõsentit enim vterus cum stomacho & syncipite primo de morbis muliebribus. Per venas ergo communes utero & mãmis multa antrorsum per arterias collit, & quæ è fornace dicta, *χοιλίω* vocant, ad anteriores partes capitis feruntur, ex quo grauitas, sopor, dolor. Ac grauitatis copia, soporis qualitas, doloris tum qualitas, tum tensio in syncipite magis, quia illic, qua sunt futuræ, multa neruacea vincula, quæ cranium meningibus copulant. Ac dolor grauior siquæ futuræ illic raræ, si pori & spiracula fistulosa forde intercepta sunt, ut nihil expiret, quod plurimis mulieribus accidit, sed iis maximè, quæ multis capitalibus vinculis & integumentis caput opprimunt. Conuulsio verò parùm familiaris est vteri vitio, quia paruis admodum neruis pro sua magnitudine prædita est, ut eo inflammato raro incidat conuulsio. Itaque hæc omnia vel capitis vitio primario, vel qua vniuerso corpori, vel denique qua utero consentit, in grauidis accidere possunt.

## VIII.

*Ηεν εν γυναικείων περι τ' άνω και τ' λεπτόν πόνοι σωθονοι κοιλίας και ηυρησάνης (εν υπασώδεες. τάλησι, περι και ηυρησάνης, και άδωάλοι κεφαλαλγικας επιδρς, και περι τ' άνω) ύποτροφαι, τήσι κλίστησι γενόμεναι μετ' άφροσιν, τα χείως κλίστησι.*

*Quibus ex purgationibus mensstruis superiore parte & ad intestinum tenue dolores fortes, ijs exturbatur alui, & leuis anxietas ijs circa iudicium in somnum inclinationes sunt, & impotentes ex capitis dolore exsudant, ac perfrigerantur. Eiusmodi recidua plerisque sunt post remissionem, quæ celeriter interimunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**articulatis oratio, in qua nomine *γυναικείων* purgatio vel mēstrua, vel puerperij intelligitur, alioqui communis vteri morbus. Hinc ergo parùm apertis acetabulis, aut apertis quidem & ritè fluentibus mensibus vterus, & quæ ei consentiunt, refrigerat. Ex vtriusque dolores fortes in tenui intestino & parte superiore ventris commoueri possunt. *άνω* verò vel locum, qui ad vetriculum pertinet, vel qui ad vmbilicum intelligere videtur, vbi tenuiorum intestinorum varij anfractus. Alioqui *τ' άνω* dicit, quæ *τ' άνω τ' άνω κοιλίω μετώρη* dixit in Aphorismis, quæ videlicet abdominis musculos, & fortasse peritonæum continent, ut *μη μετώρη τ' άνω*, quæ in profundo sita membrana peritonæo includuntur. Refriger

Refrigerato utero, & frigore acetabulis concepto, dum in muliebri fluxu hiant, aperta exterior tunica vteri refrigeratur pars peritonæi, & inde peritonæum. Sed dolores leniores eiusmodi dixit iis, quæ in profundo. *τ' άνω* & *μετώρη* secundum longitudinem sæpius, interdum secundum profunditatem intelliguntur. Vnde autem alui exturbentur, quæstio esse potest. Ac experientia docet ab algore & frigoribus alui profluvia sæpe concitari. Potest quoque & non satis euntibus mensibus pars vitij ad intestina conuerti, & inde alui profluum commoueri. *καταφορά* verò vaporibus in iudicio ad caput latis: quo tempore materia vehementer mouetur, multò magis si frigida materia est. *άδωάλοι* verò pigriore motu torpidòque affecto principio, aut in neruos sparsa materia. Quid velit *κνεαλγικώς* parùm liquet, & an ea vox voci *άδωάλοι*, aut sequenti orationi coniungi oporteat. *κνεαλγία* ergo ex vocabulo vel manuum dolores, vel dolores inanes significat. Inania verò in corpore dicimus, quæ solo aëre, non solido corpore plena sunt, qualia anteriore thorace & cerebro inuenias, ac ferè toto corpore sparsa sunt inania quaedam spatia, sed alia ampliora sub sensum manifestè veniunt: alia vix conspici possunt, solaque ratione continentur. Sed quis sit inanis dolor, parum constat, aut fortasse *κνεαλγίω* dicit genus affectionis, in quo ægri quasi vacuum anima & spiritu corpus queruntur, proximum animi deliquio, spiritum exire dicunt, quod *επιδρως* non repugnat, ut nec dolori, nec vacuationi. Perfrigerari autem commota intro materia, & ut Hippocrates, pugna calidi & frigidi. *Eiusmodi recidua*. Reciduas dicere videtur, quæ sudatione, perfrigeratione, *κνεαλγίω* aliisque supradicta inuehant.

## IX.

*τὰ μετ' αυχθισμῶς έξω αναφερόμενα πνεύματα, ην τήεις παράλογος, τήεις επιφοροίεν επιτρώσκει.*

*Spiritus foras elatus cum suspirio, & colliquatio præter rationem in grauidis abortionem denunciat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**uid intelligat voce *αυχθισμῶς* parùm constat. Suspirium vertunt alij interpretes. At verò grauidis mulieribus difficilior spiratio oppresso diaphragmate instrumento liberæ respirationis. At unde fiat violenta respiratio in eo, quod foras, prius in sermone de respiratione expositum. Colliquatio verò interno vitio. Ac ferè grauiore vitio partium internarum accidit. Contingit autem aliquando matres vehementer extenuari foetu incolumi, quia attrahat fetus tantum alimenti, ut minus quàm conueniat, superfit matri. Periculum tamen est ne defecta matre vitibus, vires quoque deficiant foetum. Sed ab interno vitio malè nutrita matre, malè educato foetu abortio certior est. *επιτρώσκει* Aristoteles appellauit speciem *επιτρώσκει*, vbi intra quadragesimum diem perditur foetus: sed plenius *επιτρώσκει* etiam si postea mater abortiat.

## X.

*Οδύν κοιλίης μετά τόκον, επί τάλησι πυώδεα και γαίρησι.*

*Dolor ventris post partum in iis purulenta purgat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**olor ventris familiaris puerperis partim ab utero, partim ab intestinis. In vtraque parte perfrigeratio, flatusus spiritus & inclusa materia exerceat. Sed quæ *πυώδεα* dicit vel purulenta, quæ abscessum arguunt, vel puri familia, quæ pituitosa. Hæc enim & intestino & utero hærentia, dum calore sua extur-

QQQ

gent, & in flatu abeunt, dolores inuehunt. Cocta verò excernuntur, vbi iam puri similia & πυώδεια interdum appellantur ab Hippocra. καθάρειν autem vt καθάρσεις vtriusque partis intestini & vteri purgationibus accommodatur. Est autem sermo hic particularis.

XI.

Αἱ ναρκώδεις καὶ μάλλιαι ἐν τῇ (κ) κνήμῃ ἀδυναμίας καὶ ἀνεκλασμένα, περὶ κρῖν ἐνοχληθεῖσιν, ἀσώδεις, ἐφιδρῶσι πολλὰ, κοιλία καθυστεροῦσα τὰ τῆ, κακόν.

*Quas est magis dum mouentur, torpida sunt cum impotentia contracta circa iudicium perturbati anxie, multum exudant. Atque his alui profluum malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Concurfio est empyrica. Quas autem ναρκώδεις vocet, sapius explicatum pigris motionibus & sensibus corporis. Lasso igitur cerebro, spina & neruis, qui inde & propagantur in corpus, languescente vi, quæ inde & per hæc diffluit in corpus, non solus torpor, sed ἀδυναμία, quia iam aucto torpore impotentes fiunt ad motiones & sensus. Quas autem dicat ἀνεκλασμένας, parùm constat. Dicitur enim prius κατὰ κλάσιν dici ab Hippocrate de distorsione palpebræ. Nunc autem videtur dicere genus lassitudinis, quod ὀσκόπον appellant, in quo ægri quasi contractis ossibus dolentes iacent. Alioqui ἀνεκκλισμένας, quasi ἐκλυτὰς legendum, exolutis viribus corporis. Nec satis apertum est, quod vox ἐνοχληθεῖσαι significet, quod ad obscuritatem & perturbationem oculi interdum referri solet. Hic ad mentem perturbatam referendum videtur. Anxietas crisius familiaris concitata vehementius materia, quæ morbum facit. ἐφιδρῶσι, πολλὰ ambiguum, vt vox πολλὰ intelligatur, vel de multo sudore, eoque vel breui, vel longo, vel paucò quidem & tenui, sed diutius eunte. Atque hic magis consentit, quia in mulieribus, quarum meminit, oppressa natura & imbecillis satis ostenditur. Quibus si profluum alui accidat, malum, quia languentem virtutem deicit. Videtur autem de mulieribus vterum gerentibus intelligere.

XII.

τὰ δὲ γυναικεία μὴ ἐπιτίθειναι, καὶ ἄμωρον ἐπιληπτικὰ ἐν τῶν τοῖστων, οἴμαι. ἐν τῇ δὲ ὑποφορᾷ μακρᾷ, ἐν τῇ δὲ αἱμορροΐδεις.

*Menstrua non supprimi vtile. Comitiales morbi ex iis fiunt, vt arbitror. Quibusdam longa alui subductions: aliis verò hæmorrhoides.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

DE grauidis non potest dici, in quibus menstrua nature lege subsistere oportet. In aliis quæ non gerunt vterum, quandiu concipiendo idoneæ sunt per annos suis interuallis expurgari necesse est, vt sit incolumis valetudo corporis, quæ si cohibentur, tum alios morbos, tum comitiales maniacos, melancholicosq; interdum gignunt, quia præclusis acetabulis sursum in caput, tum vapor melancholicus, tum sanguis eiusdem nature excurrit. Eiusmodi enim sanguis colligitur, vbi sanguis diutius inficit loco, & copia vacuata retinetur, quæ omnia in libris de morbis

de morbis muliebribus pluribus describit. ἐν τῇ τοῖστων non excūtibus, sed suppressis mensibus, οἴμαι addit, quia ἀμφίδρονον. at ὑποφορᾷ μακρᾷ quæ sint, parùm liquet. Nam ex vocabulo quæ deorsum feruntur. Medici pro cauernosis vlceribus vsurpant, vt in ebulo, Dioscorides, κομᾷ ὑποφορᾷ glutinat vlcera profunda & cauernosa. Ac verisimilius est, magisque vsu probatum suppressis mensibus & recurrente in corpus sanguine vlcera profunda gigni, qualia ab atrabile. Multis enim cancri & phagedænæ inde subnascuntur, maximè in mammis & cruribus. αἱμορροΐδεις. Cùm ex eodem trunco proximo renibus venæ in vterum & sedem producantur, suppressis mensibus facilis est transcursus ad sedem. Id multis vidimus, & quo tempore cessant naturali sorte menstrua, id accidit, varices quoque.

XIII.

τῇ (γ) ἐπιφόρῳ ὑποχονδρῆς ἀλγυμῶ, κακόν, καὶ κοιλία τὰ τῆ (γ) φερόμεναι, κακόν, καὶ δὲ ἐπιρροῦσιν τὰ τῆ (γ) κακόν.

*In grauidis hypochondrij dolor malum, est alui soluta iis malum: in super iisdem rigere malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

NON solis grauidis, sed aliis quoque mala hæc omnia. Vtero gerentibus eò deteriora, quò maius periculum creare possunt violentum partum, vnde mater vnà cum foetu extingui possit.

XIII.

Ὀδύνη κοιλίης ἐν τῇ (γ) τοῖστων ἵσσαν κακόν, ἢν ἰλυώδεια καὶ γαίρη.

*Dolor ventris in iis minus malus est, siquidem limo similia purgauerint.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

DEposito toto vitio, quod limum refert, nec relicta causa, vnde nouum regeneretur, melior conditio est. Alioqui manente causa nouum vitium nouum dolorem integrabit.

XV.

Ἡ (γ) ῥηθιδίως τῶν τοῖστων τίκεται, μετὰ τόκον δυσφορᾷ σφοδρᾷ.

*Qua ex iis facile pariunt, post partum valde difficilia commouentur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

NON quia facilior partus, grauiore casus excitantur à partu: sed quia fortasse relicta sunt, quæ neque limosis deiectionibus, neque soluta aluo, neque aliis præscriptis exierint.

XVI.

τῇ (γ) κύβητι φθινώδεις, ἢ (γ) ἐρωθῶς ἐπὶ προσώπῳ γίνεσθαι, αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἀποστρέφουσιν τὸ ἀποδέπειν γινώσκουσιν.

*Quibus pregnantibus ad tabem opportunis faciei rubor fit, hunc extillans sanguis è naribus auertit.*

QQQ 2.

Φωνώδεις sunt opportuni tibi, quibus caput calidius. Nam destillationibus idonei collo longo, thorace angusto, pulmonibus infirmis. Iis autem vt plurimum faciei malæ erubescunt rubore non eo quidem, qui in virginibus & pueris conspicitur, sed vel igneo, vel saturato. Excitatur autem concalfacto & pliore capite. Si ergo quod in pulmones defluat, & faciem magis coloret, per nares excernitur, & inde caput copia leuetur, & minus incaleat, faciei rubor inde delebitur.

XVII.

Ἡδὲν ἐν τοῖς λευκοῖς ἐπιφθόροις ὁ ἀμφοτέρωθεν κώφωσις, καὶ ἐς πλῆθυνον ὀδύνη ὀξεῖα, ἐξίφθισιαι, δλέρειαι.

Quibus ex parte alba prodeunt, & iis suppressis una cum febre surditas accidit, & dolor lateris vehemens insania lethalis fit.

Verperis alba primùm, deinde rubra prodeunt. Serofa quoque ante partum. Si ergo ante iustam purgationem illa supprimuntur, refluunt in corpus, putrescunt, & commota imbecilliores partes inuadunt. A putredine febris, surditas & insania, quia pars in caput rapitur, lateris dolor, quia aliquid vitij eò transfluxit. Ex his omnibus exitium puerperæ denuntiatur.

XVIII.

τὰ ἐν τῇ ἐπιφθόρῳ ἀλμυρώδεα, σημαίνει μετὰ τόνον δύσκολα λευκοῖς δακνώδεα. αἱ τοιαῦται κατάρσεις ἀποσκληρωθεῖσι. λυγὲς ἐπὶ τῆτοις φλαύρον, καὶ πῆξις ὑστερῶν καὶ σπληνίτι.

Salfuginosa in gravidis molestias post partum denunciant, ab albis purgationibus mordacibus. Eiusmodi purgationes inducant. Singultus ex iis malus, & utero uterorum rugatio & contendit.

Salfuginosa iudicantur prurigine in scabie, morsu in intestinis & faucibus, sapore in lingua & ore. Hic videtur salfuginosa dicere, quæ lingua discernuntur. Est autem eiusmodi pituita salsa: iam aded vitiosa, vt non quomodo dulcis aut acida in alimentum conuerti possit, sed repurganda est calor vitiosum inclusum corpore significans, à quo eiusmodi pituitæ generatio est. Est autem & ea crassior natura & lentior, calore quoque acrior, & magis vbi mora computruit. In partu igitur alba quæ prodeunt, acria molestias adferunt. Cur autem dicat ἀποσκληρωθεῖσι parùm constat. Reuera durior cutis est & ficcior redeunte ea salfugine, quod in scabie, lepra, pfora, elephantiasi. Sed & tubercula dura gignit, qualis grando in elephantiasi, & tophi in articularibus morbis, in alijs scirrhi, quæ & utero cogitur, aliquando in pulmonibus & alijs partibus. Singultus autem minus hæc consequitur, qui si incidit, læso stomacho & irritato fieri potest. Quæ sequuntur, videntur interiecta, & voce πῆξις, vel rugationem vel reduplicationem vteri significat, quam contentio sequitur familiaris ficcitati.

XIX.

Ἐς πόδας καὶ ἐς ὄφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκ γυναικείων, ἐκ πονηρικῶν, καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης γλισχρῶς δυσώδεα ἐπιπόνοις ἰόντα. πνιγμοὶ ἐπὶ τοῖς προγεγαμημένοις ἐκ πονηρικῶν.

In pedes & lumbos cōtentiones ex muliebribus suppurationem adferunt, & vbi ab aimo viscida grauiter olentia prodeunt cum dolore: suffocationes quoque ex iis, quæ prædicta sunt, suppurationem adferunt.

Quas σαφέστες dicat, parum liquet, nisi vel conuulsiones vel dolores tenuos intelligat. Verùm vt cunque intelligas, non necessariò neque magna ex parte suppuratio inde expectanda est. Neque reliqua omnia necessariò connexa sunt, aut magna ex parte suppurationi.

XX.

τὰ ὑστεραῖς ἐν κοιλίᾳ σκληρώσεως ἐπὶ ὄδῳ ὀξεῖας, δλέρειον.

Uterina in ventriculis durities cum dolore celeriter mortem adferunt.

Obscura hæc oratio. Etenim quæ fiat, vt durities vteri intelligatur in ventriculis, nisi quod vteri ventre continetur? Sed ferè γαστήρ non κοιλίη dicitur, quia parte vteri continetur. Et propterea sæpe quæ γαστήρ ἔχεις grauida mulier ab Hippo. dicitur in legitimis operibus, non ita γαστήρ ἔχεις. κοιλίη enim sæpius σπῆδος, & quæ inde cauitas ducitur per intestina, nominatur. Sed vt cunque vsurpetur, nisi σκληρῶσεως ἐπὶ ὄδῳ intelligas eam, quæ peculiariter φλέγονη dicitur, non ita celeriter interficit. Durities enim vteri, vt in scirrho, non ita breui, sed tardius interficit. Eò verd vteri inflammatio periculosior, quò grauior inde, ardentiorque febris, quæque caput plurimùm afficiat, & linguam inurat, nasci consuevit. Sed nec inde celeriter mors sequitur.

XXI.

τῇ ἐπιφθόρῳ ἢ δὴ ἀφθώδεα ῥαμῶτα ἐπὶ ὄδῳ ποτηρικῶν αἰμορροῖς τῶν τῆς κακίαν.

Uterum iam gerentibus fluxiones in aphthas versa dolorose, prauum: hæmorrhoids ijs pessimum.

Hæc videtur adiecisse, vt progressam impregnationem ostendat, quomodo alij interpretes Hippocratis, quæ recens vterum gerebant, nec longè à conceptu intelligunt. Alij quæ fecundissimæ facile concipiunt, ac nulla prope intermissione vterum gerunt. At quid ostendat ἀφθα, prius explicatum. αἰμορροῖς autem siue de quibus profluuio sanguinis dicatur, siue eo, quod est è venis ani in mulieribus multum grauidis, pessimum. Sic enim diuertitur aliò materia, quæ foetum nutriat, sed eò deterior casus est, quo febris grandior & liberaliore eget alimento.



ἢ (ὡς κοιλίης ἐπαργεῖ) (ὡς ἐς αἰδοῖον ἐρδύθος ἦλθε, γυναικείων λυκίων ὑγρῶν καὶ ἐλαγδίων ἐξ ἀπίνης, ἐν μικροῖσι πυρετοῖσι τελευτᾷ).

*Quibus extumescente ventre rubor ad pudendum usque procedit, mulieribus albis liquidis prodeuntibus, derepente in longis febribus moriuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Scribit quod in vna aut altera muliere obseruauit, quibus in longa febre malè affecto ventre inferiore natura internum vitium foras amolita est, ex quo inflammatio in ventre, quod *ὑπογάστριον* vocant sub vmbilico. Id quod rubore significatur. Magnitudine verò ostenditur, quia ad pudendum inflammatio peruasit. Aliud quoque natura frustra contendit, dum excludit alba & liquida per vterum. Fractis ergo viribus longitudine februm, orta inflammatione, & inutili purgatione mors consequuta est.

XXIII.

σασμῶ, γυναικείων ἐν ἀρχῇσι φθιόντων, πυρετῆ μὴ ἐπιγιομδίου, λυκίσι.

*Conuulsioni solutio est, si muliebria principio appareant, neque febris accesserit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

EN ἀρχῆσι, vel quia initio conuulsionis, vel quia primùm in pubertate prodeunt. Itaque inter vitia, quæ creare solet vterorum suppressa purgatio, suffocatio est vteri, vnde *ὑστερικῆ* mulieres appellatæ, in qua contrahuntur, distenduntur, & similiter conuulsis laborant. Apertis igitur acetabulis vteri, & prodeunte purgatione liberari verisimile est. Virgines autem & conuulsione tum comitiali, tum propriè dicta, aliis quoque morbis pueritiæ vindicari, quo tempore primùm menstrua erumpunt, Hippocrates scripsit, & experientia confirmata res est. Sed cur febrem accedere non vult, quæ sæpe conuulsiones soluit à copia? An quòd metuit infirmos neruos accessione febris violari, aut inde caput repleti, aut coeptam purgationem supprimi, atque inde caput vaporibus repleti, mulieres fieri soporosas, graues, & alia, quæ paulò ante scribebantur. Est & conuulsio quædam aliunde nata, quam non curent menstrua.

XXIII.

Ἔρα λεπτὰ ὑπονεφέλα ἐν μέσῳ ἐρδύμδρα, ῥίγος σημαίνει.

*Vrina tenues subnebulosa in medio rigorem significant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Υπονεφέλα dicit vel quæ tenues nebulas ostédant, vel quæ colore medio sunt & corpore inter album nigrúmque. Sic *ὑπονεφέλα φινωρήμδρα* in Pythione media colore inter album nigrúmque. Cur autem rigorem significant, non vdeo, siue rigorem cum febre, siue citra febrem intelligat. Tenuis enim vrina, qua cruda est, non necessariò rigorem antecedit. Coqui enim potest, & quod *ὑπονεφέλα* rudimentum quoddam concoctionis ostendit. Itaque si putrescat materia, rigor sequi potest cum febre, si non putrescat, sed feratur in corpus, aut neruosa lædat, rigorem quidem moueat, sed neque necessariò neque vtplurimùm.

Ἡ ἀπο τῆς τετραδὸς ἀίματος ῥύσις γέννησι, χροῖα σημαίνει, καὶ κοιλίη καὶ ῥήγνυσι, καὶ σκελέων οἰδηματι.

*Si à quaternario fluor sanguinis mouetur, diuturnitatem significat: alius male erumpit & tumores in pedibus oriuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

DE quibus, vitis an mulieribus, & si de his, an grauidis parùm explicat, vt nec si in acutis, vel aliis morbis. Neque ἀπὸ τετραδὸς parùm manifestum, vtrum à die quarto, an quarto mense intelligat. Ac de fluore sanguinis è naribus, qui quarto die fit, satis dictum prius. Nec inde certè χροῖα, diuturnitas, alui fluor, pedum tumor expectatur, nisi largiore aut diuturniore profluuio sanguinis calor natius imbecillior, concoctio alimenti deterior euadat, & iecur refrigerat. Hæc enim asperiora mala inuehunt. In grauidis abortionem potius significabit inopia alimenti, aliud quoque exturbare & tumefacere crura poterunt, sed diuturnitatem cur adferant? Cuius enim rei diuturnitatem? an morbi, quem non explicat, ac nec annotat quidem, an partus? Ac partus quidem non potest. Tardatur enim partus robustiore potius, quàm imbecilliore sætu. His ergo quiuis diuiner meliora.

XXVI.

ἢ (ὡς ἐπιφόροισι κεφαλαλγίαι καὶ ῥωδέα μὲν βάρυς γονομδρα, φλαῖρα, ἢ ὡς ὁ τάλιησι καὶ ἄμα σασμωδῆς τι ὠφελεῖται).

*Vterum gerentibus capitis dolores, sopores cum grauitate incidentes mali. Fortasse & his aliquid conuulsionis auxilio est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

ARorum hoc est, vt nec inter ἀμφίδοξα censerì possit. ἴσως addit, quia quod in vna aut altera vidit, parùm certum sit & ineptum præfagio. Ergo sicui grauidæ hæc omnia præ copia grauante & multa pituita tum caput, tum fortasse reliquum corpus occupante accidant, conuulsio qua ratione excitat, commouet vacuatque materiam. Ideo quidem inuare potest. Alioqui grauidis mulieribus admodum pestifera est.

XXVII.

Αἱ προαληγῆσαι τρόπον χολερώδεια πρὸ τῶν τόνων, τίλεισι μὲν ῥηδίας, πυρέξασαι δὲ, κακοήθεις, ἀλλως τε κῆν τι καὶ φάρυγα ὀχλή, ἢ τι τῶν ἐν πυρετῶν κακοήθων ἐπιφανῆ σημαίνει.

*Quæ ante partum in modum cholera morbi laborarunt, parit quidem facile. At si febricitarint, malignè habent tum aliàs, tum siquid iniuria circa fauces, aut aliquid eorum signorū incidat, quæ in febre maligna sunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

ET hoc quoque eorum quæ rara sunt. Quem autem τρόπον χολερώδεια dicit, ex intelligentia vocis χολέρα, quæ prius exposita est, cognoscat. Mulieribus igitur grauidis vomitiones & nauisæ familiares, quibus si alui exturbatio accedat, & vrcunque crudæ cum bile expurgentur, χολερώδης ἵσως is est.

Sed cur inde pariant facile, non video, nisi quod vacuum excrementis corpus facilius ad partum confirmatur, & foetus redditur vegetior, meliusque alitur. Quod si febricitant, maligne habent. Cholera morbus saepius sine febre est, sed cum febre esse potest, quod est malignum. Neque enim larga illa vrinque vacuatio vitio expurgando satis est, sed pars materiae in venis computrescit, unde febris. Itaque cholera & febre atterunt vires & labefactantur, unde maligne habent. Nam sola cholera satis est, ut proiecctis viribus paucis diebus vitam adimat. Febris accessio mala est. Malum autem circa fauces noua iniuria est. Excitatur autem vel assidua vomitione, vel exhalatione acri e corpore, vel maligna destillatione e capite. Aliquid eorum signorum, qualis est extremorum perfrigeratio, singultus, proiecctum corpus, pulsus paruus frequens, vermiculans, formicans, quae omnia cholerae lethali familiaria sunt.

XXVIII.

τὰ πρὸ τῶν τόκων ῥηγνύμενα ὑδατώδεια, φλαύρα.

*Aquosa ante partum erumpentia mala.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Partum intellige tempus, quod doloribus, torminibus, purgationibus aquis & exclusione foetus circumscibitur. Etenim naturali forte, ut ante dictum est, in doloribus puerperij aquae prodeunt. Si ergo aliquot ante diebus, quam partus exeat, aquae prodeunt, deinde non sequantur reliqua, quae partum comitari solent, difficilis omnino partus est.

XXIX.

τῆν ἐπιφόρον καὶ φάρυγγα ἀλμυρώδεις ῥύχτες, πονηρόν.

*Utero gerentibus fluxiones salisuginosae in fauces prauum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Vitio corporis & sanguinis calore alieno fluxiones fiunt eiusmodi. Inter vitia corporis intemperies quaedam est hepatis, & ex eo totius venosi generis calor quidam alienus, unde non dulcis, sed falsus sanguis gignitur. Ab alio mentis id esse potest, tum quia mulier falsis utatur, tum quia iis, quae in cum humorem facile degenerent. Et visceribus interdum aliquid concipitur, unde facilius in hunc vel illum humorem succum alimenti transmutent, & in sanguine aliquid est, unde facile transmutetur in falsuginem, interdum coit utrumque & causa & materia. Itaque quibusdam nutritibus falsuginosum lac est acidum aliisque qualitatibus praeditum, ex quo pueri contabescant aphthis, scabie, aliisque morbis capiantur. In utero eadem alimenti ratio. Sic enim natura est pituitae falsae, ut nequeat in alimentum verti, ideoque expuere grauidam iubent medici. Acida & dulcis calore naturae ita maceratur conficiturque, ut tandem alat.

XXX.

Ἐπὶ τῶν τόκων ἐπιρρηγνύω, καὶ τὰ ἐν αὐτῶν τικτοῦμενα, κενωώδεια.

*Quae mulieres ante partum rigoribus capiuntur & citra dolorem pariunt, in periculo versantur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Epiphora dicit de rigoribus, qui subinde incidant. Id autem fit vel commota febre, vel concitata materia nervosa corpora lancinante. Id autem nondum

dum adeo periculosum censendum est. Caeterum citra dolorem parere, quia maxime contra naturam partus est, ideo periculosius est. Ac mulieribus id accidit vel delirantibus, vel resolutis. Nam ut aliae grauius doleant in partu, aliae facilius & leuionibus doloribus pariant, nulla tamen exors doloris, siquidem integra mente & sensibus.

XXXI.

τῆν ἐπιφόρον καὶ τὰ ἀφθώδεια ῥόυμα, πονηρόν. ἀπαιδοῦσι, ἐκλυθεῖσι, καὶ ἡμῶν ἀφθώδεια, ἐκθερμαίνονται ὀξείως. καὶ μὲν τοὶ καὶ δύσκολα ἀποβαίνει τῆν ἐπιφόρον καὶ περὶ τὸ λεπτόν οἰδήματα. οἷα τὰ περὶ τὰς ὀχλίας γίνεται, ἀπολαμβάνοντα ὀρθοπνοιῶν. ἄρα τὰ τοιαῦτα οἰδήματα διδυμοειδέ; ἄρα καὶ ἀσσωδεις τὰ τοιαῦτα οἰδήματα ποιεῖ;

*Utero gerentibus fluxiones aphthis similes parum conuulsa, exoluta posteaquam perfrixerint, excalescunt vehementer. At vero grauidis difficiles tumores accidunt circa tenue intestinum, quales circa scrotum faciunt, qui difficilem spiritum inuehunt. An non eiusmodi tumores gemellorum partum significant? An non & conuulsiones tumores illi adferunt?*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Sermo particularis est. Aphthosa dicit, vel quae aphthas pariunt, vel Saphthis similia. Vitium ergo incidens neruis conuellit acrimonia mordicans. Exolut, quia eo vitio nutrire neque mater potest, neque foetus. καὶ ἀφθώδεις autem de febre dicitur, ut θερμασία. ἐκ vero addit, ut ostendat vim caloris: ὀξείως quoque. Vbi enim natura sua acris & feruens humor ignem concepit, vehementiorem calorem esse conuenit. Obscurus sermo, qui sequitur. Nam quos tumores dicat περὶ λεπτόν, parum manifestum. Extuberante enim ventre in grauidis non ita manifestus tumor tenuis intestini esse potest in ambitum umbilici, qui locus plurimum extumescit in grauidis, Obscurior quoque oratio οἷα τὰ περὶ τὰς ὀχλίας. Scio enim in expositione vocum Hippocratis ita scribi, ὀχλίας τῆν περὶ τὸ σῆμα τῆς μήτρας ἐλπιθεῖσθαι περὶ τὰς ὀχλίας. Sed quid conueniat circumuoluta eminentia osculi vteri cum tumore tenuioris intestini, qui vel χόρδαλον à Diocle Carystio, ab aliis ἔλεον appellatur. Rursus qui fiat, ut tenuioris intestini tumor ὀρθοπνοιῶν inferat. Nam & grauidis & utero tumentibus difficilior spiritus male liberis musculis abdominis, aut etiam oppresso transuerso septo: ὀρθοπνοῖα tamen dicta non incidit. Absurdus est, quod gemellorum partum inde significari dubitanter quidam scribit, ut quod & conuulsiones inuehant. Nam ut haec omnia coerint in vna aut altera muliere grauida varias causas & omnino dissonas natura varia effecta subierint. Videndum enim in indicio rerum & euentorum propter quid vnumquodque, ut singula euenta singulis & propriis causis assignentur. Alioqui nota illa demonstrandi ratio perturbatur.

XXXII.

τὰ μυχθώδεια ἐξ ἀμαφρότων πνεύμα ἐν πυρετοῖσιν, ἐκλυθεῖσιν.

*Quae cum suspirio foras spiritum reddunt in febribus, abortiunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Iam ante quid μυχθισμός, & unde.

XXXIII.

φεικώδεα, κοπιώδεα, χερηβαεικοί, γυαμεία, χαρρήγνυται.

*Horrorem habentibus, lassitudine affectis, capite grauatatis menses erumpunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**E febris intelligit, in quibus horror frequens, totius corporis lassitudo quasi contractis ossibus, & capitis grauitas, copia cruda naturam opprimere. Sed cui inde muliebria eruptum iri expectes, non video.

XXXIII.

Αἱ πρὸς χερῶν ὠθηραί, χαρῆξήροι, ἀδιφοί, γυαμεία πολλὰ χαλάσαι, ἐκπυσιναί.

*Qua ad manum torpent, squalida sunt, nec sitiunt, multa muliebria dimittunt, suppurata fiunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**T**Orpidas ad manum quas dicat, diuinandum. Nam vel eas, quibus calor torpet, nec febris respondet, vel quæ si contingantur manu, hebetius sentiunt: vel denique quæ prope exolutis viribus vix manum atrollunt, intelligere verisimile est. καί ἄγροι, verò adiectione particulæ πη, quæ iam siccitate squalescunt. Id quod latente vomica, siccatis internis, aut eo recurrente humore accidit. Vtrumque enim in morbis contingit. Sed cum additur, ἀδιφοί & γυαμεία πολλὰ, potius ad confluxum materiæ intro referendum. Nam siccitas interna sitim facit, & in siccatione interiorum non possunt multa per vterum defluere. Suppuratio verò interna sæpe hoc efficit, vt externa scabrescant. Verisimile ergo in his mulieribus vomicam intus latuisse.

XXXV.

τὰ ἐξαίφνης λαύει, χαρῆξήροντα ἐπὶ τρωσμοῦ, ἢν τι βίγη, καὶ ἐς μηρὸν ὀρμαί, τρόμος δύσκολον.

*Si ab abortu de repente alba decurrant, & aliquid rigoris accesserit, & in femur impetus est, tremor difficilis.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**arum concinna oratio ex iis, quæ varia sunt, nec inter se natura coherens, clara alioqui, vt quæ non egeant expositione.

XXXVI.

τὰ ἀφθώδεα εὐμαζα, τῶν ἐπιφοροῦ κοιλίας χαθυραίαι.

*Ora aphthis occupata grauidis aluos exturbant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**UOD prius dubitanter, nunc sine dubitatione scribit.

XXXVII.

Αἱ ὅ τῶν κυσέων προνοσέσαι πρὸ τῶν τόκων, ἐπιρήγεται.

*At quibus habentibus in utero morbus precedit, ante partum in rigores incidunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**Articularis obseruatio, in qua dubitari potest an προνοσέσαι intelligantur ante conceptum, vel ante partum. Sed vtrumlibet ponatur, non est necessarium inde rigorem incidere.

XXXVIII.

Αἱ ναρκώδεις ἐκλίσεις, δύσκολοι μὲν ἐν τῶν τόκων ἀποβαίνεσι, ἢ παρακρυσταίνεσι, μὲντοι ἀλέθειοι, ἀτὰρ καὶ πλήθος γυαμείων προσημαίνει.

*Exolutiones cum torpore difficiles quidem è partu contingunt, & mentem emouent, neque tamen sunt lethales. Sed futuram copiam muliebrium significant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**E torpore & exolutione sæpius dictum: quæ si in agro partu fractis viribus incidunt, reuera difficiles sunt. Delirium verò imbecillitate virtutis animatæ fieri videtur. Sed non lethales dicit. Qui enim casus dissoluto spiritu contingunt, alimento, odoribus, aliis auxiliis celeriter reparantur. Cur autem copiam purgationum puerperij significant, non video. Nam vt alicui id contigerit in partu, paucis tamen commune est.

XXXIX.

Αἱ ἐν τόκῳ καρδίῳ προαλήθισαι, ὅλι γὰρ ὑστερον ἀποβάλλεται.

*Qua in partu cor prius doluerunt, paulò post excludit fœtum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**K**ardilw veterum consuetudine os ventriculi appellat. Cur autem doleat, manifestum. Sed quare significet imminentem partum, non ita liquet. potest enim aliunde, quàm ab vtero dolere.

XL.

τὰ φεικώδεα, κοπιώδεα, καρηβαειμαί, τραχήλῳ ὀδωώδεα, γυαμεία, χαρῆξήγνυται. περὶ κείῳ δ' τοῖστον γνώμῳν μὲν βραχίς ἐπιρήγεται.

*In quibus horrores, lassitudines, capitis grauitates, colli dolores, in iis magna vis muliebrium exturbatur. Ac quibus id accidit, circa iudicium cum tussicula rigores fiunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**æc omnia plenitudinem copiamque, sed quæ maximè superiora collum & caput appetat, significant. Sed ab humore crudo esse possunt, anteceduntque



*Quibus ex rigore febris à laſitudine appellata, menſes decurrunt, in iis collum doloroſum proſtruum ſanguinis ſignificat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Quæ dicitur febris *κοπιώδης*, prius explicatum. Atque cum ea & à bile & copia crudæ materiæ generetur, hic rigor antecedens & menſium decurfus conſequens bilioſam magis oftendunt. Rigor enim bilioſis febribus familiaris eſt. Menſes autem acrimonia ſanguinis emouet. At colli dolor inter hæmorrhagica ſigna sæpè ſcribitur, ſed non neceſſaria.



TERTIÆ SECTIONIS

COACORVM PRAESAGIORVM

Hippocratis liber tertius.

APHORIS. I. DE VOMITIONE.

*Ἐμέλιος δὲ ἀλυπόττος φλέγματος καὶ κοιλῆς συμμιγμένος μὴ πολὺς δὲ κάρτα ἐμεΐσθαι.*

*Vomitio minimè moleſta eſt, quæ bile & pituita permifcetur. At ea non valde multa & copioſa euomat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.



Inter genera vacuationis totius corporis, quæ incidunt in morbis, vomitio, è qua quidem non ea ſolum, quæ ventre includuntur, exeunt, ſed & è venis vitium ſæpè deponitur in ventrem, quaſi ſentinam atque ita impetu naturæ repurgatur. *ἔλυπόττος* autem dicit, quod in Prognofiticis *ἀφελιμότητον* eadem ratione. Cur autem ea temperatura bilis & pituitæ conferat, diſcas ex annotatis in Prognoftica. *μὴ πολὺς δὲ κάρτα*, in Prognoftico *μὴ παχὺς κάρτα*, *μὴ δὲ πολὺς ὡς μάλις α*. Quanquàm melius vox *ὡς μάλις α* connectitur voci *συμμιγμένον*, quod ſenſiſſe viſus eſt Galenus.

II.

*τὰ δὲ ἀκρητέτερα τῶν ἐμιγμένων κακία.*

*At quæ meracior vomitio eſt, ea deterior.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Synceras vacuationes omnino damnat Hippocra. Eæ autem ſunt meracæ bilis: quanquàm *ἀκρητον*, vt antè dictum eſt, de reliquis humoribus interdum uſurpatur, & qualis ſit ſyncera bilis, prius expoſitum.

III.

*πρασίνος δὲ ἔμετος, καὶ μέλας, καὶ πέλεις, πονηρόν.*

*Porracens vomitus & niger, & limidus prauus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Ege annotata in Prognoftica, vbi in quibusdam codicibus *πυρροτάτον κάρτα* legitur.

III.

III.

*Εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἐμέτοι, δλέθρον.*

*Si verò idem omnes colores uomat, lethale.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

*κάρτα* addit in Prognof. lege annotata.

V.

*τάχιτον ὃ θάνατον σημαίνει ὁ πέλεις καὶ κηκώδης.*

*Celerem mortem denunciant, vomitio limida & graue olens.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

LEGE annotata.

VI.

*Ἐστὶ δὲ γλαυκίμος ὁ ἐρυθρὸς ἔμετος, & μάλις αἰ μὲν ἀνάγκη ἐμέοτο ἐπαδύναι.*

*Lethalis autem ruber vomitus, & maximè ſi maiore vi conatūque euomitur & cum dolore.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

*Ἐρυθρον* dicit rubentem vomitionem, quæ à ſanguine eſt. Ea autem reuera lethalis eſt in acutis, quæ ſerè accidit ruptis, exeiſis, aut apertis venis pulmonis. Neque enim verifimile eſt præ copia, quod quibusdam etiamdum fanis accidit ſanguinem in ventriculum refundi, vnde vomitio eiufmodi. Siue igitur vitio hepatis, ſiue venoſi generis, id admodum lethale. Sanguis enim qualifcunque fuerit, ſi ſupra exierit, malum. Et rurfus, Quicunque euomunt ſanguinem ſi ſine febre, ſalutare: ſi verò cum febre, malum. Nec malum ſolum, ſed *κάρτα δλέθρον*. Id autem ſerè fit vicerata parte cum inflammatione. Cur autem addat *μετὰ ἀνάγκης*, difficultate vomendi accidit, propterea & dolor accedit. Sed is ſanguis ſerè ab hepate. Nam à ventriculo eſſe non poteſt. Venæ enim pauca è portis hepatis ad inferiora ventriculi: pauciores ad eius orificium: pauciſſimæ, eoque obſcuræ ad ſtomachum perueniunt.

4. Aphor. 25.

VII.

*Οἱ ἀσώδεις ἀνημέτως παροξυνόμενοι, κακὸν, καὶ οἱ ἀσπασώμενοι ἀνημέτως.*

*Nauſeantes citra vomitum exacerbationibus tentari malum, & qui vellicantur citra vomitum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

*Ἀσώδεις* hoc loco, qui bilioſa acrique materia concepta venis, quæ circa ventrem ſunt, & tunicis ventriculi nauſcant: & incontinenter corpus exagitant. Atque eiufmodi materia vel arte, vel ſponte naturæ expurgata ſolent conquieſcere. Arte quidem medicamentis: ſponte naturæ, commota alio deorſum, vel reiecta vomitione. Si ergo non vomunt, non diffuunt aluo, & exacerbantur ſubinde concitata materia, ſed non vacuata, malum, natura imbecilliore, aut maligniore materia, & pertinacius hærente. Eadem ratio eorum, qui *ἀσπασώμενοι* dicuntur: vbi enim illa materia acris & bilioſa neruoſa corpora attingunt.

RRR 2



git, vellicat, & quasi dilaniat, excruciat, neque vomitu, aut aliter reiicitur, malum. Sed nec si vomitus accidit, laudabile id omnino est. Damnatur enim vomitus a-  
σώδης in Prorrh. vbi videlicet vomitus accedit, neque tamen inde molestia &  
anxietas conquiescit.

## VIII.

τὰ μικρὰ ἐμέσμετα, χολώδεια, ἄλλως τε κῆν, ἀγρυπνέω.

*Parui vomitus, biliosi, tum aliàs, tum si vigilauerint.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**on necessario si quis vomitus paruus est, idē biliosus: nec si biliosus, idem paruus. Neque vigilia paruos vomitus efficit, magis tamen biliosos, quia à longa vigilia ficcatur corpus & concalescit, vnde generatio bilis est.

## IX.

ἐπὶ μεγάλων ἐμέτων κώφωσις ἢ βλάβη.

*In nigris vomitionibus surditas non nocet.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**igra vomitio ferè lethalis est. Quòd si surditas accidit, accessio mali est, siquidem imbecillitate, aut extinēctione naturæ id cōtingit. Alioqui vt non noccat, non potest magnopere prodesse, versa in caput materia.

## X.

Οἱ καὶ μικρὰ τεχνίσι, χολώδεις, ἀκρητοὶ ἐμετοὶ, κακὸν ἐν ὑποφορῇ πλείονι καὶ ὀσφύος ἀλγῆματι σωτῶν.

*Quæ vomitiones pauca, sed breuibus interuallis sunt, biliosa, meraca, malum in alui copiosa subductione & vehementi dolore lumborum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**K**ατὰ μικρὰ dici consuevit, vt ad interualla referatur, quasi breuibus interuallis, aut breui interiecta mora redeunte vomitione. Sed cūm παχῆς addatur, quod interdum pro eo quod πυκνόν, id est, frequens vsurpatur, absurda erit & redundans oratio. Quare ἢ μικρὰ melius fuerit pauca interpretari, quia videlicet pauca semel, sed breuioribus interuallis euomant. Id autem plurimum deicit vires. Sed quod meraca biliosa, iam malignum id est, ὑποφορῶν verò leuē corruptionem significat, nisi legas ὑποφορῶν vocem ambiguam, vt antè dictum est, ad vlcera profunda cauernosâque, & ad alui subductionē referatur. Ac leuiter intabescere in morbis non damnatur, sed, vt scribit Hippocr. σωτήριον εἶναι μάλλον ἢ ἢ λόγον μυθικόν, vnde imbecillitas naturæ significatur. Si verò ὑποφορῶν legatur de deiectione alui, certum iam est vtraque ratione periclitari vires ægri, & quia sæpius vomit, & quia sæpius deicit. Neque facilè est ea conditione nutriri corpus, aut somno refoueri. Nutriri, quia alimentum corruptetur, sæpius refluxente meraca bile in ventriculum, aut in eo etiam conclusa: alimento quoque in meleracis & hepate malè elaborato. Refoueri somno, quia frequentibus vomitionibus, multis deiectionibus interturbatur quies, vel omnino etiam prohibetur. Lumborum dolor vel à colliuatione, vt antè dictum est, vel quia biliosa dum per colum cœcumque transeunt, dolorem creant.

XI.

## XI.

τὰ ἐξ ἐμέτων ἀσώδεια κλαγγώδεια ὀμμετα, ἐπιχρῆν ἰχνοτα, μακρὰ: ὀξείως μακρῆσις γνήσιον ἀφρονι.

*Qui ex vomitionibus anxij & clangosa voce sunt puluerentis oculis, valde insanunt. Et in vehementi insania muti facti pereunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**articularis hæc oratio, quæ paucis immutatis scripsit in Prorrh. τὰ ἐξ ἐμέτων ἀσώδεια κλαγγώδεις φωνῆ ὀμμετα ἐπιχρῆν ἰχνοτα μακρὰ: ὀξείως ἐκ μακρῆσις ἀφρονι ἀπίθανε, ex vomitu anxio vox clangosa & oculi puluerentis velaniam ostēdunt, quales contigit vxori Hermozigi, quæ in vehemēti insania muta facta interit. Hæc omnia vehementis ardentisque febris accidentia, in qua exagitata bilis vomitiones & anxietates mouet. Vox autem clangosa ariditatis indicium est, quæ iam & fauces, & interiorem tunicam arteriæ vocalis occupat. Quæ autem ὀμμετα ἐπιχρῆν ἰχνοτα, prius dictum in oculis, & annotatum in Progn. Ac nihil mirum iam inualefcēte siccitate, & resiccatis instrumentis vocalibus, virtute animali intereunte, muti fiunt. Ac mania quæ fit, prius expositum, quæ antecedit quidem, aut aliquando non repugnat ἀφρονια.

## XII.

ἐν ἐμέτω δριφώδεια ἔοντα ἀδύσφον γένεσθαι κακόν.

*In vomitu stituculosi si exortes sitis euadant, malum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**uidam addendum putant quod ἀσώδεις ἐγρυπνοίσι: Alij sequentis sententiæ initium faciunt. Sed in Prorrheticis seorsum scripta sententia, quod τίσινα ἀσώδεις ἐγρυπνοίσι τὰ παρ' ὅς μάλας α. Sed ad rem. Siquidem humor feruens sitim excitauit, & is vomitione expurgatus fuerit, nulla reliqua qualitate, quæ calfaciat, siccētque ventrem, non sitire bonū est. Si verò vomitione laesa est vis sentientiæ, quæ in stomacho est, æger non sitit, aut alienata mente id accidat, malum.

## XIII.

ἐν ἀσώδεσιν ἐγρυπνοίσι, τὰ παρ' ὅς μάλας α.

*In iis qui fastidio laborāt, & peruigiles sunt, parotides maxime.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**ec si quis cibos fastidiat & sit peruigil, parotides expectari debet. Prius enim coniungenda signa sunt reliqua, quæ parotidas antecedunt. ἀσώδεις hoc loco dicit, qui veluti fatietate cibi pleniores cibos fastidiunt.

## XIII.

τοῖς ἀσώδεσιν κοιλίης παραχώδης ἐπίστασις, διὰ τεχνίαν ἐξαρθεῖ οἷα κωνώπων κωνήματα, καὶ ἐς ὀμμετα δακρυώδης ἀπύστασις ἐρχεται.

*Anxiis alui exturbata suppressio breui efficit, vt efflorescat corpus veluti compunctum culicibus, & in oculos lachrymalis abscessus proueniat.*

RRR 3

Constat experientia periculosum esse profluentem aluum acribus & malignis excrementis suppressi. Constat enim alteri quidem epilepsiam inde commotam rapta in caput materia: alteri manus quasi lepra cōspersas: multis incanduisse febres acutissimas, alia quoque plurima inde contigisse, vt in hanc vel illam partem imbecillioem videlicet humor transflexerit. Nunc vnus meminit atque alterius, quæ suppresso aluo accidunt. Vnum quidem, quod rubentibus notis efflorescit corpus, quomodo in quibusdam febribus accidit, & citra febres à culcibus, pulcibus, & eiusmodi insectis commorsis. Alterum lachrymalis abscessus, qui exanthematibus appellatis ferè coniunctus est, & inter signa prognostica exanthematum annotatur, quod nec conquiescit excitatis iam eiusmodi notis. Appellat enim *διακρύδεια ἀπίσσιον* lachrymatione, quæ obfessis copia aut vitio materiae angulis accidit. Caterùm vbi *παραχώδης* legitur, *παραχώδης* fortasse legendum, nisi ideo *ἐπίσσιον παραχώδης* intelligat, quæ conturbet corpus, aut mentem, vel vtrunque.

XV.

*ἐπὶ ἀκρῆλοις ἐμέτοις λυγμὸς, κακὸν, κακὸν δὲ καὶ ασαμὸς.*

*In vomitionibus synceris singultus malum, malum quoque est conuulsio.*

Includitur hæc sententia vniuersali, quam scripsit in Aphor. ex superflua purgatione singultus aut conuulsio malum, quam *ὑπερμάδαρσιν* dicit. Sed vbi meraca purgatio est, accessio malè fit: nam & internum vitium ostenditur, à quo meraca gignuntur & exeunt. Ac non solum malum, sed lethale, & à quo non paruum periculum ægro imminet. Singultus quidam cōuulsio quædam est stomachi, quæ etiam si acrimonia exeunt, materia moueri potest, potest quoque & supra modum ficcata parte, quod grauius est. Conuulsio autem succidens similiter, sed ab inanitione periculosior est.

XVI.

*Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῆσιν ὑπερμαδάρσει τῆσιν ἐν τῶν φαρμακείων.*

*Similiter in redundantibus purgationibus è medicamentis.*

Videtur hoc loco *ὑπερμάδαρσιν* astringere ei quæ per aluum subductio fit, quanquam *κάδαρσις* vt antè dictum est, vox ambigua est. Itaque immodicè purgatis singultus, & conuulsio vtrunque admodum periculosum est.

XVII.

*Οἱ μέλλοιες ἐμεῖν πρὸ αλλήλων ἐμπροσθεν.*

*Vomituris saluatio quædam prius accedit.*

Inter signa vomitionis hoc est omisum ab Hippocrate in Prognostico, quomodo & inferioris labri trepidatio, & pulsus durus, & inæqualis.

XVIII.

*ἐπὶ ἐλλεβορῶ ασαμὸς, δλεθριον.*

*Conuulsio ex elleboro lethalis.*

Adem sententia scripta in Aphorismis *ασαμὸς ἐξ ἐλλεβορῶ θανάσιμον*. lege annotata.

XIX.

*Ἐπὶ πάσῃ καθαρίσει πλεοναζούσῃ ἰσχύϊ μεθ' ἰδρώτος δλεθριον.*

*In omni redundante purgatione frigus cum sudore lethale.*

HAEC sunt extinctioniones caloris natui & dispereuntis naturæ, quæ moribundis solè accidere, sed iis præcipuè quibus redundans purgatio antecessit.

*καὶ οἱ ἐπανεμέοντες διψώδες ἐν τῆσιν καθαρίσει.*

*Et qui in iis subinde reuomunt siticulosi, malum.*

SI cui ex immoderata purgatione periculum imminet, accedente nouo genere vacuationis, præcipitatio vitæ est, iam inclinatis rebus in exitium.

*Οἱ δὲ ἀσώδες ὀσφυαλγίες, κοιλίῳ καθαυραίνονται.*

*Anxij verò est lumbos dolentes exturbantur aluo.*

SI materia, quæ anxios reddit, & veluti fatietate pressos ad intestina colum scœcumque decurrit, inde lumborum dolor, quæ ferè profluium aliquod antecedit, sed iam iam pereuntibus inutile. Videtur enim connecti priori sententiæ de redundante purgatione.

XX.

*Αἱ ἐξερυθρῶν μελάνων ὑπὸ ἐλλεβορῶ καθαρίσεις, ποτηραὶ καὶ ἐκλυσι δὲ μὲν τοῖστων, κακόν.*

*Purgationes ab elleboro valdè rubentes nigra, praua: est exolutio cum talibus mala.*

Ξερυθρὰ dicit *αἷματώδεια μέλανα* verò, qualis est sanguis niger. Et quod de elleboro dicit, id reliquis medicamentis acrioribus commune est. Itaque vi medicamenti & acrimonia eorum, quæ trahuntur, contingit aliquando venas exedi & aperiri. Multo ergo sanguine exeunte *ἐξερυθρῶν καθάρσεις* eodè sanguine extra vasa sua diutius morâ trahente. Sic enim nigrescit, vt contingit aliquando in phlebotomiis sanguinem vasculis exceptum concrefcere, atque nigrescere. Efficit autem vis & acrimonia medicamenti, vt vasa mordeantur irritenturque, exedantur, aperiantur, & qui humor trahitur idem sæpè efficit, vt dysenterias inferat: si igitur vi medicamēti iam sanguis rubens admodum, aut nigricans con-

cretusque excernitur, prauum admodum. *ἐκλυσις* autem duplex, tum quia dissoluto spiritu fatiscunt vires, atque ita sensu motuque elanguescit aeger: tum quia contabescunt partes siccatæ immoderata vacuatione. Sic enim dicit in Prorrhet. ex limosis & torminosis sedimentis: *ἄραγε ἐκ τῆν ὑποχονδρίων ὀδυνάτων δοκίω δὲ δεξιὸν ἐκλύουτου.* Dextrum hypochondriū exolui dixit de hepate, quod multis deiectionibus limosis intabescit, atque absumitur. Vt enim tabes marcorque totius corporis, ita certè partis, tum quia emacrescit, tum quia substantia manifestè deperditur, vt quibusdam absumpto rene tantum tunica superfit qua continetur. *ἐκλυσις* quoque dicunt in animi deliquis.

XXI.

*Ἀπὸ ἐλαβόρης ἐμέσθαι ἐρυθρὰ ἀφραδέα ὀλίγα, ἀφελεί. ποιή μὲν τοι σκληρῶσμαι, καὶ ἐμπυήσας μεγάλας ἀφίτησιν. εἰσὶ δὲ οἱ τοιαῦτα ἐμέοντες ἄλλος τε καὶ σῆθος ἐπώδωσι, καὶ ἐν τοῖς ῥίγασιν ἐφιδρῆνεις, καὶ ὄρχιας ἐπαίροισαι. τούτῃ προσηγομῆς ἐπιρῆγοῦσι καὶ ἰχθυαίνουσαι.*

*Ab elleboro vomere rubentia spurmosa pauca prodest. At facit duritias & suppurationes magnas abducit. Sunt autem & alias peccus dolentes, qui vomunt eiusmodi, & in rigoribus exudant leuiter, à testibus extumescunt: quod si contigerit in super rigent, et gracilescunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**C**oitio est multorum, que aliquando quidem sed rarius accidit: neque iuuat vomuisse rubra & pauca. Sed de vtro veratro dicat parum constat, quanquam vbi simpliciter elleborū dicit, album intelligit, sed cum oporteat multa crassa viscidāque euomi dato elleboro, cui cōfert pauca rubra, quia tincta sanguine, spumantia quia agitatio ab elleboro magna est, quid est cur ea conferant. *ποιήσθαι δὲ τὰ σκληρῶσμαι*: neque rationi cōsentaneum est purgando vehementius gignere duritias aut tumores duros, qui postea suppurēt. Aut dicit fortasse dissoluere suppurationes internas vi & agitatione. Cōstat enim aliquando vomicas erupisse datis medicamentis non tam actibus quam veratrum est: aut si *σκληρῶσμαι* dicit, vt prius duritiem cutis que siccatem sequitur, vt siccatas magnam vacuationē, facilis est oratio. *καὶ σῆθος*. Inter accidentia quæ sequuntur epotum elleborum dolor est pectoris & stomachi, atque difficultas spirandi, ac veluti suffocatio. Alioqui si qua vomica est in thorace, dum ea rumpitur & abducitur, dolor est pectoris. Rigor autē fit, & dum vomica fit, & dum rupta sensibilia corpora pus attingit. *ἐπιρῆγοσις* autem vel dolore vel imbecillitate. *ὄρχιας ἐπαίροντι*. Id accidisse scribit in Epidemiis, vt thorax in testiculos suum vitium deponat. *ἰσχυαίνουσι* videtur dictum de testiculis tumentibus, cum resoluto vitio subsidet tumor, & ita testiculi gracilescunt.

XXII.

*Αἱ πυναι διὰ τῶν αὐτῶν ὑποτροφαὶ ἐμετώδες περὶ κρίσιν μέλαινα ἐμέλον ποιήσθαι, γινώσθαι δὲ ἴσχυαίνουσαι.*

*Frequentes per eadem recidiua vomitoria circa iudiciū nigram vomitionem inuehunt. Sunt autem & tremula.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Δ**ια τῆν αὐτῶν dicere videtur iisdem interuallis. Recidiua enim sæpè diebus criticis eueniunt, vt in septem dies gratia exempli intermittant febres. Insequente septenario redeant *ἐμετώδες* autem, quia cum vomitu incidant. Sed non

non inde neesse est circa iudicium aut solutionem nigra euomi, & recidiuas fieri cum tremore, nisi tremorem ad rigorem extendat & horrorem, ac nil sic quidem necessarium est, etiam si sæpe id accidat.

DE SVDORE.

XXIII.

*Ἰδρὸς ἀλεπτος μὲν ὁ λύων τῆν πυρετὸν ἐν ἡμέρῃ κελσίμῳ. χεῖρ ἄσμος δὲ καὶ ἀφίτων. ὁ δὲ ψυχρὸς, καὶ μῆτιον περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον γινώμνος, φλαῦρος. καὶ γὰρ χεῖρον καὶ κίνδυον σημαίνει.*

*Sudor optimus quidem vnde soluitur febris, & qui die critico incidit. Vtilis quoque qui morbum leuiorem reddit. At prauus, qui frigidus, quique solum circa caput est & collum: etenim diuturnitatem morbi periculumque denunciat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

LEGE annotata in 1. Prognost. ab Hippocrat. 4. Aphorif.

XXIII.

*Ἰδρὸς δὲ ψυχρὸς ἐν ὄξει μὲν πυρετῷ θαμάσμος. ἐν πυρετῷ δὲ χεῖρον σημαίνει.*

*Sudor verò frigidus in acuta quidem febre mortalis est: in mitiore diuturnitatem morbi significat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**Acc sententia seorsum scripta in Aphorismis connexa priori sententiæ explicat in Prognost. qua ratione *κακίς* sudor est qui frigidus circa caput solum faciem & ceruicem. Lege vtrunque locum. *χεῖρον* autem *μῆτιον* νόσου intelligit.

XXV.

*Ἰδρὸς ἄμα πυρετῷ γινώμνος ἐν ὄξει, φλαῦρος.*  
*Sudor simul cum febre incidens in acuto morbo prauus est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N legibus sudoris est, vt die critico, vt per vniuersum corpus diffuat, vt calidus, & quod ad hunc locum pertinet concocto morbo in declinatione tum accessionis tum morbi totius existat: alioqui intemptius vires deicit.

DE VRINIS.

XXVI.

*Ἰσχυρὸν ἐν πυρετῷ λευκὴν ἔχον καὶ λεῖω ὑπόστασιν ἰδρυμῶν, τὰ χεῖρα ἀφίτων σημαίνει.*

*Vrina in febre siquidem albam habeat leuem constantemque subsidentiam, celerem dimissionem significat.*

Ταρμυλίη ὑπόσπαισις, δμιαλή, constans & æquabilis, quæ vbi semel alba & lenis apparuit infrequentibus diebus eadem permanet. Damnatur enim, quæ modo alba & lenis, modo alia meitur. γαλήνη ἀφροσύνη intelligit, quod in Prognosticis ἀσφάλειαν καὶ νύσσημα ἀλιγροχρόνιον ἔσεσθαι. reliqua ex annotationibus in Prognostico.

XXVII.

ταχέϊον ὃ καὶ ὅ ἐξ ἀκελίτης λίπος ἰχθυίε ἐξυδατέμετρον.

Celerem quoque, quæ confusa pingue quid habens exaquescit.

Ακελίη & quod sic est confusum vt quod aqueum est à terreno non separatur. Id quod accidit crasis turbidisque vrinis, dum natura concoctionem molitur, sed materia repugnat. In ea ergo perturbatione vrina eiusmodi est. Vbi verò cœpit pugna conquiescere, & flatuum vis languescit, quos repugnans calor cum materia frigida fuscitat, crassior pars & terrena subsidit, reliquū verò aqueum enatat, quod ἐξυδατέμετρον ἔργον appellat. Discreto iam atque seposito vtroque elemento, terra subsidente, enatante aqua. Quod autem λίπος ἰχθυίε intelligit, nisi ad ægrum referas solæccus est. Et in vrinis calor aliquādo efficit, vt pinguedo quædam innatet liquamenta internarum partium, de quo postea.

XXVIII.

τὸ ὃ ὑπέρυθρον καὶ ὃ ὑπόσαγμα ἔχον ὑπέρυθρον τε καὶ λεῖψον, πρὸ μὲν τῆς ἐβδόμου γονόμηνον, ἐβδομαίον ἀπολύει· μὲν ὃ τὴν ἐβδόμην, χροσιότερον ἢ πέντωσ χρόνιον.

Quæ verò rubra sedimentum rubrum habet & leue, si quidem eiusmodi est ante septimū septimo absoluit: si verò post septimum, tardius, aut omnino longius morbus est.

VIDE annotata in Prognost.

XXIX.

τὸ, τε ἐν τεταρτῇ λαβὸν ἐπιπέφελον ὑπέρυθρον, ἐβδομαίον ἀπολύει, τῶν κοιπέων καὶ λόγον ἐχούσιον.

Et quod quarta die nubeculam rubram habet, septimo absoluit: si quidem reliqua pro ratione habeant.

Επιπέφελον quid appellet ex hoc loco & Apho. lib. 4. fatis indicat: nubeculam enim intelligit. Aliquando tamen, vt in historia Pythionis initio 3. Epidem. ἐπιπέφελον γναίωμα dixit sublimamentum nebulosum.

XXX.

τὸ ὃ λεπτόν καὶ χολαδές, καὶ ὃ μύλις γλισχροῦν, ἔχον ὑπόσαγμα καὶ ὃ μετὰ βάλανον ἐπὶ ὃ βέλιον καὶ χέϊρον, χρόνιον.

Tenuis

Tenuis verò & biliosa, & vix tenue sedimentum habens, euariansque modo in melius modo in deterius, diuturnitatem morbi significat.

Tenuis vrina cruda est. Cruditas si quidē post primas periodos apparet, diuturnitatem ac periculum denuntiat. Diuturnitatem, si quidem reliqua signa salutaria, periculum, si lethalia. χολαδής autem colore bilis flaua videlicet, aut rufafa. ὃ μύλις γλισχροῦν dicit, quia adeo pauca subsidentia est, vt vix appareat. Euarians autem in melius aut deterius dubium certamen naturæ & morbi ostendit, quia vel natura imbecillior, vel materia contumacior est: vbi natura confirmanda, iuuandaque, & domanda medicamenti materia est. Vt ergo in preliis æquis viribus vtrinque exercitus anceps dubiæque pugna est, ita in hac vrina intelligere conuenit. Celerrima enim victoria est vbi pars altera viribus longē superat.

XXXI.

ἐπιπλεῖον ὃ τῆστο ἐπακολληθῆν, ἢ περὶ κείῳ χρόνιον γονόμηνον, ἐπὶ ἀκύνδιον.

At vbi in tempus longius id insequitur, & ad solutionem morbi tardiora sunt omnia, periculo non vacat.

Videtur tota hæc oratio eadem esse quæ in Prognosticis, nisi quod πυρρὸν illic, hic χολαδές, quia videlicet vel immedicabilis, vel admodum syncera permiscetur. Pallida enim vrina naturalis est, vbi pauca & naturali bile tincta est. Peccatum ergo duplex, quia tenuis quia biliosa. Sed hic de varia commutatione & vix apparente subsidentia, quæ in Prog. omittitur. Subdit autem in Prog. quæ postremæ sententiæ respondeant. Reliqua pere ex annotatis in prognostica.

XXXII.

ὑδατῶδες ὃ καὶ λευκὸν διαλεέως ἐν χρόνιῳ, δύσκειτον γίνεται, καὶ ἐπὶ ἀσφαλές.

Aquosa verò & alba ab initio ad finem difficilis iudicij fit, nec periculo vacare solet.

Alba quidem vrina est & crassa, quæ γαλακτώδης, lactea: quædam perspicua & tenuis, quæ διαφανές καὶ λευκόν, vno verbo sæpe ὑδατώδης appellatur: quid ea significet, lege annotata in Prognosticis, & Aphor. 4. διατελέως dicit frequenti voce Hippocrates, quam Galenus interpretatur διατέλης τῆς νόσου μέχρι τῆς τελότητος, per totum morbum ad finem vsque. Aliter quoque διαπνίτος τῆς νόσου, & aliter, διαπνίτος καὶ αἰαί, & tertio Epidem. ἀπνοια διατέλεως toto anno sine ventis, & in Erasmo διατέλης τῆς νόσου. Hæc igitur vrina vbi toto morbo ab initio ad finem perseverat, difficile iudicium, quia non nisi graui molestia & periculo ægri dissoluatur. ἐκ ἀσφαλές. Periculum enim est ne æger succumbat, priusquam morbus maturetur.

XXXIII.

Νεφέλαι ὃ ἐν ἔρωσι λευκαὶ καὶ μετὰ χροῖα, λευκὴ καὶ μετὰ χροῖα, δύσκολοι.

Nubecula

*Nebula in urinis, alba quidem & deorsum petentes salutaris: rubra vero, nigra & liuida, difficiles.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**B**reuius in Prognostico, Neque nigrae aut liuidae solum difficiles, sed vitiofae. De rubra lege Prog. in 24.

XXXIII.

κινδυνώδες τῶν ὕρων ἐστὶν ὁ χολώδης μὴ ὑπέρυθρον ἐν τοῖσιν ὀξείῃ· καὶ ὁ κελμώδης λευκὸς ἔχων ὑποστῆλαις, καὶ ὁ ποικίλον χροίην καὶ ὑποστῆσαι καὶ μέλαινα τοῖσιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥομφαλισμοῖσι.

*Periculosa urina est biliosa non subrubra in acutis, & quae crassius commolitam farinam refert, habetque albas subsidentias: ad hanc varia colore & subsidentia, & maxime in destillationibus è capite.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**X**ολώδης, quae vel metaca, vel nimia bile tincta est. Cur autem μὴ ὑπέρυθρον dicat, parum constat. Certum est urinas aliquando multa intinctas bile, & subrubras & rubore saturatas reddi, vt in auruginosis: sed nec inde melior aegri conditio est. Vt rubra sit, nisi alia sint salutaria, non protinus bona est, vt prius expositum est. An biliosas subrubras dicit, quia inde intelligitur permistam bilem sanguini, quod minus periculosum, quam si seorsim bilis, eaque copiosior putrescens χολώδης ἄρα reddit. Sanguini enim temperatur bilis, & in ea temperatura biliosa, sed subrubrae urinae sunt. καὶ τὸ κελμώδης. Lege annotata in Prog. λευκὸς quae κελμώδης urinae modò nigrae, modò rubrae, modò albæ. Lege annotata in Prognost. καὶ τὸ ποικίλον varia colore & subsidentia, vel quia simul emissa eiusmodi est, vel quia modò rubens, modò biliosa, modò alba, modò laudabilis, modò vitiosa, aut semper quidem euarians vitiosa est. Vbi varia materia, & inde multiplex morbus est, varia naturæ concertatio & anceps pugna est. Mala omnia, vt in variis deiectionibus dicuntur. καὶ μέλαινα. Cur in distillationibus è cerebro varia urina periculosior, parùm constat: nam & sine distillatione periculosa est: rat reuera, vt mouetur distillatio, ita fit aliquando vt magis diluta crudiorisque & spumantes urinae appareat. Minus tamè periculi inde est, quam si vel multiplici materia putrescente in venis, vel inæquali pugna naturæ & morbi id cotingat. quòd si & hæc coeant, & accedit distillatio, tum periculosior casus est.

XXXV.

κινδυνώδες δὲ καὶ ὁ ἐν μέλωρος μεθιστάμην ἐς λεπτόν χολώδης.

*Periculosum quoque lotium est, quod è nigro transit in tenue biliosum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**rina nigra tenui & biliosa deterior est. Periculosa tamen & hæc est, quia cetera, quia vel meracior, vel nimia bile tincta est. καὶ τὸ ἐξ ὑποστῆσαι ἰσπαρῶμενον. Et ex subsidentia diuellitur. Hæc est, quae cum antea collectum haberet sedimentum, iam habet diuulsum perturbationis nouæ indicium, aut quae reuera subsidentia diuulsa est.

καὶ τὸ

καὶ ὁ ἐν τροφιδέος ὑποστῆσαι ἔχων ὑποπέλιον ἰλυώδης.

*Et quae ex concretis particulis innatantibus sedimentum habet, subliuidum limosum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**T**ροφιδέος dicuntur Hippocr. ἔχον ἐμφερέλινα πεπυγόντα, παρὰ τὸ πρέφεται ὃ ἐστὶ πηγυνοδῆ, hoc est innatantia concreta, ab eo quod est concrefcere. Siue ergo de hypostasi limosa & subliuida, quae recrementa illa sequitur, siue de recrementis quae ὑπόπασιν constituent, sermo est, non potest subliuida, quae extinctionem, & liuosa, quae corruptelam indicat, subsidentia vacare periculo. Sed ambiguum esse potest, an non τροφιδέος, sed σποφιδέος legendum sit, contrario significato. Quae res efficit, vt alij interpretes Prorrh. ἐκ τροφιδέος, alij σποφιδέος legerunt. Illi de urinis, hi de deiectionibus intelligentes. Dioscorid. & Capito τροφιδέος legerunt, & ita legendum locus hic cõfirmat, de urinisq; intelligendum: ex hocque dirimitur ea controuersia interpretũ, & locus Galeni corruptus in comment. Prorrh. arguitur. ὑποπέλιον autem & ἰλυώδης vel ex hepatis vitio, vel venis aut renibus esse potest, differente discrimine: nam ab hepate & venis grauius periculum est.

ἄρα ἐν τοῖστων ὑποχόνδριον ὀδυωδῆσαι; δοκέω δὲ δεξιόν.

*An num ex his doleant hypochondrium, vt opinor, dextrum?*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**ubitatur, quia aliter esse potest. Si enim inflammato, aut aliter affecto intemperie graui obstructione icore dolor in dextro hypochondrio esse potest. Et quia male affecto hepate feculentæ limosæque deiectiones esse solent, propterea de deiectionibus dici volunt ὑπόπασιν. Sed hic locus de urinis est.

ἢ καὶ χολώδης γίνονται.

*An bile turgidi fiunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**X**ολώδης dicere consuevit, & multa bile redundantes, & aurugine tinctos, & quibus denique multa excernitur bilis. Id quod vitio hepatis fieri solet. In Prorrh. non χολώδης, sed ἐκλύοντα, quod verbum ad dextrum hypochondrium tabescens, exolutumque viribus retulisse videntur interpretes.

καὶ τὰ παρ' οὖς ὀδυωδῆσαι.

*Et ad aures dolorosi abscessus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**n Prorrh. ἄρα τὰ παρ' οὖς τοῖστοις ὀδυωδῆσαι. Fieri potuit, vt alicui abscessum ad aures natura incitata commoueret, neque tamen id verisimile est.

τῆστοις ἐπὶ βραχὺ κοιλῆ κατὰ ῥαγειῶν ὀλέθρον.

*His paulò post erumpens aluius adfert exitium.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**πὶ βραχὺ ἐπ' ὀλέθρον in Prorrheticis, quod paulò post notat. Id autem fit, nõ quia materia recurrat ex auribus, sed imbecillitate hepatis iam non reti-



mentis, & incitata excretrice, quæ molestos humores deorsum expellit. malè interpretres Prorrhethici ἐπ' ὀλίγω coniungit Dolorificis, & interpretres Coaci malè paululum vertit.

## XXXVI.

Οὐρά ἐξαίφνης παραλόγως ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμυρα φλαύρα.

*Urina, quæ derepentè præter rationem parùm concoquuntur, præua.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**Rinas coqui malum non est, sed derepentè nulloque antegresso signo obscuræ concoctionis, non bonum. ἐπ' ὀλίγον autem siue in breue tempus, quia paulò post crudæ excernuntur, siue parum coctæ non bonum, atque adeò malum esse potest.

καὶ ὅλας δὲ παραλόγως πέπον ἐν ὄξει φλαύρον.

*Atque omnino quod præter rationem coctum est, in acuto morbo præuum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Π**αραλόγως coctum & quia nulla antegressa coctione, & quia die non critico, quia denique nihilo inde leuior morbus est. Id autem ferè fit ab alimento non à materia morbi, vel quia pars materiæ natura sua facillè cedit, magisque exposita calori concoquenti, reliqua verò contumacior est.

## XXXVII.

φλαύρον δὲ καὶ δὲ ἐξέρυθρον ἐκ τούτων ἐπ' ἀντιστοιχίᾳ ἰσθδὲς κατεχρόμυρον.

*Prauum quoque quod velut exspumans flos ex iis admodum rubens quod aruginosum retinetur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**O**bscura hæc oratio. Atque ἐπ' ἀντιστοιχίᾳ, alij per i, alij per u, scribunt tertia syllaba. Sunt autem & in deiectionibus, & in vrinis superiore facie vrinæ extantia spumosa aliquando vel tota, vel in ambitum. Sic in feruidis & biliosis deiectionibus spuma quidem biliosa, vt & in vrinis aruginosorum extant, quod ἐπ' ἀντιστοιχίᾳ: quod igitur impensè rubet, cruditatis signum est. At quia ἐκ τούτων dicit, hoc est, ex vrinis coctis mirum videri possit, quod cum vrina cocta certissimum præsentissimūque & indicium & auxilium salutis ægri, ei que plurimum attribuat fidei Hippocrates, iam dicat è coctis quæ certam faciunt salutis, prauas sequi. Sic enim coctio vrinæ infida est, quam & celeritatem & securitatem valetudinis affirmat in Epidemiis. Dicendum ergo coctionem, cuius meminisse fuisse inconstantem, ac de constante sermonem esse in Epidemiis, propterea παραλόγως. Aliter quoque inter se certabant veteres interpretres Galeni. Zeuxis enim ἐπίπνοια ἔρα dicebat πυλώδη, καὶ πᾶσι ἐχούσα μοχθηρόν. At Zeuxim Ruphus Ephesius reprehendit, & ἐπίπνοια legendum existimauit. Alij quoque aliter. ἐπίπνοια verò, quia cum labore & molestia excernantur. Et quanquam in multis exemplaribus Prorrhethici ἐπίπνοια legi, Galenus scribit ἐπίπνοια ἰσθδὲς. καὶ particula additur in Prognosticis. Ac vnde fiat eiusmodi color in humoribus corporis, prius dictum est: quanquam rarissimè is humor per vrinas vacuatur,

cuatur, sapius vomitu & deiectione. κατεχρόμυρον quia ægrè excernitur, aut diutius retinetur. Si enim omnino cohibeatur, qui fiat excretis colores hi apparent: excerni enim & cohibere quodammodo repugnant.

## XXXVIII.

λευκὸν δὲ καὶ κατεχρόμυρον διαφανὲς οὐρον, ποτηρόν.

*Album verò dilutum & perspicuum totum præuum.*

μάλιστα ἐν φρενιτικοῖσι καὶ ἐπιπλησίοι.

*Maximè in phreniticis appareat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**L**ege annotata in Aphorif. & in Prognost. quod hic κατεχρόμυρον dilutum appellat.

## XXXIX.

ποτηρόν δὲ καὶ δὲ μὲν ποτὸν ταχέως διεκρούμυρον, καὶ μάλιστα πλεθροεικοῖσι καὶ περιπληρομυκοῖσι.

*Prauum quoque quod celeriter emingitur à potu, maximè in pleuriticis & peripneumonicis.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**C**eleriter emingi à potu malum omnino est non in pleuriticis modò & peripneumonicis, sed omni acuto morbo. Quomodo enim in acutis cibum potumque celeriter deiici periculosum, ita & potum statim rapi ad renes, & excludi. Magna vis enim caloris trahentis & siccitatis renum est: vnde metus sit eius affectionis quæ hydrops in matellam dicitur. Ac potius infirmitas partium, per quas vrina decurrat, quàm lateris aut pulmonis ostenditur. At si morbus est in thorace, & præterea laborant partes, concluduntur ventre, accessio grauis mali est.

## XL.

ποτηρόν δὲ καὶ δὲ πρὸ βίγας ἐλασθδὲς ἐρύμυρον.

*Malum quod ante rigorem oleosum meitur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**T ante rigorem & citra rigorem oleosa vrina damnanda est. Rigorem autem dicere videtur vel accessionem, vel eum qui in iudicio fit. Verisimilius tamè est ante crifim dici. Quod vt plenius intelligatur, de oleosa vrina obiter dicendum est. Lege annotata in Prognost. παχέα in vrinis.

## XLI.

ποτηρόν δὲ ἐν τοῖσι δέξι καὶ τὰ χλωιδέα μὴ ἐπὶ χροῖῃ ἐόντα.

*Prauum quoque in acutis quæ apparet perspicui palloris non in colore.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**O**bscura hæc oratio. nã qui fiat vt color sit, neque appareat in colore. χλωιδέα enim sunt, quæ χλωιδέα. At hæc & ἰσθδὲς aruginosa & ἀχρὲς pallida. Itaque

vel æruginosa vel pallida dicuntur χλωιδεα. χλωιδες ferè dicitur χλωρον. Dores  
addito dicunt χλωιδες. At ubi eiusmodi qualitas nisi colore intelligatur: nisi  
quis fortasse dicat, ut χλωιδες, ambigè dici de colore & corpore, vel cute: ut sit hic  
sensus: Urinæ æruginosæ, aut perspicuo pallore tinctæ malæ, si eo colore non in-  
ficitur cutis. In morbo enim regio & nigricans & pallidus, & virefcens color ap-  
paret, urinæque variè colorantur rubro, nigro, luteo, viridi rarissimè.

XLII.

Ολέθριον δὲ ἐστὶν τῶν οὐρῶν τὸ, τε μέλαινον ἢ ὑπόχρῳνον ἢ χροῖον, ἢ μελαίν.

*Lethalis est in urinis, quæ nigrum habet sedimentum, & nigra est.*

LEGE annotata in Prognost.

μᾶλλον δὲ ἐν τοῖς παισὶ ἢ ἐν τοῖς ἀνέπαλοις οἷς σωετραμυδίοις.

*Magis in pueris, quæ tenuis est, quàm quæ crassa.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Tenuem urinam & aquosam in Prognosticis deterrimã in pueris. Quòd si  
hoc loco non simpliciter tenuem, sed quæ etiam nigra sit, deterior quoque  
casus. Omnis enim urina nigra, tenuis vitiosior, quàm quæ nigra & crassa. lege  
annotata.

τοῖς δὲ λεπτοῖς ἢ ἀνέπαλοις οἷς σωετραμυδίοις.

*Sed tenuibus vice versa, quàm in crassis.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Videtur corruptus locus, & σωετραμυδίοις legendum videtur, ut crassa signifi-  
ficet, à verbo σωεφέδω, non σωεφέδω.

XLIII.

καὶ ἢ χαλεζώδες γονοειδὲς διαχρόιδιον, ἢ δ' αὖθις, ἢ ἐπίπνον.

*Et quæ grandinosa genituram referens diffusa, eademque  
dolorosa.*

LEGE annotata in Prognost. πάχεια.

XLIII.

ὀλέθριον δὲ ἐστὶν ἢ πᾶν ἢ λαθρέως ἔρμυρον.

*Lethalis est omnis, quæ nesciente agro meitur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

VEL quia mens laborat, vel vis sentiendi extincta est, vulgò notatum exitio  
iudicium. λαθρέως enim dicit non sentiente agro.

XLV.

περὶ πνευμονικοῖς δὲ ἐστὶν ὀλέθριον καὶ ἢ ἐν ἀρχῇ μὲν πέπνον, μετὰ δὲ τὴν τε-  
τραδά λεπτιώδη.

*Peripneumoniacis lethalis est urina initio cocta, post quartum vero  
diem tenuata.*

CONSTAT ἔρον πύρον urinam coctam dici plenius. Quæ enim perfecto indicio  
cocta est, certissimam ac breuissimam salutem significat. Coctum igitur est,  
& quod neque tenue, neque crassius est, quòdque colore naturali, quod præter  
hæc nubes laudabiles, aut eo magis sedimenta alba, leuia, constantia. Videtur au-  
tem hoc loco cocta urina dici, quæ mediocri corpore, colore naturali est. Id quod  
initio morborum sæpe contingit fallaci indicio, etiam si & nubes aliqua aut se-  
dimentum album accesserit. Vt enim cruditas initio parum terrere debet, ita infir-  
ma fides urinæ, quæ initio cocta apparet. Videas enim sæpenumero priusquam  
inualescat morbus & putredo, initio coctas urinas apparere, quæ ut procedit  
morbus ita deteriores existunt. Itaque in vno morbo annotat, quod in aliis com-  
mune est, aut si non lethale, certè periculosum. Et in peripneumonia, ut parum  
conferat ad iudicium morbi urina, tumque magis spectentur sputa. Siquidem in  
urinæ cruditas apparet, imbecillitas naturæ ostēditur, cuius beneficio sputa quo-  
que maturatum in confidimus. λεπτωμένον dixit, quia tenuitas cruditatis argu-  
mentum est, post quartum diem longitudo morbi expectatur, morbi quidem gra-  
uis, in quo periculum sit, ne prius fractis viribus, quàm maturetur materia, natu-  
ra succumbat. Adde quòd in peripneumonia viribus vel maximè opus est, quas  
febris, difficilis spiritus, delirium, vigilia, aliæque id genus celeriter cōficiunt. At qui  
4. & post quartum debeat maturatione crassescere, tenuari malum & recrudescere.

XLVI.

πλευρητικοῖς ἔρον αἱμοπῶδες, ζοφώδες, μετὰ ὑπόχρῳνον ποικίλης ἀδιακρίτης,  
θρόμβιον ἐν δ. καὶ ἢ ἡμέρησον, ὡς ἐπίπνον.

*In pleuriticis urina sanguinolenta umbrosa cum sedimento va-  
rio, neque discreta, ut plurimum mortem adfert in quatuordecim  
diebus.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Αἱμοπῶδες dici consuevit de impensè rubentibus. At eiusmodi urinæ cru-  
dæ sunt. ζοφώδες autem quid significet, lege annotata in Progn. Sedimen-  
tum varium tum colore tum corpore. ἀδιακρίτων autem, quia asperum & inæqua-  
liter sparsum. In quatuordecim diebus, in quibus pleræque pleuritides sæpius iu-  
dicari affirmat Hippocr. & experientia confirmat.

XLVII.

θρόμβιον δὲ ἢ ἐν τοῖς πλευρητικοῖς σωτῆριον ἢ ἢ πρᾶσιδὲς μέλαι-  
νον ἔχον ὑπόχρῳνον, ἢ ἀσπυρώδεια.

*Lethalis in breui quoque in pleuriticis prasina, quæ sedimen-  
tum nigrum habeat aut fursuraceum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

PRASINA quales vomitiones & deiectiones videri solent rarius vidimus, neque  
eius meminit in Prognostico. nigrum sedimentum lethale sæpius vidimus,  
de quo lege Prognost. hæc autem non in pleuriticis solùm, sed aliis morbis. De fur-  
furaceis lege Prognost.

XLVIII.

καυσώδην δὲ κατὸχος κρῖνον ἔρον ἐστὶ ἢ ἐλαδωδόν.

*A febre ardente firmiter habitis deterrima urina est valde alba.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**ive κατ'όχως augeat, siue propriè de symptomate dicatur, verus est sermo. **Q**uid autem significet urina valde alba, lege in Prognost.

## XLIX.

Ούρον δ' αμύων πλέον χρόνον γινόμενον, τῶν ἄλλων σωτηρίων ἐόντων ἀπόστα-  
σιν ἢ πόνον σημαίνει, ἢ μέλλον ἐν τοῖς ὑπόφρενα.

*Urina cruda diutius perseuerans si quidem alia signa salutaria sint, abscessum laborumque significat, & maximè in partes, quæ sunt sub diaphragmate.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

LEGE annotata in Prognost.

## L.

Ἀλγημοσίων δ' ἐν ὀσφύϊ πλανομήμων ἐς ἰσχίον ἢ ἐν πυρετῶ ἢ ἄλλῳ πυρετῶ.

*Doloribus autem in lumbos errantibus in coxam & in febre & sine febre.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**aga oberransque materia in venis, musculis & aliis corporibus, quæ sunt circa lumbos facile decurrunt in vicinum amplumque articulum. Idque & in febre & sine febre. In febre que coctione aut excretionem non potest dissolui: sine febre, eadem ratione, natura nullam aliam sequente.

## L I.

τὸ δ' ἐκπεμπόμενον λίπος ἔχον ἔρον ἐν ὑπόστασει, σημαίνει πυρετόν.

*Qua urina emittitur, habetque pinguedinem in subsidentia, febrem significat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**C**orrupta litera Græca est, quam utcumque restitimus. Nam sine verbo ἰζυδὸν ἔρον ὑπόστασιν legunt. Cæterum facilius in Prognost. scripta hæc sententia & verisimilius, καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἀνω ὑφισταμένης ἀραχνωειδῆος μέμφομαι· σιωπήθη γὰρ σημεῖον. quam Prognosticis exposuimus, vbi quid pingue & alia. Cæterum an febrem significet, ambiguum. Multis enim etiam sine febre, quibus intemperie calida renes laborant, pinguedo quædam enatat in vrinis, neque tamen febricitant, nec inde febris sequitur. ὑπόστασις autem impropriè dicit, quia non solet subsidere pingue, sed enatare.

## L II.

τὸ δὲ αἰματώδες ἐν ἀρχῇ ἔρην χρόνον· ὅ δὲ διατεταραγμένον μετ' ἰδρωτός ὑποτροπῶ.

Cruenta

*Cruenta urina initio diurnitatem morbi significat: at qua returbatur cum sudore recidiuam.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**uid αἰματώδες ἔρον, & cur diurnitatem significet, prius definitum. At returbata cum sudore recidiuam non significat. separata enim est, quia sine illis recidiua, & illa sine recidiua esse possunt. De vrinis returbatis lege annotata.

## L III.

ὅ δ' λευκὸν οἶον τῶν ὑποσυγίων, κεφαλαλγίῳ.

*Alba verò veluti iumentorum, capitis dolorem.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

LEGE annotata in Aphorif.

## L IIII.

ὅ δ' ὑμυρώδες ασαομόν.

*Pelliculosa conuulsionem.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**uid ὑμυρώδες è vocabulo quidem notatur. Atque pelliculosa urina dicitur, quæ in Prognosticis πεπελωμένης, de qua in Prognostico. Sed qua ratione conuulsionem notet, quia colliquatio primùm iudicatur pelliculosis, & in squamas subsidentibus vrinis. Liquatio verò à calore igneo. Hinc autem immoderata siccitas. Hanc conuulsio sequitur.

## L V.

ὅ δὲ πτυαλώδεις ἔχον ὑποστάσις οὔρον, ἢ ἰλυώδεις ῥήγεος δηλωτικόν.

*Qua verò salina similia sedimenta habet, vel limosa, rigorem præannunciat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Π**τυαλώδεις ἑσπέρσιες inusitatè dicitur, quæ si sunt tenuatæ & inflatæ, crudioris pituitæ notæ sunt, quæ vbi computruit rigorem, hoc est accessiorem febris significare possunt. Ac fortasse ὑαλώδεις vitreæ, à pituita crudiore, quod sæpe videre licet, quæ quia copiam eiusmodi humoris ostendit, quam pituitam vitream dicimus, rigorem & hæc possunt denunciare. ἰλυώδεις autem vsta ferè materiæ subsident in vrinis nigricantia, & quæ vel facem rubentem, vel limum nigricantem præ se ferunt. Id quod progressione febrili ferè contingit.

## L VI.

ὅ δὲ ἀραχνωίδες σιωπήξιος.

*At quod araneas refert, colliquationem significat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**D est, quod in Prognostico λεπρότητας ἀραχνωειδῆος dixit. Lege annotata.

τὰ δὲ ἐν πλωδῶδεσι πυρελοῖσι μέλαινα νεφέλια τεταρτάτα.

*Nubecula nigra in erraticis febribus, quartanam denunciant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N erraticis febribus humor quidem cinerefcit, vt ita dicam atque inuritur, qui fi per vrinas decurrit, & nubeculas & fedita nigra efficit, vt materia craffior tenuiorve est, & inualefcit flatus. Huic ergo quartana denūciari potest. Coniungenda tamen reliqua figna fcripta in Prognoflico, & prius hoc libro expofita, vnde ē febribus tertianis & erraticis quartanam conicias.

τὰ δὲ ἀχροα μέλαινα ἐν ἐνερῶδ' ἰσχυρῶς ἢ παραχρῆς φρενιτικῶς.

*At si nigris immanent malè colorata cum vigilia & perturbatione, phrenitica figna funt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**χροα, quæ fine colore funt, & quæ malè colorata. Si igitur præterquam quod vrinæ nigræ funt, fublimamenta quædam malè colorata funt, hoc est non alba, fed vel nigra vel liuida, aut aliter colorata, multiplex vitium est. Vrina enim nigra lethalis est. Sublimamentum duplici ratione vitiofum, quia malè coloratum, quia malignam materiam furfum appetere oftendit. Inde igitur vigiliæ, inde concalfacto ficcatōque cerebro, & quæ παραχρῆς dicitur, vtrumque fignum reuera phreniticum. παραχρῆς autem vox est ambigua. Nam & de foras excitatis tum vrina cum deiectionibus, quæ acrimonia mordeant, conturbentque. De coitione accidentium, quæ agrum medicumque turbent, qualis est perturbatio critica: poftremò de leui offenfione neruorum, præludio quodam phrenitidis, aut manifefti delirij. Aliter fcripta hæc fententia in Prorrh. τὰ ἐπι παραχρῆς ἰσχυρῶς πνοιῶν δὲ ἀχροα μέλαινα φαιωδὲ μέλαινα ἐφ' ἰσχυρῶς φρενιτικῶς. Solæco vſus, qui vrinas fublimè petere dicat, cum hoc contentis attribuendum fit. Nec ἀχροα explicat fatis quid fignificent, in quibus nigra funt. Dubium autem an vrinas nigras dicat, an malè colorata nigra, videlicet innatare vrinis. Sed ita ἀχροα ſuperfluit. Sciendum tamen vrinas, quæ totæ nigræ funt, deteriores eis, quæ tantum contenta nigra habeant. Sed de iis antea.

τὰ δὲ κοινώδεα μὲν δυσωνοῦς ὑδατώδεα.

*Quæ verò lixiuio fimiles funt, in difficultate fpiritus aquatica.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**K**οινώδεα malim lixiuio fimilia vertere, quia cuiusmodi vrina sæpe apparet, & populari vocabulo ita appellatur ruffo faturata & malè pura fimiliter lixiuio. Atque cuiusmodi vrina malè affectis & vomicoſis viſceribus, malè puris corporibus accidit, quæ ad generationem hydropis multum conferunt. ὑδατώδεα, vel vt alij ὑδατώδεα, atque ὑδατώδες, fi lubet, legatur, quia ad aquæ generationem pertinet, parum vſitata in id dictione: & aqua illa modò in capite, modò in thorace, nunc in vtero, corde, aliſque partibus, vt quæ inde ὑδατώδες veſicæ aqua plenæ ſæpius in ventre. ὑδατώδεα verò manifeſtam habet fignificationem qua ὑδαρῶς hydrops est.

Ὀυρον ὑδατώδες, ἢ τεταρταμύρον φαφερῶς τριχύτησι, κοιλίῳ ὑγρῶ ἰσομύρῳ σημαίνει.

*Vrina aquoſa vel conturbata arenida aſperitate liquidam ferè aluum pronunciat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**N hac oratione ambigua vox admodum φαφερῶς, φαθυρῶς interpretatur Galenus voce nihilominus obſcura. Attici φαθυρῶς, reliqua Græcia φαθυρῶς ſcripferunt, quibus vocibus imbecillia & ariditate fragilia, quæque facilè diſſoluerentur, fignificabant. Variè autem expoſuerunt interpretes Hippocratis, vt ex Galeno in commentariis Prorrhethici intelligas. De carnibus dici quæ vel tenerescant in vnum alterum, vel eo plures dies reſoſita macerantur: quod ἐωλίζεν Græci dicunt, & ἐώλας carnes ita maceratas. Eædem σαχνῶς appellantur. Sic nos maximè hieme carnes quadrupedū volatiliūque maceramus, vt è durioribus teneriores fiant. Sed hic φαφερῶς τριχύτησι dixit aſperitatem friabilem, qualia funt interdum fragmenta molliorum calculorum. φαφερῶς enim dicit Hippocrates φαθυρῶς, teſte Galeno in expoſitione vocum Hippocratis. Ac reuera hæc ſententia calculoſis accommodatur melius, quàm iis, quibus expectatur aluus liquida. In calculo enim initio vrinæ ὑδατώδες cum cuiusmodi fabulo & friabili aſperitate: deinde apertis viis craſſa atque perturbata vrina deſluit. Expectare verò molliorum aluum ab cuiusmodi vrinis empyricum eſt.

Ὅ ἐν λεπτῷ οὔρον δασυδύρον, ἄρα ἰδρωτῶς μέλλοντα δηλοῖ; γεγεννημένον δὲ ἀφρώδες ἐφ' αὐτῷ ἐπιτῶμιον.

*Quæ vrina è tenui denſa fit & craſſa, num ſudorè fore oftendit? Iam verò factam ſpumoſum in ſeipſam infidens.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**lij ἐμλεπῶς legunt quaſi admodum tenue. Cæterum fieri poteſt, vt è tenui vrina craſſa facta ſudorem fignificent, quia tum natura excretionis ſalubres moueat, cum materia prius ad excretionem comparata eſt coſtāque. Et ſi iam ſudor exitit, non alia ratione craſſa vrina ſpumoſum infidens habeat, quam ab agitatione internaque naturæ perturbatione.

τὰ δὲ ἐν τεταλοῖσι μὲν φερίκῃς, οἷα νεφέλια μέλαινα, φερίκῃς ἀγέρας του δηλοτικῶς.

*In tertianis cum horrore veluti nubecula nigra, inconstantis horroris figna funt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**T**ertianas non ſimpliciter dicit, quæ à meraca bile commouctur, fed quæ tertio quoque die accidit, & illegitimè appellatur. Veris enim tertianis nō horror, fed rigor, non nubes nigra, fed ſine contentis ferè vrina ruffa eſt & ignea, aut nebula albicante: non inconfans horror, fed rigor ſuis numeris conſtans atque anticipans. Itaque de illegitima audiendum eſt, in qua nubecula nigra vt appareant,

reant, non perpetuo, si aliquando quidem inconstantem rigorem antecedit. In iis ergo bilis pituita mista est, unde conturbatio & flatuum generatio. Siquid igitur vritur acrimonia febris, flatibus in nubeculas nigras euehitur. Ex vario motu differentis materiae inconstans horror modò commota bile, modò pituita, vt nulla ratio periodorum, & interuallorum, nulla ratio temporum particularium accessionis obseruari possit. Vbi enim vigor expectatur aut declinatio, horror redit, & reduplicans febris, quae φείλη ἀκατάστατη nunc appellatur.

LXIII.

καὶ ὑδροώδεις ἐρήσεις, καὶ αἱ καὶ φείλης ὑφιστάμενα, αἰσιομώδεις.

*Et membranaceae mictiones & cum horrore subsidentes, conuulsionem significant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

DE ea quae ὑδροώδης antea. Cur autem cum horrore subsidentes conuulsionem significet non video: nec quid subsideat notat. De febribus horrificis satis dictum, quae multa cruda saepe deponunt in sedimentum: aliquando quoque conuulsionem accerfunt, vt femitertianae: sed non omnibus horrificis febribus id accidit.

LXIII.

Οὐρον χηρῶν ἔχον ὑπόστασιν ἐξαπίνης μὴ ἔχον, πόνον καὶ μετὰ βολῶν συμμῖσι.

*Urina bonum sedimentum habens, & derepentè non habens, laborem mutationemque significat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

VEL alimenti ratione, vel tantula parte materiae coctae, cum reliqua vel contumax vel maligna sit, id accidit: & nos in carbunculo & pestilente febre id vidimus. vno verbo laudabile sedimentum ἁμαλγμῆ esse conuenit. μετὰ βολῶν dicit reuocata natura, quae concoctioni incumberebat: aliò translata materia vi morbi, vbi labor & dolor exerceatur locus.

LXV.

Ὅ δὲ ἐπίστασιν ἔχον ἐπιτεταχθέν καθιστάμενον, βίγος περὶ κείσιν, τάχα δὲ καὶ ἐς τελευτὴν ἢ τελευτῶν μετῆσιν.

*At qua sedimentum habet turbatâque deponit, crassio rem partem circa iudicium significat, fortasse mutationem in tertianam aut quartanam.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

VRINA turbida tum κατὰ τὸ μῆκος quasi constituta dicitur, quando crassiore parte in sedimentum deposita, reliquum purum sincerumque relinquitur: quod accidit vincente natura. Sed nec inde rigor criticus, qui subitis mutationibus criticis peculiaris est, expectari aut semper potest, aut saepius, vt neque tertiana, aut quartana: nisi febris sit autumnalis, aut quae in finem status incidat, sitque erratica, vel ex earum genere, quae multiplici constant materia.

LXVI.

Ἐν πλευρηστικοῖς οὐρον ὑπερύσθρον ἔχον λεῖω ὑπόστασιν ἀσφαλέα κείσιν συμμῖσι.

*In pleuriticis urina leuem subsidentiam subrubram habens, securum iudicium significat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN Iusmodi urina salutaris ab Hippocrate in Prognostico notata est nō modò in pleuritide, sed in acutis: & quamquam Galenus morbos thoracis iudicari rectè quidem scripsit, quia id saepius contingat, quia tamen in venis lateris & vicinis magna vis materiae putris est, vrinae non negligenda. Atque aliquando iudicari pleuritides multa vrina & biliosa micta scripsit Hippoc. Et nos vidimus pleuritides graues dissoluras vrinis multis crassis & nigris, conuersa vt senex scripsit deorsum materia: quod certè minus mirum videri debet, quàm peripneumonias vrinis solui, quantò familiaritas lateribus cum magna vena, quàm pulmōni.

Ὅ δὲ ὑπόχλωρον δαμνῆς λευκῶν ἔχον ὑπόστασιν καὶ ταχέσιον.

*Sublutea verò pellucidòque nitore florida, qua sedimentum candidum habeat etiam celer.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Xλωρὸν propriè dicitur luteum dilutum, quod tamen purum sit & pellucens, qualis est vrina, multis tamen valentium, & quae ad eam accedit, vbi iam videlicet modica bile, eaque naturali tingitur integritatis naturae iudicio. At δαμνῆς vt in florido rubore saepius dicitur, in luteo quoque dici, vbi nitens & purus est, hic locus ostendit: nec aliunde nomen sortita videtur herba δαμνῆς, quae chamamelum est. Quod vrinae color naturalis est, & praeterca sedimentum laudabile non solùm securum, sed celer iudicium expectandum. Concoctio enim in colore & sedimento vrinae securam celeremque iudicationem pollicetur, vt scribit Hippocrates. Sunt qui παχέων legunt. Sed ita imperfecta est sententia.

τὸ δὲ ἐρύσθρον σφοδρὰ καὶ δαμνῆς ὑπόστασιν χλωρῶν ἔχον λεῖω εἰλικνεύα, πολυχρόνον σφοδρὰ ταραχώδεια, νεῖσιν μετὰ βίγος ἐς ἀλλῶν, ἐ μὲν ὀλέθριον.

*At rubrum valde & floridum luteam habens subsidentiam, leuem, sinceram, diuturnum morbum, admodumque turbulentum, quique in alium morbum transeat, sed non protinus perniciosum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

HIC δαμνῆς in colore rubro, qui color diuturnitatem indicat. At sedimentum luteum, leue, sincerum quò fiat, parum constat. Sedimenta enim alba, rubra, nigra liuida, quorum nullum λαμπρὸν, δαμνῆς, splendore pellucidum, sed crassiore natura non relucet. At quod χλωρὸν dicit, eiusmodi esse oportet. An hoc velit, superiorem vrinae partem rubere, inferiorem esse luteam, quod saepe vides vt pallida sit vrina inferiore parte, rubescat paulatim vt superiora appetit. Sic autem leue erit sedimentum, quia nihil intercidat crasse aut asperae materiae: pura verò & nitida, quia bilis aqua diluta eiusmodi apparet, vt in vrinis bene valentium. Ac rubor diuturnum malum significat, sedimentum illud non ita. At cur mor



cur morbi turbulentum significet, ea videtur esse causa, quia in ea vrina sanguinis motus sursum ostenditur, ex quo παραχρή. In alium vero morbum transire fortasse κρόχον, aut si in aliam partem diuertat, peripneumoniā vel pleuritidem. Non protinus autē lethalis est: quia videlicet morbi à sanguine minus lethales sunt: quanquam tertio de morbis lethalem magis biliosa sanguineam facit pleuritidem: parum verisimiliter, nisi magnam vehementemque pleuritidem sanguineam cum leui biliosa conferas.

## LXVII.

τὸ ὃ λευκὸν ὑδατώδες κερμνώδεια πυρρῶν ἔχον ὑπόστασιν, πόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει καὶ τὸ χλωρὸν πυρρῶν ἔχον ὑπόστασιν κερμνώδεια, χροῖον καὶ κίνδυνον σημαίνει.

*Alba verò aquosa rufam habens subsidentiam, in qua velut crassius commolita farina partes apparent, dolorem atque periculum significat. Lutea quoque rufo sedimento, in quo velut farina crassius commolita partes apparent, diuturnitatem & periculum significat.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Non faciliè intelligas vrinā albam & aquosam aquæ colore & tenuitate similis habere sedimentum rufum & crassum. Vrina enim eiusmodi aqueæ sine sedimento sunt: & quæ ad serum quàm aquam propius accedunt, vt quibusdam calculosis, sedimentum quidem habent asperum κερμνώδεις, sed non ita tintum rufo, nisi arena quædam è renibus confluxerint. Quid autem κερμνώδεις lege annotata. Rara quoque lutea cum sedimento rufo & aspero, nisi rufum etiam ad rubrum extendas. Multis enim vrina cum eo sedimento è diluto rubore multo & aspero apparet. Alioqui quomodo in quibusdam nephriticis subsidet arena rufa, ita & pituita cruda bile intincta sedimentum eiusmodi reddit. Arena enim rufa pituita quædam est sabulo permixta, quæ modo alba permanet, modò rubra aut rufa apparet, vt bile vel sanguine intingatur. At quia cruda ea omnia laborem, diuturnitatem & periculum denunciant.

## LXVIII.

Οὐρτα τοῖς παρ' ὧν ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινώμενα, φλαύρον καὶ τὸ κροχὸν ὡς πονηρόν.

*Urina quibus abscessus ad aures sunt, celeriter & in breue tempore cocta prauum: perfrigerari quoque hoc modo prauum.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

In omni morbo vrinas celeriter coctas apparere, sed paulò post recrudescere maligni morbi indicium est: constantem enim maturationem esse oportet. At vnde id proueniat, iam ante expositum. ταχὺ prima periodo, ἐπ' ὀλίγον, quia breui durat concoctio, sed hodie cocta, cras cruda est. Refrigerari autem, quia videlicet externæ partes refrigescunt, maligni pestiferique morbi signum est. Nam in acutis febribus & ardentibus maximè corpus vniuersum æqualiter calidum melius est, quàm ægrum aliis partibus vri, aliis frigescere.

## LXIX.

## LXIX.

κῦσις ἀποληφθεῖσα ἄλλως τε καὶ μὲν κεφαλαλγίης, ἔχει τι παρομῶδες. τὰ ναρκώδεια ἐν τοῖς τοῖσιν ἐκλυόμενα δύσκολα, δλέθρα. ἀρα τι καὶ παρακρούσιν;

*Vesica intercepta tum aliàs, tum cum capitis dolore habet suspectam conuulsionem: & quæ in iis torpide exoluantur, difficilia, lethalia, an num & in vacillationem mentis incidunt?*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

Hæc sententia scripta in Prorrheticis, nisi quòd ναρκωδεις legit, & ὃ μὲν ὀλίθια melius legit, non affirmanter δλέθρα. Vesica igitur intercepta de vrina retenta dicitur. ἀποληψις enim de retentione excrementorū sapius dicitur. Si igitur accesserit capitis dolor, iam in consortium mali caput incidit, vnde fortasse conuulsio insequatur. Vbi enim τ, particula interiicitur, eam vim habet vt aliquando quidem, non semper, aut magna ex parte rem accidere significat. τὰ ναρκώδεια ἐκλυόμενα autē, vt in Prorrheticis ναρκωδεις, alij quidem de torpida & quæ vix sentiantur, excretionē vrinae intelligunt. ἐκλυόμενα ἐκκοιόμενα interpretatur, alij de partibus corporis, quæ torpide sentiant, & ad motiones exoluantur. Nonnulli de vniuersi corporis exolutis viribus, sed sensu maximè torpescente & exoluta motione læsa neruorum principio. δύσκολα quæ sint antea dictum, molesta quidem, sed ἀκίνδυνα, hoc est periculo vacantia. Itaq; non δλέθρα, sed ὃ μὲν δλέθρα melius legitur. ἀρα ferè dubitanter ponitur in ambiguis euentis, interdum tamen in probabilibus admodum vsurpatur. Sequitur ergo delirium aliquando læsa mente.

## LXX.

νεφρῶν ἔξαπνῶμον ἀλγημαὶ μὲν ἔρου ἐπιχέσιος, λιθιδίων ἔρησιν, ἢ παχέων ἔρων σημαίνει.

*Repentinus dolor renium cum vrina suppressione, mictum calculorum aut crassarum urinarum significat.*

## IACOBI HOLLERII COMMENT.

In renem dolor grauis signum notatum calculi ab Hippocrate. Sed acutus & lancinans accidit, vbi calculus è stomacho renium in meatum vrinarium incidit, naturaque contendit enititurque vt excludat calculum. Tum enim distenduntur vincula, quibus renes intestino & vicinis partibus alligantur, venæ distrahuntur: vnde in coxam dolor aliquando extenditur. Vrina verò supprimitur non semper quidem, sed vbi vtraque via à renibus ad meatus vrinarios aut hi iam occupantur. Vno enim rene aut meatu præcluso per alterum vrina potest decurrere. Atque vbi vtrunque coit, admodum probabile est vel calculum vel crassiorē rem materiam meatus vrinarios intercipere. Ad sæpe experientia cõfirmat, vt exclusis calculis, vel mixta crassiore vrina, pure aliquando nonnunquam pituita vitrea dolor conuiescat. In iis verò qui inde moriuntur si aperias vel eos meatus, vel stomachos renium plenos calculis pituita, aut pure, vel denique concocto corpore inuenias.

## LXXI.

τρομάδεια πρεσβύτεροι ἐν πυρετῶ, καὶ ἔτιος ἐπιφανόμενα λιθιδία περὶ διουρέει.

## T T T

*Tremores senioribus in febre, atque sic dum apparent, calculos fortasse cum urinis excludunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**T**remores senibus faciles, qui & virtute animali & neruis infirmioribus praediti sunt. Concussio verò efficit, ut si quid excludendum facilius excludatur. Ita restitantes calculum successione corporis excitamus, & suffusiones eadem ratione loco mouemus. Ita quartanae rigor materiam epilepsiae excutit. Sunt & alia eiusdem generis.

## LXXII.

Οὐρα ἀπολυσίς καὶ βάρος ἐν νεαίρῃ σημαίνει ὡς τὰ πολλὰ τραχυεῖν ἐξουδύω. εἰ δὲ μὴ ἀλλῶ ἀρρωστῆναι ἐὶ ἰωθεν ἀρρωστῆναι.

*Urina retentio & grauitas in imo ventre stillicidium urinae praenunciat, aut alium morbum, quo ager solitus est laborare.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**R**etentio distinguit urinae suppressae causam à loco dolente. Renibus dolentibus requiritur causa in renibus, ac sic vacua vesica est, nihilque in pube extuberat. Vbi verò imus venter grauis est extuberatque, tum vesica plena est, vbi videlicet causa, quae viam urinae praeccludit, in vesica est. Scripsit enim in Aphorismis dolorem qui in pubem & perinaeum incidat, vesicae morbum indicare, multò magis siquis sanguinis grumos pùsve emingat, & stillicidium urinae patiat. Atque eam stranguriam efficit tum imbecillitas vesicae, tum angustia à copia urinae qualitate contrahente tumore praeter naturam, aut corpore in meatum incurrente. Alioqui si stranguria non sequitur, sequitur alius morbus aegro familiaris, arthritidis, colicus dolor, febris, vomitio aliàque id genus.

## LXXIII.

Ἐν χολώδεσσι ἔρρα ἀπολυσίς κίετι ἐν σπλῆνι.

*In biliosis urina intercepta celeriter interficit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**X**olodae, ut aliis locis, auruginosos intelligere videtur, in quibus urina ferè crassior, saepe acrior est. Si ergo intercepta, vesicae aut alterius visceris inflammationem, ardentem febrem, iccoris laborem, difficultatem spiritus, delirium & mortem inuehit.

## LXXIIII.

Οὐρον ἐν πυρετῇ δάσῃ ἔχον διασπῆλαιον ὑποσπινδὴν ἢ ἰδρώδες.

*Urina in febre spissa quaedam continens diuisa recidivam minatur & frequentes sudationes.*

IACOBI

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**F**ebri hæc è copia crudae materiae genita est. Etenim quae à bile est, lotium purum habet, & sine contentis, aut certè paucis: quae verò multam materiam crudam habet, quo iam tempore natura certat ut maturet morbum, urinae densae sunt: diuisae autem quia intercurrit flatus disingens crassamentum, quod in urina continetur. Recidivis autem opportuna febris eiusmodi est, quia natura non potest totam semel materiam concoquere, neque similiter putrescit materia. Itaque concocta parte & expurgato vitio saepe intermittit morbus, donec reliquae coeperint putrescere, aut peccatis aegri moueatur putredo. Sunt autem ἰδρώδες id quod experientia docet. Frequens enim sudor & paucus à copia est cruda, quae naturam opprimit, qui & aliquando multus est. Est autem manifesta sudoris natura in his, ut aliis eiusdem naturae, quales τυφώδες quidem & ἐλώδες.

## LXXV.

Ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι, λιποῖσι, πλαγώδεσσι λεπιδὸν ἔρρα ἐρήσιες, πλινυδῆες.

*In longis febribus, tenuibus, erraticis, tenuium urinarum mitius affectum splenem ostendit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**L**iene affecto vnde acuta febris moueatur, urinae ferè nigrae sunt, vel è rubro saturato nigricant. Si verò longa & exigua febris inde nascitur, urinae crudae tenuisque diutius meiantur. Id in quartanis liene affecto videas. Crassus humor siccus natura & frigidus non facile ignem concipit, aut putrescit, tardiusque à natura concoquitur. Hæc enim familiares succos, hoc est crudiores sanguinem & pituitam dulcem celerius concoquit, bilem tenuem & obsequentem attemperat, vel expurgat, melancholicum succum neque obsequentem neque familiarem tardius maturat, temperat, expurgat. Atque erraticae febres plerumque vitam materiam habent, eamque variè affectam. Vbi igitur hæc coeunt febris longa, exigua, erratica, tenues urinae, priusquam de splene iudices, interrogabis nunquid dolores in sinistro hypochondrio, nunquid grauitatis, punctiois, nunquid durum, tensum, alia quoque signa coniunges, vnde vitia splenis intelligantur, & iudicium confirmes.

## LXXVI.

Ἐν πυρετῇ ἄλλοι τε ἄλλοιαν ἐρήσιες μακρόν.

*In febre alia ex aliis urinae producant morbum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**oc ipso indicatur multiplex materia, & inaequalis pugna naturae contra morbum: ex quo morbi longitudo merito expectatur.

## LXXVII.

τὰ ἐρέμια μὴ ὑπομνησθῶτων ἄλλως τε ὀλέθρια: ἀρὰ τῆσιν ἐρείται, οἷον εἰ τι ὑπόσπινδιν ταράξουσ;

*Micta nec sentientibus aegris aliàs quidem lethalia: an non iis meiantur, quia sedimentum returbaueris?*

TTT 2

M<sup>H</sup> omittitur in quibusdam codicibus, quod addi conuenit: alioqui quod benè valentibus commune est, lethale non est: sentientes enim meiuunt. Alioqui καταμνησαμένων intelligas, quos prius commonesfacere oporteat quàm meiant. Quibusdam enim phreniticis, aut aliter occupata mente id accidit, vt vel non sentientes meiant, vel postulata matula nisi incites, non meiant. Sed hinc læsa mens est, illie & læsa & sæpe extincta & resoluta vis musculi qui vesicam claudit. Eadem ratio excrementorum alui. Quod autem subiicit dubitanter verisimile est. A perturbatione enim humorum in venis vrinæ turbidæ & malè puræ meiuuntur lethali signo. Solet autem Hippocrates ita describere, οἶου πλὴν ὑπόστασις παραξείας, vcl ἀνάσφαξείας. De quibus lege Prog. in vrinis turbidis.

LXXVIII.

Οἶον οὔρα ὀλίγα ἡρόμωδεα σὺν ἀπυρέτοις, πλήθος ἐν τέταν ἐλθὼν λεπτὸν ἀφελεῖ ἔρχεται ὁ τοῖστοις ἐξ ἀρχῆς, ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἔχει.

*Quibus urina pauca grumosa non sine febre, copia ex iis tenuis prodiens iuuat: prodit autem quibus initio vel in breui sedimentum inest.*

LEG E annotata in Aphor. & corrige ex eo loco.

LXXIX.

Οἶον οὔρα ταχέως ὑπόστασιν ἔχει, ταχέως ἔτοι κείνονται.

*Quibus urina celeriter sedimentum habent, celeriter ij indicantur.*

Siquidem sedimentum laudabile cōstansque fuerit, verus sermo est: si inconstans, aut non laudabile, non omnino verus. Sapius enim videas initio sedimenta, quæ in sequentibus diebus desinant, vnde longitudo morbi intelligitur.

LXXX.

Ἐπιληπτικοῖς οὔρα λεπτὰ καὶ ἀπεπτα παρὰ τὸ ἔθος, ἀδύ πλησμονῆς ἐπιληψίῃ σημαίνει.

*Epilepticis urinae tenues & cruda prater consuetudinem sine repletione epilepsiam denunciant.*

I<sup>N</sup> repletionem, hoc est satietate quadam ciborum immoderanter ingestorum epilepsia sæpe commouetur, vt à vinolentia & cruditate, vbi vrinæ tenues & cruda. Potest ergo tum vrina esse eiusmodi ab iis, potest ab ineunte accessione, quia iam materia sursum petit, vnde non solum vrina tenuis & cruda, sed perturbatus somnus, cibi corruptela sine causa manifesta, iracundia facilis & sine ratione, incetor quoque, sternutatio, tinnitus aurium: offusa quaedam nigra, rubentia, & oculis præcordiorum inflatio feminis, inuoluntaria & maxime per somnum excretio veretri, tentigo maior appetentia veneris, demissi, pigri, tristes oculi,

oculi, faciei inflatio, eademque decolor, segnities corporis, aliæque id genus. Ac quæ scribit, & vrina tenui, & alia, experientia quisque comprobet, & rationi consentaneum est.

Ἄλλως τε καὶ τίς ἐς ἀκρόμυον ἢ τράχηλον, ἢ μετέφρενον πόνος ἢ ἀσπασμοὶς ἐμπεπλωμένη, ἢ ναρκη περιγινώσκουσα σάμειος, ἢ ταραχάδες ἐνύπνιον ἐωράκη.

*Tum aliàs tum in humerum, collum, vel dorsum dolor aut convulsio incidat, vel corpori inuadat corpus, aut in somnium turbulentum videatur.*

Hæc omnia inter signa futura accessionis epilepsia rectè numerantur, & causas habent manifestas.

LXXXI.

τὸ μικρὰ ἐπιφαίνει διαφορὰς ἐξείας, καὶ οὔρον, καὶ ἐμελον, καὶ διαχωρήματα, καὶ κρόνον μὲν πάντως ἕκαστον ὃ ἐστὶς ἀλλήλων ἰόντα.

*Pauca apparere veluti stillas sanguinis, vrinam, vomitum, & excrementa alui, malum omnino est: pessimum verò si de proximo sese consequuntur.*

I<sup>N</sup> excretionibus iusta moderatio esse debet, quæ vel omnino soluat morbum, vel leuiorem reddat. Largior excretio vires dissoluit, parciore imbecillitatem naturæ & malignam naturam morbi ostendit. At vbi sæpius stillatur sanguis è naribus, sæpius meitur, vomitur, deicitur aluus inanis naturæ conatus ostenditur, labefactantur vires, & ad solutionem morbi nihil confertur.

περὶ διαχωρημάτων. LXXXII.

Διαχωρήματα κοιλίης βέλτερον μελακόν, σιωπετικὸς, ὑπόπυρρον, μὴ σφόδρα δυσώδες. Διαχωρέσθαι δὲ πλεονεξίᾳ ἐπισημαίνω ὄρω. πλεονεξία δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων.

*Deiectio ventris optima est mollis, constans, subrufa, nec admodum grauius olens. Excerni verò oportet hora consuetæ ea copia, quæ alimentis ratione respondeat.*

LEG E annotata in Prognost.

LXXXIII.

παχύνεσθαι ὃ πρὸς τὴν κείσιν.

*Crassescunt autem sub iudicium.*

LEG E annotata.

χρησιμον δ' ἐστὶν ἐλμινθας τροχίλους διεξιέναι πρὸς κελὶν προσάγον.

Vtile verò lumbricos teretes excerni, ubi ad crism procedit morbus.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

LEGÈ annotata.

Ἐν δ' ἐξέτι δ' ἀφρώδες πείχον διαχώρησι, κακόν.

In acutis spumans deiectio valde biliosa, malum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

DE spumantibus lege annotata in Prognostica. περίχολον autem dicit, quod valde biliosum. σφι enim auget. Sunt autem eiusmodi deiectiones in quibusdam tum dysentericis, tum malignis & pestilentibus febribus acres, grauiter olentes, crassiuscula, spumosa, admodum rufa à meraca bile.

Ἐτι δ' ἐστὶν κακόν δ' ἀλυσίδες κοπελίδες.

Deterior quoque est farinam aut sterquilinum referens.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Αλυσίδες διαχώρημα quod dicatur parum constat, nisi quod depositum, statim vagum & erraticum dissoluatur. Fortasse ἀλυσίδες, farinaceum: & κοπελίδες similiter obscure dictum. Scimus quidem Græcis dici κόπρον & σκύβαλον ciborum excrementum, quod intestinis continetur, stercus Latine. Quod si inde κοπελίδες dictum tam malum esse non potest: alioqui sterquilinio simile, quod crassamēto & liquido humore constans grauius olet. Atque hoc certè parte liquida diffluit, crassiore consistit: eiusmodi autem inæqualem concoctionem, multiplicem materiam putulaginem quoque ostendit.

κακός ἐστι τῶν τῶν, κακόν, καὶ αἰμολιδες διαχώρησι καὶ κοπελιδες παραλόγως.

Sopor in iis malus, & sanguinolenta deiectio, & vasorum immoderata inanitio.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Sopor quia criticus non est, sed tetris vaporibus natus, & in iis & in aliis malus. At sanguinolenta deiectio quàm sit mala atque adeò perniciosa, prius expositum, quæ exulcerato viscere sæpius nascatur. De κνεκρία quoque abundè dictum prius est.

κοιλίης ἀπόληψις μικρὴ, μέλαινα σπυραγώδεια πρὸς ἀνάγκην χαλαρῶ, μικρὴ τούτοις ῥηγνύμενος κακόν.

Aluus suppressa, parua, nigra, caprillo stercori similia necessitate demittens, siquidem sanguis è naribus eruperit, malum.

IACOBI

COitio hæc incidit, vbi interanea flagrante febre inardescunt, quæ & excrementa exucca reddit, dissoluitque in pilulas caprillo stercori perfimiles, αὐγάδες Græci vocant, quia in spyras & globulos quosdam compingantur, nec nisi opera medici & conatu magno prodeant. Id quod πρὸς ἀνάγκην dicere consuevit. Sed & quibusdam sanis longius retento stercore ea excrementa accidunt. At in febre ardentissima non solum excrementa, sed viscera & corpus exarescunt, ex quo imbecillitas naturæ sequitur, quæ non solum largum profluuium sanguinis, sed nec vllum aliud genus insignis vacuationis sustineat nisi periculosa. Periculum autem magnitudinem imbecillitatis ficitatisque sequitur. Vox autem ῥηγνύμενος copiam vacuationis ostendit.

γλίσχρον ἀκρηλον ἢ λάκον διαχώρημα, φλαῦρον φλαῦρον δ' ἐστὶν ἄλλες ἐξυμωμύμενον ὑποφλεγματώδες· πονηρὸν δ' ἐστὶν ἐν τροφιδέων ὑποστασις ὑποπέλιος, πυώδης μὲν χολώδεις.

Viscida, meraca vel alba deiectio, praua: praua quoque admodum fermentata subpituitosa: prauum quoque ex concretis particulis enatantibus sedimentum subliuidum, purulentum mistis biliosis.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Eiusmodi deiectio in dysentericis interdum apparet, in qua omnia hæc vitia coeant. Sed particulatim viscida deiectio, alba, meraca quid significant expositum in Prognosticis. Admodum verò fermentata fit agitata & expumans materia modò cruda, qualis pituita, sæpius tamen altera bile flaua vel atra, quæ etiam in terrâ deiectæ vel euomitæ feruent, turgent, bullas edunt, expumantque. Id in dysentericis magnis sæpe obserues. ὑποφλεγματώδες in iisdem deiectionibus pituita permista sæpius videtur bile tineta. Sed ὑποφλεγματώδες ad igneam qualitatem referri potest, quia cum descendunt ea excrementa testimonio ægrorum, acrimonia vrant & inflammationem sæpe cōmoueant. ἐν τροφιδέων prius exposita vox est, atque hoc loco fortasse, quæ in Prognost. ἐν σφαιρώδεια. Nam ramenta quædam & concreta corpuscula, frustula quoque modò pinguis, modò carnulenta apparent: eaque τροφιδέα nunc appellat. ὑπόστασις duobus modis dicitur in alui excrementis de suppressione & ea materia cui superiora quædam insident, quomodo hoc loco. Liuida autem corruptione & vstura materiæ purulenta ab vlceratione, biliosa à materia, quæ etiamdum naturam suam retinent. Neque enim pariter bilis omnis in liuidam, aut nigram, aut æruginosam materiam conuertitur: sed alia tardius, alia celerius, quia videlicet non similiter bilis diluta est, nec vrenti igni exposita.

Αἷμα λευκὸν διαχωρέειν κακόν, ἀλλως τε καὶ ὡς τις ὀδύνη παρῆ.

Splendidum sanguinem deijcere malum tum aliàs, tum si quis dolor adsit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

DE sanguine, qui deicitur, prius est dictum ex Aphorismis, vbi bonum esse dicit κατὰ excerni. Cæterum videas aliquando natura eò versa sanguinem

statis interuallis reddi per aluum, vt alius per vomitum, nares, hæmorrhoidas, & certas partes corporis, idque nullo periculo, nullo dolore, aut vitio interno, sed sola copia turgente, & à natura exclusa. Quod si vel dolor aliquis adest, vel color fœdus, aliæque morbi interni indicia, & sanguis splendidus deicitur, vitium hepatis intelligitur, quod vel exesum, vel vena aliqua supra aut aperta sanguinem reddit malo irremediabili. Nam vt imprensus vel sponte vel arte resistat sanguis, statis temporibus redire solet: atque in ipso fluxu animo delinquente viribusque defecti celeriter extinguntur. Alioqui contabescunt mora, vel in hydropem incidunt.

X C.

τὸ ἀφρώδες περίχολον διαχώρημα φλαύρον ἢ ὑπερῆνται ὃ ἐκ τοιοῦτων.

*Spumosa deiectio est valde biliosa praua: atque inde in auruginem incidunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

DE ea deiectione, quæ intus feruentem bilem sequitur, & multò magis si accesserit imbecillitas hepatis ab intemperie calida & sicca iam ante dictum est. Ac multis etiam extra febres statis temporibus eiusmodi deiectiones prodeunt, natura hepatis, totiusque venosi generis eam bilem feruidam gignente, quæ cum copia & acri qualitate naturam irritat, ab eadem excluditur. Aliis certis interuallis multa bilis vitellina & porracea crassior euomitur, quæ si retinetur, nec vt solita erat, excernitur, in auruginè transeunt, quæ acrisculo medicamento irritata bile extergitur. Noui quibus intra tertium diem inde nata aurugo sapius deletur. At in febre id accidens periculosum. Nam si eiusmodi deiectio est, aut imbecillitas hepatis, aut colliquans vel pestilens febris iudicatur. In iis enim eiusmodi deiectiones esse solent. Ac retenta bilis crassior, obstruensque eas venas quæ ad hepatis & ventrem pertinent, auruginem facit. Neque enim à sola pituita, sed vitellina bile & crassiore obstruètio nascitur, vt crassior sanguis & atra bilis aliquando obstant. Accidit cuidam vt cohibita ea bile, quam solebat euomere conuersa in spinam materia resoluètur, alteri vt paulatim contabesceret. At quantum morbus regius periculosus in febribus maxime ad septimum ex annotatis in Aphorismis intelligas.

X C I.

Ἐπὶ τοῖς χολώδεσι δὲ ἀφρώδες ἐπαιθισμα, καὶ κόνι μάλιστα ὃ ἀσφύδι πεποιηκότε, καὶ παρνεχθέντι. ἀρὰ δὲ τῶν τοῖς τὰ ἀλγύμωσι.

*In biliosis exspumans veluti flos malum: maximè verò si lumbos doluerint est mente fuerint commoti. An ex iis dolores?*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Διαχωρημασι: audiendum: hic enim de biliosis deiectionibus, quæ hoc vno superant proximas, quod ἀφρώδες περίχολον dicebat, quia & ἐπαιθισμα. A sola enim agitatione & leui feruore hoc esse potest. Vbi verò ἐπαιθισμα accedit enatantes tenues exiguæque bullæ, & aliquid simile ei quod γρῶς dixit in Prognost. tum certè vehemens feruor incendiūque annotatur. Quod autem lumbi doleant, triplici ratione id esse potest, acrimonia excrementorum dum per cæcum colūmque transeunt, aut illic immorantur, inuolucris & angustiis retenta concalfaciencia trahentia vincula, quibus ea intestina renibus & lumbis adalligantur; aut quia feruor illic magnus est, quod ferè accidit in ardentibus febribus, aut quia

aut quia magna pars colliuationis humorum illic restitat. Inde enim in omnibus acutis magna ex parte lumborum dolor est. περιγεχθῆναι de delirio dici. περιγεχθῆναι enim περιγεχθῆναι, & περιγεχθῆναι, & περιγεχθῆναι de delirio, quod in vigore accessionum incidit dicuntur. καὶ ἀρα. vix fieri potest: cum & dolores incidant. Est autem hæc sententia scripta in Prorrheticis his verbis: ἐπὶ τοῖς χολώδεσι ἀμύνη δὲ χωρημασι τὸ ἀφρώδες ἐπαιθισμα καὶ κόνι, ἄλλως τε καὶ ἀσφύδι περιγεχθῆναι, dolor lumborum antecedit.

X C II.

λεπτοὶ ἐπαφρον διαχώρημα ὑδατόχολον ἔχον ὑπόστασιν πονηρὸν.

*Tenuis spumosa deiectio sedimentum habens aqua bilisque mixtum prauum.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

TENUIS deiectio cruditatem ostendit, spumosa igneam febris naturam & ardentem. Videtur tamen coitio esse aquosæ humiditatis, vnde tenuitas, & bilis, vnde ὑδατόχολον ὑπόστασις. Vtriusque ergo agitatione ab igneo calore spuma est: vtriusque mistura sedimentum mistum. Ab aqua humiditate tenuitas damnantur ab Hippocrate in Prog. & spumans & tenuis deiectio.

X C III.

πονηρὸν δὲ καὶ δὲ πυώδες, καὶ δὲ μέλας αἰματώδες πονηρὸν σὺν πυρετῷ, καὶ ἄλλως.

*Præua quoque purulenta, est nigrum cruentum prauum est cum febre, est aliàs.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

PURULENTA vlcus enūciat. Quòd nisi coalescat, periculum est ne in malignū & incurabile abeat. Vidi qui deicerent purulenta conualuisse. Præuum tamen id est. μέλας autem αἰματώδες quid significet 21. Aph. 4.

X C IIII.

καὶ δὲ ποικίλον καὶ ἄκορὸς διαχώρημα φλαύρον.

*Et quæ admodum varia est deiectio praua.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

KΑΙ ἄκορὸς hoc loco videtur habere vim augendi, de qua vocè prius. Varietas excrementorum quid significet lege annotata in Prog.

καὶ χεῖρον ἔστω φοβερότερον τῆ χροῖ.

*Deterior quo colore magis fraudabili.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

QVI colores prauī in Prognost.

πολλὸν ἐν φαρμακείῃ ἐν δὲ τάλυτῃ ἀκίνδυνον μὴ πλῆθῃ ὑπερβάλλον.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

E ADEM in Prognost.



καὶ ὁ φερόν μαλακόν ἐν πυρὶ διαχώρημα φλαύρον ὃ ἐξ ξηρόν, φερόν, ἀχλοῦν, ἢ ἄλλως ἐν κοιλίᾳ καὶ γαστρίᾳ μετέινον ὃ προδιελθόντων λείπει.

At quæ deiectio friabilis mollis in febre est prava: prava quoque sicca, friabilis, sine calore tum aliàs, tū si alium liquidam reddat. Ac nigris prodeuntibus interficit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Quid hac voce φερόν intelligat prius expositum. Est autem φερόν μαλακόν quale suis & iis qui furfuraceis panibus per annonæ caritatem vescuntur. Quod si vitio corporis non alimenti id accidat, in febribus colligationem variamque tum humorum tum cruditatis naturam ostendit, quæ inæqualiter elaborentur. ξηρόν verò φερόν siccat & friabile ab ignea caliditate est, quæ quicquid humoris est, vnde compages stercoris colligat resiccat. φερόν id significat, nisi φερόν legatur, quod ῥοφειδὲς μελανιδὲν significat. φερόν enim & φερόν σιδὲς, & tenebræ. Sic enim in Prorrheticis φερόν φερόν legit Diosc. vbi alij φερόν φερόν, vbi de ambiguitate vocis & diffensione interpretum. Cæterum omnis eiusmodi inæqualitas & asperitas excrementorum mala, vbi dura mollibus, sicca liquidis permixta. Ea ergo & vi morbi & ab alimentis esse possunt: ab alimentis, ut in iis qui solis piris, pomis atque eiusmodi fructibus vescuntur, qui milio, pánico, furfuraceis & hordeaceis panibus & farina non purgata. Et in ægris atque adeo sanis id videtur aliquando: in sanis, qui multas nuces ingerunt, qui edulia dura, nec facilia concoctu, liquido & seroso excremento abundantibus permiscant. Sed quod ad præfagium maximè attinet, obseruavi & alij & in sermonibus, ut solent medici in vrbibus de natura morborum crassantium & accidentibus differere: lethales admodum deiectiones sunt liquidæ, aut veluti pultaceæ, in quibus minima velut grana sabuli crassioris apparent. Atque vnicum licuit videre, qui inde præter expectationem omnium euasit. Reliqui omnes perierunt. Color excrementorum ferè pallidus est, nigris prodeuntibus quæ omnino mala malis succedunt, vsta materia.

XCVI.

Υγρόν διαχώρημα ἐν ἀθρόον ἐξ ἡμικρόν κακόν ὃ μὲν γὰρ ἀγρυπνίᾳ ὃ ἐκλυθὲν τὰχὺ ἐν ποίησιν.

Liquida deiectio, & confertim semelque effluens, & paulatim mala: altera enim vigilias, altera exolutionem inuehit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

IN morbis acutis liquida deiectio magis damnanda aluo adstricta. Nam etiam si ab adstricta aluo metus sit ne & caput lædatur, & febris increseat, à liquida nihilominus contingit & caput lædi & febrem inualefcere. In pestilentibus febribus aluus sæpe profluit, & vires exoluit: delirant tamen & grauius febricitant. Itaque cruditas & imbecillitas naturæ & magnū vitium internum sæpe ostendit ab aluo adstricta culpa ferè in febre est: quanquam & id quibusdam sanis accidit. Sed ad rem, liquidiore aluo multa confertimque reddente metus est vt ne exoluantur vires defecto corpore ea virtute quæ in cerebro est. Periculum quoque est ne aliæ virtutes exoluantur. Plurimum enim atque repente vacuare & omne nimium est naturæ inimicum. Paulatim verò & sæpius vigilia exercet ægrum, & sensim conficit.

XCVII.

Ἐνυγρον ὑποφάφαρον διαχώρημα περιψυχρόμυρον μὴ ἀπύρω φλαύρον. τὰ ἐπὶ τῆτοι (ὁ ῥίγεια κῦτον, κοιλίᾳ ἐπιλαμβάνει. ὑδατῶδες ὃ σφόδρα διαχώρημα μὴ παυόμενον ἐν ὀξείᾳ κακόν, καὶ μέλλον ἢ ἀδιψήσει.

Liquida subfriabilis alui egestio perfrigescens non sine febre prava est. Rigores in his vesicam & ventrem corrumpunt. Aquosa vero valde non desinens in acutis mala, magis etiam si non fuerint.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Υποφάφαρον legendum videtur ex Prorrhet. Quid autem significet, prius definitum, περιψυχρόμυρον μὴ ἀπύρω dici videtur, vbi ægri in superficiem perfrigescunt, interaneis vruntur. ἐπιλαμβάνει alij de interceptione, quæ ἀπόληψις & ἐπίγχεσις, omnia sed obscura, vt Galenus de re dubitet. Addit in Prorrheticis ὀδυνώδεια, quæ videlicet dolorem ventri atque vesicæ inferant. Subiicit quoque, ἄρα ὃ ὑδατῶδες τῆτοι σιν ἔχει πᾶσα μῶδες ἐν αὐτῷ θαυμάσαιμι. Num & comatodes his habet aliquid conuulsorium, non fuerim admiratus. Vidit cui ab eiusmodi egestionibus κατὰ λυψις cum quadam conuulsione. ὑδατῶδες, vbi tenuis admodum liquida & non colorata egestio est extremæ cruditatis inditium, de qua in Prognost. ὑδαρὲς κῶστα μὴ παυόμενον, quia videlicet diutius perseueret. Sed cur deterius sit si non sitiant: an quod inde extincta sentiendi vis? Aequum enim erat multa aqua exclusa quæ reliqua temperantur, sitire ægrum.

XCIX.

Ἐξερυθρόν ἐν περιπλοσῆτι διαχώρημα φλαύρον.

Admodum rubens deiectio in profluvio prava.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Περὶ λυσίς dicitur ab Hippocrate, vbi tenuia admodū liquidæque deiciuntur, qui si intingantur bile χολώδης περιπλοσίς, si sanguine ἐξερυθρός, hoc est αἷματώδης appellatur, pauco sanguine permixto aquosæ humiditati: paucus enim sanguis id efficit vt videatur αἷματώδης. Sed plus minūque sanguinis permisceri potest, & is vel coctus magis, vel crudus, aut semicoctus, vel acris & mordax. Fit autem hæc vitio hepatis retētrice copia, corruptela, aut qualitate sanguinis irritata, interdum velut lesa, quæ sanguinem conficit. In Prorrhet. addit hæc priori sententiæ affectionum cerebri, malè coaptatis sententiis.

C.

φλαύρον ὃ καὶ ὃ σφόδρα χλωρόν, ἢ λεκόν, ἢ ἀφρώδες, ἢ ὑδαρὲς, ἢ ὃ μίκρον τε ἐγλωχρον, ἢ λείον, ἢ ὑπόχλωρον, κακόν.

Prava quoque quæ admodum lutea, alba, spumosa, vel aquosa est. & quæ pauca viscida & leuis, quæque subpallida est.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Naturalis color bilis pallidus est, nec luteo splendet. Quæ ergo admodum lutea est, iam plus bilis habet, aut meracioris igneæque caliditatis inditium est, quæ circa ventrem hepæque sæuiat. De alba sæpius dictum est, vt spumosa & ex Progn. Aquosa similiter definita iam est. Quod autem paucum viscidum leue, & subluteum ex Prognost. discas.

CI.

καὶ ὁ κοιλιαὶ δεικτεὶ νεωθροδολοιοὶ ἐν ὑγρὸν διαχωρημα, κ' αἰκτον.

Et comate pressis torpidè liquida deiectione pessima.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Permiscet quæ sunt ventris cum iis quæ cerebri, uti sæpe solet. Duplici ergo principio vehementer læso, altero quo sentimus mouemurque, altero quo nutrimur, pessimum casum esse pronuntiandum est.

CII.

θλασίδες ὁ καὶ αἰμορροεὶν αἰματώδες πολὺ θρομωδές.

Lethalis autem ubi multus sanguis defluit grumofus.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Id accidere solutis venis in hepate: ac sanguis quidem aliquis statim effluit, alter restitans obiter grumescit. Id quod experientia multa cognouimus, ut iam non videatur sanguis, sed nigricet, similis ei, qui apertis venis excerptus vasculis quæ πύλινα vocari possunt, concrefcit.

CIII.

λευκὸν τε καὶ ὑγρὸν μὲν κοιλίης μελέωρε.

Alba liquidaque cum tumente ventre.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Non potest hic vericulus priori iungi. Qui fiat enim ut multus sanguis effundatur, & sit alba liquidaque deiectione: neque seorsum utrunque fieri ac deinceps in eodem morbo verisimile est. At quæ dicatur κοιλίη μελέωρε prius expositum. In multa cruditate flatus plurimus permixtus hæc efficit. At ut sit lethalis grauem infirmitatem partium, quæ ventre continentur, esse conuenit.

CIIII.

διαχωρημα, μέλαν οἶον αἶμα, ἢ σινὸ πυρετῶ, ἢ ἀπὸ πυρετῶ, ποτηρὸν ποτηρὸν ὁ καὶ πάντα τὰ ποικίλα, ἢ τὰ κατὰ κράτος ποτηρά.

Deiectione nigra, qualis sanguis, & cum febre & sine febre malum: malum quoque & omnia varia deijci, & admodum biliosa praua.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

LEG E annotata in Aphorismos.

CV.

τὰ ἐς ἀφρώδεα ἀκρητα τελευτῶντα διαχωρημα, παροξωλιχα μὲν πᾶσι τοῖσι δὲ σπομώδεσι ἢ πάντι ἐκ τοῖστων τὰ παρ' ἑς ἀίττα.

Quæ in spumosas meracas desinunt deiectiones, grauiorem morbum

bum commoment, atque omnibus quidem, conuulsis autem magis: ex his abscessus ad aures exurgunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

SI in morbo deiectione prius biliosa, hoc est, quæ pallidam bilem referat. (Sic Senim χολώδες διαχωρημα) in spumantem meracamque definat, inditium quidem aucti incendij, quæ serosam aqueamque partem, vnde diluebatur bilis absumpsit. Iam ergo exæstuat feruentēque bile spumosa fit deiectione & meraca, hoc est bilis puræ nec aquosæ humiditati mistæ. Sic enim ἀκρητα ferè vocat Hippocrates. Igitur omnibus quidem vehementius augetur morbus, & accessiones conuulsionis grauiores magis siccitatis inde, hoc est incremento febris & siccatione bilis. Atque ex iis fieri potest ut feruida bilis & ignea sursum lata parotidas excitet, sed has lethales.

CVI.

τὰ ὁ ἐξυγρανόμια, καὶ πάλιν στωιτάμια ἀκρητα, κοπρώδεα, μήκος νεοσου σημαίνεσι.

At si aluus admodum liquida diffusensque consistit, & iam meraca stercoracea que reddit, longitudinem morbi significat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Aluus ἐξυγρανόμια dicitur quæ multa, eaque liquidiora deiecit, argumento multi crudioris succi, qualis colligitur iis qui plurimum vescuntur fructibus æstiuis atque autumnalibus, plurimum bibunt, dilutumque aut aquam, & natura sua strictiore ventre sunt. Itaque necesse est iam grauata natura, & parte materie putrente, febrem accendi, aluumque exturbari liquidis prodeuntibus. Et quia in ea cruditate pars quædam aquea primum diffluit, pars crassior retinetur, & quæ bilis aqua prius temperabatur, iam meracior fit, magis corpulenta quidem, quæ στωιτάμια dicit, fiunt excrementa & stercoracea, quæ videlicet ad stercoris naturalis corpus & colorem accedant, nisi meraca bile quæ tamen crassior est diluatur, aut seorsum stercoracea, seorsum meraca bilis appareat. Longitudo morbi expectatur, quia quemadmodum in tumoribus externis dissoluta parte tenui, relicta verò crassiore tumor pertinacior diuturniorque remanet: sic in humoribus corporis vacuatis serosis crassior pars restitans donec concoquatur morbum producit.

CVII.

ὁ ὁ ἐξερυθρὸν ἐν πυρετῶ παρακοπιῶ.

Admodum rubens in febre delirium.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

SI ἐξερυθρὸν αἰματώδες, ut Galenus solet, hoc est sanguinolentum interpretemur, non video cur delirium portendat. Nam neminem vidi inde deliratem, siue sanguis per aluum, siue per hæmorrhoidas nares aut alia via plurimus exierit: nisi iam copia refrigerato cerebro intēperie contracta deliriū quoddam inciderit.

CVIII.

ὁ ὁ λευκὸν κοπρώδες, ἐκέρω δύσκολον.

Album verò & stercoraceum morbo regio difficile.

Eiusmodi serè est in morbo regio, & eo magis quò maior est oppilatio. Nam quibusdam pallidum, aliis subalbidum, nonnullis admodum album est. δὲ σκολον autem quia molestum, etiamsi non denunciè periculum.

CIX.

Ὁ ὕψρον ἐν τῷ τεθῆναι λάυρον ἔρδωτος.

Et quæ liquida ubi deposita fuerint, abundè rubent.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

ET te legitur, ut priori cōnectatur orationi, & ad hæc non λάυρον, sed λάβρον: ruborem utrius modo legatur, in auruginosis capite cruenta rubraque deiectio, vel imbecillitatem magnam hepatis, qualis in rubra proluvie prius dicta est, vel venam aliquam in hepate solutam indicat. Nam eiusmodi sanguis ab intestino esse non potest, quòd nulla iam aut pauca bile mordeantur.

CX.

Αἰμόρραγις γλιόχρον διαχώρησι μέλας διαποικίλον χροκώθες, μέλιται ὃ ἐν λάκοις.

In eruptionibus sanguinis viscida deiectio nigris variegata, maligna maximè valde albidis.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

COitio est empyrica. Neque enim satis conuenit ab hæmorrhagia refrigera. to corpore viscida deici, sed potius liquida. Ac sæpe scriptum ab Hippocrate, à profuuiio sanguinis aluum liquidis diffuere, quod καθυγρᾶνεσθαι appellat. Nec variegari magis hæmorrhagiæ connexum est, ut nigra valde albidis permisceri. Quare nulla inde doctrina colligi potest.

CXI.

Ἐκλάκον διαχώρησι ἐν πυρέτῳ ὄνι δυνάμεις.

Valde candicans deiectio in febre non bene iudicat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

NON potest esse eiusmodi deiectio bene liberis viis, quæ ad intestina ab hepate ducuntur, sed interceptis, & maximè obstructis ea fit deiectio: quare vel morbus regius vel casus grauior expectandus aliò conuersa bile. Quare δὲ δυνάμεις, quia neque inde soluitur neque leuior fit morbus.

CXII.

κοιλίη παραχῶδης συμπερῆσιν πυκνήσιν ἀμασάσεισι σιγῶνας ὀπίσει νεῖ λίσει ὃ χροῖ ἐπὶ προσώπῳ γονάμωρα ἐρυθρήματα.

Aluus exturbata paucis frequentibus surrectionibus maxillares musculos intendit: soluit autem rubores exortos in facie.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Eiusdem naturæ qua prior hæc sententia est. Nam ut aluus exturbetur, hoc est angatur mordeaturque multis sed paruis deiectionibus, non propterea intendit musculos buccarum, qui σιαγονίται, nec si hæc intendatur delebitur rubor enatus in facie.

CXIII.

κοπρώδης μέλας τόνος διαχώρησις κοιλίης πονηρίω σημαίνει.

Stercoracea

Stercoracea deiectio cum tensione laboriosum dolorem ventris significat.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

NON stercoracea deiectio, sed tensio omnis in ventre vel tumorem præter naturam, vel flatuum copiam ostendit, à quibus affectio mala ventris intelligitur, quæ πονηρίω est.

CXIII.

φλεγματώδης ὃ δξείως μέλας καρδιωμοῦ δυσσπείλιω, τάχα ὃ ἐν ὀσφυαλγίω.

Acute urens cum stomachi dolore dysenteriam fortasse et lumborum dolorem.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Φλεγματώδης deiectio & pituitosam & vrentem ex ambiguitate vocabuli significat. sed quod δξείως addit, magis fauet posteriori significato. Cæterum & à pituitosis mucosisque excrementis sæpe initium habet dysenteria, ea pituita in intestino tempore collecta putrescete. Mordent, exulcerant, & ad desidendum frequentius incitant. Potest & acrior materia exulcerare intestinū & dysenteriam efficere. Vtrunque lumborum dolorem, hoc est, renum & intestinorum, quæ lumbis assident, horum quoque qua his reliqua vinculis connectuntur.

CXV.

τοῖσι τοῖστοις κοιλίης πείρασις πρὸς διάχυλω ὑγρὰ χαλῶτα τάχιον κυλάωμεν, ἔχει τι παρομοῦδες ὃ ἐπιπύρουσιν τοῖστοις ὀλέθειον.

Atque iis in ambitum tensus venter qui necessitate demittat liquida ac citius restitet, habet nescio quid periculi conuulsionis: atque in super rigere bis lethale.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Περίπασιν legendum puto, ut circumtensa ventris moles appareat. Pleni tamen flatibus & humore, natura tamen imbecilla, nec pus deponete ac præclusis viis inferioribus metus est, ut ne recurrens sursum materia principium nervorum lædat, ex quo sequatur conuulsio. Id tamen neque necessarium neque frequens. Hydropicis enim aqua plenis, & aluo duriore circumtensio ventre, & ubi sæpe nihil redditur, nisi ut loquuntur πρὸς αἰάγλιω, nullum conuulsionis periculum videri solet. Et ut superrigeant, nec sic quidem conuulsio expectatur, nisi rigor nascatur violatis quibusdā partibus neruaceis. At nec hoc necessarium aut frequens est. Quare à doctrina alienum.

CXVI.

Οἱ μέλανα διαχωρέσει ἐφιδρῆσι ψυχροῖς.

Qui nigra deiciunt, ij frigida exudant.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

VIdi qui à nigris deiectionibus oborto tenui sudore frigido paulatim extincta vita obierunt. Sed id perpetuum esse non potest natura critica, aut expurgato liene interdum deiciuntur, à quibus neque sudor frigidus neque alius casus vitiosus superuenit.

Οἱ κοιλίη κατ' ἀρχῆς ταράσσεται, τὰ δ' οὔρα μικρὰ, προαγόντων κοιλίη καὶ ξηραίνε· ὅ δ' οὔρον πληθύνει λεπτόν, τούτοις αἰ ποσά (ἴες ἐς ἀρθρα.

Quibus initio aluus exturbatur, urina verò pauca sunt, progressu morbi aluus siccatur: urina verò copiosior prodit, eaq̄ tenuis, uis abscessus fiunt in articulos.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Orbi initio aluum turbari atque diffuere, cruditatis multæ manifestum argumentum est. Atque id malum, quia damnatur ab Hippocr. critica, quæ statim initio apparent sudor, vomitio, hæmorrhagia, alui profluuium, abscessus, aliâque id genus. Atque conuersa materia ad intestina pauca urinae prodeunt. Id enim dysenteris aliisque generibus profluuij commune est. Quod autem progressu morbo aluus adstringitur, & urinae tenuis copia effluit, copiam cruditatis confirmat. At cum perseverat cruditas, neque concoquitur, abscessus expectatur, sed in articulos magis inferiores, quia materia frigidior est.

CXVIII.

Αἱ κατ' ἀρχὴν ἀσπράσιες ῥιγώδεις, καὶ οἷς φλαύρον διαχώρημα, δυσκολώτερον τεταραχίου ἐν ἀρθροῖς.

Desidendi cupiditas, in qua excernant pauca, quam rigor subinde comitatur, & quibus vitiosum alui excrementum difficilimum quartanis incipientibus.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Frequens desidendi cupiditas alia inanis est, in qua nihil, alia multa excludit, quedam pauca. At illa omnino fit irritata natura intestinorum copia vel qualitate materiae. Atque hæc dum mouetur, sæpe rigores facit, dum sensibilia corpora inde lancinatur. Parum verò sese explicat, an quibus frequens illa desidendi cupiditas iisdem φλαύρον διαχώρημα vitiosum. Alij legunt φλαύρον, largum, vtrumque in vitio, & hoc maximè initio non solum quartanarum, sed omnium febrium, in quibus critica initio damnauit Hippoc. δυσκολώτερον autem nemo potest interpretari ἀκινδυνότερον, ut δυσκολον, ἀκινδυνον exponit Galen. Nam etiam si eo modo exponit, tamen sublato metu periculi molestiam quandam vox includit.

CXIX.

Αἱ πικναὶ κατ' ἀρχὴν ἀσπράσιες ὑπὸ γλισχροῖ ἐχέσται μικρὰ κοπρώδεια μεθ' ὑποχονδρίης καὶ πλάγος ἀλγήμελος ἐκτερώδεις, ἀρα ἐπιτάσσων οὔτοι ἐκχλοιδίη;

Frequens desidendi cupiditas, quæ pauca excernit subuiscida, cum paucis stercoraceis, accedente hypochondrij & lateris dolore, morbum regium denunciat. An suppressis illis ægri luteo colore defædentur?

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Cotio est empyrica ex iis, quæ ἐτερογενή. Leguntur aliter in Prorrh. ἐπιτάσσεται enim voce ambigua, & de qua prius, non ἀσπράσιες ἐπιτάσσεται, γλισχραὶ, non ἐπιτάσσεται, non ἐκχλοιδίη, sed ἐκχλοιδίη. Oportuit in hoc ægro grauius obstruatum viscus, ut parum bilis, à qua excretio naturalis excitatur, in intestinum diffunderet. Ex quo multa pituita restitat in intestino parum deterfa non affluente

affluente bile. Ea ergo mora putrescit, & sapius mouet cupiditatem deiiciendi. Pauca verò stercoracea reliqua sunt quotidiani alimenti, quæ parum incitata bile & lentore pituita cohibita pauca semel excernuntur. At nec iis deiectionibus liberatur obstruatum viscus, sed inualefcit malum, ut minus bilis trāsfuat. Ea ergo copiosior recurrit in corpus, & colorem fædat, ut è pallido colore primum valde luteo tingantur, quod ἐκχλοιδίη, ἐκ particula addita. ἐκχλοιδίη enim dictum, quasi dicat κατὰ χλωραίνονται. Alioqui ἐκχλοιδίη exoluntur, qui casus auruginosis familiaris est, & maximè virginibus suppressis mensibus, quæ pallidis coloribus vocatis laborant, defectus viribus & omnino pigro motu totius corporis. οἱμοὶ δὲ καὶ αἰμορροῖς ἔσται. Inter signa malè affecti visceris, hepatis & lienis obstruati, scirrhus occupati, sanguinis fluxus est sæpe per nares, interdum per hæmorrhoides, nonnunquam varices, aut vlcera maligna cohibitus sanguis non exclusus, si que acris & vitiosus gignit.

τὰ δ' ἐς ὄσφιον ἀλγήμελα ἐν τέτοις αἰμορροῖς ἐν αἵματι διαχωρεῖται λαμπρόν.

At dolores in lumbos in iis sanguinem fundentibus excernunt sanguinem splendidum.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

In Prorrheticis aliis, τὰς ἐς ὄσφιον ἀλγήμελα ἐν τέτοις αἰμορροῖς ἐν αἵματι tenfio lumborum, dolor in iis profluuij sanguinis signa sunt. Nec si lumborum dolor accesserit, propterea vel sanguis effluit, nisi fortasse per hæmorrhoides: nec is erit splendidus.

καὶ κεφαλαλγίης ἐπιχλοιδίης, δόλιθου.

Cum sopore capitis dolore insuper calefcere lethale.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Si ad ea, quæ antecesserunt, accedat sopor capitis, dolor & febris, quod ἐπιχλοιδίη dicitur, periculum mortis significat. χλοιδίη autem vsurpare solet de leui calore febris, ut in declinatione aliquando febris vsurpetur. Multò aliter in Prorrh. ὑποχονδρίης τὰς ἐς μετὰ κερυβαλίης καὶ κωφώσεως, καὶ τὰ πρὸς αὐτὰς ὀχλοιδίη αἰμορροῖς, sententia ab alijs diuisa.

CXX.

τὰ γλισχραὶ κοπρώδεια μάλλον τι τὰς ἀποσπράσιες παρ' ἑς ποιέει.

Viscosa & biliosa deiectio magis quodammodo abscessus post aures facit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Signum hoc rarum est, & inefficax. Aperta aluo & bile irritata rarius fieri abscessus, nisi subsistat, & malignitate febris non naturæ beneficio id moucatur.

CXXI.

Ὅσα κοιλίης καὶ θυγαμοδύης οἰδήματα μελεωεί (εἰ) καὶ ἀλγήμετων, κακόν.

Quicumque tumor fluente aluo attollitur cum dolore, malus.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Malignus morbus est, in quo aluo diffuente, vnde copia expurgari debeat, tumor quoque excitatur. Etenim vi morbi, non naturæ robore id accidit. Vbi enim natura criticos tumores mouet, sese colligit, atque excrementa ferè alui,

vesica, & aliarum viarum, vt est motus, supprimit, siquid molitur excretionis per oppositas vias aut abscessus. Id in sudonibus & haemorrhagiis saepe videas & parotidibus. Est & aliud malignum, quod cum doloribus tumor est. Cruda enim materia temerario motu excitata in tumorem dolorem facit, concocta minus.

κοιλίης ὅ ἐπιτεταμένης, ἀλλὰ δὲ τινος μὴνεώτερος δυνάμειος, ταχέως καὶ ἀβήρητον, καὶ ἀκονθέσσειον.

*Aluo verò suppressa, nec vlllo alio nouo casu interueniente, celerius rumpuntur, idque malignius est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**A**luo fluente tumores multi dissoluuntur, tum quia eò materia tumoris conuertitur, tum quia nihil iam affluit, & quod incedit tumentis parti, in halitum dispergitur. Suppressa verò nec iam dissoluto spiritu & calore, qui fluentem aluum parte aliqua sequitur, celerius maturescit tumor & maturius rumpitur: nam κατὰ τὴν ἔργον, quod de soluta aluo saepe vsurpatur, hoc loco de tumore dici verisimilius est. ἀλλὰ δὲ τινος. Nulla alia vacuatione, haemorrhagia, vrinae copia, aut alia re, quae maturationem tumoris prohibeat. Cur autem ἀκονθέσσειον; An quòd materia partim aluo fluente expurgari, partim è tumore halitu discuti melius est.

τὰ ἐμύσματα ἐπὶ τέτοιαις ποτηρὰ καὶ θηλέωδεα.

*Vomitiones in his maligna & ferina.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**i aperto tumore nihilominus vomitiones fiunt suppressa aluo, magna vis redundantis vitij ostenditur, sed non necessarid inde θηλέωδες sequitur. Siue θηλέωδες simpliciter dicat, quia atroces casus adferat, siue quia vermes excludat, aut alia significatione vocis. Sed quod in vno, aut altero vidit, id ad memoriam pugillaribus consignauit.

CXXII.

Οἷον ἐπὶ φλογώδεσι καὶ ἐξερύθροις λυομύοις δυσάδεις, λεῖβρον, ὑπέρυθρον, ἐλπὶς ἀμυγνήται.

*Quibus soluta aluo ardentia valde rubentia prodierint, deinde grauius olentia, subrubra, metuendum, vt ne vehemeter insaniant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Φ**λογώδεα non ad igneam & mordentem acrimoniam, quomodo φλογώδες ab eodē. hic ἀπὸ φλογώσεως, & haec πύρωσις, vt hic φλογώδεα διαχωρήματα, quae acrimonia mordeant exuriantque modò ad colorem ignis, qui φλογώδες ἄμα à Philosophis appellatur, hoc est, vt iidem explicant, φοινικῶν δυνάμειος καὶ εἰλβον, hoc est, puniceus color floridus & relucens, quia eiusmodi color in accensis carbonibus apparet. Interdum vtrunque complectitur & colorem & acrimoniam vrentem. Ex quo φλογιά πύρωσις μετὰ ἐρυθρήμασι. Hic ergo & acrimonia notatur, & addita voce ἐξερύθροις. Sunt autem eiusmodi excrementa à meraca bile & vitellina, quae iam rubra est. Quomodo enim multa bilis vrinis mista in aurugine multo rubore vrinas tingit, & crocus multus rubore inficit: sic & meraca illa bilis multa iam acris & ignea. Diluebatur enim acrimonia, & color pallidus erat ammixta serosa parte, eaque consumpta acrior fit bilis, & colore saturata

turata, quomodo vitelli quidam rubent. Nam quis explicet de sanguine, quomodo aliquando ἐξερύθρον αἰματώδες dicitur. Accedit autem grauis odor putredine. Et hoc familiare meraciori bili, vbi computruit: quomodo & crassities & exspumans ἐπαύθισμα. Vbi verò ἐξερύθρον subrubēs legitur, legēdum magis è natura rei ἐπερέρυθρον, hoc est valdè rubens, & supra naturam bilis. Neque enim verisimile fit aucto incendio, vnde iam grauius olens colliquationem vimque pestilentem materiae ostendit, colorem dilui, & ex valde rubro leuiter rubrum fieri. atque vt ante diximus pestilentis colliquationis ea deicctio est. At si pars eius naturae in cerebrum repat, pestilensque vapor inde sublatus mentem appetat, metus est, vt ne vehemens insania & θηλέωδες moueatur.

CXXIII.

Ὁ ἀρχαῖος χροῖς σημαίνει κοιλίην ποτηρὰ μολύβιν, ἐπὶ τέτοιαις ἐξερύθροις σαρκώδη μολύβιν δέειται.

*Corpus squalidum laborantem ventrem ostendit, in iis admodum rubra caruncula purulenta maximè prodeunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**S**qualescit corpus humidi inopia. Id saepe accidit penis affectis visceribus atque reficcatis interdum, quia obstructis viis qua distribuitur alimentum, non nutritur corpus aut denique vitio virtutis naturalis quae in habitu corporis languescit. Quae cum ita habeant, non oportet squalescēte corpore statim accusare ventrem, cum & aliis de causis id accidat. ἀρχαῖος autem κατὰ τὴν ἔργον dicitur, de quo prius. Σαρκόπυα autem dicit carunculas purulentas, quales è furunculis excidere solent.

CXXIII.

Ἐπὶ κοιλίην χολώδη μολύβιν κοπρώδη καλύματα ἐπιφορέντα παρὰ τὴν ἐπαρμυ, ποίεσι.

*Ad aluum biliosam, mollem, stercoraceam ardores superuenientes excitant abscessus ad aures.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**B**iliosa aluus dicitur, quae bilem pallidam excernit, mollis autem vt durae opponatur interpositis stercoraceis, quae alimenti reliquae sunt: quae vero καύματα dicantur, eademque καυσώματα, hoc est πυρώσις, vbi igneo calore corpus inardescit. Id autem febris est, quae πύρω saepe ab Hippocrate, θερμασία, & Ionic. θερμολὴ πύρωσις appellabatur, teste Corintho, & apud Hippocratem saepe θερμολὴν δυνάμειος pro febricitare. Oportuit ergo in vno aegro aut altero suppressa aluo, quam describit nata inde febre cohibita bile, eaque sursum appetente natam parotidem, quod tamen verisimile non est: sed in particularibus censendum est.

CXXV.

χολώδεα διαχωρήματα κώφωσι πάσσι. κώφωσι ὅ παύσει χολώδες διαχωρήματα.

*Biliosas deiectiones sistit surditas, surditatem biliosa deiectio.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

LEG E annotata in Aphorif.



τὰ ἐρπυσιαῖα ὑπερδύω βιββανός πρὸς κνεῶνα καὶ ἦβω γινώμματα, σημεῖα  
καὶ κοιλίῳ πομπρομδύω.

*Quæ serpunt ulcera super inguina, ilia, & pubē, malè affectam  
aluum significant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**ρπυσιαῖα à similitudine reptilium animalium ulcera serpenticè intelligit à fe-  
rofiore bile superficiem arrodente seseque diffundente. Et quanquam non  
oportet laborare partem, in qua enascuntur eiusmodi ulcera, quia ab aliis parti-  
bus eò possint decurrere, verisimile tamē est vitium latere in ventre. Et ut vitium  
lateat in ventre, aliquando tamen suppressa aluo, ut in dysenteris, materia quæ  
transcurrebat per aluum in eius superficiem non semper transit, sed in manus &  
pedes conuersa eiusmodi ulcera gignit: quod aliquoties vidimus.

CXXVII.

Ἐκλυσις ὀδυώω λύσθαι κοιλίῳ μέλας καὶ γνησάνει.

*Exolutio, quæ dolorem soluit, aluum valde commouet.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**κλυσις, hoc loco pro animi defectione dicta videtur. Est enim ea exolutio  
doloris sedatio: propterea in acerbissimis doloribus detrahi sanguinem ad  
animi deliquium voluerunt, quia sic corpus elaxatur, diffluit sanguis, calor & spi-  
ritus, quæ ut suppetias laboranti naturæ ferant, sese in partem dolentem contra-  
hant, ex quo magis oppressa parte magisque tensa dolor increfcit. Ea ratione qua  
dum pus conficitur, dolores fiunt magis. Itaque refrigercente relaxatōque corpo-  
re & loco motis, quæ premebant partem, id quod efficitur animo deficiente, sese  
mouetur aliqua excretio, in qua causa doloris excluditur, & ideo addit aluum  
soluere.

CXXVIII.

τὰ καὶ ἔδρω ὀδυώδεα ἐκπύημα, καὶ κοιλίῳ ἐπιτρέσσει.

*Quæ suppurationes dolorifica ad sedem fiunt, aluum exturbāt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**uplici ratione pus inde exturbatur hoc & mordetur, diffluit tum quia do-  
lor attrahit, tum quia pus acri simile acribus glandulis irritat excretionem.  
Atque ea ratione in dysenteris à deiectione fouetur anus, atque detergitur, cly-  
steres iniiciuntur eiusdem naturæ, ne in fine intestini relicta particula acris excre-  
menti deiectiones acceleret: Sic à pure & acri materia tum meiendi tum dei-  
ciendi cupiditas inualefcit.

CXXIX.

θαλασσοειδὲς ἐστὶν τὸν διαχωρημάτων, ὅτι λιπαρὸν καὶ ὅτι μέλας, καὶ ὅτι πελιδνόν  
καὶ δυσωδισ, καὶ ὅτι χολώδες ἔχον ἐν ἐωύτῳ, φακῶν ἢ ἐρεβινθῶν ἐρίγματος πα-  
ραπλήσια.

*Lethales sunt deiectiones pingues, nigra, liuida cum odore  
gravi, & quæ biliosa in se habent similia quadam fragmentis ci-  
ceris fressi aut lentis.*

IACOBI

**L**Ege annotata in Prognostica. Hic autem ἐρίγματος appellat, quæ ἐρικίδες  
nomine facta πικρὰ καὶ ἐράκειν quod est scindere, atque diuidere. Ac ciccr va-  
rij coloris est, lens autem albicat, sed ad pabula referendum, quæ contractis cras-  
sius leguminibus coquebantur. Id tamen propriè & hordeo. ἐρικίδες enim αἰ-  
εδομερῶς διμερημελια κελθαί, in maiores partes diuisa hordei grana, nomē non ἐπὶ  
ἐράκειν, sed ἐπὶ διχῆ διαιρέσει alij dici voluerunt. At hæc internæ colliqua-  
tionis viscerum, aut vitæ materiæ indicia sunt.

CXXX.

ἢ οἶον θρόμβους αἵματος ἐκλυθῆς.

*Vel quæ habent grumos sanguinis relucentes.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**R**Arum est in acutis ut relucentes grumos sanguinis excernāt. Neque id esse  
potest, nisi qua ratione aliquando idem euomitur, in febribus, quæ concal-  
facto primùm, deinde subito refrigerato fiunt, returbato, ut vulgus opinatur, san-  
guine, eo modo quo si depositam facem agitato dolio permisceas vino. In eius-  
modi enim febribus glaciatum sanguinem, ut loquuntur, sæpe euomunt. Atque  
idem deorsum per intestinum expurgari potest, non protinus lethali signo. Sci-  
mus enim inde multos conualuisse. Quod si vitio ulcerati hepatis aut soluti par-  
te sui aliqua id contingat, iam lethale est. Relucet autem, quia concalfactus & le-  
uius perfusus nondum opacus frigore.

CXXXI.

καὶ τὸν ὀδυώω ὁμοιον τῷ τῶν νηπίων.

*Odore referens foria infantium.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**S odor minus grauis est excrementis adutorum. Infantibus enim simplex  
cibus, & qui in humido corpore & calore blandissimo non facile corrumpat-  
ur. Itaque foetet minus. Si igitur qui per ætatem & putredinem sæuientem in  
corpore, sæpe etiam ciborum varietatem grauius foetere debeat, non foetet, iam  
extincti caloris natiui, & languescens febris indicium est. Febris enim vnà cum  
vita extinguitur. Ut ergo sordes aurium dulcescens lethalis est, sic & excremen-  
torum foetor grauior in minus grauem citra rationem transiens. Et in morborum  
præfagiis non solum spectamus, quid contra naturā ægri, sed quid contra naturam  
morbi accidat. Quale in febre ardente non sitire, non ardere ad manum, non exa-  
gitare corpus, non vigilare, lingua esse rubente omnia hæc lethalia sunt.

CXXXII.

καὶ ὅτι ποικίλον, ὅτι δ' αὐτὸ καὶ χροῖον γίνωσθαι δ' ἐν τοῖσδε τοῖσδε αἵμασι, ξυσ-  
μασσοειδὲς, χολώδες, μέλας, παρασσοειδὲς, καὶ ὁμοῖον τῷ ἐραλλῶ.

*Et quæ varij coloris est. Atque ea diuturnum morbum signi-  
ficat. Et quæ eiusmodi est cruenta, est strigmentosa, biliosa, nigra,  
porracea: simulque omnia excernuntur, vel alternis vicibus dein-  
ceps exeunt.*

LEGE annotata in Prognost.

CXXXIII.

θανατώδης ὅ ἐστὶ καὶ τὸ ἀνασθητικὸς διεξιόν.

*Lethalis est omnis deiectio qua non sentiente agro feceritur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**I**D vulgus experientia doctum annotat. Quod cum fiat interdum ab alienata mente, aut particulari resolutione intestini, minus quidē periculosum. Vbi verò extincta sentiendi facultate principij graui vitio maximè lethale est.

CXXXIII.

πολὸν χαλεπὸς καὶ ἀσφοχίζομι πινδ' μάλι βηχάδεται, ἐρδωγμὸς ὑποσώμωμος ἐπὶ τῷ κατὰ τὸν στήθος πόνον κοιλίης.

*Ei qui agrè deglutiat potum respiratio tussiculosa, ructus leuiter reuulsus atque initio reuolutus laborem ventris significat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**C**Vi è capite defluxio est partim in ventrem, partim in pulmonem hæc accidant. Exasperatis enim faucibus à distillatione rubentibus atque dolentibus efficitur vt ægerrimè deglutiant, mordeantur vino, quia vel acre vel astringens aut alui mordente qualitate irritante fauces. Aqua similiter frigiditate mordet: ac ne salua quidem faciliè transmeat: ac dolor efficit, vt partes cōtrahantur, fiântque angustiores. Quomodo ergo dolente colo flatus intestini intro reuoluuntur, nec exeunt foras, & vt intestinum contractum reuellit, intestinumque motum sequitur flatus, ita in ventre & gula accidit, ex quo ructus, qui flatus quidam est, intro reuellit. Respiratio autem tussiculosa, quæ tussi interruptitur à distillatione. At nihilo magis hæc coitio dolorem ventris significat, quæ vel pulmonis, vel faucium, atque adeo incolumi vêtre hæc possunt accidere. Quia tamen cum ventre dolent hæc contigerunt, nec fortasse scripsit, vt solet ἐτερογενῆ permiscere.

XXXV.

πονηρὸν ὅ καὶ ἐξέρυθρα ἰώδεια τελαρταίαι.

*Præuim autē valde rubentia & aruginosa deici in quartanis.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**N**On in quartanis solum, sed aliis morbis. Sed in iis fortasse vbi vitio primùm hepatis nimium concalfacti nata quartana est, in qua rubere vrinas magis Ruffus scripsit.

καὶ αἱ τοιαῦται αἰμὸρροιαὶ καμαλώδεις.

*Atque eiusmodi sunt sanguinis fluxiones cum sopore.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**F**luxiones sanguinis in quartanis aliquando criticæ sunt, & quartanam soluunt, vt scripsit Hippocrates, & experientia confirmat. At si inde valde refrigerato cerebro croma sequitur, periculosum.

Ἐκ τούτων ασαμῶ τελαρταίαι μεθ' ἑαυτῶν προδιελθόντων.

*Ex iis conuulsione moriuntur, nigris prius prodeuntibus.*

IACOBI

**H**Oc vult postea omnia, quæ quartanis accidere scripsit, nigra primùm prodeunt, deinde conuulsione moriuntur. Ac nigra quidem prodeunt naturæ robore in quartanis salutare, vi morbi vsta materia lethale est. Conuulsio autem ab inanitione primùm & refrigeratione, deinde fortasse excremento frigido collecto inopia caloris.

CXXXVI.

Οἱ καὶ μέλαινα διαχωρέει ἐφιδρῶσι ψυχροῖς.

*Quibus deiciuntur nigra, ij frigidum desudant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**Xusto corpore ardore febris & insito calore percunte, naturæ succumbente, vt à nigris deiectionibus frigidum quis exudet, fieri potest, sed id necessarium non est. Multi enim in siccis morbis citra sudorem illum moriuntur.

CXXXVII.

Αἱ ἐξαιφνης παράλογοι ἐκλύουσιν κοιλίης ἐν τοῖς τελικοῖς χρόνοις ἀμφοτέρωθεν προμάδεται ὀλέθριοι.

*Quibus diuturnitate morbi colliquatis aluus derepentè nullaque ratione exoluitur, siquidem interceptio vocis cum tremore accesserit, lethale.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**V**ires fractæ longo morbo, & iam marcidum corpus nullam vehementem vacuationem sustinere potest citra periculum. Nam cum in vniuersum plurimùm atque repētè vacuare periculosum sit, atque naturæ inimicū, multò maximè confectis morbo viribus. Etenim quomodo ædificium vitiosum, vel non ita violento flatu corrui, ita & quod suis viribus iam fatiscit corpus, leui iniuria perimitur. At quantò magis vbi repentina & violenta per aluum vacuatio. Hic enim ἐκλυσιμὴ dicit profluuium vehemens, & valde solutam aluum. Dispercente ergo natura, nihil mirum si sine sensu motūque naturali æger mutus fit, & imbecillitate contremiscit, atque inde moritur.

CXXXVIII.

Αἱ λεπταὶ μέλαινα διαχωρήσεται αἱ φρεσὶδες βελλοῖς τοῖς τοιούτοις αἱ τοιαῦται ἀφελῶσι μάλα καὶ ἡλικίῳ ἢ προακμῶσιν.

*Tenues nigrorum deiectiones horrifficæ meliores talibus sunt. Eiusmodi autē iuuant maximè ea ætate qua vigorem antecedit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**Vi fiat vt quod nulla ratione motum copia atque repentino impetu excurrentis fractis viribus lethale sit, accedente vitiosa qualitate iuuatur. Nam & quod in valde soluta aluo nigrum est, lethale est, quod præterea tenue, accessio vitij est. Omnis enim nigra deiectio eò deterior, quò tenuior: horrifficæ quoque qua ratione fiant prius diuturnior. Magis iuuare eos, qui vigorem ætate præcedunt, verisimile est. Est autem adolescentium & eorū qui nondum tricesimum annum superarunt, vbi robusta vis est corporis.

CXXXIX.

πῶς τὰ κνημιώδεα μελών διαχώρησιν σημαίνει, καὶ ἔμελον θρομβώδεα, καὶ τρομώδεα σὺ δηγμῶς μὲν κεφαλαλγίης τὰ μέλαινα διαχωρήματα.

*Pruriginosa affectiones nigras deiectiones omnibus significant, & vomitionem grumofam, & tremula affectiones cum morfu & capitis dolore nigras deiectiones significant.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**D**issoluta & ex diuersi generis casibus coagmentata oratio. Quid enim prurigini cum nigris deiectionibus? Pruriginem enim cutis astricta & pituita crassa, viscida, falsa gignit, vbi ferè dura aluus est, & vomitio nulla. Aut si hæc sequitur, non protinus θρομβώδης è concreto sanguine. Neque magis connexa sunt tremor morfque vt verisimile est, ventriculicapitis dolor & nigra deiectio, quæ omnia si in vno aut altero visa sunt, quia tamen nulla ratione sese consequuntur, doctrinæ inepta sunt.

πρὸ τῶν τοιούτων ἔμελος διέρχεται, ἔμελα δὲ συχνὰ τριῶν τε προσχέουσα.

*Atque ea vomitus præcedit, & vbi vomuerunt multa eiusmodi detrahuntur.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**iusdem notæ ac priora hæc sunt. Cur enim vomitio præcedat nigram deiectionem, aut à vomitu multa nigra detrahantur?

CXL.

Ὅτι δὲ ἐπὶ ταραχῆς κοιλίης παρεξώεται περὶ κείων, καὶ τὸ μέλαινα διέρχεται.

*At quibus perturbata aluo inualefcit morbus circa iudicium, nigra infernè prodeunt.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**P**erturbatur aluus acribus atque mordentibus, ex quo dolor efficit, nondum maturata materia vt inualefcit morbus: sed non protinus nigra prodire necesse est, ac sæpius quidem prodeunt biliosa.

CXLI.

Ἐπὶ κοιλίῃ μακρῇ ἔμελωδεσι, χολώδεσιν ἀποσίτοις ἰδρῶς πολλῆς μὲν ἀδωάμηνος ἐξαπίνης, κτείνεσι.

*Ab aluo longa iis qui subinde vomunt, bile redundant, fastidio cibi laborant, sudor multus cū subita viriū impotentia interficit.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**Q**uam κοιλίῃ μακρῇ dicat non satis explicat. Videtur autē intelligere, quæ diu profluxit, aut longo morbo laborauit. Si ergo alterum vel vtrunque præcessit, subinde æger vomuit, abhorruit à cibus, & ideo minus quàm conueniret corpus aluit. Sequitur autem sudor multus, & inde virium labefactio iusta ratione

ratione mors sequitur. Omnia enim in vires ac vitâ ordine cōcurrunt, atteruntque paulatim robur corporis: attritum autem fudor multus & inde virium defectio præcipitant in exitum.

CXLII.

Ἐν φαρμακείῳ ἢν περιέρῃ λεπὸν σηχρῶς αἷμα, ἐκλυόμενον, ἐπεὶ τὸ δὲ φλαῦρον.

*In medicamentis dum aluus diffluit, siquidem tenuis sanguis abundè eliquatus, id verò sanè prauum est.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**O**mnino malum est in medicamentorum purgationibus sanguinem tenuem eliquari, quod videtur intelligere. Sic enim ὑπερβάλλουσα periculosa est, & præter naturam medicamenti, cum nullum medicamentū eo instituitur, vt educat sanguinem. Acrimonia ergo vel medicamenti vel materiæ, quæ expurgatur violari venas oportet, quod vt malum sit, neque tamen lethale statim est. Multis enim vel à leui medicamento id contingit, vt tenuem sanguinem excernant, quem clarum vulgus nostrum appellat, dum ad clarum vsque sanguinem progressam purgationem dicunt.

CXLIII.

τὰ δὲ κοιλίῃ σκληρόμαξα μὲν πόνος περιλοίῳ αἷμα φεμώδεσιν ἀποσίτοις σμικρὰ ἐφυρσμομένης ἐς χέθρασιν κοιλίης, & τὰ ἐς ἐμπύρεσιν.

*Durus tumor in ventre cum dolore accedente febre simul cum horrore ægro cibis auersante aluo leuiter humecta ad purgationem non suppurat.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**E**tiam si durus tumor cum dolore scirrhus aliquis est, solet tamen Hippocr. inflammationem, quæ φλεγμονὴ à posterioribus medicis dicta est, durum tumorem dolentēque circumscriptione appellare. Sed mirum est cur excludatur suppuratione. Nam neque febris, neque horror, neque auersatio à cibus, neque aluus leuiter humecta suppurationem prohibent, cum potius inter signa suppurationis febris & horror notētur ab Hippocrate. Quare in eo cui expectabatur suppurationis inflammationis materia in halitum disperit, ex quo hæc annotauit, quisquis hæc scripsit.

CXLIIII.

Ἄμα περιεῖν κοιλίῃ ταραχῶδης τρόπον ἀλυμυρώδεα κομμάδεσιν νωθροῖς & πάνυ περιπέται.

*Unà cum febre exturbata aluus salsuginoso modo non valde comitatur comate torporēque pressos.*

IACOBI HOLLERII COMMENT.

**H**oc vult, vbi aluus diffluit, acrimoniāque materiæ cōmordetur quæ falsa sit, ac cerebrum vniuersumque corpus eo deponit materiam, qua grauabatur, nō facile laborat caput. Atqui pituita illa falsa sæpe è capite diffluens aluum exturbat.

CXLV.

Ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, κοπιώδεσι, κεφαλαλγίᾳ, διψώδεσι ἀγρυπνοῖ.

Ab aluo liquida, unde lassitudo, capitis dolor & stis vigiles fiunt.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Clara est oratio, maximè si aluus biliosa deicit, si lassitudo effusa bile nata est. Atque vtrunque satis: omnia verò vigiliæ sequuntur.

CXLVI.

Ἐξερθῆρω χρώματι λυομήοις ἐλπὶς ἐμμελιῶσι.

Valde rubicundo colore solutos spes est vehementer insanire.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Alij legunt διαχωρήματι, vt ab egestione ruberrima solutos metuat insanire. Alij χρώματι. Atque iis color admodum rubens vel in facie est, quem certè vehemens insania sæpe comitatur. Plenum enim caput calidis vapore & materia ostendit vel in deiectionibus apparet, quæ vel vitellinæ bilis sunt admodum ruffæ, vel sanguinis à bile illa insania vehemens metuenda, non ita à sanguine. Ac rursus ambiguum est quos dicat λυομήοις. Verbum enim λυο de absolutis ac liberatis morbo sæpissimè dicitur. Dicitur quoque de virium exolutione & alui profluvio, quomodo solutam aluum Latini dicunt. Si igitur quieta aluo, quæ prius difflebat, materia in caput rapiatur, insania sequitur, verus sermo est. Si de exolutione virium aut profluvio, parùm verisimile est. ἢ δὲ ἀσπνοσι ἐδοσι. Si difficulter spirauerint, difficultas spirandi hoc vno insaniam denunciat, quia materia dum relicta inferioribus partibus superiora appetit, obiter in thorace difficultatem spirandi efficit, vt quibusdam accidit antequam è naribus profundatur sanguis. Ac tum quibus admodum rubere solent è facie.

CXLVII.

πρὸς δὲ ἐκχλωϊσθῆσαι ἔυπνοον σινόν τε κοιλίης ἐπεὶ ἐλθῆσιν.

Si quis colore luteo multum fædatus benè spirauerit, noxium quidem aluo bene procedente.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

In quibusdam codicibus negatio additur voci σινόν, quod verisimilius est. In aurugine enim, quæ à maiori scirrho visceris nata sit, difficilius spirant, detracto hepate vel liene, & inde vel peritonæo, vel vinculis, quibus hepar diaphragmati copulatur: ab obstructione verò non ita agtè spirant & subductione alui, quæ sponte naturæ melior est. Alioqui incitanda arte. Ac tum demùm valetudo melior ostenditur, cum aluus biliosa reddit.

CXLVIII.

τὰ καυμάδια διαχωρήματα τόνον ἔχοντα κοιλίῃ πονηροδομήῳ σημαίνει.

Deiectiones igneæ, quæ contentionem habeant, laborantem aluum significant.

IACOBI

Καυμάδια dicit vel ignea qualitate vrentia, vel calore resiccata, vt iam sint ασυραθώδη. Vtraque interni caloris indicia. Sed ασυραθώδη cum robore viscerum, liquida cum imbecillitate ferè sunt. In quibusdam καυμάδια legitur parùm conuenienter. τόνον ἔχοντα, vel quia maiori cõtentione excernantur, vt πρὸς ἀνάγκη, vel quia venter inde tendatur. Ac diutius retento stercore vtrunque accidit. Diutius autem retinetur intemperie ferè calida & sicca hepatis & renum. Sæpe siccitate intestinorum & excrettrice imbecilla, aut sensu intestini hebetiore.

CXLIX.

τοῖς χολώδεσι κοιλίη ταρκαχώδης μικρὰ πυκνὰ διαδίδεσσι, τινάδεα μικροῖσι μύξωδεσι, πόνον περὶ δὲ λεπτόν ποιέει, καὶ ἔρον εἶναι δὲ λυτὸς ἰὸν ἐς ὑδροπτι ἐκ τοῖστων ἀπολεθῆσθαι.

Biliosis conturbata aluus pauca frequenter reddens & cum dolore paucis mucosis exeuntibus, dolorem circa tenue intestinum gignunt: vrinæque non satis liberè prodies in hydropem ex iis malum desinit.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Accidit multis naturis biliosis vt multa crudacea colligant. Ea si in venas abeunt, gignunt febres è cruditate, quibus eiusmodi naturæ sunt opportuna. Idque fortasse magis peccatis vitæ, quàm vitio temperatura. Si verò in primis venis & intestino restant, putrescunt mora, atque putredine acrimoniam cõtrahunt, acrimonia vim excrettricem intestini ad excludendum incitant. Verùm quia tenacius hærent, non facilè mouentur loco: hic naturæ labor est, gignuntur flatus. Ac iam teniore à flatibus acrimonia mordente à materia circa vmbilicum cruciatur intestinum, quod tenue est, abeunt magna vi mucosa pauca & putria, quia materia pertinax & imbecillior vis excretrix intestini. Quòd si pars eiusmodi pituitæ parte aliqua deriuat ad renes, & vias vrinæ interceptis, tum minus liberè vrina effluit. Viis autem interceptis, quæ ad distributionem pertinet, hepar incalcit, siccatur, ac tandem hydropem gignere potest.

CL.

Αἱ τρομάδες γλασσαι σημεῖον ἐμνοσι κοιλίης κατάρρα γυμνάσης.

Tremula lingua quibusdam significant eruptionem ventris.

IACOBI HOLLERII COMMENT.

Quæ tremulam linguam efficiant, prius expositum. At quomodo in vomitione labri confusio fit, ita commota materia, & iam irritata aluo, lingua consortio tunicæ qua vestitur, potest intremiscere.

CLI.

Οἷα καύμα γίνεται, ἐφιδρῆσσι δὲ ἐλθόντων, πυρῆος παροξύνεται.

Quibus ardor fit, exudant autem dum deicitur, iis exacerbatur febris.

XXX 2

Particularis sermo est. Sed simul deicere & exudare malum. Contrarij enim motus sunt, ac sudor is imbecillitate naturæ fieri videtur, nō criticè, propterea inde exacerbari febrem verisimile fit. καύμα autem febris vehemens est, quæ πύρ sæpius dicitur ab Hippocrate.

CLII.

Ἐπι κοιλιῶν ὑγρῶν τὰ ἀπ' ἐλῶν ἄμαζα ἐπιρρύοντα θανατώδες.

Ab aluo liquida effluens sanguis è gingiuis lethale.

Nihil alterum cum altero habet commune, neutrumque lethale est. Sed fortasse vidit, quod & nos vidimus, sanguinem è gingiuis, qui nullis auxilijs acquieverit, vt inde mors tandem acciderit.

CLIII.

διαχώρημα καθαρόν ἐπιγινώσκον λύσει πυρετόν ὄξυ μὲθ' ἰδρώτος.

Deiectio pura superueniens soluit acutam febrem cum sudore.

Quod appellet καθαρόν διαχώρημα parùm constat, nisi fortasse admodum biliosum. Exclufa enim multa bile, & sudore quoque accedente, duplici excretionem acuta febris dissolui potest. Sed id non necessarium, nisi antecedentibus signis coctionis, nisi die critico & alijs, quæ ad criticam excretionem necessaria prius diximus.

FINIS TERTIAE SECTIONIS.




SECUNDI COMMENTARII IN COACA HIP-

POCRATIS PRÆSAGIA, LIBRI ALI-

quot imperfecti, qui ad secundam sectionem pertinent. Authore Iacobo Hollerio Stempano Medico celeberrimo.

APHORISMVS I.

Auris vehemens dolor cum febre acuta & alio signo eius generis, quæ utcumque difficilia putatur, imenes quidem septimo die interficit, & iis celerius infert delirium, siquidem neque pus multum ex aure effluat, aut sanguis è naribus, neque aliud signum bonum existat. Seniores autem & tardius & minus interficit. Aures enim prius suppurant, quam ægri veniant in discrimen vitæ, & ij quidem minus delirant, sed plurimum in morbum recidunt, atque ita intereunt.



Ac sententia hoc modo scripta in Prognost. ὡς ἂν ἴδῃσιν ὀδύνην ἐν τῇ αὐρῇ καὶ πυρετὸν ὄξυ καὶ ἰσχυρὸν δένον. κίνδυνος γὰρ ἀποφρονήσαι τὸν αἰθρωτόν καὶ ἀρλεῖσθαι ὡς ἐν τῷ βίβλῳ τῆς προπύλας ἐστὶν ἐπισημασθῆναι τὸν νόον ποῖσι σιμίοισι πᾶσι ἀπὸ πρώτης ἡμέρας. Vult ergo in Prognostico, id quod ad interpretationem Coaci Prælagij conferre potest, grauem esse aurium dolorem qui in acutas & vehementes febres incidit, quia inde metus est, vt ne delirium insequatur, & æger intereat. At verò, vt solet reliqua signa statim à primo die connectenda putat, vt si in exitium ægri conspirent, prælagium mortis concludatur: alioqui vel salus, vel ambiguus euentus. Atque vt res paulò plenius explicetur, Aurium interiorum dolor & inflammatio periculossissima in acuta febre & vehementi. Auris enim ita vicina est cerebro & colligata, vt nihil propius esse possit. Nam in cerebrum cauitas eius definit, & proxima quinta coniugatione insignes duas neruorum propagines excipit. Hi autem vnà cum dura membrana in cauum auris explicantur. Ea verò membrana qua parte auri interiori inducitur, ad instar telæ araneæ tenuissimæ & siccissimæ, ossisque durissimo insidet. Quæ omnia efficiunt, vt acerbissimus dolor ea parte moueri possit, idemque graue periculum denunciet.

Hic parùm constat, cur ἀποδυσκόλων dicat. Nam δύσκολα prius diximus intelligi à Galeno, quæ difficilia quidem & κίνδυνος, sed non perniciofa. Adiecta verò particula, ὡς, ea leuiora significat. At potius ad conficiendum prælagium delirij & mortis lethalia signa poni oportebat.

Ἐβρομίας adde ex Prognost. ἐν τῇ θέσσει & ἐὸν citius, vel vehemēs & maligna sum febris tum inflammatio auri est, & alia grauiora signa statim se produunt.



καὶ σαρκώτερον, temperamentum iuuentutis calidum & siccum, febris eiusdem generis, tenuis feruensque materia, acrior sensus, celeriozem morbum efficiunt, & qui inde sequuntur casus deliria & mortes citius commouent.

Μὴ δύνετε πολεῖν πύον. In Prognost. πολεῖν non legitur. Neque enim fieri potest, vt ea parte ossca, cartilaginea & exanguis multum pus effluat. Et vt effluat, non statim de salute pronuntiandum: sed quale sit, animaduertendū. Præterea in Prognost. πύον λευκόν scriptum, à quo non certa salus: sed vt scribit, ἐλπὶς ὅτι νεώτερον πολεῖν ἔστι, ὡς γὰρ ἀλλοτὶ αὐτῶ ἐπιγίγνεται χύσις σιμείων. Vult enim ad spem salutis è pure albo aliud salutare signum accedere, quale est, si delirare desinit, & lenior febris, somnus melior, vrina bene cocta, & alia id genus.

ἢ ἐκ φινῶν αἰμασίου. Excretio hæc familiaris febribus acutissimis & ardentibus. Sic ritè & positis legibus, quas ex Hippocrate statuimus sanguis effluat, & eò delirium, febris, & alia conquiescant. Omittitur in Prog. Et nisi regionum sorte id euariet, parùm salutarem eam excretionem ferè semper obseruamus.

Μαδὲ ἄμα. Hoc est, si febris acuta est, & aurium grauis dolor, neque maturata materia pus exeat auribus, nec sanguis è naribus effluat, nec aliud signum bonum eueniat, morietur æger iunior septimo vel breuius.

Τὸς δὲ πρεσβυτέρους. Quos intelligat, parùm constat, sed verremus, & eos dicemus qui medij sint inter inclinantem senectutem & atatem florentem: quæ ætas ferè circumscribitur quadagesimo, vel tricesimoquinto, & sexagesimo. Ea ergo ætate cum deferuescit sanguis, & febres minus acutæ sunt, ex quo si intereunt, tardius intereunt. Tardior enim morbus & minus vrgens inducias dat naturæ, vt inflammationem concoquat, & quia materia non ita feruet, ferèque frigidior est, minus delirant. Verùm hoc habent, quòd natura paulatim nec semel totam materiam concoquente recidiis opportuni sunt, quæ cum accidunt, metuendum vt ne æger senior fractus, longiore morbo cum recidiua moriatur. Ac breuiter iuuenibus vis acutioris morbi. Senibus autem imbecillitas naturæ perniciofa.

I I.

*Surditas in acutis & perturbatis superueniēs, malum: malum quoque & in longis. Excitat autem & iis dolores in coxis.*

**S**urditas quædam temporaria, de qua hoc loco & in Præfagiis: quædam continua. Illa modò breuior, vt in iudiciis morborū: quæ subita excretionem exoluitur: modò paulò longior, vt in quibusdam febribus, quibus materia paulò frigidior est, in quibus ægri obtusius audiunt vel salutari signo. Ac temporaria quidem ferè in morbis acutis, quæ tamen aliquando lethalis est, vt quum scripsit Hippocrates, καὶ ἀνοσμεν ἀδρῆσις ἐόντι & καμνοῖσι lethale esse, resoluta virtute. At robusto ægro sequetur vacuatio in salutem, vt cum scripsit, ὁπόσοις ἢ τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὠτὰ κωφῶν, αἷμα ἐκ φινῶν ῥυθμὴν κωλύει ἐξίταραχθεῖσα λευκὸν νόσημα. Surditas quoque imminētis ad aures abscessus sæpe signum est. Digna est memoria Heropyti Abderitani historia, cui in febre ardente 14. surditas: quæ primùm quadagesimo leuata est multo sanguine excluso è naribus. Is sanguis sæpius, sed paulatim effluxit ad sexagesimum, quo tempore vehemens cœpit dolor, quem hoc loco metuendum scribit à surditate in longis morbis. Huic ergo vicissim surditas & febris inualuerunt, vicissim capitis dolor. Octuagesimo leuata omnia, febris, surditas, & capitis dolor: circiter centesimum exturbata alius: centesimo febris & surditas placata sunt, & omnino ardente febre exolutus æger est. Ac mirum est ægrum robore naturæ ardentem febrem ad centesimum diem pertulisse: quanquam Parius ad 120. superfuit, sed obiit. At ex historia Heropyti intelligas, quibus surditas leuari possit, eruptione sanguinis, dolore coxæ, & alui perturbatione. Sed de surditate & quibus soluat, alio loco diximus. Hoc autem loco non simplicem damnat surditatem in acutis, sed his turbulentis. Sunt autem febres ταχέως, in quibus ægri facillè perterrentur spectris, exclamant, exiliunt, vixque

domest

domesticos agnoscunt, & vehementer delirant. Id quod accidit, quum bilis relictis inferioribus venis sursum appellitur, & in capite feruens, vapores edit: vapores spectra representant, animam perturbant, meatum quoque auditorium perardant & occupant. Quæ omnia exitium portendunt, nisi firmis viribus depulsa materia profluuium sanguinis aut perturbationem alui commoueat. Author Prorrhæti non addidit, quæ sequitur, κακὸν καὶ ἢ τοῖσι μακροῖσι. Id autem Heropyto contigit. Sed neque in coxas solùm, sed & genua, & crus reliquum abscessus sunt, qui familiares sunt longioribus morbis, quos natura neque excretionem, neque concoctionem potuit exoluere. Ac morbos longos intelligit, non modò qui longi sunt simpliciter, sed qui ex acutis sunt nati.

III.

*Surditas in febribus aluum sistit.*

**I**N Aphorism. hoc modo ὁπόσοις τὰ χαλῶδεια διαχωρῆμα κωφῶσι & γρομῶσι πύοντι. Id autem fit recurrente in caput materia. Ac sæpe vicissim surditas & alui profluuium sunt, vt vno quiescente alterum euanescat. Nec in solis deiectionibus restantibus id accidit, sed materia alio loco conclusa & in caput versa, vt in historia Herophontis, cui plenior licet interdum in crura & inguina partem materiam deponeret, interdum subuehebat in caput, vnde surditas. Ac quibusdam pars materiam in caput vertitur: pars verò per aluum decurrit, aut conclusa loco continetur, vel aliò conuertitur, quod ex eadem historia Herophontis intelligas.

IIII.

*Aures frigida, pellucida, contracta, lethales sunt.*

**A**vres frigidas & contractas damnauit in Prognosticis: idque annumerauit inter signa mortifera, quæ à facie capiuntur. Aures itaque cartilagineæ inter ἀλγαιμαί appellata, quia pauco sanguine prædita sunt, à medicis censentur: vt mirum videri possit, quòd Aristoteles calidissimas aures scripserit hoc vno argumento, quòd rubro colore efflorescant. Vbi ergo vi morbi calor natius paulatim extinguitur, primùm quidem eiusmodi partes longius positæ à corde, qui fons caloris est, refrigescunt. Nam reliquus calor ad principium & fontem, vnde deducitur, quasi ad arcem confugit. Cassæ igitur extimæ partes suo calore extinguuntur. Contrahuntur autem orbatæ spiritu. Hic enim calorem sequitur, & calore dissoluto spiritus quoque dissoluitur. Ab utroque enim partes omnes corporis vegetiores & viuaciores existunt. Contrà verò utroque destitutæ languidæ flaccidæque iacent, interdum quoque contrahuntur. Contrahuntur autem primùm quidem frigore: vt enim calor elaxat & explicat, ita frigus cogit atque contrahit: deinde pauco humore exhausto ardore febris & colliuatione. Id quod & molliori auriculæ ea ratione accidit, vt vult Cassius. Reuulsis quoque neruis ad suum principium idem accidit. Cæterùm quid ἀσφανεῖα velit, parùm cōstat. Certum est quidem sano homini vt cunque pellucere aures, sed parùm verisimile, etiam si colliquata caro est, magis transparenere, quum accesserit frigiditas, quæ spiracula astringit, & sine spiramentorū laxitate vix transmeat spiritus, tum qui ab oculis euibratur, tum qui aër appellatur. Corpus enim ἀσφανεῖς ita comparatum esse oportet, vt liberis viis & spiraculis lumen facillè concipiant, facillè transmittant, & ad iudicium rei spiritum emissum ex oculis excipiant. Scimus quoque admodum emaciatos & colliquatos dici laterna pellucidos magis veteri proverbio. Sed astricta frigore & velut concreta magis pellucere iis, quæ calor elaxat & magis spirabilia reddit, parùm verisimile.

*Bombus in acutis & sonitus aurium, lethale.*

**B**ombum representat murmur apum in alueariis, & rimis paulò laxioribus cohibitus, & vi exclusus ventus. Concalfacta quoque ligna sæpe bombos edunt. Hic de bombo, qui in capite mouetur. Nam exauditur quoque in intestinis. Fit autem bombus amplo loco conuolutis flatibus & angustia aliqua interceptis. Strepitus autem fit & qui ἤχος dicitur, angustias peruadente, sed refracto spiritu. Neutrum verò mortem denunciat, sed perturbationem, deliria & interdum independentem vacationem, vt in perturbatione, quæ indicia morborum antecedit. Generatio à fusa pituita & in flatu resoluta. Nonnunquam ab agitata bile & sanguine. Omnis enim humor vehementer concitatus, spiritum aut flatum gignit, qui cum circumaguntur à calore & interno spiritu, bombos & sonitus edunt. Sunt quibus iam delirantibus eiusmodi bombi & sonitus efficiunt, vt tibicines abigendos iubeant, & alia sese exaudire aiunt, quæ ab id genus flatibus confinguntur.

## VI.

*Sonitus aurium cum hebetudine visus & gravitate secundum nares, delirium portendit, & è naribus profusum sanguinis.*

Exposita prius hæc sententia.

## VII.

*Quibus surditas cum capitis gravitate & hypochondrij tensione siquidem oculus ad splendorem perturbatur, sanguinis profusum significatur.*

**S**urditas cõmune quidem signum est multorum, & parotidum magis, quam profusum sanguinis. Reliqua verò in propriis hæmorrhagiæ indicis rectè censetur. Ea verò prius exposita sunt. Quod autem hic πρὸς αὐγὰς φέχλην, in Prognostico nomine ἀμβλυωγμῆ, & τῶν μαρμαρυγῶν πρὸ φάινεθρα, explicauit: quia videlicet ad splendorem apertis oculis hebetudo quædam, atque perturbatio accidit, & notis, quæ sunt in vario marmore similia, fulgor quoque præterditur.

## VIII.

*In acuta febre aures surdescere furiosum.*

**M**ΑΙΝΩΝ dicere consuevit de vehementi infania, vt prius dictum est. Surditas autem nullo modo vehementes infanias denunciat: quin multos videas, idque ex historiis Epid. colligas, qui citra surditatem vehementem infaniam incurrerunt. Plurimos, quibus surditas accidit, nec inde genus illud infaniæ consecutum est. Hermozygi vxor vehementer insaniiuit, & muta obiit: nullius tamen surditatis meminit author Prorrh. in Epid. Adolescens, qui phreniticus periit, sine surditate ἐξεμαίνθη. Idem accidit mulieri, quæ gemellas puellas ægrè peperit Apollonio. Heropyto surditas multa, neque à surditate furor is extitit, vt neque virgini Abderitanæ, cui in acuta febre aures obsurduerant, neque Hermocrati, cui per totum morbum surditas. Censenda ergo hæc sententia in iis, quæ ὡς ἐλαττον.

## IX.

## IX.

*Surdastri inprehendendo tremuli, lingua resoluti, torpidi, in malo sunt.*

**H**æc omnia laborantis cerebri argumenta sunt. Labor autem à pituita crassa & frigida, quæ & neruos reliquos obtundit, & auditorium hebetiorè reddit.

## X.

*Progresso morbo surditas, cum vrina subrubra fuerint, quæ nihil deponant sedimenti, sed sublimamentum habeant, emouenda mentis signum est.*

**P**ROGRESSUM morbum dicit, vbi principium excessit, quod primo quaternario definitur. Ab iis autem, quæ commemorat, surditate & vrina delirium quidem esse potest, quanquam non sit necessarium. In Prorrh. relicto principio sententiæ hoc modo scripsit, ἡ σιφωσις καὶ ἡ ὑρα ἀνατάσσεται ἐξερθερα δὲ αὐτοεσμυγία ἀξοκρυσια: Surditas & vrina sine sedimento prærubra, quæque sublimamentum habeant, mentis emotionem significant. Ergo surditas affecti cerebri, qua parte maxime in aurem definit, signum est, ac ferè ostendit materiam morbi in caput abiisse. Sic in Prorrh. ἐξερθερα, hoc est, valde rubentia, hic ὑπερθερα subrubra, nisi quis ὑπερθερα legendum putet. Nos certè ad præfagium hoc loco ὑπερθερα subrubra melius legamus. Etenim & ἐξερθερα, & ὑπερθερα renum laborantium signa sunt. Eiusmodi enim vrinæ nephriticis familiares sunt, vbi ab equitatione, aut commotione corporis redduntur. Atque adeo rubore saturantur, vt sanguinem quis esse putet, & ἐξερθερα, αἰματώδεια inde interpretantur. ὑπερθερα verò fiunt, vbi febre concalfactus sanguis est, & colliquatur: colliquatio verò in bilem rubram, quæ reuera serum sanguinis est ita eliquati, degenerat. Serum per renes expurgatum subrubro colore lotium intingit. In ea verò agitatione sanguinis è crudiore parte gignitur flatus, aliquid quoque, quod vtunque elaboratum est, in renes descendit, & cum vrinis excluditur. Non deponitur autem in sedimentum, quia repugnat flatus, qui sponte naturæ sursum tendit, secumque materiam crudam aut nondum satis concoctam subuehit. Atque eiusmodi sublimamentum obseruatione comperias perturbationem mentis portendere, multò magis, vbi vrina parùm pura est, sed conturbata. Id autem alio loco pluribus exemplis confirmabitur: quanquam in Prog. non notauit à sublimamento delirium portendi.

## XI.

*Morbus regius in iis malus.*

**S**iquidem bilis in corpus spargitur die critico, bono esse potest: vt omnis abscessus & excretio ambigit, quia modò in laude, modò in vitio est. Redeundum ergo ad eas leges, quæ salutaribus vacationibus & abscessibus præscriptæ sunt. Peculiariter autem de morbo regio & salutari & lethali definitum iam est. Hic autem, quia accessio quædam mali est, nisi inde ager melius habeat, & alia desinant, in malis censeri debet.

## XII.

*Fatuitas quoque mala, quæ morbo regio superuenit.*

**A**ΛΙΪ μωρωσιν legunt eadem sententia. hæc autem omnia dissimilis sunt naturæ, & nulla arte ad præfagium permiscuntur. μωρωσις enim à frigiditate magis & imbecillitate rationis, vt senibus, nascitur: & nihil cum morbo regio commune habet.

## XIII.

*Atque hos mutos, sed sentientes contingit suffocari.*

**N**on πνίγεδς in Prorrh. sed γνίγεδς legendum. Iam verò ἀφωνία quaedam læso communi principio neruorum, læsa mente, violato corporis tum motu, tum sensu, qui sæpenumero ἀφωνοι ab Hippocrate intelliguntur. Alia tantum læsis vocalibus instrumentis, integra ratione, incolumi reliquo motu reliqui corporis, & sensu, vt in hac coitione contigit. Præterea αἰδανομένοις addit, hoc est, ἀγνοούντας. Sic enim sæpe vsurpat Hippocrates: quanquam & hi moueantur & sentiant. Multi enim intercepta voce, quid velint, edito signo, fatis explicant, aut literis consignant minore periculo, quàm qui toto cerebro violato obmutescunt.

*Fortasse & aluus malè afficitur iis.*

**I**n Prorrh. ὁμοίαι δὲ καὶ κοιλία καταρρήγνυσι τῆτοισιν, ὅσον ἐγένετο ἐρμίππῳ, καὶ ἀπέθανεν. Puto quoque ventrem posse iis erumpere, vt Hermippo contigit, qui inde obiit. Eadem sententia πονηρένεδς verbum in omnibus partibus malè laborantibus vsurpatur, vt vox πόνος, vnde deducitur. In ventriculo refrigerato & intestinis, vnde ructus acidi, flatus, tensio, dolor grauis, aut bile commorsis, hic de toto ventre, qui decurrentibus acibus excrementis contorquetur, lancinatur, profluit. Hermippi verò nomen addidit author Prorrh. vt exemplum rarum significet. Nam hæc coitio ex diuersi generis casibus rarissima est.

*Quæ verò ad aures dolenter exurgunt, lethalia.*

**H**æc oratio aliis connexa, vel seiuncta exponi potest. Ac parotides, etiam si cum dolore, nondum tamen sunt lethales. Discutiuntur enim aut suppurant, si quidem ritè exurgunt, & iis legibus, quæ prius scriptæ sunt. At coeuntibus superioribus malis aurugine, surditate, & aliis, nisi ritè excitentur, lethales sunt. Deinde animaduertendum, vtrum suppurent, an paulatim resoluantur, vel repente euanescant. Si paulatim disparent, inutiles: si quidem inde non sequatur vis, quæ iudicium sequi consuevit, vt æger leuius habeat, vt extinguatur febris, vt sopor, surditas & alia desinant. Scriptum enim ab Hippocrate τὰ παρ' ἑσ ἐπιόδωκα ἀκρίτως καταμολυθέντα φλαῦρα. Si derepentè euanescent, nec alius abscessus in partes inferiores, non alui profluuium, aut aliqua insignis vacuatio sequitur, perniciosum malum est. In viscera enim recurrit materia. Sed de his alio loco.

*Rubores, qui ad aures ex priori dolore fiunt in febribus, signum quidem sacri ignis, qui existat in facie. Sed & conuulsiones ex iis incidunt cum priuatione vocis & virium exolutione.*

**P**arotides magna ex parte è crassiore materia colliguntur: sed & è sanguine bilioso. Illæ tardius, minore periculo: hæ primis diebus graui ferè malo exurgunt. Atque in hac coitione à calidore sanguine natas verisimile est. Vbi antecessit capitis dolor à copia & qualitate sanguinis. Natura verò è maioribus vasis & interioribus in minora & externa sanguinem depulit. Ea vasa venæ sunt & arteriæ

arteriæ, quæ in viciniam aurium variè disperguntur. Is quoque locus glandulosus est. Sic ergo effuso sanguine ἐρυθρίματα rubentes cum inflammatione abscessus extiterunt. Vt enim ἐρυθρόν ἕνα μόνον dicitur Hippocrati, ita ἐρυθρίμα abscessus, qui secedente è venis sanguine colligitur. Iam verò quum is locus, qui est ad aures, plenior est, neque copiam materiæ continet, pars tenuior in subiectam mento regionem, in malas & buccas effunditur. Et ea pars tenuior est serum sanguinis & rubra bilis. Ab ea ergo bile facer ignis est. Quòd si pars materiæ sursum recurrit, membranæ cerebri & neruis irritatis conuulsio sequi potest. Graue quoque affe & o principio, vocis priuatio, viriūque exolutio, quia in cor & stomachū confortio partium malum transcurrit.

*Tumores circa aures post expurgata plurima grauiter olentia, in acuta febre hypochondrio intento tardius excitati interficiuntur.*

**V**idi qui in acuta febre vtroque contento hypochondrio plurima per aluū deiecerit, nigra, porracea, cruenta, flaua, grauiter olentia. Eidem breuis interdum cataphora, leuis surditas, temporarium delirium, à quibus parotides expectabantur. Ad 27. dolor sub auribus, vnde magis illæ sperabantur. Verum per imbecillitatem naturæ recurrente materia, orta graui spirandi difficultate mortuus est 30. In altero quoque eadem omnia & grauiora quoque, singultus, animi deliquium, frequens mutitas, pulsus deficiens: sub 30. leui parotidum significatione edita & orta difficultate spirandi, alteri similiter obiit. Vtrique dissecto omnia viscera marcere confecta & abscessu, putria inuenta sunt. σπύρονον hypochondrium ab interna inflammatione. Inflammatio verò modò acrior & à sanguine calidore, modò à non ita calente. Et præcordiorum contentione multis locis numerauit in signis parotidum. Cæterum sæpius obseruauit malignas esse, quæ temerario naturæ motu vel morbi initio mouentur, & ante 7. lethales quoque, quæ iam longius progresso morbo & fractis viribus exurgunt. Hic autè tardius, quia materia pigra & frigida, quia natura imbecillior est. Mors autem & ab iis, & quia acuta febris cum inflammatione visceris.

*Parotides malè paraplecticis.*

**Π**αραπληγίαι resolutiones sunt quarumdam partium, & aliquando dimidij corporis, quæ παράλυσις dicitur. Fiunt autem refrigerato capite & pituita pleno, quæ cum in corpus & neruos decumbit, παραπληγίαι facit. Fieri tamen potest, vt cum natura materiam aliquam in manum & crus depulerit, aut dimidium corporis, pars in cerebro substiterit. Quanquam relicta causa & intemperies nouam materiam in cerebro colligat, quæ postea ad aures abscedat. Id quod certè malum est, tum quia causa relicta est, tum quia abscessus iis minor est, quàm vt paraplegiam soluat, & caput liberet. Deinde inferiore parte in frigidis morbis abscessus meliores. φάλλον vocem ambiguum hoc loco vitiosum dicit & prauum. Aliter enim libro de fracturis in opere chirurgiæ, & libro de ratione vitæ in acutis in formula viuendi. Illic medium quid inter vehemens, aut violentum, & id quod omnino neglectum. Exempli gratia, in tensione luxati membri. Libro verò de ratione vitæ in acutis, in ea ratione vitæ, quæ non ita curiosa & exquisita est.

Parotides in longis morbis, nisi suppurent, lethales.

Iam ante damnauit parotidas, quæ non suppurent in febribus ardentibus: nunc in longis morbis, ubi confectis viribus calor imbecillus materiam crudam non concoquit. At fortasse natura collectis viribus vitium auribus exturbatum concitata aluo vacuabit in salutem ægri, κοιλίας φέρεδις dixit, καθυγραίνεδις, aut καταράχεδις.

XX.

An non capite doleant, quibus parotides excitentur?

An non ἐ ἐ superioribus partibus exudent?

Capitis dolor quum à sola intemperie & aliis causis esse possit, inter parotidum signa poni non potest: quanquam is antegredi potest abscessum ad aures. Sudatio quoque in capite & ceruice, quæ τὰ ἀνω dicit, sæpius accidit sine parotidibus: & hæc sine ea sudatione, quæ vel plenius cerebrum, vel infirmitatem naturæ ostendit. Scripta hæc sententia, ut quæ sequitur, in Prorrh.

ἤρα τι καὶ ἐπιζήγειεςσι. An num & leuiter superrigeant? Commota materia rigorem adferre potest, ex quo parotis sed non necessariò exurgat.

ἤρα γε αἰ κοιλίας καταρρήγνυται? An num alius conturbabitur? Perturbatio alui tantum abest ut parotidas denūciat, ut contrariū potius ostendat relictis partibus superioribus materiā deorsum verti. Ac parotides cōmota aluo solēt euasere.

καί τι καὶ κοίμαθόςδε. Et aliquid inclinationis in somnum superueniet. Efficax signum imminentium parotidum κόμα est. Sed enatis parotidibus definit κόμα. Alioqui lethale id obseruauimus.

ἤρα καὶ τὸ ὑδάτωδες ἔρον φαιώρευμνον λευκοῖσι. Urinæ tenues & aquosæ sine sedimento crudum morbum indicant, nisi aliò conuersa bile eiusmodi appareant. Quæ sublimamentum album continent, partim crudum, partim coctum morbum ostendunt, qualis morborum natura est, qui abscessu exoluuntur. Quæ verò bene coloratæ sunt & modicè crassæ cum sedimento albo, costi morbi inditria sunt. Rectè igitur inter parotidum signa mediū hoc vrinarū genus posuit.

καὶ τὰ ὑποποικίλα ἐκλευκα δυσώδεα. Et subuaria, subalbida, grauiter olentia. ἔρον dixerat numero singulari: nunc plurali ὑποποικίλα: quæ res efficit, ut quis dubitet an ad alia, quàm urinas, oratio referri possit, ut ad alui excrementa. Sed in Prorrh. omnia eodem numero scribuntur, & Galenus ad urinas refert, neque putat ea contenta in vrinis abscessum significare: qui si accidat, à maligno morbo & corrupta nimis materia malignus censeatur. ὑποποικίλα verò, quia euariant loco, substantia, vel vario coloratu. Additur in Prorrh. ποίει τὰ παρ' ἑς, quod ex antecedentibus satis intelligitur: & hoc quoque ἤρα γε οἷσι τὰ τοιαῦτα ἔρα σαφές πυκνὰ: ἤρα γε καὶ γλώσσα τῆ τοῖς λέει. Ac stillationes eiusmodi translatae materiae in caput & maligni morbi, non parotidum signa sunt. Ac lingua aspera potius, quàm læuis esse debet.

XXI.

Abscessus ad aures soluunt tu sicula cum sputationibus.

EO modo legitur in quibusdam codicibus Prorrhethici. In aliis verò permutatata sententia βήχα μετὰ πηυαλισμῶ ὄντα τὸ παρ' ἑς ἀπαλλάσσει: qua ratione tussim cum sputatione exurgentibus parotidibus dissolui atque liberari significat. Atque vtrunque esse potest, ut tusses abscessu ad aures conquiescant, & hi commota tussi & sputatione. Aliò enim conuersa materia alterum cessare potest. Quid πηυαλισμῶς, quid λαπηχθῆναι alio loco expositum est.

XXII.

Urina in iis, quibus parotides exurgunt, celeriter coctæ, vitiosa, & sic refrigescere malum.

IN omni morbo cepta concoctio, sed breui desinens vitiosa. In vitij ἀνωμαλία est damnata Hippocrati. Si ergo sublimamentum album & leuc in vrina suspendatur, tumque exurgant parotides, ac postridie vrina cruda & sine sublimamento appareat, damnandum quidem id est, ut in sententiis de vrinis pluribus exponemus. Refrigescere quoque in acuta febre & multò magis arden- te in vitio est, quia oporteat in iis omnes partes æquabiliter ardere & incallescere.

XXIII.

Qui abscessus ad aures in longis morbis suppurant, pure quidem non albo vehementes & doloris exortes interficiunt, & magis mulieres.

LONGI morbi rarò abscessu ad aures iudicantur, sed concoctione sæpius & abscessu, qui deorsum inclinat. Sed longos morbos dicere hoc loco verisimile est acutos, qui diutius protrahuntur, nec suis finibus 14. aut 20. exoluuntur. Neque enim hic author tam exactè loquitur, quàm solet Hippocrates. Sunt qui σφοδρὰ omittant, & αὐθόμω legunt, hoc est sine odore. Ac iam duplex sententia est. Altera pus quidem non esse album, sed odore carens. Altera pus neque album esse, neque sine odore. Ac pus quidem album & leuc esse oportet, odore verò non omnino carere. Est enim natura media inter ea, quæ absolute concocta sunt & corrupta. Odore ergo vtrunque graui est, sed non qualis exhalat è putredine. Atque vtrunque res habeat, pus quod album non est, defectam maturationem & imbecillitatem naturæ ostendit: quod cum accidit longitudine morbi accis viribus exigua spes est. Quod enim firmis viribus concoqui non potuit, iisdem affectis agrè maturari potest. Pus autem & sine odore esse, & ole- re grauiter vtrunque in vitio est. Illud enim cruditatem, hoc putredinem significat. Quòd si σφοδρὰ legimus, ad magnitudinem suppurantis abscessus referri potest. Alioqui λανθῶ coniungi debet, qua voce interdum vitur ὑπόπσιον omittens, ut paulò ante, & hoc loco, πύον ἀπόδινα verò extincto sensu. Mulieres magis interficit, quia iis crudior ferè materia est & imbecillior natura.

XXIII.

Inter acutas febres ardentibus maximè eueniunt parotides. Quæ si neque soluunt morbum, nec suppurant, sed nec sanguis è naribus profluat, aut vrina sedimentum crassum habeat, moriuntur ægri. Eiusmodi verò tumores magna ex parte prius disparent.

DIGNA Hippocrati hæc est sententia, quam quotidiana experientia confirmat. Fiunt ergo parotides aliquando sine febre, aut cum febre quidem quia plenum excremento caput est, quod natura in glandulas aurium & vicina loca deponit. Est quoque memoria dignum, quod anno 1510. populariter capitis dolores cum quadam perturbatione & vertigine, quibus parotides superuenirent magna strage hominum. Celeriter enim interficiebant. Iam verò ut in aliis febribus acutis incidant eius generis abscessus, magis tamen familiares scribit ardentibus, in quibus & calor vehemens est qui sursum moueat, & materia sequax, quæque faciliè in caput attollatur.

YYY

καὶ ἢ μὴ κείσιν ποιεῖ. Rectè subiecit & hoc, & quæ sequuntur. κείσιν autem dixit, ut sæpe solet, pro exolutione morbi. Ac apud nos ut sæpe dictum est, in ardoribus primis periodis motæ parotides lethales ferè sunt, neque exoluunt morbum, sed deliria relinquunt & κώμα appellatum. καὶ ἐκπεπαινεταῖς, subaudiendum κώμα. Alio loco lethales dixit in ardoribus, quæ non suppurant, nec si suppurant, statim extra periculum æger est. Et quoniam experientia nos docuit, etiam suppuratis moriuntur ægri, vel longius ægrotant, multis fistulæ ducuntur, ossaq; corrumpuntur. Idque fortasse regionum sorte accidit, ut aliis locis magis sine salutates, aliis minus.

ἢ ἐκ θίνων αἵμα ῥύνη. Collectas parotides siquidem derepentè dispareant, lethales esse prius diximus, quia videlicet materia in viscera recurrat. Exceptum tamen, nisi insignis sequatur vacuatio, profluuium sanguinis, alui profluuium, vrinæ multa, aliæque id genus.

ἢ ῥύνη. Rectè addas ἢ κωλίην κείσιν ῥύνην, vel aliquid tale. Etenim primo Epidem. parotidas scribit iudicata febre perstitisse: exoleuisse tamè postea, quibus διαρροίαι χαλαρά, ἢ δυσούρησι, ἢ πικρῶν ὕδρων ἐπίσπασις ἡμορροίης. Vbi intelligas seorsim febres, seorsim parotides interdum iudicati: & febres quidem die critico, sudoribus, aut alio genere vacuationis extingui: parotidas deinde suppuratione, alui profluuium, & vrinarum multitudine. Quod si exurgentibus parotidibus neque desinat febris, neque aliud quidquam eorum, quæ dicta sunt, insequatur, ἀπόλλυται (inquit) moriuntur malignitate morbi vincente, & natura præ languore virium succumbente.

Τὰ πολλά δέ. Hoc est, in iis qui ita moriuntur, quia neque parotidis febrè exoluit, neque suppuravit, neque secuta est vacuatio, ferè accidit, ut ante mortem parotides euanescent aliis repentè, aliis paulatim, quo certè verbo nihil verius.

πρὸς ἀποκρίσιν κωλίην dixit πρὸς ἀποκρίσιν κωλίην, quia prius subsideat atque dispareat, quàm moriantur ægri. Recurrit enim in viscera ea materia, quam tumor cõcluderat. Exemplo fuere multi, quos nos vidimus, & concubina Nicolai in Epid.

XXV.

*Ac prius animaduertere oportet an febres inualeſcant, an remittant, & ita præſagium affirmare.*

Communis hæc ratio in omni vacuatione critica & abscessu, à quibus siquidem salutaria sunt, necesse est febres extingui, aut certè imminui. Ac parùm constat vtrum velit excitato abscessu considerandum etiam, num inde febris vel ingrauescat, vel leuior fiat. Ac reuera utroque modo ea ratio inuenienda est. Nam excitato abscessu febrem remitti conuenit. Verùm ut remittat, nihil dum tutum est, sed alia coniungenda ad præſagium. Sic enim in concubina Nicolai, ἐκ κωλίης, inquit, τὰ πρὸς ἄς ἐπ' ἀμφότερα ἕδω δακρυόντες χαλαρὰ πύρεψ. Sequitur πρὸς ἰδ. μεγάλη ἀσμία κατὰ τὴν ὑπέρθεψ. Obiit circa 20. in qua remisit febris excitato abscessu. Eodem subsidente rediit, quia videlicet, ἀσμία κατὰ τὴν. Ἀσμία quidem nullo genere vacuationis conſequenti, nec inde soluta, sed aucta febre. μεγάλη vero in Epidem. appellat τὰ πρὸς ἄς οὐδὲ μάλιστα, quæ reuera extuberant. Adde quòd sponte naturæ, aliquando arte tumores ij in halitum resoluuntur: quod quum accidit, videndum vtrum febris ex eo leuior euadat, aut increſcat, an eadem perſtat atque ita edendum præſagium.

XXVI.

*A ſurditate & torpore ſubſtillare ſanguinem è naribus, neſcio quid habet difficile. Vomitus in iis & perturbatio ventris conſert. Surditatem*

Surditatem torpori iunctam frigiditas inuehit. Vtrunque extincta prope natura, emoriente calore interdum accidit. Ac substillus sanguis è naribus in febre acuta & ardente ferè lethalis est, siquidem niger & crassus extillat. In minus acutis, refrigerato cerebro, minore periculo emanat. Nam & sanis, qui antea perfrixerint, id contingit nullo malo. Rectè igitur non θανασιμόν, sed ἐξ ἑτὶ δύσινολον scripsit. Quòd si robustior natura è capite in ventrem vitium depulerit, quod vel vomitione vacuatur, vel alui perturbatione, vile est. Laudauit enim perpetuò Hippocrates & vacuationes, & abscessus, vbi à superioribus partibus ad inferiores translata materia morbi est.

XXVII.

*Ex ſurditate parotides mediocriter ſperari poſſunt, tum aliis, tum ſiquid anxietatis acceſſerit. Sed & in ſomnum propenſoribus iis quidem magis abſceſſus ad aures ſunt.*

Επειδὴ, ut antedictum est, pro mediocriter vsurpatum ab Hippocrate. Nam quod iacer licentiam & summum ius positum est, ἐπίκαια est, æquum bonum. Et in luxatis articulis quod neque indulgentius, neque maiore vi reponitur, sed moderata contentione, ἐπιαιέως reponi dixit Hippocrates. Et morbus ἐπιαιός, qui neque omnino leuis est, neque violentus. Hoc autem loco, ut in præſagio de ambigua rei expectatione dicit. Ut posita surditate parotides neque semper, neque rarius accidunt. Verùm accidunt quidem aliquando, atque inde mediocriter sperari poſſunt. Ac maior quidem spes est, si κώμα acceſſerit. Videndum autem quàm longa, quàmque pertinacia ea fuerint, surditas & κώμα. Vbi enim eiusmodi sunt, crassior materia & frigidior intelligitur, vnde parotidis magis, quàm excoctio sperari poſſit. Si verò surditas leuior, leuior in somnum propensio, acris & calentis materiæ frigidis succis permixtæ argumenta sunt. Hic excretio aliqua potius, quàm abscessus expectari debet: sed abscessus quoque. Ergo illa conuerſa in caput materiæ primùm quidem signa sunt, deinde parotidis.

XXVIII.

*Surditatem è febre profluens ſanguis è naribus & alui perturbatio ſoluit.*

Idem scripsit in Aphorismis & lib. πρὸς κείσιν. Sententiam Aphorismi hoc modo Celsus conuertit, Si in febre aures obtusæ sunt, si sanguis è naribus fluxit, aut venter resolutus est, illud malum definit ex toto. Ac paulò plenius lib. πρὸς κείσιν ὅτις αἰ γὰρ τοῖς πυρετοῖς τὰ ὕπερ κωλίης, τοῖς οἰσιν μὴ λυγρῶ πύρεψ πρὸς κείσιν αἰ γὰρ. καὶ ἐκ τῶν θίνων αἵμα ῥύνη, ἢ κωλίην ἐκταραχθεῖσα χαλαρά, ἢ δύσινολον ἐπιγρομῶν, ἢ ἀδύνη ἐχέων, ἢ γονάτων. Videtur autem Hippocr. loqui de febre vehemente & surditate, quam bilis in caput versa inuehit nullo peculiari vitio instrumenti auditorij, sed tantùm bile perfusi. Eam surditatem, quoniam temporanea est, bile per aluum profluente aboleri, & astricta aluo bile sursum recurrente surditatem fieri scripsit in Aphorif. multa, quæ ad hunc locum pertinent, lib. 6. Ex iis ergo intelligas repentinam & temporariam quidem surditatem bilem sursum in caput verti ostendere, quæ si illic ferueat, nec vacuetur, in breui denuncianda vesania. Commota verò vacuatione, vel abscessu meliora sperare oportere.



*Facies ex tumente subsidens, vox leuior facta & imbecillior, spiritus rarior & leuior remissionem in crastinum significant.*

**M**ετώρον Hippocrates dicere consuevit ὅτι ὄγκος μέλλονι μολόμενον, quæ videlicet præter naturam extumescunt. Ac verisimile hoc loco ægrum vidisse, cui præ copia, & maximè in capite, natura è venis interioribus in exteriores vitium depulerit, & hinc in carnes, quæ sunt in facie, ex quo angustior quoque via spiritus & asperior euaserit, spiritus quoque maior, crebrior, difficilior. Dissoluta verò materia, vel aliò vt in aluum versa, subsedit tumor faciei, quod πρόσωπον πνεύματος dicit. Vox antea asperior iam leuis: spiratio crebrior & inæqualis, iam facta rarior & æqualis. Neque enim λεπτερον πνεύμα aliud significare videtur, cui videlicet stridula & cum stertore, vel asperitate quadam spiratio opponatur. Hæc dum contingunt, remissio febris & aliorum accidentium in crastinum diem, vel eò breuius expectari debet. Siquidem tumor in halitū resolutus est, aut materia in aluum conuersa, vel denique alio genere vacuationis exclusa est. Vidi, cui ab inflammatione vehementer extumuerit facies, & quæ sub auriculis ac mento iacent. Subsedit quidem tumor, sed materia in asperam arteriam decurrente breui suffocatio accidit. Homo erat vino deditus, & consilij medici negligens.

## XXX.

*Facies corruptio lethalis, minus autem, siquidem id fiat vel antegressa vigilia, vel fame, vel alui resolutione. Quod enim propterea corruptum est, die ac nocte reformatur.*

**Π**ροσώπου ἀσφορὴν colore & resolutione definitur. Color enim, qualis in febre ardente concubinæ Nicolai scribitur, χρώμα νεκρῶδες, color, qualis est cadaueris, exalbidus, pallidus, niger & liuidus: resolutio verò collapsis temporibus, concauis oculis, & aliis quæ proximè describuntur. Ea verò facies in genere februm fit interno vitio, quæ ἀσφορῆσι & σατυρικῶσι πνεύσει appellatur, quia in halitum resoluunt colliquantque corpus. In quibus statim initio facies corrumpitur. Ac minus lethale esse dicit, siquidem id inuenerit exigua causa & manifesta, vel sensum fugiens vacuatio, qualis à longioribus vigiliis, fame & alui resolutione. Quanquam non repugnat & vim internam & externam causam in eam corruptionem concurrere. Nam in colliquantibus febribus, præterquam quod vis interna sauit, resoluit etiam corpus: alui quoque perturbatio & vigilia ad celeriolem perniciem accedunt. Excrementa admodum flaua, acria, spumantia, grauiter olentia. In illa Nicolai concubina ἔσχαρσις πολλὴ ὑγρὴ κακῶδης παρα πάντα τὰ χρόνον πρὸς τῆς τελευτῆς. Deiecta multa, liquida, grauiter olentia ad finem vsque. Sequitur ἐφθάρη τὸ σῶμα τῶ πληθεῖ, copia deiectionum corruptum corpus est. Sic huic non initio, quod in Prognostico notat Hippocrates. Verum postea decimoquarto color cadaueris, & ex eo corruptela corporis, deiectionis quidem copia, sed & malignitate febris ardentis corrupta ac tandem mortua vigesimo.

## XXXI.

*Oculi caui, acuta nares, collapsa tempora, aures frigida & contracta, cutis arida, color pallidus aut niger.*

Descriptio

**D**escriptio est faciei, quæ νεκρῶδες cadauerosa, & quia ab Hippocr. designata, vulgò Hippocratica appellatur. Oculus ergo suo thalamo cōclusus moderanter eminet, fretus calore & magna vi spiritus. Atque omnino ea materia constat, quæ facillè dissipetur spirituosa quidem, quæ confusa permistaq; humido hoc efficit, vt cōuenienter oculus emineat. Ea verò facillè resoluitur vigiliis, fame, perturbationibus animi, cura, studijs, vacuatione, & ea febre, quam ἀσφορῆσι & σατυρικῶσι πνεύσει dicebamus. In lethalibus quoque vulneribus multo spiritu, vt verisimile est, cum sanguine effuso, vt in eo, cui hepar iaculo fuerat vulneratum, ἀβύς (inquit) ὁ χρώμα νεκρῶδες τὰ ὀμμάσια κόλλα: eodem die mortuus est. Spiritus oculorum homini tenuissimus est, eoque celerius dissipatur: molliusculi musculi facillè contabescunt: exhalat humor, nerui & membranæ inarescunt, & ad suum principium reuolluntur. Hinc ergo oculi concaui.

ῥὶς ὀφθαλμοῦ. Narium pinnae tenuibus musculis teguntur, qui à malis obliquè descendunt. Is paucus est sanguis, pauca humiditas, quæ facillè in halitum dissipatur, ex quo concidunt pinnae, & tenuis gracilisque nasus extrema parte ostenditur. Adde quòd reuera quæ vi spiritus prius patebant, magis eo languescunt & dispareunte contrahuntur. Vulgus lethale signum notare solet, si quis per morbum infodiat nares. Sed prius interrogandum, num id à consuetudine, aut falsa distillatione in nares, aut quia vermiculosus æger, aut pilo longiore titillatur, vel denique quia profluuium sanguinis imminet. Hæc si excludas, delirium portenditur, & malo est. ῥίνας σκῆλεσι scripsit author postrema parte libri πρὸς διαίτην τῶν ὀφθαλμῶν, vt melancholicum signum. Et quomodo frequens creatus, ita sæpius emungere citra occasionem signum infania sæpe comperies.

κρῖσφοι συμπεπνῶτες. Tempora paruo tenuique musculo cōteguntur, multas venas habent & arterias, neruos alios molliores, alios duriusculos. Hæc omnia tenui & incauo osi, quod cerebro de proximo finitum est, insident. Tenuis ille musculus in malignis febribus & ardentibus facillè contabescit. Spiritus autem inde facilius exhalat, quia ea pars, cum multas venas habeat & arterias, rarior est. Ex iis ergo tempora facillè concidunt atque collabuntur. Atque eo signo edito grauius periculum portenditur, quia vicina illa sunt cerebro, cui venis & arteriis ac multò magis neruis magna societate copulantur. Ac de iis prius in offensionibus temporum.

ὅσα ψυχρὰ καὶ συσπληνῆα. Addit in Prognost. καὶ οἱ λῶβοι τῶν αὐτῶν ἀπεσπληνῆα. Quid autem significant aures frigidae, & contractae, prius expositum est. Molliores verò auriculæ, quæque λῶβος dicit, quomodo retrorsum adducantur Gal. in comment. Prognostici exponit.

τὸ δέρμα σκληρὸν. Quid σκληρὸν, σκληροσμός, quàmque vim habeat, primo libro definitum. In Prognostico cuti frontis id astrinxit.

καὶ χρώμα ὀχρὸν, ἢ μέλαν. Additur in quibusdam codicibus Prognost. ἢ πηλιδόν, ἢ μολιβδῶδες, quod parum conuenit breuitati Hippocraticæ. Nam Celsus, qui sententiam Hippocratis conuertit, color aut niger, aut perpallidus. χλωρὸν dicit in Prognostico, quod hic ὀχρὸν. Qualis autem is color sit, ex cadaueribus & moribundis, aut longo morbo confectis intelligas, absumpto sanguine, resolutio spiritu, à quibus color floridus est. Niger autem color rarius apparet, nisi præfocatis. Astrictis enim ingularibus venis & carotidibus arteriis extringitur sanguis in faciem, vbi interceptus, nec iam liberè diffuens concreuit & nigram faciem reddit. Alioqui terraceum colorem nigrum dicit. Multis siquidem cadaueribus color is est, qui existit in nigra aurugine: vulgus terraceam faciem appellat, & annotat in signis lethalibus. Is color è facie maximè ostenditur. Propterea in Prognost. ἢ ἑμπαντο πρόσπρῳ addidit. Hæc autem lethalia putat, siquidem initio, hoc est, ante tertium diem: quanquam & si post tertium diem vel tardius quoque, vt Olympiadi, Nicoxeno, & Nicolai concubinæ, accedentibus aliis signis lethalibus perniciofa sunt.

*Atque ij siquidem palpebra livida est, aut labrum, aut nasus in brevi morientur.*

**I**N Prognostico initium sententiae est, *ἢ δὲ κερκίλον, ἢ ξικόνον γλῆκος, ἢ πέλινον, ἢ ἄλλων βλεφαρῶν.* Sed de peruersione postea in hoc opere. At iam emoriente aegro vngues, extremi digiti, labra, genae, nares incipiunt liuescere, & in genis manifestus color est, quasi contusae sint, pulsus obscurus & formicans, sudor tenuis & frigidus, stertor multus aut difficilis spiritus, pollex incuruus in volam defleat, vox intercipitur, & alia signa se produnt, quae solent accidere moribundis. In Prognostico addit *μετὰ τινος τῶν ἄλλων σημείων,* non quod superiora signa à facie infirma sint, sed alius ad certius praesagium corroboranda putat, qualia quae nunc dicebamus è pulsu, respiratione, vocis interceptione, sudoribus.

## XXXIII.

*Faciei color floridus cum tetrico aspectu malus. In iis contracta frons phrenitidis signum est.*

**E**ΥΧΟΙΑ quid, & vnde moueatur, prius definitum. Hoc loco concalfacto capite accidit. *σκυθρωπότης* autem est, quum aeger tristitiam quandam & tetricam seueritatem facie representat. Id quod accidit, vbi in cerebro humor calidus & feruens in atram bilem vertitur. Id in Cyzicena muliere notauit Hippocrates, quae phrenitica obiit. *συγνώσα* (inquit) *καὶ σκυθρωπή, καὶ ἀπειθομένη.* Atque iis tribus taciturnitate, tetrico vultu, & pertinace animo, melancholicam insaniam rectè designauit. Quibus pavor quoque, & quod leuissima occasione terreatur aeger, coniungi potest. Scripta haec eadem sententia in Prorrh. Deterior autem ea conditio aegri est, si non ex peculiari natura mota, vel occasione. Mulier, quae *δυσάνι* describitur, ex occasione tristis ac tetrica fuit. *σκυθρωπότης* enim & *δυσάνι* idem significant. A grauius causis, sudore multo, & commotis muliebribus purgationibus conualuit. Quod autem scribit de contracta fronte, id quidem ferè tristitiam sequitur, nec inde phrenitidis signum colligi potest. Aliter quoque reuulsis fibris neruorum, quae in frontem à vertebrae ceruicis disperguntur, vnde frontis motus sursum est. Sed hoc conuulsionis potius argumentum, quam delirij. Ab ariditate quoque eidem contingit, vt senibus & pueris, qui longitudine morbi emarcuerunt. Ergo vbi facies multum erubescit, tristis ac tetrica ostenditur, caperatur frons, omnia vi acuti morbi, & phrenitis & conuulsio praesagiri potest.

## XXXIII.

*Circa faciem color rubeus & sudores diu suppressas alui faces vel nullo ordine constitutam viuendi formam significant.*

**E**X crapula & intemperata vita facies alius praerubra est, aliis expallefcit. Diutius suppressa aluo idem accidit. Et cum multis aliis de causis rubor in facie existat & sudor, & nihil habet haec oratio, quod ad praesagium conferre possit.

## XXXV.

*Rubores in naribus soluti alui signa sunt.*

CLARA est oratio, & quae nihil habeat, vnde praesagias.

## XXXVI.

*Si dolores qui sunt in hypochondriis & pulmonibus suppurent, malum.*

**P**ONVS, vt saepe solet, *ἀδυνάτεια & νοσήματα* morbos, qui dolorem inuehunt, intelligit. Hic ergo notatur inflammatio, quam resolui aut aliter vacuari melius est. Deterius verò & longè periculosius suppurat. Vix enim fiat, vt pus commodè vacuetur, & quod vlcus vomica rupta reliquit, coalescat.

## XXXVII.

*Puritas oculorum & horum candida è nigris vel liuidis nitore suo restituta, vtile. Et siquidem id celeriter fiat, celerius iudicium contingit, tardius autem si tardius.*

**S**VNT qui *κρίσιμὸν* legant non ita discrepante sententia. Purus autem oculus est, vbi serena acies emicat è pupilla, & haec suo nitore splendet, album autem lacteo colore nitidum est. Haec autem fiunt, vbi crystallinus humor, quique huic inferuiunt praecipitque, albugineus & vitreus synceri sunt & multo spiritu, qui idem purissimus sit, illustrantur. Membranae autem conuenienter tensae, nec vlla nota maculantur. Quemadmodum enim in aquis puritas perspicua est, vbi ea syncera est & puriore spiritu facta est: ita in oculis res habet. Puritas autem externo aëre, interna perturbatione, peculiari vitio cerebri vel oculi corrumpitur. Vt enim externus aër est serenus, nubilis, tenuis & crassus: ita spiritus interior euadit, & alter alteri vires suas & vitia imprimit. Ita flātibus austris impurius aër, impurius spiritus corporis, & hebetior est oculorum acies. Contrà in Aquilonibus. Quam vim autem habeat interna perturbatio, satis indicant *ἀμβλυογμοί, μαρμαρυγές, σκοπόδιον*, aliaque id genus, quae in commotione critica notauit Hippocrates. Et quae animi perturbatione existunt, vt modò ardeant oculi, effulgeant, extent, aut contrà subsideant, obscurius videant, & tota acie hebetetur. At hic locus de ea perturbatione corporis intelligendus est, vbi in venis commotus & efferefcens tum calor tum spiritus magnam vim vaporis & halitus excitant, qui in oculos ferantur: quanquam & humoris aliquid saepe conuehitur. Ex quo *λευκά, ἐρυθρά, φλεβία πέλια, ἢ μίλανα* in Aphorismis notat Hippocrates, & statim dicitur: & in Hermoptolemi vxore, *ὄφθαλμον ἐπ' ὀφθαλμῶν ἔξῆς*: in aliis *ὄφθαλμον ἐπ' ὀφθαλμῶν*, quia quod album oculi dicitur, subcreuentum apparet. Instantibus quoque profluuiis sanguinis *ὄμματα ἐξέρυθρα* scribuntur in Prorrh. In inflammationibus cerebri & ventriculi impuri oculi existunt. Ergo quomodo aër vaporum copia & exhalationum perturbatur, & *αἰθρία* vocata tranquillaque serenitas corrumpitur: ita spiritui primùm, deinde humoribus oculi illud ipsum accidit. Verùm vbi discussis nubibus, discussa caligine, resoluta expiratione & vaporibus serenitas redit & caeli puritas, expirationum generationem consistere & perturbationem conuiescere intelligimus. Quae ratio eadem in eunda in oculis. Id autem vt vis est causae, ita celerius aut tardius contingit. Causa verò duplex: continens quidem nubes, caligo in aere, vapor, exhalatio, aduentitius humor in oculis: Longius posita, calor, qui vaporem excitat, humiditas, vnde exciatur vapor. In morbis bilis conferuefcens, sanguis materia est: mouet autem calor febrilis.

## XXXVII.

*Caligantes oculi vel album ruborem aut liuore tinctum, vel venis nigricantibus plenum non est bonum.*

**I**Naere ἀγλός est, quæ βλάβος, hoc est perturbatio dicitur & obscuritas. In oculis verò, vbi hebetiores sunt & umbra quadam atque caligine suffunduntur. Atque ij puro nitore splendentibus & lucidis repugnant. In Aphorismis austrum dixit ἀγλωδία, quia aerem obnubilat & sensus. In laude ergo & purus & elucens oculus: in vitio malè lucēs, ἀλαμπής. In laude καθαρός: in vitio maculosus, qualis est vbi album oculi vel subcruentum euadit, vel liuidum, aut vne nigro sanguine plenæ sunt. In hermaptolemi vxore, vt prius dictum est, ὀφθαλμὸν notatur. At ea macula aliquot post diebus extersa: coeuntibus pluribus signis lethalius mulier illa obiit. Obseruauit in multis rubentem & lachrymantem alterum oculum, cui viscus aliquod malè affectum & corruptum responderet, dextro enim pulmone & hepate vel vomicosis vel tabefactis dexter oculus erubuit. At vbi vterque rubet, inflammari cerebri vel ventriculi signum est Galeno. ἐξερῶν θρᾶ ὄμματα scripsit Hippocrates in signis profluuij sanguinis. ἀγλὸν ergo à crasso & caliginoso spiritu, ab humorum & animi perturbatione: quomodo commota aqua minus limpida est: à resoluta calore & spiritu, quod accidit moribundis. Colores autem ferè existunt in supernata tunica, ἐπιπεφυκῆτα vocant. Nam venæ quædam per futuras ex interiore capite foras exeunt, & pericranio insperguntur. Hinc autem & tunica illa supernata, & venæ exterioris oculi deducuntur, quæ vix apparent, nisi vbi pleniores euadunt in ebriis, iratis, inflammationibus, fugillatis. Atque hæ venæ modò rubent, modò liuent & nigrae sunt: quæ si exudant, album inde maculari solet.

ἢ ἀσθεν. Quomodo ἀγλὸν malignū & ferinum dicitur in morbis, sic ἀσθεν, quod ferino ex diuerso positum est.

XXXIX.

Malum quoque si oculi lumen refugiunt.

**E**xclude vel naturalem, vel aduentitiam infirmitatem & alia peculiaria vitia oculi. Ac tum præfagium malum colligit, siquidem ægri lucem refugiunt. Sic enim imbecillior vis spiritus ostenditur, qui è cerebro in oculum defluit. Certius autem rem definit, si alia signa coniunxeris, solum enim hoc signum infirmum est.

ἢ διακρύσειν, aut illachrymant. Lachrymant ægri tristi cogitatione moti nullo periculo. Lachrymant è delirio, vt Dealcis vxor, cui modò lachrymæ, modò risus. Aliis humidiores oculi & prope similes lachrymantibus, quales plerisque phreniticis extincta vi alterante & excernente: quod in lethalius signis censendum est. Verùm vis illa retinendi aliquando in solis angulis oculorum resoluta est incolumi cerebro, quod non ita metuendum est. Anguli enim quasi præsidia posita sunt, ne cerebri excrementa in oculos defluant. Neque formidabiles lachrymæ, si peculiari malo angulorum & oculi excidunt, inflammatione, ac distillatione, copia premente, vt in temulentis & imminantibus profluuijs sanguinis, & re externa oculos irritante fumo, puluere, festuca, aliisque id genus. Sed quod ad Prognosticon in acutis Hippocrates 1. 3. 4. 6. Epid. in Progno. & Aphorismis, lachrymas distinguit in acutis & aliis morbis. Nam vel arbitrio, vel nolente ægro effluunt, salutaribus signis editis vel lethalius. Si arbitrio, hoc est, ἢ προάσειν, etiam si cætera malè habeat æger, in laude sunt: si nullo arbitrio, malæ sunt. Scribit igitur 6. Epid. δάκρυον ὃν τοῖσι ὄφθαλμοῖς φθαλμῶς ἔχοντων ἔχοντων μὲν ἄριστον, ἀκόντων δὲ πονηρόν, κακόν. Lachrymæ in acutis, cum ægri malè habeant, siquidem arbitrio effluunt, bonum: si nolente ægro, malum. In Prognostico, ἢ γὰρ ὀφθαλμοὶ διακρύσειν ἀπροαίρετως κακόν, καὶ ὀφθαλμοὶ ἔχοντων μὲν ἄριστον, ἀκόντων δὲ πονηρόν, κακόν. In Aphorismis, ὀφθαλμοὶ ὅσοι ἂν τοῖσι πυρετοῖσιν ἢ ἂν τῆσιν ἀλλοῖσιν ἀρρώστῃσιν κατὰ προάσειν διακρύσειν ἔσθ' ἄσπονον: ὀφθαλμοὶ δὲ μὴ ἢ προάσειν, ἀσπονώτερον. 4. Epid. οἱ μὲν ἔχοντες διακρύσειν ἔσθ' ἀκακῶν: οἱ δὲ ἀκόντες πονηροὶ κακόν. At 1. Epid. Aliter quoque distinguit, οἱ σὶ γὰρ πυρετοῖσιν ὄφθαλμοὶ κακῶν καυσῶδων ἀκρόσια δάκρυα ἀπορρεῖ, τῶσιν ἂν ἔσθ' ἄριστον αἰμορρα.

αἰμορραγία προσδεχέσθαι, ἢ καὶ τὰ ἀλλὰ ἀλεθρίον μὴ ἔχουσι. ἐπὶ τοῖσι γὰρ φλαύρωσιν ἔχουσι, ἢ αἰμορραγίαν, ἀλλὰ θάνατον σημαίνει. Sic ergo de lachrymis censendum in acutis febribus ardentibus & aliis morbis. Cæterum quod ἢ προάσειν dicitur, non solum ad βλάβειν illam philosophorum, quam homini non brutis attribuant, referendum, sed eam quoque potestatem, qua dicimus bruta quoque arbitrio moueri, vt ἢ προάσειν dicamus, quomodo ἢ κρῖσιν, vt non modò διανόσας, sed φουτασίας & sensus & motus, qui à cerebro est, & προάσεις & κρῖσεις esse concedatur. Atque in corporibus ἢ προάσειν distingunt ea, quæ αὐτομάτως, hoc est sponte naturæ fiunt, quomodo cor, pulmonem, αὐτομάτως moueri dicimus, caput & manus, σπινθηρας, angulos oculorum, & oculos ipsos ἢ προάσειν, nisi resolutis musculis, qui intempestiuum exitum eorum excrementorū cohibent, ne excludantur: tum enim ἀπροάσειτως.

ἢ διαστροφῆς, vel peruertuntur. Διαστροφὴ duplex in oculis. Altera, quia reuera oculus distorquetur: altera, quia peruersa palpebra est. Hic de oculo: paulò post de palpebris. Oculus ergo distorquetur conuulsis musculis aut resolutis, à quibus sursum deorsum in angulos mouetur. In conuulsione vehementi est distortio, & signum admodum exitiale est. In resolutione, qui resolutus est, trahitur à coniuge musculo, vt in omnibus musculis contingit, qui alternis & mouent & cedunt. Sed hic conuulsione potius casus est. Atque hæc lib. 2. plenius exposita.

καὶ τὸ ἕτερον ἐλάσσει γινέσθαι πονηρόν. Iusta oculi magnitudo à virtute influente & spiritu, quæ si fatiscunt, oculus minor est, quàm naturæ conueniat: sed humore quoque vel imminuto, vel iam non ampliato è spiritu oculus minor esse potest: musculo quoque, qui radicem confirmat, & membranis intro reuulsis, quæ omnia in acutis febribus exitiosa sunt. Cur autem alterum tantum notet, quia tantum altera parte cerebri, aut ea vehementius sequitur, malum, vel quia alter oculus altero imbecillior est.

καὶ τὸ τὰς ὀφθαλμῶν πικρὰ διακρίσειν. Et oculos subinde & variè dimouere. Oculorum moderatus motus est integra natura. Eadem læsa in acutis lethalius, vel stata, constans, ac defixa acies oculi, vt nec in latera, nec sursum aut deorsum moueatur, ἴσσις oculorum, & πῆξις ab Hippocrate appellatur. Vel irrequieti illi sunt, & nulla interposita mora variè dimouentur, ἀσκηκτός καὶ ἄδιδιμνός καὶ διαπαντός κινούμενος Galenus interpretatur. Illud vesaniæ melancholicæ, hoc biliosæ argumentum est. Interdum tamen minimum resiccatis palpebris, neruis & musculis, qui oculo inseruiunt, tremula quædam iactatio oculi est conuulsio nis periculo. Et imbecilliore natura & instrumentis, vnde oculis motus est. Alij assidue nictant. Et hic author in malis signis scripsit σιωχίως μὲν ἔρριπνιν quoque & ῥίψιν dixit Hippocrates, quod hic intelligit, cum scribit, πικρὰ διακρίσειν, quia præcipitans & temeraria sit oculorum motio. Extra febres acutas lusciosis quibusdam vi quadam aciem exprimentibus accidit is motus. Temulentis aliquando, & in coitu idem contingit. Quibusdam peculiare vitium est, quem ἢ ππὸν vocant.

ἢ λημία μικρὰ πρὸ αὐτῶν. Aut lemæ parua circa ipsos. Λημίον definit Galenus ἢ μὲν πρὸς τὴν πρόφην τῶν ὀφθαλμῶν πρὸς τῶν μα, ex dimidia costæ oculorum alimenti excrementum. Suidas breuius, πεπρωτὸς δάκρυον. Lemam gignunt (pituitam Celsius conuertit) plenius cerebrum, vt pueris, & excrementitium infirmitate naturæ coeunte, vt senibus, peculiare vitium oculi, vt inflammatio. At in acutis, vt notatur lemæ exitialis inditio, naturæ vel tantulum alimenti, quod oculis distribuitur, concoquere non potest. At quod non concoquitur, excrementum est. Atque in lethalius eiusmodi febribus inopia humidæ potius est, quàm copia: vnde omnia exarescunt. Scripsit ad hanc rem in Epidemijs, κακὸν δὲ καὶ τὸ ἰδιόφυτον μὲν Βλεφαρον οἶον ἀγλή, Malum quoque veluti puluisculo tenui aspersa palpebra exarescat, aspersa (inquam) tenui puluisculo, μικρῶν πάλι λημιούσων, vt interpretatur Galenus. Eiusmodi oculi ἐπίρριπνιν dixit in Protrh. Id autem nimium resiccatis oculis, & imbecilliore natura contingit.

καὶ αἰγί

καὶ αἰγίδα λεπτὴν ἴχεν. Vox αἰγίς nō est vsitata medicis. Itaque quid velit, di-  
uinandum, vbi dubites, quid legendum. Vlcuscula fortasse & concreta pi-  
tuitæ in maiore angulo. Quomodo Aegilops medicis, quasi oculus caprinus,  
quia videlicet huic generi animalium exulceratus sæpe maior angulus oculi, &  
concreta sorde obseptus.

ἢ τὸ λευκὸν μέζω γίνεσθαι, τὸ δὲ μέλαν ἐλάσσει. Aut album quidem maius, nigrū  
verò minus fieri. Oculum Hippocrates sæpe diuidit albo & nigro populari cō-  
suetudine. Album quidem præteritur adnata tunica à pericranio vocato ducta.  
Nigrum verò pupilla, & quicquid inde circumscribitur. Nigrum autem, vt vo-  
luit Hippocrates, quia in profundo sita illa sint, & tunica nigra est. Rhagoidem  
verò tunicam intelligit, quæ acini instar nigricat. At album maius apparet vn-  
dequaque tensum, vt omnia moribundis ad suam originem contrahuntur. Ni-  
grum verò cum rhagoidem habeat à tenui membrana cerebri non in latera, vt  
adnata illa alba, extenditur, sed veluti in conum se colligit, qua parte cum neruis  
opticis vocatis membranæ in oculum è cerebro prodeunt. Adhæc multo hu-  
more crystallino magna vi caloris & spiritus rhagoides & pupilla ampliatur. Sic-  
catò verò humore illo dissoluto, nec iam influente spiritu angustius cōtrahitur.

ἢ τὸ μέλαν κρύπτει τὸ πρὸ τοῦ ἄνω βλέφαρον. Vel nigrum occultari superiore  
gena: Id moribundis & animo deficientibus sæpe accidit, vt tantum album o-  
culi appareat, nigrum superiore palpebra contegatur: torquere oculos in caput  
vulgus appellat. Id aliter 7. Epid. Hippocrates in Eumate, ὀφθαλμοὶ οἷον ἦν λιπο-  
θυμέντων, oculi quales iis qui animo deficiunt. Id autem tota natura oculi ad  
suum principium recurrente, vel conuulsis musculis qui sursum mouent.

Κοιλιὰς δὲ καὶ κοιλίαν τῶν ὀφθαλμῶν. Mala quoque oculorum cauitas. In Pro-  
gnostico damnauit initio morbi cauos oculos: post initia verò, qui ἐγκοιλοὶ ἰχ-  
ρῶς γινόμενοι, qui valde caui euaserunt. Vnde autem id accidat, prius definitum.  
Exoluto enim calore & spiritu, siccatis humoribus & musculis marcor oculi in-  
sequitur, ἀπροφίαν & φθίσην etiam in oculis medicū appellant.

καὶ ἐκθλίβει τὸ σφοδρῶς. Et magna foras euibratio. In Prognostico, ἐξίχοντες  
exerti & prominentes, qui admodum cauis opponuntur. Eiusmodi verò oculi  
in saturatis multo vino & cibo, in iis qui suffocantur, in vehementer iratis, in  
magna contentione, quæ vomendo fit, in quibusdam phreniticis. Sed aliis qui-  
dem, præterquam quòd exerti sunt, etiam instabiles commouentur, & quasi ful-  
getra quedam euibrant. Aliis fixi relucet. Illud vehementis infania à magna  
perturbatione concitata in caput materia: hoc iam melancholicum est. Atque vt  
mòtus foras est, animæ, sanguinis, & spiritus, ita oculi prominent: vt intro redi-  
tus est, ita subsident. Initii accessionum contrahuntur: in vigore foras elucet.  
In mœrore & metu intro recurrente anima caui oculi, subsidens facies, pallor,  
contracta cutis: In lætitia & ira magis exerti oculi, rubor plenior, facies & corpo-  
ris moles. Oculi ergo exerti sursum forasque concitata materia: signum est non  
tam formidabile, quàm cum incaui oculi fiunt.

καὶ λαμπρὸν ἐκθλίβει. Et splendoris euibratio. Quomodo in aère vbi  
concoctus & siccatus est, ignes, fulgura, aliæque id genus magis proueniunt:  
ita in oculis, vbi corpus concepto igne inardescit, bilisque ab ardente febre sur-  
sum concitatur. Tum enim fulgura quedam & splendores euibrantur, vt vel  
ægri ipsi splendores dicant oculis obuersari, vel qui adsunt, fulgentes & quasi  
micantes igne oculos conspiciant. In hæmorrhagiis id fieri constat, & Hippo-  
crates scripsit. Et phreniticis vidi, qui se in medijs ignibus versari cōtenderent.  
Noctu quoque ex oculis felium domesticorum & quorundam animalium elu-  
cent veluti ignes. In iratis & furoribus idem oculis accidit, vt non sine re Plato  
videri possit rectè scripsisse oculum constare igne & puro æthere, qui inde illu-  
stratum aërem solari igne familiaritate naturæ amplectitur, in eum sese colligit.  
Atque ita concurrentibus intimo igne, qui per pupillam exit, & aeris lumine,  
quod à puro æthere & sole inluat, formæ rerum ad animam comportantur, &  
ita fit visio. Hæc sententia ab Aristotele refutatur. Sed ad rem. Intimo igne in-  
candescente

candescente natura foras sursumque contendente, exhalatione feruida in oculos  
irruente, ἐκθλίβει λαμπρὸν ὄνθαι fiunt, quas si vacuatio sequitur & bilis excluditur,  
bono est, si retinetur, vesania, conuulsio, & mors expectanda sunt.

ἵστε μὴ δυνάσθαι τὴν κορινθίαν. Vt pupilla non possit sese extendere. Pu-  
pilla ad splendorem moderatum sese explicat: ad immoderatum vt solis ardentes  
radios & tenebras contrahitur.

καὶ βλέφαρα ἰδὸν καμπυλώσιν. Et genarum peruersio. Καμπυλώσιν est, quam  
in Epid. κατάκλασιν dixit. Sic enim Galenus, κατάκλασις ἐστὶ τῆν ὀφθαλμῶν ὅταν  
διασφραγίσθῃ τὸ βλέφαρον καταπύρξιν τῆν προγνωστικῶν διήλθεν, εἰπων, ἢ καὶ καμπύ-  
λον γίνεσθαι τὸ βλέφαρον, hoc est, Effractio oculorū est, cum palpebra peruertitur,  
quomodo dixit in Prognost. Quòd si palpebra retorqueatur. Causa libro se-  
cundo explicata: cōuulsis musculis tarso genæ superius inductis, vt alternis ocu-  
los claudant, & aperiant. Et inferiorem genam varij musculi controuersis mo-  
tionibus dati variè contorquent. Contracta fronte, quæ iuuandis palpebris mo-  
bilis est, vt melius claudant oculos & aperiant. Reuulsis quoque connexarum  
partium musculis, vnde in genam inferiorem agnatæ fibræ diducuntur, palpebræ  
peruerti possunt.

ἢ πῆξις ὀφθαλμῶν. Vel oculorum concretio. τῆσιν alij legunt colliquationem  
oculi. Est autem, quæ prius dicebatur in cauis admodum oculis ἀπροφίαν, & φθί-  
σις. Melius πῆξις hoc est concretio. Eiusmodi oculi vitium admodum lethale  
est. Hippocrates πεπηγῶτα in Progn. & Epid. appellat. Opponitur ei, quem prius  
dixit, πικρὰ διασφραγίσοντα. Est ergo oculus πεπηγῶς idem, qui ἀκίνητος fixus  
& immobilis. Id sæpe videas in phreniticis exulta iam materia, & in atram bilem  
verfa. Ac ferè horridus iis aspectus & velut exterriti hominis, colliquatis angu-  
lis & musculis oculorum, vnde decor & mansuetudo contuitus corrumpitur.  
Deinde quia varia spectra & terribilimenta exhalatione atræ bilis animæ præ-  
tenduntur. Hinc ergo horridus aspectus. Aliis quidem fixi oculi, sed qui huma-  
nitatem quandam & sapientiam præ se ferant, quomodo in vocata Catalepsi: &  
in Polycratis vxore, ἐμβλέψις ἐμφρονῶδες σφοδρῶς, Contuitus, qui prudentem  
mulierem præ se ferrent. Cæterum fixi sunt oculi in acutis febribus & malignis  
musculis ocularibus in sua capita æqualiter tensis, τὰσιν ἰσθῆσπον appellant,  
quod insignis conuulsionis argumentum est, iisdem quoque resolutis aut ex-  
trema infirmitate potestatis, quæ mouet.

καὶ σωχέως τι μὲν. Et perpetuo quid nictare. Imbecillitas virtutis & mus-  
culorum, qui genas mouent, hoc efficit, quod prius expositum est.

καὶ χρώματα μεταβάλλει. Et colores euariare. Dicitur prius in descriptione  
cadauerosi vultus, qui colores νεκρῶδες & mortiferi. Euarians autem color inter-  
nam perturbationem & multiplex vitium ostendit. In Progn. Aliter scripsit, καὶ  
τὸ χρομα τῆς ἐμπαντος πρὸς πρὸς χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν ἐόν. Additur in quibus-  
dā codicibus, ἢ πελιδνὴ ἢ μολιβδῶδες, qui colores nigro cōtinentur. Atq; hæc ex-  
posita prius in facie cadauerosa, Sed cum color alius ex alio fit in morbis nondū  
lethalibus, longitudinem morbi significari scripsit Hippocrates in Aphorismis.  
In lethalibus imminens exitium. Id autem fit variis humoribus aliis quidem ex  
aliis deinceps commotis, aut certè sequitur actiuas qualitates πραγματικῶς ποιο-  
τήτας philosophi appellant. Vbi enim vel humor, vel vapor calidus faciem per-  
uadit, si quidem sanguis, rubor: si bilis, pallor & luteus color existit. Vbi verò fri-  
gidus, tota facies exalbescit.

καὶ βλέφαρα μὴ συμβάλλειν τῆν καθένθεν ὀφθαλμῶν. Et in somno non com-  
mittere palpebras lethale. Hoc est quod in Progn. & Aphor. σκοπεῖν δὲ καὶ καὶ  
τὰς ἐποφασίας τῆν ὀφθαλμῶν ἢ τοῖσιν ὕπνοισιν: ἢ γὰρ τι ὑποφάσιν τῆν λευκῶν, τῆν  
βλεφάρων μὴ συμβαλλόμενων, φλαῦρον τὸ σημεῖον, ἢ θανάτωδες. Vbi annotandum  
putat, quomodo ægri in somnis suspiciant, & nunquid albæ partis oculi utcun-  
que appareat. Id enim lethale putat, nisi consuetudine ægri, alui profluvio, in-  
igni vacuatione, aut aliquando vi morbi acciderit. Alij μὴ particulam omittunt,  
quæ si

quæ si non legitur, cōcuffas palpebras intelligere oportet magis adductas, quàm vigilantibus. Sed id quoque accidit aliis peculiari natura: Alius vitio quod λαγοφθαλμίαν vocant à leporibus, quos ita dormire volunt. Sunt qui ita dormientes κορυβαντίς appellent. Tabidis vermiculosis, dysentericis, exinanitis id quoque accidit. Cæterum hoc inuehit genarum corrugatio & ariditas, atque inde contractio, virtus languidior, conuulsio musculorum, qui oculos claudunt. Si inducti tarso ex angulo maiore in supercilium sese explicant.

κακὸν δὲ τῆς ἰλλάνων ὀφθαλμῶς. Malum quoque distortus oculus. ἰλλάνειν (inquit Galenus in expositione vocum Hippocratis) ἀστέφειν τὰς ὀφθαλμῶς, peruere oculos, atque distortere. Id autem fit conuulsis musculis, qui vel sursum, vel deorsum, vel magis in angulos oculi mouent. Læsis que que aliis qui in circumulum voluunt, non ab simile vitium nascitur, quàm ἔλωσιν appellant, peruersam quandam oculi volutionem. Eiusmodi vitia interdum momentanea, aut certè temporanea, nonnunquam diutius permanent. At quomodo omne bonū signū, quod persistit diutius, eò melius: ita malum tantò tolerabilius, quātò breuius est. ἔλωσιν ὀφθαλμῶς in malis notauit author Prorrhethici: quanquam alij ἔλωσιν legant. In Epid. vxor Oeceti δὲξίῳ ἰλλάνει, ab abortu 14. periit. Et quim Dealcis hortu iacebat, δὲξίῳ ἰλλάνει, dextro oculo distortus est ægerimè is conualuit.

## XL.

*Oculorum rubor in febre natus diurnam ventris molestiam significat.*

**I**N febre oculi rubor, qui ferè ab inflammatione est, viscus aliquod malè affici ac sæpius cerebrum ac ventriculum inflammari significat, quod prius dictum est. A quo nos in aliquot obseruauimus interire ægros corruptis internis visceribus. Inflammationes oculorum resoluta aluo posse sanescere Hippocrates annotauit in lib. de capitis vulneribus. Sit ergo magna copia materiæ, quæ egeat tempore, vt vacuetur: sit mordax acrimonia, intestina distorqueat. Sic enim πονεξένεδς prius ex mente Hippocratis interpretabamur. Cæterum rubores oculorū ambigūe quidem diurnam molestiam alui, sed non necessariò significant.

## XLI.

*In reualecentibus siquidem circa oculum membrana extuberrant, aluus perturbatur.*

**E**ρευθὸς prius de inflammatione dixit, quæ vbi multum inualuit, vt in eo genere lippitudinis, quæ χύμοσις iam dicitur, palpebræ contagio mali adeo læduntur, vt velut rebelles oculos neque claudant, neque aperiant. Album verò oculi vsquæ adeo exurgit præ copia, vt multis locis pupillam tegat: id quod ἰμένωμ ἐπανέσπισι: à Galeno: hinc πρὶ ὀφθαλμῶν ab Hippocrate appellatur. Et si quidem leuior inflammatio, aluum resoluit, multò magis, quæ iam grauior est. Quid autem καπεξένεδς, prius explicatum.

## XLII.

*Ab oculorum peruersione cum lassitudine & febre rigor lethalis est: us quoque καδμῶς malum est.*

**C**oitio est empyrica in qua dubites an κοπῶδαι & πυρετῶδαι ad oculum, vel corpus referas. Oculus quidem κοπῶδης esse potest, quia languidus ægrè moueatur,

moueatur, vt longa vigilia, longa lectione delassatus multis esse solet. Eiusmodi oculi meminit in Theodori vxore, ὁ μῦθος ὡς ἰσπίωσις χαλεπῶς ἀνέβλεπε, καὶ πρὸς ἐφέρε. Oculi quasi delassati difficulter suspiciebat, & oculos circumferabat. Et in Balis filio ὀφθαλμοὶ ὡσπερ νυκτερόντων, quales iis, qui dormituriunt, & ægrè somno se cōtinent. Eiusmodi oculos ἰσπίωδης fortassis intelligit, vnde verò corporis lassitudo multis iam locis explicauim. At πυρετῶδης oculus dici non solet. Alioqui dicitur is, cū inflammatione λαύρατ, & vehementer incalefcit. At rigor siquidem vacuationem criticam antecedit, salutaris esse potest: lethalem verò sæpe diximus, si nulla inde sequitur vacuatio. Et καμῶς quam vim habeat sæpius definitum.

## XLIII.

*Lippienti viro superueniens febris, solutio: si verò non, periculum est vel cacuitie agrum, vel mori, vel utrunque.*

**N**isi ὀφθαλμία plenius dicatur ἐπὶ ὀφθαλμῶς, vt libro πρὸ ἀδύων, parum verisimile est lippitudinem, quæ inflammatio est, exolui accessione febris. Constat quidem frigidus morbos superueniente febre interdum dissolui: non ita calidos, qualis ὀφθαλμία peculiariter appellata à medicis. Cacitas autem lippitudine sequitur, sed rarius. Remediis enim medicis ferè prohibetur. Neque è lippitudine ægros mori vidimus. Et eodem libro πρὸ ἀδύων, ἡ πᾶμπαν θανατώδεις, fluxiones, quæ foris conspicuæ sint in oculis, esse scripsit: quāquam fortasse hunc locum aliquis in nos retorqueat, quia Hippocrates ἡ πᾶμπαν soleat vsurpare, vbi è multis pauca excipit, quomodo in Aphor. τῆς δέξωμ νοσημάτων ἡ πᾶμπαν ἀσφαλέεις αὶ πρὸς ἀσφαλέεις, quia videlicet in prædictionibus plurimæ veræ sunt, pauca fallunt. Quæ ratione ἡ πᾶμπαν θανατώδεις, quia plurimæ mortem afferant. Cui respondeo, nobis porius consecutadā rerum veritatem, quàm ambiguam de nominibus disputationem. Certum est itaque aut nunquam, aut rarissimè ægros interire è lippitudine: quāquam nō negandum, multa nonnunquam posse intercidere in acutas febres, aliāque id genus, vnde lippientes ægri intereāt: & propterea melius fuerit, ἢ δὲ μὴ, interpretari, si lippiente ægro febris superueniat persistat, que, nec inde sanescit lippitudo, cacitatis aut mortis periculum est.

## XLIIII.

*Lippientibus cacitatis periculum denunciatur, siquidem superueniat capitis dolor, qui diutius consequatur.*

**L**ippitudo fit, vt ait Hippocrates, vbi caput excrementum deponit in oculum. Atque excrementum illud cerebro cōclusum dolorem capitis creare potest, qui conuiescat aliò translata materia. At vbi materia multa est, deposita parte nondum sedatur dolor: ac metus est, vt ne materia nō solū per venas exteriores influat, quæ ex interiore cerebro per futuras foras prodeunt in pericranion & hinc in cohærentem oculo membranam & extimam dispergitur, sed & per interiora vasa & neruus cauos in oculum decurrat. Ac sæpe fit, vt lōgius progresso malo & capitis dolore cacitas, suffusio, suppuratio, albugo, aliāque id genus vitia pupillam consuetudine interni & externi spiritus prohibeant, vnde violatur visio, vel extinguitur.

## XLV.

*Lippienti alui profluuium sponte naturæ motum utile.*

**Q**uam vim habeat alui profluuium malè affectis oculis & acri materia occupatis, prius est definitū. Reuulsio enim ferè salutaris, & abscessus laudat Hippocrates, cū relictis partibus superioribus deorsum materia conuertitur: & qui abscessus κατ' ἐκκρεσίην excretionem, melior, quàm qui ἐπὶ μετῴσθη ἐ loco in lo-







ἀλιχὴ πρῶτον ὑπὸ δυσκινήσεως, quia extremas sui partes loco mouere nequeat, & ab impotentia motus voces non exarticulet.

Aliud notatur in ægris, γλώσσαν ἐμβάλλειν, linguam exerere, quod concepti incendij in pulmonibus argumentum est. Id in pulmone præ calore intumefcente notat Hippocr. 3. de morbis. Id equis cursu concalfactis accidit.

Sed ad rem. Lingua hæc videtur esse eius febris, quæ κωσώδης ab eodē appellatur. Ea verò tertio πρὸ νόσων hoc modo describitur, In morbo, qui κωσώδης, ἢ γλώσσα (inquit) πέρθει: τὸ δὲ χῶμα αὐτῆς τὸν μὲν πρῶτον χῶρον, οἷον πρὸ ἐπιπέδου, ξηρὸν δὲ σφοδρῶς προΐσθαι, ἢ χῶρον σκληρυνέτω, καὶ τραχυέτω, ἢ παχυέτω, ἢ ἐπιμελάνετω. πρὸ πρῶτον, in ardore γλώσσα τὸ δὲ χῶμα διαμλύνει, τρυχέει καὶ μελανα. πρὸ πνεύματι ὑπὸ γὰρ θερμότητι. Retinens colorem subrum, quem antea habuit, sicca tamen euadit, exasperatur, liuescit, quod nigri nomine cōtinetur. Via enim ad nigrorem est. In rimas verò findi magnæ ariditatis est.

Σφοδρῶς δὲ μελανομύη. Hippocrates lib. πρὸ νόσων 3. & πρὸ κεισίωνων celeritatem aut tarditatem iudicij ex eo definit, quod vel principio, vel post principium nigrescit lingua, quia vt celerius nigrescit lingua, ita inualescens incendium se prodit, & celerior morbi motus est. Ac quod celerius mouetur morbus, ita celerius iudicium expectandum. Incidit autem in ardente febre, vt scribit lib. πρὸ πάθων, breuissimè quidem nona vel decima, tardissimè decimaquarta. Quamquam constitutione humida longius protrahi potest, vt ex Epidem. intelligas, & ea de re alio loco.

Lingua verò nigra ex lib. πρὸ πάθων, πρὸ πνεύματι ὑπὸ γὰρ θερμότητι, exhalatione videlicet calida. Sed ea, quæ è nigra bile veluti fuligo excitatur. Ac multo magis tingitur, vbi in superioribus venis, & quæ sunt in thorace incendium viget. Vbi periculum est, vt ne peripneumonia grauis, & certè lethalis accessio mali suboriatur, quod sæpe scribit Hippocrates.

ὅτι τῆ τεσσαρ. πῆ, non legitur in quibusdam codicibus. χαλιπώσται. Nigras sæpe vidimus nullo periculo & luteas. Et in morbo, vbi oporteat nigricare linguā, siquidem ea rubeat, admodū periculosa est. Connecte his omnibus reliqua signa.

II.

*Lingua siquidem qua parte media diuiditur, veluti salina alba obducta est, signum remissionis febris. Quod si salina illud simile quod superinductum est, crassum est eadem die: si verò tenuis, postridie: perendie quoque, si etiam tenuis est, remissio expectari debet.*

Διχῆν in Exegefi vocum Hippocratis, οἷον διμερῶν ὑπὸ καὶ διχίθεος ἀνομάσει, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἡδινεῖν δηλοῖ, velut biceps, quod idem bifidum dicitur, & ἡδινεῖν hoc loco mediam linguam intelligit, qua parte caua est, & linea recta diuiditur. Lingua ergo obducta alba pituita, quæ salinæ similis est, è pituita morbum indicat. Sed illa aliquando tota alba est, interdum summa parte, qua epiglottis dicta sita est, nonnunquam extrema parte quæ πρόγλωσσι appellatur, qua videlicet medios dentes contingit. Est quum ea sola parte, quæ media est & διχῆν hoc loco dicitur, pituita infideat. Ergo si liberatis linguæ lateribus ac deterfis sola ea pars iam inficitur, decrementi febris signum est. At quemadmodum in oculis, in coriza, in morbis thoracis, ac denique in venis, quantò tenuior pituita excluditur, tantò immaturior morbus est, eodem modo in lingua quò tenuior ea pituita est, quæ in mediam linguam quasi è tipis in alueum delabitur, eò crudior febris est. Vbi verò crassescit, maturi morbi & ideo

& ideo remissi signum edit. Quamquam crassitie non protinus iudicanda concoctio, sed vbi tenuis materia ante fuit, & iam sine insigni lentore crassior est. Quæ enim pituita crassa quidem, sed admodum viscida & ad instar glutinis inhaerescens, ea cruda est. πύρετ' ἀνεκτείνοντι τὸν ἀέριον, non παχέω, & ab hac voce, μὲν, vel aliquid tale subsequi debet.

ἐπιγένεμα verò dicit, quia ea pituita non adnata quidem, sed aduentitia, qualia ferè ea omnia symptomata, quæ superueniunt, singultus, conuulsio, delirium, & alia generis eiusdem.

ἀεπιστέρη. Nam tenuitate cruditas, crassitie iusta, cui neque lentor neque aliena qualitas accesserit, maturatio morbi aestimatur, & vt longius aquæ tenuitatem relinquit, eò propius ad maturationem accedit.

III.

*Eadem verò significantur, si extrema lingua pituita illa salina similis infederit & minus.*

Προγλωσσία dicit ἀκρην γλώσσην, quæ vt simile priori præfagium edat, minus tamen firmum, aut certè tardius iudicium relinquit, quod experientia annotauit.

III.

*Lingua tremula cum rubore circa nares & aluo liquida, siquidem alia quæ captantur è pulmonibus nihil salutaris iudicij ostendunt: Præua omnia & celeres purgationes, verum lethales significant.*

Coitio est varia ex obseruatione. Ac lingua tremula infirmitate naturæ, cerebri, & instrumentorum, quæ linguā mouent. Atq; is tremor, vt quiuus alius, qui in reliquis partibus corporis mouetur, causam habet in genere quidem infirmitatem mouentis potestatis & instrumentorum, quæ illi inferiunt. Infirmitas autè & copia, vt qui sub grauiori pondere contremiscunt, & siccitate partium atque inopia, vt in senibus, nasci solet. Illa tolerabilior est, quæ verò à siccitate & vacuatione, ferè lethalis est, & iam progresso morbo magis excitatur.

ἐρόθημα vel quia rubor est, qualis apparet in malis, inflammatis pulmonibus, vel quia reuera inflammatio est. Sed nihil commune habet cum lingua tremula, vt nec alius liquidior, nec quæ circa pulmones existunt, difficilis spiratio, stertor, suppressa sputa aut mala. Et vt hæc omnia concurrant, non protinus significat lethales in breui purgationes. ἐτερογενῆ ergo ea sunt, nec ad præfagium pertinent. ἀσπίμως autem dicit, quia nulla indicia melioris valetudinis aut iudicij offerantur, nullæ vacuationes, concoctiones, abscessus salutare proueniunt. καθαροίς autem vox ambigua est. Nam & φαρμακεία dicitur, & καθάρσιον, φαρμακίον, quæ vi medicamenti purgatio fit. Hippocr. aliquando quæ naturæ beneficio vacuantur. Thucydides & καθάρσιος & ἀποκαθάρσιος, quæ vi morbi & impetu naturæ, qualia in pestilenti conditione, quam describit. Bilis fuluo colore saturata, crassa, spumans, acris, olida: & de mulierum quoque purgatione Hippocrates vsurpauit, quomodo & de iis, quæ è pulmonibus expurgantur in Aphorismis, & aliquando ἐπιμήνι καθάρσιος, aliquando καθάρσιος simpliciter, vnde καθάρτηριον medicamentum vteros expurgans. Hoc loco videtur vsurpare de iis, quæ è pulmonibus repurgantur: ἀσπίες vel celeres, vel vehementes.

*Lingua præter modum emollita & cibos, auersans cum sudore frigido, qui liquidam aluum sequatur, nigrarum vomitionum signum est: de lassatum corpus in iis malum.*

**E**iusdem vitij hæc coitio, atque antecedens. Descriptio est morbi præhumidi. Lingua enim præter modum emollita. Atque adeo exoluta, vt vix sermonem exarticulet, humidius cerebrum, ventriculum, aut denique totum venatum genus ostendit. Largius enim potis, naturis humidioribus, id accidere solet, vt immodico humore delibuta lingua balbutiant. Fastidia quoque eadem ratione incidunt. Nam & siccoribus alimentis, quibus obtusior gustus est, prima vtuntur mensa, vt siccata lingua & deterfa suauis cibos degustent. *ἁσὸς δὲ γλώσσης* quædam similitudine scripsit. *ἁσος* enim nausea quædam est, & fastidium ciborum, quale esse solet iis, qui præ fatietate & copia nihil appetunt, & appositos cibos auersantur. Sudor frigidus hoc loco non exoluta, sed copia pituitæ & frigidæ materiæ oppressa natura effluit. Aluus quoque liquida in eandem causam referenda. Absurdum autem quod inde vomitiones nigras significari scribit. Neque enim necessarium illud est, nec vt plurimum sequi consuevit. At *κοπῶδες*, quomodo & alui profluuium sæpe fit in morbis eiusmodi fusa atque eliquata pituita. Pars enim in corpus externum, pars in aluum diffuit. Malum autem, non quia lethale fit, sed quia longitudinem morbi denunciat.

## VI.

*Lingua tremula quibusdam aluum liquidam reddunt.*

**S**iquidem præ ariditate infirma vis & instrumenta, quæ linguam mouent, stuantur, vnde illa tremula fit, mortem potius, quàm aluum liquidam expectabis. Inde enim in acutis febribus linguæ solent intremiscere. Si verò effusa in neruos materia, vel eisdem copia premente tremor est, fieri potest, vt inde venter exoluatur. *τὸσι* ergo & *πότε* rectè addidit.

## VII.

*Nigre verò in iis facta mortem in breui significant.*

**E**xoluta aluo salutare est, siquidem superiores partes omni iniuria liberentur. At contrà, si nec sic quidem conquiescunt deliria, dolor, sopor, saturatus faciei rubor, linguæ tremor, & vitiosus color, lethale existimandum est. Hic lingua tremula ac iam nigricans vigere febrem ostendit, quæ ardente expiratione linguam nigro inficit, siccitate scabram, squalidam, tremulamque reddit, & vires potestatis, quæ mouet, labefactat. Aluus liquida colliquationem sequitur, quam vis febris efficit. Atque iis coeuntibus mors breui expectari debet.

## VIII.

*Nonne tremula lingua non constantem mentem significat?*

**I**n Prorrh. summa dubitatione scribitur *αὐτὸς προμῶδες γλώσσαις σημεῖον ἐστὶν ἰδριμῆν γλώσσης*. Aliis ægris iussis, vt linguam exerant, lingua tremat, constante tamen iudicio, ac reuocata lingua tremor conquiescit. Aliis iam imbecilla virtute arefacta lingua & retorrda perpetuò tremat, etiam si ore continetur. Id quod accidit preniticis, in quibus præter infirmitatem calor est igneus, à quo perpetua agitatio & motus est, quomodo à frigiditate torpor & segnitie. *γνώμην* intelligit, quam

## IX.

*Lingua densa & squalida phrenitica.*

**T**ραχέαι melius legatur, vt vult Galenus, quàm *δασαί*. Verùm si *δασὸν* Hippocrates pro aspero vsurpauit, & *δασὸν πνεύμα* lib. de articulis asperam respirationem intellexit interprete Galeno, non video cur sit immutanda lectio. Cæterùm lingua absoluta & ad articulos sermonis expedita, moderata humiditate imbui debet. In id natura tum per vasa humiditatem immittit, tum *σπαιλοχῆς* adiunxit, quæ velut spongiæ quædam multam pituitam ebibunt, linguæ, faucibus, & ori toti impertiuntur, vt ne celerius exarescant. Inde *ασόγοι* interprete Gal. *οἱ ἦν τὴν φάρυγγα ἀδύνατες, ὡς ἂν τῶν τετάρτων ἦν ἀδύνατοι*. Fit autem vrgente febre, vt & vasa serosa parte & aqua depleantur, & saluâtrices glandulæ resciccentur. Os ergo, fauces, lingua in humoris inopiam incurrunt. Ac lingua initio mali densa, inualecente siccitate scabra fit, & aspera, ac tandem sæuiente incendio finditur in rimas. Id autè solet accidere in febribus ardentibus, quibus phrenitis, morbus calidus & siccus, & ab eadem materia, bile videlicet superuenit. *καταπληρὰ* verò eadem, quæ *αὐαί*, ἦν vim habet augendi. Squalidas ergo rectè aut aridas conuertas. Alia Gale. in com. de varia interpretatione *δασαίς γλώσσης*.

## DE DENTIBVS.

## X.

*Collidi dentes & stridere, cui à pueritia consuetum non est, furiosum & lethale.*

**A**liis in rigoribus criticis, quibusdam in animi deliquiis, aut aliter stridor & collisio dentium incidit, non ita formidabili casu, quia iis videlicet momentaneus est. Vbi verò aut longius permanet, aut sæpius redit, graue malum putandum est. In Progn. scribitur hæc sententia omiſsa voce, *σωερίεν*. In Prorrh. *ἰδρύτων πρίσις ἀλέτριον, οἷσι μὴ σύνθετες, καὶ ὑγιάουσι πνύγμῳ ἢ τῶτοισι πένυ κακόν*. Stridor dentium lethalis est, quibus per integram valetudinem conſuetum non est. Suffocatio in iis valde mala est. Sic enim non modò temporaliū, sed eorum musculorum, qui ad guttur pertinent, conuulsio declaratur. Sunt qui in Progn. *πρίεν* legant eadem sententia: quanquam alij eam vocem ad lugubrem & miserabilem vocem referant. Itaque *σωερίεις* est, vbi ita conductæ sunt ac constrictæ maxilla, vt ne mucrone quidem gladij interiecto disiungi queant. *πρίσις* autem stridor tremula quædam motio est maxillæ inferioris: & inde dentium concussio, quæ fit vbi & temporales, & masticatorij musculi, sed illi magis conuelluntur, & qui sursum maxillam inferiorem mouent & coniungunt superiori immobili. Inualeſcente malo *σωερίεις* conſtrictio & collisio fit. Hæc autè siccam calidamque passionem consequuntur, in quibus vehemens insania fit, quam vox *μανικόν* ostendit. *σωερίεν* notat in quadam muliere *γένυες δὲ ξυνηγμένα, καὶ ἐαυτὸς ἰδρύτας πλέον ἢ μήλην παρῆναι*. Maxillæ verò conductæ, & ipsi dentes inter se, vt ne specillum quidem admitterent. Ea tamen superſtes euasit, & in illis malis prudens fuit. Anginosa verò, in qua *φωτῆρις* dentium notatur, breui mortua est, nec in eam insaniam incurrit. In capitis vulneribus lethalibus hæc metuenda sunt. Vidi vehementem insaniam cum stridore in vulnerato à capite, quod multis ita vulneratis mortiferum accidit. In Catalepsi quoque stridor dentium notatur, signum inualeſcentis morbi. Excludit consuetudinem. Id enim quibusdam familiare est, & ea de re aliquando à nobis petitum consilium.

Nam

Nam quemadmodum *ἰππὸς*, ita stridor quibusdam sanis inest ex peculiari vitio partium, quæ mouentur.

## X I.

*At si iam delirans hoc faciat, omnino lethale est.*

**D**elirium aut verius insania iam ostendit obsessum cerebrum maligna materia, ex quo non solum maxillæ, sed aliarum quoque partium conuulsio meruenda fit. Sic enim inualefcit causa conuulsionis, & inde, vt paulò ante, quibusdam suffocatio accidit. Hic ergo omnino expectanda mors est. Vbi enim *παιτελῶς* aut Ionica *κάρτα*, vt in Prognóstico, additur vis signi explicatur, quod vel nunquam, vel rarissimè fallat. Vidi qui à stridore & delirio conualuisse viderentur. Datis per aliquot dies induciis ægro: postea verò rediit conuulsio, quæ in breui hominem sustulit. *ἦδη* in Prognóstico scribitur, quæ particula in propinquo esse, quod signo aliquo ostenditur, notat Hippocrates. *ἦδη θανάτωδες*, cum mors est in foribus.

## X II.

*Lethale quoque sicari dentes.*

**D**entes salua illa, quæ è cerebro, ventriculo, venis & proximè saliuatricibus glandulis diffunditur ori, linguæ, & aliis partibus vicinis, vt cunque irrigantur. Siccantur autem, vbi illa deficit. Ac si magnum incendium ostenditur. A sicco verò plurimum, & ardente morbo quantum periculum imminet, quotidiana experientia intelligas & ratione facillè compræhendas. Est cum nigricans lentor, veluti arefacta salua dentibus insidet, aut mediis interiecta visitur lethali signo. Sed ea ferè pauca est. Copiosior enim glutinosa valde pituita, quæ aliquando inhaeret dentibus, quæ eadem malo est & vehementes febres significat. Sic enim in Aphorismis & Epid. 4. *δύσσοισι δὲ ἀπὸ τῶν ἐδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πρὸς γλίσχρα γίνεται, ἰσχυρότεροι γίνονται οἱ πυρετοῖ.* Fiunt autem vbi calote multo pituita & siccat & lentescit. *πρὸς γλίσχρα* verò de admodum tenacibus & viscidis, vt *κατὰ γλίσχρα*, dixit Hippocrates. *ἰσχυροτέρων* verò vehemens & pertinax. Longi enim illi morbi sunt, cum febris in cruda frigidâque materia succenditur.

## X III.

*Dentis corruptio abscessum in gingiuis factum soluit.*

**S**φακελισμὸν de corruptela osium magis vsurpari, prius annotatum est. Est autem familiare hoc malum dentibus. Dolent enim vehemèter, & veluti inflammationem sentiunt, caries sequitur, rubigo, & nigricies, quæ corruptelâ declarant. Atque dum hæc fiunt, interdum in gingiuis abscessus fit, qui suppurat & expurgato pure liberatur. Aliquando verò malignum vlcus subnascitur, quod maxillam vitiat, & ad vicinas mento partes nonnunquam foras proserpit. Id quæ fit magis, vbi sanies parte aliqua retinetur. Quod metuentes medici, molliri partes, scarificari, aperiri ferramento iubent, vt liberum exitum puri procurent. Et quod ad rem maximè pertineat, fons mali interdum à dente est, ex quo in vicinas partes deriuatur: nonnunquam dens à destillatione aut abscessu vicinæ partis corrumpitur. Sic ergo distingues. Siquidem abscessus gingiue est aut maxillæ, isque vitio dentis colligitur, corruptela dentis medella est, non quia dens corrumpitur, sed quia corruptus excidit. Nam vt in Aphorismis scripsit Hippocrates. *ἐπὶ σφακελῶ ἀπίσασις ὀσέων*, à corruptione abscessus osis. Hic autem *ἀπίσασις* de casu osis dicitur. Et vsus docet in rebellibus quibusdam viceribus & abscessibus gingiuarum, maxillarum, & vicinarum partium frustra remedia adhiberi videri, nisi

7. Aphor. 73

ceri, nisi prius dentem scaturiginem vitij eximas. At si non à dente primum malum est, non protinus soluetur, qui in gingiuis aut maxillis abscessus est corrupto dente: quanquam interdum iuuare potest, quia inde excidit, vel arte excluditur. Tum enim datur exitus puri, quod antea angustis concluderetur. Verum vt liberius pus effluat per loculum, quo dens tenebatur, percuranda maxilla & gingiue corruptela medicamentis, quæ id efficiant. Etenim sponte naturæ egerimè sanescit. Itaque non temerè pronuntiandum gingiuarum abscessum corrupto dente exolui.

## X IIII.

*A corrupto dente febris & delirium lethale. Quod si seruentur ægri, vlcera purulenta fiunt & ossa abscedent.*

**A** Corrupto dente rarè febris vehemens & delirium consequuntur. Quod si accidunt, vicinas denti partes contagio corrumpi oportet, & ea cõtatione pus colligi: quod quia concluditur, nervos lacefsit, dolorem mouet, halitu graui & putrido tum cor ipsum, tum cerebrum violat, ex quo febris & delirium. Ac mirum si non etiam conuellantur. Putredine ergo inualefcite omnia augeri par est, febrèmq; vehementem fieri, magisque perturbari mentem. Ac facile putrescunt partes oris, & quia calidæ & humidæ sunt, quæ carne constant. ossæ verò cauernosæ, spongiosæ, & aliis osibus fortasse magis humidæ, vt quæ contra quàm alia ossa corporis venas habeant, vt ait lib. *πρὸς σαρκῶν* Hippocrates, vt inde & maxilla & dentes nutriantur, & iustum incrementum suscipiant. Quod si arrodens pus viam sibi facit, & foras erumpit, vlcera quidem purulenta fiunt, & ossa corrupta squammas & testulas relinquent. Id quod voce *ἀπίσασις* significatur.

## X V.

*Quibus circa palatum humor consistit, ferè suppuratio sequitur.*

**O**s natura calidum & humidum calida humidâque expiratione affatum, vt putredini obnoxium est, ita suppurationi opportunum, vbi abscessus aliquem collegit, quod hoc loco *ἰσχυρὰ σύστασις* dixit. Quia tamen humor is resolui potest, *ὡς τὰ πικρὰ* addidit.

## X VI.

*Qui circa genas dolores vehementes fiunt, periculum interminantur, vt ne ossa abscedant.*

**G**ένος & maxilla est, & pars eius inferior quæ excarnis est. Est autem cauernosa & multis vasibus perua, multis quoque neruorum fibris conspergitur. Ea ergo parte dolor vehemens inflammatione fit: quæ si non discutitur suppuratione facit. Suppuratio cauernas illas osium subiens facillè corrumpit, vt omnia spongiosa & fungosa ossa celerius putrescunt. Hinc *ἀπέπλοσις*, qua voce *νέκρως* os, & velut fluctuans intelligit, vel quod corrupta subiecta carne defidet, vt *vacua* quædam cauitas se prodar.

## X VII.

*Labium contractum alui biliosa eruptionem significat.*

Semel



SEmel contigit videre labro contracto, deinde etiam aliis partibus, delirio in-  
 Stercepra febre, arque omnino maligna febre, cum fuisset iniectus elyfter, quē  
 æger tres horas continuit, biliosa percurriffe, vnde æger melius habuit. Ac ferē sa-  
 lutare est materiam sursum versus, deorsum reuocari, vbi viribus opus est, quæ  
 vel impetum decurrentis bilis sustineant, vel satis sint ferendis medicamentis &  
 inde purgationibus, quas ars naturæ imitatrix molietur. Non omittendum præ-  
 sagium è tremore labri inferioris, quo vel vomitio critica, vel conuulsio signifi-  
 catur. Antegressis signis salutaribus & criticis, siquidem die critico moueatur  
 tremor, vomitionem expectabis. Extra ea omnia conuulsio metuenda est, quod  
 nos, cum hæc scriberemus, in adolescente obseruauimus. Cæpit autumno ad æ-  
 quinoctiū primum labrum intremiscere, deinde in reliquis partibus *ασμοτρο-  
 μος*, à quibus expectabatur conuulsio, quæ remediis adhibitis prohibita est phre-  
 nitide graui, febre, tremore, & aliis casibus liberatus conualuit. In Charione præ-  
 cepsit tertio die labri inferioris tremor, & capitis, secutæ conuulsiones. Huic per-  
 petuò deiectiones biliosæ, pauca, meræ, conualuit. 2. libro *πρι κρισίων* aliter, *δκό-  
 σοι φη πη γλώσση παφλάζσι τιν γαλιών μη κρατέοντες, εαν τούτοι πώσωσι, εμπυοι  
 γίνονται*. Quicumque lingua offensant & incōtinentibus labris repetitum sermo-  
 nem præcipitant, siquidem ea conquiescent, purulenti fiunt. Labiorum *ακρατίη*  
 tremulam motionem ostendit. *παφλάζην* autem de iis dicitur, qui interruptum  
 sermonem præcipitant, atque idem sæpius reuocare coguntur. *παφλάζσι* (in-  
 quit Galenus) *ὄνομα δὲ πεπίνικε εἰς ἡλίοντας, καὶ ἐπαναλαβόντας φη τῶν δὲ ἀλέ-  
 γεδα, δηλώσαι βολόμεν*. Vt enim articulatio absoluatur, firma conduci labra  
 ac deduci liberè necesse est. Vulgus annocat velut criticū labiorum vlcera. Mul-  
 tis reuera inclinatione tertianæ, aliquando quoque acutæ febris saluari præfagio  
 os, lingua, labra, exulcerantur. Sed huic signo non ita fidendum est. Non enim  
 abscessu materiæ id fit perpetuò, sed aliquando febris malignitate, vt in Hermo-  
 tolemy vxore δὲ σώμα ὄλον, καὶ χέλευα περιηλωμένα, καὶ φηρά. obiit illa.

XVIII.

*Sanguis sapius è gingiuis effluens ab aluo liquida lethale.*

Nihil habet commune fluor sanguinis è gingiuis cum aluo liquida. Est au-  
 tem verisimile vidisse ægrum cum vlcere in maxillis, cui ab exoluta aluo  
 sanguis eruperit è gingiuis, quomodo ex vlceribus aliquando contingit acrimo-  
 nia puris corrosa vena. Et nos vidimus è loculo dentis longo tempore sangui-  
 nem profluxisse, qui nullis remediis celsit, ægrumque tandem sustulit. Multæ  
 enim insignesque venæ maxillarum cauis inseruntur, quæ si arrodantur, sangui-  
 nem reddunt, qui ægrè supprimatur: multò magis, si vas corrosusum latitat, neque  
 sub oculos venit. *αἰμαῖα* dixit, quia sapius & interuallis recurrit. Si ergo vnà  
 cum soluta aluo virtus exoluatur, & accedat noua iniuria viribus ex vacuatione  
 sanguinis, lethale esse potest.

XIX.

*Sputa repurgata in febre liuida, nigra, & bile tincta, siquidem  
supprimuntur, malo sunt: si verò iusta ratione exeat, vtile.*

**A**ναξίμειες & ἀρχιμειες generalius quidē αὐτὰς κατὰ τὴν φύσιν, ἢ δὲ φέρωνται, ἢ  
 δὲ τραχέως ἀρτηρίας: vel, vt alij, ἀρτηριώματα. Peculiariter vbi crassa viscidâq;  
 pituita extremæ arteriæ & faucibus hærens resistit, & dum enitur excludere na-  
 tura, scretu edit. Vox enim factitia est ab obstrepero sono & aspero, qui fit, dum  
 vi quadam expurgatur. Hoc loco *ἀναξίμειαν κατὰ τὴν φύσιν* intelligit.  
*ἐν πυρεθῶ*, in febre non intermittente, vt in Aphorismis. Atque in febre duplex  
 scretus. Alter frequens, sed inanis, quia inde nihil excluditur, imminētis phre-  
 nitidis

nitidis argumento, si quod aliud signorum phrenitidis accesserit, de quo alio loco.  
 Est aliquando, vbi non inanis quidem est scretus, sed multa excernit, quæ vtrum  
 saluti esse debeant an exitio, distinguendum. Hic quæ specie mala sunt, retineri  
 & nõ expurgari liuida, nigra, & bile tincta, rectè iudicat malo esse. Expurgari ve-  
 rò nondum salutaria, nisi *ἢ λόγῳ* iusta ratione, hoc est, facili, cocto morbo, vi-  
 ctrice natura, firmis viribus, vt inde æger omnia multo quàm ante, leuius ferat,  
 quod *ἀρχιμειῶσαι καλῶς* dixit in Aph. Quæ ratio in deiectionibus & vrinis seruan-  
 da est, vt voluit Hippocrates. Vacuationes enim non specie & colore æstimandæ,  
 sed quia nulla vel iusta ratione vacuentur. Vrinæ enim nigras videas & lethales  
 & salutaris, quæ tamen specie malæ sunt. Nigra verò & bile tincta, non ita exi-  
 stimanda sunt, quia meraca bilis altera vacuetur nigra, aut flaua: sed quia inde  
 sputa intinguntur. Omnis enim meraca excretio cruda est, & perniciem indi-  
 cat Hippocrati.

XX.

*Quibus saluginosa sputa, & tussis supprimuntur, his corpus  
erubescit, quasi extantibus papulis. At ante mortem exasperatur.*

**Q**uod scripsit in Epidem. *ἢ ἀλμυρὰ σάρκες γχομογία πδισώσι* *σημείον*,  
 duplicem rationem habet. Salugo enim linguæ percipitur & quia reuera,  
 quæ gustantur, salsa sunt: & quia imbibita lingua pituita salsa eluditur, vt vel quæ  
 dulcia sunt, salsa appareant. Hic vtrunque esse potest. Nam & distillatione salcæ pi-  
 tuitæ salsa sputa esse possunt, quia videlicet & hæc salsa sunt, & lingua imbuta sal-  
 sugine. Sputa salsa quidē esse possunt, quia reuera sunt salsa. Id autē, quia eiusmodi  
 pituita è cerebro defluat, vel quia è vetriculo, vel pulmonibus in os recurrit. Ge-  
 neratio autem eiusmodi pituitæ è calore est. Nimis enim concalfactum dulce in  
 salsum transit. Altero quoque modo quod lingua salsa pituita imbibita efficit, vt  
 quæ dulcia sunt, salsa appareant. Idque efficit salsa pituita, vel ex dictis partibus  
 in linguam incidens, vel quia vniuersum corpus eo genere humoris redundat.  
 Quale est quod in Epidem. scripsit, *ἢ ἀλμυρὰ σάρκες γχομογία πδισώσι* *ση-  
 μείον*. Potest interdum vtrunque concurrere. Hic distillatio videtur antecessisse,  
 quia vel è cerebro salsa in pulmones defluxit, vel in pulmonibus concalfactam  
 saluginem traxit. Suppressa ergo tussis vel quia distillatio conquieuit, vel quia  
 crassior pituita iam non excluditur. Nam natura infirma est. Aliquando diutius  
 cohibita in pulmonibus lapidescit. Vtrunque esse potest. Natura ergo aliò con-  
 uerfa è medio corpore, quantum potest, vitium excludit in cutem: sed quia ma-  
 teria crassior est, exhalare non potest, & in cute subsistit, vnde color immutatur.  
*χρῶς* autem & *χρόν* Hippocrati & color & corpus. Ergo hoc loco & corpus, & co-  
 lor intelligi potest. Nam à pituita salsa exhalatio crassa, calida, & mordax colo-  
 rem in facie præcipuè permutare potest, & exclusa in cutem papulas rubras com-  
 mouet, qualia *ἐξανθημάτια*, efflorescentes papulæ, in cute pruriginis, ex quibus ru-  
 bens scabies, & ex iis scabricsies. Nam omnis pruritus & inde papulæ à pituita  
 salsa commouentur, accedente cutis densitate. Est autem ea pituita à calore cras-  
 sior. Et quemadmodum vlcera vincente natura, vbi ea sanescunt & victa exare-  
 scunt, ita papulæ. Hic autem natura victa contrahuntur & scabricsiem ducunt.  
 Sed victrice natura color viuudus, victa, liuidus, pallidus aut niger inest vlceribus,  
 & aliis signis mors aut salus diiudicatur.

XXI.

*Scretatio frequens siquidem aliquod aliorum signorum accesserit,  
phrenitidem denunciat.*

A A A a

**S**Creatum sine spuro inde excluso sapius obseruauimus in signis, quæ phreni-  
tidem & antecedunt & comitatur. Habet autem communem hanc rationem.  
Omnis motus, qui ab arbitrio est, vitiosus læsum cerebrum ostēdit. Alius quidem  
ea parte, qua mouet, vt tremor, cōuulsio. Alius autem qua iudicat, vt gesticulatio  
manuum, spectra falsa, screatus. Verum quia is locus fallax esse potest, alia signa  
coniungenda putat. Fallax quidem: nam & à distillatione fauces irritate, & à ma-  
teria è pulmonibus in arteriam & fauces exclusa, illiq; hærente & impacta screa-  
tus esse potest. Potest quoque vacillante iam, aut commota mente. Alia verò si-  
gna sunt gesticulatio manuum, micantes, fixi, exerti, instabiles oculi, turbulentæ  
vigilia, aliæque plurima, quæ aliis locis huius operis scripta inuenias. Idem scri-  
psit author Prorrh. nisi quod absurdè non φρενικόν, sed φρενικὰ plurali nu-  
mero scripsit.

XXII.

*Qui cum exolutione muti fiunt, pessimè habent.*

**E**κλυσιw dicit Hippocrates interdum quidem de subita virium exolutione,  
quomodo in Aphor. vbi vomica subitò erūpit, pus aut aqua febris & inuictis  
derepentè effluit. Nunquam verò, vbi paulatim attritæ vires exoluntur, vt hoc  
loco. Nam quod in alia sententia scripsit, προεξιδωσάντων, hic μετὰ ἐκλύσει. Est  
autem cōmunis ratio. Omnes casus grauiores, qui prius exolutis viribus su-  
perueniunt, lethales esse. Nam si phrenitis, mutitas, difficilior spiratio, vehemens  
vacuatio, & alia, nondum attritis viribus periculosa sunt: multò maximum pericu-  
lum denunciant virtute fracta atque labescente. Ac vocis interceptio in grauiori-  
bus casibus censetur. Si ergo exolutis viribus, fatiscēte vitali potestate, exhalante  
spiritu, pulsu paruo, languido, obscuro, vox interceptitur, κακιστόν. Etenim potestas,  
quæ à cerebro defluit, vnà cum vitali in cōmune exitium trahitur. Vi enim vir-  
tutis, quæ arbitrio mouet, opus est. Scripta hæc sententia duobus locis Prorrh.  
& in hoc opere postea repetitur. Alteram Prorrh. sententiam hic author separa-  
uit: alteram integram retinuit. Prior habet hoc modo, αὐτὴ μετὰ ἐκλύσει ἀφωνία  
κακιστόν, ἢ ἀφωνία πνεύμα, εἰς τοῖσι πνιγομένοισι, πρόχειρον, πονηρόν, ἀραγε ἢ πα-  
ρακρηστικόν τὸ τοῦτον. Verum melius fuerit in duas sentētiās diuidere, & ex Ga-  
leni commentar. faciliè intelligas, initium sententiæ ἢ ἀφωνία πνεύμα, &c. reli-  
quum verò αὐτὴ μετὰ ἐκλύσει. esse relinquendum, quia postea in eodem opere  
scribitur, addita voce καθή.

XXIII.

*Feroces in breue tempus desipientia mala, & in ferinas  
transseunt.*

**E**n̄ ἄλιγον & ἀπὸ πλὴν ex aduerso posita sunt. Hoc enim de iis, quæ diutius  
perseuerant: illud de iis, quæ breuius pronunciat. Pone ergo acutam fe-  
brem, cui in vigore delirium simplex familiare est. Si verò præter familiare deli-  
rium temporaria quædam ferocitas accedat, illud quidem acutæ febris, hanc au-  
tem latenti phrenitidi attribues, quæ etiam si paulò post desinat, ferinam tamen de-  
mentiam postea portendat. Sunt qui ἐπὶ ἄλιγον interpretantur ἐπὶ πᾶν, quia fero-  
citas illa leuis sit, non breuis. Et in Prorrh. quibusdam exemplis additur fini sen-  
tentiæ καὶ μόνῃ ἐπὶ ἄλιγον χρόνον γήρονται, etsi solùm in breue tempus se pro-  
dant. At omnino ferox delirium siue leue sit, siue breue, suspectum esse debet, cui  
postea ferina dementia subsequatur. Est autem ferina, quæ θνητὸς, quum ægri  
nequeunt contineri, sed feriunt, mordent, calcitrant, exclamant, quòsque amicos  
habent domesticos & familiares, velut coniuratos hostes violant & omni genere  
contumeliæ persequuntur.

XXIIII.

XXIII.

*Quibus in febre vox deficit, sine iudicio tremuli moriuntur.*

**Π**υρετὸν pro ea accensione, in quam perturbatio critica incidit, vsurpare par-  
esti: quomodo & περιευσμόν aliquot locis intellexit. In dubio ergo & anci-  
piti certamine vbi modò pro morbo, modò pro natura declinat victoria, non so-  
lùm vocis defectio, & alij quoque grauiores casus incidunt. Vox autem intercepti-  
tur laborante cerebro, & ex eo musculis, qui flatuum materiam vocis excludunt  
& laryngem mouent. Laeso ergo neruorum principio, & ab eo certamine nulla  
commota vacatione, vel abscessu, quod verbo μετ' ἀκροσίας significat, moribun-  
do ægro ea eduntur signa, quæ à potestate magis laborante prodeant, qualis mu-  
titas, tremor, & quæ tremorem ferè sequitur conuulsio.

XXV.

*In febre vocis interceptio & subinde rediens conuulsio vehe-  
mentem insaniam, quæ sit cum silentio, ac denique mortem de-  
nunciant.*

**C**oitus hæc vigentis est melancholiæ & atræ bilis. Vbi enim inde natæ sunt acu-  
tæ febres, taciturnitas magis, quàm loquacitas esse consuevit. Itaque ἀφωνία  
non tā violatis vocalibus instrumentis, quàm offensione cerebri incidit. Crafsior  
enim sanguis venas interceptit, vt in ea, quam ἀπόληψιν ἢ φλέβων appellant, &  
vocata catalepsi. Atque is humor quia putrescit & acrimoniam contrahit resudat-  
que è venis, neruosa corpora, quæ plurima sunt in cerebro, percellit & mordicat.  
Quod quum accidit, conuellitur æger. αἰσώδεια πρόπην dicit, quum ab initio  
vel non multò post cæpta conuulsio sapius & definit & repetit. Itaq; inualefcēte  
putredine, & inde nigra fuligine mens vehementius commouetur & variis rerum  
formis spectrisque perterretur, ac breuiter vehemēs insaniam fit, quam ἐκσισίη ap-  
pellare solet. Ea autem neque vociferatione, neque absurdis & crudelibus sermo-  
nibus arguitur, sed oculis, quales esse solent perterritis alienis motionibus cor-  
poris præter voluntatem, & citra sensum profusus excrementis aliisque id genus,  
quæ aliquot locis huius operis describuntur. Præterea σιγή addit, hoc est cum si-  
lentio, quanquam alij λεληθότως, καὶ ἀδύλωσ interpretantur, & voci ἰλιθίου  
coniungunt, quia velut latenter, nec quid tale tum expectantibus domesticis  
ægtos interire.

XXVI.

*Vocis interceptio è dolore diutius trahere animam ad interi-  
tum cogit.*

**Π**ονον dicit morbū, cui dolor coniunctus est, qualis est conuulsio cuius pro-  
xime meminit. Si ergo inde vox interceptitur, nō tam è dolore, quàm alia de  
causa id accidit. Videmus enim atrocissimos dolores capitis, coli, renum, articulo-  
rum, à quibus vix vnquam vox deficit. Verum præ vociferatione rauescūt ægri,  
& exolutione spiritus vox obscura & infirma euadit. Quæ si in totum exoluitur,  
mors in breui potius expectari debet, quàm quod δουδανασίον dicit. Est autem  
δουδανασίον, quum vel tardius moriuntur ægri & diutius animam eluctantur, vel  
quum in sanis doloribus vitam trahunt & intereunt.

XXVII.

*Quæ cum exolutione catoche fiunt, & voces interceptæ lethales.*

IN Prorrh. non κατόχως, sed καθή. Hæc autem sententia prius exposita.

*Effractæ voces à medicamento nõnne malo sunt? Horum plurimi desudant, & ab alio perturbantur.*

**E**ffractas vires Latini accifas & admodum imbecillas vocant imitatione Græcorum, qui κατὰ κλάματα infirma omnia intelligūt. Quæ ratione nunc κατὰ κλάματα φωνὰι vsque adeo languidæ & obscuræ, vt vix exaudiantur & subinde intercitant. In fullone phrenitico φωνὴ κεκλασμένη, ἢ φῆς δέ, effracta vox, sed quæ intelligeretur, vt in Nicoxeno, φωνὴ κεκλασμένη ἔργον ἀπ᾽ ὄσσειας φῆς δέ vox, effracta, quæ exaudiretur quidem, sed agrè. Iam obscura, vt vix exaudiat, damnari debet. In anginosa muliere ἀσφῆς ἢ φωνὴ, hæc autè omnia praua iudicanda sunt, quæ non solum imbecillitatem mouentis potestatis, sed instrumentorum, quæ materiam vocis excludunt & hanc efformant. Materiam quoque inopia id accidit, quomodo in follibus muscis. Vbi enim vel imbecillus folles distendit aut contrahit, qui mouet, aut parcius spiritus est, qui trahitur & excluditur, obscurior sonus est & aliquando interrumpitur. Sed cur à medicamento, quum & vi morbi esse possit? Sed illud minus periculosum, propterea ἡρὰ πονηρόν. Oportet igitur iis exolutas esse vires, quibus ἐπίθροσις leuis tenuisque sudor. Neque enim hoc loco à copia esse potest, cum antecesserit immoderata vacuatio à medicamento, eaque perfecterit. ὑπερβάθροσι enim intelligit, quum dicat κοιλίας καθυγραίνεσθαι. Ac nisi potu, cibo, somno, & quiete, aliisque auxiliis vires recreentur, metus est vt ne omnino vires concidant, & agri moriantur.

## XXIX.

*Intercepta voce spiritus veluti iis, qui suffocantur, commotis sursum scoptulis efflatus prauus. An non etiam delirium portendit?*

**I**n hoc opere ab illa diuisa est. Quod autem πνῆμα πρόχειρον dicit, in Balis filio πρὸσχῆρον πνῆμα appellauit: in anginosa muliere μετέωρον, quale plurimis esse solet appetente interitu. Aristocrati moribundo πνεῦμα ἐμῆσθησεν. At quod genus respirationis ita appelletur, satis indicat quum subiicit, οἶον πνιγομεθοισι, qualis iis, qui suffocantur. Thorax superior & scapulae attolluntur, narium pinnæ dehiscunt, inflantur buccæ, quomodo Hippia forori, de cuius respiratione ita scribit, ἐμφυσῶντες ἐς γνάθους, ἢ χεῖρας, ἢ καθ᾽ ὑδονίτες. Nam quibusdam dormientibus accidit, vt inflatis buccis respirent. Eadem respiratio in iis, qui diutius cucurrerunt. Φωνὴ ἀμυνοῦ quoque Hippocrati. dixit, quod μὴ φαινομένην opponitur, vt πρόχειρον ἀσπικρυμμένην ἀσφῆς & ἀσθῆς latent, obscuro, & vix apparere. Est autem violenta ea respiratio, fierique solet anginosis, pulmonariis, & purulentis, vbi suffocantur. Et extra febres orthopnoicis, & asthmaticis. Fit autem & viarum angustia, qua it reditque spiritus, & incitato vsu, vbi inferioribus musculis parum valentibus excitantur quoque superiores, & qui in thorace è collo adducuntur. Imbecillitas quoque virium eam cogit. Læso ergo neruorum principio spiritus paruus, frequens, & violentus, qualis est πρόχειρον πνεῦμα. Vox quoque resoluta esse potest, quanquam vel solis instrumentis vocalibus & spiritalibus læsis, & ἀφωνία & πρόχειρον πνεῦμα esse potuit inflammatis, pressis angustia, vsu, atque necessitate euntis redeuntisque spiritus musculos excitare, sed iis imbecillis, vt ad respirationem diaphragma, abdomen & laterum musculi minus valeant, atque ita quasi subsidio accedant superiores, & qui è collo in thoracem procedunt. Atque vbi hæc coeunt, cohibita vox, & sublimis spiratio, periculum est vt ne in breui suffocetur æger. Delirium verò ambigè sequitur, vnde ἡρὰ vox addita.

## XXX.

*Vocis interceptiones è capitis dolore, siquidem cum sudore agri febricitant,*

*febricitant, & illa modo remittant, modò ad agros redeant, diuturnum morbum ostendunt.*

**O**bscurè scripta est oratio genere commutato, vt vix intelligas an de agris, nec vna ratione conscripta sit sententia. Adde quòd ἐπερροῖ illa sunt, frigidaque materia. Hinc igitur capitis dolor, ex quo læsis vocalibus instrumentis ἀφωνία. Sudores autem non qui vi naturæ, sed morbi & copia vrgente extringantur. πυρετῶδες autem dici videntur, quomodo φεικώδες, λυγρώδες, ἰσθώδες, κομωτῶδες, aliæque id genus de iis, qui non perpetuò quidem, sed ab initio morbi, aut non multò post subinde febricitant, horrent, singultiunt, sudant, & in somnum deducuntur: vt videlicet materia mouetur, aut quiescit, vnde ea omnia excitantur. χαλδῆςα verò & cætera eadem ratione. Vt enim materia putrescit & agitur, ita capitis dolor & alia redeunt. Diuturna verò omnia ex materia, quæ multa cruda & frigida est, conditione. Atque vbi materia putredine acrior, calidior, & tenuior euasit, tum non frigus & horror, sed rigor subinde incidit, quæ concussio exclusionem expurgationemque materiae magis promouet, quod certe malum non esse scribit. ἐπερροῖ γένηται interdum dicit in morbis, quibus aut febres sæpius, aut recidiant cum vigore accidunt.

## XXXI.

*Quæ cum vocis interceptione vehementes insania sunt, lethales.*

H A E C sententia prius exposita. Sunt qui συστῆσις malè legant.

## XXXII.

*Subinde rigentibus intercepta vox lethale: iis verò moderatus capitis dolor est.*

**E**περροῖ γένηται dicit, vel qui subinde rigent, vel quibus recidua fit cum rigore. Initio acutæ febris multis rigor fit, qui postea non redeat, nisi aliqua ex parte soluto morbo: post dies aliquot recurrit rigor & febris succensit reliquiis febris, & inde nata recidua. Rigere verò sæpius in febribus acutis inæqualis & perturbatæ morionis febrilis materiae signum est. Ceterum vocis interceptio omnino damnanda siue sæpius recurrentes rigores, siue semel in recidua motos insequatur. Nam etiam si nullus antecesserit rigor, vocem intercepti perpetuò malo est. Eiusdem rationis est capitis dolor, qui grauis admodum & vehemens esse potest imminente vocis priuatione, vt aliquando contingit in apoplexiis & epilepsiis. Potest & moderatus esse & multus. Censenda ergo hæc sententia in iis, quæ sola obseruatione particulari constant, non verò ratione roborantur.

## XXXIII.

*In acuta febre vocis interceptiones cum virium exolutione non sudanti quidem lethales sunt: minus verò subest periculi, vbi exudat æger. Sed hinc longitudo morbi ostenditur.*

**S**iquidem in acuta febre virium exolutio est dissoluto spiritu & calore, voxque interceptiatur, sudet aut non sudet æger, omnino lethale est. Si verò copia premente minus lethale est. Atqui in copia magis accidit, vt subinde exudent ægri, & quasi proiectis viribus decumbant, diutiusque febricitent. Quòd si vsque adeo

Effracta voces à medicamento nonne malo sunt? Horum plurimi desudant, & ab alio perturbantur.

Effraetas vires Latiniaccifas & admodum imbecillas vocant imitatione Graecorum, qui καϊακλωμλα infirma omnia intelligūt. Qua ratione nunc καϊακλωμλα φωναι vsqueadeo languidæ & obscuræ, vt vix exaudiantur & subinde intercidant. In fullone phrenitico φωνή κεκλασμένη, & φής δέ, effracta vox, sed que intelligeretur, vt in Nicoxeno, φωνή κεκλασμένη έργον ἀκείσασα, σαφής δέ vox, effracta, quæ exaudiretur quidem, sed agrè. Iam obscura, vt vix exaudiat, damnari debet. In anginosa muliere ἀρεφής ή φωνή, hæc autè omnia praua iudicanda sunt, quæ non solum imbecillitatem mouentis potestatis, sed in instrumentorum, quæ materiam vocis excludunt & hanc efformāt. Materix quoque inopia id accidit, quomodo in follibus musicis. Vbi enim vel imbecillius folles distendit aut cōtrahit, qui mouet, aut parcius spiritus est, qui trahitur & excluditur, obscurior sonus est & aliquando interruptitur. Sed cur à medicamēto, quum & vi morbi esse possit? Sed illud minus periculosum, propterea ήρα πονηρόν. Oportet igitur iis exolutas esse vires, quibus ἐφιδρωσις leuis tenuisque sudor. Neque enim hoc loco à copia esse potest, cum antecesserit immoderata vacuatio à medicamento, eaque perueret. ὑπεράδραση enim intelligit, quū dicat κολίας καθυγραίνεσθαι. Ac nisi potu, cibo, somno, & quiete, aliisque auxiliis vires recreentur, metus est vt ne omnino vires concidant, & ægri moriantur.

XXIX.

Intercepta voce spiritus veluti iis, qui suffocantur, commotis sursum scopiulis efflatus prauus. An non etiam delirium portendit?

IN Prorrh. hæc sententia connectitur alteri, αἰ μετ' ἐκλύσει ἀφανίει κακιστόν. In hoc opere ab illa diuisa est. Quod autem πνύμα πρόχειρον dicit, in Balis filio πρὸς χείρο πνύμα appellauit: in anginosa muliere μέλωρον, quale plurimis esse solet appetente interitu. Aristocrati moribundo πνεύμα ἐμείσσειζέδ. At quod genus respirationis ita appelletur, satis indicat quum subiicit, οἶον πνιγομένοισι, qualis iis, qui suffocantur. Thorax superior & scapulæ attolluntur, narium pinnæ dehiscunt, inflatur buccæ, quomodo Hippia forori, de cuius respiratione ita scribit, ἐμφυσῶσθε ἐς γνάθος, ἢ χεῖλα, ὡς οἱ καθ' ἐυδονίης. Nam quibusdam dormientibus accidit, vt inflatis buccis respirent. Eadem respiratio in iis, qui diutius cucurrerunt. Φαινόμενον quoque Hippocrat. dixit, quod μὴ φαινόμενον opponitur, vt πρόχειρον ἀρκεκρυμμένον ἀρεφής & ἀσίμω latent, obscuro, & vix apparere. Est autem violenta ea respiratio, fierique solet anginosis, pulmonariis, & purulentis, vbi suffocantur. Et extra febres orthopnoicis, & asthmaticis. Fit autem & viarum angustia, qua it reditque spiritus, & incitato vsu, vbi inferioribus musculis parum valentibus excitantur quoque superiores, & qui in thorace è collo adducuntur. Imbecillitas quoque virium eam cogit. Læso ergo neruorū principio spiritus paruus, frequēs, & violentus, qualis est πρόχειρον πνύμα. Vox quoque resoluta esse potest, quanquā vel solis instrumentis vocalibus & spiritalibus læsis, & ἀφωνία & πρόχειρον πνύμα esse potuit inflammatis, pressis angustia, vsu, atque necessitate euntis redeuntisque spiritus musculos excitare, sed iis imbecillis, vt ad respirationem diaphragma, abdominis & laterum musculi minus valeant, atque ita quasi subsidio accedant superiores, & qui è collo in thoracem procedunt. Atque vbi hæc coetiv, cohibita vox, & sublimis spiratio, periculum est vt ne in breui suffocetur æger. Delirium verò ambigüe sequitur, vnde ήρα vox addita.

XXX.

Vocis interceptiones è capitis dolore, siquidem cum sudore ægri febricitant,

febricitant, & illa modo remittant, modo ad agros redeant, diuturnum morbum ostendunt.

Obscure scripta est oratio genere commutato, vt vix intelligas an de ægris, an de accidentibus conscripta sit sententia. Adde quòd ἐπιφορηή illa sunt, nec vna ratione continentur. Ergo statuendus æger, cui caput oppletur cruda frigidaque materia. Hinc igitur capitis dolor, ex quo læsis vocalibus instrumentis ἀφωνία. Sudores autem non qui vi naturæ, sed morbi & copia vrgente extringantur. πυρετῶδες autem dici videntur, quomodo φεικώδες, λυγρώδες, ἐδρωάδες, κωματώδες, aliàque id genus de iis, qui non perpetuò quidem, sed ab initio morbi, aut non multò post subinde febricitant, horrent, singultiunt, sudant, & in somnum deducuntur: vt videlicet materia mouetur, aut quiescit, vnde ea omnia excitantur. χαλδήα verò & cætera eadem ratione. Vt enim materia putrescit & agitur, ita capitis dolor & alia redeunt. Diuturna verò omnia ex materia, quæ multa cruda & frigida est, conditione. Atque vbi materia putredine acrior, calidior, & tenuior euasit, tum non frigus & horror, sed rigor subinde incidit, quæ concussio exclusionem expurgationemque materiae magis promouet, quod certe malum non esse scribit. ἐπιφύγιος interdum dicit in morbis, quibus aut febres sapius, aut recidiuæ cum vigore accidunt.

XXXI.

Quæ cum vocis interceptione vehementes insania sunt, lethales.

H A E C sententia prius exposita. Sunt qui συστονίς malè legant.

XXXII.

Subinde rigentibus intercepta vox lethale: iis verò moderatus capitis dolor est.

Επιφύγιος dicit, vel qui subinde rigent, vel quibus recidiua fit cum rigore. Initio acutæ febris multus rigor fit, qui postea non redeat, nisi aliqua ex parte soluto morbo: post dies aliquot recurat rigor & febris succensis reliquiis febris, & inde nata recidiua. Rigere verò sapius in febribus acutis inæqualis & perurbatæ motionis febrilis materiae signū est. Ceterum vocis interceptione omnino damnanda siue sapius recurrentes rigores, siue semel in recidiua motos insequatur. Nam etiamsi nullus antecesserit rigor, vocem intercipi perpetuò malo est. Eiusdem rationis est capitis dolor, qui grauis admodum & vehemens esse potest imminente vocis priuatione, vt aliquando contingit in apoplexiis & epilepsiis. Potest & moderatus esse & multus. Censenda ergo hæc sententia in iis, quæ sola obseruatione particulari constant, non verò ratione robórantur.

XXXIII.

In acuta febre vocis interceptiones cum virium exolutione non sudanti quidem lethales sunt: minus verò subest periculi, ubi exudat æger. Sed hinc longitudo morbi ostenditur.

Siquidem in acuta febre virium exolutio est dissolutio spiritu & calore, voxque intercipiatur, sudet aut non sudet æger, omnino lethale est. Si verò copia premente minus lethale est. Atqui in copia magis accidit, vt subinde exudent ægri, & quasi proiectis viribus decumbant, diutiùsque febricitent. Quòd si vsqueadeo

præ copia premitur natura, vt nihil exputgetur, suffocantur calor & spiritus, vnde vita prius extinguitur, quàm materia vel vacuetur, vel maturetur. Itaq; hæc sententia locum habeat in acuta febre, quam multa materia cruda & frigida gignat. ἀφωνίας autem plurali numero dicere videtur, quæ sæpius incidant.

ἴσως δὲ καὶ οἱ ἐν ἐπιπροφῆς παθόντες τὶ πικρὸν ἀσφαλέσσοι. Fortasse longissimè absunt à periculo, qui aliquid eiusmodi è recidiua patiuntur.

Recidiuæ à reliquiis morbi cômouentur. Itaque priore morbo natura ita valet vt vim & copiam materiæ sustinuerit, atque adeo partem, vt verisimile est, vacauerit. Quod verò reliquum fecit, mouit recidiuam. Sed illud cum maximè urgeat in cerebro, ἀφωνία, & fortasse exolurio virium est. Vita autem non alia re laborat, quàm quòd calor & spiritus parùm liberè diffuant. Exudant ægri, siquidem ἀσφαλέσσοι esse debeant, non exhalante vita, sed materia morbi paulatim & interuallis in sudorem exeunte. Atque æquum est naturam, quæ maiore periculo, maiori vi & copiæ humorum restitit. Iam in recidiua depleta parte vitij posse securius resistere.

Ὀλετηριότητα δὲ τῶν τοιούτων οἷσι τὰ ἐκ γίνωρ καὶ οἷσι κοιλάει καθυγραίνονται. At in summo periculo sunt, quibus è naribus sanguis effluit, & quibus alui exoluuntur.

Quomodo acutissimæ febres hamorrhagia, exturbata aluo, aliisque id genus subitis longisque vacationibus iudicantur, ita longiores concoctione magis & abscessu desinunt. Itaque si vi morbi, non naturæ impetu, sanguis effluit, aut venter exoluitur, longitudinè morbi iam accisis viribus, & calore languescente, summum periculum ægro denunciatur. Neque vacationè illam infirmæ vires sustinent, quam quia morbus excitat, inde celerius virtus corporis concidit. Videre est enim nondum affectis viribus, initio morbi, vacationes illas motas à morbo, crudo etiamdum vitio & principio febris vires minuere: quantò magis iam longius progressa febre? τὰ ἐκ γίνωρ fortasse, quia subinde & parcius, vel quia stillat quidem. Quòd si etiam effluat, omnia periculosa. Vox καθυγραίνονται sæpius exposita.

XXXIIII.

*Acuta vox est lugubris, atque oculorum obscuratio conuulsionem accersit. Laboribus autem ad inferiora versis fit, vt ægri facile ferant.*

Quid ἀφωφόντι, quid vox κλυθμώδης, quid ἀμείρωσις, prius expositum. Omnia malè affecti cerebri inditia, ex quo conuulsio quidem consequatur, nisi naturæ beneficio deorsum exturbata morbi materia æger iniuriis illis liberetur, & grauioribus casibus in leuioribus commutatis melius, quàm ante & iam minore periculo morbum sustineat. Id autem vt interdum accidat, neque tamen vel necessarium est, vel vt plurimum expectandum.

XXXV.

*Cum voce tremula temerè soluta aluius perturbatione quidem diutius trahente mortiferum est.*

Vox tremula imbecillitate vocalium musculorum, infirma iam mouete potestate fieri solet, vt inæqualiter & cum trepidatione quadam tráscurrat spiritus. Interdum conuulsio quædam neruorum vocalium, vnde hi breuioribus & astrictiores euadunt, neque facile consequuntur naturam, quæ mouet. Omnia periculosa, siquidem vi acuti morbi commouentur. Accessio mali fit, si præter rationem aluius exoluitur. Vires enim inde plurimum deiciuntur. ἀσφαλδῶς nullis salutaribus

salutaribus signis editis & ἀκρίτως. Atque hæc, vt cætera omnia, quæ mala sunt, quo diutius persistant, eò magis labefactant vires, & certius periculum denunciant.

XXXVI.

*Frequentes vocis interceptiones cum quadam in soporem inclinatione tabidum quid significant.*

Malè congruit voci ἀποκρίσεις, sed ita naturam rerum sæpe conturbat. Alterum ergo horum ponendum est. Aut pulmonibus pituita plenis cerebri repleti, quia inde vapor & halitus perpetuò exhalent: aut pleniore primùm cerebro fusam materiam in pulmones delabi. Ex utroque enim ἀποκρίσεις. Læsis inde vocalibus instrumentis vocis defectio, quæ eò sæpius deficit, quò frequentius materia vocalia instrumenta occupat. At φθινώδεια vel vlceratis pulmonibus, vel, quod aliquando contingit, marcescentibus sine vlcere. Vlcus gignit acris iam materia, vel quæ putredine acrimoniam contrahit. Marcescit pulmo, vt aliquando exuccus & præ siccitate corrugatus videatur. Id autem intemperie, infirmitate, & inopia alimenti. Hæc autem particularis & ex obseruatione scripta sententia.

XXXVII.

*Spiritus frequens est paruum inflammationem est laborem in partibus principibus significat.*

Πνεύμα variè vsurpauit Hippocrates. Nam & spiritum illum, qui interior est corpori, & in venas, arterias, inanésq; corporis partes diffluit, atque perpetua consuetudine cum externo aëre vitam fouet, πνεύμα appellat libro πρὸ φροσῶν: quamquam interiorem spiritum & exteriorem, quem aërem dicimus, hac vna voce interdum complectitur. Spiritus quoque, vbi crassior euasit, πνεύμα est, quod φύσιν peculiariter appellant. Ex quo & πνευματία, ἐμφύσημα, & πνευμάδεις, φροσῶδης, qui videlicet parte aliqua collectis flatibus laborant. Sed hæc quoque ad difficilem spiritum referuntur. Nam & πνευμάσμωνες, qui difficilius trahunt spiritum, eòque indigent, vocauit Hippocrates. In Epidemiis aliquando πνεύμα scribit in eo genere respirationis, qui frequentior est. Galenus in expositione vocum Hippocratis, πνευμάδης (inquit) ὅτι ἐμπνευσμένη, καὶ ἰσπνυσε. λέγει γὰρ πλάκεις, καὶ αὐτὸν τῆ δύσπνοιαν πνεύμα. Sed & πνεύμα ἀσπνυσε respirationem communiter dictam ab Hippocrate ex Prognostico notum esse potest. Quare autem sit πνεύμα, quod hoc loco πνεύμω dicit, Galenus describit, ὅτι πνευμοίτερον ἐπὶ τῶν δυνάμεων ἐσπνυσε ἀπὸ τῆς προτέρας ἡκισσι, quando à priore inspiratione ad insequentem citius properat. Quod respirandi genus, vbi virget, magis in asthmaticis, anhelosis, & erecta ceruice spirantibus conspicias, πνευμοπνευμάστω dixit vna voce Agefion puellam Hippocrates. Accedit paruitas contractis nec liberè sese explicantibus instrumentis, vnde thorax ad suos motus extenditur. Hæc ergo vbi coeunt, inflammatio & iniuria quædam in principibus partibus significatur. Inflammatio quidem à posteritate medicorum appellata φλεγμονή, quæ cum tumore est, vel erysipelas. Nam vbi calor vehemens est sine tumore & alia iniuria, magnus est & frequens spiritus, nisi accesserit virium infirmitas. πόνος autem βλαβή & καισπάθεια, mala quædam affectio & iniuria partium, qualis imbecillitas est, dolor, astrictio, & interceptio.

Quod autem hoc loco φησὶ τοῖσι κακίσοι in Prognostico φησὶ τοῖσι ἀπὸ τῆ φροσῶν κακίσοι, in partibus, quæ supra diaphragma positæ in thorace concluduntur, qualis præcipuè cor, pulmo, membrana, quæ latera succingunt & medium thoracem diuidunt, aut visceribus circumducuntur. Deinde diaphragma, laterales musculi, aspera arteria. Postremò quæ iis vicinibus cõnexa sunt hepar superius, ventri-



culus,lienis caput,musculi abdominis,peritonæum,qua parte diaphragmati coniugatur, tenuius intestinum, & initium crasis,vbi magna phlegmone est. Atque inualefcente malo frequentia in aliud grauius respirandi genus conuertitur. Sic enim spiritus intercluditur,vt vel nullo modo,vel ægerimè spirent. Quale contigit purulento filio Polemarchi, qui appetente exitio frequentius spirauit: deinde πνῦμα μᾶλλον ἐγκατέλιπε, spiritus magis interclusus est. Atque eiusmodi spiritus ἐγκατέλιπε, vel, vt aliquando loquitur Hippocrates, ἀρλίης interceptio spirituum nihil aliud est,quàm ἀπνοια quædam, hoc est vel deficiens,vel ægerimè tracta spiratio. Accidit quoque iis,vt & elaxatis naribus respirent,quod Hippocrates τὰς μυκίηρας ἀπαπνεύειν dixit libro 3.de morbis. Id autem contingit aliquando vrgente interiore incendio & necessitate, quomodo equis è cursu & pulmonariis: interdum verò eadem premente necessitate & iam deficiente natura, vt quibusdam moribundis. Hæc autem vt ingrauescentis & ad lethale præfatum præcedentis respirationis notas intelligas.

XXXVIII.

*Magnus autem & longioribus interuallis delirij nota est, vel conuulsionis.*

**I**N Prognostico delirij non conuulsionis signum facit. Ac reuera eiusmodi spiritus sine conuulsione, & conuulsio sine eo spiritu esse potest. Atque offensans spiratio cõuulsionis, rara & magna delirij propria est. Iam verò ambigua vox est, μέγα, in differentiis respirationis. Nam & in longum, latum, & profundum, multa thoracis distentio magnum spiritum facit. Aliter μέγα πλὴν, quia plurimum spiritus semel trahitur, plurimū semel excluditur, id quod phreniticis & delirantibus cõtingit. Sed interuallis, vbi videlicet spectris rerum occupata mens intenditur, postea verò redeunte necessitate respirationis multum spiritus semel trahit, semel excludit. Nam in priore genere æstuantibus partibus, quæ thorace continentur, perpetua ea magna respiratio, ac singulis motionibus plurimum thorax distenditur. Posterius sæpius manifestum est in iis, qui magna animi intentione rem aliquam spectant, altius cogitant, tenentur amoribus. Iis enim accidit, vt in ea animi occupatione vix respirent, ac tandem incitante vsu plurimum spiritus trahant, & excludant. μέγα quoque μακρόν longum dixit in Epid. ἐστὲν οὖν σιωπῆων χασμῶν μακρόπνευς, continuarum oscitationum remedium longa spiratio. Est autem μακρόπνευς teste Galeno, ἢτοι μακρόν ἀναπνεύων, ἢ δὲ μακρὰ, quia videlicet aut multū semel respirat, vel è longioribus interuallis, vel quia eiusmodi respiratio est, in qua multum & ex longioribus interuallis respiratur. Atque in genere respirationis quod hoc loco dicitur, magna quidē respiratio, quia semel multum & longiore motione efflatur: magna, quia multum ampliatur thorax, atque distenditur. Magna denique, quia δὲ μακρὰ, hoc est, longioribus interuallis redditur, quod hic δὲ πλὴν, in Progn. δὲ πλὴν ἔχει. Magnam breuiter respirationem faciunt magna distentio partium, magna vis euntis redeuntisque spiritibus, & longiora interualla reuocati exclusi que aëris. δὲ πλὴν verò ἢ ἐπίτασιν, quod est, δὲ πλὴν πλὴν ἔχει, vt μέγα longum ad productā longius motionem: δὲ πλὴν ad quietem referatur. Nam quod hic δὲ πλὴν ἀράιον, aliis locis eadem sententia scribitur, vt in Dealcis vxore, & Philisco: aliquando ἀράιον μέγα δὲ ἔχει, vt in adolescente. In Prorrhet. ἰδίον καὶ ἀχάεισαν σιμῶν πρὸς φροσύνης, signū proprium & inseparabile delirij Gal. facit hoc genus respirationis. In lib. de difficultate spirandi proprium quidem, sed non inseparabile. At sit inseparabile, quia eo posito, siquidem vi morbi commouetur, necessariò delirium insequatur. Rursus inseparabile non sit, quia sine eo delirium esse possit. Proprium autem, quia solius delirij signum est. At quæ vis sit earum vocum in signis, ἰδίον & ἀχάεισαν, initio huius operis pluribus exposuimus. Quod autem ad præfatum attinet, ab ea respiratione delirium, & inde mors denuncianda est. Scripsit enim Hippocrat. ἐκδοσις γὰρ ἐστὶ πύρετῶ

πύρετῶ μὴ ἀγλαίπνυ δ' ἀπνοια γίνεται, καὶ πρὸς φροσύνη, θάνασιμόν. Quibus in febre non intermittente difficilis spiritus & delirij, lethale. δ' ἀπνοια Philotheus magnam & raram respirationem intelligit, quæ videlicet delirij propria est, quam & offensans respiratio, & quæ parua & frequens, in delirij lethalis est. Ac breuiter omne vitium respirationis coniunctum delirio lethale est. Sileno ἐξ ἀρχῆς καὶ δὲ τέλος πνῦμα μέγα ἀράιον, ab initio ad finem spiritus magnus, rarus, obiit is vñdecimo, & in morbo plurimum delirauit. Philisco 6. obiit, omninòque delirauit: huic πνῦμα διὰ τέλει, ὡς πρὸς ἀκαταμέτρητον ἀράιον μέγα, spiritus toto morbo, quasi excitata memoria rarus magnus. Etenim hoc loco ἀκαταμέτρητον ἀράιον φησὶ Gal. interpretatur, quia videlicet occupata mens spectris rerum, quæ delirantibus offeruntur, veluti oblita eius motionis, quæ respiratio appellatur, tandem excitatur vsu, multaque & longa respiratione, quoniam vsus exigit, & quod intermissum fuit, refarcit, tūmque ad spectra conuertitur, donec iterum necessitas compellat: vbi longioribus quidem interuallis multa illa longaque respiratio redeat. Aliter quoque ἀκαταμέτρητον ad spiritum refertur, non ad ægrum, de quo postea. Itaque in Sileno, Philisco, Dealcis vxore, phrenitico, adolescente vbi notatur spiritus rarus & magnus, delirium quoque ab Hippocrate & inde mors annotatur. In vxore Dromeadæ ab eo spiritu & delirium, & conuulsio scribitur. Sed conuulsionis magis est, quæ offensans & intercisã dicitur. Vidi puerum phreniticum, qui subinde conuellebatur, in quo varia genera respirationis permiscebantur, rara magna, parua frequens, & aliquando intercicens. Et in Dealcis vxore πνῦμα ἀράιον μέγα διὰ χρόνος, ἢ πάλιν βραχυπνεύς. Est autem βραχυπνεύς, qui paucum expirat, & longioribus interuallis, hoc est, paruus & rarus spiritus, vbi iam calor extinguitur, & frigidum ore & naribus expiratur. In Pythione scribitur ea vox, βραχυπνεύς (inquit) ἐπὶ χρόνον πάλιν, parum & longioribus interuallis spirans in multum tempus. In eodem natura magis concidente & calore pereunte πνῦμα λεπτόν ἢ μινυθόδες, tenuis spiritus, quiq; minuebatur. Hinc ἄσημον πνῦμα & ἀπνοια, vbi interitus. Quanquam βραχυπνεύς variè dici videtur: communiter, qui paucum spirat: deinde, qui vel διὰ βραχέων breuib; interuallis, vt in ea, quam πνικροπνυματίαν dicebamus, vel quum parum spiratur, & longioribus interuallis, quomodo quoque μακρόπνευς.

XXXIX.

*Frigidus verò lethalis.*

**I**N Prognostico magis expressit periculum, quum scripsit ἀλέθριον κάρτα ἢ δ' η. Nam κάρτα vox Ionica addere consuevit in nimium fallacibus iudiciis: ἢ δ' η. verò vbi in foribus est, quod denunciatur. Mors ergo in propinquo est, quum iam ex ore & naribus frigidum expiratur. Sic enim emarcescit calor insitus. Cor autem fons, caloris commutata natura in frigidam intemperiem vertitur, ex quibus prope iam esse, vt extinguitur vita, putandum est. Quum autem ψυχρόν scribit, parum & raram spiritum intelligit, quia videlicet frigiditas magis sub sensum cadit, quam paruitas & raritas. Ac paruitas magnitudini, raritas frequentia opponitur. In Epide. βραχυπνευια hoc vitium respirationis includit. Est enim βραχυπνεύς propriè quidem, qui parum spirat, & longioribus interuallis. In Pythione βραχυπνεύς, inquit, ἐπὶ χρόνον πάλιν. In Dealcis vxore similiter βραχυπνεύς legitur: sexto quoque & 2. Epidem. γὰρ τοῖσιν ἀπὸ τοῖσιν ἐμογίς βραχυπνεύς: quanquam 2. Epid. μακροπνεύς, & longa raraque spiratio iis, qui βραχυπνεύς ab Hippocrate dicuntur, magis congruit. Eo enim modo phreniticos intelligit, qui in calido siccoque morbo nó sitiunt. Iis enim occupata mens est. Occupatam mentem rara illa & magna spiratio magis sequitur, quæ μακρόπνευια appellatur. At quia phrenitis in lethargum sæpe degenerat ac frigidus morbos, calor que vehemens plurimum humoris depascitur, & hoc velut pabulo & fomite destitutus elanguescit, ac tandem extinguitur, fieri potest vt in eodem phrenetico vigente æstu atque delirio μακρόπνευια se prodatur.

se prodatur, calore verò deferente & refrigerante natura sequatur βραχυπνοία. Quod Dealcis vxori & phrenitico contigisse par est, & Pythioni. Ergo vigente æstu & delicio magna erit raraque respiratio. Iam fatisciente infito calore parua & rara. Atque vt vtrunque alterum vincit, ita respiratio permutatur. Cæterum in eiusmodi respiratione gradus quidam videntur esse, refrigerantur extrema, & alia se produnt signa languescens caloris, spiritusque rarus est, paruus, ex quo in Pythione tenuis, & qui minuitur, deinde ἀσμηδὸν πνοίμα, & siquid expiratur ore & naribus, frigidum excluditur. Alioqui non constaret, quod Hippocrates scribit, ἀλέθειον κάρτα ἢ δὴ ψυχρὸν πνοίμα: & quod Galenus putat eum spiritum esse, qui rarus & magnus appellatur, quum ab hoc Dealcis vxor & Pythion plures dies fu peruixerint. Ergo augefcente vitio spiritus rari & parui, hoc est, frigiditate frigidum expiratur. Vt enim cor primū viuunt, & infito calore conformatur: ita postremum calor elus cum vita extinguitur. Cor enim primigenio calore factum est, & aliis corporis partibus imperat, donec inopia iam sibi retinet, nec distribuit. Adde quòd calor reliqui corporis imbecillior ad cor, vt ad arcem & extremum profugium, recurrit. Non conuenit autem ratio vocis μακρόπνοος, & βραχυπνοός, nisi hoc pro paruo, vel pro paruo & frequēti. Nam μακρόπνοός ἔστι μακρὸν αὐ ἀπνέων, ἢ διὰ μακρὰ. Itaque βραχυπνοός ἔστι μικρὸν ἀπνέων, ἢ διὰ βραχέα: sed aliter res habet. Nam & μικρὸν ἀπνέων, ἢ διὰ μακρὰ βραχυπνοός appellatur. Nunquam autem μακρόπνοός διὰ βραχέα legitur, quanquam fortasse & qui multum & sæpe, ita appellari potest.

## X L.

*Lethalis quoque spiritus exæstuans & fuliginosus minus tamen, quam frigidus.*

**H**ic spiritus paruo & raro contrarius est, & à causis contrariis. Ille enim recurrente calore, qui in thorace conclusus & iam febrili fatisciente: hic autem feruente incendio, necdum euiso infito calore. Vbi ergo ignis in penetralibus vitæ, corde, & pulmonibus incanduit, magna fit, celer, & frequens respiratio, quādiu vita naturaque perferant. Eiusmodi enim incendium magnam vim fuliginis colligit. Magna igitur celeri, & frequenti expiratione indiget. Calor exæstuans plurimum aëris ad refrigerium trahit inspiratione. Itaque contra quoniam opus est tantum solatij inuehat natura eget. Vtraque igitur ratione magna erit & frequens respiratio, siquidem virtus, qua respiramus, satis esse potest. Quomodo igitur frigidum, ita πυρετώδες & λιγνυώδες sensu percipitur: illud admota manu ori & naribus: hoc verò eò cōuerfis oculis. Erit ergo spiritus ad instar flāmæ acris & mordax, quod πυρετώδες πνοίμα est. Et velut ex oppresso incendio multa fuligo crassusque vapor excitatur. Sic enim λιγνυώδες hoc loco. Nam aliquando apud Hippocratem μελάινον hac voce significatur. καὶ γὰρ ἐλιγνύς μέλαινα, vt ait Galenus in expositione vocum Hippocratis. Lethale verò, quia præsidium vitæ incendium tenet, & vis ignis in corde sæuit. Quòdque solatium ab externo aëre expectetur, expiratione nimium calente violatur. Nam priusquam ad pulmones & cor peruenerit, ignem concipit, neque refrigerio iam idoneus est. ἕσπον δὲ. In frigido spiritu victa natura est, in igneo & fuliginoso etiamdum anceps pugna est: quanquam sæpius accidit vt ab eo spiritu natura succumbat, vitæque extinguitur.

## X L I.

*Quique foras magnus excluditur, intro paruus redit, & qui foras paruus, intro magnus.*

**P**ersequitur vitia respirationis, quæ breuiter in 2. & 6. Epidem. his verbis perstrinxit, πνοίμα σμικρὰ πυκνὰ, μεγάλα ἀραιὰ, σμικρὰ ἀραιὰ, πυκνὰ μεγάλα, ἔξω.

ἔξω μεγάλα, ἔσω σμικρὰ, ἔσω μεγάλα, ἔξω σμικρὰ. τὸ μὲν ἐκπένοιο, τὸ δὲ κατ' ἐπίγειον, διπλῆ ἔσω ἐπανάλισις, οἷον ὑπὸ πνεύσει θερμὸν ψυχρὸν, hoc est, spiritus parui densi, magni rati, parui rari, frequentes magni: foras magni, intro parui: intro magni, foras parui: alius tardus, alius celeritate vicens: duplex intro reuocatio, veluti inspirationem ingeminantibus, calidus, frigidus. In ea lectione 2. Epidem. omittitur in quibusdam exemplis teste Galeno, ἔσω μεγάλα, ἔξω σμικρὰ. 2. & 6. quoque vitio fortasse posteritatis διπλῆ ἔξω non legitur, & vbi ἐπιπνεύσει, ἐπεισπνεύσει legēdum. Si vtrunque ἔσω ἔξω ἐπιπνεύσει, quod expirationi & inspirationi commune est. Iam verò constat duas velut partes esse respirationis, expirationem & inspirationem, & in expiratione pulmones contrahi: ampliari verò cū animal inspirat. Ac rursus expiratione conclusum thorace excrementum, ac veluti fimum atque fuliginem ignis interioris expurgari. In inspiratione verò externum aërem intro trahi, vnde quasi ventilo facto calor interior recreetur. Vt ergo magis minúsve alterius motionis vsus est, sic plus minúsve vel expiratur, vel inspiratur, siquidem integra est potestas, quæ mouet & instrumenta spiritalia mouenti animali obsequuntur. Ac maior quidem exspiratio maiorem vim conclusi fuliginis ostendit. Maior inspiratio internum incendium ostendit, quod vt extinguatur, vel certè temperetur, maior copia refrigerantis aëris indiget. Atque vt alia materia puriore flammam edit, minúsque reddit fuliginis: alia verò contrā minus incenditur, plusque fuliginis diffundit, ita res habet in humoribus, qui circa vitalia desident, & in quibus febris succenditur. Ex iis ergo largius aër trahitur inspirando, largius expirando vapor excluditur.

## X L I I.

*Pessimus autem, quiq; mortem breui denunciet, & qui tardior est, & qui celeritate urget, tum etiam qui obscurus est.*

**V**itia sunt in vtraque motione, vbi tarda lentaque est, aut celerior vel expiratio, vel inspiratio. Atque vt vtrunque vitium magis processit, ita grauius & celerius periculum ostenditur. Hic autem de plurimum adaucto vitio audiendum. Alioqui neque κακιστὸν scripsisset, neque πλοσιὸν θανάτου. At tarditas magnitudini coniuncta delirij propria est: paruitati verò emorientis caloris indicium est, & vbi refrigeratis partibus vitalibus nihil fumi iam est, quod excludatur. Celeritas verò lethalis quidem incitante vsu, sed ea parua est, infirma iam atque concidente natura. Incitat vsus, quia refrigerio est opus. Refrigerium verò introducto aëre expurgataque fuligine perficitur. παχύπνοιοι & βραδυπνοιοι veteres medici in morbis annotarunt.

Αμικρὸν autem, vel quod θαλερὸν prius dixit, vel quod ἀσμηδὸν. Est autem ἀσμηδὸν πνοίμα, quod adeo obscurum est, vt vix appareat, iam accedens ad defectiōnem spiritus, quam ἀπνοιοι appellant. In suffocationibus vteri, præcipite vitium casu, animi deliquis, extrema refrigeratione partium vitalium, & moribundis interdum id genus respirationis accidit. θαλερὸν πνοίμα prius expositum.

## X L I I I.

*Et duplex intro reuocatio, qualis inspirationem ingeminantibus.*

**O**missum incuria eorum, qui libros Hippocratis transcripserunt: expirationem contrariam huic inspirationi Galenus putat. Ea autem est διπλῆ ἔξω ἐπανάλισις, duplex foras reuocatio. Vtraque verò inæqualis sunt motionis. ἀνομαλίαν πνεύμα[το] & ἀνάδιπλωσιμ vocant, vna voce ἐπιπνεύσειμ. Certa enim ratio atq; moderatio inspirationis & expirationis, tum etiā quietis, quæ media est. Eaque

Eaque feruari solet incolumi natura & potestate, quæ mouet, sequacibus musculis & instrumentis, quæ respiratori inferuiunt, viis liberis euntis redeuntisq; spiritus, calore infito neque inardescente, neque languescente, puro aëre atque temperato, qui inspiratur, moderata denique exhalatione, quæ intus concepta foras exprimitur. In quibus siquid vitij acciderit, ratio illa spiritus atq; moderatio perturbatur. Quomodo in duplici intro forasq; reuocatione, in qua vt alia quædam conspirent, impedita & malè affecta instrumenta inæqualitatem faciunt. Oribus à materiæ copia, infirmitate vitium, & acutiore febre id scripsit contingere. Galenus vitio musculorum spiritalium attribuit, ἢ δὴ αἰσθητικὰ δὲ ἀνεκτικὰ, qui iam nescio quid conuulsioni sentiant. Siccati enim mouentem animam malè sequuntur, & vis infirma languidius mouet, vnde tremula infirmaq; motio, qualis in voce, quæ προμῶδες, in stridore dentium, nictatione varia palpebrarum & iactatione oculorum accidit. Galen. σφραγιστικὰ γινώσκουσα, quæ postea. Variè autem appellat vitia hæc respirationis Hippocrates in Philisco τρεῖς πνεύματα ἢ τέλεσται ὡσαύτῃ ἀνακατασκευάζονται μέγα. vbi ἀνακατασκευάζονται, vt prius, ἀναμιμνησκόμενον, ad ægrum si vis referas, vt prius expositum, vel ad vitium respirationis. Nam idem significat atque si scribas, διπλῆ εἶσω ἐπανάλυσις. Et in Lycia muliere, quæ ante partum obiit, πνεύμα ἡμιπλάσιον ἔχει, spiritus intro duplabatur.

Ανομαλίαν enim spiritus ἀναδιπλώσει πνεύματι ἐπιπνεύσει vna voce dicunt. In vxore Dromeadæ πνεύμα ἀείρου μέγα αὐτίκα ἀεσσασμένην, spiritus rarus, magnus & veluti reuulsus. In Philisco delirij meminit, non conuulsioni, vtriusque in vxore Dromeadæ, vt illi non à conuulsione, sed occupata mente, mulieri verò ab utroque eiusmodi spiritus fuisse videatur. An verò existente ea spiratione mors sit in propinquo, hæcque oratio priori connectenda sit, parum constat. Philisco enim, vxori Dromeadæ ab initio eiusmodi spiritus, non solum imminere exitio, vt nec Lyciæ mulieri, quæ nec ab eo spiritu conuulsa, quod meminerit Hippocrates, sed mente mota: quanquam nec ei spiritus fuit magnus. Iam verò qua ratione motus, qui sursum est, ei contrarius ponitur, qui est deorsum, eadem τῆ διπλῆ εἶσω ἐπανάλυσις contraria est ἢ διπλῆ ἔξω ἐπανάλυσις duplex foras reuocatio, quia videlicet ingeminat exspiratio. Eamque similiter variè describit Hippocrates libro de ratione victus, vbi accusat medicos, qui intempestiuè traducunt ægros ab inedia & parciore cibo ad pleniorum, πνεύμα (inquit) πλεονάζου ἢ τῆ αὐτοφορῆς, Spiritus offensans in ea, quæ sursum fit, motione. Galenus autem in comment. τοῖς τῶ δὲ πνεύματι γινώσκου ἢ ἔξω B. καὶ 5. πῶς ἐπιπνεύσει αὐτὸ διπλῆ ἢ εἰς πῶς διπλῆ εἶσω ἐπανάλυσις, ὅσον ἐπαισθητικόν. Huic autem spirationi (quod πλεονάζου πνεύμα ἢ τῆ ἔξω φορῆς dixit) contraria est, quam differens dixit 2. & 6. Epidem. duplicem intro reuocationem velut iis, qui inspirationem conduplicat. Et in expositione vocū Hippocratis, ἀναφύρει (inquit) δὴλοὶ περὶ καὶ δὲ ἀπολύει ἀναπνεύσει, ὡς ἢ πρῶτον περὶ νόσων ἢ μικροτέρων καὶ ἀναφύρει ὡς σπέρμα τὰ παιδία τὰ πεπαιγμένα κλάιοντα, καὶ ἐς τὰς θύνας ἀνέλκοντα τὸ πνεύμα ὄψιν, τῶν δὲ τὸ πνεύμα πλεονάζου ἢ τῆ ἔξω φορῆς ἀναπάλιν τῆ διπλῆ εἶσω ἐπανάλυσις. Qua oratione è singultientibus & lugentibus pueris, spiritumque in nares trahentibus offensantem spiritum describit, eisque contrarium facit, in quo διπλῆ εἶσω ἐπανάλυσις. Ex eadem lugentium puerorū similitudine κλαυθμώδεις ἀναπνοιαὶ pro offensantibus dicuntur in Aphorismis. In luctu enim & mediis lachrymis, in singultu exspiratio sæpe reduplicat. Et quomodo iumenta subinde resistant oneris grauitate pressa, infirma ætate vel viribus, vel malignitate vitæ: ita respirationis opifici & instrumentis accidit. Atque hæc respirationis inæqualitas pulsui quoque inest, qui inde δικροῦσι σισκώπῳ, & παλινδρομῳ appellatur, celerius quàm oportet redeunte altera motione, atque ingeminante, quam σισπύλλω & δρεσπύλλω nominant. Conuulsioni signum facit hunc spiritum in Aphorismis, ἢ τῶσι πυρετοῖσι πνεύμα προσκώπῳ κακόν: αἰσθητικὸν γὰρ σημαίνει. In acutis offensans spiritus malus, conuulsionem enim significat. Definit autem aut certè describit προσκώπῳ πνεύμα Galenus in comment. πρὸς κώπῳ πνεύμα, ὡσαύτῃ ἐπειδὴ προσκώπῳ, τὸ τίς τιν ἰχθύου μετὰ, καὶ ἀκρότηται, quia in media motione subsistit

subsistit atque intercitur. Id quod quanquam alia ratione in stertentibus aliquando videas. Nam præ copia conceptæ fuliginis in medio stertore expirationem conduplicant in acutis febribus, imminente conuulsione, & infirmis viribus id accidit: atque aliquando iam elucētibus animam eiusmodi spiritus reddidit, quasi elidatur spiritus in faucibus, & elusus sonum ingeminet. Hunc elusum spiritum in faucibus Celsus conuertit πρὸς εἰσφύρα πνεύματα ἐγκοπήματα, Galenus interpretatur in libro de ratione victus in acutis, vbi Hippocrates, προσκώπῳ πνεύματι ἀναδιπλώσει intelligit. Cæterum in genere quidem πρόσκωπῳ προσκώπῳ προσεἰσφύρα ἐκλειπόμενον ἢ κοπῆν ἐγκοπήματα, & alia id genus, de æqualitate spiritus vsurpantur, sed αἶω, vel ἔξω additum ad expirationem: κατῶ vel εἶσω ad inspirationem vitium retorquet. Ac magis læsis transuerso septo & interioribus musculis lateris inspiratio, exterioribus verò & iis, qui sunt abdominis, exspiratio magis offendit. Omnino verò à necessitate incitante, quia vel largiore aëre opus est, vel maior copia fuliginosi excrementi repurganda est: deinde quia virtus infirma est, tum etiam quia læsa sunt instrumenta dolentia, resiccata, oppressa angustia, ἀνομαλία illa inæqualitas spiritus generatur.

XLIII.

*Facilis spiritus in omnibus, quæ cum acuta febre sunt, & quadraginta diebus iudicatur, magnum momentum habet ad salutem.*

Iam ante definitum, qua ratione spiritus moderatio & quæ nunc ἀπνοια dicitur, hoc est, facilis & naturalis respiratio conseruetur, & quibus corrumpatur. Vbi ergo vis tum naturalis, tum vitalis, tum denique animalis integra, vbi spirantia instrumenta, & quæ his connexa iecur, lien, ventriculus omni inflammatione carent, nullo dolore, nulla angustia pressa sunt, vbi moderata febris est, quæ neque multo aëre externo ad refrigerium egeat, neque multum excrementum & fuliginem in penetralibus vitæ colligat, non solum magnum momentum habent ad salutem: sed, vt in Prognostico, κατὰ μέγαν δυνάμιν, valde magnam potestatem. κατὰ enim vocem addidit Hippocrates, vt inde maiorem vim fidemque præfagij confirmet. Atque quum duplex sit genus acuti morbi, alterum quidem sine febre, apoplexia, angina, cholera, conuulsio: rigor neruorum, alique id genus, qui celerimè ægros rapiunt: alij verò cum febre, in vtrisque magna admodum vis est naturalis respirationis: sed acutorum ferè meminit Hippocrates, quibus coniuncta febris est. Ac rursus cum duæ sint differentie acuti morbi, cui febris accidit, altera eius, qui primùm ac simpliciter acutus dicitur, & quatuordecim diebus exoluitur: altera acuti ἐκ μεταπήσας, quique ad 40. diem extēditur, vtræque complexitur Hippocrates, & in vtraque magnam vim habere scribit facilem respirationem. Diurnos autem excludit, quorū initium iam 40. dies, siquidem ex acutis relinquuntur, quartana, hydrops, marcor, suppuratio, tabes, in quibus etiam si neque febris acuta, neque interna inflammatio, neque difficilis spiritus, longius tamen producto morbo ægri vires conficiuntur. Quanquam non denegandum celeriorē mortem expectari, si ea febris acuta, inflammatio, difficilis spiritus accesserint.

XLV.

*Collum durum & dolens maxillarum colligatio, iugularium venarum pulsatio eaque vehemens tendinumque cōtentio lethale.*

Oitio est, quæ magnam & latius sparsam inflammationem ostendit membræ, nerui, tendinis, & musculorum, quæ collum cōstituunt. Dolor enim & durities in tumoribus præter naturam φλεγμονῶν à posteritate medicorum dictam designant Hippocrati. Latius autem sparsa inflammatio maxillas conse-

rit violatis nervis, qui à ceruice ad tempora, & temporalibus musculis. Violantur autem copia & inde fortasse conuulsione. Ac sine conuulsione videas colli musculos & nervos interdum ita colligari, vt non moueant, sed immotum collum rigidumque persistat. Venarum autem iugularium, vt & arterias intelligas, pulsatio magnæ perturbationis & inflammationis signum est, à quo metuendum, vt ne infamia consequatur. Oppressis igitur venis interior natura spiritus exurgit, vt quod nocet ammoliatur: quanquam etiam feruor sanguinis id efficit. At πυνόντων συντάσις duplici ratione conuulsis tendinibus aut copia pressis atque delibutis. Tendines autem musculos illos exangues, qui naturam tendinum referunt, & ab aurium radicibus ad clauiculas deorsum tendunt.

XLVI.

*Faucium dolores sine tumore suffocantes, siquidem à capitis dolore ortum habent, conuulsionem accersunt.*

**A**Rtemidorus & Dioscorides ἰχνῆ, non ἰχνῶ legunt, quia foemino genere φάρυγγος λάρυγγα, hoc est, extremam partem arteriæ, qua it reditque spiritus, significare velint: masculino verò præiacentem gulæ locum, quas fauces dicimus. Ac reuera in capite arteriæ, quod plurimis musculis & nervis constat, grauior, quàm in faucibus, morbus est, vnde celerior suffocatio & conuulsio insequatur. Quid autem πυνώδες, quid ἰχνῶν prius expositum. In Prorrh. ἔχα τὶ ἀσσομῶδες, ἄλλως τὲ καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ὀρμῶντα. Et reuera eiusmodi affectio suffocationem sæpius inuehit, rarius conuulsionem: quanquam inde stridorem dentium & conuulsionem ortam paulò ante mortem & suffocatum vitâ aliquando vidimus. Melius ergo in Prorrh. vbi τὶ additum vel leuiorem conuulsionem, vel rariorem indicat, & annotatum malum, siquidem à capite dolor cœpit initium.

XLVII.

*Quibus rubores in faucibus, iis fortasse tumores ad auriculas excitantur.*

**E**ρεθισμοὶ in aliis codicibus legitur, qua voce irritamenta quædam, quales in Aphorismis tussis leuiter irritantes intelligas. Melius ἐρυθρισμοὶ rubores, quo nomine vel inflammatio, vel sacer ignis describitur. Sic enim ἐρυθρισμὸς & ἐρυθμια ab Hippocrate usurpantur. Eiusmodi verò vitium in faucibus aliquando quidem, neque tamen aut perpetuò aut sæpius abscessus ad aures sequitur, ex quo ἐπιανέως dixit.

XLVIII.

*Si fauces ita doleant, vt nullus tumor appareat, sed anxietas accedat, celeriter agri moriuntur.*

**F**Auces vertimus, vt & capita tum arteriæ, tum gulæ vicinæque corpora, quæ sub oculis cadunt, comprehendat. Describitur autem periculosissima angina, qualis in Prognostico, αἰ δὲ ξυμάρχαι δεινότεραι, μὲν ἔσι, καὶ τὰ χίστα ἀσπείρουσιν, οὐδὲν μὲν τὴν φάρυγγα, μὲν δὲ τὸν πόνον ποιεῖσι, μὲν τὴν ἀνὰ τὴν πλάσσειν δὲ πόνον παρέχουσι, καὶ ἀρθροπνοίαν. Itaque si dolor plurimum virget in faucibus, & aperto ore depressa lingua neq; tumor vllus, neque rubor, neq; denique aliud signum se prodat, vnde inflammationem intelligas, rectè conici potest internis angustiis gutturis, vitium includi, ex quo angustior via animæ & tandem intercepta primum quidem ἀρθροπνοίαν infert vitium, in quo ægri paruam, celerem, & frequentem respirationem edunt, assurguntque & ceruicem erigunt, deinde πυνώδη suffocationem, vt vel proximi suffocationi ægri videantur, vel reuera suffocentur. In Prorrh.

In Prorrh. πυνώδης additur, vbi hæc sententia scribitur. Genus respirationis pluribus expressit libro de ratione victus in acutis, πνεύματι ἀντίτασις πυνὴ καὶ βία, quia videtur spiritus reuulsio frequens, & violenta. Etenim videas vi quadam spiritum reuocari, labris quoque intro adductis, & sublati scoptulis, quæ respirationis multis in morte pleuriticis, peripneumoniacis, & anginosi accidit. Δυσφορῶν, siue quòd præ dolore & suffocatione virgenter æger morbum ferant, siue quia inde variè corpus exagitant. ἀλθροῦν ὄρεως, quia celeriter interficiat, & secundo, tertio aut quarto strangulet ægros. Scio Galenum auctorem huius sententiæ in Prorrh. exagittasse. Sed nobis rerum vis potius spectetur, quàm proprietas orationis.

XLIX.

*Quibus spiritus retrahitur & vox iis, qui suffocantur, similis est, vertebræque intro desidet iis in morte quasi trahente aliquo spiritus redditur.*

**A**Lij ἀνέχεται cohibetur. Quidam αἰὼ ἐλκεται sursum trahitur. Nonnulli ἀνέχεται reuertitur. Et quia in dubia lectione natura rerum & sensus ad iudicium adhibenda sunt, dicam quod & nos sæpius, & alij animaduertent, omnibusque liceat animaduerrere. In suffocantibus morbis, quique spiritales partes occupant, ingrauescente morbo & ad exitum properante, respirationis incidit, in qua tria videas, scapulas multum attolli, pinnas narium ampliari, magna vi spiritum trahi, qualia ferè in respiratione, quam πνεύμα μετέωρον appellat Hippocrat. Qua quidem ratione αἰὼ ἐλκεται interpretari licet, & ἀνέλκεται. Videas quoque labra intro contrahi, mentum ad clauiculas adduci, quasi vi quadam spiritus intro retrahatur, quæ vox ἀνέχεται, & fortasse ἀνέλκεται significant. Aliquando quoque in medio cursu celeris, crebræ, & paruæ respirationis spiritum offensare, vel intermittere, breuique tempore cohiberi, quod ἀνέχεται ostendit. In Polemachi vxore iam moritura à vitio pulmonis πνεύμα ἐπανερχέσθαι, spiritus intro reuertebatur. Atque in hac coitione tuberculum fuit, quòd interiores musculos laryngis, vel qui gulam arteriæ copulant, occupant. Inflammatio verò copulas in anteriorem partem pertrahit, vertebræ copulas sequuntur, vnde vertebra intro, hoc est, in anteriorem partem desidet. Ex eo verò mirum est arteriam, quæ via est materiæ vocis & spiritus, angustior reddi, & inde vocem similem iis, qui strangulantur, efficit. Ea autem vox tenuis est & acuta, interdum hæsitata, fracta, & stridula. Iam verò appetente morte, quam πλεοντῶν subinde appellat, concidente virtute, & meatu angustiore, vigente malo conuulsio, & vi maiore intro trahitur spiritus, meatuque angustia refringitur, vnde incontinens vox & effracta, ac sæpe quasi in singultum editur. Scribitur hæc sententia in Prorrh.

L.

*Fauces leuiter exasperata & aluius irritata inani desidendi cupiditate, dolores in fronte, & cum ægri quasi aliquid captantes palpant dolentque, siqua ex iis inualescunt, difficilia.*

**H**Oc modo in Prorrh. φάρυγγος τραχυτέτα ἐπὶ ὀλίγον καὶ κοιλὴν εἶνα, Βορβορίζουσαν νεφῆς ἐκασπείρουσιν, καὶ μετὰ τὴν ἀλγυμῶσα ἀνελκασθῆναι, κοπώδεις, καὶ σπῆμασι καὶ ἰμῶσιν οὐδὲν ὄρεως τὰ ἐκ τῶν αἰσθητῶν δύσκολα, τῶν πολλῶν καὶ τῶν ὀλίγων ἀσσομῶδες, καὶ τὰ δὲ μετὰ τὴν ἀλγυμῶσα βαρῆα, καὶ ὄρεως δύσκολα εἶνα, hoc est, fauces leuiter exasperata, & aluius inani desidendi cupiditate demurmurans, dolores frontis, ægri, quasi aliquid venentur, palpantes, delassati, dolentes in veste & stragulis. Siqua ex iis inualescunt, difficilia sunt. Somnus in iis

multus conuulsionem interminatur, & dolores in frontem graues, & mistio difficilis. Interpretes Prorrhethici non coniunxerunt reliquæ sententiæ. Galenus totam orationem, vt absurdam, & de varij generis casibus congestam repudiat. At verisimile est collectam ex obseruatione vnius aut alterius ægri, cui de capite pleniore aliquid in fauces & ventrem decurrerit, quod acrimonia morderet, & exasperaret. Sæpe enim fit, vt pars aliqua pituitæ conclusæ in capite incalescat, falguginem, aut putredinem trahat, cuiusque pars tenuior in subiectum corpus excurrat. Reliquum verò consistat in capite & dolorem in fronte gignat. Nam ea parte sæpius dolor commouetur pleniore capite. Magis quoque si vel tenuis, vel calida materia est, quæ delirium quoque multum incalescens gignat, cuius signum iugis captatio & palpatio. Quod autem sequitur in Prorrheth. *κοπώδες*, &c. ea ferè diffusam materiam crudam & simul acrem pituitam falsam bilis in corpus consequuntur. calore verò facile diffunditur de capite & venis, vt in febribus, quæ inde *κοπώδες*. Elasticitatis autem sensu non nisi dolenter ferunt subiectas stragulas, & infrata vestimenta. Quæ omnia si inualescunt, difficilia sunt. Quod de somno sequitur, non est necessarium, quanquam & inde conuulsio sequi potest, vt ex Aphorismis intelligas. Ex somno ( inquit Hippocrates ) tumores & conuulsiones malum. Quod interdum accidere certum est & Galenus affirmat, Grauis dolor in fronte copiæ signum est. Vrina verò *δυσκολαύνης* videtur intelligi mordax, & quæ negocium ægro faciat parte acrioris materiæ ad renes conuersa.

## L I.

*Vehemens faucium dolor tumorem ad aures & conuulsionem excitat. Adhæc colli & dorso dolores.*

**V**ehemens faucium dolor à vehementi inflammatione fit, vbi intercepta via spiritus sæpius ægri suffocantur. Alioqui victrice natura materia foras conuertitur, & modò ad aures, vnde parotides, modò ad collum inferius mento & deorsum effunditur. In maligno morbo in cerebrum rapta & phrenitidem & conuulsionem inferre potest. Oratio est ex obseruatione empirica.

## L II.

*Ex acuta febre conuulsio lethalis est.*

**I**am ante ex Hippocrate satis expositum, quàm grauis sit conuulsio in acuta febre, & qua ratione distingui periculum oporteat, idque multis historiis confirmatum.

## L III.

*Cervicis & cubitorum dolor conuulsiones accersit, sed hi à facie excitantur.*

**C**apitis dolor copia & qualitate materiæ fit, à quo & si in ceruicem, collum, & cubitos, sed non protinus conuulsio insequitur, nisi vel materia in caput recurrat, vel hoc ita redundet, vt magnam partem vitij retineat. Sed quia à facie dicit, quod idem est ac si à capite dicat, commorsis vel oppressis neruis, qui in collo sunt, & cubitis moueatur conuulsio, aut certè is rigor, qui non sinit collum dimoueri.

## L IIII

## L IIII.

*Et qui circa fauces pallidi, sed citra tumorem, qui subinde tenuem saliuam expuunt, iis dormientibus sudores moti vtilis sunt. An non & si sudore melius habent, iis non prauum? Ac facile ferunt, si ad inferiores partes dolores conuertuntur.*

**K**ai particula tolli potest. Variè autem legitur hæc oratio in Prorrheth. *ἢ φάσθηται ἢχοι συχνὰι σιαλίζοντες*, frequentes sonitus sputantis. Hic *ἢχοι* pallidi, vt Capito legit in Prorrheth. Dioscorides *ἢχοι* tinnitus. Verùm quomodo cunque legas, omni artificio carebit oratio ex rebus diuersi generis congesta. Et quæ de sudoribus dicuntur, nihil habent peculiare, cur hos morbos magis leuent, atque alios quamplurimos. Nec de sudorum vtilitate pronuntiandum, nisi cõcto morbo, die critico calidi & per totum corpus exeant, vnde dissoluatur, vel mittior fiat morbus.

*οἱ ἐς τὰ κατώτερα*. Sunt qui seorsum à priore oratione scribant. Sed hoc videndum, dolores capitis & faucium aliquando magno periculo in thoracem verti, & os ventriculi interdum maiore spe & solatio in crura. Parùm itaque distinxit *τὰ κατώτερα*. Alij non *ἢχοι*, *δυσφοροί* legunt.

## L V.

*In dolore dorso & pectoris vrina à sedimento cruenta lethalis est, & multum dolorem infert.*

**I**n libro de morbis, dorsalis morbi lethalis meminit, & pleuritis in quibus *vrinæ αἰματώδες*. Sic autem appellantur vel prærubræ, vel cruore tinctæ, vel fortasse in quibus cruor subsidet: quanquam & alia ratione, hoc ex renum vitio eiusmodi vrinæ fiunt nullo periculo. Hæc autem in vno aut altero obseruauit, qui dorsali morbo & pectoris laborarent.

## L VI.

*Colli dolor in omni quidem febre malus: pessimus autem, vbi in periculo æger est, vt ne valde insaniat.*

**C**olli dolor, vt lumborum & capitis, ferè acutas febres comitari solet. Verùm si is, qui non ante fuit, recens commouetur, & alia signa insanie se prodant, de facie, oculis, perturbatis somnis, vigiliis, vrinis, ac breuiter sursum efferti materia videatur, pessimus est. Atque adeo collo dolente, quia inflammatio & febris iuncta est, si insanie indicia existunt, pessimus est. Aegros enim, qui conualescant, bonum est constare mente: sed *ἐκ μωήναι*, vehementer insanire multò grauius malum est. Exusta enim & maligna materia fit.

## L VII.

*In febriculofo pectoris dolore turbulenta aluus & torpida signa nigra deiectionum.*

**P**arùm conueniunt *παράχολος* & *ναρκώδες*. Nam in altero aluus exoluitur & diffluit, & acrimonia excrementorum intestina extorquentur, atque commordentur. In aluo torpida vix sentientibus ægris deiectiones eunt. Oportet



ergo perturbatam aluum dicere hoc loco, quæ solvatur quidem & reddat, quæ natura sua mordeant, qualis bilis est multum exaestuans. Verum torpescere vi sentiendi intestinorum dolorem non percipiunt. Cæterum omnis exolutio alui in pleuritide & aliis morbis thoracis vires ferè conficit, quibus in eiusmodi morbis vel quàm maximè opus est. Neque tamen necesse est inde significari, ut nigra deiciantur, nisi inualecente febre bilis, quæ aluum perturbat, in nigrum succum abeat.

## LVIII.

*In acutis circa fauces non tumentes parua quadam irritamenta cum dolore, & ubi hiat ager, non facile committit os, neque tumor ullus se prodit, anima perturbationem significat. Ac ex iis si quidem phrenitici sunt, lethale est.*

Obscura hæc & ænigmatis modo scripta, ex quibus nihil colligas, quod ad præfagium faciat, nisi hoc velit: Siquis in acuta febre, quasi faucibus irritatis & dolentibus subinde screat, & perinde ac si quid illic sit, expurgare nititur: & si os omni tumore liberum & expeditum semel apertum non concludit, velut cassus memoria, hæc omnia ubi coeunt, metuendum, ut ne perturbatio mentis accidat. Quòd si augescente malo phrenitis insequitur, reuera mors expectanda est.

## LIX.

*Fauces exulcerata in febre cum alio signo difficili periculosum.*

Fauces ferè exulcerantur acri fluxione, quæ sæpius à cerebro, aliquando ab aliis quoque partibus ortum habet. Ea autem & periculum inflammationis denunciat, & difficilem aditum facit, qua potus & cibus in ventrem subeunt. Vitium quoque febrilis materiæ indicant. Sed alia signa coniungenda, quæ si difficilia, periculum præfagendum est. Et vis eorum signorum distinguenda, delirium, difficilis spiritus, infirma pulsatio, intercepta deglutitio, & alia id genus.

## LX.

*In febribus derepente suffocari, & non posse potum transmittere sine tumore, malum.*

Quod doloris non meminit, tumorem excludit, & repente dicit causam suffocationis & interceptæ gulæ, ostendit resolutionem musculorum, qui laryngem aperiunt, aut reuulsionem eorum neruorum & vinculorum, quæ & guttur, & linguam spinæ connectunt. Sed & immoderata siccitas potest efficere, ut vtraque via tum alimentj, tum spiritus angustior reddatur. Alioqui tumor laxus, mollis, indolens à pituita & humore, qui interiùs guttur imbuit, id efficiat, isque & gulæ osculum resoluat. Aut fortasse tumor sit, sed qui neque aperto ore demissaque lingua inspectante medico appareat, qualis interioribus musculis laryngis inflammatis, qui gulam spinæ aut gulam arteriæ connectunt. Atque omnino commune vitium esse oporteat, ubi & suffocatio incidit, & potus non descendit, sed in os redit, aut per nares excluditur. In Aphorismis,

mis, ubi hæc sententia scripta est, ἐπὶ πυρετῷ ἐχουμένῳ dixit. Galenus vim vocis ἐχέδου explicat de vehementia febris. Et à materia conclusa cauo thorace, pulmonis inflammatione vel arteriæ, repentinam suffocationem fieri negat: eam paulatim incidere, & ante signa edere, quæ extremum periculum suffocationis denunciant. Itaque ad superiores causas decurrendum erit.

## LXI.

*Si ager neque collum conuertere, neque deglutire potest, lethale est.*

IN Aphorismis paulò clarius rem explicat. Si in graui febre collum peruertitur, & ager deuorare non potest, nullo tumore apparente in faucibus, lethale est. Sed hic etiam si tumor appareat, periculum denunciat. Tumor autem inflammatio est. Hic enim de præfagio in acutis. Itaque tumor efficit, ut nerui & hinc vicina & colligata corpora contrahantur, ex quo collum peruertitur. Aliquando etiam vertebri loco motis, ubi vi maiore trahunt nerui, vincula, tendines, & membranæ, quibus illæ conferuntur. Atque oppressa gula deglutendi potestas tollitur. Opprimitur autem & faucibus inflammatis, & iis musculis, qui asperam arteriam gulæ colligant, iis quoque corporibus, quæ pertinent ad spinam. Tumor autem aliquando sub aspectum venit, later aliquando, sed dolore locus declaratur. Quòd si nullus vsquam tumor est, neque dolor, & febris plurimum ardeat, siccatis supramodum neruis pro gula & vicinis corporibus vitia hæc assignentur, quod admodum lethale est. Quod hic ἐπισπαστικῆς, in Aphorismis ἐπισπαστικῆς, vel, ut alij, ἀσπαστικῆς, ubi ἐφαπνυς nonnulli addunt. Quod itaque repente collum peruertatur, & deglutire ager non potest, ad conuulsionem referendum videtur.



## IACOBI HOLLERII

## STEMPANI COMMENT. SE-

## CVNDI IN SECUNDAM SECTIO-

## nem Coacor. Præfagiorum

## liber tertius.

## APHORISMVS I.

*Præcordia oportet mollia esse, indolentia, & æquabilia. Quæ verò exaestuuant, inæqualiter habent, dolentque, malè clementis morbi signum est.*

**Y**ΠΟΧΩΝΔΡΙΑ proprie dicta extimæ sunt partes, quæ supra vmbilicum sitæ sunt. Sed & eo nomine improprie ventriculus, splen, hepar, & septum transuersum continentur. Atque magis tolerabile est extimas partes esse in vitio: periculosum verò intimas. Sed ea ratione distinguendum, quæ adhibita fuit in disputatione, An ex hyponchondriorum inflammatione febres omnes malignæ. In eas partes manus immittimus, ut intelligamus nūquid magis, quàm reliquo corpore calcat, doleat, tendatur, scabrie exasperetur, durum sit, languis,

dum, reuulsum, & inaequaliter habitum. Ergo in laude sunt praecordia corporis lenta, mollia, leuia, & aequaliter habita, non calidiora, quam oporteat, & reliqui corporis calori respondentia. Mollia sint itaque, non dura, non contenta, non renitentia.

Απονον dicit, quod in Prognost. αὐθιγόνον, vt πόνον δίδωμι interdum intelligitur. Dolor autem a tensione, obstructione, intemperie.

Ομαλές, quia nulla sui parte intentum magis aut flaccidum, nulla magis calens, dolens, scabrum, extuberans, quam naturae conueniat. Ac breuiter quod naturae simillimum, id saluberrimum est.

Φλεγμονών, quia & ad manum, & intus ardeant. Nam Φλεγμονών φλόγωσιν dicere consuevit. ἀλγύμων & αἰσθητῶν ἀπόνον & ὁμαλές opponuntur. ἐκ δὲ αὐθιγόνον, hoc est, κακώθης, vel quae non omnino careat periculo. Periculum autem ex ea disputatione, quae ante dicta est, intelliges.

I I.

*Tumor uero in hypochondriis durus & dolens pessimus: si quidem omnes partes occupet. Qui si tantum altera parte existit, minus periculosus est sinistra. Significat autem tumor is initio quidem mortem in breui. At si uicesimum diem superat, & perseverat febris, suppuratio ex eo expectari debet. Id autem fit prima circuitione.*

Οἶδημα communiter, vt solent omnes, tumorem praeter naturam dicit, quod ἐπικρῖμα & κύρτωμα quoque appellat. Addit autem σκληρόν καὶ ἐπόδωον, vt inde φλεγμονή proprie dicta explicetur. In qua praeter ea calor & renixus a posteritate adiungitur. Quod autem κακῶδον addit, vt in Prognostico, non semper quidem, sed, vt addit, si in totum hypochondrium dextrum sinistrumque sese extenderet. Nam ita magnitudo intelligitur. Possunt enim cum leui vel nullo periculo in hypochondriis leues inflammationes colligi, & eo minus periculosae, quod longius posita sunt a visceribus: quanquam, vt antea dictum fuit, neque in ipsis visceribus lethales aut malignae omnes sunt.

Τῶν δὲ ἐκ τῆς ἡπατος. Hepar inflammatum grauius infert periculum, quam lien, & in hepate a gibbis inflammatis maius periculum imminet. Sic enim scribit comment. 6. Epidem. ubi distinguit pericula inflammationum a natura partium, καὶ αὐτῆς δὲ ἄνευ ἡπατος τὰ κύρτωμα τῶν σημείων πολὺ κινδυνώτερα. A gibbis enim facile diaphragma patitur.

Σημάλινες δὲ. Ad eam distinctionem recurrendum, quae prius posita est. Externis enim partibus, aut internis quidem, sed leuiter inflammatis, tempestiuus remediis robustus aeger feruari potest.

ἢ δὲ ὑπερβάλλου. Sunt qui λ. triginta legant. Celsus viginti agnoscit, & melius. Si ergo datur aegris, vt non moriatur primis periodis, 4. 7. vel paulo post, & persistat febris, naturae robore suppuratio esse potest. Sed nondum extra periculum aeger est. Aliis enim veluti miraculo naturae in exteriores partes materiam excludit, ubi vomica aperitur. Atque ij non sanato viscere, sed vicerato paulatim contabescunt. Aliis per intestina suppuratio expurgatur, & vomicae locus interdum sanescit: aliis per urinas, ubi gibbae inflammantur, quanquam interdum commutatis vicibus haec per intestina, cauae per urinas expurgantur. Annotandum autem materiae vomicae, vt febrium, variam esse naturam. Aliae enim mites, aliae malignae & pestilentes, quod in externis suppuracionibus videas, vnde periculi ratio & longitudinis morbi definiri debet.

γίνεται δὲ ἄνευ. In Prognostico varia lectio. Alij enim ἐν πᾶσι περιόντησι πρὸς αὐθιγόνον plurali numero eadem sententia. Nam siue singulariter, siue pluraliter legitur,

geris, septenarium intelligere oportet. Septenarius enim & prima periodus est, & prima periodi, hoc est, duo quaternarij ratione critica septenarium faciunt. Ferè enim fit in inflammatione interna hepatis & lienis, vt primo septenario sanguis effluat a naribus, rarius nono & vndecimo, rarissime decimoquarto. Ac prius de ratione & prognostico profluuij sanguinis critici dictum abundè fuit. At quid παρὰ τὸν & quae differentia, repetere ex comment. nostro in Prognosticum loco de hypochondriis.

καὶ κάρτε ὀφελεία. Priusquam praesagias ad salutem, antecedentia iunge consequentibus, num antecesserit concoctio, & indicia victricis naturae, num die critico, num κατ' ἔργον, vt inde sequatur melior conditio aegri, conquiescat delirium, capitis dolor, vigilia, & alia, quae in legibus profluuij sanguinis, quid sit salutare, scripta sunt.

τὰ γὰρ πολλὰ κεφάλαια ἔστι πονέουσι, &c. Haec 3. Prognost. & in Prorrheth. Veritas enim capitis excepto sanguine a partibus inferioribus distenduntur, acrimonia viciniae partes vellicantur, caput exaestuatur, commotus sanguis & exagitatus vapores & exhalationes gignit, qui excitati extremas venas, & quae ad oculos pertinent, subeunt. Hinc ἀμύρωσις & hebetudo visus, & alia, quae 3. Prognost. & in Prorrheth. de quibus alio loco.

ἡλικίαι δὲ λ. ἐτέων, τοῖσι δὲ πρεσβυτέρωσιν ἡσυχίαν. Aetatem definit, qua & plurimus, & maximè feruens sanguis est. Ea aetas 25. & 35. definitur, in qua ἀκμὴ flos aetatis est. Fiunt autem eiusmodi profluuia, siquidem salutaria esse debent, natura mouente, copia & acrimonia sanguinis naturam incitante. Atque copia naturam irritati testis est menstrua purgatio, & fortasse quod in Epidem. scripsit de adolescentibus, ὅταν ἀφροδίτην ἀρχαντο, καὶ τραγίλει αἰμορρῆγαί. Acrimonia uero & intus concluso feruente spiritu in ardentibus febribus quibusdam inflammationibus internis exemplo musti, quod in dolis conferuescit, vasa dirumpit, nisi exitu dato feruor subsideat. Neque damnari debet auctoritas veterum, quae tantum attribuit profluuiio sanguinis. Siquidem saepe comperias ea profluuia lethalia magis. Sed vt in reliquis excretionibus, sudoribus, alui profluuiis, leges salutaris & non salutaris excretionis adhibendae prius ad iudicium, quam veteres accuses.

γίνεται δὲ ἄνευ. Alia est sententia consequens in Prognostico neque ἄνευ, sed τῶν τοῖσι. Sic ergo legendum, γίνεται δὲ τῶν τοῖσι ἐν τῇ, &c.

III.

*At qui tumores & molles sunt & indolentes tardius soluntur, minusque periculi denunciant. Quod si manente febre sexagesimum diem superent, in suppurationem vertuntur.*

Quae hic de tumoribus hypochondriorum scribuntur & in Prognostico, de tumoribus quoque reliqui ventris intelligendum putat libro περὶ κρείσεων, & paulo post in hoc opere. Caterum vt est materia, ita tumorum natura eorumque indicia celerius vel tardius incidunt, quod in febribus quoque contingit. Addit autem in Prognost. καὶ τῶν δ' αἰσθητῶν κακώθης, & qui digitis cedant, vel ὑπὸ θιγγάνης ad contactum, vt libro περὶ κρείσεων. Alio quoque loco περιώμνηα. Atque his verbis οἶδημα nostrum describit tumorem laxum, mollem, indolentem, & qui prementi digito cedat, neque vt inflammatio renitatur. Tumores ergo laxi si digito premas, alij in suam molem resurgunt, alij impressum vestigium cauo relinquunt. Illic inanibus spaciis musculorum, incolumi cute humor concluditur: hic intus quoque cohibito humore exturgescit. Longior uero solutio, resolutio, suppuratio, quia materia frigidior & crassior, periculum minus, quia dolore vacat is tumor: febris nulla aut clementior, neque malum tam facile reperit in vicinas partes, atque ubi inflammatio ἡσυχίαν ἐπικίνδυνωα, quae lib. de crisiibus, ἡσυχίαν φεβερῶν. Τὰ δὲ

τὰ δὲ ἐξήκοντα. In inflammatione 20. in cedemate nostro 60. suppurationis fines constituit. Exclusa enim resolutione vel putredo, vel suppuratio expectatur. Ac suppuratio celerior, ubi materia calidior, sanguis est tardior, ubi frigidior. Nam hic locus idem est, sed materia varia, nec eadem febris, quæ suppurationem quoque accelerat nativo calori iuncta.

Γαρά πᾶσι δὲ σιμάειν τοῖσιν ἐν ὑποχονδρίοισι τὰ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν πλὴν ἡσυχῆ ἐπιπύεται τὰ πάντα ἐκείνων, ἡμῖσιν δὲ τὸ ὀμφαλόν. Eadem ratio in tumoribus, qui in ventre fiunt, & eorum qui in hypochondriis. Sed hæc quàm illa, minus suppurant, minimum verò, qui sub umbilico.


Diuerfa hæc sententia in Prognost. nam ad ea, quæ de tumoribus suppurantibus, sexagesimum diem scribit Hippocrates, subnectit καὶ γὰρ τῆ ἄλλῃ περιλήμῃ ἐστὶ τὸ αὐτό. Ex quo comparat tumores duros & dolentes cum mollibus & indolentibus: postea è natura loci distinguit. Sed hæc parui momenti. Notat ergo tres partes ventris hypochondria in latera superioris ventris conuersa, quæ sub umbilico, quem ὀμφαλόν appellat, & quæ media sunt.

F I N I S.



INDEX RERVM AC  
VERBORVM NOTATV DI-

GNORVM COPIOSISSIMVS. IN QVO NV-  
merus paginam: p; paginæ principium: m,  
medium: f, finem indicat.

<b>A</b>				
 Abscessus	241 m	<i>μετὰ θεοῖν.</i>	ibidem.	nis modus, locus, occasio, tempus. 220. 221. & de- inceps.
Abscessus	592. p	Abscessus in iecinore, liene & pulmone notæ.	913. p	
Abscessus signa.	239. m	Abscessus boni conditiones.	182. f	Abscessuum tria genera. 225. m vide <i>ἀποσπασίς.</i>
Abscessus quando sperandus.	223. m	Abscessus post exanthemata.	175. f. 176	abscessuum in febris causæ, & præfagia. 181
Abscessus stranguosus.	215. p. 892. f	abscessus optimi, boni, pernici- osi qui.	229. m	abscessuum bonorum notæ. 764. m
abscessus salutaris signa.	375. p	abscessus criticus difficilimè curatur.	944. m	abscessuum communia signa. 461. p
Abscessus euanescentes quid portendant.	98. m	abscessus in gingiuis.	273. p	abscessuum signa. 390. m 679. p
Abscessus quando sursum aut deorsum.	451. p	abscessus prauus qui.	444. f	abscessuum natura. 712. m
Abscessus parui. 162. f. magni. ibidem.		abscessus in partibus superio- ribus, aut inferioribus. 162. p. causæ & signa. ibidem.		abscessuum bonorum ordo tri- plex. 764. m
Abscessus resolutione humo- ris aut suppuratione curan- tur.	228. p	abscessus <i>κατὰ τὴν ἀσπίδα</i> & <i>ἀσπίδος</i> .	239. m	abscessuum materiam vrina multa & crassa, & hamor- rhagia præcipiunt. 181. m
Abscessus cur hyeme frequen- tiores.	227. f	abscessus purulenti.	370. p	abscessuum signa in morbis tho- racis. 760. f. 761
Abscessus, sursum an deorsum futurus sit, signa.	197. m	abscessus initio morbi acuti, quid portendant.	239. m 240. f.	abscessuum bonum quæ sequan- tur. 1086. f
Abscessus euanescentes.	191. m	abscessus in peripneumonia.	759. m. f. 760. p. 761	<i>ἀνατολῆς</i> & <i>ἀνατολῆς</i> . 441. p. 442. p
Abscessus prauus.	534. p	abscessus lachrymalis.	1030. p	Accessiones phreneticæ. 126. f
Abscessus boni.	582. p	abscessus prauus. 449. f. optimi.	450. p	accessiones paribus, maligni- tatis signa sunt. 349. f
Abscessus in variis partibus. 181. p. in quibus morbis abi- bit.	182. m	abscessus critici & boni tria signa.	98. m	accessio mali ad graue malum lethalis. 199. m
Abscessus criticus requirit vi- gentem vtcunque naturam & viscera integra.	222. p	abscessus cur partes obfessas corrumpant.	373. p	accessio grauis mali ad graue malum lethalis. 866. m
Abscessus quando expectan- di.	406. m	abscessus salutaris & <i>ἀσπίδος</i> .	399. m	accessionum grauium sympto- mata. 310. p
Abscessus boni deorsum.	490. m	abscessus in morbis thoracis.	724. f. 725. p. m	Acetum. 274. p
Abscessus prauus & boni notæ.	944. f	abscessus in partibus extimis, cur metuendi.	98. m	Accidentium varia nomina. 282. p
Abscessus in affectibus thora- cis.	717. m	abscessus signa deorsum, aut sursum.	600. m	<i>ἀσπίδος</i> . 320. m. 484. f 741. p. 1098. f
Abscessus lethales.	601. m	abscessus stranguosus.	900. m	<i>ἀσπίδος</i> . 492. m 474. p. 1092. p
Abscessus in cõualescentibus dupliciter.	181. p	abscessus germen habentes.	98. f	<i>ἀσπίδος</i> & <i>ἀσπίδος</i> . 49. p. 475. f & seq.
Abscessus, qui primis iudica- tionibus nõ soluunt.	725. m	abscessus multiplex.	388. m	<i>ἀλλὰ</i> & <i>ἀλλὰ</i> interdum <i>νέκρωσιν</i> ostendit. 49. m
Abscessus inutiles duobus mo- dis.	16. m	abscessus damnandi.	112. m	<i>ἀλλὰ</i> & <i>ἀλλὰ</i> quid. 49. p. 320. m
Abscessus in crura cur diutur- mores.	716. f	abscessus partium superiorum, aut inferiorum signa.	762. m. 763	<i>ἀλλὰ</i> duplex. 476. p. f <i>ἀλλὰ</i> . 1129. m
Abscessus laudabiles.	1097. f	abscessuum intro recursus.	765. m. 766. p	<i>ἀλλὰ</i> . 480. f. 492. p
Abscessus <i>κατὰ ἐκκρίσιν</i> , & <i>κατὰ</i>		abscessuum natura, generatio-		<i>ἀλλὰ</i> & <i>ἀλλὰ</i> . 492. p. 493. p 1024. m

*αχολα.* 251. m  
*ακρατία.* 386. m  
*ακρατία.* 904. m. 905. p  
*ακρατία τρομώδης.* 268. p  
*ακρατία.* 411. f  
*ακρατία.* 903. p. 1101. f  
*ακρασία.* 346. m  
*ακρασία.* 713. m  
*ακρασία.* 87. p  
*ακρασία.* 210. m  
*ακρασία.* 800. m  
*ακρασία.* 329. p  
*ακρασία.* 982. p  
 Accretio vera. 725. m  
 Accretio omnia eradūt intestina & sedem. 112. f  
 Acrimonia effectus. 785. f  
 Acrimonia humorū effectus. 725. m  
 Acrisia duplex. 59. f. 409. f  
 Acrisia. 116. m. vnde fiant. ibidem. f. & 117. p  
*ακροσία.* 346. f. 347. p  
*ακροσία.* 261. m  
*ακροσία.* 1061. p  
*ακροσία.* 52. m. 59. m. 60. f  
*ακροσία.* 60. m. f. 1034. p  
*ακροσία.* 336. f. 762. p. 1026. f  
*ακροσία.* 324. f  
*ακροσία.* 324. m. 1115. p. 71. f  
*ακροσία.* 328. m  
*ακροσία.* 1044. m  
*ακροσία.* 660. f  
*ακροσία.* 661. m  
*ακροσία.* 46. p  
*ακροσία.* 980. p. 981. p  
 Actio vt fiat duo necessaria. 131. f. 132. p  
 Actio vel ab anima, vel à natura. 333. p  
 Actiones voluntariae, quæ præter rationē fiunt, inter phrenetica signa. 84. m  
 Acuti morbi crifes. 237  
 Acuti, peracuti. 207. p  
 Acuti morbi quando iudicantur. 207. m  
 Acuti quomodo in quatuordecim diebus iudicentur. 233. f  
 Acuti *ἐκ μεταπέλευσεως.* 396. m  
 Acuti ex decidentia. 161. f  
 Acumen morbi quandiu duret. 207. p. f. & 208. m  
 Acutos intra decimum quartum diē iudicari quid signifi-  
 ficet. 396. m  
 Acutorum duo genera. 233. f  
 Acutorum duplex differentia. 551. m  
 Acutorum morborū diuisio. 1121. m  
 Acutorum prælagia, cur in-

certa. 630. p  
 Acutorum terminus. 223. m  
*ἀδελφία.* 961. f  
*ἀδελφία.* 331. m. 332. 333. 334  
*ἀδελφία.* 362. m. 1014. m  
*ἀδελφία.* 276. m. 332. f. 1013. p  
*ἀδελφία.* 362. m  
*ἀδελφία.* 277. f. 278. p. 414. p  
*ἀδελφία.* 87. m  
*ἀδελφία* in febribus acutis. 76. p  
 Adolescentia. 839. m. 840. p  
 Adolescentium temperamen-  
 tum & morbi. 429. f  
 Adolescentis præter spem me-  
 dicorum mortui exemplū. 72. m  
 Adolescentum propria cri-  
 ses. 86. m  
 Ager vnde agilis in astringen-  
 do. 405. p  
 Agilops. 1094. p  
 Agri nomē cur aliquando no-  
 tetur ab Hippocrate. 155. f  
 Agri cur non recalcēat à ri-  
 gore. 302. p  
 Agri nomen cur scribat Hip-  
 poc. 443. p  
 Agri nomen additur ad me-  
 moriam. 1025. f  
 Agri cur in eodē morbo alij  
 seruetur, alij intereant. 788. f. 789. p  
 Agri cur alij euadant, alij ser-  
 uentur in eodem morbo &  
 iisdem signis. 119. p  
 Agro eidem cur modò me-  
 tus, modò audacia, risus, la-  
 chrymæ. 151. m  
 Egrotare variè. 159. p. f. 363. p  
*ἀειμαδία.* 282. m  
 Aneorema media inter albū  
 & nigrum. 1018. f  
 Aër purus. 476. p. caliginosus. 474. p  
 Aër duplex in auribus sonum  
 facit. 435. p  
 Aëris vitia. 476. p  
 Aëris frigidi effectus. 227. m  
 Aëris & spiritus eadem ratio. 476. p  
 Æruginosus humor, vide Bi-  
 lis, Humor.  
 Æstatis effectus. 227. m. f. 393. f  
 Æstus. 311. f  
 Ætas deflorescēs autumnō si-  
 milis, & cur. 225. p  
 Ætas florens, senilis. 222. p  
 Ætas virilis. 1009. f  
 Ætas respōdet anni partibus. 225. p  
 Ætas antè xxx. qualis. 222. p  
 Ætas abscissibus apta. 392. m

Ætas hæmorrhagiæ apta. 1129.  
 Ætas ad tabē apposita. 828. p.  
 Ætates opportuna tabi. 839.  
 840  
 Ætatis declinantis termini.  
 227. p  
 Ætatis cōstantis termini. 222. f  
 Ætatum & anni eadem ratio.  
 225. 226  
 Ætatum cur non sit terminus  
 certus. 429. f  
 Ætatum temperamenta & vi-  
 res. 391. m. 392. m  
 Ætatum distinctio. 579. p  
 Ætatum diuisio. 1009. f  
 Ætatum gradus ex veteribus  
 Græcis. 224. m  
 Ætatum terminus certus non  
 est, & cur. 222. p  
 Æthiopes cur frontis pruritu  
 infestentur. 627. f  
 Affectione duplici crisis du-  
 plex. 214. f. 215. p  
 Affectus ex liene. 882  
 affectus in communi membro  
 grauior, quàm in particu-  
 lari. 687. p  
 affectus grauiores exolutis vi-  
 ribus lethales. 1110. m  
 affectus præter naturam quot  
 modis tollatur. 72. f  
 affectus compositus interdum  
 melior simplici. 948. m  
 affectus exiguus intempestiua  
 victus ratione redditur le-  
 thalis. 67. f  
 affectus principiorū cum vi-  
 rium exolutione lethales.  
 524. p  
 affectus incipientes & absolu-  
 ti. 523. p  
 affectus & symptomata non  
 semper simul augentur, sed  
 ille interdū mitior, hæc ve-  
 hementiora. 457. p  
 affectus primigenius ab eo,  
 qui fit per cōsensum, quo-  
 modo distinguitur. 810. m  
 affectus omnis vehemēs cum  
 imbecillitate virium lethā-  
 lis. 156. p  
 affectus magnus, aut paruus  
 quis. 162. f  
 affectus conuulsui. 160. m  
 Affectuū duo genera, quibus  
 neque hæmorrhoides, ne-  
 que purgationes mederi  
 possunt. 671. m  
 affectuum duplex differentia,  
 qui fiūt per successiōnem.  
 711. f  
*ἀγνοία* vnde. 12. p. 302. m  
 305. f. 443. m  
*ἀγνοία*

*ἀγνοία* 1099. f  
*ἀγνοία.* 476. p  
*ἀγνοία.* 478. m  
*ἀγνοία.* 480. f. 1094. p  
*ἀγνοία.* 188. f  
*ἀγνοία.* 515. f. 516. p. 1108. m  
*ἀγνοία.* 24. m  
*ἀγνοία.* 240. f. 418. m  
*ἀγνοία.* 32. m  
 quid & vnde. 33. m  
*ἀγνοία.* 1041. m  
*ἀγνοία.* 187. m  
*ἀγνοία.* 377. p  
*ἀγνοία.* 848. p. 858. m  
*ἀγνοία.* 172. p. 621. m  
*ἀγνοία.* 644. m. 645  
*ἀγνοία.* 244. f  
*ἀγνοία.* 161. f. 162. f  
*ἀγνοία.* 1017. f  
*ἀγνοία.* 985. m  
*ἀγνοία.* 473. f  
*ἀγνοία.* 480. f  
*ἀγνοία.* 1092. p  
*ἀγνοία.* 474. p  
 Alantoidas. 1010. m  
 Alæ pulmonis. 774. p  
 Alati. 841. f  
 Albedo in pure. 797. m  
 Albugo. 489. f  
 Album quid. 454. f  
*ἀλβουμ.* 104. p. 199. p  
*ἀλβουμ.* quomodo ab Hippocra-  
 te vsurpetur. 46. m  
*ἀλβουμ.* 118. p  
*ἀλβουμ.* 115. p  
*ἀλβουμ.* 189. m. 191. p. 319. m  
 Alimenti superflue ingesti effe-  
 ctus. 195. m  
 Alimento sumpto, cur augeatur  
 calor in tabidis. 845. f. 846  
 Alimentum. 845. m  
*ἀλβουμ.* 613. *ἀλβουμ.* 5. m  
*ἀλβουμ.* 136. p  
*ἀλβουμ.* 328. m. 807. p. & m  
*ἀλβουμ.* 150. m  
*ἀλβουμ.* 1026. m  
*ἀλβουμ.* 324. m  
*ἀλβουμ.* 683. f  
*ἀλβουμ.* 324. p. 615. f  
*ἀλβουμ.* 57. m. 58. f  
*ἀλβουμ.* 660. f. 661. f  
*ἀλβουμ.* 5. m  
 Alteratio triplex. 797. m  
 Alteratio duplex. 618. m. 200. f  
 Alteratio humorum triplex.  
 580. m  
 Alteratio solidarum partiū du-  
 plex. 296. m  
 Alui perturbatio ab hepate.  
 851. f  
 Alui profluuium vnde. 219. p

Alui perturbatio. 853. m  
 869. m. 1072. f  
 alui cruenta profluuiis. 416. m  
 alui profluuiū quando malum.  
 592. m  
 alui proluuiis rubens. 567. m  
 alui profluuium in suppuratione  
 hepatis. 853. m  
 alui profluuium longū & per-  
 tinax. 861. m  
 alui profluuium à refluxu hu-  
 morum lethale. 250. f. 252. f  
 alui profluuij signa. 250. f  
 alui profluuium curatum vomitu.  
 878. p  
 alui profusio hydropi vitilis qua-  
 lis. 872. p. & 916. p  
 alui excrementa varia. 399. m  
 667. p  
 alui profluuii in morbis thora-  
 cis. 888. p. & 1126. p  
 alui profluuium post hæmorrha-  
 giam. 402. m  
 alui profluuium in pleuritide.  
 104. p. m. 504. p. & 569. m  
 alui profluuium quadruplex in  
 pleuritide. 725. m. f  
 alui suppressio in ardentibus  
 quando. 252. p  
 alui profluuium an vomitu fa-  
 nandum. 626. p  
 alui profluuium in grauidis.  
 1015. m  
 alui profluuium à distillatione è  
 cerebro. 803. p  
 alui profluuij causa. 245. m  
 alui profluuium in suppuratione.  
 311. m  
 alui malè afficiuntur post hæmor-  
 rhagiam. 402. f  
 alui profluuium cum acribus &  
 malignis excrementis pericu-  
 losè supprimitur. 1030. p  
 alui profluuiū in hydrope. 911. f  
 912. p  
 alui profluuiū in tabidis. 615. m  
 alui profluuiū in affectibus tho-  
 racis. 106. p  
 alui excretio critica. 239. f  
 alui profluuium arcet morbos  
 capitis. 1073. f  
 alui profluuium symptomaticū  
 duplex, quod nihil inuat, &  
 quod auget symptomata, v-  
 triusque prælagia. 104. f  
 alui profluuium è capite. 413. p  
 alui profluuiū in peripneumo-  
 nia quando lethale. 27. m  
 alui suppressio quorum affectuū  
 sit concausa. 930. m  
 alui suppressio vnde. 1075. p  
 alui profluuium quas partes ex-  
 purget. 272. f

Alui profluuium à pituita falsa.  
 1073. f  
 alui profluuium in pleuriticis.  
 341. m. f  
 alui profluuium vnde, & præla-  
 gia. 198. p  
 alui turbatio. 461. m  
 alui suppressio caput cur affi-  
 ciat. 168. f. & seq.  
 alui profluuium lethale irritō na-  
 turæ impetu. 231. p  
 alui profluuii copiosa. 719. m  
 alui longa profluuii. 534. f  
 alui profluuiū malè affectis oculo-  
 lis. 1097. f  
 alui excrementa quomodo red-  
 dantur. 706. f  
 alui profluuium salutare. 380. m  
 alui profluuium cum strigmetis  
 aliquando vitale. 198. p  
 alui profluuium in lumborū do-  
 lore. 625. f  
 alui perturbata signa. 389. f  
 alius biliosa. 1067. m  
 alius pleuriticorū mollis quan-  
 do periculosus. 735. f  
 alius liquida quale signū. 277. f  
 278. p  
 alius torpida. 1125. f  
 alius suppressa à vesicæ calore.  
 890. p  
 alius suppressa ante hæmorrha-  
 giam. 368. p  
 alius suppressa in scabie. 841. p  
 alius turbata in purulētis. 26. m  
 alius suppressa. 596. m. causa  
 & prælagia. ibid. & 597. p  
 alius in affectibus capitis astri-  
 ctior. 386. p  
 alius liquida. 342. f. 532. p  
 alius liquida in morbis thora-  
 cis. 813. f  
 alius qualia deiciat morituris.  
 386. m  
 alius soluta in hydropticis. 866.  
 alius in febribus vnde suppri-  
 matur. 667. m  
 alui turbati morbi initio, quid  
 ostendat. 1064. p  
 alius torpida. 569. p. f  
 alius suppressa laborans caput  
 grauius afficit. 408. m  
 alius perturbata in biliosis.  
 867. f  
 alius modò liquida, modò dura  
 affecto capite. 504. f  
 alius sicca. 212. m  
 alius suppressa caput afficit.  
 367. m  
 alius soluta cum parotidibus,  
 quid denunciet. 450. m  
 451. m. 452  
 alius libera requiritur in pleu-



I N D E X.

ritide. 735. m
Aluus resoluta. 288. p
aluus liquida in ardente. 382. m
aluus mollis prohibet pleuriti-
dis generationem. 736. p
aluus soluta in morbis thoracis.
788. m
aluus exorrhagomēn. 1061. m
aluus graecolens. 601. f
aluus soluta. 867. m. 1114. f
aluus suppressa. 679. f
aluus qualis in capitis affecti-
bus, & in morituris. 212. p
aluus perturbata. 308. f
aluus dura. 471. f
aluus humida. 107. m. quale
signum in fastidio cibi & affe-
ctibus pectoris. ibidem.
aluus profusa cum lingua tre-
mula. 507. p
aluus perturbata cum surditate.
417. f
aluus liquida in internis inflam-
mationibus damnatur. 596. m
aluus suppressa auget capitis af-
fectus. 258. f. 259. f
aluus suppressa caput afficit.
246. f
aluus suppressa cum ventris tu-
more. 614. 615
aluus biliosa. 515. m
Amaror oris in hydropicis.
863. f
Amaror oris cum biliosis deie-
ctionibus prauum signum.
64. p
αμαυροσ. 547. m. 548. f. 1119. f
Amaurosis. 484. f. 1129
αμαυροσ μελιου. 476. m
αμβλωσμος. 200. p. 381. p
αμβλωσμος. 436. m
αμβλωσμος hæmorrhagia signū.
50. f
αμβλωσμος. 73. f
Amnion. 1010. m
αμυροσ. 856. f. 857. p
αμφο. 155. f
αμφιδροσ. 132. f
αμφότερα. 335. m
Ampullæ phœniceæ & ruben-
tes. 884. p
αμυροσ. 845. p
αμυροσ φάρμακα. 271. m
Amurca. 857. p
Annorum critica ratio. 228. m
ανα. 18. m
αναγαλα. 361. p. 152. f
αναγωγη φλογματωδης. 313. p
αναγωγη. 102. p. 976. m. 977
αναδιδροσ. 38. p. 309. f
1120. m
αναδιδροσ. 622. f. 623. m
αναδιδροσ α lumbis. 167. m

αναδιδροσ. 612. m
αναδιδροσ. 1117. p. 1120. p
αναδιδροσ. 741. m
αναδιδροσ. 766. f
αναδιδροσ. 194. f
αναδιδροσ non est recorporatio.
245. f
αναδιδροσ. 660. f
αναδιδροσ. 196. f
anacatharticos terminus. 767. m
ανακαθαρσις. 26. m
ανακαθαρσις. 100. m
ανακαθαρσις. 486. m
ανακαθαρσις. 335. m. 359. m
ανακαθαρσις. 646. m
ανακαθαρσις. 18. m
ανακαθαρσις. 303. p
ανακαθαρσις. 514. m
ανακαθαρσις. 154. p
ανακαθαρσις. 405. m
Anasarca. 865. p
ανασαρκα. 748. f
ανακαθαρσις. 49. f
ανακαθαρσις. 62. m
ανακαθαρσις. 164. p. 792. m
ανακαθαρσις. 66. f. 687. p. 688. m
ανακαθαρσις. 609. f. 610. p
ανακαθαρσις & αφωσ. quid. 2. m. 302
ανακαθαρσις. 946. m
αγγελος. 560. m. 1123
Anhelosi. 165. m. 356. m. 365. f
αγγελος. 1123. m
αγγελος. 79. f. 183. m
αγγελος. 79. m
Angina. 78. f. 802. m. 554. f. 555. p
Angina ex vertebræ luxatione.
558. 559
Angina omnium morborū acu-
tissima, excepta peste & apo-
plexia. 697. f
Angina cessante suffocatione le-
thalis. 713. p
Angina periculossima. 557. m. f
Angine periculossimæ tria sig-
na. 696. f
Anginæ symptoma. 97. m
Anginæ differentia ex loco affe-
cto. 699. f
Anginæ subito necantis post re-
missionem signa. 713.
Anginæ signa prænuncia. 697. f
Angina qui facilius corripian-
tur. 697. f
Anginæ quarta species. 559. m
Anginæ duo signa pathogno-
monica. 559. m
Anginæ varia solutio. 703. m
Anginæ salutatis signa. 709. f
710.
Anginæ couersio ad pulmones
quibus signis deprehendatur.
615. p
Anginæ quibus temporibus fe-
ri soleant. 700. m
Anginæ malignitas vnde cogno-
scatur. 700. f. 701. p
Anginæ secundæ species descri-
ptio, causa, prælagia. 698
Anginæ remedia ab Hippocrate
& Gal. vsurpata. 698. f. 699. p
Anginæ causæ, differentia, præ-
lagia. 695. 696. 697. vnde di-
cta. 695. f
Anginæ tres species. 557. m
Anginæ in pulmonem conuer-
sio. 702. 703
Anginæ quarta differentia. 93. f
Anginæ tertie species descriptio,
causa, prælagia. 700. 701
Anginæ tertie species signa le-
thalia. 702. p
anginæ solutio multiplex. 712. m
Anginæ diuisio reprehensa. 696. p
Anginæ perniciosissimum sig-
num. 93
Anginæ lethalis signa. 720. f. 721
Anginæ vere & autumno diuer-
sa. 696. m
Anginæ quatuor tempora. 710. p
Anginæ dolor in caput versum
an lethalis. 711. m
Anginæ lethalis descriptio. 706
Anginæ signa prænuncia. 802. m
Anginæ curatio per sectionem
asperæ arteriæ. 998. m
Anginæ cur duas tantum species
Hippocr. alicubi notet. 701
Anginæ lethalis signum. 709. m
Anginæ periculossimæ descri-
ptio. 1122. f
Angustia respirationis vnde. 93
Angustia spiritus vnde. 572. m
αγγισια σωματικη. 28. p
αγγισια. 57. f
Anima triplex. 332. p
Anima αγγισια. 142. p.
143. 357. f
Animalis affecta. 965. m. 966
Animi deliquium. 1493. f
Anni partes, earumque effe-
ctus. 393. f
Anni partes, & earum tempe-
ramenta. 928. p
Annus clymactericus. 394. f.
228. m. 1009. f
Annus sextus & septimus iudi-
cāt morbos diuturnos. 228. m
ανορεξια. 194. f. 812. p
ανο. 343. m. 1012. f. 1013. p
ανορεξια. 1121. p
ανορεξια & eius signa. 50. p
ανομαλια in omni genere co-
ctionis damnata. 453. f
ανομαλια in febribus. 249. f
ανομαλια hypochondriacū. 78. m
ανομαλια. 250. f. 251. p
ανομαλια

ανομοια. 251. p
ανομοιοι. 295. m. 617. m
ανομοια. 412. f
ανομοιοι. 271. m. 272. m
Anostomosis. 733. m
ανοστομοσις. 972. p
Anthrax. 175. f
Anticipatio crisis quid indicet,
23. m
αντιπροσδοξια. 395. m
αντιπροσδοξια. 230. f
αντιπροσδοξια. 258. m. 259. f
αντιπροσδοξια. 342. m
αντιπροσδοξια. 271. f
αντιπροσδοξια. 812. f
αντιπροσδοξια. 248. f. 249. p
αντιπροσδοξια. 438. p
Anxietas. 616. p. 679. m
Anxietas in suppuratis vnde.
101. f
Anxietas ab oppressione. 368. m
Anxietas cū nausea, & cum vi-
scerum actu, quid ostendat.
60. f. 61. p
Anxietas die critico. quid osten-
dat. 57. m
Anxietatis quatuor causæ. 311. f
Anxietudo & inquietatio signū
malignitatis. 48. p
Quibus de causis fiat. ibid.
Anxitudo. 5. m. 6. m. 69. p
Anxitudo signum criticum.
166. m
Anxitudo iuxta lassitudinem quid
indicit. 29. f
απαλωσεν. 452. f. 453. p
απαλωσεν. 917. m. 918. m
απαλωσεν. 73. f
απαλωσεν & αμωσ differūt. 60. m
απαλωσεν. 847. p
Appetentia deiecta. 504. m.
refrutata. 787. p
Appetentia quale signum in æ-
gris. 105. m
Appetentia & inappetentia. 937. f
Appetentia integra. 194
195. 912. m
Appetentia in comalescentibus.
194. f. 245. p
Appetentia gradus, differentia,
prælagia. 341. m. 342
Appetitus quot modis offenda-
tur. 107. p
αφαιζονται. 176. m
αφαιζονται. 765. m. f
αφαιζονται. 689. m. 690. f
αφαιζονται. 666. m.
αφαιζονται. 1107. p
αφαιζονται. 132. f. 133. f
αφαιζονται fit duobus modis, aut ma-
nente sensu & motu, læsis tan-
tū vocalibus instrumentis,
aut sine motu & sensu, læso a-

I N D E X.

nimali principio. 2. p
αφαιζονται fit multis partibus affe-
ctis & quibus. 4. m
αφαιζονται simplex, & αμωσ.
302. m
αφαιζονται à catoche distincta. 510. f
αφαιζονται pro catoche. 66. m
αφαιζονται in palpitatione. 672. m
αφαιζονται quando nou soluatut tre-
more. 40. p
αφαιζονται à cerebro quomodo di-
gnoscatur. 40. p
αφαιζονται quid significet Galeno.
263. m
Aphonia à pulmone. 555. f
αφωσ. 111. m. 112. m
αφωσ & αμωσ quomodo dif-
ferant. 48. m
αφωσ transseutes in ecstasim.
101. f
αφωσ αμωσ. 2. p
Aphonia conuulsorio modo fa-
cta. 522. f
Aphonia generatio. 528. p
Aphoniae causæ in quibus parti-
bus querendæ. 522. m.
dignotio. ibid. m.
αφωσ varie causæ & dignotio.
39. f
αφωσ quatuor modis. 122. f.
dignotio loci affecti in apho-
nia. 123. p
αφωσ in vulneribus. 963. m. f.
609. f
αφωσ. 375. f
αφωσ. 1024. f
Aphorismi varij de abscessibus
explicati. 181. 182
Aphthæ. 513. m. 781. m
Aphthæ ventriculi. 884. m
αφθωσ. 1010. f
αφθωσ. 1021. m
αφθωσ. 493. m
αφθωσ. 269. m
αφθωσ. 420. m
αφθωσ. 10. m. 403. p. 90. m.
αφθωσ. 250. m
αφθωσ. 491. m. 111. m
αφθωσ. 268. p. 269. p.
αφθωσ. φλεβωσ est catoche.
293. f
Apcæ veri. 908. f
απνοια. 92. m. 547. m. 674. f.
729. f. 1116. p
Apoplexia sanguinea. 905. f
Apoplexia à copia sanguinis.
7. f. 8. p
Apoplexia ab interceptione ve-
narum. 39. f
Apoplexia quibus familiaris.
257. f
Apoplexia alia corporis, alia a-
nimi. 967. p



I N D E X.

Bubones à peste, inflammatio- ne, viscere malè affecto. 114.f. 115. 116
Bubones critici & symptomati- ci. 115. 116
Bubones pestilentes. 90.f
Bubones germè habètes. 934.m
Bubones in pueris quando. 114.f
Suppressis mensibus. ibid.
Bubonum præfagia & differen- tia. 114. 115
Buccarum contractio. 258.f. 408.f
Bulla in lingua pleuriticorum. 732.p.m
C
Achexia phlegmatica. 916.
Cachexia ante hydropem. 868.
Cacoehymia & cachexia diffe- runt. 661.p. 921.f
Cacoehymia vnde dignoscatur. 661.p. 921.f
Cacoehymia causa duplex. 486.f
κακοήθεια. 205.f
κακωσις vitium stomachi. 5.m
κακία. 31.p
Calculus in corde. 638.f
Calculus puerorum 894.p
Calculus senum. ibid.
Calculus à calore moderato. 139.m
Calculus puerilis morbus. 1009
Calculi in renibus signa. 229.m. 930.p. 932
Calculi varia materia. 931.m
Calculi signa. 567.f
Calculi causa. 894.m
Calculi in vesica variaz differen- tia. 896.p
Calculi & arenularum genera- tio. 932.p
Calculi dolor in extremo puden- di. 728.p
Calculosi vt meiant, quomodo figurari debeant. 894.f. 895. 896
Calofacientium in doloribus, quando prohibitus. 121.m
Calidi effectus. 22.m
Calidum ἐπιποικιλόν. 227.f
Caliginosa anni constitutio. 92.p
Caligo à suppressione mēsum. 1025.p
Calor febrilis excitat flatus quo modo & quando. 65.p
Calor febrilis redit dupliciter à perfrigeratione. 80.m.
Calor per se, & calor siccus non eosdem habent effectus. 488. f. 489. p
Calor hepatis. 858.m
Calor imbecillus duobus mo- dis. 65.p
Calor naturalis flatus excitat. 65.p
Calor modicus per moram in- durat. 848.m
Calor subuentitiu, congenitus. 464.p
Calor hecticarum. 778.p
Calor natiuus in mediocritate consistit, & habet duo con- traria. 751.m
Calor febrilis & natiuus, quo- modo differant. 751.m.
Vtriusque effecta. ibidem. & 752.p
Calor tabidorum. 780.m
Calor febrilis concoquit. 563.f
Calor interdiu tenuis, noctu ve- hemens. 779.p.m
Calor naturalis quomodo cor- rumpatur. 65.p
Calor per fominū vnde. 779.m
Calor vehemens quando beni- gnæ febris sit signum. 941
Calor calculi causa tribus mo- dis. 894.m
Calor æqualis in toto corpore. 757.p
Calor febrilis humidum confu- mit, & adiicit. 158.m
Calor imbecillus tribus modis. 618.m
Calor hecticus. 780.f. 781.p
Calor vnitus fortior. 245.m
Calor natiuus vnde paucus. 945.f. 946
Calor paruus quomodo. 65.p
Calor febrilis concoquit. 680.f
Calor refrigerat. 858.m
Calor puerorum qualis. 836.f
Calor febrilis, & exsiccat, & hu- mectat. 97.f
Calor igneus, quomodo refri- geret. 22.m
Caloris extinctio vnde cogno- scatur. 9.m
Caloris effectus. 155.p
Caloris & frigoris effectus. 503.m
Caloris natiui effectus. 939.p
Caloris mutatio. 484.m
Caloris abolitio multiplex. 296.f
Caloris febrilis effectus. 685.m
Caloris extinctionis proximi signa. 286.p
Caloris extranei effectus. 295.p
Caloris naturalis effectus. 801.p
Caloris & refrigerationis vicif- situdo quid portendat. 329
Caloris natiui vis. 974.f
Caloris & frigoris vicifitudo. 109.f
Caloris effectus in tabidis & fe- bribus colliquātib. 467.m
Calore in febre per omnes par- tes diffundi, optimum. 497.p
καλός ηγή διαφύλιος. 335.f. 336.m
Callus quid. 1005.m
Caluaria fractura. 298.f
Caluaria superficies qualis. 969
Cancer. 1009.p
Cancer suppressis mensibus. 1015.p
Canis rabidi vires. 73.f. 633.p
Capillorum de fluxuum. 832.p.f
Caput multorum morborum causa. 562.f
Caput calidum trahit à toto in- star cucurbitula. 490.p
Capitis dolor. 253.f.
Cur modò in anteriore, mo- dò in posteriore parte, & cur vehemens. ibidem.
Capitis dolor soporosus. 413.f
Capitis quassatio. 260.m
Capitis dolor à copia. 412.f
Capitis tremor & concussio. 264.m.f. 265.p
Capitis dolor qualis prænuñciat conuulsionem. 246.m
Capitis vulnerati symptomata duorum generum. 959. 960
Capitis vulnera. 297.f.
Præfagia. ibidem.
Capitis succussio. 260
Capitis affecti signa. 267.p
Capitis dolor vnde in febribus. 273.p
Capitis dolor inter parotidum signa. 1084.m
Capitis dolor quibus modis sol- uatur. 271.m. f. & 272
Capitis dolores acuti. 269.m.f
Capitis pulsationes. 265.p
Capitis vulnerati symptomata. 422.m.f
Capitis dolor vehemens & con- tinuus. 406.m
Capitis dolor à cruda frigidā- que materia. 1113.p.
Capitis ruina. 298.f
Capitis affecti & alui suppressæ præfagium. 274.f
Capitis distillationes tabis præ- nuntia. 802.f
Capitis dolor grauis & somni- culosus quid præfagiat. 256.m
Capitis lotio in hæmorrhagia imperfecta. 649.m
Capitis oppressi signa. 83.p
Capitis dolor suppressæ alui. 245.f. 246.f
Capitis pulsatio. 130.p
Capitis

I N D E X.

fectibus. 275.p
bitorum dolore. 1124.f
capitis dolor in vulneribus ca- pitis. 976.p
capitis varia symptomata, & in- de præfagia. 263.f
capitis dolor symptomaticus. 20.f
capitis partes imbecilliores que 972.p
capitis vulnera. 421. 422
capitis dolor. 407.p
eius causa. ibidem f
capitis dolor grauis. 415.m
capitis dolores quomodo iudi- centur. 191.p
capitis tremor & succussio. 409.p
capitis dolor moderatus. 274.m
capitis symptomata nū critica sunt, an symptomatica, digno- tio. 263. 264.p
capitis dolor moderatus. 413.m
capitis grauitas. 266.p
capitis dolor in febribus. 183.f
capitis & ceruicis dolor. 268.p
capitis venæ. 446.p
capitis vulnera, & inde præsa- gia. 298.m
capitis vulnera lethalia. 990.p
capita musculorum vulnerata. 988.m
capita musculorum quæ dican- tur. 989.f
Carbunculus pestilens. 114.f
Carbunculi. 369.f
Cardialgia. 84.p. 605.m
594.f. 853.p
Καρδιαγία. 506.p
Καρδιαχολία. 619.m
Cardiacorum decubitus quis noxius. 949.p
Caro suilla, & ouilla. 929.p
caro cur regeneretur. 982.f
983.p
caro quid. 975.m
caro muccosa. 817.m
carnis ab osse discessus. 974.f
carnis colliquatio vnde colli- genda. 781.p
carnes. 769.f
carnes mucosæ. 850.m
caruncula in vesica meatu. 896. f. 897
καρπύαι. 265.f
Caus. 908.m
Carus tribus modis sumptus. 280.m. etymologia. ibidem.
Cari causa & præfagia. 275.m
Cari differentia à similibus af- fectibus. 275.p
καρπός. 314.f
Carotici. 211.p
Carotidum obstructio. 905.p
906.m
καρτά. 406.m. 542.f
543.m
Cartilago. 1006.p
Cartilago cur non augetur fe- da. 981.m
Cartilagine. 983.p
Cartilaginosa partes. 1006.p
Castor & Pollux. 445.m
Cassus ex alto. 971.p
κατάκλασις. 345.m. 951.m
κατάκλασις oculorum. 1100.p
κατακλώρισμα φωνῆς. 525.p
κατά. 155.f. 405.m
κατά λόγον. 516.m. 1109.p
Catalepsis. 211.p. 906.m
Catalepsis cum fridore dentiū. 1105.f
καταπρηγή. 312.m
Cataphora. 134. 1013
Catarrhi in thoracem sympto- mata. 106.p
Catarrhi in ventrem symptoma- ta. ibidem.
Catarrhus. 771.m
καθαρσις vox ambigua. 1105.f
Cathartica quando noxia. 861. f. 862
καθαρήσειον medicamentum. 1103.f
κατάρσεια. 322.m
καταρσις. ibidem.
κατά. 343.m. 931.p
κατά ύστα. 1121.p
κατοχία. 293.m
κατοχία firma quibusdam. 66. f. 67.f
Catoche multis modis dicitur. 524.p
Catoche vera causa experimen- tis deprehensa. 66.f
Catoche in febre laboriosa qua- le signum. 68.p
catoche repentina. 258.p
Catoche causa, differentia, & symptomata. 258. 259. 263.m
Catoche duobus modis sum- pra. 259.m
Catoche circa crism. 264.p
Catoche cerebri nō capitis sym- ptoma. 258.f
catoches continens causa. 68.p
Catoches descriptio. 524.m
Catoches diuersa nomina apud veteres. 326.f
Catoches & lethargi differentia. 211.p
Catoches & comatis differen- tia. 66.m
κατοχία. 326.m. causa, præfagia. ibidem. 263.m
κατοχίως ἐδρωσθεες. 66.f
καθίστα. 1075.p
καυμάτιδες. 134.p
Καύμα λαπε ἀντι καύματις. 293.p
Καύματις. 1067.m
Causa manifesta. 569.m
Causa efficiens quid requirit in agendo. 246.p
Causa critica. 291
Causa critica quando mala. 15.f
Causa cur in omnibus afferri non possunt. 208.f
Causa externæ effectus celeriter abeunt. 466.p
Causa externa quomodo conse- rant ad præfagium. 68.m
Causus non legitimus. 91.f.
Signa & causa, crises per ab- scessus. ibidem.
Causus qualis. 89.p
Causus quando iudicetur paro- tidibus. 162.m. 210.p
Causi signa. 501.p
Causi maligna signa. 285.m
Causi lethalis descriptio. 109.m
Causi variaz crises. 198.m
Causi maligni sedes variaz 200.p
Causi distinctio à febre acuta. 199.p
Causi tertia quædam species ex anni constitutione. 91.f
Causi quarta species valde mu- tis. 92.p
Causo notho laboranti qualis lingua. 500.m
in Causo à phlegmone excre- menta alui qualia. 171.p
Καυσώματα, & καύματα. 250.m
Καύματα. 294.m
Cauteria in dolore capitis. 271.
Cautas difficilis curatu in titu- lis. 1006.f
Cautas vlceris qualis morbus. 981.m
Cautas oculorum. 480.m
Cautatis oculorum causa tri- plex. 481. 482.
Cæcitas. 489.p. m.f
646.m
Cæcitas ex crissi. 604.m
Cæcitas ex febre. 1098.m
Celeritas in agendo vnde. 15.p
Celeritas respirationis. 536.f. 119.m
Celeritas actionis. 592.f. 593.p
Celeritas respirationis. 548.m
Celeritatis crisis causa. 782.p
Celeritatem quid faciat. 77.p
Cellus.

I N D E X.

Celsus. 333. m  
 Celsi interpretatio reprehensa. 310. m  
 Celsi cōsula methodus in signis tradendis. 996. p  
*νεύραγία.* 331. f. 332. f  
*νεύραγία.* 860. p  
 Cephalæa. 246. m. 257. p  
 Cephalalgia quando sit critica, & quando symptomatica. 263. 264  
 Cephalalgia vnde. 4. m. 246. m  
 257. p. 373. m. 451. f  
 Cephalalgia *νεύραγία.* 275. p  
 Cephalalgia quomodo fiat à rigore. 33. p  
 Cephalalgia causa. 259. p  
 Cerebri vires. 769. f  
 Cerebri affectus cur subito interficiant. 713. f  
 Cerebri affectus circa ventriculos. 256. m  
 Cerebri intēperies hectica. 10. p  
 Cerebri vulnera cur lethala. 979. m  
 Cerebri vulnera, & præfagia. 991. m. symptomatica. ibidem.  
 Cerebri venæ & arteria. 919. m  
 Cerebri affecti plethorica symptomatica. 268. m  
 Cerebri phlegmonē, & eius symptomatica. 570. m  
 Cerebri oppressi symptomatica & præfagia. 280. p  
 Cerebri inflammatio. 200. m  
 Cerebri syderatio. 297. p  
 Cerebri lphacelismus. 296. p  
 Cerebri & ventriculi consensus. 141. p  
 Cerebri affecti symptomatica. 562  
 Cerebri vehementer resicati symptomatica. 361. f  
 Cerebri concussio, & inde præfagia. 903. 963. m  
 Cerebri læsi in vulneribus signa. 966. p  
 Cerebri affectus. 496. m  
 Cerebri actiones. 943. m  
 Cerebri phlegmonē, vel biliosis vaporibus lacēsiti symptomatica. 436. m  
 Cerebri affectus, & varia communicatio. 692. f  
 Cerebri grauitate affecti liberatio per hæmorrhagiam. 355. m  
 Cerebri affecti à frigida materia symptomatica. 439. f  
 Cerebro affecto quæ symptomatica superueniant. 113. m  
 Cerebro affecto quomodo præfagiendum. 160. f  
 Cerebro affecto biliosorum vomitus, & colliquatio. 693. m

Cerebrum vulneratū interdum sanari. 992. p  
 cerebrum perfrigeratū quæ iniala sequantur. 256. m  
 cerebrum cur afficiatur affecto corde. 494. p  
 cerebrum habet insignem magnitudinem. 554. f  
 cerebrum affectum tribus modis vocem tollit. 522. m  
 cerebrum posterius quale. 297. f  
 cerebrum an inflammetur. 482. f  
 cerebrum quomodo principii sensus & motus. 81. f. 82. p  
 Cerebrum occupante materia, quid præfagiendum. 161. p  
 Cerebrum à translatione humorum oppressum, quor modis liberari possit. 609. p  
 Certamē mortiferū vulgō quid. 344. p  
 Certitudinis signorū varij gradus. 230. p  
 Cervicis dolor. 4. m. 268. p  
 279. p. 552. m. 564. m  
 Cholera morbus. 374. m.  
 185. p. m. 525. f. 878. m. 1020. p  
*χολέρα.* 1096. m  
 Cibus febricitanti accessio morbi est, non vitium. 373. p  
 Cibus crasior, cur interdum facilius deuoretur, quam liquida potio. 97. m  
 Cibi intempestiui in febribus pericula. 67. f  
 Cibi pituitosi. 929. p  
 Cibo qui non corroborantur, in reciduum incurrunt. 379. p  
 Cibo non refici quid significet. 195. p. m  
 Cibum & potum omnino auerfari quale signum. 88. m  
 Ciborum abstinentia, inappetentia, & fastidium plurimū inter se differunt. 105. p  
 Ciborum fastidium. 778. m  
 781. m. 812. m. 912. m  
 Ciborum fastidium quarū partium sit affectus. 634. m  
 Ciborum vehemens desiderii. 915. f  
 Ciborum ingens fastidiū. ibid.  
 Ciborum auersio. 616. m  
 617. m  
 Ciborū auersio recidui signū. 347. f  
 Ciborum appetentia. 913. m  
 Ciborum fastidium quando venæ sectionem retardat. 937. & 938  
 Cicatrix quid. 980. m  
 Cicatrix cur caua. 983. p  
 Cicatricis obducendæ principium. 815. f  
 699. f  
 Vide Angina. 893. p  
 890. p  
 Cito & facile expuere, quæ vim habeat ad salutem. 517. m  
 718. m  
 Clangor. 361. f  
 Claritas insomnij à siccitate. 142. m  
 Claudicatio propriè dicta. 989. f  
 Clauicula dolor. 344. m  
 Clauicula & summi humeri dolores. 319. p. vide Iugulum.  
*κλυστερες vomitione redditi.* 386  
 228. m  
 Clysteres vomitione redditi. 386  
 Coaca qualia. 420. p  
 Coaca præfagia qualia. 420. p.  
 450. f  
 Coacorum lectio, cur necessaria & vtilissima. 277  
 Coaca particularibus exemplis continent arcana, maxime in dignoscendo & præfagiendo. 60. p  
 Coalitus in quibus partibus. 980  
 Cocta materia an ager interire queat. 16. m  
 Cocta an securitate iudicij portendant. 286. f  
 Cocta qualia sint. 707. m  
 Cocta præter rationem praua. 1038. m  
 Coctio quid. 656. m. 789. m  
 Coctio qualis, & quomodo fiat. 116. m  
 Coctio particularis fieri potest in parte, toto morbo manente crudo. 163. p  
 Coctio quid, & eius duæ species 272. m  
 Coctio fit duplici calore. 514. p  
 Coctio excretio quædam. 220. m. 222. p  
 Coctio mixtione perficitur. 743  
 Coctio à solidis partibus. 845. m  
 Coctio triplex. 710. m  
 Coctio sine simul & excretio, vt vult Hippocrates. 122. m  
 Coctio nō semper bona, nisi sit ex omni parte tepetiuua. 73. p  
 Coctio & excretio non semper sufficiunt ad salutem. 793. p  
 Coctio falsa, interrupta, particularis, intus relicta. 454. p. m  
 Coctio quando vitiosa. 453. f  
 Coctio triplex. 108. m  
 Coctio optimum signum. 205. f  
 Coctio particularis tuta nō est. 430. p  
 Coctio particularis insida. 445.  
 Coctio

I N D E X.

Coctio & excretio interdū semel, interdum paulatim fiūt. 399. m  
 Coctio recidui moum tollit. 128. f  
 Coctio excretio quædam. 271. m  
 Coctio quomodo dignoscatur. 454. m  
 Coctio semel apprensus cum excretionē, aliquando paulatim concoquit, & paulatim excrenit. 330. f  
 Coctio, quæ vacuatio sequitur, non semper tuta. 718. f  
 Coctio diuersorum humorū varia. 454. m  
 Coctio particularis id sit sine vniuersali. 765. p  
 Coctio increffat. 203. f  
 Coctio quid, & quoruplex. 117.  
 Coctiones non semper celeritatem & securitatē iudicij pollicentur. 454. p. m  
 Coctiones non semper increffant. 653. m  
 Coctiones effectus. 803. f  
 Coctionis ordo in morbis thoracis. 734. f  
 Coctionis tres gradus & eorum signa. 606. m  
 Coctionis signa an semper tuta. 73. p  
 Coctionis triplicis signa. 137. f  
 Coctionis signa in vrinis, sputis, & deiectionibus quot requirant, antequam tuta sint. 73. p  
 Coctum quid. 1041. p  
 Coeliaca affectio. 667. f. 884. m  
*κοιλια.* 1017. m  
 914. p  
 1019. f. 1020. p  
 Collum gruis. 553. f  
 Collum. 696. f  
 Collum gracile & longū. 842. p  
 Colli dolor in acutis. 1125. f  
 Colli dolor à cerebro. 213. m  
 Colli difficilis cōuersio. 1127. m  
 Colli peruersio. 573. m  
 Colli inflamatio interior. 1121. f  
 Colli tensio. 552. m. 553. 266. m. 411. p. f  
 Colli dolor. 4. m. 387. f. 573. m. 1026. p  
 Colici dolores & nephritici. 929. 930. p  
 Colicus dolor. 615. p. 873. f. 874. p  
 Colliquas febris. 7. m. 464. 465  
 Colliquatio. 82. m. 851. f. 884. m. 1081. m  
 Colliquatio in ventrem. 868. f  
 Colliquatio duplex. 850. f

Colloquatio mala. 922. f  
 Colloquatio ab intestinis. 879. f  
 Colloquatio quid. 849. f. 850  
 Colloquatio corporis in tabidis vnde. 834. f  
 Colloquatio latens. 8. p  
 Colloquatio hepaticorum. 851. p  
 Colloquatio corporis in hepaticis. 849. f  
 Colloquatio siue extenuatio duplex humidi alimentarij, & primigenij. 8. m  
 Colloquatio in grauidis. 1013. m  
 Colloquationis excrementa. 603  
 Colloquationis perfectæ & mortis proxima certissimū signū cutis tensa, arida, cum pallore. 8. f  
 Colloquationis multæ causa. 85. m  
 Colloquationis perfectæ signū. 8. p  
 Colloquationis & extenuationis signa. 781. p  
 Collisio. 298. m. 968. p  
 Color pallidus. 1089. f. 468. m  
 Color niger. ibidem.  
 Color terraceus. 1089. f  
 Color vnde. 661. m. 751. f  
 Color faciei niger. 467. m  
 Color euarians. 1095. m  
 Color albus. 842. p  
 Color ater terroris causa. 152. p  
 Color viridis, liuidus, rubeus in pueris quid significet. 170. p  
 Color rubicundus in facie. 880. f. 881. p  
 Color albus cur in pure. 455. m  
 Color albus, viridis, niger. 855. m  
 Color floridus. 467. p  
 Color niger & liuidus. 484. m  
 Color pallidus, plūbeus. 210. m  
 Color phœniceus. 884. p  
 Color ruber in facie. 105. m  
 præfagia ex eo. ibid.  
 Color humorum niger cur terrorem afferat. 920. f  
 Color cutis humorum naturam indicat. 468. m  
 Coloris & caloris vicissitudo. 192. 193  
 Coloris mutatio. 367. f  
 Coloris mutatio vnde. 169. p. 484. m  
 Coloris liuidi causa. 469. p  
 Coloris & caloris euariatio. 378  
 Colores mutantur duobus modis. 495. f  
 Colores prauis ex visceribus affectis. 661. m  
 Colores hepaticorum. 848. m  
 Colores defectu caloris innati. 522. m

Colores varij in excrementis. 641  
 Colorum mutatio & vnde præfagia. 192. 193  
 Colorum significatio. 683. m  
 Coma in biliosis morbis duobus fit modis. 321. p  
 Coma quid. 282. m  
 Coma & phrenitis simul. 282. m  
 Coma triplex, eius triplex causa, & triplex humor. 282. m. 288. m  
 Coma cum vigiliis fit aut initio morbi, aut in progressu, quid vtrunque ostendat. 51. m  
 Ex comate cur quidam phrenitici, alij lethargici euadant. 51. f  
 Coma cum vigiliis. 134. m  
 præfagia & causa, remedium. ibid. 415. m. f. 416. p. 293. f  
 Coma à sanguine & bile. 288. m  
 eiusdem signa. ibid.  
 Coma in parotidibus. 452. p  
 Coma conuulsionis signū. 353. f  
 Coma initio morbi. 416. p  
 Coma lethale. 286. p  
 Coma in ardentis principio rarum. 91. f  
 Coma an cōuulsionem inferat. 419. m  
 Coma interdum signum criticum. 415. p  
*Κόμα* in febre ardente. 134. p  
*Κόμα.* 49. m. tribus modis fit. ibidem.  
*Κόμα.* 310. f. eius differentia. ibidem. & 321  
*Κόμα* cum vigiliis variis modis coniungitur. 415. m  
*Κόμα βαθύ.* 66. m  
 Comatis præfagia. 287. p. 487. f  
 Comatis critici exemplum. 289. 290  
 Conatus natura extremi. 2. f. 5. p  
 Comatis & catoches differentia. 66. m  
 Comatis definitio, causa, differentia, dignotio. 49. m  
*Καταόδεις σπνοι.* 286. f  
*Καταόδεις* & familia nomina, quid significant Hippocrati. 13. m  
 Comatosi cur exudent. 51. f  
 Comatosi affectus quomodo fiant. 134. m  
 Comatosus affectus signum parotidum. 160. f  
 Compressionis vsus. 698. f  
 Concoctio excretio quædam. 239. p. vide Coctio.  
 Cōcoctionis duæ proprietates. 787. m  
 Cōcoquere quæ dicatur. 685. m  
 Concretio

I N D E X.

Concretio humorum. 524.m  
 Concurfus signorum. 3.p  
 Concussio in concussione & ri-  
 gore quosdam morbos sol-  
 uit. 403.f  
 Concussio cerebri. 297.f  
 Concussio corporis, vt prodeat  
 vrina. 896.p  
 Concussio cerebri, & vnde præ-  
 sagia. 963  
 Concussionis vis. 1050.p  
 Concuti ægrum in morbis tho-  
 racis. 798.p  
 Confestim. 650.m  
 Coniunctina vnde. 260.f  
 Consensus quando fiat. 843.m  
 Consensus partium vicinarum  
 affecto cerebro. 154.m  
 Consensus partium vicinarum,  
 vnde & quid significet. 711.m  
 Consensus partium principum  
 cū partibus ignobilibus mor-  
 tem portendit. 987.p  
 Consensus partium vicinarum  
 ostendit magnitudinem affe-  
 ctus. 692.f  
 Conueta cur non conferant ad  
 prælagium. 949.m  
 Conuersio duplex. 955.p  
 Conuersio quæ ptobanda. 955  
 Conuersio. 69.f  
 Ex conuersione prælagia. 70.m  
 Conuersionis vis. 327.f  
 Cōstera nihil mali portendant.  
 70.p  
 Cōstetudo quid, quam vim ha-  
 beat, ab in naturam, mutata  
 repente nocet, etiam si sit ma-  
 la, vim naturæ infert. 70.m  
 Contabescere in morbis, quo-  
 modo malum. 1628.f  
 Contagium phthisicum. 842.m  
 Continuum quid. 31.p  
 Contraria symptomata naturæ  
 morbi mala. 1069.f  
 Contusio. 817.m. 968.p  
 Conualecentiū appetentia non  
 damnatur ab Hippocrate, sed  
 auctoritate. 195.p  
 Conuulsio quomodo soluat pa-  
 ralytiā, & interdum sit in-  
 noxia. 161.p  
 conuulsio è febre. 682.p. 683  
 conuulsio stomachica. 494.p  
 conuulsio in febre. 196.p  
 conuulsio in fieri, & in facto  
 esse. 42.m.f.  
 conuulsio à repletione, aut in-  
 anitione. 42.m.f.  
 conuulsio doloris plena. 42.m  
 conuulsio est affectus dolorifi-

cus. 693.f  
 Conuulsiones in febre ardente.  
 694  
 conuulsio ex fractura aut luxa-  
 tione. 985.p  
 conuulsio à repletione, aut inani-  
 tione non omnium partium,  
 sed neruorum tantum. 985.m  
 conuulsio initio morbi. 522.p  
 conuulsio ex vulnere. 983.  
 984. 985  
 conuulsio in parte vulnerata con-  
 traria. 299.f. 300  
 conuulsio in quibus febribus  
 non lethalis. 38.f  
 conuulsio à suppressa vacuatio-  
 ne minus mala. 9.p  
 conuulsio ex hamorrhagia.  
 657.m  
 conuulsio in mulieribus. 108.m  
 conuulsio febribus superueniens  
 duplex. 316.f  
 conuulsio minus periculosa, quæ  
 tempestati conuenit. 316.f  
 conuulsio & tremor simul esse  
 non possunt. 89.m  
 conuulsio. 42.m. 359.m  
 360.f. 985.p  
 conuulsio dolorifica. 523.f  
 conuulsio in accessionibus. 37.m  
 conuulsio nullo signo prægresso.  
 590.f  
 conuulsio à superpurgatione.  
 525.f  
 conuulsio musculi optici. 495.m  
 conuulsiones ab vtero. 1025.f  
 conuulsio in fieri, & in facto  
 esse. 494.f  
 conuulsio tribus modis. 563.m  
 curatio, & prælagia. ibidem.  
 conuulsio à plenitudine. 494.m  
 conuulsio vteri. 641.m  
 conuulsio particularis, aut vni-  
 uersalis. 563.p  
 conuulsio soluit paraplegiā. 629  
 conuulsio ex siccitate insanabi-  
 lis. 926.m  
 conuulsio ex ariditate. 493.f  
 conuulsio ex ebrietate, vulnere,  
 hamorrhagia. 960  
 conuulsio in mania. 923.m  
 conuulsio paralyti remedium.  
 446.f. 447.p  
 conuulsio moribundus familia-  
 ris. 261.f. 262.p  
 conuulsio per translationem ma-  
 teriæ. 34.p  
 conuulsio à siccitate. ibid.  
 conuulsio quando iuuat. 248.m  
 conuulsio alterius partis in vul-  
 nere capitis. 959. 961. 962  
 conuulsio à vulnere non omnis  
 lethalis. 681

Conuulsio ex somno. 674.m  
 conuulsio ab vrina suppressio-  
 ne. 36.f  
 conuulsio in pueris. 367.p  
 conuulsio sine tumulu & cla-  
 more. 523.p  
 conuulsio & paraplegia, an simul  
 incidant. 270.m  
 conuulsio quando lethalis. 563.  
 564.p  
 conuulsio oris non semper à ma-  
 lignitate morbi. 40.p  
 conuulsio posteriorum à rigore.  
 33.f. 34.p  
 conuulsio à frigore & calore.  
 132.f  
 conuulsio in vulnere. 681.m  
 conuulsio per refrigerationem.  
 34.p  
 conuulsio soluit paralyti. 40.m  
 conuulsio in phrenitici. 147.p  
 conuulsio totius aut partis. 160.m  
 conuulsio ab vtero rara. 1012.p  
 conuulsio à repletione, aut ina-  
 nitione non totius corporis,  
 sed neruorum. 657.f. 658.m  
 conuulsio febris superueniens.  
 403.m. febrem interdum con-  
 cussione soluit. ibidem.  
 conuulsio ex vertebrarum luxa-  
 tione. 559.p  
 conuulsio in superpurgatione.  
 1030.m  
 conuulsio, quam febris excitat  
 maligna. 42.p.  
 conuulsio statim initio morbi.  
 363.f  
 conuulsio in febribus multis mo-  
 dis. 412  
 conuulsio ex vulnere capitis. 960  
 conuulsio quomodo febrem sol-  
 uat. 248.f  
 conuulsionis signa prænuncia.  
 133.p  
 conuulsionis signa in pueris.  
 132.p  
 conuulsionis futuræ signa. 245.f.  
 246. 247  
 conuulsionis & apoplexiæ reme-  
 dia. 685.p  
 conuulsionis differentia. 675.m  
 ex singulis prælagia. ibid.  
 conuulsionis tres differentia.  
 657.f  
 conuulsionis remedia. 658.m.f  
 conuulsionis multæ causæ. 961.f  
 conuulsionis ex vulnere duo ge-  
 nera remediorum. 1001.f  
 conuulsionis tres causæ. 660.p  
 conuulsionis epilepticæ effectus.  
 866.f  
 conuulsionis in adultis signa.  
 684.p  
 conuul

I N D E X.

Conuulsionis & phrenitidis ea-  
 dem ferè signa. 684.p  
 Conuulsionis remedium febris.  
 684.f. 685  
 Conuulsionis à repletione, aut  
 inanitione dignotio. 160.m  
 Conuulsionis ex plenitudine cu-  
 ratio. 680.m  
 Conuulsionis signa. 280.m.  
 353.p. 555.f  
 Conuulsionis prælagium. 493.  
 m.f  
 Conuulsionis in pueris causæ  
 continentes. 169.m  
 Conuulsionis in pueris signa &  
 prælagia. 169.m.f.  
 170.p  
 Conuulsionis lethalis signum.  
 692.p  
 Conuulsiones oculorum & mu-  
 sculorum temporalium, cur  
 cæteris grauiore. 692.p.  
 Conuulsiones ab vtero faciles.  
 1025.f  
 Conuulsiones quæ minus peri-  
 culosæ. 43.p  
 Conuulsiones in febribus inno-  
 xia. ibidem.  
 Conuulsiones per consensum  
 vteri, aut vetriculi minus pe-  
 riculosæ. 43.p  
 Conuulsiones ab vtero. 675  
 Conuulsione vel tremore fini-  
 tur vehemens phrenitis. 151.f  
 Conuulsiones repentina. 686.f  
 Conuulsiones in catochen defi-  
 nentes. 161.p  
 Conuulsiones innoxia. 40.m  
 Conuulsionum varij modi, nec  
 idem ex omnibus periculum.  
 526.p  
 Conuulsionum species. 680.m.  
 983.f  
 Conuulsui motus ante pustu-  
 larum, exanthematum & fu-  
 dorum eruptionem. 249.p  
 Conuulsui motus ante paroti-  
 das. 264.p  
 Conuulsui motus in ecstasi.  
 925.f  
 Conuulsoria motio. 525.m  
 Copia humorum. 712.m  
 Κόπια. 431.f  
 Κόπια quid. 28.p.  
 417.f  
 264.m  
 Cor affectum. 776.p.m.  
 777.p  
 Cor in medio. 674.m.  
 779.p  
 Cor quomodo principium vi-  
 tæ. 81.f

Cordis suppuratio, calculus, ab-  
 scessus. 824.p  
 Cordis noxæ. 82.m  
 Cordis nobilior pars. 774.f  
 Cordis dolor. 812.m  
 Cordis dolor in sene. 594. 595  
 Cordis palpitatio. 64.m.  
 595.p. 611.p. Pulsus. ibid.  
 Cordis operatio. 484.m  
 Cordis actiones. 943.m  
 Cordis affectus vnde cognoscā-  
 tur. 334.m  
 Cordis morsus in febribus.  
 569.m  
 Cordis affectus per consensum.  
 714.p  
 Cordis dolores. 505.m  
 Cordis motio duplex. 569.m  
 Cordis vulnera cur lethalia.  
 979.m  
 Cordis arteriæ ad renes. 824.m  
 Cordis vulnera, signa, sympto-  
 mata, prælagia. 995.  
 Cordis affectus subito necant.  
 713.f  
 Cordis affectus in angina letha-  
 lis. 713.p  
 Cordis affectus. 777.p  
 Corpus æqualiter calidum &  
 molle. 940.f. 941.p  
 Corporis grauitas, & veluti pon-  
 dus, quid prælagiat. 103.m  
 Corpus graue, torpidum. 411.f  
 Corpus non adæquatum. 416.p  
 Corpora animalium ex quibus  
 consistunt. 941.f  
 Corporis motus & prolapsus.  
 941.f. 942. 943  
 Corpus non calidum pro ratio-  
 ne febris quid indicet. 7.p  
 Corpus minus perspirabile.  
 876.f. 877.p  
 Corporis siccati symptomata  
 quadam. 368.p  
 Corpus ἀσπιδιον. 311.m  
 Corpus æqualiter molle. 757.p  
 Corpus graue. 405.m  
 Corpus graue & plumbeum.  
 951.f  
 Corporis magna iactatio. 679.  
 Corporis expeditus in lecto mo-  
 tus quale signum. 942  
 Corporis compositio absurda,  
 quid indicet. 71.p  
 Corporis extenuatio. 464.f  
 Corporis motus vnde. 252.m  
 Corpus exolutum. 100.f  
 Corpus plumbeum. 252.m  
 1096.p  
 Coryza. 752.p.  
 771.p.m  
 Coxæ dolores. 243.m.

244. 612.f  
 Coxarius morbus. 928.p  
 Coxarij morbi prænotio ex hye-  
 mis constitutione. 928.m  
 Coxendicus dolor. 120.m  
 228.f. 930  
 Coxendicis abscessus. 229.f  
 Cranei fracti signa. 966.p  
 Crassa an cocta. 271.m.  
 272.m  
 Crasities à coctione. 707.m  
 Crasities duplex. 718.m.  
 Quid sit. 204.p.  
 502.p.m  
 Crasities quando signum co-  
 ctionis. 1103.p  
 Crasitudo humorum vnde a-  
 ceruetur. 616.m  
 Crassum. 279.f  
 Crassi humoris causa. 744.p  
 Crassus humor quodammodo  
 melancholicus. 959.m  
 Crementum verum. 982.p.  
 Quando desinat. ibidem.  
 Crepitus in ileo quid significet.  
 448.p.m  
 185.m  
 Crisis optimæ duplex conditio.  
 123.f  
 Crisis die sexto. 23.m  
 Crisis breui futura vnde cogno-  
 scatur. 125.f  
 Crisis signa. 137.f  
 Crisis bonæ & tuta tria signa.  
 23.m  
 Crisis mala. 521.m  
 Criseos per alui fluxionē signa.  
 219.  
 Crisis sexto die qualis. 22.f  
 Crisis cur fiat, & in quibus mor-  
 bis. 116.f  
 Crisis anticipans omnis dñonei-  
 706.  
 22.f.  
 23.m  
 Crisis lethalis signa. 521.f  
 Crisis nunquam bene fit cum  
 prauis signis & crudis. 16.f  
 Crisis periculosa exemplum.  
 122.p  
 Crisis imperfectæ signum. 62.f  
 Crisi perfecta nihil mouendum.  
 377.p  
 Crisi imperfecta, quid agendū.  
 ibidem.  
 Crisi periculosa iudiciū & præ-  
 sagium, quomodo faciendū.  
 122.p  
 Crisi imminente terri igno-  
 rantia signum. ibidem.  
 Crisi vnica rarè finitur morbus  
 acutus apud nos. 35.p  
 Crises κατ' ἐπιτροπὴν, aut κατ' ἀ-



Crises malæ quæ dicantur. 117. p. Crises variæ in eodem morbo. 677. p. Crises imperfectæ & inde præfagia. 115. m. Crises fiunt in certamine, & ab irritamento. 233. f. Crises quomodo præfagiendæ. 29. p. Et cur apud nos raræ. 291. f. 392. p. 398. m. Crises sequuntur inclinationem & motum humorum. 229. p. Crises nullæ in duobus morborum generibus. 116. f. Crises variæ. 120. f. Crises variæ pro ratione partium. 240. Crises quæ parte fiunt. 185. m. Crises. 925. p. Crises per hæmorrhagiam. 86. m. Crises güm symptomatis tumuluoſis. 130. f. Crises iisdem diebus fiunt, quibus ex accèſſione. 371. m. Crises malæ aut nullæ vnde fiunt. 116. m. Crises quæ tempore appaſcunt, & qualia eſſe debeant. 115. m. Crises duorum generum. 306. p. Crises quid. 117. p. Crises per ſudorem prædictio. 126. m. Crises celeritas vnde. 737. m. Crises cur apud nos raræ. 391. f. 392. p. 398. m. Crises malæ quomodo interſciat. 117. p. Crises celeritas vnde. 235. f. Crises intermittentiũ ſecundum periodorum numerum. 234. Crises intermiſſæ aut interruptæ præfagia. 230. & 231. Crises perfectæ, imperfectæ, & malæ differentiæ ac præfagia. 150. f. Crises bonæ duo ſigna. 321. m. Crises ſitura ſigna, & mala ne an bona. 157. f. Crises ſpeciem duo oſtendunt. 210. f. Crises talem materiam excernit, qualis committit morbum. 250. f.

Crifis requirit ſubitam ſolutionem. 239. f. Crifis impedimenta à victus ratione, medicamentis &c. 35. p. Crifis periculofa qua. 122. m. Crifis per alium nulla feſe ſigna ſunt, niſi per negationem. 28. m. Crifis 27. m. 676. m. Crifis non eſt excretio, ſed per turbatio. 251. f. Crifis bonæ primũ & maximũ ſignum. 238. p. Crifis perfectæ ab imperfectæ, quomodo dignoſcatur. 376. m. Crifis imperfectæ per hæmorrhagiam exemplum. 172. p. Crifis tempus & ſpecies præfagienda. 216. p. Crifis ſpecies vnde prænoſcatur. 216. p. Crifis imperfectæ cum ſalutaribus ſignis diurnitate morbi oſtendit. 53. m. Crifis 15. h. 20. p. 242. f. Crifis reſpondere debet ſpeciei morbi. 238. m. Crifis periculofa exitus ambiguum. 123. m. Crifis celeritas vnde prænoſcatur. 731. m. Crifis quibus impediatur. 58. m. Crifis perfectæ dignotio. 86. m. Crifim denuntiat magnitudo morbi, tempus, crifis motus. 232. f. Crifis quomodo fiunt. 927. m. Crifis imperfectæ interdũ malè dicuntur. 117. p. Crifis per urinas. 240. f. Crifis infirmis viribus quales. 114. m. Crifis plures in eodem morbo vnde. 35. p. Crifis cur præueniant. 532. m. Crifim imperfectarum natura. 34. f. Crifim variæ differentiæ. 532. m. Crifim cauſe. 782. p. Crifita excretio, vide Excretionis, Crifitæ excretionis quæritas duplex. 86. f. Crifitæ perturbationis ſigna. 187. p.

Crura inæqualiter diſpergere. 953. f. Crura cubitæ quo ſitu eſſe debeant. 952. m. Crura implicata, diſſecta. 952. m. f. Crurum

Crurum

Crurum grauitas. 915. m. dolor. 316. f. 944. m. Crurum & partium inferiorum pertinaces dolores viſcerũ latentium vitium quando oſtendant. 826. p. Cruris dolor à ſuppurato hepate. 826. p. Crurum grauitas malè affectis viſceribus. 912. m. Cruris ſtupor à calculo. 902. f. Cruris abſceſſus. 229. m. Crus apoplecton. 688. p. Cubans à medico vt deprehendi debeat. 100. m. Cubiti dolor. 564. f. curatio. 565. p. Cupiditas edendæ tetra. 660. f. 662. p. Cur coctio, & quomodo in partibus ſolidis. 8. m. Curationis methodus. 861. p. Curandi methodus in fluxionibus. 671. f. Cura. 850. m. Curatio perſicitur arte, natura, & obſequente ægro. 1098. p. Curationis difficultas ex ſubiecto corpore, aut ex natura morbi. 1006. p. Curationis methodus. 825. f. Cutis dura circa frõtem. 468. m. Cutis laxa. ibid. Cutis ſcabra & exarſcens. 1101. p. Cutis laxitas, aut tenſio vnde. 8. m.

D

Declinatio paroxyſmi quædam vera, alia falſa. 3. m. Quibus ſignis vtraque dignoſcatur. ibid. Decolores ægri. 661. p. Decrepiti. 430. m. Decubitus. 405. m. decubitus in latus ſignum loci affecti in thorace. 823. m. decubitus variæ differentiæ & præfagia. 948. 949. & inde. decubitus in dextrum latus. 948. f. decubitus tres figura. 949. m. decubitus ad pedes decliuus. 911. m.

Decubitus in ventrem. 953. m. decubitus ſupinus. 554. m. decubitus figura, & inde præfagia. 100. f. decubitus ſupinus & prolapſus ad pedes. 446. f. decubitus ſupinus quid. 697. m. Deglutitio quomodo fiat. 572. f. Deglutitio difficilis. 96. f. 339. m. 695. p. 1127. m. Deglutitionis prohibitio. 572. p. 573. m. Deglutendi difficultas. 560. m. 571. m. 699. p. 720. f. 802. p. Deiectio pauca. 869. m. 911. f. deiectio ſpumans duobus modis. 64. m. cur mala. ibid. deiectio biliola, ſpumans, ſignum colliquantis febris aut peſtilentis. 64. m. Eius effectus. ibid. deiectio biliola in ardentibus vnde. 64. m. quid ex ea præfagiendum. ibidem f. deiectio æruginoſa. 651. m. deiectio ſanguinis grumofi. 619. deiectio ſyncera. 59. m. deiectio pauca. 787. m. coctæ, ibidem. deiectio nigrorum ſub mortem. 597. m. deiectio inuoluntaria. 528. m. deiectio liuida. 469. p. deiectio alba. 322. m. deiectio rubra in æruginoſis. 1062. p. deiectio præter voluntatem. 706. m. deiectio bona. 64. m. mala. ibidem. deiectio dyſentericorum. 1054. p. 1055. m. deiectio ſpumans. 1055. m. deiectio purulenta in ſuppuratione thoracis. 824. deiectio tenuis. 1057. p. ſpumofa. ibidem. deiectio purulenta. 1057. m. deiectio hepatica. 416. m. Deiectio alba tribus de cauſis. 55. p. quarta externa. ibid. deiectio non ſentiente ægro. 1070. p. deiectio rubra. 288. p. f. deiectio 287. m. 1063. m.

Deiectio alba, λεικὸν διαχάρημα. 54. p. 55. p. deiectio cum grumo ſanguinis. 1069. m. deiectio ſanguinolenta. 1054. f. deiectio alba. 16. f. 144. m. & 145. 358. p. 953. f. 1062. m. deiectio nigrorum. 655. p. deiectio à colliquatione qualis. 851. p. deiectio liquida in acutis. 1058. f. deiectio 1059. p. deiectio biliola in ſpumantem & ſynceram deſinens. 1061. p. deiectio ſpumofa, meraca. ibidem. deiectio cum conatu. 613. f. 614. p. deiectio liquida. 1061. m. deiectio biliola cum ſpuma. 1056. m. deiectio nigra in quartanis. 1071. p. deiectio genituram referens. 694. m. Deiectio nigra quarto die. 126. m. Deiectio valde rubicunda. 1074. m. Deiectio ſanguinis. 1073. m. deiectio nigra triplex. 598. p. deiectio nigra. 1063. f. deiectio rubens. 1059. f. deiectio ſanguinis grumofi ab hepate. 377. m. deiectio optima quæ. 787. f. Deiectio ſine fœtore mala. 1069. m. deiectio friabilis. 1058. p. deiectio ſanguinis lethalis. 606. f. 607. p. 652. m. deiectio nigra. 1071. p. f. 569. m. deiectio ſanguinolenta. 1055. f. 1056. p. 1060. p. deiectionis alui criticæ ſigna. 219. deiectionis biliolæ duplex generatio. 64. m. deiectiones in peſtilentibus febribus & dyſenteris quales. 1054. m. deiectiones multæ, graueolentes, lethales, quia à magna putredine, vel corrupto viſcera. 447. m. 448. m. deiectiones biliolæ cum morſu & amarore prauæ. 63. p. deiectiones nigra oſtendunt bo



I N D E X.

Dierum criticorum obseruatio. 323. diuisio, vis, euentus. ibid. dierum partium & impariu ac- celsiones. 371. f. dierum criticorum considera- tio. 350. 351. dierum criticorum vis. 206. f. 243. f. Difficilis indicij. 124. f. Digitorum affectus laso thora- ce. 719. m. Digitorum inflexio. 434. m. distentio. ibidem. Digiti extremi calidi. 778. p. 780. f. Diocles. 405. p. dioscoros. 785. f. Distillatio è capite. 835. p. Distortio partium anteriorum, vt labri, oculi, naris, quid præ- sagiat. 113. f. Diuinitio in somno. 143. p. Diuretica in quibus noceant. 930. f. Diurnitas febrili vnde. 180. m. diurnitas in morbis cur peri- culosa. 749. f. diurnitas. 886. m. diurnitas morbum lethalem interdum reddit. 511. m. diurnitas morbi, quomodo per accidens fiat lethalis. 53. f. diurnitas morbi. 485. f. diurnitatis in morbis multæ causæ. 220. p. f. diurnitatis in morbis triplex causa. 118. m. diurnitatis morbi causæ. 390. m. diurnitatis morbi tria signa. 119. p. diurnitas. 331. f. 333. diurnitas. 87. f. Discessiones. 372. m. diurnitas. 440. p. m. diurnitas. 163. p. diurnitas. 571. p. diurnitas de perniciosis. 406. m. diurnitas. 18. f. 57. p. diurnitas. 459. f. 1049. m. diurnitas. 209. diurnitas. 13. p. 440. p. diurnitas. 815. m. diurnitas. 239. f. 243. m. Dispna omnis aut æqualis aut inæqualis. 538. f. 117. p. Dysenteria critica. 378. p. dysenteria ex suppuratione in- terna. 473. p. dysenteria. 283. f. 284. p. 215. p. dysenteria critica. 352. p. 191. m. 192. p. 198. p. 380. m.

Dysenteria mania remedio est. 866. m. dysenteria hepatica. 283. f. 284. p. dysenteria acuta. 878. f. 879. dysenteria cruenta. 620. m. 621. p. 670. f. 633. f. dysenteria lienosis vtilis. 881. 882. 883. dysenteria intèpestiuè suppres- sa. 876. 877. dysenteria curatio per vrinâ mo- uentia. 876. p. dysenteria nomen quid signifi- cet Hippocrati. 876. m. dysenteria causæ, species, præsa- gia. 876. 877. dysenteria non acuta: quæ. 880. dysenteria veræ species. 878. f. 879. dysenteria hepaticæ, & venosæ signa. 880. dysenteria hydrops, & lienteria superueniunt. 883. m. dysenteria & lienteria mutua successio. 887. m. dysenteria excrementa. 1063. m. dysenteria quædam remedia. 1066. f. dysenteriorum deiectiones fre- quentes ex acrimonia puris relictæ. 1068. f. dysenteria duo significat. 327. p. dysenteria. 69. f. 327. 109. m. 558. p. 352. m. Dysuria. 897. p. 898. 899. f. dysuria. 523. m. 1111. f. 797. f. 9. p. Distillatio maligna. 806. m. Docendi ratio exacta. 276. 277. Docendi exacta ratio. 696. m. Dolentes partes cur contrahan- tur. 945. p. Dolor vnde augeatur. 1068. m. dolor pedum à materiæ decubi- tu dupliciter. 43. m. dolor omnia contrahit, lætitia dilatat. 330. p. dolor ad vètrè & ad iugulum in peripneumonii quomo- do fiat. 27. m. dolor pertinaciter herens argu- mentum inflammationis. 319. m. non semper. ibidem. dolor omnium maximè vires deiicit. 33. p. dolor capitis leuis vnde. ibid. dolor ad clauas & summum hu- merum in hepatis, diaphrag- matis, lateris, membranarum, pulmonis inflammationibus. 46. p.

Dolor acutus per interualla cru- cians vnde, & quid prælagiat. 111. f. dolor ad iugulū multiplex. 110. 111. causæ & prælagia. ibidem. dolor per consensum non com- municatur ortis & cõiunctis, vt dolor per proprietatè. 111. f. dolor & durities φλεγματινὴν recē- tiorum ostendit. 1121. f. dolor intensus. 756. m. dolor capitis mordax aut gra- uis vnde. 265. f. dolor repenti euanescent. 231. m. dolor sanguinem biliosiorè red- dit. 445. m. dolor ventris à phlegmone he- patis. 83. f. dolor quomodo in alia parte ma- gis sentiat, quàm in ea quæ cõtinet causam doloris. 27. m. dolor capitis in eiuſdem vulne- ribus. 976. p. dolor, calor, & imbecillitas, cau- sâ fluxionum. 817. p. dolor & vigilia vires deiiciunt. 199. m. dolor firmatus. 631. m. dolor firmatus circum pectus. 715. m. dolor sæpe significat affectū do- lorificum Hippocrati. 118. p. dolor cur vehementior in suppu- ratione. 784. p. m. dolor qualis in peripneumoni- cis. 27. p. dolor ab inflammationis visceribus & exsiccat. 118. m. dolor syncipitis, verticis, occipi- tij. 411. p. dolor colicus curatus frigidis. 874. p. dolor ad clauiculas pulmoni- bus vomicosis. 26. m. dolor quid, causæ, an sentiat, cur præſente causa non sen- tiatur. 118. p. dolor firmatus & constans indi- cat inflammationem. 429. m. dolor ventris. 1013. f. dolor extimarum partium in fe- bribus quæ mala inferre so- leat. 50. p. dolor membranarum proprius. 888. p. dolor repenti cessans quid osten- dat. 120. f. dolor in sphacelismo cur remit- tatur. 73. dolor pruriginosus. 840. f. dolor tenuis, mordax, grauis, firmatus. 601. p. Dolor

I N D E X.

Dolor pro abscessu. 231. m. dolor renum. 1049. f. dolor à flatu. 855. p. dolor vires supra omnia deiicit. 118. m. dolor ad vmbilicum & lumbos. 618. p. f. dolor colicus. 587. m. 615. p. 873. f. 874. p. dolor fortis vnde. 117. f. 346. m. dolor in abscessu. 221. m. dolor grauis. 27. m. 111. p. 929. p. 620. p. 854. f. dolor ad iugulum. 47. m. 728. m. doloris capitis signa lethalia. 254. p. solutio. ibid. & 255. doloris capitis causæ, signa, & prælagia. 254. 255. doloris capitis duo genera, quæ conuulsionè minatur. 269. m. doloris capitis à multo humore & flatulento spiritu causæ & prælagia. 256. 257. doloris capitis à siccitate, & mul- to calore διαγνωσις, & αποβή- νωσις. 258. f. 259. doloris à flatu, aut phlegmone distinctio. 600. f. 601. p. doloris nomine quid intelligen- dum. 199. p. doloris articulorum & ventris vicissitudo. 884. doloris causa non semper est in parte, quæ dolet. 728. p. doloris occultatio quid signifi- cet. 609. m. f. 610. m. doloris capitis vehementis ab oppressione vel inflammatione signum. 30. m. doloris grauisissimi causæ. 428. m. doloris leuatio fallax. 807. m. doloris situs in pleuritide. 728. p. doloris subita occultatio, quid significet. 709. p. doloris tres differentia, & singu- lorum crises. 739. f. doloris effectus. 890. f. doloris grauis dux species. 915. doloris occultatio in angina. 716. f. 717. p. doloris lateris cessatio. 741. p. doloris alleuatio. 716. m. doloris sedatio detracto pluri- mo sanguine. 1068. m. doloris magnitudo, species, pro- prietas, locus, consideranda. 854. f. doloris capitis causæ. 4. m. doloris leuatio multiplex. 753. p. doloris vehementis causæ. 445. m. doloris colici & nephritici di-

stinctio. 567. f. 568. doloris lumborum causæ, & dif- ferentia. 619. 620. doloris nomine inflamatio in- telligitur aliquando. 45. m. doloris vehementis symptoma- ta. 522. m. dolorem non sentire, vel sentire, quæ non sunt, signa phreniti- dis. 71. p. dolorem non sentire quid, vnde, prælagia. 85. f. dolorem aphoniam sequitur tri- bus modis. 523. m. dolore quiescente, quomodo prælagiendum. 44. p. dolores & febres quædo augean- tur. 590. m. Vide Suppuratio. dolores & febres quando fiant. 739. m. dolores initio molles. ibid. dolores ventris à flatu in variis partibus, & cur. 65. m. dolores capitis quomodo solu- uantur. 406. 407. dolores partium inferiorum, quo- modo maligni. 44. p. dolores intestinorum quibus no- tis distinguantur à doloribus renum. 929. f. 930. p. dolores grauioribus qui. 429. p. dolores διαγνωσις. 612. p. dolores subsultantes. 612. p. dolores, qui locum mutat. 564. f. dolores vehementissimi sine fe- bre vnde. 118. p. cum febre. ibidem. dolores palpatorij. 613. m. dolores pertinaces suppurationè afferre solent. 810. dolores absque iudicatione solu- ti. 176. m. dolores pro inflammatione. 190. p. dolores ad vmbilicum palpitan- tes. 613. p. dolores in febre tertiana. 189. m. dolores strangulatorij. 554. f. dolores ventris, & remedia. 873. p. m. 874. p. dolores ex spasmate. 816. 817. dolores in accessionibus. 377. m. dolorum capitis differentia & causæ. 246. m. dolorum capitis duo genera, à quibus metuenda conuulsio. 412. p. dolorum interiorum curatio an à venæ sectione, vel fori inci- pienda. 605. m. dormientem ægrum intueri ma- gnam vim habet ad præsa- gium. 100. p. Dormientium respiratio, decu-

bitus, oculorum dispositio, & color obseruanda ad præsa- gium. 100. p. dormire ore hianti quale signum. 100. f. 952. Dorſi dolor. 624. 625. 566. f. 866. f. 1125. m. Dorſi refrigeratio. 494. m. Dorſi affectus & inde prælagia. 624. 625. Dorſi inflammatio. 307. m. Dorſum cui primum sentiat ri- gorem & horrorem. 14. f. Dorſum duobus modis primū riget. 15. p. L. 252. 15. f. L. ubitandi nota. 230. p. L. ulcedo quid. 736. p. ulcedinis cause in excrementis. 790. m. f. Dulcia ex amaris quid signifi- cent. 735. m. & 736. f. Durities in corpore ægrotantis, quot modis fiat & indicet. 7. f. 8. Durities vteri. 1017. m. Durities. 525. m. 576. p. Durities cutis vnde. 7. m. 1016. f. durities corporis vel à colliqua- tione, vel à concretionè. 8. f. durities in frõte & siccitas, quid indicet. 7. m. Duritia corporis. 304. p. m. Durities cum refrigeratione in acutis, quomodo fiat. 8. p. Durities periculosa. 155. m. Duritiei causa. 717. p. Duritiei cutis in febre duæ cau- sæ. 8. p. Duritiem cutis cum tensione fe- quitur refrigeratio & mors. 8. m. E. Ebrus obmutescens. 681. p. Ebrus. 275. m. quare conuellatur. ibid. f. Ebrorum conuulsio. 908. p. Ebrus conuellitur. 960. m. Ebrus. 280. f. Ecstasis. 48. f. 95. m. 102. p. m. 149. m. f. 276. f. 340. m. 522. p. 529. m. 1111. m. εκλατισμός. 367. m. εκλυσις. 761. p. 762. p. εκφύματα. 372. f. εκσασίς σηρώδης. 120. p. εκθνήσις. 481. m. 482. m. εκμάνεις. 438. f. 439. p. εκφύσις. 99. m. 100. p. εκσασίς μελογχολική. 101. m. 200. p. 319. m. εκσασίς σηρώδης & αβρωδής. 102. p. εκσασίς. 1013. m. DDD d 4

I N D E X.

Table with multiple columns listing medical terms in Greek and Latin, such as 'Epilepsia', 'Erysipelas', and 'Exacerbatio', with corresponding page numbers and references.

I N D E X.

Table with multiple columns listing medical terms in Greek and Latin, such as 'Epilepsia', 'Erysipelas', and 'Exacerbatio', with corresponding page numbers and references.

Excretionē quādo praua. 650.  
 excretionē & abſceſſus fieri de-  
 bent die critico. 401. m  
 excretionē critica. 666. m  
 excretionē inordinatā. 641. f  
 excretionē pauca vnde. 47. p  
 excretionē copioſa, cur inter-  
 dum morbum non ſoluat.  
 73. p  
 excretionē intio morbi quid  
 porrendant. 107. f.  
 108. m  
 excretionē laudabiles. 122. m  
 excretionē liuidā, cruentā, ſce-  
 ridā. 787. m  
 excretionē intempēſtiā. 330. f  
 excretionē paulatim factā, aliq̄  
 conſentim. 690. m  
 excretionē ſætidē. 792. f  
 excretionē ante tempus vnde  
 ſiant. 459. f  
 excretionē quales eſſe debeat.  
 1053. m  
 excretionis inuoluntariæ cauſa.  
 528. m  
 excretionū multitudo vnde, &  
 inde præſagia. 689. p  
 excretionum optimarū duo ſig-  
 na, conferre, & leuiter ferre.  
 458. m. f.  
 excretionum criticarum & ab-  
 ſceſſum duo ſigna *ἐν ὁρίῳ*,  
 & allenatio morbi. 60. m  
 excretionum immoderatārum  
 tres cauſæ. 676. f  
 excretionum nigrarum tres ſpe-  
 cies. 188. m  
 excretionum omnium bonarū  
 aut malarum commune ſig-  
 num. 752. f  
 excretionū difficilium tres cau-  
 ſæ. 723. p  
 excretionum bonarum ſigna.  
 641. f  
 Exhalatio excretio eſt. 222. p  
 Excusatio quando habeat locū.  
 276. f  
 Exempla. 155. f. 454. m  
 Exemplo aliquo notato reliqua  
 intelligit Hippocrates. 58. p. f  
 Exercitiij effectus. 770. f  
 Exercitiij moderatū. 769. m  
*ἐξ ἑρῶ*. 1031. f. 32. m.  
 260. m. 883. f. 250. m  
*ἐξ ἑρῶ* quid. 24. m  
 276. m. 405. m  
*ἐξ ἑρῶ* in voce *ἐξ ἑρῶ* quam vim  
 habeat. 260. p  
*ἐξ ἑρῶ*. 464. f  
*ἐξ ἑρῶ* *ἡμῶν* *μαλακῶ*. 148. m  
*ἐξ ἑρῶ*. 841. f. 846. p  
*ἐξ ἑρῶ*. 200. f. 207. m  
*ἐξ ἑρῶ*. 355. f. 362. p

Exolutio. 446. f. 670. p.  
 252. m. 1032. p  
 exolutio quomodo fiat à rigo-  
 re. 33. p  
 exolutio & ſyncope differunt.  
 520. p  
 exolutio. 313. f. ſignum  
 vitalis facultatis imbecillæ,  
 ibidem.  
 514. m  
 Expectatio facilis. 756. f  
 Expectatio ſpui in quatuor-  
 decim diebus, puris verū in  
 quadraginta. 791. m  
 Expectationis facilitas plus  
 poteſt ad ſalutem, quā colo-  
 ris & ſubſtantiæ prauitās ad  
 perniciem. 517. p  
 Expiratio. 546. m  
 Expiratio magna ac vehemens  
 quid oſtendat. 100. m  
 Expiratio fuliginofa. 545. p  
 Expiratio ex ſufflationis mate-  
 ria. 48. m  
 Expirationi muſculi inferiētēs.  
 100. p  
 Exſufflare. 339. f  
 Exſufflatio. 39. f. 48. m  
 Exſufflatio inter dormiendum.  
 99. m  
 Extenuari in morbis quomodo  
 malum. 1028. f  
 Extenuari aliquando egent ve-  
 na ſectio. 938. m  
 Extenuari & infirmi quomodo  
 moriantur. 113  
 Extenuatio. 465. p. 844. m  
 Extenuatio duplex. 468. m  
 Extenuatio cum humiditate.  
 850. m  
 Extenuatio cur in variis parti-  
 bus, & in variis morbis non  
 eodem modo diiudicatur.  
 467. m  
 Extenuatio in grauidis. 1013. m  
 Extenuatio perfecta & imper-  
 fecta. 845. m. f  
 Extrema refrigerari, interna vri,  
 quale ſignum. 109. m  
 Extremorum ſignis vnde. 6.  
 & 7.  
 Extremorum refrigeratio vnde.  
 75. m  
 Exudatio. 356. vide *ἐκιδρωσις*.

**F**acies vulgò Hippocratica di-  
 cta. 850. p  
 Facies rubra. 379. f  
 Facies Hippocratica ſeu cada-  
 uerofa. 7. m  
 Facies rubra cum cruentē deie-  
 ctionis ſuppreſſione maniam  
 portendit. 880. m. f. 881. p

Facies rubens. 196. f  
 faciei color. 467. m  
 facies optima, aut peſſima quid  
 portendat. 106. p  
 facies pallida in profluuiio alui.  
 472. p  
 facies bona in magnis quid o-  
 ſtendat. 197  
 facies rubens ſemper aliquid la-  
 tentis vitij in viſceribus deno-  
 tat. 106. p  
 facies bene habita. 608. f.  
 609. p  
 facies rubra. 812. f. 813. 919. m  
 facies cur facilius rubeat, quā  
 aliæ partes. 105. m. 107. p  
 facies ex crapula qualis. 1090. f  
 facies flammea vnde. 13. f  
 facies terracea. 1089. f  
 facies vnde immutetur. 740. f  
 facies auſtera. 469. m  
 facies terracea. 467. m  
 facies Hippocratica in quibus  
 febris fiat. 465. m  
 facies bona, & rubra. 196. p  
 facies detumefcens quid præſa-  
 giat. 463. p  
 facies Hippocratica dicta. 82. f  
 faciei mortifera ſex ſigna. 467. f.  
 faciei ſigna ad præſagium. 462.  
 463.  
 faciei color bonus. 469. m.  
 470. p. m  
 faciei agrorum duo vitia notata  
 ab Hippo. 196. f  
 faciei tumor. 462. m. 463. 1086. p  
 faciei color floridus. 258. m.  
 259. f.  
 faciei Hippocraticæ dictæ de-  
 ſcriptio. 1089.  
 faciei vulgò Hippocraticæ dictæ  
 cauſæ. 433. f.  
 faciei extenuatio. 463. p.  
 faciei nerui à cerebro. 449. m.  
 faciei rubor. 99. m. 829. p.  
 faciei corruptio. 464. 465.  
 faciei color floridus cum tetrico  
 aſpectu. 1090. m  
 faciei ſigna primò conſideran-  
 da. 462. m.  
 faciei rubor in tabidis. 1016. p.  
 faciei affectus duplices primige-  
 nij, & per conſenſum cere-  
 bri. 113. m  
 faciei rubor, & vnde præſagia.  
 342. m  
 faciei ſigna cur manifeſtiora.  
 462. f  
 faciei rubor variis de cauſis.  
 470. m. 471. m. f  
 faciei corruptio. 1088. m  
 de facie extenuata præſagia. 465. f  
 Facultas triplex. 332. p. 333  
 Facultas

Facultas vnita fortior. 245. m  
 Facultas fortis. 16. p  
 Facultas coctrix celerius interit  
 quā expulſura. 719. p.  
 Facultas infirma *ἐπιπλοῦ* duobus  
 modis lethalis. 16. p  
 Facultatis naturalis noxa vnde  
 cognoſcatur. 75. p  
 Facultatis animalis contractio  
 in vulneribus. 904. p  
 Facultatis hepaticæ affectæ ſig-  
 na. 83. p  
 Facultatis morricis actio. 693. m  
 Facultatis robur duo requirit.  
 16. p  
 Facilitatis ferendi morbi cauſæ.  
 756. m  
 Facultatis animalis, & naturalis  
 officium. 213. p  
 Facultatis reſolutæ ſignū omne  
 pernicioſum. 951. p  
 Facultatis morricis ſymptoma-  
 ta. 941. m  
 Facultatis vitalis extinctæ ſig-  
 na. 943. m  
 Facultatis animalis reſolutæ ſig-  
 na. 83. p  
 Facultatis langor in phreniticis  
 vnde. 147. f  
 Facultatis animalis robur neceſ-  
 ſarium in morbis pulmonis.  
 140. m  
 Facultates an intereant, aut labe-  
 factentur. 81. m  
 Facultates quò plures labefa-  
 ctantur eò maius periculum.  
 203. m. f  
 Exemplum. ibidem.  
 Facultates interire, diuidi in cer-  
 tis partibus eſſe, cur medici  
 dicant. 81. f  
 Facultatum robur aut imbecil-  
 litas, vnde cognoſcatur. 942.  
 f. 943.  
 Facultatū animi diuiſio. 332. 333  
 Facultatum eſſentia aliter à me-  
 dicis, aliter à philoſophis con-  
 ſideratur. 81. Et qualis ſit  
 vtriſque. ibidem.  
 Facultatum trium dignitas &  
 ordo. 662. f  
 Facultatum principum conſenſus  
 in perniciem. 857. p  
 Facultatum noxa vnde cogno-  
 ſcantur. 943. m  
 Facultatum triū principia. 81. f  
 Facultatum omnium ſigna com-  
 munita. 756. p  
 Faces, vide Deiectiones.  
 Fames. 464. f. & vnde. 195. p.  
 Eius cauſæ. 617. m  
 Familiares agri interdum non  
 agnoſcunt, & cur. 11. f.

Et fuſius. 12. p  
 Faſtidium. 505. m  
 Fauitas quā mox ferocitas ſe-  
 quitur, vnde. 293. p  
 Fauitas. 420. p. 293. p.  
 1081. f  
 Fauces graciles. 570. m  
 Fauces in vocibus contractæ.  
 525. p  
 Fauces exulceratæ in febre.  
 1126. m  
 Faucium ſine tumore dolores,  
 quid portendant. 93. m  
 Faucium exulceratio. 571.  
 Faucium affectus. 1020. p  
 Faucium dolor. 802. m. 806. f  
 Faucium dolor vehemens. 562.  
 m. f  
 Faucium rubor cum difficultate  
 deglutiendi. 1070. m  
 Faucium rubores. 1122. m  
 Faucium dolor cum anxietate  
 ſine tumore. 1122. f  
 Faucium dolor vehemens. 1124. m  
 Faucium dolores. 1125. p  
 Fauibus agrotantibus, cur in-  
 ſpicienda excrementa. 571. m  
 Fauium exaſperatio. 1124. p  
 Febris duo effectus humoris ſu-  
 perflui conſumptio, & frigo-  
 ris coctio. 685. p  
 Febris à copia ſanguinis ſympto-  
 mata. 411. f  
 Febris vertiginofa. 129. m  
 Febris *καρπαρῶδης*. 837. m. f  
 Febris ardentis focus in cere-  
 bro. 436. m  
 Febris ſoluit apoplexiam. 907.  
 f. 908.  
 Febris *καρπαρῶδης* ſingultuoſa.  
 66. m  
 Febris maligna. 590. m  
 Febris in vulneribus capitis.  
 299. f  
 Febris ardens à vetriculo. 860. f  
 Febris ſubiectum. 431. p  
 Febris in pleuritide quomodo  
 ſoluatur. 106. m  
 Febris ardens ad centefimum  
 diem producta. 1078. f  
 Febris *καρπαρῶδης*. 1078. f  
 Febris colliquantis tres cauſæ  
 continentes. 465. m  
 Febris ceſſatio tribus modis.  
 232. m. 233  
 Febris tenuat, incidit, diſcutit.  
 403. f  
 Febris ex multiplici materia exē-  
 plum. 404. p  
 Febris tabidorum. 808. p. m  
 Febris ardentis & vehementis  
 ſymptomata quedam. 1029.  
 p. 370. m. 1055. p.

Febris *ιδιόρροη*. 237. f.  
*καρπαρῶδης* & *ιδιόρροη*. ibidem.  
 Febris ſingultuoſa quæ propriè  
 dicatur. 68. p.  
 Eius remedia. ibidem.  
 febris qualis ſoluat apoplexiam,  
 909. 910  
 febris hectica. 844. f  
 febris hectica principij. 780. m  
 febris ex pituita & bile. 460. p  
 febris vnde longa. 1106. m  
 febris eadem & morbus, & ſym-  
 ptoma. 429. m  
 febris à laſitudine quantum no-  
 ceat cibis intempēſtijs. 67. f  
 febris pertinacis, exemplum.  
 228. m  
 febris pro eſſentiali ſumitur ab  
 Hippoc. 385. p  
 Febris tabidorū qualis. 844. m  
 febris ingreſſus cum ſudore ple-  
 nitudinem ſignificat. 532. m  
 febris *ἐξείατος ὕδατος*. 17. m  
 febris affectus. 169. f.  
 903. p. 908. p. 921. m  
 febris horrida. 632. m. 811. m  
 febris refrigerat & exſiccatur.  
 800. m  
 febris peſtilens. 497. p  
 febris colliquantis, aut peſtilen-  
 tis ſignum pathognomonici-  
 cum. 64. m  
 febris foris mitis, intus contur-  
 bans. 178. p  
 febris acuta quando periculoſa.  
 530. m  
 febris in marcorem deſinens.  
 852. m  
 febris ardentiffime focus in ce-  
 rebro. 414. m  
 febris inflammationis internæ, &  
 ſuppurationis ſymptomata  
 qualis. 620. f  
 febris à pituita & bile. 377. f  
 febris latenter molliter inuadēs  
 periculoſa. 339. p  
 febris ingreſſus omnis cum ſu-  
 dore aut alia excretionē ple-  
 nitudinem ſignificat. 150. p  
 febris *καρπαρῶδης*. 940. f  
 febris ſingultuoſa. 163. f.  
 164. f  
 febris leuis, ſed malignæ ſympto-  
 mata. 633.  
 febris morbos quosdam curat.  
 488. p. vt ophthalmiam. ibid. f  
 febris poſt abſceſſum. 712. f  
 febris cum torpore, an requirat  
 venæ ſectio. 666. f  
 febris ardentis motus paribus,  
 382. p  
 febris *μόνιμος* & *καρπαρῶδης*. 5. m  
 febris ſymptomata quomodo  
 generetur.





I N D E X.

Flatus à calore immodico. 818.f	Fluxionum vile remedium. 490. f	Frons caperata. 469.f
Flatus crassi generatio. 672.m	Fluxionum curatio. 626.p	Frons contracta. 1090.m
Flatus à calore & imbecillo & valido. 219.p	Fluxus alui in tabidis. 18.m	Frons cur mobilis. 114.m
Flatus per aures. 212.m	Fractura variae differentiae. 298. 299.	Frons affecta in vulneribus capitibus. 299.f
Flatus considerandi penes coctionem, crudelitatem exeundi modum. 946.p	Fracturae capitis. 422.m	Frontis os. 1003.m
Flatus & palpitationes. 389.f	Fracturae ossium capitis species. 967. 968	Frontis corrugatio. 469.m
Flatus in ventre. 873.m	Fracturarum ossis latentium, signa & causa. 970. 971. 972	470. f
Flatus in ictericis an generentur. 443.f	Frequentia. 639.p	Frontis grauitas. 674.m
Flatus in capite duobus modis. 235.f	Frequentia auget vim mali. 16.m	Frontis partes duae. 299.f
Flatus generatio tribus modis. 65.p	Frequentia rigoris. 16.m	Frontis dolor. 646.m
Flatus duae causa. 587.p	Frequentia & celeritas in horrore vnde. 69.p	1124.p 561.p
Flatum generatio. 885.f	Frequentia defurgendi. 204.p	Fulgur ex oculis. 482.m
Flatum causa. 618.m	Frequentia respirationis. 536.f	Fuligo nigrefacit. 752.p
Flatum differentiae & praesentia. 946	538.f. 539.m	Fuliginum exitus ex ore. 545.m
Flatum remedia. 65.f	Frigida actus, aut potestate. 985.m	Fulmen antiquis sydis. 775.f
Flatum generatio, retentio, cruditas. 3. 6 p	Frigida signa in calidis affectibus mala. 91.p	Furor. 438.m
Flatum symptomata. 611.p	Frigidi effectus. 115.p	Furunculi. 369.f
Flatum retentio quomodo mala. 65.m	Frigidum quid. 858.m	Fusio maxima plenitudinis causa. 828. p
Flatum generatio & cruditas. 586.m. 587	Frigidum suppurationi inimicum. 227.f	
Flutuatio puris in thorace. 829.m	Frigoris affectus in calidis morbis tribus modis apparent. 91. p	
Fluentis humoris duo signa certissima. 931.m	Frigoris vehementis effectus. 75.p. 103.m	
Fluminum noua scaturigo. 169.p	Frigoris effectus. 13.f. 228.p.	
Fluxio materiq. quibus trahatur. 765.p	922.m. 211.p	
Fluxio biliosa, nitrosa & picricolia. 700.m	Frigore quomodo concresecunt humores in venis. 524.m	
Fluxio ad debilem locum. 489.f	Frigus. 269.m. 632.p	
Fluxio in pleuritide per quas venas fiat. 810.p	Frigus in febre. 555.m	
Fluxio cur in quibusdam partibus recipiatur magis. 709.f	Frigus calidis affectibus succedens non semper insanabile. 295.m	
770.m	Frigus extremorum. 469.p	
Fluxionis humorum in aliqua parte causa. 930.m	Frigus neruis inimicum. 553.p	
Fluxionis causa. 491.p	Frigus indurat & quomodo. 8.p	
Fluxiones saluginosae. 1020.f	Frigus immedicabile. 242.p	
Fluxiones à cerebro. 57.m	Frigus è dorso excurrans in caput. 22.m	
Fluxiones in gingiuas & dentes. 842.m	Frigus conuulsificum. 34.p	
Fluxiones quae periculosiores. 737.f	Frigus medico quid. 444.p	
Fluxionum curandarum optima methodus. 491.p	Frigus extremorum cum liuore. 943.f	
Fluxionum è cerebro varij meatus. 562.f	Frigus dorsi. 10.m	
Fluxionum praecipua causa. 627.m	Frigus torporis & quietis, calor motionis causa. 507.m	
	Frigus vrens. 14.p	
	Frigus partium posteriorum, cur conuulsionem pariat. 13.f	
	Frigus remissior calor dicitur. 524.m	
	Frigus conuulsionem facit. 133.f	
	Frigus venas rumpit. 838.m	
	Frons exporrecta. 469.m. 470.f	

G

Aleni notata interpretatio. 142.f	G
Galenus praecipuum in reuulsione. 490.f	G
Galenus in reprehendendo conuulsione. 45.m	G
Galenus praedictio notanda. 126.m	G
Galenus contradictio. 108.f	G
Solutio eiusdem. 109.p	G
Gangraena. 421.p. 511. 512.f.	G
296. m	G
in Gangraena dolor cur cesset. 19.f	G
Gangraenae sudor tenuis interdum superuenit. 69.m	G
Gaudium. 423.p	G
1017.m	G
121. p	G
317. m	G
42. m	G
773.f	G
Genae vulneratae non coalescunt. 980. f. 981	G
Genarum rubor. 829.f	G
Genarum rubor vnde. 472.m	G
Genarum color liuidus. 469.m	G
Genarum peruersio. 1095.p	G
Genarum tumor laxus. 210.m	G
Generatio non fit in tractu temporis. 282. p	G
Generatio perennis humoris praesentis. 671.m	G
Generationis partium seminalium causa. 982.m	G
Genitalium dispositio. 334.f	G
1107.f	G
Genus & species. 133.m	G
Genuum affectus per consensum. 885. m	G

Genuum

I N D E X.

Genuum dolor. 42.m	Grauitas intra corpus percepta. 929. m	Hæmorrhagia salutaris quibus diebus fiat. 243. m.
Cur malignus. 44.p	Grauitas vnde. 405. m	Quos morbos iudicet. ibid. f. & 244
Genuum dolores. 243. m.	Grauitatis duplex causa. 270. m	ex Hæmorrhagia rigores longi. 648. p
244. 317. p	Grauitatis sensus. 27. m.	Hæmorrhagia praua. 170. m
Γενητέροι. 223. f. 224. p.	929. p. m	Hæmorrhagia quibus febribus familiaris. 52. f
827. p. 392. m	Grauitatis sensus in toto corpore, vel brachio. 728. m	Hæmorrhagia copiosa non semper salutaris. ibidem.
Γεγοντες. 223. f. 1010. p	290. p. m	Hæmorrhagia quibus febribus apta, & quando. 401. p
Gibberositatis tres species. 624. m	Grumus sanguinis. 607. p.	Hæmorrhagia quando vitilis. 532. p
Gingiuæ quid. 512. m	895. m	Hæmorrhagia pauca. 289. m
Gingiuarum fluxio sanguinolenta. 1076. p	Grumi sanguinis effectus. 997. p	Hæmorrhagia raro conuulsionem gignit. 983. m
Gingiuarum vlcera. 866. p	Grumi sanguinis vomitu, aut deiectione excreti. 1069. m	Hæmorrhagia è naribus prohibet suppurationem. 24. p
Gingiuarum abscessus. 413. m	Gula intercepta. 1126. f.	Hæmorrhagia qui morbi recte iudicentur. 237. m. & 238.
512. m	1127. p	Hæmorrhagia cui ætati peculiaris. 579. p
Gingiuarum ac dentium erosio à destillatione. 812. m	Gula non deglutiens. 96. m	Hæmorrhagia salutaris. 398. m
Gingiuarum hæmorrhagia. 515. f.	Gutta serena. 476. m	Hæmorrhagia cur non conueniat pulmonariis. 800. m
516. p		Hæmorrhagia in ardentibus. 1078. p
Gingiuarum fluxio cruenta. 1108. m		Hæmorrhagia copiosa non semper liberat. 336. p. m
Gingiuarum abscessus corrupto dente. 1106. f		Hæmorrhagia in quartanis. 1070. f
Γύρον. 474. m. 1099. f		Hæmorrhagia antecedentia symptomata. 122. f
Γυναικεία. 1010. m. 1012. f.		Hæmorrhagia quibus conueniant. 459. m
640. p. m		Hæmorrhagia signa. 138. m.
Glans. 980. p		291. m. 265. f. 171. m. 368. m.
Glandula quid. 345. f. 769. f		381. p. 216. p. m. 410. m. 411. f.
Glandula saliuarica. 1105. p		437. p. m. 610. f. 611. f. 172. m.
Γλάσσα ἀκρατική. 346. m		Hæmorrhagia causa & signa. 373. m
Γλάσσα ἀσώδης. 6. p. 311. f		Hæmorrhagiae imperfectæ exemplum. 172. p
Glutinosum. 707. f. 745. m		Hæmorrhagia è vulneribus. 647. m
Γνώμη. 42. m. 506. f. 1104. f		Hæmorrhagia frequentes. 188. p
Γόνιμον. 8. m		Hæmorrhagia suppressa suffocatio superueniens. 68. p. m
Γοισώδεια. 867. f. 868. p		Hæmorrhagiae quomodo superueniat conuulsio. 657. f.
869. m		659. 660
Γοισώδεια. 399. p		Hæmorrhagia critica & symptomatice signa. 665.
Γοισώδης duplex. 654. m		Hæmorrhagia vitilis, lethalis. 123. f.
Γοισώδης. 293. f.		Lotione capitis adiuta. ibid.
295. m		Hæmorrhagia quos morbos iudicet. 86. m
Gracile quid. 92. f		Hæmorrhagia symptomatice vitio sanguinis & imbecillitate retentricis. 662. f
Graciles multi sanguinis. 938. m		
Grauedo. 771. p. m		
Graudam expuere iubent medici. 1020. f		
Graudarum colliquatio, extenuatio, abortio. 1013. m		
Graudarum sopor, conuulsio, grauitas vnde. 1012. p		
Graudarum difficilior spiratio. 1013. m		
Graudarum dolor ventris. 1013. f		
Graudarum deprauata appetentia. 662. p		
Grauitas corporis duplici ratione. 250. m. 252. m		
Grauitas corporis & partium eius. 942. m. f. 943. p		
Grauitas totius corporis. 463. p.		
622. m		
Grauitas in temporibus, fronte & naribus vnde. 255. f		

EEe 2

I N D E X.

Hæmorrhagiæ immoderatę sym-  
ptomata. 653.655.p.  
656.f. 657.p  
Hæmorrhagiæ causę. 654.f.  
1129.m  
Hæmorrhagiæ immoderata no-  
xę. 644.m.645.648.f.  
649.p  
Hæmorrhagiæ cur è directo.  
646.  
Hæmorrhagiæ critica quando  
siant. 578.m.f.  
Et qua etate, quove tempore.  
579  
Hæmorrhagię prælagia. 381.f.  
382.p  
Hæmorrhagię immoderatę sym-  
ptomata. 1019.p  
Hæmorrhagię die pari aliquan-  
do salutare, sed cum prauis  
symptomatis. 52.f  
Hæmorrhagię frequentes vnde.  
1065.p  
Hæmorrhagiæ facilis duę cau-  
sę, sanguinis copia & feruor.  
406.f  
Hæmorrhagię tres differentię.  
335.336. Prælagia. ibidem.  
& 138.f  
Hæmorrhoides cui etati & af-  
fectui conueniant. 836  
Hæmorrhoides duobus modis  
profunt, & totidem obsunt.  
836.p  
Hæmorrhoides suppressę.  
669.m  
Hæmorrhoides liberant à pleu-  
ritide. 724.f  
Hæmorrhoides profunt apople-  
cticis. 905.  
f.907.  
Hæmorrhoides plethoram aut  
cacochymiam depleit. 907.p  
Hæmorrhoides. 620.m  
239.f.402.p. 907.m. 1010.p.  
1065.p  
Hæmorrhoides in morbis tho-  
racis. 835.f.836  
Hæmorrhoides in grauidis.  
1015.p. 1017.f  
Hæmorrhoides quę, quibus ma-  
lis liberat. 670  
Hæmorrhoidum definitio, diffe-  
rentia, prælagia. 670.671  
Hæmorrhoidum signa. 219.f.  
244.m.628  
Hæmorrhoidum & dyfenterię  
differentia. 876.m  
Hæmorrhoidum apertio. 835.m  
Hæstula regia. 972.p  
Hæctica. 845.m  
Hæctica impressio. 277.f  
Hæctici veri, 844.m

Hermocratis historia. 20.p.  
71.f  
Herophyllus. 333.m  
Hepar, vide Iecur.  
Hepar per quas vias expurge-  
tur. 854.p  
Hepar reicit sanguinē in thora-  
cem. 856.p  
Hepar quomodo principiū nu-  
tritionis & facultatis natura-  
lis. 81. 82  
Hepar quomodo afficiatur in  
hydropē, 911.m  
Hæctica intemperies cerebri.  
102.p  
Heparica excrementa. 284.p.  
607.f  
Heparicę facultatis noxę. 334.f  
Heparicę inflammationis sym-  
ptomata. 607.m  
Heparici. 284.p.m. 663.p.  
847.m. f.849.m.  
Heparici emaciati. 851.f.  
Soporosi. 853.p  
Heparici tulsiculosi, & rauci.  
851.m  
Heparici omnes tandem nigra  
deiciunt. 848.m  
Heparici præter spem mortui  
exemplum. 72.m  
Heparis caua parte suppurati no-  
ta. 851.m. & 852  
Heparis tuberculum. 851.f  
Heparis dolor à cõnexis potius,  
quàm ab hepate. ibidem.  
Heparis dolor ab obstructione,  
tumore, inflammatione, flatu-  
bus, suppuratone. ibidem.  
Heparis inflammati signa. 61.p.  
267.p. & 111.f  
Heparis inflammati excremeta.  
448.m  
Heparis inflammatio. 595.f  
596.p  
Heparis caua inflammatę sym-  
ptomata, & inde prælagia.  
607.m  
Heparis gibba phlegmone ob-  
fessa. 852.p  
Heparis sensus. 854.f. 855.p  
Heparis inflammatio quando le-  
thalis. 24.f  
Heparis phlegmone. 448.m  
592.p  
Heparis magnę inflammationes,  
quę conuexam partem obli-  
dent. 642.f  
Heparis affectus. 663.p  
848.p. 858  
Heparis gibba parte inflammati  
signa. 643.p  
Heparis inflammati crises. 578.m  
Heparis suppurati signa. 852.f.

Hydrops

I N D E X.

Hydrops à liene. 881.m  
Hydrops quando lethalis.  
859.m  
Hydrops siccus & humidus.  
864.f  
Hydrops siccus. 601.p.  
619.p. 614.f. 668.m. 587.m  
Hydrops grauisimus. 473.m.  
854.p  
Hydrops è venis. 875.p  
Hydrops mania remedium.  
866.m  
Hydrops pulmonis. 860.f  
Hydrops suppressis hæmorrhoi-  
dibus. 836.m  
Hydrops à suppresso sanguine.  
672.p  
Hydrops ad matellam. 1039.m  
Hydrops à ventre, cerebro, pul-  
mone, thorace, vtero. 814  
Hydropes dolorifici & lethali-  
es. 859.m  
Hydrops tres species. 858.f.  
859.p. 865.p  
Hydrops curatio. 872.p.  
916.p. & seq.  
Hydrops primigenij, & per cõ-  
sensum distinctio. 911.f  
Hydrops siccus signa. 873  
Hydrops ex ilibus & lumbis  
descriptio. 861  
Hydrops signa prænuicia. 868.m  
869.  
Hydrops à iccore signa. 862.f.  
863.  
Hydrops solutio, & signa. 870.  
f. 871. 872.  
Hydrops solutio aqua effluente  
per intestina. 875.  
Hydrops duo genera Hippocra-  
ti. 916.p  
Hydrops origo. 911.m.  
Hydrops ex antecedente morbo  
signa lethalia. 912.p.  
Hydrops generatio, causę, dif-  
ferentię, prælagia. 857.f.  
858. 859. 860.  
Hydrops ex morbo acuto origo  
duplex. 860.p.  
Hydrops curatio per venę se-  
ctionem. 939.p  
Hydrops infida remissio. 864.p  
Hydropici qui curationem reci-  
piant. 814.p. 864.m  
Hydropici ab aspectu aquę ar-  
cendi. 913.m  
Hydropicorum ventrem detu-  
mescere sæpe malum. 874.f  
Hydropicorum sectio. 691.f  
Hydropicorum aqua per urinã,  
quomodo expurgetur. 824.p  
Hydropicorum signa salutaria.  
913.

Hydropicorum venter. 1063.m  
Hydropicis morbus comitalis  
superueniens. 866.m  
Hyems aquilonia, austrina.  
928.p  
Hyemis effectus. 227.m.f.  
393.f  
Hyemis initium. 405.f  
Hyeme cur homines rarius æ-  
gtotent. 928.  
Hyeme cur morbi rariores.  
684.p  
Hyeme seminaria morbi inci-  
piunt. 928.p  
Hyeme an calor maior, & cur  
plurimum pituita acruetur.  
929.p  
Hypercarthasis. 655.p  
Hypochondrium quid. 574.m.  
592.p  
Hypochondrium sine adiectio-  
ne dextrum significat. 197.m  
Hypochondrium in singulari  
significat dextrum. 47.m  
Hypochondrium obliquo. 1083.m  
Hypochondrium depressum.  
843.p  
Hypochondrium tumens. 936.  
m. 938  
Hypochondrium intro trahitur  
tribus modis. 79.f  
Hypochondrium sursum reuelli:  
intro trahi, & vehementer  
deprimi, eadem nõ sunt Hip-  
poc. causę singulorum, signi-  
ficationes, & prælagia. 183.  
Hypochondrij tensio ante hæ-  
morrhagiam. 79.f  
Hypochondrij tractio intro.  
79.m  
Hypochondrij inanitas. 608.m  
Hypochondrij reuulsiones.  
608.m.f  
Hypochondrij contentio criti-  
ca & reuulsio. 373.m.  
Symptomata. ibid.  
Hypochondrij reuulsio hæmor-  
rhagię signum. 183  
Hypochondrij *μττωειουδς*.  
600.f. 601.p  
Hypochondrij tensio. 437. m.  
448.m  
Hypochondrij tensio variis de  
causis. 166.f. & 447.m  
Hypochondrij vox. 448.m  
Hypochondrij cõtentio ante hæ-  
morrhagiam. 165. m.  
& ante parotidas. ibidem.  
166. f  
Hypochondrij optimi tres no-  
ta. 575.p  
Hypochondrij pulsatio. 90.m  
Hypochondrij phlegmone ob-  
fessi signa. 576.p  
Hypochondrij contractio. 598.f  
Hypochondrij dolentis causę.  
416.p  
Hypochondrij dolor. 289.m  
Hypochondrij distentio cũ fla-  
tu. 600.601  
Hypochondrij tensio ad inte-  
riora, & sursum quibus de  
causis fiat & quid ostendat.  
79.p.m  
Hypochondrij diurnus affe-  
ctus. 601.f  
Hypochondrij depressio, retra-  
ctio, reuulsio, tensio. 599.  
600  
Hypochondrij dolor in angina,  
quid significet. 713.m.  
715.m  
Hypochondrij ad interiora re-  
uulsio vnde. 78.p  
Hypochondrij inflammati me-  
dicamenta noxia. 596  
Hypochondrij palpitationes.  
379.f  
Hypochondrij intensio. 319.p.  
causę. ibidem.  
Hypochondrij cõtentio. 366.p  
Hypochondria arida & squalea  
tia. 171.m  
Hypochondria *σκολιωτινικα*. 78.m  
Hypochondria eleuata in tabi-  
dis. 843  
Hypochondria quid. 317.f.  
330.p  
Hypochondria flatuosa, rumen-  
tia. 389.f  
Hypochondria inter ventris par-  
tes. 580.f  
Hypochondria sublimia. 601.  
f.602  
Hypochondriorum inflamma-  
tiones quando lethales, &  
quomodo finiantur. 577.m.  
Signa. 581.f.  
Hypochondriorum flatus. 586.m  
Hypochondriorum tētio. 575.p.  
Reuulsio. 330  
Hypochondriorum tumores vetē-  
res, recentes, cum murmure,  
& sine murmure. 586. 587.  
Hypochondriorum tumores.  
1129.f  
Hypochondriorum dolores cũ  
subultu. 612.m  
Hypochondriorum tumentium  
varia nomina. 586.p  
Hypochondriorum affectus, &  
inde prælagia. 574. 575  
Hypochondriorum febres sym-  
ptomata, an sint maligna.  
318  
Hypochondriorum dolor re-  
E E E e 3

I N D E X.

pentinus vnde, & praesagia. 605
Hypochondriorum cum partibus inferis communicatio. 605.m
hypochondriorum pulsatio. 672.m
hypochondriorum male affectorum notae. 318.m
hypochondriorum pulsatio quid portendat. 588, 589
hypochondriorum nome. 45.p
hypochondriorum dolor. 591.f
hypochondriorum tumor a multis causis. 596.m
hypochondriorum tumores. 45.p. 819.p. Causae, dignotio. ibidem.
hypochondriorum distensio. 912.m. 913.f
hypochondriorum inflammatio au sit pessima. 576.m
hypochondriorum praesagia. 1127.f. 1128
hypochondrium laudabile. 1128.p
Hippocrates negligit nomina. 696.m
Hippocrates deceptus in colico dolore. 874.p
Hippocrates φιλοσοφικός. 332.m
Hippocrates, natura loquens. 121.f
Hippocratis error in praesagiendo. 969.m. 973
Hippocratis consuetudo. 324.p. 383.p. 443.p. 462.m. 472.m. 473.m. 547.p. 657.p. 609.p. 670.m. 737.p. 796.m. 804.f. 818.p. 414.m. 904.m.
Eius in docendo consuetudo. 3.p. 58.p. f. 101.p. 149.p. 106.f. 155.f. 375.p.
Hypogastrium. 581.p
Hypofarcidion. 865.p
Hypostasis. 236.f
Hypostasis constans & aequabilis. 1034.p
Hypostasis vrinæ fallax. 454.p
Hysterica mulieres. 1025.f
Historia vulnerati cum Fraciscano pugnantis. 965.f
Historia sacrifici cuiusdam phrenitici. 293.m
Homo à seipso alius fit in morbis magna vi morbi. 70.m
Homo modestus. 461.p
Homo mutatur ad duo extrema. 918.m
Homo ἄμετρος. 229.p
Homini modesti ferocis responsio quid portendat. 70.f
Hominum odium. 917.m

Horrescunt tum sani, tum ægri quando. 251.m
Horrida motio sine febre curata vino. 24.m
Horror. 811.m. 844.f. 505.f. 782.p
Horror frequens vnde. 14.f. Quid faciat. ibidem.
Horror frequens & parvus. 68.f
horror frequens & celer quomodo. 14.f. 15.p
horror frequens cum sudore raro liberat. 21.p
horror frequens in sanis sine sanguinis excretionem signum cruditatis: cum excretionem, suppurationis. 24.m
horror frequens interdum morbi diuturnitatem non suppurationem indicat. 18.p
horror & ἀσθὴ ab oppressione. 28.m
horror inconstans. 1046.m
horror in febre continua. 633.m
horror à phlegmone interiore & suppuratione. 617.p
horror tum in sanis, tum in ægris quale signum. 25.m
horror symptomaticus duplex. 14.f
horror in spuris ardentibus. 52.p
horror interdum παθητικὸς, interdum ἐπισημαστικός. 25.p
horror à suppuratione quomodo fiat. 15.p
horror in sanis quomodo fiat. 24.m
horror & rigor à dorso fieri intelligitur duobus modis. 15.p
horror in sanis ex fusione humorum per cutim. 24.m
horror sine febre quomodo dignoscatur. 24.m
horror in sanis ex lassitudine, quomodo fiat. ibid.
horror in quibus febribus. 1100.
horror cur ἀποφασίς. 15.p
horror quomodo supprimit vrinam. 15.m
horror omnis non incipit à dorso, licet omnis in dorso sit molestior. 69.p
horror, qui fit primo statim ingressu febrium vnde. 21.m
horror ab inflammatione. 69.p
horror in sanis morbum praenunciat. 23.f
horror & difficultas spirandi signa suppurationis. 25.p
horror à bile in vasis. 622.m
horror in principio febrium. 555.f

Horror in suppuratione. 779.p
horror, parvus rigor. 37.f
horroris & sudoris vicissitudo, quid indicet. 18.p
horroris in sanis causa est humorum malitia, quæ subitò incalescit. 24.m
ab Horrore critico profluuium alui, quomodo praesagiendū. 28.f
horrores in sanis & ægris, quomodo fiant. 24.p
horrores & rigores, quomodo fiant in febre continua absque phlegmone. 28.29.p
Humiditas, putredinis, grauedinis, & hebetudinis mater. 22.f
Humidum duplex. 8.m
Humor æruginosus. 279.f
humor aut conoquitur, aut putrescit, aut transfertur. 373.p
humor melancholicus. 108.m
humor melancholicus quando vigeat. 225.p
humor melancholicus καμαρῶδης. 158.f
humor venenatus. 633.p
humor caliginosus & nebulosus. 92.p
humor crudus. 833.f
humor frigidus, crassus, & lentus. 221.p
humor crassus, aut pituitosus, aut melancholicus. 225.f
humor non recurrens intro. 394.p
humor redundans quò cõfluat. 149.f
humor albugineus. 484.f
humor in bubone pestilenti cur deterior, quàm in vasis. 116.p
humor syncerus. 744.m
humor mucosus. 817.m
humoris sursum tēdentis signa. 457.m
humoris crudi generatio. 929.p
humoris biliosi in caput translatio. 807.m
humoris copia in capite quid faciat. 280.p
humoris cocti, purulenti, putris distinctio. 271.m
humoris tussim efficiētis triplex origo. 310.f
humores duo rubri. 472.m
humores alij concoquuntur, alij excernuntur. 399.m
humores obfirmati quæ symptomata inferant. 85.m
humores parotidibus apti. 599.f
humores crassi & tenues quò inclināt

I N D E X.

inclinationem habeat. 459.m
Humores & spiritus aëris externi naturam induunt. 50.f
Humores, qui æquè coctionem non suscipiunt. 753.f
Humores afficiūt animū. 920.f. 921.p
Humores turgētes vnde cognoscantur. 146.m
Humores transfluentes & turgentes quæ symptomata inferant, & quomodo dignoscendi. 35.m. Quid praesagiant. ibidem.
Humorum effectus in animo. 918.m
Humorum recursus ad interiora. 704.p. Causae. 610.p
Humorum μεταστάσις. 646.f
Humorum transfluxio mirabilis. 824.p
Humorum refluxus. 702.m
Humorum nigrorum tria genera. 108.m. Differentia & signa. ibidem.
Humorum transpositio sursum periculosa. 344.m
Humorum refluxus in bubonibus facilis. 115.f
Humorum motus repentinus in phlegmone interiore. 593.p
Humorum nigrorum differentia. 651.
Humorum tenuium & crassorum symptomata in capite. 162.m
Humorum transfluxio ab vna parte in aliam quomodo fiat. 856.p
Humorum in venis contentorum expurgatio per vinas aut alium. 215.p. hinc stranguria & dysenteria semen. ibid.
Humorum μεταστροφή. 561.m
Humorum recursus in quas partes fiat. 120.f
Humorum recursus cause. 487.p
Humorum humorum symptomata. 631.f
Humorum inclinatio. 250.f
Humorum calidorum & frigidorum symptomata. 91.p
Humorum pituitosorum curatio. 680.f
Humorum inclinatio duplex. 216.p
Humorum intro recursus. 931.f
Humorum colores. 744.m
Humorum sursum. 289.f

ximè lethalis. 5.m
Iactatio ægri duplex critica & symptomata, hæc rursus duplex à ventriculo, aut febris malignitate. 6.m
Iactatio pedum. 951.f. 952.p
Iactatio ægri cum refrigeratione non semper lethalis. 10.f. 11.p
Ichoroides sanguis. 516.p
Ichores. 732.m. 733
Ichorum effectus. 733.p
Icterus. 340.p. 442.f. 1081.f. 971.p
Icterus ab inflammatione hepatis. 643.f
Icterus quando lethalis. 54.f. 55.p.m
Icterus à venis. 1056.m
Icterus multiplex. 935.p
Icterus ante septimum. 374.375
Icterus est abscessus. 375.p
Icterus multiplex. 186. Causæ & praesagia. ibidem.
Icterus cum singultu lethalis. 186.f
Icterus criticus inter abscessus Hippocrati. 186.p
Icteri à cirrho hepatis symptomata. 1074.m
Icteri praesagia & signa lethalia, aut contra, vnde sumantur. 934.f. 935
Icteri symptomati quatuor causae. 54.f
Icteri critici signa. ibid.
Icteri causa & differentia. 809.p. 375.m. 642.m
Icteri symptomata alia à bile, alia à cruditate. 444.m
Icteri causa, differentia, dignotio. 54.m. 55.m. 443.m
Icteri ab inflammatione hepatis signa. 935.m
Icteri solutio. 191.m
Icteri quadam symptomata. 1065.p
Ictericus rubra deiectio. 1062.p
Ictericus sepe sunt hydropici, cur & signa. 868.f. & 869
Ictericus an torpidi fiant. 935.p.m
Ictericorum deiectiones quales. 54.p
in Ictero quid praesagiendum. 55.m

in τρεπιδέες 22. 22. 22. 22. 55.p
Icti fulmine. 773.m
Icti fulmine. 910.m
ιδιαιότης. 856.f. 875.m. 1044.f.
ιδιαιότητα. 104.p. 107.m. 382.m. 276.m
ιδίωμα. 870.f
ιδίωμα. 1102.f
ιδίωμα. 344.f. 543.m
ιδίωμα. 273
ιδίωμα. 196.m
ιδίωμα. 69.m
ιδίωμα. 302.f
Iecur. 770.p
Iecur se exonerat per thoracē. 856.p
Iecur terminus partium inferiorum & superiorum. 931.p.m
Iecur medium superiorum partium & inferiorum. 703.f
Iecur aqua plenum. 854.p
Iecoris actiones. 943.m
Iecoris inflammati & pleuritidis distinctio. 727.m
Iecoris phlegmone. 818.f. 819.p
Iecinoris vulnerati signa. 993.f
Iecoris phlegmone laborantis signa. 935.m
Iecoris inflammatio. 292. vide hepatis.
Iecoris vulnera, & affectus. 993.m
Iecore affecto diu vita trahitur. ibidem.
Ieiunum intestinum vulnerati, cur lethale. 979.m
Ignes sacri. 405.m
Ignis effectus. 832.p.f
Ignis color. 1066.f
ἵγρεα. 283.f
ἵγρεα. 949.m
ἵλαίνων. 1096.p
Ileus. 447.f. 448.p. 888. 164.m. 365.m
Ileus ἀποσάδης. 448.p
Ileus stillicidio vrinæ superueniens. 899.900
Ileus foetidus. 889.f
Ileus morbus. 365.m
Ilei symptomata lethalia. 635.m
Ileon. 602.p. Eiusdem signa pathognomonica, superuenientia & lethalia. ibidem.
ιδιαιότης ἐμέρως. 164.p
ἰλλωσις. 204.m. 345.m. 382.m
Imaginationum in melancholicis causa. 918.m
Imagines ob oculos. 562.p
Imbecilla pars quolibet excessu

I N D E X.

facile afficitur. 915.m
Imbecillitas facultatis animalis. 362.m
Imbecillitas duplex. 16.p
Imbecillitas fundamentum passionis. 684.p
Imbecillitas partium quarundam nativa. 480.m
Imbecillitas hepatis. 848.p
Imbecillitas etiam dicitur. 881.m
Imbecillitas temperiei soboles à quouis contrario patitur facile. 928.m
Imbecillitatis & grauitatis corporis causa. 942.f
Imbecillitatis virium causa. 331.m.f
Imbecillus æger, cur non sustineat rigorem. 15.f.16.p
Inflatio duplex. 65.f
Inflatio quid ostendat. 463.p.
Inguinis dolor. 116.m.
Inguinis tumores. 346.p.
Inquietatio in omni inflammatione interna 15.p.
Inquietationis causa proxima. 461.m
Inquietudo ægri, vnde variis nominibus appellatur ab Hippoc. 5.m. Quomodo nomina illa differant. ibidem f. & 6.p.
Inquietudo ægri, vnde & quot modis. 6.m. Non semper signum est malignitatis febris. ibidem.
Infantia ferina. 355.f.1110.f
Infantia dicitur. 520.m
Infantia dicitur, dicitur dicitur, dicitur dicitur. 70.p
Infantia silens. 522.p
Infantia melancholica tria signa. 1090.m
Inseparabile signum quid. 1116.f
Insomnia multis de causis fiunt, naturam materiam & vaporis in corpore ostendunt, vnde præsignum. 141.142.143. vide somnia.
Insomnia conspicua. 141. 142.143.
Insomnia dicitur. 356.f
Insomniorum variaz species, & inde præsigna. 141.142
Inspiratio. 546.m
Inspiratio ingeminans. 549.m
Inspiratio & expirationis causa. 546.p
Instinctus quid. 453.m
Intabescere corpus quando necesse. 460.f
Insuperfebrere quid. 149.f
Intemperies confirmata. 618.p.m.f
Intemperies omnis excedens operationem lædit. 884.m
Intemperies cum humore duplex. 868.m
Intemperies hectica. 860.m. 873.m. 887.p
Intemperies inæqualis quid. 618.f
Intemperies hectica immedicabilis. 523.p
Intemperies quælibet excedens vitiat actionem. 668.m
Intemperies hectica. 618. Cur restitui nõ possit. ibid.m.
Intemperies duplex. 668.m
Intemperies frigida, quãd immedicabilis. 12.m
Intemperies vel temporaria est, vel hectica. 587.m
Intemperies vehemens in medio corpore ostendit futuram crisis malam. 16.m
Intempestiua præter naturã esse. 56.f
Intermittentium signa. 180.p
Interpretandi officium ambigua distinguere. 45.f
Interpretis officium. 657.f
Interpreti aphorif. error. 195.p
Interpretum errata de ictero. 187.p
Interpretum in rebus obscuris consuetudo. 634.p
Interrogandi ægri methodus ex Hippocrate. 604.f
Interrogandi ægri in vulneribus capitis methodus. 970.f
Interrogatio interdum vim habet assertionis. 148.m
Intestina secta, cur non coalescant. 979.p
Intestini tenuis vulnera. 977. & 978
Intestinatorum motus dicitur. 596.m
Intestinatorum motus duplex, naturalis, & naturali oppositus. 65.m
Intestinatorum sphacellismus repente excitatus. 615.p
Intestinatorum duplex motus sursum & deorsum. 889.m
Intestinatorum tenuium inflammationo. 634.m
Intestinatorum dolores. 164.m. 618.
Intestinatorum vulneratorum signa. 979.f
Intestinatorum inflammatio ani obstructio. 602.
Intestinatorum murmur signum crisco per alium. 28.f
Intestinatorum vulnera, & inde symptomata ac præsigna. 1001 Intesti

I N D E X.

Intestinum tenue. 873.m
Intemperies dicitur. 112.p
Intemperies dicitur. 1081.m
Intemperies dicitur. 603.m. 427.f.
Intemperies dicitur. 1018.p
Intemperies dicitur. 1115.p
Intemperies dicitur in tabidis. 843.p
Intemperies dicitur. 78.m
Intemperies dicitur. 13.p.m
Intemperies dicitur. 276.f
Intemperies dicitur. 1018.f
Intemperies dicitur. 1037.p
Intemperies dicitur. 1055.m
Intemperies dicitur. 491.f.1093.m
Intemperies dicitur. 1015.p.
Intemperies dicitur. 859.f.
Intemperies dicitur de deiectionibus. 1037.m
Intemperies dicitur duobus modis dicitur. 1055.m
Intemperies dicitur. 100.f
Intemperies dicitur. 1101.f
Intemperies dicitur. 394.m
Ira percitorum vultus. 466.f
Ira percitorum dicitur. 228.m.
Ira percitorum dicitur. ibid. & 229.
Ira percitorum dicitur. 1106.m
Ira percitorum dicitur. 707.p.801.p
Ira percitorum dicitur. 936.p
Ira percitorum dicitur. 897.p.898.212. m.869.f
Ira percitorum dicitur. 970.p
Ira percitorum dicitur. 1019.m
Ira percitorum dicitur. 1025.m.674.f
Iudicandi duo instrumenta. 333.p
Iudicari quid Hippoc. 187.p
Iudicatoris perfectæ & imperfectæ signa. 376.m.
Iudicatoria vide dicitur. 115.m
Iudicatoria non iudicantia, quæ, & inde præsigna. 650.
Iudicatoria non iudicantia, quando lethalia, & quando difficilis iudicij. 58.f.59.p. 61.m. 62.p
Iudicatoria non iudicantia, quid iudicent. 12.f
Iudicatoria non iudicantia. 231. p.328.f. 665.m.
Iudicatoria signa, alia signa tantum, alia signa & causa: quomodo ex his præsignandum. 61.m.62.p
Iugularium pulsatio. 191.f. 196.m
Iugularium & temporaliu venarum pulsatio. 553.p
Iuguli dolores. 319.p
Iuniores diutius ferunt suppurationes thoracis, quam senes. 827.828
Iuniores qui. 828.m
Iuuantia quibus signis cognoscantur. 295.f
Iuuenes intereunt symptomatum vehementia in ardentibus, senes imbecillitate natura. 1078.p
Iuuenes citius moriuntur, quam senes in febribus quibusdam ardentibus. 119.p
Iuuenes quando hamorrhagia iudicentur. 192.p
Iuuenes ex omnibus inflammationibus celerius moriuntur, quam senes excepta inflammatione thoracis. 27.p
Iuuenes cur periculosus per inflammationes laborent. 427. m.f.428.f. 430.p
Iuuenum temperamentum & morbi. 429.f
Iuuenum ætas opportuna tabi. 839.m.840.p
Iuuenibus familiares sanguinis spuitiones. 839.m
Iuuentinis. 839.m.1009.f. Eius temperamentum. 1078.f.
Iuuentinis quid. 52.f.336.p. 398.m
Iuuentinis dicitur. 398.m
L
Abij contractio soluta alui fluxione. 1108.p
Labij contractio, & inde alui profluuium biliosum. 515. p.m
Labiorum vlcera critica. 1108.m
Labiorum dicitur. 1108.m
Labores. 25.m
Labris peruersio, quid præsignat. 113.f.114.p
Labris peruersio. 345.p
Labris inferioris palpitatio. 158. m. agitatio. 506.p. tremor. 1108
Labris peruersio vel tremor. 515.m
Labrum. 515.p
Labrum crassum. 515.m
Lac saluginosum quibusdam nutricibus. 1020.f
Lactis vsus in phthysicis. 802.p
Lachrymæ inter signa critica. 216.p
Lachrymæ in ægris. 151.m
Lachrymæ. 1092.p.m. Ex his præsigna. ibid.
Lachrymæ inuolutaria. 479.m
Lama. 204.m
Lachrymæ dicitur. 1096.p
Lachrymæ dicitur. 269.p
nes. 827.828
Lapis in vesica. 379.f
Laryngis & gulæ affectus. 573.
Lassitudo. 67.p. 312.p. 417.f.504.f. 506.p
Lassitudo (pontanea, tenuis, vlcera, phlegmonidis. 29.f.
Lassitudo cum horrore quid indicet. 29.f.
Lassitudo arefactiua. 487.f
Lassitudo maligna quæ. 50.p.
Lassitudo à duabus causis externa & interna. 28.p
Lassitudo & anxietas qualia signa. 29.m.
Lassitudo. 487.m
Sensus in ipsa qualis. 29.f.
Lassitudo quid. 28.p.
Spontanea. ibidem.
Lassitudo quid, & quatuorplex. 278.m
Lassitudo symptoma febris ardentis. 66.p
Lassitudo quatuorplex. 276.m
Lassitudinis sensus in acutis. 52.p
Lassitudinis duplex causa. 287.f. 288.m
Lassitudinis remedia, somnus, quies. 67.m
Lassitudinis symptoma triplex. 29.m
Lassitudinis causa. 29.f
Lassitudinis tertia species ex duplici materia. 28.m
Lassitudinis diagnosis & prognosis. 50.p.m
Lassitudinis sensus. 124.p
Latus vomicosum sano calidius. 786.p
Latus dolet à flatu, defluxione per venas, aut inflammatione. 110.f. Signa & præsigna. 111.
Lateris dolor à mediastino, vel septo. 799.p.m
Lateris liuor in pulmonariis. 773.m.775.m
Lateris dolor euanescent. 807
Lateris dolor à pleuritide, & ab inflammatione hepatis. 643.m
Lateris suppurati dignotio. 813.m
Lateris liuor & calor. ibid.
Lateris dolores varij, & à variis causis. 110.111
Lateris dolor sine inflammatione an delirium adferre possit. 729.p
Lateris dolor. 92.p.104.p.810
Lateris dolor absque ratione euanescent. 111.f
Lateris



I N D E X.

Lateralis dolores vnde. 936.p. 917. p
Lateralis dolor à flatu. 799.p
Lateralis dolores rari. 111.f
Lateralis dolores. 713.m.714.m
Lateralis. 1040. f
Lateralis. 138.f
Lectio dubia quid agendum. 1123. m
Lectum commutare velle. 954.p
Lemæ circa oculos. 1093.f
Lentor quid. 284.m
Lepra. 518.p
Lethale quid. 987.m. 990.m
Lethale & valde lethale, differunt. 755.p
Lethargus. 282.m. vnde dictus. 387.p
Lethargus cū phrenitide. 22.m
Lethargus quomodo fiat. 134.m
Lethargi etymologia & dignotio. 210.f
Lethargi solutio. 213.f
Lethargi signa. 385.m. 386. 387
Lethargi multæ differentia. 385.m
Lethargi crisis. 162.p
Lethargi signa assidentia & superuenientia. 212. 213
Lethargi causæ, symptomata, prælagia. 210. & 211
Lethargici affectus quomodo fiant. 134.m
Leuantia sine ratione. 232.m. 233
Leuon φλέγμα. 916.p.f. 871.m
Leucophlegmatia. 865.p. 915. 916.f
Leucophlegmatia mores mutat, & melancholicos affectus inducit. 918. 919
Leucophlegmatia profluuiio alui soluta. 867.m
Leucophlegmatia à refrigeratione habitus corporis. 875. m. f
Leucophlegmatia duobus modis sumitur. 916.f
Leucophlegmatia quæ dicatur. 919. m
Leucophlegmatia causæ. 916. 917
Leucophlegmatia & hyderi differentia. 871.p
Leucophlegmatici alui profluuiio curantur. 916.f
Leuon. 853.m.
Leuon. 129.p.f. 351.m. 634. m
Liber de morbis, Hippocratis. 827. m
Liber ἀπὸ πάθων cuius sit. 916.m
Lien fluxionibus excipiendis opportunus. 882.m
Lien ἀπὸ φρένο. 863.p
Lien per quas vias expurgetur. 882.f. 883
Lienis magni. 853.m
Lienis in flammati crifes. 578.m
Lienis affectus quomodo deprehendantur. 1051.m
Lienis affectus. 680.f. 881. 882. 650.f
Lienis vulnera. 1002.m
Lienis tumores diuersi. 883.p
Lienis ἀπὸ φρένο symptomata. 883.p
Lienis indurati solutio. 883.p
Liene affecto quales vrinae. 1051
Lienis obstructio. 576.m
Lienosi color. 661.f
Lienosi cur sanguinem crassum interdum excreant. 849.p
Lienosi qui. 849.m. 881
Lienosis cur frequens hamorrhagia. 86.m
Lienteria in tabem desinens, aut cum tabe coniuncta. 888.p
Lienteria dysenteria superueniens. 881.m
Lienteria quid. 883.f. 884.m. 861.f. 486.m. 667.m. 668
Lienteria causæ quædam rare & obscura. 884
Lienteria praua signa. 885. 886
Lienteria à catarrho praua signa. 887.m
Lienteria causa. 668. 863.f
Lienteria perniciosissima quatuor signa. 886.m
Lienteria diuersa curatio. 884.f
Ligamenta quæ sentiant. 980.f
Ligamenta. 988.m
Ligamenti vulnera. 989.p
Ligamentum. 66.p. 163.m. 164. f
Ligamentum. 356.m. 544.f. 545.p. 1118.f
Ligum, λυγρός, λυγρός. 66.m
Ligni indici decoctum. 801.f
Lignum. 480.f
Limosum sedimentum. 1037.p
Lingua ἀρδής. 1101.f
Lingua arida ostendit necessitatem potionis. 151.f
Lingua rescicata. 913.m. 914.f
Lingua qualis in pulmonariis. 773. 774
Lingua mollis, ἀπαλωμένη. 505.p
Lingua cur interdum exeri nequeat. 155.p
Lingua pustula in pleuridite. 372.m
Lingua rubra interdum in febre lethali. 508.p
Lingua in peripneumonia qualis. 503.m. 504 m
Lingua præter modum emollita. 1104.p
Lingua in febris quando non mutatur. 502.m
Lingua intingitur sero, aut halitu. 502.m
Lingua obducta alba pituita. 1102.f
Lingua turbata, & alius liquida quarto die signa delirij. 349.f
Lingua fuliginosa. 795.p
Lingua liuida. 498.m. 500.m
Lingua rimis fissâ. 498.m. 500.m.f. 507.m
Lingua quibus partibus affectis mutetur. 731.p
Lingua in pleuriticis inspicienda. 731.p. 732
Lingua ἀσθής. 504.m
Lingua in peripneumonia. 503.p
Lingua retorrída. 498.m
Lingua sicca, aspera. 498.m. 500.m
Lingua quorum affectuum signum sit. 497. 498. & 499.
Lingua vnde immutetur. 497.f. 498.p
Lingua albida & mucosa. 501.f
Lingua prælagia. 497. 498. 499. 500
Lingua fuligine tincta. 500.m
Lingua frigida lethalis. 500.f
Lingua nigra, & pallida. 501.p
Lingua fuliginosa. ibid.
Lingua horrida, sicca, nigra in febris ardentibus. 1102.p
Lingua in rimas fissâ. ibid.
Lingua nigra. 1102.m. 506.m
Lingua rubra quando periculosa. 1102.m
Lingua exerere. 1102.p
Lingua tremula. 1104.m. 506. m.f
Lingua tremula & nigricans alui profluente. 1104.f. ibidem.
Lingua in febris quando non tingatur. 1101.m
Lingua coloratur halitu, continentate membranæ, fluxionè è cerebro, expiratione è pulmone, è venis. 1101.m
Lingua sicca, scabra, colorata. 1101.p
Lingua

I N D E X.

Lingua quomodo humores ostendat. 1101.p
Lingua in quibusdam febribus non mutatur. 508.p
Lingua κατὰ ζῆλον 508. m
Lingua densa, scabra, aspera, fissâ in rimas. 1105.p
Lingua expedita quæ requirat. ibidem.
Lingua densa. 507.m. 508.m
Lingua ὑπερστυλωτος. 1101.f
Lingua rubra. 503.m
Lingua mollis, humecta dura. 504.m
Lingua tenerescens. 505.m
Lingua nigra ob fuliginem minus noxia. 752.p
Lingua biliosa. 730
Lingua cur crebro à medico spectanda. 498. 499
Lingua gustus corruptus in febris. 499.p
Lingua pustula in capitis vultu. 1100. m
Lingua horror. 1100.f
Lingua vitia in gustu, & sermone. 508.p
Lingua affectus in gustu, motu, sermone, colore. 499
Lingua falsa, pallida, rubra, nigra, alba. 508.p
Lingua ἀραιά, λυγρόδενος, ζῆλον, nigra cum humiditate à cibo tincta. 507.f. 508.p
Lingua horror, vel tremor. 498.m. 499.f. 503.p.m. & 1075. f. 155.p
Lingua conuulsio. 361.f. Resolutio. 687.p.m
Lingua tarditas. 407.f
Lingua colores & sapores præter naturam. 730.f
Lingua paralysis. 687.f
Lingua tumor. 708.m.f
Lingua gustatus lefus. 504.m
Lingua conuulsio. 154.p
Lingua tremor. ibidem. 155.p
Lingua tremula. 362.p
Lingua conuulsio motus. 89.m
Lingua paralysis, aut balbuties. 257.m
Lingua nerui. 498. m
Lingua. 124.p
Lingua. 923.m
Lingua. 835.f
Lippitæ an ex lippitudine intereant. 1097.m
Lippitæ profluuium alui. 490. m. f
Lippitudo febre soluta. 1097.m
Lippitudo vnde fiat. 1097.f
Lippitudo. 489. Vide, lemæ.
Lippitudinis remedia. 490.m
Liquida duplicia. 524. m
Liquida. 894.f. 896.p
Liquida, vnde. 12.p
Liquida. 908.p
Liquida signa. 232.p
Liquida. 943.m
Liquida color. 733.m
Liquor. 468.m.f. 469.p. 341.p
Liquor quid ostendat. 943.f. 944
Liquor partium extremarum. 1090. p
Liquor vnde, & quid prælagiat. 103. m
Liquor lateris. 775.m
Liquor in acutis quid ostendat. 500.f
Liquoris causæ. 475.m. 747.p
Liquoris & nigroris causæ. 103.m
Liquor corporis quando lethalis. 340. 341
Liquor. 1089.m
Liquor. 640.m
Locus affectus virandus in purgatione. 699.p
Loci affecti dignotio. 818.m
Locus. 48. m
Longitudo, vide diurnitas.
Longitudinis morbi. Vide diurnitatis.
Loquacitas delirij nota in taciturno. 77.f
Loquela & vox vnde, & quomodo differant. 2.m
Loquendi impotentia. 687.m
Luis veneræ prepostera curatio. 691.p
Lumbi quid. 404.m. 619.p. 624. m
Lumborum dolor grauis. 251.m
Lumborum dolores. 619.m.f. 912.m. 913.f
Lumborum inflammatio. 307.m
Lumborum nomine quid intelligendum. 29.p.m
Lumborum dolores vnde. 29.m
Lumborum signa, motus, & translationis humorum. 29.m
Lumborum dolor ex multis partibus affectis. 638.f. 639.m
Lumborum dolor criticum signum. 250.p
Lumborum dolor. 167.m.f. 218.f. 312.p. 628. m. 629.m. 632.m. 643.p. 1028.f. 1063.m. 1055.f. 636.m
Lumborum dolor ab hamorrhoidibus, aut mensibus. 621. m
Lumborum dolores sine febre. 621. f
Lumborum dolor ante profluuium alui. 404.m
Lumborum dolor ante sanguinis euacuationem. 622.m
Lumborum dolor pertinax. 625.f
Lumborum nomine quid intelligat Hippoc. 619.m. f. 250.p
Lumborum dolores variis partibus affectis. 914. p
Lumborum dolor profluuium ventris antecedens. 1041.m
Lumborum dolor à mensibus suppressis. 640.p
Lumbricorum generatio. 263.p. Prælagia. ibidem.
Lumbis reuersiones. 366.f
Lumbis dolentibus tremores. 635. 636
Lumbrici. 883.f
Lumbrici rotundi & oblongi. 593. f
Lumbricorum symptomata & prælagia. 593. 594
Lumen refugere. 478. 479
Lumen copiosum in oculis. 677.m
Lupus. 886.m
Lux. 955.m
Luxationes vertebrarum. 559. 560
Luxationis spinæ tres differentia. 624.m
M
Macula in febribus. 933. 934
Macula rubentes. 636.f. 637.p
Magna & rara respiratio. 926.p
Magnitudo morbi. 738.m
Magnitudo quid in morbis. 162.f
Magnitudo morbi vnde cognoscatur. 676.f
Magnitudo respirationis duplex. 697.m
Magnum tribus modis. 998.f
Magnum, vox ambigua in differentis respirationis. 1116.m
Magnum quid. 539. 540.p
Magnus affectus quid. 162.f
Mala symptomata die critico non metuenda, critici extra diem criticum periculosa. 23.m
Malignus morbus. 46.p
Maligni morbi, quare interdum leues appareant. 116.p
Maligni morbi qui. 139.f
Maligni morbi signum. 56.p
Malignitas resoluunt, copia opprimunt. 155.m
Malignitas febrili ex superuenientibus dignoscitur. 37.m
Malignitas

I N D E X.

Malignitas februm vnde. 45.m
Malignitas morbi vnde cognofcatur. 676.f
Malignitas ex putredine. 92.p
Malignitas duplex, innata, & aduentitia. 834.f
Malignitas morbi vnde colligatur. 38.f
Malignitas humorum. 712.m
Malignitatis morbi euentus. 612.m
Malignitatis humorum caufa. 753.f
Malignitatis figna in febribus laboriofis. 68.m
Malignitatis figna. 52.p. 161.m. 556.m. 571.m. 698.m
Malignitatis figna in Caufo. 109.m
Malignitatis abfentia vnde cognofcatur. 850.m
Malignitatis figna in femiterianis. 20.m
Malignitatis & clementie figna. 384.m
Malignitatis & benignitatis figna in ardentibus. 453.f
Malignum. 231.m. 850.m. 96.p. 842.m.f
Malum quid. 987.m
Malum dupliciter in fpecie, & reuera. 167.p
Malum malo additum. 768.m
Mania. 918.f
Mania leuis in fenibus. 923.p
Mania vehementiffima fine febre. 920.m
Mania tribus modis dicta. 922.p
Mania breuior. 101.m
Mania cum raucedine & tufi. 922.f. 923.p
Mania quid, & praefagia. 148. 149
Mania an cum febre. 922.m
Mania. 438.p
Caufa & differentia. ibidem. & 439.c
Maniaci quomodo diftinguantur a phreniticis. 439.m
Mania conuulfo fuperueniens. 923.m. 924.p
Mania dua fpecies. 923.m
Mania caufa. ibidem.
Mania fuperueniens. 925.p
Manus ftupor. 629.m
Manus tremula. 159.p. 160.p
Manus aegri intremifces. 337.m
Manus aegri contremifces, quid portendat. 88. 89
Manus torpida. 622.f. 623.f
Manus tremula. 214.f. 278.f. 279.p
Manuum tumor. 861.m
Manuu & pedum tumor. 885.m
Manuum ftupor. 257.m
Manuum vola in morbo gallico herpete laborantes. 99.p
Manuum torpor. 256.m
Manuum tremor. 210.m. 211.m
Manuum & pedum dolores a variis caufis, & dignotio. 43.m
Manuum geftus. 561.f
Marafmus. 837.f
Marafmus quid. 837.m
Marafmus hepatis. 859.p
Marafmus retortidus. 5.p. 7.m
Marcor partis. 1032.p
Marcor. 840.m
Materia quibus trahatur. 770.m
Materia in parte nobili reftitias. 168.m
Materia fuppreffa quod reparat. 161
Materia copiofa, aut maligna effectus. 106.f
Materia recurfus in doloribus lethalis. 43.m
Materia redundans copia quid faciat. 50.m
Materie vitiofe commutationes malignae. 42.m
Materiam furtum moueri malum. 167.p
Maturationis inaequalitas. 753.f
Maxille inferioris luxatio. 692.m. 693.p
Maxille dolor. 1107.f
Maxille claufio, vel apertio preter voluntatem. 570.m
Maxille immobilitas. 93.m
Maxillarum dolores fortes. 514.m.f
Maxillarum coftrictio. 552.p.m
Maxillarum rubor. 471.m. 780.m
Meatus corporis inuifibiles. 875.f
Meatum directio. 646.m
Mediaftinum. 822.f
In ipfo vomica. 823.p
Mediaftini affectus. 799.m
Medicamenta fanguinem fiftentia, prudenter vfurpada. 658.m
Medicinae docendae ac difcendae triplex ratio. 126.f
Medicus quae obferuare debeat in aegris. 58.p
Medicus eruditus affectus agnofcit, antequam perfecti fiant: imperitus minimae. 142.m
Medici fola experientia ducti fepius decipiuntur, quam alij. 215.f
Medicus quid in aegris primum confideret. 294.m
Medico vires ante omnia confiderandae. 81.p
Medicorum error in dignofcendo, praedicendo, alendo. 81.m
Medulle dorsalis duo foramina. 440.m. 902.f
Medulla fpinalis vulneratae fymptomata. 992.993
Mela, vox ambigua in differentiis refpirationis. 1116.m
Mela in morbis. 162.f
Melancholia cum fentio. 103.p
Melancholia quid. 918
Melancholia morbus. 139.m
Melancholia taciturna, aut ferina vnde. 135.f
Melancholia febris expers. 921.p
Melancholia. 881.m
Melancholia filens. 48.f
Melancholia hypochondriaca. 587.m. 919.f
Melancholia quid, & praefagia. 148. 149
Melancholie fignum. 470.m. 918
Melancholie fymptomata. 304.m. 1111.m
Melancholica fymptomata in morbis pituitofis. 919.m
Melancholica infania cum fentio. 924.f. 925
Melancholiae infaniae tria figna. 1090.m
Melancholicus humor fuppreffus. 188.f. 189.p
Melancholicus humor quis. 225.f
Melancholicus humor quando vigeat. 225.p
Melancholici humoris copia vnde. 917.f
Melancholici humoris tranfitus per inteflina. 883.p
Melancholici humoris effectus. 906.m
Melancholici humoris qualitates, & effectus. 918.m.f. Generatio. 919
Melancholici humoris effectus varij. 921.p
Melancholici cur interdum latentur. 470.f
Melancholici humoris varij effectus vere & autumnis. 924.p. 919.f
Melancholici cur ftrepitu meruant. 152.p
Melancholici affectus. 305.p
Melancholici humoris duo figna pathognomonica. 920.m. 921.p
Melancholici cur ftrepitu meruant. 152.p
Melancholici affectus. 305.p
Melancholici humoris duo figna pathognomonica. 920.m. 921.p

Melan

I N D E X.

Melancholici eur ftatufi. 946.p
Salaces. ibidem.
Membrana fuccingens costas. 722.p
Membrana ventriculo, gula & linguae communis. 505.m
Membrana cerebri quibus modis ab offe abfcidat. 975.p
Membranae oculi. 476.m
Membranae thoracis. 810.p & 770.p
Membranae cerebri compreffae fpecies. 298.f
Membranae ventris. 770.p
Membranae vulnera difficilius ad cicatricem ducuntur. 825.f
Membrorum motus. 941. 942. Proieccio. 951.p
Memoria. 333.m
Eius laefio. 256.m
Mens occupata. 1117.f
Mens quomodo laedatur. 922.m
Menfes mulierum. 640.p
Vide menftrua.
Menfis fexti vis. 394.f
Menfium fupprefforum fymptomata. 640.p.f
641. & 1014.f. 244.m. Signa. ibidem. 621.f
Menfium fluor a magnis morbis liberans. 243.f. 244.m
Menfium muliebrium figna. 264.f. 628.m. 219.f
Menfium fupprefforum noxae. 304.f. 305.p
Menfium profluuium. 1026.p
Mefenteria. 914.p
Mefenterij inflammatio. 634.m
Mefenterij. Scyrhus. 635
Mefenterij tumores. 581.f
Menftruis fanguis. 641.m
Menftruorum purgatio. 401.f
Signa. 410.f
Menynx dura vix fentit. 265.f
Meraca quae. 761.f
Mefocolon. 29.m
168. 914.p
Mixtio putredinis occafio. 651.m
Mixtio in excrementis triplex. 743.m
Mefenterij. 420.p
Mefenterij, & mefenterij differunt. 571.f
Mefenterij quid, quomodo fiat, caufa, exempla, duplex, ex prauis ad initia, ex prauis ad praua contraria, haec iterum duplex. 76.m
Mefenterij. 90.m. 616.m
Metadofis Hippocrati interdum eft abfcelfus. 182.m
Differt tamen. ibidem.
Metadofis. 526.f. 527.p
1088.p
Metadofis. 600.f
Metadofis. 936.m
Methodus exacta non femper feruatur. 277.p
Methodus in fignis docendis. 294.m
Metus & triftitia figna melancholie aut exilij. 9.p
Metus in febre. 9.m
Metus & desperatio interdum intemperiem frigidam totius fignificant. 9.m
Metus, triftitia, conuulfo a fuppreffa vacuatione, aut externa caufa minus mala. 9.p
Metus fine caufa. 920.f
Mobilitas membrorum vnde. 85.f
Mobilitas caloris indicium. 480.m
Moderatio a natura, immoderatio a morbo. 170.m
Modestus. 461.p
Moror. 423.p
Eius effectus. 740.f
Mofititia. 470
Molle corpus. 951.m
Molliora funt omnia, quae ortui propinqua. 968.p
Mollities corporis. 941.p
Et vnde. 505.p
Mollire. 452.f
Moftra in morbis. 630.m
Mora adiuuat actione & eft concaufa. 139.m
Morbus in habitu quid. 845.m
Morbus qualis generet abfcelfum. 196.m
Morbus diurnus vnde colligatur. 117.p
Morbus manente caufa, an remitti poffit, & quomodo. 73.p
Morbus omnis, fimulatque incipit, morbus eft. 282.m
Morbus ficcus quis. 805.m
Morbus laboriofus. 25.m
Morbus omnis tribus modis magnus. 693.m
Morbus paruus intempetiuo cibo factus lethalis. 67.f
Morbus an abfcelfu iudicari debeat. 451.f
Morbus longus & perniciofus qualis. 112.f
Morbus acutus quis. 313.m
Morbus particularis & vniuerfalif. 457.m
Morbus malignus quid. 46.p & 391.m
Morbi breuitas, aut longitudo vnde cognofcatur. 734.m
Morbi per confenfum diagnofis. 722.p
Morbi acuti duplex genus. 1121.m
Morbi per fucceffionem duorum generum. 711.f
Mos morbi. 738.m
Morbi diebus, menfibus, annis iudicantur. 207.f
208.p
Morbi peracuti, exacte, non exacte, acui fimpliciter: & 207. 208. Longi. ibidem.
Morbi qui abfcelfu, vel excretionem iudicantur. 761.m
Morbi quando crifi iudicantur. 232.f
Morbi acuti excretionem, longi coctionem, aut abfcelfu iudicantur. 220.p
Morbi acuti calor. 467.m
Morbi ab heftica intemperie. 619.p
Morbi quando excretionem aut abfcelfu foluantur. 391
Morbi ex bile & pituita. 531.f
Morbi thoracis multa requirunt ad falutem. 793.p
Morbi diurni quando iudicantur. 394.f
Morbi ficci. 726.m
Morbi quomodo finiuntur. 238.p
Morbi autumnales quando incipiunt apud nos. 405.f
Morbi, cum certamine naturae, duobus modis finiuntur. 115.m
Morbi, quibus remiffis fidendum non fit. 395.f
Morbi longi quomodo iudicantur. 161.m
Morbi diurni per accidens funt lethales. 117.m
Morbi in morbum mutationes. 712.m
Morbi cognitio duplex, cum fieri incipit, & cum iam factus eft. 282.
Morbi. 396.m. 550.f
Morbi ad folutam continuitate pertinentes. 959
Morbi acuti. 396.m. 550.f
Morbi acutiffimis primis perfidis iudicantur. 206.p
Morbi remiffioni quando non

FFF

I N D E X.

fidendum. 71. m	modo fieri debeat. 710. m. f	Mors ex concussione cerebri. 963.
Morbi in morbum cōmutatio, abtcessus. 315. f	Morborum & symptomatū tres modi. 739. m	Mors τελύτη dicitur Hippocrati. 17. m
Morbi qui non fiūt ante pubertatem. 1008. f	Morborum varietas. 928. p	Mors subita ex gaudio & metu. 298. m
Morbi cur alij non iudicantur, alij perperam. 521. m	Morborum autumnalium solutio. 228. m	Mors ex qua parte principe læsa celerius aut facilius accidat. 82. f
Morbi thoracis in quibus magis lethales. 828. m	Morborum acutorū terminus. 233. f	Mors repentina. 595. m
Morbi, qui singulis etatibus cōueniunt. 1009. f	Morborum remissioni quando non fidendum. 609. m	Mors varia in suppuratis. 798. p
Morbi initio prælagire mortem aut salutem. 463. m	Morborum vesicæ solutio. 891. f	Mors in morbis thoracis vnde. 816. p. m
Morbi longi paribus soluūtur. 409. f	Morborum tria genera, in quibus abtcessus. 196. p	Mors in febribus sine crisi. 232. f
Morbi solutio paulatim per vrinas. 399. p	Morbis calidissimis, quomodo frigidi succedant. 117. f	Mors ex euentu. 787. f
Morbi à sanguine minus lethales. 1048. p	Morbosa affectionis relicte signa. 195. f	Ex vlcere. 788. p
Morbi suffocati. 178. p	Morores. 918. p	Mortis modus in peripneumonicis. 107. m
Morbi suffocantes. 1123. m	Mores morbi. 238. p	Mortis tria signa certissima. 543. m
Morbi maligni symptoma. 2065. f	Mortū mutatio ab humoribus. 918. m	Mortis variæ differentia. 5. p
Morbi, qui parotidibus iudicantur. 1085. m	In moribundis interdū signa salutaria. 2. f	Mortis signa vesica laborante. 893.
Morbi cur rarò apud nos iudicentur abtcessu. 391. f	Moribundis qualia adsint symptomata. 1090. p	Mortis terminus in suppuratone inæquali. 755. m
Morbi quatuor tempora. 710. p	Mori ægròs multis modis per febres. 103. m	Mortis signum certissimum in febre. 5. m
Morbi à liene. 881. 882.	Moriendi varij modi. 5. p	Mortis duo certissima signa. 103. m
Morbi pueriles quomodo soluantur. 228. m	Moriuntur ægri tribus modis in particulari accessione. 3. p	Mortis signa post ruptam vomitam interiorem. 786. m
Morbi celeris signa. 290. m	Morsus à flatu. 799. p	888. p. 601. p
Morbi remissio quando tuta. 232. m. 233.	Mors quid. 405. m	Mortis aut salutis prædictio in angina. 710. m
Morbi ex fusione. 784. m	Mors in frigido & sicco. 393. m	Mortis varij modi. 520. p
Morbi cur aboleri interdū nequeant. 523. p	Mors ex febribus intermittentibus. 179. m. f	8 & 468. m
Morbi longi. 161. f	Mors corde affecto. 776. p	Mortis causa in acutis. 984. f
1079. p	Mors cum sudoribus, & sine sudoribus. 543. m	Mortis modus sine crisi. 113. p
Morbi qui annis iudicantur. 228. m	Mors ex aurium dolore. 428. m	Mortis certissimum signum. 943. m
Morbi cordis, hepatis, cerebri, qui celerius interficiant. 82. f	Mors repentina in suppuratōnibus internis, cum melius habere videntur. 853. p	Mortis modus in vacuationibus immoderatis. 936. m
Morbi salutans signa. 221. p	Mores mutati, tum insti, tum aduentitij. 77. m	Mortis modi varij in tabidis. 615. m
Morbi acuti quando nomen amittant. 128. m	Mors simpliciter, salus sub conditione prælagienda. 789. p	Mortis modus instar paraplegiæ. 91. p
Morbo particulari fidendū non est, nisi vniuersalis melius habeat. 457. m	Mors ex omni vulnerum genere cur. 1002. f	Morum dissimilitudo. 70. f
Morborum collectiones. 604. f	1003. p	Motus morbi. 738. m
Morborum tres differentia. 761. m	Mors præter opinionem. 648. p	Motus à voluntate & instinctu. 453. m
Morborum diuturnorum crises. 234. m	Mors in pulmonariis multis modis accidit. 776. m	Motus palpitatorius & conuulsuus. 612. m
Morborum futurorum prænotio necessaria medico, & vnde repetenda. 928. m	Mors aut solutio morbi quibus diebus accidant. 739. f	Motus aliis diebus quàm criticis, cui tribuendum. 128. m
Morborum acutorū & diuturnorum termino. 391. f	Mors in crisi quomodo. 116. f	Motus ab arbitrio læsus, cerebrum læsum ostendit. 1110. p
Morborum permutatio duplex. 768. m	Mors cum sudore, aut sine. 1071. p	Motus naturæ duplex. 176. p
Morborum pulmonis ac thoracis prædictio, qualis & quo-		Motus

I N D E X.

Motus omnis naturæ excernentis ante coctionem inutilis. 12. f	ibidem.	Natura cur interdum nihil moueat aliquando. 530. f
Motus erratici causa in febribus. 56. m	Musculorum hypochondrij inflammationes an sint lethales. 577. m	Natura cur non moueat aliquando. 53. p
Motus pars, motus est. 282. p	Musculorum propria actio. 985. p	Natura non semper cocta expellere potest. 122. m
Motus impotentia. 261. m	Musculorum temporalium affectus. 986. p	Natura non docta, doctissima. 530. f
Motus cōuulsiuus utilis aliquando. 249. p	Musculorum actio propria est contractio. 36. p	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Motus intestinorum peristalticus. 946. m	Musculorum temporalium vulnera. 960. 961	Natura cur nihil aliquando moueat. 53. p
Motus animalium partim ab anima, partim à natura. 405. p	Musculorum actio. 962. p	Natura non semper cocta expellere potest. 122. m
Motus initio morbi malus. 115. p	Mutatio varia. 329. m	Natura non docta, doctissima. 530. f
Motus tremulus & concussiuus ante crisin. 201. f	Mutatio fit tractu temporis. 77. p	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Motus in lecto lethales. 951. f	Mutatio subita mala. 378. m	Natura cur nihil aliquando moueat. 53. p
Motus naturæ & morbi. 125. m	Mutationes sex in morbis. 208. f	Natura non semper cocta expellere potest. 122. m
Motus membrorum qualis. 942. p	Mutationes cauenda. 73. f	Natura non docta, doctissima. 530. f
Motus humorum erraticus. 193. p	Muti. 1029. p	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Mucor. 752. p	N	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Mucosa. 869. m	Narcodicos. 1049. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Mucosa, viscida. 240. f	Narcotica in oculorū doloribus suspecta. 488. f	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Mucosa per alium. 911. m	Nares infodere quale signum. 1089. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
912. p	Nares acutæ. 466. 467	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Mucus quid. 989. m	1088. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Mucosus intestinorum. 879. p. m	Nares fodere quid prælagiat. 466. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Muliebria decurrere initio conceptus quando malū. 1024. m	Nares tenues. 467. f	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Mulieres an viris calidiores. 456. p	Nares inspiciendæ. 545. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Mulieres hysterica. 1025. m	Nares cur scindantur. 467. p	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Mulieres interdum celerius intereunt. 1085. m	Narium hiatus quale signum. 114. p	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Mulierum grauidarum symptomata. 1012. p	Contractio, ibidem. 231. p	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
vide, Grauidarum.	Narium pinnae mota. 543. f	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Mulierum temperamentum. 455. f	Mobiles. 466. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Mulierum, quæ non pariūt, symptomata. 548. f	Narium pinnae. 1089. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Multum quid. 17. m	Peruersa. 345. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Musculus latus. 980. & 555. p	Narium pinnae cur mouentur. 338. p. 466. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Musculi crotaphyta & μαστήριον. 692. m	Narium distortio vnde. 114. p	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Musculi respiratori in seruientes. 100. p	Narium grauitas. 200. m. 201. p	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Musculi temporales. 468. m	38. p. 436. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
& 480. p	Naribus ampliatis spirare. 466. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Musculi temporum. 553. m	Nasus. 468. p. Eius rubor. 472. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Musculi alij carni, alij neruosi. 984. p	Natura quid. 57. p. 662. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Musculi oculorum. 479. f	Natura interdum paulatim excludit. 368. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Musculi lati vitia. 345. m	Natura repentinum omne respuit. 73. m	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Musculorum abdominis inflammationio. 576. m	Natura infirma non molitur crisim. 116. f	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Musculorum temporalium affectus. 300. f	Natura cur & quando mouetur ad crisin, & cur sæpè nihil mouet. 115. f. 116. p	Natura cur non moueat aliquando. 530. f
Musculorum naturalis motus. 405. p	Natura constat ex ferente, & latente. 405. p	Natura cur non moueat aliquando. 530. f

I N D E X.

Naturæ conatus inanis quid ostendat. 34.m
Naturæ ordo mutatus in periodicis & exacerbationibus periculotus. 19.f
Naturæ motus, aut quies in diebus criticis, quid portendat. 58.m
Naturæ motus iuuandus. 171.f
Naturâ nihil mouere satius est, quam non promouere. 23.m
Nausea duobus fit modis, & an semper impediatur sanguinis missionem. 84.p
Nausea in venis. 297.m
Nausea cum paucis vomitu. 290.m
Nausea non semper remoratur venæ sectionem. 236.m
Nausea sine vomitu. 637.p
Nausea. 83.m. Causæ, ibidem f. & 84.p
Nausea vel facit, vel auget phlegmonem hepatis aut ventris. 84.p
Nausea duplex. 217.f
Nausea abundi duobus modis. 83.m
Nausea in grauidis. 1019.f
Necessaria. 361.p. 152.f
Necessitas multiplex. 540.m
Nephritici vnde fiant. 932.p
Nephritici dolores. 929. 930
Nephriticorum signa. 567
Nervus quid. 988.m
Nervi crassi. 987.f
Nervi alij sensum, alij motum tribuunt. 449.m
Nervi quatuor omnium maximi. 989.f
Nervi duabus tunicis constant. 990.p
Nervi secti cur unionem non admittant. 980.m
Nervi interiores. 1001.p
Nervi conuulsio in vulnere quot modis fiat. 681.m
Nervus vulnerato conuulsio. 983.m
Nervorum punctura. 984.p
Nervorum motus proprius. 980.m
Nervorum vulnera. 980. 1901.p.m

Nervorum crassorum vulnera. 988.p
Nervorum dissectio quam necessaria. 625.m
Nervorum actio duplex. 449.p
Nervorum motus in situs. 113.m
Nervorum triplex genus. 987.f
Nervorum distentio. 159.p
Nervosarum partium inflammationum symptomata. 984.m
Nictare perpetuo. 1095.m
Continuo. 480.m. 484.p
Nigra & retorrada. 171.p
Nigrarum excretionum tria genera. 108.m
Nigror. 468.m.f. 747.m
Nigror extremorum. 98.p.m. 944
Nigror in lingua & sputis, aut a fuligine, aut ab atra bile. 795.p
Nigror ex abscessu. 229.m
Nigroris causæ. 475.m
Nigroris & liquoris causæ. 103.m. 475.m
Nigrorum vomitus aut deiectionis quando expectanda. 188.m
Nigrorum excretio in quibus morbis. 188.f. & 189.p
Nigrorum deiectionis. 597.m. 927.m
Nomina cur septimo die imposta a veteribus. 683.m
Nox cur ante crifim molestior. 138.m
Nox quieta raro ante crifim. 41.f
Noctu grauiora omnia videntur. 138.m
Nocturna vomitio. 208.m
Nocturna vomitio. 285.p. 404.f
Nocturna vomitio. 84.f. 251.f
Nocturna vomitio. 310.p. 714.m
Nuxa cum clamore. 693.f
Nutritio. 981.f

O

Obliuio. 256.m. 257.f
Obliuio celer in phreniticis. 151.f
Obliuio vnde in febribus. 11.f. 12.p.m
Obliuio a rigore. 12.m
In perturbatione critica. ibid.
Obstructio triplex. 897.p
Obstructio a bile. 1056.m
Obstructio hepatis aut lienis non semper tactu percipitur. 576
Obliuionis causæ. 408.p
Obdurescere corpus duobus modis. 7.m
Occasio morbi quid, & quam

vim habeat. 928.m
Occasio manifesta quid. 569.m
Occiput. 422.f
Oculi. 566.p
Oculus ferox & audax. 496.p
Oculus. 487.m
Oculus alter altero minor. 1093.m
Oculus purus. 1091.p
Salutaris. 1099.f
Oculis obuersans ignis quid significet. 1094.f
Oculus, qui languide mouetur. 1097.p
Oculus fixus & immobilis. 1095.m
Oculus constat igne & puro athere. 1094.f
Oculus obscurus. 484.f
Perturbatus. 320.m
Oculus reclusus. 494.f
Oculus alter rubeus, aut lachrymans. 1092.p
Oculus vterque rubeus. ibid.
Oculus cur emineat, aut subsideat. 466.m
Oculus icterofus. 740.f. 741
Oculus distorsus. 1096.p
Oculus in cæcis quibusdam, cur optimè constitutus videatur. 491.m
Oculus. 487.m
Oculus. 492.m
Oculus extuberans. 1096.f
Oculus assidue nictans. 1093.m. 1095.m
Oculus pallidus, flauus, turbulentus. 740.m
Oculus altero minor. 480.p. 481.p
Oculus immobilis & quasi concretus. 484.p
Oculus ferox, minax, impudens. 482.f
Oculus emortuus. 491.m
Oculus iners, obscurus. 1098.m
Oculus rigidus. 677.m
Oculi magna foras eubratiō. 1094.m
Oculi exerti & prominentes. 1094.m
Oculi ignei. 481.f. 482.f
Oculi exerti. 926.p
Oculi primi intereunt. 204.p
Oculi. 204.m
Oculi supra modum relaxates. 496.p
Oculi velox motus. ibidem. Oculi

I N D E X.

Oculi prominentes. 482.p
Oculi lumen refugiētes. 1092.m
Oculi cur lumen refugiant. 478.f. 479
Oculi peruersio. 630.f. 631.p
Oculi tabes. 478.m
Oculi & palpebræ distortionem differunt. 114.p
Oculi perpetuo clausi aut aperti. 484.p
Oculi clausi, vel aperti, exerti, fixi, quid præsignant. 348.f
Oculi constantes & immobiles. 123.p
Oculi primi omnium interire, & fenescere, cur dicantur. 474.m
Oculi cur nictent circa crifim, aut in translatione materiæ. 123.m
Oculi tumor. 486.m
Oculi peruersio duobus modis. 345.m
Oculi exerti. 481.m. 482.m
Oculi membranz. 476.m
Humores. ibid.
Oculi relucētes. 677.f
Oculi album maius, nigrum minus fieri. 1094.p
Oculi perturbati causæ. 1091.f. 1092.p
Oculi natura duplex. 475.p
Oculi squalidi. 484.m
Oculi duæ partes. 478.m
Oculi. 678.p
Oculi album rubens. 486.p
Oculi puluerulenti. 492.p. 493.p
Oculi rubor. 485.m.f. 1096.m
In febre. 1096.m
Oculi nigrum occultari superiore gena. 1049.m
Oculi instabiles. 491.f
Oculi densi. 203.m
Oculi. 481.m
Oculi affecti ostendunt omnes facultates lasas. 474.m. 475.p
Oculi ut valent, ita & totum corpus. 1099.f
Oculi caui. 777.f. 780.m
Oculi vlcus. 636.f
Oculi ferocitas. 259.m. 278.p. 677.m
Oculi album apprens in somno. 1095.f
Oculi prærubri. 260.p.m.f. 410.m
Oculi squalidi & pondere cassi. 1100.p
Oculi perturbati. 70.p

Oculorum caligo. 200.m
Oculorum cauitas. 467.f. 1094.m
Oculorum caligo, obscuritas &c. 50.f
Oculorum album rubes. 477.m
Oculorum conuulsio. 481.p
Oculorum affectus a tribus facultatibus. 926.m
Oculorum motitatio. 480.p
Oculorum vulnera. 1003.
Oculorum impuritas. 475.p
Oculorum peruersio duplex. 1093.m
Oculorum directa acies. 1099.p
Oculorum affectus. 1091.m
Oculorum. 1093.m
Oculorum fluxiones quomodo curanda. 626.p
Oculorum musculi. 479.f
Oculorum hebetatio. 436.m
Oculorum vitia. 476.p
Oculorum membranæ. 474.p
Oculorum eubratiō. 481.m
Oculorum inordinatus proejectus. 259.f
Oculorum varij affectus. 1100.p
Oculorum immobilitas. 493.m
Oculorum perpetua agitatio. 483.f
Oculorum vehementem dolorem ab acri materia soluit purgatio. 490.m
Oculos torquere in caput. 1094
Oculos subinde & variè dimouere. 1093.m
Oculos peruertere. 1096.p
Ex oculis scintilla igneæ. 481.f
Odor. 832.p
Odoris absentia in excrementis cur vituperanda. 455.m
œconomia corporis naturalis. 421.m
œconomia. 107.f
œdema. 579.m. 580.m
œdemata, quæ non suppurant. 580.p
œdematis descriptio. 1129.f
œsophagi & gula siccitas lethalis. 573.f
œsophagi siccitas lethalis. 802.p
œsophagi constructio & officium. 97.p
œsophagi immoderata siccitas. 339
œsophagi vehemens siccitas. 15.p
œsophagi actio quot modis impediatur. 97.p
Offensio in quibusdam partibus maior. 19.p

I N D E X.

Table with multiple columns listing medical terms in Latin and Greek, with corresponding page numbers. Includes entries like 'Olenia grauiter', 'Ore ventriculi affecto', 'Palati suppuratio', 'Paraplegia', 'Parotides', 'Partes postice', etc.

I N D E X.

Table with multiple columns listing medical terms in Latin and Greek, with corresponding page numbers. Includes entries like 'Paraplegico modo', 'Paraplegia vnde', 'Paraplegia & couulsio', 'Parotides in quibus fiant', 'Partes postice cur conuellantur', etc.



I N D E X.

**Pauca & concocta expectorare,** quid significet. 805.p  
**Paucitas excretionis nunquam critica.** 805.p  
**Paucitas excretionis, quid ostendat.** 47.p  
**Paucitas.** 53.p  
**Paucitas deiectionis.** 603.m  
**Pavor.** 367.f  
**Pavor ex somno.** 674. m  
**Pauores puerorum.** 170.p. 496.f  
**Pectoris dolores.** 566.f. 567. 569.p  
**Pectoris & pulmonis morbi,** quomodo finiuntur. 758  
**Pectoris collapsus.** 544.p  
**Pectoris inflammationes.** 754.p  
**Pectoris rubor.** 806.p  
**Pectoris tumor & abscessus.** 802.p. 823.m  
**Pedes nigri, aut liuidi.** 944.  
**Pedes nudare.** 953.f. 954.p  
**Pedes ac manus nudare, quid significet.** 7.p  
**Pedum tumor.** 161.m. 778.p. 781.p  
**Pedum manuūque dolor.** 316.f  
**Pedum liuor semper lethalis in acutis, nigror non semper.** 500.f  
**Pedū tumores in tabidis.** 843.m  
**Quid indicent.** 18.m  
**Pedum tumor & alui fluor in tabidis.** 26.p  
**Pedum tumor œdematosus.** 861.p. 863.m  
**Pedum refrigeratio.** 679.p  
**Pedum frigus in pleuritide.** 808.m  
**Pedum affectus per consensum.** 885.m  
**Pedum manuūque labor in febribus.** 42.p  
**Perfrigeratio ex rigore.** 1.m.  
**Mors ex eodem.** 2.p  
**Perfrigeratio, vide refrigeratio.**  
**Perfrigeratio à rigore, quid indicet.** 45  
**Pericardij affectus.** 611.m  
**Pericranium.** 970.f  
**Pericranij sectio.** ibidem.  
**Peripneumonia per successione pleuritidis.** 106.f  
**Peripneumonia quot modis soluitur.** 27.p  
**Peripneumonia vrinis iudicata.** 1047.p  
**Peripneumonia abscessus.** 229.  
**Peripneumonia sicca.** 804.f. & seq.  
**Peripneumonia duplex.** 768.p  
**Peripneumonia & pleuritis symptomata.** 767.m  
**Peripneumonia signa.** 27.p  
**Generatio triplex.** 768.m  
**à Peripneumonia senes & pueri celeriter moriuntur.** 27.p  
**Peripneumonia ex angina.** 705.  
**Peripneumonia lethale signum.** 805.p  
**Peripneumonia solutio per abscessus.** 759.m.f  
**Peripneumonia solutiones variæ.** 786.m  
**Peripneumonia finitur quinque modis.** 762.p  
**Peripneumonia abscessus prauus, & boni.** 806.m  
**Peripneumonia quid.** 759.m  
**Vnde fiat.** 760.p. 26.f. 94.m. 1101.  
**Peripneumonia signa praua.** 503.m  
**Peripneumonia duæ species.** 761.m  
**Peripneumonicorum lingua.** 508.p  
**Peripneumonicorum abscessus, cur ad cura boni, anginosorum minimè.** 712.f. 713.p  
**Peripneumonicorum dolor vnde.** 728.p  
**Peripneumonicorum lingua.** 1101.m  
**Periodi critica duæ.** 350.m  
**Periodi vniuersales tres.** 128.p  
**Periodus.** 235.p  
**Περίοδος.** 14.m  
**Perseuerantia signorum confirmati iudicium.** 248  
**Persica.** 594.m  
**Persuasio difficilis in egris, quid significet.** 153.m  
**Perturbatio critica.** 166.m  
**352.p. 378.m. 921.m. 323. 324. 588.m**  
**Perturbatio ante crism.** 128.p  
**Perturbatio critica quid faciat.** 60.p  
**Perturbationis critica symptomata vnde.** 72.m  
**Pestilens conditio.** 114.f  
**Quo die febris hūbo appareat.** ibidem.  
**Pestis quid.** 642.p  
**Eius signa.** 651.f. 993.m  
**Peti.** 480.m  
**Phagedenē in mulieribus.** 1015.p  
**Phantasia symptomata.** 332.p  
**Philoxenis erixius.** 553.f  
**Phyma.** 1005.m  
**Phlebotomiam quæ prohibeatur.** 936.p  
**Phlegmone proprie quid.** 446.m. 429.m. Et eius species, 579.m  
**Phlegmone hepatis quibus in partibus fieri solet.** 852.p  
**Quomodo soluitur.** ibidem.  
**Phlegmone pleuræ & pleuritis non significant idem.** 446.m  
**Phlegmones intus suppuratæ symptomata.** 597.m  
**Phlegmones in renibus signa.** 567.m.f  
**Phlegmones interioris symptomata.** 616.f. 617  
**Phlegmones vesicæ signa pathognomonica & superuenientia.** 890.m  
**Phlegmones interiores vnde, signa, & præfagia.** 190.m  
**Phlyctæna pestilentes.** 933.m  
**Phlyctæna.** 177.p. 636.f. 840.f  
**Phrenitica signa.** 148.m  
**352. 353.p**  
**Phrenitici cur sitis expertes.** 151.m  
**Phrenitici cum nec agnoscant familiares, & obliuiscantur.** 12.m  
**Phrenitici an somnient, & qualia ipsorum sint somnia.** 357  
**Phrenitici cur parum bibant.** 277.f  
**Phrenitici alium astrictam habere solent, & cur.** 278.p  
**Phrenitici quieti vnde.** 359  
**Phrenitici circa sensum duobus modis aberrant.** 561.m  
**Phrenitici cur sedata phrenitide, & iudicata febre, plerumque retineant impressionē aliquam delirij.** 144.p  
**Phrenitici cur audaces.** 151.p  
**Phrenitici quomodo somniant.** 142.f. 143.p  
**Phrenitici βραχυνοται.** 76.p  
**Phrenitici cum comate & silentio.** 529.m  
**Phrenitici cur in frigidis morbos incidunt.** 358.m  
**Phrenitici nō solo sermone deprehenduntur.** 523.p  
**Phrenitici vnde vires dissoluantur.** 95.f  
**Phrenitici duplex symptomatum remissio.** 143.p  
**Phrenitici & pulmonariis lethalis.** 342.m  
**Phreniticorum variæ mutationes & μεταστοιχείωσις.** 146.  
**147.p. Variorū in iisdem symptomatum ratio.** 147.p  
**Phreniticorū quadam symptomata.** 360.m. 361  
**Phreniticorum respiratio qualis.** 41.p. Signa praua. Crisis. ibidem.

I N D E X.

**ibidem. & 540.p**  
**Phrenitici hectica & veteronice, quomodo differant.** 529.m. 119.f  
**Phrenitici silens alia cum lethargo vel sopore, alia ab hectica cerebri intemperie.** 102.f. & vtriusque dignotio. ibid.  
**Phrenitici obscura duplex.** 348.p  
**Phrenitici primo die.** 633.p  
**Phrenitici silens.** 340.m  
**Phrenitici vehemens vnde.** 152.m  
**Phrenitici, ferina hectica.** 436.f. 133.p. 920.m  
**Phrenitici in quibus citò fiat.** 799.f  
**Phrenitici cur in lethargum degeneret.** 459.m  
**Phrenitici an sit membrana cerebri inflammatio.** 528.m  
**Phrenitici cur interdum desinat, postea redeat.** 149.f  
**Phrenitici quomodo fiat.** 134.m  
**Phrenitici magna quomodo finiatur.** 96.p  
**Phrenitici impedit sensationem.** 43.p  
**Phrenitici cum silentio.** 101. 102  
**Phrenitici ex pituita & bile.** 120.p  
**Phrenitici varij modi.** 135.m  
**Phrenitici effectus.** 150.f  
**Phrenitici signa tria maligna.** 147.m  
**Phrenitici propria symptomata.** 282.p  
**Phrenitici perniciosissimū signum.** 95.m  
**Phrenitici causa.** 436.f  
**Generatio.** 497.p  
**Signa.** 519.m  
**Phrenitici in lethargum mutatio.** 1117.f  
**Phrenitici vehementis duæ causæ.** 510.f  
**Phrenitici hyparxis asiduitas febris cum delirio.** 91.f  
**Essentia inflammatio cerebri.**  
**Phrenitici multi generationis gradus.** 143.p  
**Phrenitici maligna quadam symptomata.** 347.f. 348  
**Phrenitici species tres.** 101.f  
**Phrenitici nomē pro omni delirio.** 350.p  
**Phrenitici vehementis symptomata.** 260.m  
**Phrenitici definitio ex genere & differentis.** 276.f  
**Phrenitici in lethargum tan-**  
**fitus.** 49.f  
**Phrenitici vehementis syndrome.** 276.f. 278  
**Phrenitici futuræ duo genera- lia & certa signa.** 70.f. 71.p  
**Phrenitici signum ex vrinis.** 442.p  
**Phrenitici ἀνεπιματῶ. 154.p**  
**Phrenitici σωεπνευτῶ. 154.m**  
**Phrenitici tres species.** 120.p  
**Phrenitici in pleuritide.** 799.f. 800.p  
**Phrenitici differentia.** 247.m  
**Phrenitici varia symptomata.** 561.p  
**Phrenitici causæ duæ bilis, & inflammatio.** 101.f  
**Phthiſeos tres differentia.** 838.p  
**Phthiſis non omnis insanabilis.** 836.m  
**Phthiſis ex lienteria.** 887.m  
**Phthiſis confirmata.** 842.f  
**Phthiſis signa.** 778. 779  
**Phthiſis quid.** 228.f. 230.p. 742.p  
**Phthiſici quidam nullo præcedente sputo sanguinis.** 822.p  
**Phthiſici nullo antecedente sputo sanguinis.** 838.m  
**Phthiſici non semper hectica laborant.** 845.m  
**Phthiſicorum duo praua signa.** 792.m  
**Phthoë.** 791.m  
**Pica mulierum.** 660.f. 662.p  
**Pili in vulnere relicti, quid ostendant.** 972.p  
**Pilorum defluuium.** 792.m  
**Causa.** 834.m  
**Corruptio.** 832.f  
**Pinguedo innata vrinis.** 1034.p  
**Pinguedo in vrinis.** 1042.f  
**Pinnarum nasi motio.** 543.f  
**Pituita putredine & calore acrimoniam acquirit, vnde vigilia &c.** 91.f  
**Pituita salsa.** 274.p. 518.p. 790.p. 847.f. 1109.m. 1016.f. & 1020.f  
**Pituita.** 847.p  
**809**  
**Pituita alba.** 871.p. 916.p  
**Vitrea.** 614.p  
**Pituita fit acris.** 239.f  
**Pituita lapidescens.** 585.p  
**Pituita dentibus agglutinata.** 574.m  
**Pituita in pulmonibus lapidescens.** 821.p. 1109.m  
**Pituita dentibus, aut lingua adhaerens, quid significet.** 502.f  
**Pituita concocta puri simillima.** 868.p  
**Pituita an muret in melancholicum humorem.** 919.p  
**Pituita crudacea in intestinis.** 867.f  
**Pituita quibus de causis colligatur.** 683.p  
**Pituita mouetur noctu.** 30.p  
**Pituita sputo reddita, vnde prodeat.** 505.m  
**Pituita cur hyeme generetur.** 928.f  
**Pituita sincera.** 745.m  
**Pituita tenuior exclusa quacunque parte excludatur, signū cruditatis.** 1102.f  
**Pituita acida & dulcis.** 1020.f  
**Pituita pro lemis.** 1093.f  
**Pituita an descendat in aqua.** 833.m  
**Pituita cœcreta in pulmonibus.** 707.p  
**Pituita species.** 789.f  
**Pituita è thorace educio.** 705.f  
**Pituita naturalis sapor.** 790.m  
**Pituita concoctio.** 580.m  
**Pituita effectus.** 919.p  
**Pituita differentia & effectus.** 790.p  
**Pituitosus humor quis.** 225.f  
**Pituitosi feri effectus.** 733.p  
**Plagæ temporales.** 960  
**Planum quid.** 970.p  
**Plenilunium.** 683.m  
**Plenitudinis causa.** 828.p  
**Pleuræ inflammatio.** 104.p  
**Pleuritici mors ex adstringentium vsu, etiā in declinatione.** 711.p  
**Pleuritici quando fiant suppurati.** 745.m  
**Pleuriticorum alius, cur hbera esse debeat.** 735.m  
**736.p**  
**Pleuriticorum & morborū pulmonis remedia.** 757.f  
**758.m. 759.p**  
**Pleuriticorum dolor initio paruus, quinto die magnus periculofus.** 739.p  
**Pleuriticorum abscessus.** 724.m  
**Pleuritis cum spasmate an tutior.** 816.m  
**Pleuritis mediastini.** 774.f  
**799.f**  
**Pleuritis vera.** 799.p  
**Pleuritis**

I N D E X.

Pleuritis ex dorso. 726.p  
 Pleuritis vrinis, non sputis iudicata. 1047.p  
 pleuritis in delirium desinens. 807.m  
 pleuritis à quo humore. 104.m  
 pleuritis hæmorrhagia iudicari potest. 791.f  
 pleuritis notha. 810  
 pleuritis cur frequentior, quam peripneumonia. 725.p  
 pleuritis exquisita, non exquisita, notha. 722  
 pleuritis biliosa, an deterior sanguinea. 1048.p  
 pleuritis duplex Hippocrati. 726.m  
 pleuritis moderata quæ. 937.p  
 pleuritis cum sputo cruento mitissima. 751.p  
 pleuritis suppuratione superueniens. 809. 810  
 pleuritis quando non requirat phlebotomiam. 936. 937  
 pleuritis sedata in perniciem ægri. 807.f  
 pleuritis. 767.m  
 810.p  
 pleuritis sicca 202. 205. 505.  
 727.p  
 pleuritis cum febre diuturna. 1. 810  
 pleuritis biliosa, an periculiosior cæteris. 737.f 738  
 pleuritis intra quatuordecim dies repurgari debet. 473.m  
 pleuritis interdum soluitur alui profluvio. 104.m  
 pleuritis moderatissima quæ. 737.f  
 pleuritis lethalis duæ causæ 739.p  
 pleuritis exquisitæ materia nõ semper est bilis. 731.m  
 pleuritis solutio. 807.p.m  
 pleuritis signa lethalia. 740.  
 741  
 pleuritis signa maligna. 722.f  
 723.p  
 pleuritis materia & sputa. 743.m  
 pleuritis origo vera. 731.m  
 pleuritis solutio quot diebus fieri debeat. 737.m  
 pleuritis cum spasmate minus periculosa. 728. 729  
 pleuritis terminus. 724.m  
 pleuritis biliosa signum lethale. 806.f. 807  
 pleuritis vnde. 1101.f  
 pleuritis nothæ, exquisitæ, & non exquisitæ distinctio. 727.m

Pleuritidis biliosa signa. 739  
 pleuritidis varia crises. 106.m  
 pleuritidis solutiones varia. 786.m  
 pleuritidis ad suppurationem tendentis signa. 174.f  
 pleuritidis signa 106.m.f  
 pleuritidis multiplex solutio. 724.f  
 pleuritidis materia. 735.m  
 Tempora. 722.f  
 pleuritidis fallacis signa. 738.  
 f. 739  
 pleuritidis mutatio ad delirium. 741.p  
 pleuritidis varia solutiones. ibidem.  
 pleuritidis raro obnoxij qui. 104.m  
 pleuritidis lethalis signa. 175.p.  
 727.m  
 Plethoræ effectus. 192.p  
 Podagra & lythiasis mutuo sibi succedunt. 931.m  
 Podagra causæ varia. ibidem.  
 Podagram non fieri in eunuchis, mulieribus, & pueris. 1008.f  
 Ponderus doloris loco in suppuratione, & quando. 18.p  
 Pori corporis obscuro. 875.f  
 Porus farcosus. 978.p.f  
 Potionis abstinentia causæ hecica & marasmi in quibusdam. 151.f  
 Potus per nares refluxus. 467.p  
 Potus an descendat in pulmones. 360.m  
 Potus phreniticis perterriticis. 96.m  
 Potus descendens strepitus quale signum. 96.m.f  
 Potus descendens strepitus. 150.f. & seq. 338. 339  
 Potus murmur, cur audiatur in sanis. 96.f  
 Potus in os resiliens. 720.f  
 Præfina. 1041.f  
 Præcautio morbi in quibus versetur. 928.f  
 Præcepta generalia, quomodo constituentur. 215.f  
 Præcepta artificiosa. 416.f  
 Prædicendo, quid spectandum sit. 259.p  
 Prædictio artificiosa qualis. 314.m  
 Prædictio quid. 630.p  
 Præfocatio. 571.m  
 Præparatio ad morbum. 928.f  
 Præparatio ad tabem. 839.m.f  
 Præputium. 980.p. 981.p

Præfagia fumuntur vel ex causa morbi, vel symptomatum vehementia, vel viribus ægri. 67.m  
 Præfagia è sputis. 718  
 Præfagia è dentibus. 509.f  
 Præfagia cur sæpe fallant. 630.p  
 Præfagia vniuersalia & veluti arcana quædam particularibus exemplis docet in Coacis. 60.p  
 Præfagia è lingua, non minus certa, quam ex vrinis. 498.m  
 Præfagia quædo fallant, & quando certa sint. 277  
 Præfagiæ ratio in vulneribus. 988. 990.f  
 Præfagiendi summa ratio vnde petenda. 941.f. 942.f  
 Præfagiendi methodus. 419.f  
 Præfagiendum nõ est, antequam intelligas causam mali, & nõ vi morbi, an aliunde fiant symptomata. 9.m  
 & 10.m  
 Præfagij cautio. 54.f  
 Caput. 80.f  
 Præfagij vis omnis pendet ex comparatione virium & morbi. 81.m  
 Præfagium in quibus versetur. 857.f  
 Præfagium. 847.f  
 848. 918. 919  
 Principio vno grauiter affecto, mors. 446.p  
 Principiorum præuitas. 842.p  
 Principium morbi quid. 108.p  
 723.p. 750.m. 709.m. 282.m  
 734.p. 236.m. 498.p. 1100.f  
 Profluuij alui critici signa. 219.  
 Profluuium alui in pleuritide aliquando vtile. 47.p  
 Profundus somnus dupliciter. 242.m. Cur ægri excitari non possint à somno præter naturam. ibidem.  
 Prognosticæ sententia. 809.p  
 Progressus morbus. 1081.p  
 Prolapsus ad pedes. 951.  
 vide, Corporis motus.  
 Proluuius rubens. 283.m  
 Proprium. 540.m. f. 542.p  
 Proximi latio, quam vtilis. 277  
 Proxima & vicina primum & maxime affici. 154.m  
 Prurigo vnde. 1072.p  
 Pruriginosa corpora. 840.f.  
 841.p  
 Pruritus. 840.m  
 1109.f  
 Psora.

I N D E X.

Pfora. 518.p  
 Ptyelismus in parotidibus. 453.m  
 Ptilinæ dotes. 758.f  
 Ptilinæ vsus in phthificis. 802.p  
 Pubertas. 893.f  
 Pubertatis initium. 1009.f  
 Pudendi dolor. 409.f  
 Pudendi contractio. 899.p  
 Pudendorum symptomata & signa. 945.p  
 Pueriles morbi. 228.m  
 Puerilis ætas. 893.f  
 Pueri. 828.m  
 Pueri quos humores congerat. 893.f  
 Pueri cur nec prudenter sint, nec somnia manifesta videant. 143.f  
 Pueri calidi cur incidant in frigidos affectus. 684.p  
 Pueri hecici. 469.f  
 Pueri vermiculosi. 593.m  
 Pueri somniculosi vnde fiât vigiles. 367.m  
 Pueri sola facultate animali, & motrice imbecilles. 169.m  
 Pueritia. 367.p  
 393.p. 1010.p  
 Puerorum conuulsio. 367.p  
 683.m. 684.p  
 Puerorum morbi. 169.p  
 170.p  
 Puerorum facultates. 661.p  
 Puerorum corpus. 850.p  
 Puerorum somnus criticus. 241.m. 242.m  
 Puerorum pavor & clamor. 367.f  
 Puerorum morbi ex vitioso lacte. 1020.f  
 Puerorum conuulsio. 495.m  
 Signa. ibidem & 496  
 Puerorum cruditas. 661.p  
 Puerorum sanguis & catarrhi. 840.m  
 Puerorum morbi exhalatione, aut maturatione soluantur. 222.p  
 Puerorum facultates. 683.f  
 Puerorum catarrhi. 828.p  
 Puerorum temperamentum. 429.f  
 Puerperia alba, rubra, serosa. 1016.m  
 Puerperiorum suppressio quæ symptomata inferat. ibidem.m  
 Puerperiorum suppressorum nota. 304.f. 305.p  
 Pulmonarij. 165.p  
 Pulmonariorum color. 105.m  
 342.m

Pulmonici cur interdum tanquam mortui iaceant. 776.m  
 Pulmo defluxioni suscipienda aptus. 701.m  
 Pulmo. 839.m  
 Qualis. 821.m  
 Tabidus. 814.p  
 Pulmo lateri hærens. 775.m  
 776.f  
 Pulmo veluti coagulata spuma. 796.m  
 Pulmo totus cum corde duobus modis afficitur. 776.m  
 Pulmo aptus excipiendis fluxionibus. 856.p  
 Pulmo non dolet. 702.m  
 Pulmo cur excipiat fluxiones. 769.f  
 Pulmo meatus non habet per quos se exoneret excepta arteria. 773.p  
 Pulmo diuisus in duas alas. 773.m. 774.p  
 Pulmo tabi obnoxius. 841.f  
 842  
 Pulmo an sentiat. 796.p  
 820.p. 821.m  
 Pulmo marcidus. 1115.p  
 Pulmonis exulcerati symptomata. 311.m  
 Pulmonis suppurati pus quale. 857.p  
 Pulmonis vlcera. 794.m  
 Pulmonis inflammati signa. 503.m  
 Pulmonis vulnera, vlcera, & inde præfagia ac symptomata. 999. 1000  
 Pulmonis vomicosi signa. 26.m  
 Pulmonis affecti dignotio. 774  
 Pulmonis vlcus. 1115.p  
 Pulmonis tunica. 773.m  
 774.p  
 Pulmonis affecti dolores quale. 715.m  
 Pulmonis bronchia diuisa. 998.m  
 Pulmonis tres substantiæ. 798.p  
 Pulmonis affecti ex translatione symptomata. 704.  
 705  
 Pulmonis exulceratio, suppuratione, & inde symptomata. 310.  
 311.p  
 Pulmonis hydrops. 814.m  
 Pulmonis inflammatio. 174.p  
 754.p  
 Pulmonis calefacti signa. 801.m  
 Pulmonis dolor qualis. 774.  
 m.f  
 Pulmonis cancer. 801.m

Pulmonis affectus. 801.m  
 Pulmonis affecti dolor. 761.m  
 Pulmonis aptitudo ad morbos. 838.m  
 Pulmonis tuberculum. 814.p  
 815  
 Pulmonis vomica per vrinam expurgata. 824.f  
 825.p  
 Pulmonis vomica. 782.m  
 Pulmonis nomen quid comprehendat. 311.f  
 Pulmonis inflammati causæ. 760.p  
 Pulmonis vlcera cur difficulter curentur. 979.p  
 Pulmone aff. cto deliria. 458.p  
 Pulmone suppurato lethale signum. 788.m  
 Pulmonum inflammatio qualis. 775.p  
 Pulmonum morbis cur non conueniat hæmorrhagia. 237.m  
 Pulmonum vasa cur frequentius, quam alibi rumpantur. 831.f  
 Pulmonum constitutio ex tribus constans. 998  
 Pulmonibus plenis cerebrum repletur. 1115.p  
 Pulsatio. 129.p  
 130.p  
 Pulsatio in temporibus. 379.f  
 Pulsatio hypochondriorum, quid præfagiat. 488.  
 589  
 Pulsatio arteriarum. 351.f  
 Pulsatio aspectabilis arteriarum in temporibus. 706.m  
 Pulsationis duæ causæ in inflammationibus magnis. 775.m  
 Pulsationis sensus in quibus inflammationibus appareat. 583.p  
 Pulsationis dolor. 429.p  
 Pulsus ab Hippocrate notatus. 385.m  
 Pulsus omissus ab Hippocrate. 588.m  
 Pulsus quomodo fallat. 333.  
 m.f. 334  
 Pulsus cordis. 569.f  
 Pulsus intermittens. 799.m  
 Pulsus quibus locis notatus ab Hippocrate. 210.m  
 Pulsus lethargicorum. 210.m  
 211.m  
 Pulsus intercidens. 333.f  
 334  
 Pulsus consideratio. 333.  
 334. 706.p  
 Pulsus ab Hippocrate annotatus. 333.m  
 Pulsus

I N D E X.

Pulsus *dispositus*. 549.f  
Punctura nervi. 988.f  
1001  
Pupilla. 481.f  
Pupilla dilatatio. 486.m  
Corrugatio. 482.m  
Pupillam non posse extendi. 1095.p  
Purgamentorum suppressio. 640.m  
Purgandi indicatio. 660.f  
Purgandi occasio in acutis. 504.p  
Purgantia medicamenta, cur interdum icterum afferant. 54.m  
Purgatio per quæ loca fieri debet. 694.f  
Purgatio inflammatis oculis. 490.f  
Purgatio circa crism, cur mortem sæpè afferat. 16.f  
Purgatio quando maximè cavenda ante sectionem venæ. 604.f.605.p  
Purgatio in cruditate prohibita. 661.m  
Purgatio ad sanguinem vsque. 1073.m  
Purgatio & venæ sectio quando conveniant. 460.m  
Purgatio in inflammationibus internis noxia. 938.m  
Purgatio quando necessaria. 146.m.656.f  
Purgationis incommoda. 504.p  
Purgationis opportunitas. 159.f  
Purgationes rubræ ab elleboro. 1031.f  
Purgationes in quibus morbis noxia. 869.f  
Purgationes in quibus morbis cavendæ. 619.p  
Purgationes periculosa viribus fractis. 1071.m  
Purgationibus qui sint inepti. 691.p  
Puritas. 1091.m  
Puris copia in thorace vnde. 829.p  
Puris progressus à pulmone & thorace in renes, aut intestina. 824.f  
845.p  
Puris suppressi effectus. 826.m  
Puris malignitas vnde cognoscatur. 798.m  
Puris & crudi humoris differentia. 893.f  
Puris ingens copia ab exiguo ulcere in thorace. 826.m.f  
Puris in thorace contenti effectus. 838.f.839.p

Puris è thorace per intestina purgatio. 824  
Puris quantitas & locus in thorace, vnde cognoscantur. 829  
Puris odor duplex, ex natura puris, vel ex loco. 1005.p  
Puris per aures & nares expurgatio. 388.p  
Puris expectoratio à ruptione intra quadraginta dies debet repurgari. 786.m  
Puris suppressio in tabidis. 846.m  
Puris inopia. 948.p  
Puris optimi conditiones. 787.p  
Puris collectio multiplex. 582.m  
Puris repurgatio. 741.m  
742.p  
Puris expurgandi terminus in pleuritis. 724.m  
Puris generatio & excretio vnde. 412.f  
Puris crassities impedit diagnosis. 585.m  
Puris optimi conditiones. 430.p  
Puris odor qualis. 792.f  
Puris per alium excretio. 635.m  
Puris copia in vlcibus vnde. 585.m.f  
Puris excretio sine vlcere. 272.p  
Puris excretio. 452.m  
Puris è thorace repurgandi terminus. 777.778  
Puris, pituita, & crudi humoris distinctio. 832.m  
833.m  
Puris differentia. 1004.f  
1005.p.f.1007.1008  
Puris, quod generatur, symptomata. 369.p  
Puris è thorace purgando quod spatium temporis tribuatur. 473.p  
Puris in thorace effuso, quid expectandum. 786  
Purpura. 175.f.370.p  
Purulentæ expuitiones. 721.m  
Purulenti. 777.f  
Purulentorum excrementorum differentia, & inde prælagia. 879.m.f  
Purulentorum signa bona. 730.p  
Purulentorum symptomata. 140.p.356.m  
Pus tabidorum quomodo explorandum. 832.m  
Pus crudum & inodoru. 455.m  
Pus cur crassum. 585.p.m  
Pus ab hepate quale. 856.f  
Pus suppurato hepate quale. 852.m

Pus pessimum quale. 797.m.f  
Pus an per ventriculos cordis transeat, & quæ symptomata inde sequantur. 716.p  
Pus per urinas vnde. 892.m  
Pus optimum quale. 797.m  
Pus in ventre vnde, & inde prælagia. 582.m  
Pus quale esse debeat. 1085.m  
Pus quando expectandum. 406.m  
Pus inodorum. 455.p  
Pus non album, quid significet. 455.m  
Pus per aures. 271.m  
Pus sine vlcere. 556.p  
Pus in dolore capitis quando. 272.p  
Pus limosum & grauitur olens. 797.m  
Pus hepaticorum quale esse debeat. 852.p  
Pus per intestina excretum vnde prodeat. 621.p  
Pus prauum. 455.  
Et bonum. 1005.p.f  
Pus per media ossa erumpens, & puris interni varia symptomata, indeque prælagia. 583.584  
Pus cur album, a quale, & laue esse debeat. 455.m  
Pus vnde. 271.m  
Per nares exiens. ibidem  
Pus cruentum. 793.f  
Pustula, quales ab igne. 175.f  
Pustulæ & abscessus euanescentes quid portendant. 98.m  
Pustulæ tabe confirmata. 845  
Pustulæ linguæ. 732.m.733  
Pustulæ rubræ in facie. 471.m  
Pustulæ in lingua capite vulnerato. 961.m  
Pustulæ quasi demoris à pulice. 175.f  
Pustulæ circa corpus. 778.p  
781.m  
Pustulæ per totum corpus tanquam ab vitica. 799.m  
Pustulæ & tubercula intro recurrentia. 87.p  
Pustulæ. 372.m. Differentia, Causæ, Prælagia. ibid. & 733  
Pustulæ liuidæ in tabidis, quid significant & vnde. 845  
Pustulæ phœnicæ & rubentes. 884.p  
Pustulæ. 369.m.388.m  
412.f.636.f.885.f  
Pustularum eruptio. 518.f  
Pustularum materia duplex, generatio triplex. 933.p  
Pustularum variaz differentia. 933.p

I N D E X.

933.p. Prælagia. ibidem.  
Pustularum eruptio critica. 272.m  
Pustularum origo. 781.m  
Pustularum in cute causæ, species, prælagia. 176.177  
Pustularum variaz differentia. 841.p  
Putredo. 158.m  
Putredo & marasmus differunt. 296.f  
Putredo à mixtione. 651.m  
Putrescentia quare humida. 158.m

**Q**ualitates particulatim introductur. 73.m.77.p  
Quantitas continua quot modis accedat. 981.f  
Quartana ab hepate. 1070.f  
Quartana soluit epilepsiam. 40.m  
Quartana triplex ex ratione materia. 225.p.f  
Quartana *cu. m. p. q. t. l. o. s. m. s.* 225.m  
Quartana à magnis morbis liberat. 921.m  
& 685.m  
Quartana cur soluat epilepsiam. 680.f  
Quartana transmutationes. 406.p  
Quartana æstiuæ. 405.f  
Autumnales, hyberne. ibid.  
Quando desinant. 406.p  
Quartana rigor aliquando interfacit. 302.p  
Quartana rigor interdum lethalis. 22.p  
In quartana accessionibus, cur senes interdum moriantur. 8.p  
Quartana æstiuæ & autumnales. 252.f.253.p  
Quartana raro hyeme, & cur in duplices, aut triplices quartanas mutentur. 253.p  
Quartana solutio. 234.p.m  
394.f  
Quartana solutio iniecto metu. 921.f  
Quartana ante ortum arcturi. 224.f  
Quartana quando incipiant. 224.225  
Quartana ex erraticis cur diffuciles. 57.p  
Quartana æstiuæ cur breues. 253.m  
Autumnales longæ, ibid.  
Quartana rigor & calor epilepsiam solunt. 196.p  
Quartana in pueris. 919.d  
Quartana ex erraticis. 55.f  
Quartana primigenia, sympto-

matica lienis aut hepatis, & per successione. 253.m  
Crisis. ibidem.  
An transeat in acutas. ibid.  
Quartana. 392.f  
393.p  
Quartana rigore soluitur epilepsia. 248.m  
Quartana à lie. 881.m  
Quartana occultè incipientes. 393.p  
Quartanarum solutio. 228.m  
Quartanariorum vis petit post vigesimum. 18.f  
Quartus dies. 206.f  
Quartus tertio similis quid prælagiat. 126.m  
Quartus septimi index. 235.m  
Quarti diei vis. 202.m  
Accessiones. 349.f  
350.p  
Quarto die ingrauescens morbus quid prælagiat. 125.f  
126.m  
Quies ægri vnde. 85.f  
Quies & continentia corporis signum saluberrimum. 324.m  
Quotidianæ febres non desinunt in veram *amp. p. e. i. a. v.* 180.p

**R**ecalescere duobus modis in ardent. 285.f  
Recidiva. 395.f.673.f  
1114.p  
Recidiva cur fiat, si paribus febris relinquat. 351.m  
Recidiva in quibus morbis raro fiat. 206.p  
Recidiva frequens. 229.p  
Recidiva mortifera. 232.p  
Prua, salutaris. ibidem f  
Recidiva. 128.m  
Causæ duæ externæ & internæ. ibidem.  
Recidiva in ardente quomodo prælagienda. 206.f  
Recidiva an fiat ab ardente. 206.m.f  
Recidiva ex eodem humore facta, eandem crism denunciat. 187.f  
Recidiva expectanda, quoties febris alio die, quam critico, desit. 232.p  
Recidivæ quibus ex causis. 150.p  
Recidivæ ex parotidibus prælagium. 458.p.f  
Recidivæ quomodo & quibus de causis fiant. 187.188  
Recidivæ lethales. 793.m  
Recidivæ in crisis imperfectis. 532.m  
Recidivæ vnde fiant. 674.p  
Recidivæ qualia symptomata afferant, & quibus casibus iudicari soleant. 674.p  
Recidivæ signum. 62.f  
Recidivæ senibus. 430.m  
Recidivæ quibus morbis familiaris. 531.f  
Recidivæ quando fiant. 351.p.m  
Recidivæ cur varias crises experiantur. 188.p  
Recidivæ causæ & prænotio. 242.f  
Recidivæ tremulæ. 188.m  
Recidivæ in quibus morbis fiant. 206.m  
Recidivæ quomodo & in quibus partibus fiant. 149.f  
Rectitudo in excretionibus quæ vim habeat. 578.m  
Recurfus è lumbis. 167.m  
Recurfus. 702.m.703.f  
Refluxus materia ad interiora. 700.m  
Refrigerari febrem duobus modis dicitur. 109.m  
Refrigerari à rigore. 302.p  
à dolore. 98.p  
Refrigeratio cur à rigore symptomatice. 12.p

Recalescere quid. 51.f

I N D E X.

Refrigeratio extimarum partiū. 370.m.f  
 Refrigeratio in melancholicis affectibus. 921.p  
 Refrigeratio conuulsionem, intereundem resolutionem adfert. 307.p  
 Refrigeratio cum iactatione maxime lethalis. 5.m non semper. 6.m  
 Refrigeratio sine sudore aut cum sudore paucō quid significet. 59.p.80  
 Refrigeratio extremorū quādo indicet venę sectionē. 939  
 Refrigeratio sistit sanguinem. 644.m  
 Refrigeratio dorsi conuulsifica. 353.p  
 Refrigeratio in causo signū malignitatis. 91.m  
 Refrigeratio febris. 591.m  
 Refrigeratio ab internis vitio partis principis. 343.f  
 Refrigeratio, deinde calor vnde. 76.f  
 Refrigeratio in febre ardente. 203.f  
 Refrigeratio à dorso. 555.m  
 Refrigeratio in hæmorrhagia, quid præsignat. 645.m  
 Refrigeratio ceruicis & dorsi. 133.m  
 Refrigeratio in continuis symptomatoma duobus modis. 6.f  
 Refrigeratio à rigore quomodo fiat. 22.m  
 Refrigeratio extremorum quale signum. 934.m  
 Refrigeratio per priuationē caloris planē lethalis. 8.f  
 Refrigeratio. 303.m.368.m.858  
 Refrigeratio extremorū. 497.p  
 Refrigeratio in ardentibus malignitatis signū. 453.f.454.m  
 Refrigeratio extimarum partiū. 698.f  
 Refrigeratio in partibus posterioribus magis. 13.p.m.f & 14.m.f  
 Refrigeratio extremitatū vnde, & quale signum. 109.m.f  
 Cur modo mala, modo lethalis Hippoc. 110.p  
 Refrigeratio multis fit modis. 76.f  
 Refrigeratio vehemens. 132.m  
 Refrigeratio quid Galeno. 61.m Quot modis fiat à rigore. ibidem 62.m  
 Refrigeratio duplex. 177.m  
 Refrigeratio triplex. 7.f  
 Refrigeratio critica. 166.f

Ex refrigeratione cur metuēda conuulsio. 80.m  
 Refrigeratio extremorū. 1048.f  
 Refrigeratio signū vomitus nigri. 157.f  
 Refrigeratio ab extinctione vnde cognoscatur. 9.m  
 Refrigeratio cogit neruos & replet. 38.m  
 Refrigeratio quid indicet. 11.p  
 Refrigerationis præsigna. 287.p  
 Refrigerationis & caloris vicissitudo quid portendat. 329  
 Refrigerationis extremorū causa quatuor. 940  
 à refrigeratione recalescere non malum. 50.p Non recalescere lethale. ibidem  
 Ex refrigeratione corporis in febre sequitur desperatio, & metus tribus modis. 9.m  
 In refrigeratione extremorū symptomatoma solo oxymelite alendum. 7.p  
 Refrigeratur corpus in febre tribus modis. 9.m. Quid ex signis præsignandum. ibid.  
 Refrigerescere in acuta febre. 1085.p  
 Regeneratio in quibus partibus. 980  
 Regeneratio & vitio, quomodo differant. 981.m  
 Relapsus. 187.m  
 Remissio morbi triplex, & signa cuiusque. 232.m.233  
 Remissio morbi infida. 87.f  
 Remissio morbi alia simulata, alia vera. 72.p  
 Quomodo dignoscatur. 73.p  
 Remissio morbi infida. 609.m  
 Remissio morbi infida. 328.m.853.p  
 Remissio febris, quam mox sequitur violentior exacerbatio malignitatis signum. 38.m  
 Remissio symptomatum infida. 531.p.m  
 Remissio falsa. 708.f  
 Renalis doloris prænotio ex hylis constitutione. 928.m  
 Renis absumptio remanente sola tunica. 1032.p  
 Renis phlegmone obfessi signa. 567.f  
 Renum laboratium signa quædam. 1081.m  
 Renum inflammatio. 636.m  
 Renum affectorum symptoma. 567.m  
 Renum affectio propria. ibid.  
 Renum dolor affecto corde. 824.m

Renum dolor & vlcera. 452.m  
 Renum vulnera. 1002.m  
 Renum officium. 441.m  
 Renum dolor in febribus. 636  
 Renum grauitas. 929.m  
 Renum affectus. 620.p  
 Renum dolores vnde. 638.f  
 Renum vlcus. 892.f  
 Renum dolor grauis signū calculi. 1049.m  
 Renum dolores. 95.m.567.m  
 715.m.860.m.891.m.928.p  
 Repellentium vsus quādo prohibitus. 121.m  
 Repellentibus an vtendū in affectibus thoracis. 704.m  
 Repercussionem quæ impediāt. 490.m  
 Repentē, quid interdum significet. 14.p  
 Repletio immodica. 691.f  
 Repurgationis per spura terminus. 724.m  
 841.m  
 Resiccati agri nullā crissim ferre possunt. 16.m  
 Resiccatio quot modis fiat. 8.m  
 Resiccatio cutis vnde. 7.m  
 Resistētia tardat actionē & momentum. 73.m.76.f  
 Resoluta pars quare extenuetur. 449.f  
 Resolutio duplex. 967.p  
 Resolutio affecto pulmone. 776.p.m  
 Resolutio particularis. 440.m  
 Resolutio animi, alia corporis. 966.m  
 Resolutio. 37.m.902.f  
 719.p  
 Resolutio in vulneribus capitis vnde. 967.p  
 Resolutio in altera parte, quæ vulnerata non est. 959.962  
 Resolutionis futura signū. 901  
 Resolutionis humorum causa. 458.m  
 Resolutionem humoris quæ impediāt. 227.f  
 In resolutione prænotio duplex. 74.f  
 Resolutiones duobus modis, 688.p  
 Respiratio bona. 576.f. Inæqualis cum stertore. 908.m  
 Tarda, celer. 1119.m  
 Suspiciosa. 925.f  
 Respiratio impedita, sublimis, magna & frequens. 756.f  
 Parua & rara. 140.f  
 Magna. 165.m. & 697.m  
 Respiratio in moribundis duobus modis deficit. 572.p  
 Respiratio

I N D E X.

Respiratio difficilis tribus de causis. 140.m  
 Respiratio morborum suffocantium qualis. 1123.m  
 Respiratio offensans, & ingeminans. 549.m.f  
 Respiratio duplex intro. 303.p  
 Respiratio obscura post magnā in tabidis & sterilibus. 709.m. Luctuosa. 154.p.120.f  
 Respiratio magna & rara. 539.f  
 540.541.m  
 Resiccationis excrementorū alui duplex causa. 171.p  
 Respiratio omnis vitiosa cum delirio lethalis. 117.p  
 Respiratio an maiorem vim habeat in præsignando, quam pulsus. 538.m  
 Respiratio frequens. 1115.f  
 Respiratio tussiculosa. 1070.m  
 Respiratio calida. 544.m  
 Respiratio suspiciosa. ibidem.  
 Respiratio cum motu pinnarū nasi. 466.m  
 Respiratio cum stertore. 697.m  
 Respiratio conuulsiva. 560.f  
 Respiratio magna tripliciter. 539.f. 541.m  
 Respiratio offensans. 539.f  
 Respiratio difficilis in hydrope. 915.m  
 Respiratio sublimis. 526.f. 527.p  
 541.m. 560.f  
 Respiratio singultuosa. 303.p  
 356.m  
 Respiratio tarda & velox. 548.p  
 Respiratio suspiciosa in phreniticis. 550.m  
 Respiratio difficilis. 846.m  
 Respiratio parua & frequens. 536.m. 539.p. 891.p  
 Respiratio, vide spiritus.  
 Respiratio rara & parua. 542.m.f. 118.p  
 Respiratio tenuis & imminuta. 542.f. 543.p  
 Respiratio luctuosa. 361.f  
 Respiratio inæqualis. 550.p  
 Respiratio delirantium qualis. 140.f  
 Respiratio parua & frequens inflammationis nota. 141.p  
 Respiratio facilis quam vim habeat ad salutem. 550.551  
 1121.m  
 Respiratio exstians & fuliginosa. 118.m  
 Respiratio magna & frequens, 118.f  
 Respiratio elaxatis naribus. 1116.p  
 Respiratio magna & rara. 1116.

Respiratio offensans. ibid.m  
 Respiratio frigida. 1117.f  
 Respiratio magna quot modis dicatur. 1116.f  
 Respiratio conuulsiva. 94.p  
 Respiratio conuulsoria. 525.f  
 Respiratio luctuosa. 547.m  
 Respiratio frequens. 538.f  
 Respiratio magna & frequens. 536.f. 538.f. 539.p  
 Respiratio inæqualis cum duplici intro, aut foras reuocatione. 1120  
 Respiratio difficilis. 356.m  
 Respiratio magna ante crissim. 193.m  
 Respiratio parua. 536.f  
 537.p. 539.p  
 Respiratio sublimis. 698.m  
 Respiratio velut suffocati. 1112.m  
 Respiratio magna. 545.m  
 Respiratio offensans. 1120  
 Respirationis difficilis varia differentia in suppurationis. 782.m  
 Respirationis varia differentia. 1119.p  
 Respirationis partes duæ. ibid.  
 Respirationem quæ mutant. 538.m  
 Respirationis vsus. 537.f  
 Respirationis mutata causa. 550.f  
 Respirationis tres causa. 546.m  
 Respirationis varia differentia in morientibus. 548.f  
 Respirationis difficilis quatuor coniugationes. 546.m  
 Respirationis causa, differentia, præsigna. 536.m  
 537. 538  
 Respirationis interceptio. 1116.p  
 Respirationis angustia. 93.p  
 Respirationis vsus quadruplex. 94.m  
 Respirationis difficultas in crisi. 166.p  
 Respirationis differentia. 546.p  
 547.p  
 Respirationis duæ partes. 546.p  
 Respirationis varij gradus. 326.m  
 Respirationis gradus in apoplexia. 542.m  
 Respirationis difficilis causa. 537.m  
 Respirationem quæ mutant. 538.m  
 Responso audax. 329.f  
 Responso ferrox, aut modesta consideranda ad præsignum. 70.f

Responso arrogans & temeraria in ægris, quid significet. 77.m  
 Responso modesta in feroci. 77.m  
 Reuocatio duplex. 550.m  
 Reuomerè per nares. 692.p  
 693.f  
 Reuulsione quando vtendum. 626.p  
 Reuulsio quomodo faciēda. 491.p  
 Reuulsiones naturales imitatur medicus. 490.f  
 Rigere sæpius in febribus, quid significet. 1113.f  
 Rigor in tabidis duplex. 844.f  
 Lethalis. ibidem.  
 Rigor in sentis. 51.m  
 Rigor fit tribus modis. 21.m  
 Rigor ab humore in pulmōnibus. 370.f  
 Rigor periodicus. 4.p. 20.m  
 Symptomaticus. 31.p  
 811.f  
 Rigor salutaris. 23.p  
 Lethalis. 1.m 301.837.p  
 Rigor pro refrigeratione. 698.f  
 Rigor in angina. ibidem.  
 Rigor continuus in acutis quid indicet. 31.f  
 313.m  
 Rigor post hæmorrhagiam. 611.f  
 Rigor quando fit in particulari accessione lethalis. 3.p  
 Rigor fit multis modis. 411.f  
 452.p  
 Rigor in generatione parotidū à commota materia. 1084.m  
 Rigor signum suppurationis. 17.m  
 Rigor sexto die. 310.m  
 Rigor signum biliosi vomitus. 157.f  
 Criticum. 15.f  
 Rigor in imbecillis cur lethalis. 15.f. 16.p  
 Rigor à dorso duobus modis. 15.p  
 Rigor in continua superueniēs quid indicet. 3.f  
 Rigor in phrenitide. 144.m  
 145.m  
 Rigor quomodo prius afficiat partes posteriores. 19.p  
 Rigor ex dorso quid indicet. 19.m  
 Rigor symptomaticus nocet quatuor modis. 4.m  
 Rigor ex dorso excurrit in caput. 19.m

I N D E X.

translatio ex Rigore per quæ lo ca. 19.m
Rigor quomodo ardore soluat. 12.f
Rigor ἰκεθέρματος, quid indicet in febribus intermittentibus. 1.f. 302.p
Rigor symptomaticus duplex. 14.f
Rigor à cruditate. 662.m
Rigor primo morbi die nihil certi significat. 4.p
Eiusdem causæ. ibidem.
Rigor quomodo supprimat vrinam. 15.m
Rigor in continua. 15.m.f
Rigor cur materiâ rapiat in caput. 13.m
Rigor & horror differunt. 310.m
Rigor frequens cur lethalis. 16.m
Rigor. 358.m 529.p
647.m. 674.m. 904.f. 1113.p.f
Rigor in internis inflammationibus fit dupliciter. 1032.m
Rigor ab inflammatione interiori quomodo fiat. 15.p
Rigor aliàs aliud significat secundum tempora morbi in quibus incidit. 12.f
Rigor cur convulsionem interdum moueat. 314.p
In coitu rigor, horror, crepitus ventris. 24.m
Rigor post hæmorrhagiam 24.p
Rigor frequens cum iudatiuncula duobus modis. 17.m
Rigor criticus esse non potest, si vel vehemens resiccatio in corpore: vel cruditatis signa, aut malignitatis appareat: vel natura iam fatiscat. 16.f
Rigor quid ostendat. 39.p
Rigor comitatur & sequitur suppuracionem. 785.m
Rigor excretionis criticæ superueniens. 667.p.m
Rigor quot modis fiat. 1.m
Rigor in die nõ iudicatorio difficilis. 19.f
Rigor frequens in cõtina quando lethalis. 16.p
Rigor quam nulla sequitur excretio, duplex. 307.f
Rigor παρματῶδης 13.m
καρμῶδης. ibid.
Rigor exolutionis & cephalalgicæ causæ & signum. 33.p
Rigor criticus. 306.m
Rigor astuosus. 61.f
Vide παρματῶδης.
Rigor & horror multis modis sunt. 617.p
Rigor initio febris nihil prenuntiat. 306.m
Rigor ante, & post hæmorrhagiam qualis. 172.f
Rigor in suppuratione & phlegmone quot modis fieri potest. 617.p
Rigor ἀνεθέρματος. 1.f
302.p
Rigor δυσενθέρματος. ibid.
Vnde fiat. 2.p
Rigor suppurationis iudex. 17.f
Quomodo fiat. ibid.
Rigor symptomaticus eiusque effectus. 1.m. 5.p
Rigor in suppuratis. 742.m
Rigor intempestivus in ardente. 204.f
Criticus. ibidem & 205.p
Rigor soluit ardentem. 382.f
Rigor symptomaticus in continuis duobus fit modis. 35.f
à pituitæ destillatione Rigor, suppuratio, sanguinis expectoratio. 24.m
Rigor quartanæ epilepsiam sanant. 1050.p
Rigor ex multa vini potatione. 301.f
Rigor in continuis variæ differentia. 53.m
Rigoris critici signa. 205.f
Rigoris symptomatici signa. 306.
Variæ differentia. ibidem.
in Rigoris cõulsione quid fiat in corpore. 13.m
Rigoris symptomaticæ effectus. 3.p. m. f. 302
Rigoris effectus. 301. 680.f
908.p. 685.m
Rigoris symptomatici in acutis duo præcipui effectus. 35.f
Rigoris variæ causæ. 934.p
Rigoris tres differentia. 302.p
Rigoris critici signa. 41.m
Rigoris symptomatici significatio. 487.m
Rigoris effectus præcipui duo. 61.f
Rigori quomodo superueniant torpor & mors. 22.p.m
Rigorem quæ sequantur. 298.p
Rigorem quales excretiones sequantur. 60.p
Rigorem perniciosum deprehendimus ex antecedentibus coniunctis, & consequentibus. 16.m
Rigorem fieri sexto, & cœpisse sexto, non idem. 310.m
Rigorem quæ excretiones sequantur. 611.f
Rigorẽ cum crisi coniungi non semper bonum. 638.p
Rigor cum crisi horrendus. ibidem.
Rigorem criticum quæ excretio sequi solet. 205.m
à Rigore symptomatico cur interdum aponia. 4.f
in Rigore cur nõ semper sequitur excretio. 15.f
à Rigore & perfrigerari, & recalescere quomodo interdum malum. 62.m
à Rigore recalescere duobus modis sumitur. 1.f
à Rigore cur fiat translatio humorum in caput. 3.f
in Rigore duplex principiu temporis in motu & impressionis. 19.p
de Rigore symptomatico quomodo iudicandum. 11.f
& 12.p
à Rigore interdum corpus magis incalescit tribus modis. 12.p
Rigores symptomatici. 56.p
Rigores ex dorso quibus de causis sint difficiliore. 19.p
Rigores astuosi aut comatosi quid. 13.m
Rigores. 1064.m
Erratici. 38.p
& 315.p
Rigores perniciosi quatuor modis. 32.p
Rigores continui quid. ibid.
Rigores ex dorso. 18.f
Rigores prius partes posticas afficiunt, & deterius, suntque difficiliore. 19.p
Rigores quomodo fiant in variis febrium generibus. 21.p
Rigores in suppurationibus internis. 833.m
Rigores semitertianarum valde maligni. 38.m
Rigores in ardentibus. 383
Rigores cur per dorsum, & sudores antrosum. 555.m
Rigores à dorso. 308.f
Rima. 298.f
Rima in osse capitis. 967.f
968
Rifus in agris vnde. 151.m
Rifus in somno. 496.f
Rifus lato diaphragmate. 994.f
Rifus Sardonicus. ibid.
ῥωγμῶδης. 967.f
ῥοτῶδης. 849.p
Rotunditas. 794.p
Rotun

I N D E X.

Rorundum sputum. 707.f
708.p
Rubor cum calore. 306.f
307.p
Rubor malarum. 777.f
780.m
Rubor faciei. 105.m
In quibus morbis. ibidem f. & 106
Rubor genarum in purulentis vnde. 356.m
Rubor à bile ruffa. 288.p
Rubor faciei. 216.m
Rubor extremitatum cur deterior nigrore. 99.p
Rubor in genis. 780.m
Rubor vrinarum vnde. 441.
442
Rubor floridus & saturatus. 408.m
Rubor faciei. 259.f. 1090.f
1074.m
Rubor quid significet. 470.m
Causæ. ibid. & 471.m
Rubor pectoris. 806.p
Rubor in facie. 13.p. 812.f
Et oculis. 389.p
Rubor in pueris. 169.p
Rubor. 367.f. 477.m
503.p.m. 1103.f
Ruboris tres gradus. 800.m
Ruboris in extimis partibus causa ubi sit. 99.p
Rubores quales ambustis. 405.m
Rubores partium extimarum. 339.m
Rubores in manibus ac pedibus quale signum. 98.p.m
Rubrum. 881.p
Rubrum cruditatis signum. 1038.f
Ructus. 389.f
Ructus perpetui ex calore hepatis. 858.f
Ructus in lienteria quando prauus. 885.f
Ructus acidus in lienteria. 668.p
Ructus, flatus, strepitus communis generatio. 218.m
Rugitus thoracis à mediastino. 829.m
Ruptæ vomicæ signa triplicia. 785.m
Ruptrionis vomicæ signa. 778.m
784
S
Alina dulcis, aut insipida. 790.f
Saluatio. 157
Vide sputatio.
Saluatio in parotidibus. 452.f
Salluginosa. 1020.f
Salsus sapor. 689.f
790.p
Salluginosa. 1016.f
Sallugo linguæ duplex. 1109.m
Saltus. 611.p
Saltus membrorum. 147.f
152.m
Saltus cordis. 569.f
Saltus signa in hydrope. 913
Sanguis suppressus melancholicam naturam cõtrahit. 395.p
356.p
Sanguis paucus defecta aut mala crisi est. 52.m. 53.f
Sanguis suppressus qualis efficitur. 669.p
Sanguis arteriarum qualis. 997.m
Sanguis in venis cur liquidus & fufus. 123.p
Sanguis à gingiuis. 1108.m
Sanguis vnde nigrescat. 1031.f
Sanguis corruptus, cur omnium humorum deterrimus. 608.p
Sanguis. 662.m
Sanguis niger. 108.m
Sanguis extra vasa. 299.p
Sanguis effusus in cerebrum. 299.p
Sanguis ex auribus vel naribus post ictum. 299.m
Sanguis spumofus vnde prodeat. 795. 796
Sanguis an possit ex hepate ex-pui. 795.m
Sanguis ichorosus. 732.m.f
733.p
Sanguis solus cur concresecat. 598.p
Sanguis affatus. 848.m
Sanguis interuallis & paulatim fluens. 52.m
Sanguis saluus. 1020.f
Sanguis qua parte, & qua nare ciendus. 398.m
Sanguis suppressus efficitur melancholicus. 99.m
Sanguis febre commouetur & corrumpitur. 367.m
Sanguis in tria resoluitur. 470.p
Sanguis paucus aut multus in quibus. 938.m
Sanguis purus melancholicus interdum facit. 438.m
Sanguis suppressus in melancholicum succum abit. 342.f
Sanguis ἀκρατος. 87.p
& ἀκρητος. 52.m
Sanguis rubens vena secta interdum prauum signu 939.m
Sanguis spumās per os reiectus, vnde prodeat. 831
Sanguis rubeus ad melancholia aptus. 800.f
Sanguis substillus è naribus. 1087.p
Sanguis paucus è naribus effluens. 364.p
Sanguis è pulmone non semper spumat. 831.m
Sanguis suppressus. 381.p
Copiosus. ibidem.
Sanguis syncerus. 59.f
Sanguis laudabilis aut vitiosus qualis. 1004.f
Sanguis corruptus in corpore quæ symptomata inferat. 997.p
Sanguis syncerus. 751.m
Sanguis glaciatus. 1069.m
Sanguis prudentiam tribuit. 835.f
Sanguis in venis cõcresecit duobus modis. 68.p
Sanguis rubeus. 470.p
Sanguis quot modis vitetur. 108.f
Sanguis in corpore interdum concresecit. 8.p
Sanguis niger qualis. 651.p
Sanguis vnde fluxilis. 906.m
Sanguis è naribus profluuit tres differentia erumpit, stillat, interuallis fluit. 52.p
Sanguis à gingiuis. 1076.p
Sanguis ex ore reiecti salutaria signa. 821. 822.
Lethalia. 822.m
Sanguinis sputo quando superueniat puris sputum. 838.p
Sanguinis grumi in tertiana. 189.f
Sanguinis è cerebro secretus. 748. è faucibus, ore, gingiuis, pectore, pulmone. ibid.
Sanguinis variæ mutationes. 470.p
Sanguinis stillatio, & fluxus. 202.m
Sanguinis consueta euacuatio suppressa quæ mala inferat. 669
Sanguinis immoderate vacuati noxæ. 244. 245
Sanguis tribus modis è vasis egreditur. 748.f
Sanguinis spumosi sputum ab hepate. 855.f. 856
Sanguinis detractio quando bona. 666.m
Sanguinis excretio statis interuallis. 668.f. 669
Sanguinis in vulneribus fluxio, aut suppressio. 657.m
Sanguinis grumus suppressus. 607.p. 608.p
GGG 3



Sanguinis excretio in purgationibus. 1031.f  
 Sanguinis stillicidium. 235.m  
 Sanguinis fluor hepate male affecto. 516.p  
 Sanguinis frequens stillatio in lauis, & in morbis diuturnis. 662. 663  
 Sanguinis immodicè vacuato vitus qualis debeat. 245.f  
 Sanguinis gumosi excretio. 619  
 Sanguinis misio dilata, aut omnia quæ pericula afferat. 606.m  
 Sanguinis expectoratio quando lethalis. 821.m  
 Sanguinis stillatio à vehementi motione nullam vim habet ad prælagium. 397.f  
 Sanguinis stillatio, fluxio, eruptio. 382.p  
 vide Hæmorrhagia.  
 Sanguinis misio ex quibus partibus fieri debeat. 627.f  
 Sanguinis fluxus è directo fieri debet. 645. 646  
 Sanguinis stilla. 335. m. 336  
 Sanguinis misio in hæmorrhagia. 618.p  
 Sanguinis fluor. 406.m  
 Sanguinis è naribus profluentis modus. 52.m  
 Sanguinis stillatio semper damnata ab Hippocrate. 52.m  
 & cur. ibidem.  
 Sanguinis profusio, cui rigor & hæmorrhagia superueniunt. 647. 648  
 Sanguinis reiectio per os ab hepate per pulmonem. 849.p  
 Sanguinis misio in hydrope. 917. m  
 Sanguinis excretiones, per sputum, vomitum, deiectionem. 606.f. 607  
 Sanguinis misio magna & cõterim facta nõ probatur Hippocrati. 691. m  
 Sanguinis misio non semper necessaria in pleuritide. 751.p  
 Sanguinis grumi per deiectionem vnde. 377.m  
 Sanguinis stilla in morbis pulmonis. 800.m.f  
 Sanguinis fluxio è loculo dentis. 1108. m  
 Sanguinis suppressio quos morbos ingehat. 877  
 Sanguinis sputi causa, signa, prælagia. 747. f. 748  
 Sanguinis stillicidium interdum præannunciat crism. 86.f

Sanguinis è naribus fluxus in vulneribus cerebri. 297.f  
 Sanguinis misio an semper difterenda propter nauzeã. 84.p  
 Sanguinis vacuadi terminus in pleuritide. 939.m  
 Sanguinis excretio per sputa, vrinas, deiectiones. 733.f  
 Sanguinis stillicidium non ita meruendum in morbis frigidis. 459. m  
 Sanguinis vomitio. 1027.m  
 Sanguinis stillicidium. 355.m  
 Sanguinis larga profluentia. 290.f  
 Sanguinis vomitiones & reiectiones ex ore. 818. 819. 820. 821  
 Sanguinis misio in pleuritide non semper necessaria. 737.f  
 Sanguinis misio. 656.f  
 Sanguinis immoderatè fluxiones. 648.f  
 Sanguinis eruptio è naribus interdum alia salutaris, alia lethalis, dignotio. 52.p  
 Sanguinis reiectio è pulmonibus an semper lethalis. 830.m  
 Sanguinis è pulmonibus reiecti curatio. 830.m. Signa. 831  
 Sanguinis stillicidium quomodo innoxium esse queat. 137.p  
 Aditum capitis lotionem ab Hippocrate criticum. ibid.  
 Sanguinis fluxus è multis locis. 402. m  
 Sanguinis immodicè fluxus effectus. ibidem.  
 Sanguinis è naribus stillatis causa. 52.m  
 Sanguinis stillicidium. 136. 137  
 Sanguinis reiectio. 795. 796  
 Sanguinis fluxio per nares frequens vnde. 1065.p  
 Sanguinis copiosa detractio cur dolorem sedet. 1068.m  
 Sanguinis detractio in quibus morbis fieri debeat. 936. 937  
 Sanguinis fluxus affecto hepate. 663. p  
 Sanguinis excretio è variis locis. 748  
 Sanguinis liberale profluuium. 122. m  
 Sanguinis fluentis variaz causa. 299.m  
 Sanguinis reiectio per os. 819. 821.f  
 Sanguinis fluor è naribus quarto die. 381.f  
 à Sanguinis fluxu rigor iudex supurationis. 24. m  
 Sanguinis fluor vnde. 24.p  
 Sanguinis stillatis tria signa le-

thalia. 87.p  
 Sanguinis fluxu prælagium. 306. p  
 Sanguinis stillicidium quarto die. 416.p  
 Sanguinis misio. 704.m  
 Sanguinis vacuatio quibus non conueniat. 459.m  
 Sanguinis fluxus è gingiuis. 515.f  
 Sanguinis deiectio. 1056.p  
 Sanguinis suppressi symptomata. 628. p  
 Sanguinis reiectio. 310.f  
 Sanguinis concretio. 906.m  
 Sanguinis suppressio. 608. p  
 Sanguinem in quibusdam morbis concretescere. 2.p  
 Sanguinem fluere è naribus non semper necessaria. 737.f  
 Sanguinis misio. 656.f  
 Sanguinis immoderatè fluxiones. 648.f  
 Sanguinis eruptio è naribus interdum alia salutaris, alia lethalis, dignotio. 52.p  
 Sanguinis reiectio è pulmonibus an semper lethalis. 830.m  
 Sanguinis è pulmonibus reiecti curatio. 830.m. Signa. 831  
 Sanguinis stillicidium quomodo innoxium esse queat. 137.p  
 Aditum capitis lotionem ab Hippocrate criticum. ibid.  
 Sanguinis fluxus è multis locis. 402. m  
 Sanguinis immodicè fluxus effectus. ibidem.  
 Sanguinis è naribus stillatis causa. 52.m  
 Sanguinis stillicidium. 136. 137  
 Sanguinis reiectio. 795. 796  
 Sanguinis fluxio per nares frequens vnde. 1065.p  
 Sanguinis copiosa detractio cur dolorem sedet. 1068.m  
 Sanguinis detractio in quibus morbis fieri debeat. 936. 937  
 Sanguinis fluxus affecto hepate. 663. p  
 Sanguinis excretio è variis locis. 748  
 Sanguinis liberale profluuium. 122. m  
 Sanguinis fluentis variaz causa. 299.m  
 Sanguinis reiectio per os. 819. 821.f  
 Sanguinis fluor è naribus quarto die. 381.f  
 à Sanguinis fluxu rigor iudex supurationis. 24. m  
 Sanguinis fluor vnde. 24.p  
 Sanguinis stillatis tria signa le-

Eius prælagia. 218.p  
 Scoroma. 664. m  
 Sectio. 298.m  
 Sectio thoracis. 823. f. 829.m  
 Sectio in vulneribus capitis. 422. p  
 Sectionis ovis scopus. 970.m  
 Sectio hydropicorum. 872.m  
 Sectio in hepate affecto. 856.f  
 Sectio purulentorum. 774.m  
 Sedere velle in lecto quale signum. 953. 954. m  
 Sedes. 968. m  
 Sedes dolor vnde. 261. f. 409.f  
 Sedes dolor vnde, & quid prælagiat. 112. p  
 Sedimenta, quæ desinunt. 1042.f  
 Sedimentum limosum. 1037.p  
 Sedimentum album. 397.f  
 Sedimentum album & leue, rubrum & leue. 399.p  
 Sedimentum inconstans vnde. 1046. m  
 Sedimentum laudabile. ibid.  
 Segnities, vide Torpor. 970. 971. m  
 Semen quid. 946.p  
 Seminalis materia quando desinit. 982.f  
 Semitertiana. 844. m  
 Semitertiana. 20. m. 179. m  
 Semitertiana continua sunt, acuta, & maligna, & cur. 55.f  
 Semitertiana acuta. 779. p  
 Semitertianarum signa. 56.p  
 Senectus quid. 837.f  
 Eius natura. 827.p  
 Senectus cruda. 1009.f  
 Senectutis tres gradus. 224.p  
 Senectutis diuisio. 1010.p  
 Senes quando tardius intereant, quam iuuenes. 827. 828  
 Senes per morbos thoracis celerius intereunt quam iuuenes. 729.m  
 Senes quando celerius, aut tardius iuuenibus moriantur in eodem morbo. 427. f. 430. f  
 Senes ex quibus inflammationibus celerius moriantur, quam iuuenes. 27. p  
 Senes atra bile laborantes. 598.m  
 Senes quando dysenteria iudicentur. 192. p  
 Senum temperamentum & morbi. 430. f  
 Senum corpus. 850.p

Eorum crises. 86.m  
 Senibus cur non fiat abscessus. 224. p  
 Senibus recidivæ faciles. 428. f  
 Seniorum morbi. 923. p  
 Senium ex morbo. 837. f  
 Sensus defectus obiecto sensibili. 87. f  
 Sensus molestus in lassitudine, vnde fit. 28. m  
 Sensus cur non fiat præsentem sensibili. 77. m  
 Sentiens duplex. 77. m  
 Seritriplex vacuatio. 41. m  
 Sermo quid. 48. m  
 Cause, lesiones, dignotio. ibid.  
 Sermonis instrumenta. 687. p. m  
 Sermonis materia. 48. m  
 Septum transuersum quid. 993. f  
 Vulnere. ibidem.  
 Septi spasma in pleuritide. 729  
 Septi detractio & oppressio. 799. p  
 Septenaria seruantur in diebus, annis & mensibus. 228. m  
 Septenariorum vis quando incipiat. 18. f  
 Septenarius. 1129. p  
 Sextus mensis. 394. f  
 Eius vis. 214. m  
 Sexti anni consideratio. 228. 229  
 Sicca tulsis. 173. m  
 Siccatio duplex. 469. f  
 Sicci morbi. 864. f  
 Siccitas. 533. m. 1032. m  
 Siccitas duplex. 948. m  
 Eius effectus. 801. m  
 Siccitas sola nõ causa manifesti somnij. 143. m  
 Siccitas gula & œsophagi lethalis. 573. f  
 Siccitas celeris apprehensionis causa. 152. p  
 Siccitas interna. 1022. m  
 Siccitas per se non est actiua. 154. m  
 Siccitas non est per se causa efficiens, vnde fiat. 68. m  
 Siccitas in fronte & durities, quid indicet. 7. m  
 Siccitas interiorum à febre lethalis. 1055. p  
 Siccitatis signa quodammodo ostendunt phrenitidem. 508. f  
 Siccus morbus. 814. m  
 Siccum in morbis quid Hippocrati. 720  
 Scythæ effeminati. 640. p  
 Syderatio. 297. p. 421. p  
 Syderati. 775. m. f  
 206. m. 910. m

Signa critica, & causa critica. 323. m. f  
 Signa semper bona, aut mala. 727. p  
 Signa tabis confirmata. 842. f  
 Signa diaphragmatis affecti. 994. m  
 Signa tria in omni morbo maxime laudanda, quæ etiã cum aliis lethalibus ægru seruare possunt. 75. m  
 Signa critica, quæ, qualia, quomodo ex his prælagiendum. 58. m. 57. f  
 Signa coctionis triplicia. 236. f  
 Signa bona firma: mala infirma esse oportet. 403. m  
 Signa communia, quæ & signa sunt, & symptomata, & semper bona, aut semper mala. 756.  
 Signa coctionis quado tuta nõ sint. 805. m  
 Signa tria, quæ inter alia lethalia, salutem pollicentur. 756. m  
 Signa omnia certiora diebus criticis. 754. f  
 Signa quæ præter rationem accidunt fallacia. 2. f  
 Signa phrenitica quæ. 276. f  
 & seq.  
 Signa salutaria in febribus. 88. p  
 Signa critica salutaria, lethalia, ambigua. 521. p  
 Signa recursus humoru ad interiora. 766. m  
 Signa cruditatis quando mortè significant. 71. f  
 Signa perpetuo bona, aut mala: accidentia non ita. 328. m  
 Signa infida. 328. p  
 vide Remissio.  
 Signa critica quando mala. 15. f  
 Signa pathognomonica. quodammodo sunt prognostica. 70. f  
 Signa varia. 276. m  
 Signa interdum omnia ambigua. 122. p  
 Signa bona, mala, optima, pessima, quæ. 147. f  
 Signa ex lingua quam vim habeant in pleuritide. 732. m  
 Signa duo certissima imminentis mortis sine crisi. 103. m  
 Signa in pleuritide semper bona, & semper mala. 735. f  
 Signa critica quando apparere debeant. 710. p  
 Signa coctionis vnde sumantur. ibidem.  
 Signa conuulsionis. 681. 682  
 G G G 4

I N D E X.

Signa profluuij alui. 29 p
Signa coctionis & cruditatis. 734.m
Signa critica. 167.p
Signa coctionis & cruditatis qualia. 709.f
Signa & symptomata oppressi ventriculi à cibo. 4.f
Signa critica quæ, & vnde fiant. 122. m
Signa vel morbi naturâ, vel malignitatem, vel ægri affectus indicant. 67.p
Signa abscessus in peripneumonia. 761.m
Signa generis quodammodo signa sunt speciei. 133. m
Signa critica. 398.p
Signa fracturarum. 972
Signa coctionis triplicia. 108.m
Signorum tria genera. 147.m
Signorum criticorum natura. 734.m
Signorum distinctio in singulis morbis obseruanda. 726.m.f
Signorum concursus. 3.p
Signorum necessitas qualis. 540. m
Signorum diuisio. 709.f
Signorum grauium perseverantia & consensu. 153.m
Signorum vires conferendæ. 753.p
Signorum certitudo varia. 230.p
Signorum diuisio. 756.m
Signorum multitudo & consensus certam faciunt prædictionem. 75.m
Signorum varij gradus. 755.p
Signorum vires. 789. p
Signorum omnium criticorum vis in prælagiando. 59.p
Signorum certitudo & firmitas. 247. 248
Signorum multitudo & concursus certius reddit prælagium. 94.f
Signorum vires obseruandæ potius, quàm multitudo. 717.m
Signorum explicandorum recta methodus. 276.m
Signorum vtilium causæ. 955.p
Signis coctionis, euf non semper fidendum. 711.p
Signis bonis non semper fidendum, neque mala semper vrenda. 72.p
Signum inseparabile quid. 11. 6.f
Proprium. 997.p
Signum prauû equipollet mul-

tis signis bonis. 756.m
Bonum etiam interdum multis prauis. 757.m
Signum phrenitidis. 147. m
Silens ecstasis. 139.m
Vide ἐκστασις.
Silentium in egris triplex, & inde prælagia. 102.m
Silentium. 529.m
Silentium in phreniticis. 144.f
Silentium in delirio triplex. 925. m
Silentium in delirio duobus modis. 522. 523.p
Silentium siue aponia signum tertie speciei phrenitidis. 102.m
Silicernia. 224.p
Similitudo rerum nobis imponitur. 969.m
Symptomata à causis externis, aut consuetudine nihil conferunt ad prælagium. 281.m
Symptomata vulnerum capitis. 991.f
Symptomata & signa grauia, vt rigor, quæ non fiunt in diebus iudicatoriis difficilia. 19. m
Symptomata. 613.m
Symptomata motu materiae quædo. 25.m
Symptomata partium affectarum in prælagiando distinguenda sunt à symptomatis febris. 54. f
Symptomata varia & contraria in eodè morbo, vnde. 157.p.m
Symptomata praua, quæ repètere eneniunt, suspitionem crisis afferunt. 10.f
Symptomata lethalia circa crivis non semper mortè ostendunt. 521. m
Symptomata qualia materia quiescente, aut eadem transfluente per varias partes. 145.f
Symptomata à dissoluto spiritu faciliora. 1023.m
Symptomata vulnerati capitis. 963. 964
Symptomata interdum sequuntur naturam humoris & motus eius: interdum & humoris & partis oblectæ. 146.m
Symptomata contraria naturæ morbi mala. 1069.f
Symptomata ex grumo suppressio. 997.p
Symptomata duo, quæ virtutem

maximè deliciunt. 294.f
Symptomatiç excretiones quæ. 133. m
Symptomati occurrendum aliquando, potius quàm causæ. 874.f
Symptomati occurrendû prius, quàm causæ in quibusdâ morbis. 896.p
Symptomatis grauibis quiescentibus quando non fidendum. 71. f
Symptomatum varia commutatio. 358. 359.p
Symptomatum varia commutatio vnde. 678.f
Symptomatum varietas in metastasi. 704.f
Symptomatum varia permutatio. 159. m.f
Symptomatum alternatio. 378.m
Symptomatum absentia quid significet. 739. m
Symptomatum nouorum accessio tibus fit modis. 40. m
Symptomatum mutatio varia vnde. 157.p.m
Symptomatum vehementia mitiore affectu reddito. 457.p
Symptomatum nouorum accessio fit translata, diuisa seu distributa, aut in varios locos diffusa maceria. 43.f
Quid singula horum significent. ibidem & 44.p
Synanche. 695.f. 699.f
Synchra deiectio interdum critica modò desinat in mitem. 60.m
Synchra excrementa. 743.f
Synchra praua. 55.p
Synchra quæ. 745.p
Synchra bilis quæ dicatur. 59.m
Synchra excreto. 59.m
Synchrum quid. 60. m.f
Synchrum humor cur prauus. 60. m
Synchripit. 422.f
Synchripitis dolor cur maior. 266
Synchripitis dolor cur acior. 255
Synchripitis natura qualis. 421.f
Synchripitis dolor in grauidis. 1012. p
Synchripitis grauisima vulnera. 973.f
Synchripitis dolor. 411.p
Synchrope. 464.p. 520.p
Synchrope duplex. 714.p
Synchrope frigida. 906.m. 908.m
Synchrope cardiaca. 595.m
Syndro

I N D E X.

Syndrome ex signis diuersi generis cur Hippocrati non neglecta. 277
Sunt hæc signa. 32.p
Sunt hæc signa. 179.p. 379.p
Singultuosus. 261.m. 326.m
Singultus ab inflammatione. 364. 365
Singultus vnde. 2.m
Iunctus aphonie quid indicet. ibidem.
Singultus in inflammationibus internis. 935.m
Singultus ab hæmorrhagia immoderata. 659. 660
Singultus. 67.p. 164.f
Singultus. 197.f. 294.p. 295.m. 591.p. 852.f. 935.m. 141.p. 1016.f
Singultus prælagia. 326.m
Remedia. 67.f
Ex singultu quid, & quomodo prælagiendum. 67.m
Singultus, pleno, aut morbo, ventriculo, hepate inflamato, intestini prolapsu, ileo. 66.m
Singultuosus vnde. 66.p
Singultus in superpurgatione. 1030.m
Singultus mortis. 303.p
Singultus signum inflammationis hepatis. 66.p
Singultus causæ. 66.p. 67.m.f
Synochi. 124.p
190.p. 728.m
Synochi symptoma est dolor grauis. 929.f
Synochus. 669.m
Situs in vulneribus thoracis. 825.f
Situs in hypochondrij. 78.m
Situs in venteribus. 844.p.m
Situs in venteribus. 254.f
Situs in venteribus. 614.p
Situs in venteribus. 604.f
Situs in venteribus. 514.p
Situs in venteribus. 87.f. 88.p
Situs triplex. 273.m. 274
Prælagia. ibidem.
Situs in hydropicis vnde. 914.m
Situs quando non respondeat febris, aut humori putrenti. 914. f
Situs absentia an ab extinctione facultatis, an à celeri obliuione dignotio. 151.f
Situs absentia. 756.f. 757.p
Situs quando non respondet febris. 757.p
Situs mutatio & vicissitudo quid portendat. 77.p
Situs solutio. 87.m
Situs in hydropicis. 863.f

Situs duplex. 87.f
Causæ, prælagia. ibid. & 88.p
Situs à siccitate interna. 1022.m
Situs absentia quid ostendat. 88.p
Situs quomodo signum phreniticum. 277.f
Situs quarum affectionum propria fit. 669.f
Situs quomodo soluitur. 329.m
Situs quid indicet. 76.p
Situs variatio. 329.m
Situs focus. 173.m
Situs habere. 178.m
Situs superficialia quomodo quiescat somno. 87.f
Situs sedatio multis de causis accidit à vomitu. 1029.m
Situs extinctio. 358.f
Situs Hippocrati quid. 293.m
Situs absentia in ardentibus. 337.p
Situs. 75.f. 76.p. 276.p
Situs absentia in febris interdum lethalis. 72.m.f
Situs assiduitas & calor, non autem vehementia, ardentis signa pathognomonica. 91.f
Situs inexhausta & ardor non semper sunt signa pathognomonica febris ardentis inseparabilia. 91.f
Solidæ partes. 479.f
Solui morbum quid. 40. m
Somnia manifesta cur & quomodo in phreniticis bona. 143.p
Somnia manifesta interdum mala, interdum bona in phreniticis. 144.p
Somni turbulenti. 496.m
Somni tranquilli quid ostendat. 921.f
Somni naturalis causæ. 415.p
Somni differentie, prælagia. 955
Somni tres partes. 143. f
Somni vtilis effectus in febre. 144. p
Somni tranquilli comoda. 920.p
Somni tres differentie. 241.f
Somni naturalis, præter naturam, & criticus. ibidem. & 242.
Somni diurni noxæ. 955.m
Somni præter naturam causæ. 415.p
Somni comoda. 272.f
Somni turbulenti excitationes. 352. f
Somni suaves & moderati. 757.m
Somniculosi. 261.m

Somnium conspicuum quid. 142.m.
Quæstiones de somnibus phreniticorum soluar. 143.
Causæ, genera tria, prælagia. ibid. & 144.p
Somniorum prælagia. 357
In somno cur quidam exiit. 99.m
Ex somno placido delirij cessatio, & tamen intentus. 243.p
Somnus a phreniticis, & reuertens. 414.f
Somnus concoquit. 685.p
Somnus turbulentus. 131.m
Prælagia. ibid. & 132.m
Somnus criticus. 272.m
Cum stertore kthalis apoplectis, in febris quando noceat. ibidem.
Somnus cur noctis & cerebri filius. 955.m
Somnus multus, profundus, naturalis, non naturalis, morbosus. 686
Somnus in internis inflammationibus & fallax & periculosus. 853.m
Somnus placidus interdum fallax. 853.p
Somnus cur sudorem mouet, & alias vacuationes retinet. 566.m
Somnus matutinus, vespertinus, meridianus. 955.f. 956
Somnus meridianus an concedatur. 956.p
Somnus an concoquat. 685.f
Somnus turbulentus in furiosis. 920.p
Somnus cur lunæ tribuatur. 955.m
Somnus profundus aliquando criticus, & à multis causis. 44.m
Somnus criticus. 241.p. 242
Somnus turbulentus. 241.p
Somnus hiante ore. 485.p
Somnus in initio tantum refrigerat. 686.p
Somnus, qui laborem facit, adesto ventre. 851.f
Somnus cur noctu potius, quàm in interdiu ineundus. 955.m
Somnus quando dolorè soluat, vel auget. 271.m
Somnus quando proficit, aut noceat. 271.m. 272.f
Somnus multus. 673.p
Somnus longus. 241.m
Et inde prælagia. 674.m
Somnus remedium ardentis febris.

I N D E X.

bris. 104. p  
 Somnus prauus quis. 956. m  
 Somnus comatosus vnde. 241. f  
 Somnus laborem faciens. 242. f  
 243. p  
 Somnus quando noceat. 674. m  
 Somnus dolores & deliria sedat,  
 interdum inuehit & auget.  
 412. f  
 Somnus quid sit. 143. p  
 266. m. 411  
 Somnus placidus. 241. p  
 Significat crissim bonā. ibid.  
 & 242. f  
 Somnus nocet etiā moderatus  
 aliquando in febribus. 45. f  
 Sōnus pathognomonicus, mor-  
 bosus, criticus, naturalis.  
 400. p. m  
 Somnus in febribus quando no-  
 ceat. 242. p  
 Somnus longus & profundus  
 differunt. 414. f  
 Somnus lethalis. 932. f  
 Somnus duplex. 134. m  
 Somnus ubi fiat ex Aristotele.  
 287. m  
 Sopor in tumoribus pestilenti-  
 bus. 337. f  
 Sopor in morbis calidis. 415. p  
 Sopor initis accessionum. 309. f  
 Sopor an vbique malus. 400. m  
 414. f. & seq.  
 Et quando malus. 318. f  
 Sopor multus. 45. f. ante paroti-  
 das, post vigilias criticus est  
 interdum: alias symptomati-  
 cus à variis causis. 45. f  
 Sopor ab vrinx suppressione.  
 36. f  
 Sopor. 853. m. 1054. f  
 952. m. 275. m  
 Sopor affecto pulmone. 115. p  
 Sopor & à sopore resoluto spi-  
 rix & vesica. 35. m  
 Sopor an vbique malus. 241. m  
 200. m  
 Sopor cum bile mixta signum  
 conuulsionis. 353. f  
 Sordes in vlcibus. 1007. m  
 Sordes aurifū dulcescēs. 1069. m  
 Sordium genera. 1004. f  
 Sphacelimi causā & curatio,  
 296. 297  
 Sphacelismus an curari possit.  
 513. p  
 Σφραγισ. 975. f  
 Spasmata. 815. f. 816. m  
 Spasmi tres differentiē. 692. m  
 Causā & prælagia. ibidem.  
 Σπασμοειδία νεύρων. 1111. m  
 Σπασμοειδία. 246. p. 247  
 Spasmus. 680. m. 728. f  
 Spasmus Cynicus. 515. m. 961. f  
 Σφουγμοί hypochondrij. 90. m  
 Σφουγμοί tria significat. 130. p  
 Spinalis medullā affectus. 558.  
 559. 992. m  
 Spinalis medullę cur maxima ha-  
 benda ratio in febribus. 19. m  
 Spinalis medullę vulnera, & in-  
 de prælagia. 992. m  
 Spinalis medullę duo foramina.  
 440. m  
 Spina ardor quid prælagiat.  
 265. p  
 Spina concussio. 903. m  
 Spina varij affectus. 624.  
 625. 627  
 Spina vulnera. 625. p  
 Spina peruectio. 627  
 Spina affecta symptoma. 636. m  
 Spina tubercula quomodo fol-  
 uantur. 620. m  
 Spina ardor. 410. f  
 Spirandi facilitas. 208. p  
 Spirandi difficultas. 1074. m  
 26. p. 140 p  
 Σπυραβελήεις. 404. m. f. 911. m  
 Spiratio difficilis in grauidis.  
 1013. m. & 1021. f  
 Spiratio difficilis in tabidis.  
 846. m  
 Spirationis difficilis causā. 954.  
 Spirationes obscuræ in tabidis  
 & viduis. 729. f  
 Vide respiratio.  
 Spirituosi. 16. m  
 Spiritus contractus, aut diffusus.  
 507. p  
 Spiritus quomodo afficiantur.  
 524. m  
 Spiritus purus aut impurus.  
 1091. m  
 Spiritus calidus & flatuosus.  
 130. m  
 Spiritus elisus in faucibus. 549. f  
 Spiritus neque est substantia ani-  
 mi, neque domiciliū. 964. m  
 Spiritus flatuosi generatio. 587.  
 Spiritus sublimis & iursum tra-  
 ctus. 558. m  
 Spiritus affectus. 65. p  
 Spiritus frigidus, spiritus cali-  
 dus. 545. m  
 Spiritus intro paruus, extra ma-  
 gnus. 546. m  
 Spiritus coactus in angustias  
 mortem adfert. 464. m  
 Spiritus magnus. 599. m  
 Spiritus æstuosus. 544. p  
 Spiritus sublimis. 558. m  
 Spiritus difficultas. 604. m  
 Spiritus tussiculofus. 339. m  
 Spiritus flatuosi. 407. f  
 Spiritus internus trahit naturā  
 externi. 49. p  
 Spiritus an nutriantur. 538. p  
 Spiritus vitalis & animalis, quo-  
 modo differant. 921. p  
 Spiritus tanquā vinculum. 423. p  
 Spiritus caliginosus. 474. p  
 Spiritus elisus in faucibus. 1121. p  
 Spiritus extensus. 547. m  
 Spiritus propriē quid. 65. p  
 Spiritus motus liber, aut inter-  
 ceptus. 423. p  
 Spiritus internus aëris naturam  
 contrahit. 320. m  
 Spiritus frigidus ex naribus.  
 542. f. 543. m  
 Spiritus frequens. 547. m  
 Spiritus inclusi effectus & in-  
 commoda. 64. f  
 Spiritus difficultas vnde. 25. m  
 Spiritus flatulentus. 21. p  
 Spiritus flatuosi generatio in ca-  
 pite quid ostendat. 257. m  
 Spiritus animalis affectus in vul-  
 neribus. 964. m  
 Spiritus difficilis. 338. m  
 349. p  
 Spiritus conclusus quæ mala in-  
 ferat. 325. 326. p  
 Spiritus animalis. 907. p  
 Spiritus offensans & varia ip-  
 sius nomina. 846. m  
 Spiritus flatulentus. 618. m  
 Spiritus vitalis. 776. f  
 Spiritus interni vnde perturban-  
 tur. 320. m  
 Spiritus & aëris eadem ratio.  
 476. p  
 Spiritus alicubi inclusus. 663. f  
 Spiritus extra elatus. 96. p  
 Spiritus frigidus. 543. m  
 Spiritus flatulenti effectus. 65. f  
 Spiritus frigidus ex ore. 1117. f  
 Spiritus noxia refugit tanquam  
 animal. 55. p  
 Spiritum exire. 1013. p  
 Spirituum & caloris natui no-  
 xa. 507. p  
 Spirituum internorum impuri-  
 tas ab aëre externo, & ab hu-  
 moribus internis. 49. p  
 Spirituum dissolutio quibus de  
 causis. 313. f  
 Spirituum cruditas. 65. p  
 Splen, vide Lien.  
 Splen obstructus aut durus. Vi-  
 de, lien, hypochondria.  
 Splendidum in oculis duplex.  
 491. m  
 Splendores ob oculos.  
 vide Marmaryges. 216  
 Spleni. 882. m  
 Splenis affectus. 189. p  
 Σπλην. 345. f  
 Spuma

I N D E X.

Spuma in sanguine reiecto vn-  
 de. 795. m. f. & 796  
 Spuma. 295. f. 836. m  
 Spuma sanguinis. 856. m  
 Spumæ causā duplex. 746. f  
 Spumæ tres gradus. 796. m  
 Sputatio frequens quid signifi-  
 cet. 148. f. 149. p  
 Sputatio frequēs duabus de cau-  
 sis. 453. m  
 Sputatio frequens. 359. m  
 516. f. 566. m  
 Sputatio in parotidibus. 452. f  
 Sputatio in febribus quid præla-  
 giat. 157. f. 158. p  
 Sputatio. 519. p  
 Pauca. 292. p  
 Spura quomodo celeritatem aut  
 tarditatem crisis ostendant.  
 734. m  
 Spura pessima. 723. m  
 Spura nulla per se lethalia.  
 723. m  
 Spura in angina qualia. 709. m  
 Spura sanguinea. 748. 749  
 Spura cur pituitam referant.  
 705. f  
 Spura per se neque morrem, ne-  
 que salutem certō significāt.  
 753. p  
 Spura laluginosa. 518. p. m  
 Spura in morbis thoracis, qua-  
 lia ostendant gradus triplicis  
 coctionis. 137. f  
 Spura quorū morborum, &  
 quarum partium affectarum  
 signa sint. 742. f. 743. p  
 Spura tenuia, crassa, glutinosa, ro-  
 tunda. 707. f  
 Spura flaua, alba, rotunda, lenta.  
 744. m  
 Spura sincera. ibidem.  
 Spura præter modum in febrili-  
 bus, quid significant. 676. m  
 Spura biliosa, liuida, nigra.  
 517. p  
 Spura subarida. 707. p. f  
 Spura pauca & concocta. 805. p  
 810. p  
 Spura liuida, flaua, æruginosa,  
 nigra, alba, rotunda, glutino-  
 sa. 745  
 Spura crassa. 271. m  
 Vnde prodeant. 272. p. m  
 Spura laluginosa. 801. p  
 Spura laudabilia in singulis mor-  
 bi temporibus. 736. p  
 Spura varia. 723. p. m  
 Spura optima. 734. f. 736. p  
 Spura viscida. 801. p  
 Spura laluginosa. 790. m  
 Spura multa vnde. 719. f  
 Spura nigra. 753. p. 794. f  
 Spura rotunda. 794. p. 835. m  
 Spura quos affectus sequantur.  
 516. f  
 Spura biliosa cur metuenda.  
 807. m  
 Spura purulenta simul & bilio-  
 sa. 793. f  
 Spura non semper ex pectore,  
 tamen tussi reddantur. 742. f  
 Spura facilia & bona. 793. f  
 Spura difficilia quæ ibid. & 720  
 Spura quos affectus, & quas par-  
 tes affectas significant. 718. m  
 Spura bona, aut mala in angina.  
 717. f. 718  
 Spura sicca. 720. m  
 Spura omnia bona sunt, quæ  
 dolorem tollunt. 752. f  
 753. p  
 Spura subcruenta. 694. m  
 Spura purulenta & subcruenta  
 simul. ibidem.  
 Spura fuliginosa. 750. m  
 751. f  
 Spura colorata. ibidem.  
 Spura frequentia. 720. m  
 Spura an attestentur iecori affe-  
 cto. 848. f  
 Spura colorata. 735. m. 736. p  
 Spura vnde colorentur. 758. p  
 Spura viscida. 750. m. 751. f  
 Spura praua cur absolutē lethali-  
 a non sint. 517. p  
 Spura falsa. 1109. m  
 Spura suppressi causā. 517. m  
 727. m  
 Spura suppressio in tabidis.  
 835. m. 836  
 Spura tabidorum explorandi ra-  
 tio. 831. f. 832  
 Spura boni duæ notæ: citō & fa-  
 cilē excerni. 517. m  
 Spura sanguinis causā, differen-  
 tia, prælagia. 747. f  
 748. 749  
 Spura facilitas vnde. 743. m  
 Spura paucitas horrenda in pe-  
 ripneumonici. 805. p  
 Spura purulenti malignitas, &  
 eiusdem signa. 833  
 Spura ingens copia vnde. 676. f  
 Spura sanguinis causā, differen-  
 tia, & prælagia. 795. f. 796  
 Spura purulenti grauis odor.  
 797. m  
 Spura biliosi suppressio in late-  
 ris dolore quid denunciet.  
 140. m  
 Spura sanguinis duæ causā.  
 733. m  
 Spura & tussis cessatio in mori-  
 bundis. 518. m  
 Spura biliosi suppressio, quid de-  
 notet. 111. f  
 Spura facilis duæ causā. 816. p  
 Spura prauis tres notæ. 744. p  
 Spura optimi signa. 745. m. f  
 Spura mutatio, & facilis largā-  
 que vacuatio signa sunt co-  
 ctionis in peripneumonia.  
 767. m  
 Spura materia. 750. p  
 Spura conditiones obser-  
 uandæ. 516. f  
 Spura nomina, causā, differe-  
 rentia, prælagia. 742. f  
 & seq.  
 Spura varij colores. 722. m  
 736. p  
 Spura difficilis diagnosi.  
 795. p  
 Spura prælagia. 1108. f  
 1109. p  
 Spura colores vnde. 723. f  
 724. p  
 Spura sanguineum mixtum.  
 749. f  
 Spura cataglyphicrainomenon.  
 708. p  
 Spura valde sanguinolentum.  
 750. p  
 Spura phibificis quomodo exa-  
 minandum. 792. 793  
 Spura nigrum. 747. m  
 Spura viscosum. 744. p  
 Spura frequens. 556. f  
 Spura ichoroides. 749. p  
 Spura permixtum quid. 743. f  
 Spura cruentū, & valde cruen-  
 tum. 751. m  
 Spura attenuatum. 821. p  
 822. p  
 Spura cruentū an semper mi-  
 tē pleuritim significet. 733. m  
 Spura purulentum. 764. p  
 Spura purulentū & biliosum  
 simul quid prælagiat. 753. f  
 754  
 Spura sanguinis ab hepate.  
 796. f. 797. p. à splene.  
 ibidem.  
 Spura frequens ante crissim.  
 166. p  
 Spura dulcescens prauum si-  
 gnum. 736. f  
 Spura frequens signum phre-  
 nitidis. 71. p  
 Spura tenue. 505. m  
 Spura liuidum. 747. p  
 751. m  
 Spura dulcescere. 789. m. f  
 790. m  
 Spura spumofum. 746. f  
 Spura valde foetidum. 787. m  
 Spura optimum quale. 727. m  
 708. p. 710. f. 711. p  
 Spura

I N D E X.

Sputum quando expectorari nõ possit. 744.f  
 Sputum sanguinis ab hepate quomodo fiat. 849.p  
 Sputum liuidum, pallidum, pituitosum, spumofum. 788.m  
 Sputum foetidum. 792.m. 793.p  
 Sputum eruginosum. 747.p  
 Sputum optimum quod. 723.m  
 Sputum album. 735.p  
 Sputum citò & facillè appareat. 734.f  
 Sputu quibus euocetur. 805.p.f  
 Squalidum corpus. 1067.m  
 Stalagmæ. 86.f  
 Statim apparere signa critica, quid. 137.f  
 Stercoracea sunt reliquiæ alimèti quotidiani. 1065.p  
 Stercoris vomitus. 448.p  
 Stercus, vide deiectiones.  
 Stercus cur diutius retineatur. 1075.p  
 Stercus. 1054.m  
 Stercus caprillo stercofi simile. 1055.p  
 Sterilitas. 664.m  
 Sternutamenta in morbis thoracis praua, & in quibus vtilia. 236  
 Sternutamentum quando moueri non debeat. 772.p  
 Sternutamentum. 771. 772  
 Sternutatio. 235.f. 236  
 Preſagia. ibidem.  
 Stertor in apoplexia. 909.m  
 Stertor vnde fiat. 27.m  
 Non ſemper indicat ſuppurationem, neque omni ſuppurationi inest. ibidem f  
 Stertor non ſemper à puris multitudine, aut humoris. 801.m  
 Stertor. 26.f. 311.f. 339.f  
 686.m. 735.m. 1121.p  
 Peripneumoniz ſignu. 539.m  
 Stertor affecto pulmone. 727.m  
 517.m. 617.p  
 Vt morfus pulicum. 934.p  
 Stillatio nigra, & rubra è naribus quid denuncient. 52.m  
 Illa admodum lethalis. ibid.f  
 & 53.f  
 Stillatio sanguinis. 321.f  
 659.f. 459.f  
 Stillidium sanguinis quando lethale, aut non lethale. 459.  
 460  
 Stillidium sanguinis. 656  
 Stillidiu sanguinis omne per se prauum, sed ab horrore pefsimum & cur. 53.f  
 Stillidium sanguinis tertio & quarto lethale. 281.m  
 Stillidium sanguinis in pleuride. 791.f  
 Stillidij sanguinis pefsimi notæ. 54.p  
 Stillidij sanguinis præſagia. 137. 138.p  
 5806.  
 325.m. 735.m. 565  
 Stoicorum opinio de dolore. 118.p  
 Stomachi dolor & inflatio. 778.m  
 Strangulatio. 527.p.m. 258.p  
 Strangulatio, vide Suffocatio.  
 Strangulationis in febris cauſa. 572.m  
 Strangulatus tres cauſe. 742.p  
 Strangulatus repentinus. 802.m  
 Stranguria. 215.p. 269.p.m  
 388.m. 668.m. 930.m. 899.f  
 900. 1050.m  
 Stranguriæ cauſa. 865.m  
 Stranguriæ prænotio ex hyemis constitutione. 928.m  
 572778. 2168165.  
 398.f  
 Stranguriolæ vrinæ. 240.m  
 Strangurioli abſceſſus. 715.m  
 Strepitus. 1080.p  
 Strepitus in pectore. 735.m  
 736.m  
 Strepitus sputi. 740.f  
 Strepitus ex aluo. 219.p  
 Strepitus potus descendens. 338. 339  
 Strepitus quomodo fiat. 151.p  
 Strepitus in ſomno. 100.p  
 Stridor. 509.p.m  
 Stridor dentium. 396.p  
 553.f. 1105.f  
 57007701. 970.p  
 570001. 587.f. 593.m. 219.m  
 Strumæ. 1009.f  
 Stupor dolor non est. 269.f  
 270.p. Cauſe & præſagia. ibidem m.f  
 Stupor, tremor, reſolutio. 440.  
 Stupor modicus quomodo dolorem ſedet, & an ſit dolor. 85.p  
 Stupor in febre & extra febrem vnde, & quid oſtendat. 85.p.m  
 Stupor paralyſis prænuntius. 85.f  
 Stupor. 901.f. 902.p  
 449.p  
 Stultitia. 294.f. 420.p  
 257.f  
 Subiecti diſpoſitio. 873.m  
 928.p  
 Sublimamētum quid præſagiat. 317.m  
 Sublimamētum album. 1084.m  
 Sublimamentum in vrina con-turbata. 1081.m

Subſtātia humoris benigni corrupta ſit venenata. 92.p  
 Subſultatio totius corporis & veluti cōuulſiui motus imminente criſi. 122.p  
 Subſultatio manuum. 89.m  
 90.m  
 Sudamina. 841.p. 885.f  
 Sudatio. 1084.m  
 Sudatio in ſuperiore parte. 343.f  
 Sudatio frequens ſiue ephidroſis tribus modis praua. 46.m  
 vnde fiat. Quando lethalis. ibidem.  
 Sudor cur magis in pectore. 674.m  
 Sudor an fieri poſſit poſt copioſum ſanguinis profluuiū. 62.p  
 Sudor tenuis. 211.m. Multus. 690.p. Quid ſit. 21.m.f  
 Sudor multus ſub mortem. 1073.p  
 Sudor paucus vnde. 13.m  
 Sudor in ſuppuratione hepatis. 853.f  
 Sudor circa collum & clauiculas. 779.f. 780.p  
 Sudor, qui febrem non finit. 676.m  
 Sudor moderatus quid indicet. 21.f  
 Sudor multus & aſiduus. 21.f  
 Glutinoſus. 210.m  
 Sudor per ſomnum. 566.p  
 Sudor frigidus. 504.m. 1104.p  
 Sudor in opithotono. 693.m  
 Sudor lienis quid ſignificet, & cauſa. 4.f  
 Sudor. 307.p. 325.m. 132.m  
 908.p.m. 1113.p. 413.m  
 Sudor per expreſſionem. 63.f  
 Sudor pefſimus. ibidem.  
 Sudor multus, frigidus, calidus, quid oſtendat. 63.m  
 Sudor ſymptomatiuus duplex, dignotio. ibidem.  
 Quid ex vtroque præſagium. ibidem.  
 Sudor ab ambiente frigido. 63.f  
 Sudor critico die non multus quid oſtendat. 61.m. & 471.f  
 Sudor poſt rigore inutilis. 665.f  
 Sudor à rigore quomodo fiat. 15.m  
 Sudor diaphoreticus. 531.m  
 Sudor in conuulſione. 692.p  
 Sudor frequens. 17.m. 308.m  
 Sudoris materia vel humor, vel partium ſolidarum humidū. 62.p  
 Sudoris materia triplex. 63.p  
 Sudoris boni leges. 1033.f  
 Sudoris critici ſigna. 219.f. 337.f  
 Sudoris

I N D E X.

Sudoris & vrinæ differētia. 63.p  
 Sudoris & vrinæ eadem materia. ibidem.  
 Sudoris ſigna. 291.m  
 Cauſa. 471.f  
 Sudoris boni notæ. 21.f  
 Critici. 63.m  
 Sudori ſuperueniens delirium, aut grauius aliquod ſymptoma lethale. 21.f  
 Sudores tum critici, tum ſymptomati. 398.f  
 Sudores, qui puſtulas excitant. 883.f. 884.p  
 Sudores frigidi. 63.f  
 Sudores multi. 777.f. 780.p  
 Sudores multi in ſanis quid ſignificant. 63.p  
 Sudores vtilis. 566.m  
 Sudores qui incipiunt, mox deſinunt. 47.p  
 Sudores inutiles. 47.p  
 Sudores in plurali numero quid indicent. 106.f  
 Sudores multi in febris quid indicent. 63.m  
 Sudores an ſigna conuulſionis eſſe queant. 133.m  
 Sudores cur in pectore magis. 494.m  
 Sudores in tabidis. 808.f  
 Sudores boni. 1125.p. 757.m  
 Sudores multi in ſuppuratione. 17  
 Sudores qui febres non finiunt. 528.m.f  
 Sudores quos morbos iudicent. 238.m  
 Sudores à ſuppuratione, quomodo differāt à ſudoribus febris horrificæ. 18.p  
 Sudores quando mouendi, & in quibus morbis. 690.f  
 Sudores copioſè moti nocent 690.f  
 Sudores copioſi. 804.p  
 Sudorum conſideratio. 237  
 Sudorum cauſa, & ex his præſagia. 689. 690  
 Suffitus in thoracis morbis quādo noxius. 801.f  
 Suffocari derepētè in febris. 1126.f  
 Suffocatio. 396.p  
 Suffocatio à ſuppreſſa hæmorrhagia. 658.p.m  
 Suffocatio cum vocis priuatione. 444.m  
 Suffocatio. 92.93. Cauſa, ſigna, dignotio, repentina, nõ repentina, ſine tumore. ibid.  
 Et fuſus 93  
 Suffocatio repentina in morbis acutis quarum partium ſit affectus, & quibus modis eueniāt. 93.m. 94  
 Suffocatio repentina ſoli gutturi attribuitur. 572.m  
 Suffocatio in lateris dolore. 369  
 Suffocatio. 742.p. 174.m  
 509.p. 572.p.m  
 Suffocatio vteri. 1018.m  
 Suffocatiois cauſa. 338.p  
 Suffuſionis ſymptomata. 562.p  
 Superciliorum vulnera. 1003  
 Superfebricantes. 149.f  
 Suppuratio in lateris dignotio. 823  
 Supinus decubitus duobus modis moleſtus. 954.m  
 Supinus decubitus. 950  
 Suppurata phlegmone interiore duo genera ſymptomatum ſuperueniunt. 597.m  
 Suppurata intus materiæ ſymptomata. 583  
 Suppurata materiæ inæqualitas quid oſtendat. 753.f. 754  
 Suppurati qui verè dicantur. 18.p  
 Suppurati lateris dignotio. 823  
 Suppuratis alius turbata. 26.m  
 Suppurati tribus modis fiunt. 24.m  
 Suppurati tumoris ſigna. 585  
 Suppurati vnde cognoscantur. 829.m  
 Suppurati ex lethargo. 213.f  
 Suppurati quomodo cognoscantur. 15.m  
 Suppuratio. 25.m. 168.m  
 758.p.m  
 Suppuratio alia primogenia, alia per ſucceſſionem. 25.m  
 Suppuratio interna quando ſine periculo. 472.f. Quando periculosa. 473.p. Quo tempore repurgari debet. ibidem.  
 Suppuratio vnde. 790.p  
 Suppuratio ex vtero. 641.m  
 Suppuratio in pulmone quādo fiat. 27.m  
 Suppuratio tardior vnde. 227.m  
 Suppuratio in vno latere thoracis, & eius ſigna. 812.f. 823  
 Suppuratio quando peripneumoniz ſuccedat. 767.m  
 Suppuratio inæqualis. 794.p  
 Suppuratio expectorari debet intra quadraginta dies. 791  
 Suppuratio in angina ſæpè lethalis. 699.p  
 Suppuratio in inſtāmationibus internis. 1091.p  
 Suppuratio capite collecta. 406  
 Suppuratio in thorace multis ſit modis. 741.f. Eius ſigna & effectus. 742.p  
 Suppuratio tumorum vbi periculosa. 472.f  
 Suppuratio quando fiat. 1130  
 Suppuratio vel in pulmone vel in thorace. 26.f  
 Suppurationis internæ ſigna. 580  
 Suppurationis modus. 583.p  
 Ruptio. 754.m  
 Suppurationis internarū inſtāmationum terminus. 580.m  
 Suppurationis internæ ſymptomata. 1022.m  
 Suppurationis exitus. 140.m  
 Suppurationis ſigna & pathognomonica. 781.f  
 Suppurationis thoracis ſigna, tum propria, tum ſuperuenientia. 25.m  
 Suppurationis hepatis ſigna & præſagia. 852.f  
 Suppurationis terminus in pleuride. 724.p  
 Suppurationis ſigna, & cauſa. ibidem.  
 Suppurationis & ruptionis ſigna. 589. 785.m  
 Suppurationis principium nõ à primo die morbi, ſed à ſignis ſuppurationis incipiētis. 785  
 Suppurationis internæ ſigna. 17.f  
 Suppurationis principia in pleuriticis. 741.m  
 Suppurationis tempus in inſtāmationibus internis. 577.m  
 Suppurationis ſigna & cauſa. 814.m. 774.m. 811. 174. 754.m  
 1073.m  
 Suppurationis ſymptomata. 589.m  
 Suppurationis tempus in inſtāmationibus internis. 1128.m  
 Suppurationis ſalutaris ſigna. 786.m. & 787  
 Suppurationis ſignum rigor. 308.m  
 Suppurationis optimæ ſigna. 584.p  
 Suppurationis lethalis ſigna. 787.p  
 Suppurationis inæqualitas. 754  
 Suppurationis interioris ſignū. 617.m  
 Suppurationem omnem internam tria comitantur. 621.p  
 Suppurationem antecedentia ſigna. 26.f  
 in Suppuratione frequens horror cur lethalis. 18.p  
 in Suppuratione alia ſunt ſigna ſuppurationis collectæ, aliæ eſſe ſuſa, alia tabis. 25.f  
 Suppuratione in metu exiſtente nihil præſtantius larga & fre-

quæti sanguinis missione. 24  
 Suppuratione facta interius nõ  
 liberatur æger. 25.p  
 Suppuratione accedente cur fer-  
 bres & dolores magis. 429.p  
 Suppurationes internæ. 583.p  
 Suppurationes perniciose. 793.f  
 Suppurationes pessimæ. 473.m  
 Suppurationes internæ, quæ fa-  
 cilè deprehendi non possunt.  
 585. Causæ, & inde præfagia.  
 ibidem.  
 Suppurationes, quæ intus rura-  
 puntur. 584.f  
 Suppurationum interiorum du-  
 plex periculum, ab eruptione  
 & vlcere relicto. 593.p  
 Vide Suppuratio.  
 Suppurationum vmbilicis ter-  
 minus. 581.m  
 Suppurationum ruptio. 782.f. 783.  
 Suppurationum frigidarum vlti-  
 mus terminus. 784.f  
 Suppurationum recentium signa.  
 781.f. 782. p.m  
 Suppuratorum rigor, febris no-  
 cturna, sudor vnde. 15.m  
 Suppuratorum symptomata.  
 140.p.m. 311.m  
 Suppuratorum sudor. 308.f  
 Suppuratorum quatuor signa  
 optima. 786.f. 787  
 Suppuratorum signa. 778. 779  
 Sura. 44.m. 317.m  
 Suræ dolores. 44.m  
 Suræ dolor. 348.m  
 Ab hepate vomicofo. ibid.  
 Suræ dolor vnde. 120.m. 121.p  
 Surarum dolor occultatus, quid  
 significet. 42.m  
 Surda stri. 278.f. 1081.p  
 Surditas. 461.m. f. 437.m  
 288.p. f. 263.p. 417.f. 652.m.  
 459.p. 278.p. 556.m. 440. 1078  
 m. 1080.m  
 Surditas & coma desipientiæ &  
 parotidum cõmune signum.  
 460.f. 461.p  
 Surditas & torpor à stillicidio  
 sanguinis vnde, & quid præfa-  
 giat. 86.f. 87.p  
 Surditas in acutis superueniẽs.  
 459.f. 460.p  
 Surditas ambiguum signum pa-  
 rotidum. 460.f  
 Surditas purulẽtis superueniẽs.  
 809  
 Surditas à vomitione. 1028.m  
 Surditas à bile quomodo solua-  
 tur. 1087.f  
 Surditas & alui profluvium vi-  
 cissim fiunt. 1079.p  
 Surditas & 1091.m quid indicent.  
 1087.m  
 Surditas duplici causa. 267.f  
 Surditas lethalis, inueterata, fir-  
 mata, tẽporaria, critica, sym-  
 ptomatica. 432. 433  
 Surditas in acutis. 809  
 Surditas cum torpore. 1087.p  
 Surditatis solutio. 432.p.m  
 461. 462.p  
 Surditatis differentiæ, causæ, &  
 præfagia. 431. 432  
 Suspiria. 547.m. 925.m  
 Sutura vulnera latentia. 973.f  
 Sutura ferro attingi periculo-  
 sum. 972.m  
 Sutura vulnere cognitu diffi-  
 cilia. 969  
**T**  
 TA quid significet. 371.f  
 Tabes in habitu. 845.m  
 Tabes renalis, dorsalis. 837.p  
 Tabes suppressis hæmorrhoidi-  
 bus. 836.m  
 Tabes quando incipiat. 791  
 Tabes quid. 791.m  
 Differentiæ quatuor. ibidem.  
 Tabes à malo corporis habitu.  
 840.m  
 Tabes hereditaria. 838.p  
 Tabes ischiadica. 228.m Dorsal-  
 lis, nephritica. ibid. & 229  
 Tabes dorsalis, nephritica, ischia-  
 dica. 394.f  
 Tabes asthmatica. 791.m  
 Tabes à cerebro. 535.m  
 Tabes. 25.m. 311.p. 615.m  
 837.p.m  
 Tabes cur superueniat morbis  
 pulmonis. 742.p  
 Tabes quando incipiat à suppu-  
 ratione. 784.p  
 Tabes particularis à coxendice  
 & renibus. 230.m  
 Tabes post 40. diem à ruptione  
 vomica. 26.p  
 Tabis futura signa. 25.m  
 Tabis opportuni. 1016.p  
 Tabis tres differentiæ, & triplex  
 ad tabem præparatio. 839.m  
 Tabis principium à tussi cũ rau-  
 cedine. 803.p  
 Tabis signa prænuncia post spu-  
 rum sanguinis. 831.m  
 Tabis ab vlcere pulmonis signa  
 maligna. 831.f. 832. 833.p  
 Tabis causæ & signa. 536.p  
 Tabis multæ species. 778.f  
 Tabis duæ præcipuæ differentiæ.  
 837.p  
 Tabis & mortis prænotio ex pu-  
 ris malitia. 832.m. f. 833  
 Tabis calor. 467.m  
 Tabis confirmatæ signa. 845

Tabis signum prænuncium post  
 sanguinis reiectionem. 821.m  
 Tabis signa antecedentia, conse-  
 quentia, adiuncta. 26.p  
 Tabis causæ. 802.f. 803.p  
 Tabis tria genera. 837.p  
 Tabidi. 518.f  
 Tabidi & lienterici in quibusdã  
 anni constitutionibus. 888.p  
 Tabidi qui. 832.m. 833.p  
 Tabidi dignotio solo aspectu.  
 813.m  
 Tabidi ex suppuratione. 18.p.m  
 Tabidi cur alij aliis celerius mo-  
 riantur. 754.m  
 Tabidorum symptoma præuũ.  
 596.p  
 Tabidorum mors. 615.m. 835.m  
 Tabidorum symptomata lethala.  
 846.m  
 Tabidorum signa. 780.m  
 Taciturnitas. 277.m. 524.m  
 918.p. 1111.m  
 Tarditas respitationis. 548.m  
 1119.m  
 Taciturnitas in loquaci lethar-  
 gi aut melancholiæ signum.  
 77.f  
 Telum. 971.p  
 Temperamentum mores variat.  
 920.f  
 Tẽpora collapsa. 467.p. 1089.m  
 Tẽpora abscessibus apta. 393.f  
 Tẽpora morbi & eorũ distin-  
 ctio ex signis coctionis & cru-  
 ditatis. 710.p  
 Tẽpora vnde dicta. 961.p  
 1089.m  
 Tẽporales musculi qua parte  
 secari non debeant. 972.m  
 Tẽporales musculi. 468.m  
 Tẽporum pulsatio. 163.f  
 Tẽporum vulnera. 300.m  
 423.p. 427. 960. & seq.  
 Tẽporum musculi. 553.m  
 Tẽporũ musculi quando scal-  
 pello attingi non debeant.  
 962.f  
 Tẽporum & frontis natura.  
 467.p. 468  
 Tendines. 988.m. 1122  
 Tendinum punctura. 984.p  
 Tendinum contentio. 553.m  
 Tendones. 681.f  
 Tendo. 980.f. 987.f  
 Tenebræ. 955.m  
 Tenebrinus. 613.f  
 Tenuia omnia cruda. 272.m  
 Teniæ. 593.f  
 Tensio cum duritie. 468.m  
 Tensio. 445.m. 106.f  
 Tensio dolorẽ facit in alia par-  
 te, quàm vbi causa dolorifi-  
 cá.

ca. 266.p  
 Tensionis sensus quando. 27.m  
 Tensio à retractione hypochon-  
 drij. 47.f  
 Tensio hypochondrij flatulen-  
 ta. 855.m  
 Tenuitas cruditaris argumentũ.  
 1041.p  
 Tenuitas quid indicet. 21.m  
 Tenuitas quid. 284.m  
 Tenuis humor crudus. 707.f  
 Tenuitas cruditatem indicat.  
 502.p  
 Tenuitas cruditaris signum.  
 1103.p  
 Tẽpor extimarum partium in fe-  
 bre acuta. 698.f  
 Tẽpor. 404.p  
 Tẽpor. 777.f. 779.p  
 Terminthi. 836.p  
 Tẽræ concupiscentia. 662.p  
 Tẽræ partes cur modo mari te-  
 gantur modo arefcant. 169.p  
 Terror. 150.f. 151.p  
 Tertiana cõtinaua quomodo dif-  
 ferat ab ardente. 371.f  
 Tertiana febris etiam pro conti-  
 nua. 189.f  
 Tertiana exquisita. 397.p  
 Non exquisita, autumnalis.  
 ibidem.  
 Tertiana pura in ardentium nu-  
 mero. 249.f  
 Tertiana quomodo differat ab  
 ardente. 234.m  
 Tertianæ differentiæ. ibidem.  
 Tertiana triplex. 372.p  
 Tertianæ febris symptomata  
 quædam. 189.m  
 Tertianæ solutio. 234.p.m  
 Tertianæ cur dicantur. 190.p  
 Tertianæ nomen quid cõprehen-  
 dat. 397.p  
 Tertianarum multæ species. 37.f  
 Tertianarũ intermictitium tres  
 differentiæ. 179.m  
 Testes cur in morbis cõturan-  
 tur, aut intumescant. 945.p  
 Testis intensus. 274.m  
 Testium contractio in moribun-  
 dis. 899.p  
 Testiculorum & pulmonis con-  
 sensus. 824.p  
 Testium dolor & tumor ab vl-  
 cere superiorum partũ. 826.p  
 Testium & capitis qualis con-  
 sensus. 262.m  
 Testium & thoracis consensus.  
 945.p  
 Testium ac pudendorum con-  
 tractio. 261.f. 262.p  
 Tetanus. 692.p.m  
 693.p. 680.m

Tympanites. 618.p. 619.p  
 667.p. 859.f  
 Tympanitis dolores. 914.m  
 Ti additum, quid significet.  
 655.m  
 Tympania. 814.m  
 Tympania nec sectio, nec pur-  
 gatione curatur. 872.f  
 Tympaniæ signa. 873.p.m  
 Timon Luciani. 918.m  
 Timor & mæstitia sine occasio-  
 ne. 918.p  
 185.m  
 Τυφωδης.  
 Τυφομαγια.  
 Τυφωδης νοσηματ.  
 51.f. 134.f  
 178.p  
 Typus. 235.p  
 886.m  
 120.p  
 1110.f  
 593.m. 834.m  
 849.f. 850.f  
 49.p. 474.p  
 941.f  
 166.f  
 821.m  
 Thorax in testiculos suum vitũ  
 deponit. 1032.m  
 Thorax plurimum dilatatur tri-  
 bus de causis. 541.m  
 Thorax angustus. 841.f  
 Thoracis concussio. 729.m  
 Thoracis vulnus. 825.m.f  
 Thoracis purulenti notæ. 829  
 Thoracis facultas duplex. 729.p  
 Thoracis & pulmonis materia,  
 an per ventrem euacuari pos-  
 sit. 715.m. 716.p  
 Thoracis vulnera penetrãtia tri-  
 bus diebus conglutinata.  
 830.f  
 Thoracis hydrops. 814.p  
 Thoracis vasa disrupta. 838.m  
 Thoracis vlcera. 794.f  
 Thoracis affectus, causæ, præfa-  
 giæ. 721. 722. 723  
 Thoracis morbi frequentissimi,  
 769.f  
 Thoracis morbi quomodo di-  
 gnoscantur. 775  
 Thoracis morbi, & in his præ-  
 fagia. 710. 711  
 Thoracis suppuratio. 213.m  
 Thoracis partes. 721.f  
 Thoracis inflãmationes trium  
 generum. 721.f. 722.p  
 Thoracis vlcera cur difficilia.  
 979.p  
 Thorace pleno strepitus. 829.p  
 945.p  
 588.m  
 589.p  
 365.m  
 692.p.m  
 873.p.m

Tormina. 65.m. 619.p  
 869.f. 887.p  
 Tophi in pulmone. 801.m  
 Torpidi ad manum. 1022.m  
 Torpor lethalis. 286.p  
 Torpor duplici ratione. 250.m  
 Torpor mentis in moribundis,  
 932.m  
 Torpor vrina suppressa quale  
 signum. 932.f  
 Torpor quid. 270.p  
 261.m. 310.p. 409.f. 449.p.  
 459.f. 460.p. 650.m. 631.m.  
 713.m. 417.p. 666.m 901.f. 935  
 p. 1014.m  
 Torpor in phreniticis. 144.f  
 145.m  
 Torpor post rigorem lethalis.  
 22.p  
 Torpor in suppuratione inter-  
 na. 939.m  
 Torporis causæ. 901.f. 902.p  
 Præfagia. ibidem.  
 Torporis causæ. 22.m  
 Torpores in apoplecticis. 905.f  
 907.p  
 Torpor. 84.m. f. Causæ, præ-  
 fagia, dignotio. ibid. & 85.p  
 Τρῶχυλος. 552.m. 802.m  
 Tractus à vomitu. 335.p  
 Transglutitio difficilis in mor-  
 bis. 96.m. 97  
 Translatæ in cerebrum materiæ  
 remedia. 622.f  
 Translatæ materiæ & patris ex-  
 cipientis dignotio. 120.f  
 Translatio ad inferiora lauda-  
 tur Hippoc. 1087.p  
 Translatio humorum in caput,  
 cur nõ semper lethalis. 709.p  
 Translatio in caput cur à rigore  
 fiat. 315.f  
 Translatio in caput, quò euasit-  
 ra sit, prædici nõ potest, nisi  
 ex superuenientibus. 192.p  
 Trãslatio materiæ à rigore, quo-  
 modo fiat. 13.m  
 Translatio è lumbis. 630.f  
 631.p. 366.m  
 Translatæ materiæ effectus, an-  
 tequam alicubi sistatur. 123.m  
 Translatio. 768.f  
 Translatio humoris melancholi-  
 ci in cerebrum apoplexiã,  
 aut conuulsionem, aut cæci-  
 tatem, aut epilepsiam, aut in-  
 saniam facit, nisi liberentur  
 excretionem aliqua. 10.p  
 Trãslatio humoris vnde cogno-  
 scatur. 36.f. 836.f  
 Translatio in partes superiores  
 pessima vt causa, & signum.  
 623.m



I N D E X.

Translationis materiæ in caput, signum. 13.m  
 Translationis è lumbis signa. 64  
 Translationis symptomaticæ à lumbis exemplum. 167.m  
 Varia symptomatica. ibidem.  
 Trāslationis materiæ varia symptomatica. 159.p  
 Translationis materiæ post rigorem signa. 4.m  
 Translationis materiæ sursum signa. 50.m  
 Translationis materiæ ad superiora symptomatica pro varietate partium, quas appetit. 35.m  
 Translationis humorum signū. 608.f. 609.f  
 Trāslationis materiæ dignotio. 629.m  
 Translationis in caput signum proprium. 460.f. 461.p  
 Translationis materiæ causæ. 610.p.m. Vide *μετὰ τὴν*.  
 Translationis dignotio. 231.f  
 Translationis signum certissimum. 176.f  
 Trāslationis è lumbis varia symptomatica. 633  
 Translationē materiæ soluit hæmorrhagia. 159.p  
 Translationē. 647.m  
 Tremor quando soluat aphoriam. 40.p  
 Tremor manuum non semper à malignitate morbi. 40.p  
 Tremor in ardente quid præfigat. 301.m  
 Tremor delirio solutus. 40.m  
 Tremor lethalis in phreniticis. 152.p.m. Quomodo ex eo præfigendum. ibid.  
 Tremor an delirio soluat. 315.f  
 Tremor morbi initio quid ostendat, quid in progressu. 95.p  
 Tremor in conuulsionem mutatus. 673.m  
 Tremor aut conuulsio finiunt vehemētissimas phrenitides. 151.m  
 Tremor criticus. 214.p.f  
 Tremor rigoris pars quibusdā. 40.m  
 Tremor & conuulsio simul fieri non possunt. 679.m  
 Tremor leuis lethalis. 338.m  
 Tremor inter critica signa. 388  
 Tremor spiritus solutus. 215.m  
 Tremor in capiēdo cibo. 440.m  
 Causæ. ibidem.

Tremor tribus fit modis. 39.p  
 Tremor in phrenitide quando innoxius. 147.f  
 Tremor an soluat abscēssu, & vrinę stillicidio. 388.m  
 Tremor. 88.f  
 Quid, & quomodo differat à conuulsio motu. 89.m.f  
 Tremor quid & quomodo fiat. 49.f  
 Tremor. 359.m. 360.f. 506.m  
 268.f. 204.f. 1103.m  
 Tremor à rigore. 39.m  
 Pro rigore. 1033.p  
 Tremores parui. 94.f. & seq.  
 Tremorū delirium succedens. 201.m.f  
 Tremoris prælagia. 90.p.m  
 Causę. 154.p. 381.m  
 Tremoris tres causę. 202.p  
 Tremores in phreniticis. 139.f  
 Tremores an delirium soluant. 381.m  
 Tremores senibus faciles. 1050  
 Tremula reuulsio manū quid ostendat. 88.f. 89.p  
 Tremula manuum reuulsio. 337.m  
 Tremulus motus in phreniticis. 347.f  
 Tremorū febris. 190.m  
 377.m  
 Tristitia. 465.f  
 Τετρασφύδεν πύρα. 37.p.m.f  
 Τετρασφύδεν. 37.p. 317.m  
 Τηξεν. 1105.f  
 Τροικιδία. 279.f  
 Τροικιδία. 647.m. 903.m  
 Tubercula, & inde materię trāslatio. 159.p  
 Tubercula ad lumbos varicibus & dysenteria curantur. 620.m  
 Tubercula in fistula vrinaria. 896.f. 897  
 Tubercula. 782.f  
 Tuberculi interioris ruptio. 615.p  
 Tuberculi crudi in pulmone signum. 740.f  
 Tumida facies. 385.m  
 Tumidi lethargici. 211.m  
 Tumor sub lingua. 113.m  
 Tumor pectoris à pleuritide nota, 810.m  
 Tumor durus & dolens. 1073.m  
 Tumor duobus modis euanescit. 765.f  
 Tumor fit duobus modis. 916.f  
 Tumor quid ostendat. 463.p  
 Tumor in angina euanescentis. 701.f  
 Tumoris suppurati signa. 585

Tumores, qui faciliè resoluantur. 458.m  
 Tumores hypochondriorū vnde. 938.f  
 Tumores cum alio fluente, aut suppressa. 1066.p  
 Tumores quot modis dissoluantur. 472.473  
 Tumores in vulneribus euanescentes. 681.f  
 Tumores pituitosi. 580.p  
 Tumores faciles, aut difficiles. 584.m  
 Tumores interiores, cur serum quoddam emittant. 718.p  
 Tumores boni, aut mali. 92.m  
 Tumores ventris cur alij minus transeant in abscēssu: alij magis. 18.m  
 Tumores duri ac dolorifici. 579.m  
 Tumores præter naturam vnde. 486.f. 487.p  
 Tumores, qui vestigia digitorū relinquunt. 580.m  
 Tumores ventris. 864.p  
 Tumorū tres differentię. 581.p  
 Tumorū diuisio, & propria nomina. 579.m  
 Tumorum in hypochondriis dignotio. 576.m  
 Tumorū materia translata quid efficiat. 92.m  
 Tumorum varię differentię. 584. 1129.f  
 Tunica adnata. 480.f  
 489.f  
 Turbulenta è somno excitatio, quid indicet. 133.p  
 352.f  
 Turbulenti. 496.m  
 Turgentia humorum. 629.f  
 630.p  
 Turgentium humorum certissimum signum. 146.m  
 Turgere humores quid. 264.f  
 265.p  
 Turpia loqui præter consuetudinem signum phrenitidis. 71.p  
 Tuscicula. 816.p  
 Tusiendi cupiditas. 779.m  
 Tussis tribus modis in hydrope. 914.f. 915.p  
 Tussis quomodo fiat. 729.m  
 Tussis cum rauedine in insania. 922  
 Tussis valida thoracis concussione eget. 473.m  
 Tussis irrita. 26.p  
 Tussis sicca. 912.m  
 Tussis initio accessionis. 368.f  
 Tussis sine excreatione in suppuratis

vnde. 18.p  
 Tussis cur cessat. 518.m  
 Tusses ferinæ, & ab aere. 886.m  
 Tussis in hydrope à multis causis. 814.m. 862.f  
 863. 913.p  
 Tusses initio accessionis. 173.p  
 Tussis cur sitim fedet. 173.m  
 Tussis multa. 744.f  
 Tuscicula mouetur in quibusdā ante crifim. 166.p  
 Tussis abscēssus facit. 862.f  
 Tussis valida quando laudanda. 787.p  
 Tussis cum spasmate. 517.f  
 Tussis quomodo sit signum affecti pulmonis vel thoracis. 796.p  
 Tussis. 310.f. 604.m  
 816.p. 821.m  
 Tussis siccæ causę. 173.f  
 Tussis duplex in febribus. 173.m  
 Tussis vnde. 453.m  
 Tusses abscēssu quiescentes. 1084.f  
 Tusses leuiter irritantes. 556.f  
 V  
 Varices in mulieribus. 1015  
 Varices. 620.m. 836.m  
 1065.p  
 Varix. 1009.p  
 Vacuatio vasorum duplex. 82.p  
 Vacuatio duplex. 304.m  
 Vacuatio omnis cōsertim facta nocet. 691.f  
 Vacuatio manifesta & latens. 465.m  
 Vacuatio immoderata duabus de causis noxia. 21.f  
 Vacuatio duplex. 7.m  
 Vacuatio quibus morbis inimica. 163.f  
 Vacuatio imbecillitatem affert duobus modis. 245.p  
 Vacuationis symptomaticæ à critica distinctio. 752.f  
 Vacuationes quomodo æstiman- da. 109.p  
 Vacuationes tres. 626.p  
 Vacuationes criticę quādo optime. 666.m  
 Vaporum acrimie effectus. 352.f  
 Vaporis calidi effluuium. 543.m  
 Vasa cur rumpantur in pectore. 840.p  
 Vas æneum. 834.p  
 Velocitas in respiratione & pulsu vnde fiat. 548.p  
 Vena caua quid. 423.p  
 Vena qua parte secanda. 398.m  
 Venę secandę indicatio. 660.f  
 Venę sectio copiosa in muliere valde extenuata. 938.p

I N D E X.

Venę quædam in superficie corporis sanguinem fundentes. 402.p  
 Venę sectio in hæmorrhagia. 618.p.m  
 Venę consentiunt hepati. 644.f  
 Venę sectio quando cōueniat. 460.m  
 Venę sectionem quę prohibeāt. 737.f  
 Venę nomine quid intelligendum. 997.m  
 Venę rubrę in oculorum al- bo. 468.f  
 Venę sectio quando proficit. 671.m  
 Venę sectio in hæmorrhoidum suppressione. 670.m  
 Venę in cubito pulsus. 589.f  
 Venę sectio in hydrope. 917.p  
 Venę sectio quibus morbis conueniat. 269.p  
 Venę sectionem qui morbi requirant. 936. 937. 938  
 Venę crassę. 990.p  
 Venę & arterię iugulares. 960.f  
 Venę iccori consentiunt. 516.p  
 Venę sectio. 758.m  
 Venę sectio quando maximè necessaria ante purgationem. 604.f. 605.p  
 Venę sectio quando suspecta. 936.f  
 Venę magnę & crassę. 996.f  
 Venarum nomine arterię etiam intelliguntur. 379. 377  
 Venarum perturbatio in quibus morbis. 31.m  
 Venarum pulsatio. 196.m  
 Prælagia. ibid. & 377.f  
 379.f. 552.p.f  
 Venarum iugularium pulsatio. 1122.p  
 Venarum *ναοίωσις*. 1007.m  
 Venarum affectus. 996.p  
 Venarum interceptio est catalepsis. 491.m. Et apoplexia sanguinea. 905.f  
 Venarum temporalium pulsatio. 410.f  
 Venarum affectus pulsatio, distentio, conturbatio. 30.m  
 Venarum interceptio. 66.f  
 669.m.f  
 Venarum crassarum vulnera. 996.f  
 Venarum repletio quę mala inferat. 68.f  
 Venarum temporalium vehemens agitatio. 409.p  
 Venarum dolor. 622.m  
 Et arteriarum. 929.f. 728.m

Venarum pulsatio. 191.m  
 Vide *σφοδρῶδες*. & 196.m  
 Distentio. 30.m  
 Venas mori quid vulgo. 42.f  
 Venenum calore coquente fit deterius. 73.f  
 Venter flatuosus. 250.p  
 Venter inflatus. 251.m  
 Venter tumidus. 211. 212  
 Venter cedens medicamentis. 913.m  
 ventres hyeme calidiores. 686.p  
 ventris tumor similis hydropi. 136.p.m  
 ventris dolores. 618.m  
 Et tumor. 354.f. 862.p  
 704.f. 1082.m. 903.f  
 ventris tumor detumescens. 864.p  
 ventris triplex regio. 581.p  
 ventris dolor ab hepate. 852.f  
 ventris tumores quomodo curandi, & quid in his præfigendum. 614. 615  
 ventris tumentis causę. 614.m  
 ventris infirmitas omnium confusio. 885.m  
 ventris tumor suppressa aluo. 614. 615  
 ventris tumores quibus in partibus consistant. 586.f  
 ventris tumor flatuosus. 586. 587  
 ventris valde rubens prolunies. 283.f  
 ventris tres partes. 1130  
 ventris tumor cum fluore alui. 1065.f  
 ventris morsus. 91.m  
 Perturbationes. 17.m. 591.f  
 Inflatio. 219.m  
 Durities. 616.f. 617  
 ventris varij tumores, & qui facilius suppurentur. 581.m  
 ventris dolor vnde in febribus, & quid præfigendum. 199.m  
 ventris tensio. 1065.p.m  
 ventris inflatio cum motu conuulsio. 867.m  
 Ventriculus angustior minor, que paucis repletur. 912.m  
 Ventriculus consentit faucibus, linguę, cerebro. 535.p  
 Ventriculi dolores cum torminibus. 594.p  
 Ventriculi vulnera. 979.m  
 Ventriculi consensus cum cerebro & aliis partibus. 141.p  
 986.m. 590.m  
 Ventriculi vulnerati signa. 979.f  
 H H H h 3

I N D E X.

Ventriculi non cōcoquentis excrementa. 848. m	Vesica functio, tensio vnde. 36. p	Vigilia febricitantium. 956. f
Ventriculi symptomata per cōsensum cum aliis partibus. 986. f	vesica vulnera & inde prælagia. 995. f. 996. p	Vigilia à tristitia. 465. f
Ventriculi cum multis partibus consensus. 590. 591	vesica an cerebrum cōdolescat. 270. f	Vigilia recidiva prænūcia. 62. f
Ventriculi affectus. 937. f	vesica an cerebrum cōdolescat. 270. f	Vigilia in pueris. 170. p
Ventriculi aphthæ. 884. m	vesica phlegmone laborantis signa. 890. m	Vigilia post crifim quid portendant. 62. f
Ventriculi imbecilli effectus. 555. p	vesica nerui & substantia. ibidem.	Vigilia turbulenta signum criticæ perturbationis. 171. p
Ventriculi facultas retentrix. 884. m	vesica affecta signa lethalia. 893	Vigilia effectus & prælagia. 277. m
Ventriculum in dysenteria affici prauum. 878. m	vesica morbi proprii. 890. m	Vigilia deiciunt vires. 756. f
Ventriculorum cerebri affectus. 256. p. m	vesica phlegmone quomodo soluitur. 891. f. 892	Vigiliarum causa. 131. m
Veratri vsus. 625. 626	vesica grantrana. 891. f. 892. p	Vigiliarum effectus. 137. f. 267. f
Vermes in muliebri sinu, & vis vrinæ. 262. f	vesica & capitis cōsensu qualis. 262. m	Ex vigiliis prælagia. ibidem.
Vermes in lientericis. 886	vesica musculus resolutus inuoluntariè vrinam sinit effluere, tractus aut pressus, eudem supprimit. 36. m	ex Vigiliis coma interdum duabus de causis. 30. f
Vermes. 593. f	Vertebra luxatio. 570. f	Vini effectus. 488. f
Symptomata. ibid. & 594	94. p	Vinum calefacit animã & corpus Platoni. 12. p
Vermium quædam symptomata. 953. p	Vertebra spinæ. 916. p	Vinum penetrat, & replet. 275. f
Vermiū generatio, & inde lienteria. 884. f. 885	Vertebrarū spinæ affectus. 992. m	Violentum in morbis, partibus moueri. 124. m
Vermium symptomata. 496. f	Vertebrarum luxatio. 552. 560. 802. p	Virgines cur facillè exoluntur. 1065. p
Ver. 923. f	Vibratio pulsus. 130. m	Virginum morbi. 1018. m
Ver cur morbos afferat, cum sit temperatissimum. 928. p	Vicissimus dies qualis. 223. p. m	Viri foeminae similes facti. 156. p
Vesperinus somnus cur dammandus. 956. p	Victus ratio in phlegmone interiore, & in siccitate. 171. m	Vires quibus de causis subito concidunt. 713. f
Vertigo tenebrosa. 158. p	Victus ratio praua circa crifim, quomodo saepe interficiat. 16. f	Vires vnde deiciantur. 156. p
664. 257. m	Victus in acutis. 266. m	Vires ægri consideranda. 331. m
Vertigo sine febre quid denunciet. 256. 257	Victus ratio in morbis thoracis. 787. p	Vires in abscessibus quales requirantur. 222. m
Vertiginosa febris. 129. m	Victus cur augendus in pleuritide post coctionem. 711	Vires vnde cognoscamus. ibid.
Vertigo vnde. 130. m	Victus ratio post sanguinis missionem. 691. m	Vires vbi sitæ. 662. m
364. m	Victus qualis necessarius extenuatis, aut immodicè vacuatis. ibidem.	Vires infirmæ vnde in singulis morbi temporibus. 113. p
Verticis dolor. 646. m	Victus ratio in pleuritide acutè seruanda. 727. m. 758. f	Vires tribus modis offenduntur. 82. p
Vertigo initio februm quid ostendat. 163. p	Victus ratio post immoderatā fluxionem sanguinis. 653. f	Vires exolura. 32. f
Vertigo tenebrosa suppressis hemorrhoidibus. 671. m	Vigilia vorax. 195. m	Virium essentia. 81. m
Vertigo triplex, in sanis, in febre, & in crifi. 664. m	Vigilia vigilie causa, & sopor soporis. 281. p	Exolutio in febre acuta. 1113
Vertigo. 164. m. 670. m	Vigilia bilis procreatrix. 1028. p	Virium delectio. Vide imbecillitas, aduulsi.
407. f. 663. f	Vigilia Capaxobdys. 71. m	Virium exolutio morbum omnem lethalem facit. 519. f
Vertiginosa febris. 164. f	Vigilia duplex. 134. m	& 520. p
Vertiginis in febris causa & prælagia. 256. f	Vigilia. 276. p	Virium delectarum tres causa. 82. f
Vesica discissa quomodo coalescat. 979. p	Vigilia. 266. m	Signa. ibidem.
vesica cur refrigeretur in acutis. 11. p	Vigilandi impotentia. 286. p	Virium substantia vbi sit. 82. p
vesica an sit neruosa. 270. f	Vigilia. 564. p. 529. m	Virium infirmitas vnde cognoscatur. 170. f
vesica intercepta. 1049. p	30. m. 411. p. 320. f	Virium dissolutio absque causa externa vnde. 82. m
vesicatoria. 271. m	Vigilia. 170. f	Virium consideratio. 80. f
vesica vlcus. 890. m. 892. m	Signum crifis. 172. m	Virium iudicium ab ætate. 391. m
vesicae durities & dolor. 890. 891		Virium vitalium repentina concifio, pestis signum. 82. f

I N D E X.

Vicia, nullus abscessus bonus 170. f	in salubri morbo. 1109. f	Vomicæ interioris eruptio. 754. m. Pericula. ibidem.
Vitibus languētibus omnes affectiones magnæ lethales. 32. m. f	Vlcera thoracis. 794. m	Vomicæ interna signa. 308. m
Virtus sola in difficilibus crifibus spem adfert. 121. f	Vlcera variarum partium thoracis. 788. p	Vomicæ eruptio dato cathartico. 1031. m
Virtutum trium, quæ regunt corpus, signa bona. 756. p	Vlcera maligna. 1065. p	Vomicæ collectæ & effusæ signa. 782. p
Viscera dolentia ob siccitatem. 564. p	Vlcera serpentina. 1068. p	Vomitio pro expectoratione sanguinis. 830. m
Visceris vomicosi aut malè affecti symptomata. 322. p	Vlcera caua. 981. m	Vomitio sincera. 1026. m
Visceris vomicosi signū. 471. m	Vlcera variarum partium thoracis. 822. m	Vomitio minimè molesta. ibid.
Viscerum præcipuorum laborantium signa. 82. f	Vlcera quando os corrumpant. 513. m	Vomitio arginosus cum tremoribus paruis quid ostendat. 95. f
Viscerum interiorū vomicosorum & grauitèr affectorum signa. 54. p	Vlcera pulmonis curatio. 802. p	Vomitio à veratro. 625
Visciditas excrementorū. 641. f	Vlceribus cur stare malum. 942. p	Vomitio meraca. 59. m
Viscosa. 745. m	Vngues adunci, nigri, liuidi. 947. f	Vomitio exigua. 290. m
Visorum duo genera. 477. p	Vngues adunci, oculi caui in tabidis vnde. 26. p	Vomitio biliosa à vulnere. 986. & 987
Virus amissio in infirmis. 344. f	Vngues. 829. f. 830. p	Vomitio nigrorum. 633.
345. p	Affectus. ibidem.	637. m
Virus deficiens. 113.	Vngues curui. 778. p. 781. p	Vomitio in vulneratis vnde. 966. f. 967
Noxa. ibidem.	Vnguium luor. 829. p. f	Vomitio cur in quibusdam facili.
Virus heberatio. 476. m	643. m	lis. 459. m
Virus hebecit tribus de causis. 492. m	Vnio in vulneribus quibus de causis impediatur. 826. m	Vomitio à rigore an sit mala. 59. m
Vita quid. 405. m	Vnio partium quomodo fiat. 978. m	Vomitio rubens. 1027. m
Vitrea pituita. 73. f	Vnio quid. ibidem.	Vomitio bona quæ. 743. f
Vita duobus constat. 393. p	Vnionis partium difficilis causa. 978. f. 979	Vomitio nigra. 1028. m
Vita triplici arce sita. 155. m	Vniuersalis orationis vis. 384. p	Vomitio arginosa. 94. f
Vitalis facultatis noxa quatuor signorum generibus cognoscitur. 74. m	Vniuersale præceptum quomodo constituendum. 318. m	Vomitio duplex è venis, & ventriculo. 1026. m
Vitalis facultatis symptomata. 943. m	Vocis materia. 48. m	Vomitio symptomatica. 217. m
Vitrea pituita. 73. f	Vocis causa, instrumenta, & lesiones. 39. m. f	Vomitio cū tractu quid faciat, & significet. 83. m
Vuca. 481. p	Vocis priuatio. 444	Vomitio pauca. 289. f
Vlcus tabidorum <i>Suppuratio</i> . 837. m	Vocis tarditas. 257. m	Vomitio. 656. f
Vlcus relictum post suppurationem internam. 788. p	Vocis interceptio. 693. f	Vomitiois critica signa. 217. & 218
Vlcus pulmonum cur difficile curatu. 820. m	Vocis defectio affecto pulmone. 1115. p	Vomitiois signa. 363. p
Vlcus in febricitantibus considerandum. 947	Vocis mutatio. 525. m	389. m. 1030. f
Vlcus ficcum & liuidum signū mortis. ibidem.	Vocis quædam vitia. 361. f	Vomitiois signa antecedentia. 158. p
Vlcus sine pure. 531. p	Vocis mutatio vnde. 78. m	Vomitiois vsus & occasio, quædo. 626. m
Vlcus ficcum dicitur tribus modis. 947. 948	Vocis instrumenta. 687. m	627. p
Vlcus internum. 473. m	Vocis priuatio in vulneratis. 904. p	Vomitiois meracæ, an sit critica, examen. 60. m
Vlcus cum tumore & pure, cur salubrius, quam sine his. 948	Voce priuantur ægri multis de causis. 4. m	Vomitiois nigra causa. 279. f
Vlcus pulmonis cur ferinum dictum. 834. m	Voce læsa non semper amittitur respiratio & cur. 110. p	Prælagia. ibidem.
Vlceris vesicæ signa. 892. m	Voces effractæ à medicamento. 526. p. 1112. p	Vomitiois in vulneribus. 965. p
Vlceris color. 299. f	Luctuosæ. 525. m	Vomitioes lethales. 399. f
Vlceris luor vnde. 948. m	Voluuli causa, differentia, prælagia. 888.	Vomitioes in grauidis. 1019. f
Vlcera. 412. f	Voluulus. 899. m. 365. m	Vomitioes nigra. 504. f
Vlcera qualia ante mortem, vel	64. p. m. 380. m. 635. m. 602	Vomitioes sanguinis. 818. & 819

I N D E X.

Vomitus quando mouendus. 878.m	tur. 1123.m	Vrina celeriter cocta. 286.f
Vomitus in ilco. 889.m	Vox acuta vnde. 79.p.m	Vrina tenuis & ruffa. 455.f
Vomitus diuerfa materia. 118.f	Quid praefagiat. ibid.	Vrina purulenta. 636.m
Vomitus initio morbi. 4.p	Vox acuta vnde. 330.m	Vrina aquofa. 653.p.m
à Vomitu tractus. 335. & 83.m	Vox exigua & obfcura, rauca, tremens, canora, acuta, clangofa. 78.m.f	Vrinam à potu celeriter reddi malum. 1039.m
Vomitus bilis porracea. 494.p	Vrina in phreniticis aliquando fupprimitur, aliquando praeter voluntatem affluit. 11.m	Vrina purulenta à corde fuppurato. 824.p
Vomitus biliofus in vulneribus capitis. 964.m	Vrina repente, parum, praeter rationem cocta, intercifa, mala. 73.p	Vrina tenuis. 355.m
Vomitus biliofus & nigri figna. 157.f. 158.p	Melior quoque ex perniciofiffima. ibidem.	Vrina pauca in hydropicis. 870
Vomitus & naufea vnde. 83.f. 84.p	Vrina perturbata. 870.p.m	Vrina tenuis. 1018.f
Vomitus figna. 437.f	Vrina aquofa. 136.f	Vrina fine voluntate reddita. 897.f. 898
Vomitus in febribus putridis vnde, & an fiftendus. 84.p	Vrina exaquefcens. 1034.p	Vrina reuertata. 654.m
Vomitus fanguinis. 607.p	Vrina cum pingui quodam innatante. 1034.p	Vrina copiofa in pleuriticis. 736.m
Vomitus niger. 632.m	Vrina fubitò & confertim effluens cur laudanda. 689.m	Vrina pauca profuente aluo. 1064.p
Vomitus aruginofus. 267.m. 338.m	Vrina oleofa in hepaticis. 851.p	Vrina pauca & rubra in hydropicis. 912.p
Vomitus de his, quae redduntur ex pulmone. 818.p	Vrina aquofa, an fublimamentum habere queat. 450.f	Vrina praefina. 1041.f
Vomitus alui profufio, & contra, curatur. 878.p	Vrina fimilis lxiuio. 1044.f	Vrina vana. 685.m
Vomitus aruginofus, caufa, & praefagia. 95.f	Vrina fubiugalium. 213.p	Vrina quomodo excernatur. 11.m
Vomitus qualis effe debeat. 60.f	Vrina 207000. 1035.p	Vrina 200000. 685.m
Vomitus 200000. 1028.p	Vrina euarias in melius aut deterius. 1035.p	Vrina 200000 eadem, quae 200000. 684.f
Vomitus tenuium & aquoforum. 633.m	Vrina pallida naturalis eft. 1035.m	Vrina vitrea. 685
Vortex. 365.m	Vrina tenuis & biliofa. ibid.	Vrina tenuis & aquofa in pueris deterrima. 1040.m
Vox obfcura in agris vnde. 2.f	Vrina alba & aquofa. 1035.f	Vrina cocta imminente morte. 531.p
Vox 200000. 153.f	Vrina lactea. ibidem.	Vrina nigra. 9.m. 1036.f
Vox 200000. ibidem f	Vrina craffa. 803.m	Vrina ante parotidas qualis. 160.f
Vox acuta quid fignificet. 77.f	Vrina tenuis post craffam. 803.m.f. & 804	Vrina in acutis intercepta. 1050.f
Vox imbecillior. 463.m	Vrina concocta. 653.m	Vrina oftendit an febris fit à bile, vel copia crudae materiae. 1051.p
Vox elifa in faucibus. 525.f	Vrina aqua. ibidem.	Vrina turbida. 1046.f
Vox clangofa, rauca. 525.m	Vrina geniturae fimilis. 694	Vrina cruenta. 441.m
Vox tremula. 534.m	Vrina vitrea. 694.m	Vrina nefciente aegro reddita. 1040.f
Vox rauca, clara, fonora, afpera. 154.m	Vrina rubra. 865.m	Vrina tenuis. 129.p. 355.m
Vox mutatur per affectus pulmonum. 535.m	Vrina multa craffa. 162.p	Vrina purulenta. 452.m
Vox rauca. 534.m	Vrina inuoluntarie effufa. 386.p.f	Vrina alba & graueolens. 452.m
Vox intercepta. 340.m	Vrina fubiugalium fimilis. 386.f	Vrina nigra foleo fedito feccurior eft, nigra fubftantia & fedito femper lethalis. 75.p
Vox languida & obfcura. 1112.p	Vrina purulenta, vitrea, cum opprimo fedito, 239. 249	Vrina in hydropicis. 864.m
Vox clangofa vnde. 1029.p	Vrina in biliofis & pituitofis, qualis falutem portendat. 339.p	Vrina purulenta. 398.f
Vox clangofa. 154.m	Vrina varia colore & fubfidentia. 1036.m	Vrina pinguis. 1042.f
Vox 155	Vrina cum fubfidentia diuulfa. 1036.f	Vrina pelliculofa. 1043.m
Vox tremula. 155.p		ex Vrina fuppreffa in acutis, quomodo & quid praefagendum. 36.m
Vox intercifa. 524.f		Vrina nigra & tenuis femper lethalis. 75.p
Vox grauis, rauca, clara, acuta, clangofa, lugubris. 533.p.f		Vrina fanguinolenta. 1041.m
Vox obfcura. 720.f		Vrina
Vox 721.p. 801.f		
Vox fimilis his, qui frangulan-		

I N D E X.

Vrina cocta. 1041.p	ria. 63.p	Vrinae tenues cum fublimamento. 418.m
Vrina oleofa. 1039.f	Vrinae praerubrae fuppreffio lethalis. 568.p	Vrinae fuppreffio critica, fymptomata ab extingitione caloris, obftrictione meatuum, inflammatione fpinge, vitio partium fuperiorum, translatione. 35.f. 36.p
Vrina alba duplex. 160.f	Vrinae fuppreffionis figna. 69.p	Vrinae tenues initio morbi cum vertigine & pulfatione in temporibus quid praefagiat. 129.m
Vrina 200000. 1124.p	Vrinae derrepente cocta. 1038.p	Vrinae oleofa. 844.m
Vrinae varia critica. 240	Vrinae fubiugalium. 31.m. 212	Vrinae fuppreffio in phreniticis. 77.p
Vrinae fuppreffa figna, caufa, praefagia. 895	Vrinae iudicia. 401.m	Vrinae celeriter cocta mala. 1048.f
Vrinae epilepticorum quales. 1052	Vrinae craffa & turbida in morbis diuturnis. 239.p	Vrinae retentio quibus fignis ostendatur. 14.f
Vrinae à colliquatione. 850.f	Vrinae cruda. 654.f	Vrinae fanguinolenta. 313.f
Vrinae interceptio, vel potius intermiffio in crifibus. 35.m	Vrinae cum encephalate difperffio. 44.m	Vrinae inuoluntarius exitus. 313.p
Sine crifi. ibid.	Vrinae aquofa varij gradus. 653	Vrinae bona hypoftafis. 236.f
Vrinae calculofa quales. 895.m	Vrinae fubruba. 441.p	Vrinae cruenta quale fignu fit. 33.p.m
Vrinae membranaceae. 353.m	Vrinae cocta. 284.f. 286.m	Vrinae rubrae multis modis. 33.m
Vrinae fuppreffio. 566.f. 35.m. 15.m	Vrinae cocta & cruda tres gradus. 236.f	Vrinae retentio vnde. 898.m
Vrinae denfa. 278.f	Vrinae celeriter cocta. 1085.p	Vrinae inuoluntarius exitus. ibid.
Vrinae quid oftendant. 441.m	Vrinae delirantium cum fufpella nube diuulfa & male colorata. 42.m	Vrinae fuppreffio in rigoribus. 314.m. 316.m
Vrinae aruginofae. 1040.p	Vrinae fuppreffa caufa veficae vacua. 36.m	Vrinae rubrae praerubrae, impense rubrae. 800.m
Vrinae abfceffuum praenunciatae quales. 182.m	Vrinae pauca, cum pauco feditamento. 865.f	Vrinae repente cocta damnatae Hippoc. 73.p
Vrinae fuppreffio ex dorfi inflammatione. 307.m	Vrinae aquofa in declinatione morbi. 156.p	Vrinae melioris coloris fub morte. ibidem.
Vrinae modò coctae, modò crudae. 453.f	Vrinae turbida. 204.p	Vrinae purulenta. 132.f. 556.p
Vrinae denfa, diuulfa. 1051.p	Vrinae fuppreffio critica. 305.m	Vrinae cum fpuma. 1038.f
Vrinae fuppreffe ex grumo remedia. 997.p	Symptomata. ibidem.	Vrinae tenues, cocta. 402.f
Vrinae interceptio. 268.p. 269.m. 327.m	Vrinae bonae in moribundis vnde. 286.f	Vrinae cruda in morbo partuulari etiam, cocto periculofa. 892.m
Vrinae tenues & pallidae ante phrenitidem. 351.f	Vrinae pultae. 851.m	Vrinae purulenta, geniturae, vitro futo fimiles. 399.p
Et in crifi. 352.p	Vrinae tenues & aquofae 1084.m	Vrinae cruenta, & valde rubrae. 567.m
Vrinae paucitas, aut fuppreffio. 870.m	Vrinae prae in peripneumonia. 803.m	Vrinae nigrae. 279.p
Vrinae vnde perturbentur. 655.p	Vrinae fpumofa. 353.m	Praefagia. ibidem.
Vrinae geniturae fimiles. ibidem.	Vrinae purulenta. 353.m	Vrinae nigrae aliquando falutates. 1109.p
Vrinae nigrae cum fublimamento male colorata. 1044.m	Duplices. ibidem.	Vrinae & alui fuppreffio, tum ante rigorem criticum, tum in ipfo rigore. 10.m
Vrinae coctae fallit, nifi certae conditiones addantur. 244.m	Vrinae turbida & iumentorum vrinis fimiles. 353.m	Vrinae nigra ab atra bile quomodo fiant. 343.m
Vrinae non fentiente aegro reddita. 1052.p	Vrinae fuppreffa caufa vnde requirenda. 1050.m	Vrinae perturbatae. 414.m
Vrinae turbida & male pura. 1052.p	Vrinae attenuantur tribus modis. 803.f. 804	Vrinae materia triplex. 63.p
Vrinae 200000. 555.f. 556	Vrinae fuppreffio & inde mors. 932.m	Vrinae craffa & turbida. 1034.p
Vrinae materia triplex. ibid.	Vrinae fuppreffa curatio. 897.m	Vrinae celeriter concocta. 453.f
Vrinae initio coctae, item acres, mordentes, craffae, albae, 200000 coctae. 417.p	Vrinae retentio in acutis interdum critica, interdum fymptomata. 10.m	Vrinae rubrae tres gradus. 441.m
Vrinae varia à colliquatione. 556.m	Vrinae laudabiles. 757.m	Vrinae inter phrenitica figna. 442
Vrinae aquofa. 1048.m	Vrinae pelliculofa fuae membranae. 132.f. 133.f	Vrinae fuppreffa remedia. 896.p
Vrinae in calculofis. ibidem.	Vrinae aquofae cum fublimamento quid portendant. 452.m	Vrinae tenues ante paroxyfmum epileptiae. 271.p
Vrinae cur interdum fallant. 240.f. 244.m	Vrinae quomodo gradus triplicis coctionis oftendant. 137.f	Vrinae
Vrinae nigrae, puri fimiles, purulenta, vitreae. 240.	Vrinae cum rigore fuppreffe. 35.f	
Vrinae fuppreffionis caufa, quomodo cognofcatur. 11.m	Vrinae fuppreffio vacua aut plena vefica, vnde & quomodo caufa dignofcantur. 35.f	
Vrinae fandaracis modo rubentes in hepaticis. 847.f		
Vrinae & fudoris eadem mate-		

Primus numerus paginam designat, secundus verò lineam.

Vrinæ excretio quomodo fiat.	36.p.m	Vrinæ in nephriticis.	1081.m	Vulnera vesicæ.	995.f. 996.p
Vrinæ tenues multæ.	804.p	Vrinæ sublingualium.	43.p	Vulnera hepatis.	993.m
Vrinæ paucitas à crassitie.	804	Vrinarum copia & crassities.	689.p	Vulnera quæ non coalescant & cur.	978
Vrinæ in morbis extra venas cur inspicieudæ, & quid præmonstrant.	804.f	Vrinarum tenuium duæ differentie.	215.f	Vulnera quot modis insanabilia.	978.m
Vrinæ suppressio in calculosis.	1049.f	Vrinarum retentio ante rigorẽ.	41.m	Vulnera nervorum.	1001.f
Vrinæ penitus aquosæ.	182.m	Vrinandi actio quibus perficiatur.	895.p	Vulnera renũ & lienis.	1002.m
Vrinæ cum albo in medio pendente.	182.m	Vrinatio & vrinæ expulsio differt.	898.m	Vulnera parua, difficilia, quæ.	1002.f
Vrinæ albæ & graucolentes. ibidem.		Vstio tabidorum.	872.m	Vulnera capitis cum fractura.	948.p
Vrinæ purulentæ non semper ostendunt vlcus.	892.m	Vstio hepate laborante.	856.f	Lethalia.	421.f. 422.p
Vrinæ suppressio lethalis.	893.p	Vstio suppuratorum.	875.p	Vulnera epiploï.	976.m
Vrinæ cruentæ.	32.m	Vstio purulentorum.	774.m	Vulnera quæ coalescant prima, aut secunda intentione.	977.f. 978
Vrinæ mane & vesperi conspiciendæ.	454.m	Vstio thoracis.	823.f. 691.m	Vulnera ventriculi.	979.m
Vrinæ subrubræ.	1081.m	Vstio 798.p		Vulnera lethalia quæ.	990.
Vrinæ aîmætodivæ.	1125.m	Vterus an sit nervosus.	270.f		991.992
Vrinæ involuntarius motus triplici de causa.	30.f	Vterus cur animal Platoni.	642	Vulnera diaphragmatis & inde præfagia.	993.f. 994
Vrinæ impensè rubræ.	1038.f	Vteri ascensus.	675.m	Vulnera crassarum venarum.	996.f
Vrinæ cum sedimento saluæ simili & vitreæ.	1043.f	Peruersio.	ibidem f		
Vrinæ albæ differentie.	1035.f	Vteri situs.	1011.p	Vulnera cordis, & inde præfagia.	995
Vrinæ in morbis thoracis non negligenda.	1047.p	Vteri strangulatus.	642.p	Vulnera arteriarũ, venarum, & asperæ arteriæ.	997.998
Vrinæ nephriticorum quales.	930.p		908.m	Vulnera intestinorum.	1001. 1002
Vrinæ biliofæ.	1036.m	Vteri suffocatio.	1018.m	Vulnera praua.	681.f
Vrinæ quales liene affecto.	1051	Vteri situs.	674.f. 1025.f	Vulnera quibus modis, & quot lethalia sunt.	990.f
Vrinæ stillicidium.	899.m	Vteri durities.	1017.m	Vulnerum capitis prauorum aut lethaliũ signa.	299 m. 300
Vrinæ color varius in hydrope.	870.m	Vteri inflammatio.	ibidem.	Vulnerum capitis symptomata.	903. & seq. 959. 960. 963
Vrinæ micus sub se.	31.m	Vteri purgatio inter laticia.	401	Vulnerum capitis præfagia.	299.m. 300
Vrinæ suppressæ causæ vesicæ plena.	36.m	Vteri tumores præter naturam.	641.m	Vulnerati celerius æstate intereunt & cur.	974.f
Vrinæ tenues & aquosæ in hepatico periculosæ.	72.m	Vteri consensus cum aliis partibus.	1012.p	Vultus tristis.	740.m
Vrinæ suppressæ causæ vesicæ plena.	36.m	Vteri cum lumbis consensus.	640.p		X
Vrinæ difficultas affecto thoracis & corde.	824.m	Vteri conuulsio.	641.m	Ευατοθνησιον.	260.p
Vrinæ stillicidium.	865.m	Vteri retractio.	641.p	Ευωρεσις dentium.	1105.f
Vrinæ in calculosis quales.	1045	Vtero an cerebrum cõdõlescat.	270.f	Ευσματæ.	880.m
Vrinæ in morbis extra venas, cur inspicieudæ.	736.m	Vulnus in superficie thoracis lethale.	1002.f	Ευσματὰ δειτ,	399.f. 401.m
Vrinæ & sudoris differentia.	63.p	Vulnus magna.	998.f	239.f. 243.m	
		Vulnus, quod ad cicatricẽ duci non potest.	826.m	Ευμοφορῆ.	968.f
		Vulneris color.	948.p	Ευρόν.	814.m
		Vulnera capitis in priori parte magis lethalia.	992.p	Ευρῆνος.	166.f
		Vulnera oculorum & superciliorum.	1003		
		Vulnera malefica.	1003.m		

Pagina 5. linea 35. certa sede. 8.9. cum perfrigeratione. ibidem 13. ad duritiem. 20.8. redeunte humorum. 25.39. sunt autem. 27.4.4. sine empyemate. 29.6. μεσώδεις. 32.1. rigores. ibidem 28. αἵματος. ibidem 35. sanguinis. 34.28. indicat. 39.29. supernis. 44.22. πάλιν ἀπομεία. 45.29. in musculis. 47.12. uomitum. 49.9. ἀχολοδία. 49.47. Phreniticorum. 51.18. cuncta. 53.53. prauum. 54.1. indice. 55.13. conuexa. ibidem 19. oper. ultimum. 56.9. aut erraticæ. 57.31. indice. 59.9. ἐμπροσθεν ὄψου, & quæ. 69.14. sine nausea. 73.14. ultimo. 80.6. signum est criticum. ibidem 20. parit. 81.14. expectandum. ibidem facultatum. 82.35. exhalans. 83.23. ἀνὰ χρομῆ. 86.16. tribus sit modis naturaliter, symptomaticè, atque criticè. ibidem 48. ubi locum not. 87.45. arefcens. 88.1. hæc. 88.46. a qua. 93.17. spirandi. 93.46. permanere. 95.10. eam. 99.11. Alkeindus. 100.36. ἐπιλόβν. 108.16. οὐκ ἔστιν. 115.33. indicant. 123.38. iuuat. 125.33. eadem hora. 146. in simuntat. 149.29. illud dubium. 153.15. ægri. 154.16. σωσθῆναι. 164.31. ἐπιπλοῖ. 168.18. credebatur. 169.31. pruritus. 179.43. αἰσθῆσιν. 184.9. sine. 190.53. mutatur penitus. 197.26. tumorem. 204.27. læmæ. 209.12. διοσκούρις. 211.49. sunt. 226.50. ὁμοειῆ. 51. expectandam. 227.35. calida & sicca. 239.39. nullo. 243.31. urina cocta. 246.35. sumptis. 251.38. mesocolo. 252.37. acris. 254.26. dele. per. 255.1. dele. multo. 259.10. dele. &. 260.47. coniunctina. ibidem. in si. coniunctinam. 265.8. timor. 269.36. qualitas, torpore. 272.19. ἀποσμία. 274.46. ad apertis uentis. ibidem. 47. indicant. 365.8. conalescit. 377.33. commotus. 428.10. Quod enim ait 431.40. auris anfractu. ibid. in si. anfractu. 434.35. siue. 435.40. criticus. 449.48. parcius. 450.35. cuius. 451.8. partibus abscessus oriuntur. 452.5. e. suppurante. 456.6. generationem. 456.35. indicant. 461.23. do-cent. 467.51. nasus extrema sui. 476.35. crisi alloidem. 486. lin. pen. tumoris præ. natu. 490. lin. pen. re-uulsiões. 493.9. functionum. 495.30. conuulsiões. 499.42. πάλιν. 504.1. nullus per uen. ibidem 2. exa-piratio. 505.43. conatu. 507.5. nequit. 520.2. atrophia. 522.26. sensus & mot. 523.19. ægri moriuntur. 528.23. Præter uoluntatem excrementa alii deiciunt: aut χαλκῶν dixit &c. 532.37. indicat. ibid. 39. indicatio. 539.6. collocatæ. 577.21. ægri celeritè. 778.28. indicant. ibid. 29. conuexa. n. ibid. 5. sanguinis. 590.26. & 27. ita mores ad omne opus. 596.4. interceptis. 612.25. intelligi. 617.11. internis. ibid. 32. motus erat. 619.11. uitians. ibid. 27. egeri. 620.1. Inflammatio autem. 624.39. ad naturalem. 630.11. consistit. 642.38. conuexam. 651.35. ἐπιπλοῖ. 680.30. fomes & origo. 685.6. indicationes. ibid. 44. indicationibus. 696.9. nunquam non. 697.16. feruentium angustiam. 706.12. Hoc genus. 727.8. lethalem. 729.42. uehementia. 730.33. indicare. 731.31. Affigitur pituita. 736.35. abscessus. 741.9. spirituum. 743.12. detergeri. ibid. lin. pen. χαλκῶν. 751.36. colorem. 775.5. & 6. conscendit. 776.21. utrinque. 784.30. uolenta. 789.15. præmonstrant. 814.17. hydrophis. 818.42. conuexa. 826.9. cessisse. 828.23. qua uegeta. 835.2. affectus. 837.33. uiuentis. 848.8. nominantur. 851.8. uenim pin. 856.17. conuexa. 18. ætygos. 861.11. sanguis. ationem. 865.28. postea. ibid. 41. quæ pauca. 867.38. naturis. 868.15. ualde. 24. coloribus. 32. excrementum. 886.31. e. quibus. 887. lin. pen. cibi. 890.21. fluxionem. 902.38. uulsi. 906.15. tumore. 912. in si. que ab Holle. 919.22. stim. 31. succum mel. 920.35. Color. 922.15. quæ fla. 925.25. palpitatione. 936.47. euacuetur. & in si. trahatur. 937.23. se. 938.19. indica-tionem. 946.12. femne. 947.26. color. 948.7. parte. 954.11. frigidus. 26. indignari. 968.17. conuexa. 969.11. diuiditur. 976.8. adicit. 977.44. stnum. 980.5. desinit. 14. perfectum. 983.14. sit. 993.3. ab initio. 997.17. uiuendi. 998.37. ἄσπετοι. 1001.47. uitaueris. 1010.33. amion. 1011. in si. particularis. 1012.24. præditus. 1014. confractæ. & post. perturbatæ. 1017.34. quouis proflu. 1018.9. magnitudo. 1019.12. aluma quoque. 1021.12. exolutæ. 1025.2. dissoluitur. 1030.20. mali. 23. exeuntis materic. & seq. lin. succedens. 1032.22. cur. 1034.15. liquamentum. 1036.18. sanguine. 1038.28. certam fidem. 30. ualeitudinis ostendere. 36. legitur. 1039.3. coliberi. 1042.15. decurrit. 1043.25. materia. 1044.18. tum delect. 1045.10. repostitæ. 1047.17. bene ualentium. 1048.17. similem. 1050.5. succussione. 1061.6. exæstante. 1062.7. dele. capite. 1067.15. peius. 1068.26. pus acre. 1069.20. infantium. 1071.1. post ea. ibid. 30. inuet.

F I N I S.

